Biblioteca Univers.
GRANADA
A
13
108

16 vto 2-11

16-108

*ndado del Rey nueſtro ſeñor ſu Alteza en ſu nombre.*

*Don Luys de Salazar.*

UNIVERSITARIA

★ 2 Appro-

R. 4565

POR quanto por parte de vos el Doctor Paramo, Arcediano, y Canonigo en la yglesia de Leon, e Inquiſidor del Reyno de Sicilia, nos fue fecha relacion auiades compueſto vn libro intitulado *de Origine, & Progreſſu Officij ſanctæ Inquiſitionis*: diuidido en dos tomos: adonde ſe tratauan otras queſtiones graues, en que auiades pueſto mucho trabajo y ocupacion: y porque era libro neceſſario y de mucho prouecho, nos ſuplicaſtes os dieſſemos licencia para imprimir el dicho libro, y priuilegio por treynta años, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Cõſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias q̃ la Prematica por nos vltimamente fecha, ſobre la impreſsion de los libros diſpone, fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon. Y nos tuuimos lo por biẽ, por la qual os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran, y ſe quenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula, vos, o la perſona que vueſtro poder huuiere y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro de que de ſuſo ſe haze mencion, por ſu original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado y firmado al fin, de Pedro çapata del Marmol, nueſtro eſcriuano de Camara, de los que en el nueſtro Conſejo reſiden. Y con que antes que ſe venda, lo traygays ante ellos con ſu original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta cõforme a el, o traigays fe en publica forma, como por el Corretor por nos nombrado, ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por ſu original. Y mandamos al impreſſor que aſsi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn ſolo libro con ſu original al Autor, o perſona a cuya coſta lo imprimiere, ni a otra perſona alguna para el efeto de la dicha correciõ y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando hecho y no de otra manera, podays imprimir el dicho principio y primer pliego. Y ſeguidamente ponga eſta nueſtra cedula, y la aprouacion que del dicho libro ſe hizo por nueſtro mandado, y la taſſa y erratas. So pena de caer en las penas contenidas en las leyes y prematicas de nueſtros Reynos que ſobre ello diſponen. Y mandamos: que durante el termino de los dichos diez años, perſona alguna ſin vueſtra licencia no pueda imprimir ni vender el dicho libro, ſo pena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros moldes y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas en pena de cinquenta mil marauedis. La qual dicha pena, ſea la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra parte para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte, para la perſona que lo denunciare. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y Preſidẽte, y Oydores de las nueſtras Audiẽcias, Alcaldes, y Alguaziles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes maiores, y ordinarios, y otros Iuezes, y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares deſtos nueſtros reynos y Señorios, aſsi a los que agora ſon como a los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula, y contra ſu tenor y forma no vayan ni paſſen por alguna manera, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis, para la nueſtra Camara. Dada en Madrid a treze dias del mes de Março, de mil y quinientos y nouenta y ocho años.

**Yo el Principe.**

*Por mandado del Rey nueſtro ſeñor, ſu Alteza en ſu nombre.*

*Don Luys de Salazar.*

# Approbatio.

HI Libri de Origine & progreſſu officij ſanctę Inquiſitionis editi, à D. Ludouico à Paramo Boroxenſi, Iuris vtriuſq; peritiſsimo, & in Regno Siciliæ Inquiſitore Apoſtolico, nulla in re aduerſantur fidei Catholicæ, aut bonis moribus: quinimò cùm in ijs variæ quæſtiones ad noſtram ſacram religionem ipſumq; S. Inquiſitionis officium pertinentibus valdè copioſè & doctè diſſerantur, digni mihi viſi ſunt, qui typis excuſi in commune commodum diuulgentur, ſic cenſeo. Matrit. Pridie Kalend. Februarij. M.D. XCVIII.

Petrus Lopez de Montoya
D. Theologus.

ILLV-

# ILLVSTRISSIMO D. D. PETRO PORTOCARRERIO EPISCOPO CONCHENSI, & in omnibus Regis Hiſpaniæ ditionibus Generali Inquiſitori Ludouicus à Paramo S. D.

SAEPENVMERO, Antiſtes ampliſsime, mecum animo conſideraui, quid ſibi velint omnium ſeculorū ſcriptores, quòd lucubrationes ſuas Regum, Principum, & Magnatum nominibus dicare conſueuerint; quid verò ad illos emolumenti, quid fructus aut voluptatis inde veniat, ſiue dantes ſiue accipientes. Nam proditum eſt Ariſtoteli Magnum Alexandrum non mediocriter ſuccenſuiſſe, quia quos de rebus naturalibus libros ille ſcripſerat, nomini ſuo non edidiſſet. Et tandem in ea re me non effugit, quod deliberandum fuit. Deprehendi ſiquidem hinc æquum, & quaſi à Natura inſitum eſſe, vt agricolæ frugum primitias Deo Opt. Max. tanquam earum auctori in animi grati teſtimonium offerant, inde vt ipſe Deus eas iure optimo conſequatur: Reges autem, Principes & Magnates imaginem Dei præ ſe ferentes duxi, quaſi pro Dijs haberi præſentibus, quorum numine & conſpectu, animi quique ad virtutem incitantur, ingenia efferueſcūt, & diuino propemodum ſole incaleſcūt, in eis præcipuè qui verè ſunt literarij agri cultores.

 Res

Res tam clara & manifeſta vt exemplis recuſet aut argumentis comprobari. Hoc dicam me ad ſcribendum adductum eſſe de origine, & progreſſu ſanctæ Inquiſitionis, eorum Magnatum ſtimulis qui tũ in eius puppe ſedebāt, cùm è regno Siciliæ (in quo annos aliquot Inquiſitor fui) ab optimo & maximè Catholico Rege Philippo II. vocatus ſum ad extricandum iurgium illud quod in Sicilia inter Inquiſitores iudiceſque Eccleſiaſticos, & Proregem iudicéſque laicos natũ in aliquas flamas exarſerat. At certè eâ ratione potiſsimùm ad id animum applicui, ne in otio omnino fierem otioſus, néue muneris mei vacationem inutilem ſibi reſpublica Chriſtiana mihi exprobraret, denique vt me qui tot annos in hæreſi & infidelitate expugnanda verſatus eſſem, quaſi ſacræ illius militiæ deſertorem in ſitu & puluere latitantem, hæretici & infideles non exploderet. Ergo illis auibus elatus, illis irritamentis impulſus, illis rationibus perſuaſus excuſſo verecundo puluere in puluerem inuerecundum deſcendi. Opus incepi, quod paululum intermiſi, cùm ſenſi è viuis eum abijſſe, qui à me ſuo quodam iure illud exigebat. At ſtatim intermiſiſſe me pœnituit vbi te, optime Præſul, ad ſanctæ Inquiſitionis regnum veniſſe conſpexi. Tuis auſpicijs, vt ſigna identidem in hæreticos & infideles tollerem, Portocarreriorum nomen ab otio me reuocauit. Eſt enim illud tuum nomen non minus in Mauros & hæreticos fatale, quàm Scipionum in Africanos. Vndique Annales noſtri, & ſcriptorum externorum monumenta tanti nominis celebritatem in perennem æternitatem ad hæc noſtra vſque tempora ab annis ampliùs quingentis conſeruarunt. Siue Garciam Alphonſum Portocarrerium celebrant, cuius auxilijs Alphonſus Rex Albuaceni Mauri proteruiam contriuit, ſiue Raymundum alterum Portocarrerium memorant, cuius virtutes in liberandâ Eccleſiâ & patriâ ad cælos euectæ fulſerunt, ſiue Ioann. Henricum Portocarrerium fratrem D. Hegæ laudibus efferunt, cuius inuicti vis animi & infracti corporis robur ad Hiſpalim crebro certamine Chriſtiani nominis hoſtes ita peſſundederunt, vt tandem munitiſsimâ illâ ciuitate & totâ regione illos exegerint, ſiue etiam Martinum Ferdinandũ Portocarrerium ſuis præconijs afficiunt, cuius in re militari peritia id præſtitit, vt ad columnas Herculis Calpen quam Abimelechus Maurus circunſeſſam penè expugnauerat, non modò liberarit, ſed etiam Maurum ingenti cum exercitus ſui clade obſidionem ſoluere coegerit. Quid plura? Nominis tui non modò noſtri, ſed ne quidem hoſtes fidei poſſunt obliuiſci. Maiores enim eos habuiſti, quorũ res præclarè geſtas Eccleſiæ, & patriæ ſalus eloquitur: & vulneribus hoſtium ita eminent, vt Regibus noſtris animus in tantum nomen æternus propendeat: & Mauris hæreticiſq; interitum minētur. Tu verò ſeparatim aliquid habes in quo nec maiores tui nec qui muneribus, & beneficijs eorum virtutes cumulauerunt, vllā ſibi partem vendicant. Te, inquam, tot maioribus illuſtrem, non tam ceræ & fumoſæ patrum imagines, quàm tuus animi vigor, & cæleſtis quidam ardor in idem ſtudium adſpirantem inflamarunt. Fallor igitur, niſi hoc opus meum de Inquiſitione vt tibi offerrē ratio ipſa perſuaſerit. Etenim vigiliæ noſtræ, qualeſcunque illæ ſunt in hæreſim & infidelitatem ſuam habent ſtationem. Tibi à Deo Naturâ, ſtirpe, & fonte Gentis tuæ tributum eſt, & ſtudijs ſerijs comparatum, vt non tantùm militem agas in hæreticos & infideles, ſed etiam vt tantæ militiæ princeps exſiſtas, tum in eo non exigua tua laus eluceſcit,

 quòd

quòd literas & literarum ſtudioſos beneuolè & ſtudioſè ſemper amaueris, colueris, ames & colas: quid igitur non ſperem? Dummodo primitijs agri huiuſce mei, quas tu languentes & ſemimortuas vnus excitaſti beneuolus annueris, non modò quod tibi ſatisfecerim, & laboris mei fructus hilari vultu ſuſceperis, mihi gratulabor, ſed & ad ea quæ ſuperſunt inſtituto meo mentem attolles, & ſi qui hoſtes dente lacerare, vel calumnijs opprimere me attentarint, ſaluum & incolumen receptum duntaxat, aut fortaſsis in eos victoriam auſim mihi polliceri.

VALE. Matriti Calend. Octob. anno à Chriſto nato milleſimo quingenteſimo nonageſimo octauo.

AD

# AD LECTOREM.

*SCIO me nulli exemplum eſſe, et rei nouæ me viam non ingredi, vt de Inquiſitione opus qualecunque meum hoc emittam: neque eſt neceſſe, vt eos nominatim ſcribam qui ſcribendi hoc genus tentarunt, et implerunt. Veruntamen (quod ſine cuiuſquam inuidia dictum ſit) ex tot, tantiſq; ſcriptoribus, qui ſanctæ Inquiſitionis Originē detexerit, legi neminem: ſiue quòd parum emolumenti futurum inde existimarint, ſiue quòd in re admodum obſcura timidi quàm audētiores eſſe maluerint. Id ferè contigit vetuſtiſsimis Geographiæ autoribus, vt quoties de Nilo quicquā ſcriberent, eius oſtia tatùm, eluuiones, et miracula ad cataractas vſque iactitarent: de origine præterea nihil auſi, ne mendacij inſimularentur. At ego an mihi tantum tribuo vt ſpectatores mihi pollicear,*

——Qui prima bibant deprehenſi flumina Nili?

*Id verò polliceri mihi poſſum duntaxat, vt de origine tanti ordinis veram, ſincerā, et ſine fuco hiſtoriam quiſq; ſortiatur, in qua nō exiguum in fide fundamentum experietur. Laudem verò ſi aliqua inde aliquandò exurgat, aut exilem mihi, aut prorſus nullam deberi ſentio. Cùm enim in Sicilia fuiſſem Inquiſitor annos nō paucos, illius regni Inquiſitores, et iudices Eccleſiaſtici cum Prorege, et iudicibus ſecularibus contendere ceperūt, non de finibus agrorum, ſed de limitibus iuriſdictionis: itaque cùm vtrinq; ad Regem noſtrum Philippum II. datæ eſſent literæ, quibus quique de ſuo iure diſceptare contenderent, Inquiſitores potiſsimùm apud illius maieſtatē (cui pro magnitudine imperij vis et iniuria omnis curæ eſſe decet) referri magno ſtudio efflagitarent; anno 1594. vocatus ego ſum à Rege optimo ex eodem regno, vt coràm exponerem tanti diſsidij cauſas, eaque in medium efferrem quæ ad cultum diuinum, regium obſequium, et Siculorum omnium vtilitatem ſpectarēt. Prorex vt ſuam, et iudicū ſecularium cauſam tueretur è veſtigio miſit doctorem Ioannem Baptiſtam Cæleſtem Baronem à Sancta cruce, virum nec minus genere quàm literarum, et virtutum ſplendore conſpicuum, cuius meritis hoc poſtmodum conceſſum eſt regis optimi, et ſapientiſsimi liberalitate, vt in eodem Siciliæ regno conſilij ad res Italiæ conſtituti regens exſiſtat. Rex vbi de hiſce rebus factus eſt*

 certior

certior, vt eſſent qui ampliùs cognoſcerent, et ad ſe referrent, nominauit D. Ioannem de Zuñiga, et Doctorem Ioannem Aluarez de Caldas ſupremi conſilij Inquiſitores ſpectatæ autoritatis, et peritiæ ſummæ viros, quibus acceſſerunt Licentiatus Didacus de Scudero Siciliæ Regẽs, vir magnæ eruditionis cultu ornatiſsimus, et heroico quodã ingenio præditus, et D. Bruñol Mediolani Regens ambo Cõſilij regij ad res Italiæ inſtituti ſenatores integerrimi. Ego et ſi viros nouerã illos omnes nõ vulgari mentis perſpicacitate, et acuminis ſubtilitate ſagaciſsimos, tamen quo pacto ſedari, et cõponi poſſet tanta animorũ diſſenſio exactè vt potui, extensè vt debui diſſerui. Neſcio an Regiæ maieſtatis votis, et tantorũ virorũ expectationi ſatisfecerim. At certe dum in eo quid Rex ſtatueret expectarẽ Illuſtriſs. Cardinalis D. Gaſpar à Quiroga tũ Archiepiſcop. Toletanus, et Generalis in ditionibus Hiſpaniarum Inquiſitor hortari primùm cepit (quoniam omnium gentium mores, ex relatione rerum à ſe geſtarum ſæpiſsimè admonentur) vt Siculis ex iurgio Eccleſiaſticorum, et ſecularium iudicum, eorumq́; conciliatione, per Iuris normam amplexandæ Inquiſitionis, et conſeruandæ apud ſe ſanctiſsimæ noſtræ religionis occaſionem ſuppeditarem. Feci igitur propediem vt conſpecto reſponſo noſtro pro Inquiſitione Siciliæ me ad maiora excitaret Illuſtriſsimus ille Antiſtes: me liberiùs, et altiùs debere procedere dicebat. Ego contra ne fruſtra me niti quicquam cogeret, orabam: oſtendebam præterea fatigando nihil me niſi odium quæſiturum apud eas gentes quæ natam Inquiſitionem ex cineribus infidelitatis arbitrantur, et à paucis ijſque noſtris gratiã exiguam initurum, qui tandem ſummæ adſcriberent amentiæ ſi quid ego in his inauditum meditarer. Ille verò me ſibi in id conceptis verbis teneri et obligari ſignificauit, quòd ſæpe pollicitus eſſem nunquam mandatis illius me defuturum: nec tabulam accepti ſe confecturum aſſerebat niſi rem quam animo iam dudum mihi crediderat exſoluerem. Exonerare igitur tanto me debito oportuit. Et verò viam ingreſſus penè reſilieram tanquam ab iniquo ſcopulo, ſtatim vbi de obitu illius intellexi. Verùm ad incepta iterum reflectere me ſola virtus illius fecit qui Generalis inquiſitoris dignitatem poſt eum inijt, cui quod felix fauſtumq́; ſit Reipublicæ Chriſtianæ, tantiq́; Antiſtitis virtuti ego rem obtuli, dedi, dicaui et conſecraui. Habes igitur D. Petrum Portocarrerium reuerendiſsimum Conquenſem Epiſcopum, et ſanctæ Inquiſitionis Generalem

ralem

ralem Inquiſitorem in omnibus ditionibus Regis Catholici, cui referas gratiam, & laudem impertiaris, ſi aliquid laudis propter opus tribuẽdum, et gratiæ propter autorem cuiquã referendum putes. Nunc de inſtituti noſtri in hoc opere ratione. Originem Inquiſitionis ab initio mundi vnà cũ homine creato ab ipſo primo hominis creatore, et Inquiſitore inſtitutam, & ſuis diſtinctam formulis, et arcanis primùm aperimus, adeò vt ex illa eâdem origine pateſiat Deũ ipſum edicta propoſuiſſe, ex quorũ typo, cùm Inquiſitores hodierni formam edicti ſui ſolennis deſumpſerint, mihi reſerari quaſi quoddã ſtadium deprehẽdi, quò poſſem decurrere per ſcopulos aliquos iuris in his quæ ad crimina pertinent. Sic ergo mihi propoſui: tribus codicibus vt opus hoc conficiatur. Ac primũ quidem Inquiſitionis originem, et progreſſum complectitur, et paraſceuen aliquã ſiue anteceptam quandam animo informationem, et anticipationem eorũ quæ duobus alijs voluminibus reſeruamus, de quibus hîc tacebimus, dicturi magis appoſitè, et ſuo loco cùm prælo illa committentur. Committemus autem cùm ſeſe obtulerit occaſio per quietem: nunc eo loco ſitæ ſunt res noſtræ vt à priuatâ, et tranquillâ vitâ quam egi ipſos annos quatuor iterum ad Eccleſiæ negotia, & Inquiſitionis munus corripiar. Detecta vt ad rem redeam, Inquiſitionis origine eam per ætates ad hæc noſtra vſque tempora progredientem, et fructus ſuos variè producentem prouehimus. Primam ætatem vniuerſali Cataclyſmo finiri, ac tum ſecundam ætatem incipere deprehendes, quæ ſuos Inquiſitores habuit cùm Deum ipſum, tum eos qui à Deo fuerunt inſtituti, adeò quidem vt ex tenera radice ætatis primæ primordia Inquiſitionis in ætate ſecunda ſuis incrementis aucta, et amplificata ſtipitem egerint. Tertia ſuccedit ætas in qua Deus Inquiſitorem ſibi ſumpſit Abraham, et qui ab eo progeniti ſunt: atque in eâ ætate deprehenditur Inquiſitio paulò excreuiſſe, et ramos ſuæ felicitatis aliquot eduxiſſe. Hæc quoque tandem deſijt in regno Dauidis, quem Dei ſtudio accenſum, et amore flagrãtem Inquiſitionis zelus ita excitauit, vt paſsim idolorũ cultores extingueret. Quare in eo et eius aliquot nepotibus Deus acerrimos nominis ſui vindices habuit, eorumq́; diligentia ferè videtur Inquiſitio flores expuliſſe vt excrementis ſuis purgata, ſinum ad fœcunditatem futuram aperiret. Inde ſequitur ætas quinta, quæ non modò prophetas ſed etiam regem habuit extraneum Inquiſitorem. Is eſt Nabuchodonoſor, quem hîc extraneum voco, quia cùm ex populo Dei nõ eſſet exortus, in domo Dei

inter

*inter fratres non habitaret. Attamen et ipſe Deum nouit, & Inquiſitoris officio functus id obtinuit, vt cùm ab initio indignus eſſet imperio tandem id illi à Deo confirmatum ſit. Vireſcere iam videbatur Inquiſitio, et folia ſua latè diffundere, ad operiendos fœtus quos erat proximè paritura. In ſexta ætate Inquiſitorum maximus IESVS CHRISTVS apparuit qui hodiernæ Inquiſitionis eſt caput, et fœtus produxit vberrimos. Ea verò à Chriſto demandata eſt D. Petro Apoſtolorum principi, et ijs Pontificibus qui in ſede Petri Eccleſiæ locum principem, et regnum ſpirituale adminiſtrarunt, qui cùm Epiſcopis hoc inquirendi munus vnà cũ inſtitutione imponerent, vt eſſent Inquiſitores ordinarij, tandem experti ſunt ipſos Epiſcopos ſui muneris oblitos, aut penitus rem tantam neglexiſſe, aut iudicibus temporalibus partem fundi ſui colendam dimiſiſſe. Itaque cùm iudices ſeculares alienæ meſſis curâ ſe liberarent, nec iam Epiſcopi vellent ad recidendos ramos putridos manum admouere, Pontifex Maximus Innocen. III. exerto ſarculo de amputandis hæreſibus in Concilio Lateran. deliberauit, ac tum primùm cepit delegatorum Inquiſitorum iuriſdictio ex decretis Summi Pontificis, & Concilij, quibus cauſam fecit Gallicus hæreticorum Albigenſium morbus. Per illas ætates Inquiſitionem id feciſſe oſtendimus hoc primo volumine, vt Dei nomini maieſtatis ſuæ ſplendor toties rediret quoties idololatras, gentes, et hæreticos iam penè illum extinxiſſe deprehenderet: nec me mouent qui aliter ætates ab orbe condito diſtinxerunt. Non verſus Sibyllini (ſi tamen Sibyllini ſunt ij quos Oporinus excudit) in quibus ætates octo enumerantur. Non Græci inter quos Cedrenus, qui mille annos ætati cuilibet adſcribit. Non Hebræi qui ſe ne quidem ætatem quintam digito tetigiſſe ſomniant. Nos ad Chriſtum vſque generationibus ætates diuidimus, primam et ſecundã denis, tres reliquas denis et quaternis ſingulas explicamus. At ſextam quæ nunc agitur nullo generationũ numero metimur, propter id quod dictum eſt. (Non eſt noſtrum ſcire tempora quæ pater poſuit in ſua poteſtate.) Exinde quemadmodum in ætatibus illis quinq; ante Chriſtum, et in ſexta à Chriſto ad Lateranenſe Conciliũ eos nominatim expreſſimus qui præclarum illud munus geſſerunt, vt nequidem laici à nobis ſint prætermiſſi, ſic & poſt Lateranenſe Conciliũ, ſi qui ad hæreticas peſtes Officij Sancti ferrum, et ignẽ admouerint eos ſilentio prætermittere noluimus, nec quidem regna, Reſpublicas, nationes, regiones, oppida, et*

*Vrbes*

*vrbes quæ, vel ſalubri hoc remedio ad repellendum morbum tam periculoſum vſæ ſint, vel in ſui perniciem illud reiecerint. Ea ratione ſtatim ſubiecimus de dignitate, et vtilitate illius titulos exhortatorios quidem apud eos qui hactenus ſuaues illius fructus deguſtarunt, alijs verò confirmatorios ſuæ ſalutis, pacis, et tranquillitatis: quæ omnia per ſtemmata ſancti Officij altero titulo ſignificari oſtendimus. Inquiſitionis autem poteſtatem ne per ſe exiſtentem quis exiſtimet, ſed à Summo Pontifice emanaſſe dignoſcat, et à Pontifice potuiſſe illam eandem conſtitui non ignoret, de Summi Pontificis primùm, deinde de Inquiſitorum delegata poteſtate diſſerimus, quibus omnibus animum ſi quis attentè aduertat, Summum Pontificem à Deo, et à Summo Pontifice Inquiſitores iuriſdicendi poteſtatem habere confitebitur. Præterea cùm iuriſdictionis huius ſubiectum ſit hæreſis, de illa titulus emergit, in qua non ſolùm quid illa ſit exponitur, ſed etiam quo pacto in genere, et ſpeciebus deprehendi poſſit methodo ſatis exquiſita, et facili euoluitur. Quæ cùm ita ſint altero titulo, qui eſt de ordine iudiciario, diſcutiendum proponimus quàm accurata ſacrorum Canonum, et venerandarum legum obſeruatione iuriſdictionis ſuæ ſacrarium Inquiſitores exornent. Ac primò cùm ab eis edictum fidei ſoleat in omnibus præponi ac promulgari, eius forma proponitur, clauſulæ explicantur, ſtylus cum Epiſtola D. Thadæi contra hæreticos æquiparatur, vt de illius æquitate nemo niſi qui planè Legum, Canonum, et D. Thadæi autoritatem reiecerit, dubitare vllo modo poſſit. Edicto autem promulgato, quoniam præcipua ac primaria diligentia Inquiſitorum circa inquiſitionis ſiue informationis confectionem exſiſtit, de Inquiſitione, et eius partibus titulo integro diſquirimus: ac ſtatim de denunciatione, et accuſatione poſt inquiſitionem conficienda, et ſuſcipienda titulis ſeparatis diſputamus. Hîc finem primi voluminis præfixeram, nec prætergredi animus erat ad quæſtiones, quas ex edicti clauſulis excerpſi: ſed vicit me ſumma quorundam amicorum auiditas, vt quam ipſi iam legerant quæſtionem de Sacerdotibus ſolicitantibus mulieres in actu confeſſionis à me extorſerint. Inde illi potiùs quàm ego id fecerunt vt ordinem clauſularum edicti illa præuerteret,*

*et*

*et quaſi corollarium huic volumini accederet. Ego in eo ſi quid præter quàm quod debitum eſt exſoluam, nec indebitũ ab amicis condicere inſtitui, nec me fortaſsis ante diem ſoluiſſe pœnitebit. Atque iſta ſunt, et eiuſmodi, candide lector, quæ amicè et cãdidè impartimur, ad reliqua breui manum extremam appoſituri, ſi amicè et candidè nos, et noſtra ſuſceperis. Vale.*

*ERRA-*

# ERRATA

Pag.7.col.2.li.28.Thom.2.2.non.Tho.2.2.q. 1.art.4. non.li.30.ad hunc adhuc.p.9.c.1.l.31.lib.c.lib.1.cap.p.10.c.2.li. 3. deſtitui.
deſtitui.p.17.c.2.li.5.& non.&nos.p.18.c.2.l.27.ſempiterno.ſerpentino.p.19.c.2.l.9.vt ab,aut ab.p.20.c.2.l.36.poſsis.poſsit iubet.
p.22.c.2.l.21.cum ſcriptura.ſcriptura.p.27.c.1.l.vlt.paſtoralem.paſtoralis.p.29.c.1.l.6.& appo & oppo.p.30.c.2 .l.22.tionis in.tiones in.p 35.c.2.l.22.videre.audire.p.42.c.2.l.33.Martianiſta, ſcribit. Marcioniſta.ſcribitur.p.63.c.1.l.16.afficient.efficient. p. 64.
c.1.l.4.Lis.Cis.p.102.c.2.l.17.ad ipſum.idipſum.l.40.alumnos.alumnus.p.106.c.1.l.18.feſtam.feſtant.p.133.col.1.li.22.Domini.
1589.Dñi 1489.p.138.c.1.l.12.quod quẽque.quodcũq;.quæcũque,quotcũque.l.16.omnibus libere.oneribus libere.p.150.c.2.l.37.
amplisſimam poteſtatem.ampliſsima poteſtas.p.152.c.1.l.5.voluerint.noluerint.p.160.c.2.l.37.D.Petrus. D.Didacus.p.167.col.2.
l.41.prodijſſe. prodidiſſe.p.167.c.1.l.45.ſolitudine.ſollicitudine.p.168.c.2.l.16.relabantur.relabebãtur.p.184.c.2.l.11.partam putredinem.partem in putredinem.p.186.c.1.l.43.vix tradita.iuxta traditam.p.199.c.1.l.36.cõmuni.Dat.in Turriri cõmuniri.Dat.
in Turri.p.216.c.1.l.41.Valez.Veles.p.241.c.1.l.17.ad Arriaran.ab Arriaran.p.247.c.1.l.26.aulteritas.auſteritatis.p.247.c.2.lin.30.
ſimulauit.ſimulaſſe.p.251.c.1.l.36.conuerſantes.conſeruantes.p.258.c.1.l.19.Lombardiæ.Lombardia.p.267.c.2.l.31.exemptis.exẽpti.p.287.c.2.l.19.diga.gatos(inquit)à nobis eſſe oportet.l.32.ſum.ſuo.l.ant ermo,ſermo.p.288.c.2.l.5.Marchioni.Marcioni.p.302.
c.2.l.23.comprehenſum.compreſſum.p.308.c.2.l.1.è porta.è portu.p.309.c.2.l.3.cruce Aretiã.crure Aretiũ.p.313.c.1.li.43.iaſthmate,aſthmate.p.317.c.2.l.30. Leouigildum.Leouigildum Arriani.p.319.c.1.l.16.Vaſco.Vaſæo.p.327.c.2.l.29.Apoſtolici. Apoſtoli. p.
334.c.1.l.34.calatores.clamatores.p.336.c.2.l.31.continuæ.continuò.p.338.c.2.l.3. Sobra eſte reglon.p.342.c.1.l.6.ticos.tici.pag.
357.c.1.l.32.cap.referuntur.cap.3.referuntur.p.370.c.1.l.6.conſtatu.conſtitu.p.371.c.2.l.29.redimere.redimire.p.381.c.2.l.21.ferre.ferret.p.407.c.1.l. 22.Nequaquam.Nequam.p.408.c.1.l.26.tur.12.diſt.tur.21.diſt.p.411.c.2.li.34.fidem te.fide hacte.p.412.c.2.li.
13. Vualafredus.Vualafridus.l.16.fere.fæce.p.413.c.1.pe.&.vt.p.413.c.2.l.41.lib.15.lib.5.p.423.l.1.c.41.queſt.4.quæſt.15.p.423.c.2.l.
14.honorum.bonorum.p.424.c.2.35.temporalia:at.temporalia,& ſpiritualia:at pa.425.c.1.l.32.Ottho.Ado.pa.426.c.1.lin.4.Ottho.
Ado.l.32.Manticam.Mantuam.p.431.c.2.l.27.Regum cap.1.Regum cap.10.l.28.elegit q.3.elegit.93.p.434.c.1.l. 16. DD. cap.1.l.de
conſti.DD.in.1.conſtit.p.434.c.2.l.38.c.19.cap.16.p.435.c.1.antepe.Iere.iere.p.438.c.1.l.vlt.admonui.admonuit.p.439.c.1.l.15.negationes.negotiationes.pag.452.c.2.l.8.temporali correctionis.Et.temporali.Et.l.10.iuriſdictionis,& ordinis.iuriſdictionis correctionis,& ordinis.p.453.c.2.l.9.Concilio dictum.Concilio Florentino dictum.p.456.c.1.l.6.imperfectam.perfectam.p.468.c.1. l.4. à
regibus.regibus à l.29.coronatum.coronatur.p.468.c.2.l.23.inſcriptum.inſcriptam.471.c.2.l.34.noui ordinis.noui orbis.p.477.c.1.
l.10.vocat.vacat.l.25.recentem.retentam.p.491.c.2.l.36.hoc.Non hoc.p.496.c.2.l.34. lib. 4. quæſt.4. l. 36.concluſio. concluſ.10.p.
497.c.1.l.15.principis.principes.p.502.c.1.l.11.his.is.p.502.c.2.l.7.ius.eius.p.504.c.2.l.28.ad quos. ad quas.p.505. c.1.l.43.pertinet.
Ita.pertinet,reſtituere teneatur.Ita.p.505.c.2.l.36.ora.bona.p.511.c.2.l.18.linea hæc præcedenti eſt coniungenda.p.513.c.1.l.34.vacans.vocans.p.523.c.1.l.17.q.15.d.1.q.15.nu.1.p.523.c.2.l.36.Eymericus in.2.p.Eymerico in 3.p.p.527.c.2.l.39.extorſerit.extorſerint.p.530.c.2.l.7.tit.x.tit.9.p.p.533.c.2.l.5.quod.quo.p.534.c.1.l.25.poſſunt.poſsint.p.537.c.2.l.20.tradend.ex Panorm.tradendum exe
cutioni ex Panorm.p.538.c.1.l.8.ſeculares non contradix.ſeculares contrad.l.23.de abſ.ver.leg.de alim.& cibar.leg.li.42.inuent.inueſt.p.539.c 2.l.19.facienda.faciendam p 543 c.1.l.29.quia hæreticus propoſitis:quia.quia hæreticus à præpoſitis ſe ſummouet: quia
p.546 c 1.l 29 c.17.c.18.p 548,c.1 l.2.minum.minem.p.549.c.2.l pen.iudicio.indicio.p 550.c.1.l 12.moueat moueant.pa.550.c.2.l.7.qui
quę.p.552.c.1.l.2.aluo albo.p.552.c.2.l.33.cõſummatum.conſummatam.p.553.c.1.l.16.articulum.articuli.l. 31.reuincendum.reuincendam.p.555.c.2.l.41.contexione.contextione.p.558 c.1.l.11.c.191.c 199.p.559.c.1.l.24.corpori.corporis.560.c.1.l.27. ergo conſit. ergo
&c.conſit.p.562.c.1.l.6.lib.12.lib.13.l.29.maiores.minores.p.565.c.2.l.24.conſilij.Concilij.p.579.c.2.l.36.ſingulari;ſingulare. p 581 c.
1.l.13 permonere permouere.p.583 c 1 l 33 temperato.temperamento p.584 c.2 l 33 ſit.ſi.p.586.c 1 antep.cauſamque.cauſam quæ.
p.588.c.1.l 23.veretur.vetetur p 596.c 1 pen.tit.6 tit 60.p.601.l.vlt tiones,quas tiones,ob quas p.604.c 1 l.32.efferre.deferre.607.
c.1.l.25.appellationis.appellationũ.p 610 c 2 l 12 iuſtarum iuſtarũ.& iniuſtarũ.p 614.c.1.l.24 tit.94.ti.44.p.614.c 2 l.11 Dñi 383.Domini 381.p 617 c.1.l 1 infidelitatis infidelitate.p 620.c.1.l.44 tit 5.vbi tit 5 part 1 vbi.p 624 c 2 l 27 tuam,& occiſam tuas & occiſas.p 625 c 1 l 4 ſatis.fatis p 632.c 1 l 17 illibatum illibatam p.632 c 2.l.41.eos.eas.p 636 c 1 l.27 conſil 505 conſil 585 p 650 c 1.
l 9.loq.Ioan p 650 c 2 l 22.ſtirpes ſtipes p 659.c 2 vlt contra qui.contra eos qui p.664 c.1 li 41 alleuabit.alleuiabit p.664.c.2 l 21.
c.29.c 19 p.666 c.1.l 40 Qua Quia p 669 c.1.l 11.Lucæ 29.Lucæ 19 p.670 c 1.l.35 concubendi.concumbendi l 36 luxuriæ.luxuria.l.
38.pſal.6 pſal.9.p 681 c 2.l.41.qui quæ p 682.c.1.l.10 Cant 6 [ Cãt 5 ].p 683 c 1 l ant.ſuauiſsimos.ſuauiſsimi p.683 c 2.10. Ezech.
16 Ezech,26 l 33 Eſai 5 Eſai.50.p 685 c 2.l 40.ducuntur.ducantur.p.687.c.1.l.5 de vtilitate lib.2. [.de contempt.mun.lib.2. cap.30.
p.688 c.1 l 4.Eccleſiaſt.5.Eccleſiaſt 50 l 27 D. Thom.2.2 D.Thom 1 2 p.688.c.2 l 4.canonica c canonica 1.c.p.689. c.1.li 27 cap.83.
cap.38 l 28 pis pidis.p.689 c.2.l.21.alipes aliger.p.691 c 1.l.vlt, exanimi inani,p 698 c.2.l 37 & Cor.& 1 Cor.p 703 c.1.l.5 tentatur.tentant.p.710.c 1.l.31. omnipotens 1 q omnipotens.2 q.p 720 c.2 l 26.cap.32.& 33.cap 31 & 32.p.724 c.1 li.23.nume.15 nume 75.
p.726.c 1 l.30 alij ad alios p.726.c 2 l 27 titu 11 titu.12 p 727.c 2 l.3 nu.3.num.38.730.c.1 l.pen.pęnam mere.pęnam nemo mere.
p.732.c.2 l 36 probationibus.teſtibus p.740 c.1 l 17 ex eius.ex earum p.741.c 1.l.5 ſicut num 23.q 5.ſicut num.32 q 5.p 743 c.1.l.
44.nu 97 nu 67 p 743 c 2.l 39 triplici poſſe quis tripliciter poſſe quem.p 745.c.2.l.11 beneficio officio p 747 c 2 l 8 Bart Bald pag.
750.c 1.l 17 illud quod illum quod l 31 vt.& vt.p 752.c.2.l.vlt teſte teſtem.p 758.c.1.l 4 generalem generale l 19 ff ter.de in amot
ff de termi mot.p 758.c 2 l.10.populo l.illius populo, vel illius p.759.c.2.l 35 gloſſ 291 C de manifeſt.cap gloſſ.2.q.1 cap.de manifeſta.cap p.764 c.2.l.31 præcedendo procedendo.771.c 2 l 12.P O N T. P O T p.772 c 2 l.22.nu 29.nu.19 773.c 1 l 29.ſeqq. inſtructio.ſeqq 1.inſtructio p 774 c 1 l 2 propoſitione.prępoſitione p.774 c.2.l.39.clauſularus clauſula p.775 c.1 l 26.quo.qui p 782 c 2.
l.4 capillum 2.2 capillum.22.l 3 cap.12 cap 13.p.795.c 2.l 1 & 22 q.& 2.2 q.p.796 c 1 l.13.Rhadamanæto Rhadamantæo.p.801 c.1.
l.1 quæſtione.6.ſanè quæſt 6 cap ſanè.p.802 c 2 l 3.diſſenſio.diſcuſsio p.804 c.1.l.24 terlocutoria terlocutoriæ p.809 c 1 li 39.non
vnquam,nonnunquam.p.811.c.1.l.42.ſed &.ſed ad p 811.c 2.l.10 expenſionibus.exemptionibus p.812 c 2.li 6.nos 15 nos 25.li 17.
cap 6 cap.9 p 813 c 2 l.10 q.12 q 32.p.814.c 2 l 36.verſ apparent.verſ ſaperent.p.815.c 2.l.41 publica defenſio.publicam Defenſio.
p.816.c.2.l 13 in l 1.in l 2 l 38.Mardeus Mar.deciſ p 818 c 2.l.44.cultatem.cultate l antep.præfici.præfici poſsint.p.819.c.1.l 43 de
titul.d titul.p.822 c.2 l 29.nu 50 60 50.nu 60.p 824.c.1.l.6.ritate omnia ex capita ſummam ritate omni ex capite,ſummam.p.824.
c.1 l 8 enim malitiam.enim nec malitiam p 824.c 2.l.17 hinc reijciemus Hinc infertur reijciendam p.827 c.2 l.16.nempe 44 nempe 10 44 l 24 cap 1 cap.2.p.831 c.1.l.12 Paul ad Paul 1 ad p 831 c 2 l.38 cap 13 part.151 nu 29 cap 13 nu 29 p.833 c.1 l 44 Alexan.
III, Alex.IIII p.834 c.2 l 44 decimo octa.decima octa.p 836.c.2.l.25 præmittit.permittit,p.844 c.1.l.7. ad. 1 ad 2 p 846.c 2.l.19.c.
5.cap Eccleſ.5 p 847.c 1.l.9.l.verbo l 1 verb.animo p 847 c 1 l.44.nemini.5.quæſt nemini 15 quæſt p 847.c 2 l.10.conſ 43.conſ 53.
p 848 c.1 l.34.ſti nu 3.quæſtiuncu.3.p.849 c 1 l.30 obſtat ff de noui oper nunciat.alias.obſtat ff.p.849 c 2 l.26 nu 45 nu 75.p 851.
c.1 l 29 affectu.effectu.p 852 c.2 l 2 cap ibid.23 cap 23 p 861 c 2.l.25.nu.4.ad.nu.43.ad.p.866 c.1 l.10.nu.55 nu.53.p.867.c.1 l 34.
in.c.ſi illud.in c.ſi illud.p.868.c.2.l.7.Boer.Boc.l.15.cononico.canonico.p.871.c.1.l.9.num.ibi.num.161.p.871.c.2.l.2.lib.2.2. quæſt
l.2.quæſt 875.c.1.l.30.nullum nullam.l.38.cuſtodibus.cuſtodia.l.40.Berores.Beroius.p 882.c 1.l.40 Cæſenatenſi.Cæſenatẽſi.l antep.
nia gula.nia,& ſingula.p.882 c 2.l 30.ſe a Deo ſe Deo p 886 c 1 l.16.concinnantur concinnatur

p.529.c.1.l.40.χριθὰς.χριτὰς.l.44.ἐν.ἓν.p.543.c.1.l.25.ἄιρεσις.ἄιρεσις.p.710.c.2.l.3.ἐμποιμενιος.ἐμποίνιμος.p.865.c.1.l.14.ὢν.ὧν.

En Madrid a xxx. de Otubre de M. D. X C V I I I.

*Iuan Vazquez del Marmol.*

# T A S S A.

YO Pedro çapata del Marmol,eſcriuano de camara de ſu Mageſtad,de los que en el ſu Conſejo reſiden:doy fe,que auiendoſe viſto por los Señores del dicho Cõſejo,vn libro,intitulado, de Origine & progreſſu Officij ſanctæ Inquiſitionis.Compueſto por el Doctor Paramo, Arcediano y Canonigo de la ſancta Igleſia de Leon,y Inquiſidor del Reyno de Sicilia,que con ſu licencia fue impreſſo.Taſſarõ cada pliego del dicho libro, a tres marauedis y medio.El qual dicho libro,tiene dozientos y cinquenta y dos pliegos,que al dicho precio monta cada volumen en papel, ochocientos y ochenta y dos marauedis. Y a eſte precio mandaron que ſe venda y no a mas. Y para que dello conſte, de mandamiento de los dichos Señores,di la preſente, que es fecha en eſta villa de Madrid, a diez y ocho dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y nouenta y ocho Años.

*Pedro çapata*
*del Marmol.*

# I N D E X

## LIBRORVM, TITVLOR. CAPIT. ET QVAESTION. QVAE IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

## LIBER PRIMVS.


*De origine et progreſſu Officij ſanctæ Inquiſitionis,pag.1.*

### TITVLVS PRIMVS.

De peccato & infidelitate Adæ, pag.2.

*Cap. 1.* D*EVS vt Angelorum ruinas repararet Adamum creauit, Diabolus verò acri ſtimulatus inuidia dolis Euam aggreditur. pag.2.*
*Cap. 2. Deus Protoparenti præceptum impoſuit, cognitionemq́; de ſupernaturalibus noſtra multo præſtantiorem, ob euidentiam in atteſtante indidit. 5.*
*Cap.3. Adam tripliciter diuinum præceptum violauit, ſcilicet dubitando de comminatione Dei, fidem diabolo adhibendo, et comedendo, at dubitando fidem amiſit. 8.*
*Cap. 4. In illa Adæ dubitatione de pœna propoſita, reperitur pertinacia, quæ hæreſim conſtituit. 11.*
*Cap.5. Adam hæreſim ex ſua electione contraxit. 14.*
*Cap.6. Mulier infidelis fuit in recitando diuino præcepto. 15.*
*Cap.7. Mulier infidelitati blaſphemiam adiungit, cupiens eſſe ſicut Deus, ſciens omnia. 16.*
*Cap.8. Adam an fuerit ſeductus. 18.*


a *Cap.9.*

*Cap.9. Primum hominis peccatum, non fuit infidelitas, ſed ſuperbia,* pag.22.
*Cap.10. Adam tranſgrediendo diuinum præceptum, grauius peccauit quam Eua.* 25.

## TITVLVS SECVNDVS.

De modo quo Deus proceſsit contra Adamum, & de modo procedendi S. Officij, pag.27.

*Cap.1. DEus ad punitionem primorum parentum ſe ſe accingit, et traditur forma procedendi.* 27.
*Cap.2. S. Officij Inquiſitores modum procedendi à Deo mutuantur, et eundem obſeruant.* 30.
*Cap.3. Deus per ſeipſum ſecreto hoc iudicium exercet, futuros Inquiſitores inſtruens.* 31.
*Cap.4. Deus hominem de hæreſi conuictum, & reſipiſcere paratum ſibi reconciliat, et in pœnam tanti ſlagitij laboribus illum addicit, et ad confuſionem, tunicis pelliceis tanquam ſacco benedicto induit, quod ab Inquiſitoribus hodie obſeruatur.* 37.
*Cap. 5. De antiquitate ſacci benedicti, et de illius forma.* 39.
*Cap.6. De alia ſignificatione veſtis pelliceæ, qua Deus hominem induit.* 43.
*Cap.7. Deus non ſolum primis parentibus ignominiæ notam inuſsit: verum in deteſtationem infidelitatis, omnibus bonis euerſos, ex Paradiſo voluptatis eiecit. Unde Inquiſitores hæreticorum bona proſcribunt.* 45.

## TITVLVS TERTIVS.

De hæreticis & idololatris veteris legis, pag.48.

*Cap.1. DE hæreticis, et idololatris, atq; de Patribus, qui Inquiſitorum officio functi ſunt per reliquas mundi ætates.* 48.
*Cap.2. De eodem argumento.* 52.

*Cap.*



*Cap.3. De eodem argumento.* 68.
*Cap.4. De eodem argumento.* 78.
*Cap.5. De eodem argumento.* 82.

# LIBER SECVNDVS.

*De origine et progreſſu ſanctæ Inquiſitionis delegatæ, pag.88.*

## TITVLVS PRIMVS.

De delegata Inquiſitione, pag.88.

*Cap.1. QVO tempore primum exordium ſumpſerit Officium S. Inquiſitionis delegatæ.* pag.88.
*Cap.2. De primo Inquiſitore generali.* 95.
*Cap.3. De ſanctæ Inquiſitionis Familiarium inſtitutione.* 103.
*Cap.4. De indulgentijs conceſsis ſanctæ Inquiſitionis Officialibus, Familiaribus, et Miniſtris.* 105.
*Cap.5. De multis Inquiſitoribus ex ordine Prædicatorum.* 107.

## TITVLVS SECVNDVS.

De propagatione ſanctæ Inquiſitionis per orbis Prouincias. pag.112.

*Cap.1. QVO tempore Romæ Inquiſitionis Officium fuerit inſtitutum.* 112.
*Cap.2. Quo tempore in regno Caſtellæ S. Inquiſitionis Officium ſtabilitum fuerit.* 130.
*Cap.3. Officium S. Inquiſitionis in Caſtellæ regno inſtauratur.* 133.
*Cap.4. De Generali Caſtellæ Inquiſitione.* 145.
*Cap.5. De Inquiſitoribus generalibus Hiſpaniæ.* 156.
*Cap.6. Quo tempore Sarraceni, Iudæique ab Hiſpania expulſi ſint.* 163.
*Cap.7. De ſancta Inquiſitione Toletana.* 169.
*Cap.8. De Inquiſitione regni Aragoniæ, et Cathaloniæ.* 176.
*Cap.9. De Inquiſitione regni Valentiæ.* 186.

 *Cap.10.*

Cap.10. De Inquiſitione Neapolitana. 191.
Cap.11. De Inquiſitione regni Siciliæ. 196.
Cap.12. De Inquiſitione Balearium Inſularum. 217.
Cap.13. De Inquiſitione regni Sardiniæ. 218.
Cap.14. de Inquiſitione Triremium. 223.
Cap.15. De Inquiſitione Luſitaniæ. 226.
Cap.16. De expulſione Iudæorum à Luſitaniæ regno. 234.
Cap.17. De Inquiſitione Coimbricenſi. 235.
Cap. 18. De Inquiſitione Orientali. 236.
Cap.19. De Inquiſitione quæ eſt in Imperio Praſti Ioannis. 237.
Cap.20. De Inquiſitione Inſularum Fortunatarum, vulgo Canariæ. 238.
Cap.21. De Inquiſitionibus Indiarum. 239.
Cap.22. De Inquiſitione regni Nauarræ. 243.
Cap.23. De Inquiſitione Galliæ. 245.
Cap.24. De Inquiſitione Flandriæ, Atrebati, ac vicinarum Inſularum. 247.
Cap.25. De Inquiſitione Germaniæ. 248.
Cap.26. De Inquiſitione Auſtriæ. 251.
Cap.27. De Inquiſitione Vngariæ, et Poloniæ. 252.
Cap.28. De Inquiſitione Dalmatiæ, Boſnæ, Raguſiæ, Croatiæ, & Iſtriæ. 252.
Cap.29. De Inquiſitione Armeniæ, Georgianæ, Græciæ, Tartariæ, Ruſſiæ, ac duarum VValachiarum. 253.
Cap.30. De Inquiſitionibus Lombardiæ. 253.
Cap.31. De Inquiſitione Hetruriæ. 263.
Cap.32. De Inquiſitione Marchæ Anconitanæ, olim Piceni. 264.
Cap.33. De alijs Italiæ Inquiſitionibus. 265.
Cap.34. De Inquiſitione Venetæ. 265.


## TITVLVS TERTIVS.

De dignitate, vtilitate, & fructu S. Inquiſitionis. pag. 267.


Cap.1. DE amplitudine, et excellentia S. Inquiſitionis. 267.
Cap.2. De viris illuſtribus, qui de S. Inquiſitionis Officio, aut egregiè ſenſerunt, aut præclarè locuti ſunt. 273.
Cap.3. De ſtudio et vigilantia Inquiſitorum, qua vnitas Religionis Catholicæ, atque concordia et pax Reipublicæ conſeruantur. 281.
Cap.4. Altiſsima Dei prouidentia ſacroſanctæ Inquiſitionis Officiũ inſtitutum fuit ad hæreſes extirpandas. 291.
Cap.5. Inquiſitorum diligentia, ab Hiſpaniarum regnis, hæreticorum incurſus propulſantur. 300.
Cap.6. Sanctæ Inquiſitionis Officium, multis calamitatibus aditum intercludit. 305.
Cap.7. De eodem argumento, quo oſtenditur hæreticos ſuis erroribus non ſolùm religionem, ſed ſtatum politicum euertere. 323.
Cap.8. De Cruce, et eiuſdem ſignificatione in tribunali S. Officij. 339.
Cap.9. Crucis deuotio ex ſignis, et miraculis eius interceſsione patratis commendatur. 353.
Cap.10. De ſtemmatibus, quibus tribunal S. Inquiſitionis decoratur, ſcilicet, Cruce viridi in campo nigro, ramo oliuæ, gladio, atq; rubo, eorúmq; ſignificatione. 364.
Cap.11. De ſignis et exuuijs, quibus pœnitentium errores ignominiam, et reſipiſcẽtiam ſanctum Officiũ denotat: ac ſpeciatim de virga, candela, aqua benedicta, barbæ et capillorum tonſione, mitra, fune, et veſte ſiue ſacco pœnitentiali. 379.


## LIBER TERTIVS.

De iuriſdictione ſpirituali, et temporali ſummi Pontificis, cum alijs quæſtionibus. pag. 394.

## QVÆSTIO. I.

De iuriſdictione vniuerſali ſummi Pontificis in temporalibus, diuiſa in quatuor opinionibus, ſcilicet:


PRima, hæreticorum. 417.
Secunda, Iuriſprudentium. 439.
Tertia, Canoniſtarum. 443.

Quarta, Theologorum. 482.
Quæſt.2. De poteſtate delegata Inquiſitorum. 515.
Quæſt.3. De hæreſi et eius ſpeciebus. 540.
Quæſt. 4. De forma et ordine iudiciario S. Officij contra hæreticos. pag.571. et de expeditione proceſſus in cauſis fidei. 589.
Quæſt.5. De edicto fidei eiuſque accurata explicatione. 609.
Diuiſio eiuſdem edicti fidei. 629.
Conſonantia eiuſdem edicti fidei, cum Epiſtola Iudæ Thadæi. 640.
De obligatione, quâ tenentur omnes obedire Inquiſitoribus, et adeſſe edicti fidei publicationi. 705.
Quæſt.6. De Inquiſitione quæ fit per Inquiſitores in cauſis fidei. 715.
Quæſt.7. De Inquiſitione conficienda, abſque præuia infamia, an ſit iuris diuini et naturalis. 754.
Quæſt.8. De denunciatione in cauſa hæreſis. 766.
Quæſt.9. De accuſatione proponenda à Promotore, et Aduocato fiſcali S. Officij aduerſus fidei noxios. 788.
Quæſt.10. De ſolicitatione ad libidinem in actu confeſſionis, vel proximè illi antè vel pòſt. 838.

**INDEX**

# INDEX

## LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM NOTABILIVM.

### Quæ in hoc primo Tomo de Origine, & progreſſu Officij ſanctæ Inquiſitionis continentur.

## A

AARON vitulum aureum formauit, & nouæ idololatriæ fuit autor à nu. 35. vſque ad 46. pag.56.
Abbates duodecim ex D. Bernardi familia mittuntur ad reducendos Albigenſes. nu.10. 90.
Abias interfectus exſtitit à Deo propter idololatriam. nu.25. 70.
Abimelech munus Inquiſitoris exercuit occidens ſeptuaginta fratres. n.92. 62.
Abimelech mortuo, rexit Iſraelitas Thola iudex annis viginti quinq;. n.93. ibid.
Abiurãs debet ſubſcribere abiurationi. nu.18. 593.
Abiurans de vehementi, ſi relabitur, quâ pœnâ plectatur. nu.154. 825.
Abiurare tenentur viri anno 14. fœminæ anno 12. ætatis. nu 15. 593.
Abiuratio quid ſit. nu.11. 592.
Abiuratio quid continere debeat. numero 13. ibidem.
Abiuratione de leui proceſſus terminatur. nu.10. ibidem.
Abiurationis Origo. nu.12. ibidem.
Abiurationis ſpecies quatuor. nu.14. 593.
Abraham Inquiſitoris munus exercuit cõtra Chaldæos. nu.4. 53.
Abſentia committentium eſt iuſta cauſa commiſsionis. nu.23. 522.
Abſentia & infirmitas iudicis delegati iuſtæ ſunt ſubdelegãdi cauſæ. n.56. 527.
Abſoluere in iure quid ſit. nu.73. 391.
Abſolui non poteſt, qui nulla ſigna pœnitẽtiæ oſtendit. num.68. 659.
Abſolutio ſacramentalis reſpondet iudicio facto à ſacerdotibus Leuiticis, ſuper leproſis. nu.80. 660.
Accuſare omnibus permittitur, niſi prohibitum reperiatur expreſsè, & quibus cauſis ab accuſando quis repellatur. nu.3. & 4. 794.
Accuſare prohibiti admittuntur, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam perſequantur. nu.5. ibidem.
Accuſare de crimine hæreſis, quilibet poteſt ac tenetur. nu.7. & 45. ibidem.
Accuſare propriè quid ſit, & quæ actio, & in quo differant. nu.52. 807.
Accuſatio vel denunciatio, à quibus proponatur. nu.14. 576.
Accuſatio cõtra defunctũ eius filijs & hæredibus notificatur. n.86. 588.
Accuſatio fratris iam emẽdati, an ſit cõtra ius naturale & diuinũ. nu.6. 756.
Accuſatio fratris, quando nõ eſt facienda. nu.48. 765.
Accuſatio verbalis in crimine hæreſis, valida eſt. nu.14. 796.

*Accuſatione propoſita reo datur aduocatus. nu.48.* 583.

*Accuſationis definitio, & etymologia. numer.2.* 793.

*Accuſationis forma neceſſaria eſt, & in dubio præſumitur ſubſtantialis. num. 17.* 797.

*Accuſationis in crimine hæreſis formulæ variæ, ſecundum aliquos DD. numero 19.* ibidem.

*Accuſationis forma ex Eymerico, Pegna, & Simanca quam Promotor fiſcalis Inquiſitoribus porrigit.n. 20.* ibid.

*Accuſationis forma ex cõmuni Inquiſitorũ ſtylo, ab autore traditur.n.21.* 798.

*Accuſator priuatus nõ ſubiacet in materia hæreſis talionis legi.n.16.* 576.

*Accuſator in crimine hæreſis nõ punitur pœna talionis.nu.9.* 795.

*Accuſator libellũ in ſcriptis porrigere debet.nu.13.* 796.

*Achab Rex Iſrael cum eſſet hæreticus, & idololatra pœnitentiam egit, & vulneratus moritur miſerè.numero. 51.& 52.* 72.

*Acta & proceſſus in cauſis hæreſum, ſoli Inquiſitori & officialibus nota eſſe debent.nu.18.* 34.

*Actio fidei publica die feſto celebratur, & quamobrem.nu.36.* 597.

*Actus primus ſuperbiæ eſt nolle parere imperio, & præceptis alicuius.n.3.* 23.

*Actus circa finem potior eſt quam circa media.nu.9.* 24.

*Actus volũtatis duodecim ſunt, ad aliquid peragendum.n.245.& 246.* 691.

*Actus præſens præteritam intẽtionem declarat.nu.82.* 813.

*Actus proximus confeſſioni antè vel pòſt, quando dicatur. nu. 47.* 850.

*Actus cõtinuus quoties requiritur, licet interueniat modicum interuallum, dicitur tamen vno fieri contextu. numero 49.* 850.

*Adam & Eua, ſerpenti credẽdo fidẽ amiſerunt. nu.7.* 6.

*Adam interiori quadam inſpiratione, qua Dei præſentiam cõtemplabatur, cognouit à quo creatus fuerat.nu.8.* ibidem.

*Adam & Eua, cum gratia gratum faciẽte cõditi fuerunt, cuius fundamentũ eſt fides.nu.11.* 7.

*Adam & Eua, habuerũt euidentiam in atteſtante.nu.13.* 8.

*Adam & Eua, infidelitatis labem contraxerunt, dubitando de pœna propoſita. nu.10.* 10.

*Adam & Eua, quomodo pertinaces dicantur.nu.4.* 11.

*Adam electione ſua delictum hæreſis commiſit.nu.1.* 14.

*Adam agnouit ſe eſſe nudum, quia bona indumenta perdidit.nu.2.* ibid.

*Adam credendo diabolo, non credidit Deo, nu.4.* ibidem.

*Adam fidem, continentiam, & charitatem perdidit.nu. 5.* ibid.

*Adam perdẽs fidem perdidit protectionem. nu.6.* 15.

*Adam adeò cæcus fuit, æſtuans cupiditate rei vetitæ, vt crediderit primam veritatem mendacij, ſummam bonitatem inuidiæ poſſe inſimulari. nu.5.* ibid.

*Adam an ſeductus, necne fuerit. numero 1.* 18.

*Adam videns Euam viuere poſt eſum fructus, experiri & ipſe voluit, nec tamẽ inuidiæ Deum inſimulauit numero 2.* ibidem.

*Adam per Euam à Diabolo ſeductus. numer.3.* 19.

*Adam non æquè peccauit, vt Eua. numero 4.* ibidem.

*Adam materialiter à diabolo ſeductus, re vera autem, & formaliter ab Eua. nu.8.* ibidem.

*Adam vxori morem gerens ſeductus eſt. nu.9.* 20.

*Adam experimenti cupidus deliquit. numero 10.* ibidem.

*Adam incidit in peccatum, quia Euæ vxori indulſit.nu.12.* ibidem.

*Adam pertinax fuit, quia nõ obſtitit vxori.nu.13.* ibidem

*Adam*





*Adam & Eua, præcepto Dei non obedientes, inferiorem partẽ rebellem experti ſunt. nu.7.* 24.

*Adam morem gerẽs Euæ, ſe veniâ dignum putauit.nu.1.* 25.

*Adam grauius peccauit, quia fœmina prudentior ſerpentis fraudes poterat detegere.nu.2.* ibidem.

*Adam in agnoſcenda culpa durior fuit, & tardior Euâ.num.4.* 26.

*Adam ab effectu pœnæ grauius peccaſſe cõuincitur.nu.6.* ibidem.

*Adam, vt nullitas proceſſus excluderetur, iudicio ſiſtit.nu.5.* 28.

*Adam Euam, Eua ſerpentem, quòd ſe deceperit, cauſatur.nu.7.* ibidem.

*Adam dicens ſe timuiſſe quia nudus eſſet, timoris ſui cauſam adſcribit Deo, numer.2.* 30.

*Adam fatetur crimen nec humiliter petit veniam, ſed ſe excuſat ſuperbè. numer..5.* 31.

*Adam princeps orbis, Deum ſolum non alium pro iudice potuit habere. numer.1.* 32.

*Adam non peccaſſet, ſi fructus malum illi innotuiſſet.nu.9.* 382.

*Adam ob inobedientiã à Paradiſo eiectus fuit, & per inobedientiam intrauit mors. nume.191.* 680.

*Adam in animam viuentem factus erat primus homo.nu.276.* 698.

*Adami & Euæ, ac poſterorum pœna peccati quæ fuit.nu.7.* 3.

*Adami & Euæ mentem diabolus inuadit. nu.8.* ibidem.

*Adami & Euæ cæcitas in falſa explicatione verborum Dei per ſerpentem facta, nu.3.* 6.

*Adami & Euæ idololatria in hoc maximè conſiſtebat, quod ſe homo Deum futurum exiſtimarit.nu.3.* 17.

*Adami peccatum tripliciter fuit aggrauatum.nu.1.* 8.

*Adami & Euæ mens non incidiſſet in errorem, niſi à Deo euerſa fuiſſet, numer.11.* 24.

*Adami præſentatione factâ, Deus de crimine inquirit.num.6.* 28.

*Adamo Deus mendacium diaboli per ironiam aperit.nu.11.* 20.

*Adamo Deus manifeſtat, nuditatem non fuiſſe cauſam timoris. nu. 4.* 31.

*Adamum non eſſe ſeductum, ſed Euam, quidam ſentiunt. numer. 5. & 6. & 7.* 19.

*Adæ proceſſum Deus ſecretò inſtruxit. numer. 5.* 32.

*Adrianus Epiſcopus Dertuſenſis Inquiſitor generalis fuit, & poſtea ſummus Pontifex.num.6.pag.160.& num.16. & 17.* 180.

*Aduocatus datur reo accuſatione propoſita. nu.48.* 583.

*Aduocare quid ſignificat.nu.42.* 805.

*Africam Vandali in ſuam redegerunt poteſtatem, eo tempore quo hæreticis Donatiſtis referta erat. numero 11.* 324.

*Albigenſes miraculis D.Dominici conuincuntur.nu 9.* 100.

*Albigenſes quo tempore Eccleſiam vexabant, S. Dominicus & S. Franciſcus, duo mundi lumina, quaſi de cælo lapſi ſunt.nu.9.* 293.

*Albigenſium hæreſis occaſio fuit inſtituẽdi tribunal S.Inquiſitionis. num.7.& 8. pag.89.& nu.3.* 292.

*Albigenſium errores, & hæreſes commemorantur.nu.7.* 89.

*Albigenſium hæreſis ab Inquiſitoribus deleta. nu.14.* 294.

*Alcibiades improbus ciuis, qui patriam tardè iuuerit.nu. 15.* 709.

*Alexander Ianneus crudeliſsimè regnat in Iudæa, & malè moritur, numer. 39. & 40.* 81.

*Alexius Imperator hæreticus interficitur. nu.66.* 316.

*Alexius nepos Alexij Imperatoris, hæreticus occiditur.nu.67.* ibidem.

*Alimentis legatis debentur cibaria, veſtitus, & habitatio.nu.4.* 707.

*Alimentum qui nõ porrigit mendico, cum poſsit,*

poſsit, interficere cenſetur, ſi ob id medicus moriatur. nu.79. 781.
Aliquando in ſcriptura ſacra dicitur quædam de figura, & quædam de re figurata ſub eodem contextu. n.64. 555.
Aliquãdo in ſcriptura ſacra de genere trãſitus fit ad ſpeciem, & è conuerſo. nu.65. 556.
Aliquid quãdo propter aliud apponitur, debet ab eodem eſſe, vel non eſſe aſſumi. nu.116. 536.
Almaricus hæreſiarcha exuritur. numero 25. 311.
Alphõſus ab Eſpina ex Epiſcoporum cõmiſſione in hæreticos inquiſiuit. nu.5. 131.
Alphonſus Carrillo Archiepiſcopus Toletanus, Compluti ſubortam hæreſim dãnauit. nu.6. 131.
Alphonſus Manrique Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Inquiſitor exſtitit Generalis. nu.7. 160.
F. Alphonſus Giron, de vtilitate S. Officij multa prodidit. nu.13. 277.
Alphonſus Rex Caſtellæ electus Imperator benedictionem imperialem impetrare non potuit. nu.108. 470.
Alphõſus Dux Portugalliæ, in Regẽ à Gregor. Papa III. erectus eſt. n.113. ibid.
Amaſias ſucceſsit Ioas Regi Iudæ, qui regnauit annis 29. & propter idololatriã à ſuis occiditur. nu.85. & 86. 73.
Ambiguitas vbi non adeſt in verbis, non debet voluntatis quæſtio admitti. num. 86. 813.
Ambitio quæ ſit, nu.221. 686.
Ambitioſi quibus aſsimilantur. numero 223. ibidem.
Ambitioſi natura quæ ſit. nu.224. 687.
Ambroſij Catherini verba de poteſtate temporali Papæ recenſentur. n.6. 483.
Amon fuit idololatra, & à ſuis ſeruis occiſus. nu.108. 75.
Amor immoderatus Adami erga cõiugem, nõ fuit primum peccatum. n.8. 24.
Amor propriæ excellentiæ materia eſt ſuperbiæ. n.10. ibid.
Anabaptiſtæ hæretici, quid fecerint in VVeſtphalia Prouincia. num. 49. 332.
Anaſtaſius hæreſiarcha fulmine ictus interijt. n.46. 314.
Andronicus Imperator hæreticus crudeliſſimè peremptus fuit. nu. 64. 316.
Andronicus Imperio deijcitur. n.70. ibid.
Andronicus Imperio & oculis orbatus. nu. 73. 317.
Andronicus nepos Andronici omnia Aſiæ loca, & multa Europæ perdidit. numero 71. 316.
Angeli ante confirmationem, & primus homo ante peccatum, non habuerunt claram Dei viſionem. nu.9. 6.
Angeli poſt adhæſionem, immobiliter rebus adhærent. n.11. 28.
Angeli inflexibile habent liberum arbitrium, nec diſcurrere poſſunt. numero 13. 29.
Angeli non potuerunt recuperare gratiam amiſſam poſt peccatum. numero 14. ibidem.
Angelis fuit lapſus, quod hominibus fuit mors nu.15. ibidem.
Angelorum bonorum voluntas confirmata eſt in bono, malorũ in malo. n.12. 28.
Angliam, Scotiã, & Hiberniã, non conſtat habuiſſe Inquiſitionem. nu.4. 248.
Animalia quæ dormiunt, ex eo quod dicãtur non habere palpebras. n.205. 683.
Animus, quod quis vulnerauerit animo nõ occidendi, probatur per iuramentum partis. nu.25. 847.
Animus & volũtas ex factis & geſtis exterioribus intelligitur. nu.69. 853.
Animus talis præſumitur, qualia ſunt facta. nu.70. ibidem.
Antecedẽte cõceſſo, cõceditur ſubſequens in materia iuriſdictionis. nu.40. 455.
Anticipatio & recapitulatio in ſacra ſcriptura quid ſit. nu.67. 556.
Antichriſtus in Babylone naſcetur. nu. 79. 80. 81. & 82. 377.
Antiquius quod eſt, dignus eſt. n.19. 442.
F. Antonius Pauonius Inquiſitor ab hæreticis occiditur. n.22. 111.
F. Antonius Inquiſitor perimitur. n.30. ibid.




Apoſtaſia hæreſi ſubijcitur. nu.4. 15.
Apoſtaſia & hæreſis fidei directè aduerſantur. nu. 11. 632.
Apoſtata & hæreticus quomodo diſtinguãtur, nu.17. 545.
Apoſtoli ſucceſſerunt Chriſto vero Inquiſitori, quibus data eſt iuriſdictio in cauſis fidei contra hæreticos, & infideles. nu.25. 86.
Apoſtoli ſunt firmiſsimæ baſes Eccleſiæ. nu.4. 418.
Apoſtoli & Chriſti diſcipuli Petrum Eccleſiæ caput eſſe voluerunt. n.6. 418.
Apoſtoli in noctecœnæ à Chriſto ordinati fuerunt. nu.58. 657.
Apoſtoli præceptum conſecrandi corpus & ſanguinẽ Domini primò receperũt, & in ipſis reliqui ſacerdotes. n.59. 657
Apoſtoli in cœna à Chriſto Domino ſacerdotes ordinati fuerunt, quoad conſecrationem. num.87. 661.
Apoſtoli à Chriſto Domino plenè ſacerdotes, quoad iuriſdictionem effecti fuerunt poſt ſuam reſurrectionem, num. 88. ibid.
Apoſtoli à Chriſto confirmati fuerunt ſine ſacramento. nu.91. ibidem.
Apoſtoli effecti ſunt ſacerdotes ante confirmationem. nu. 105. 662.
Apoſtoli libros eorum, qui fuerant ſectati varias doctrinas combuſſerunt. nume. 249. 692.
Apoſtolis quando collata ſit confirmatio. nu.106. 662.
Apoſtoli in iure petendi ſunt ab appellante. nu.86. 605.
Apoſtoli ſunt literæ in forma breui. numer. 87. ibidem.
Apoſtoli congruo loco peti debent, & quid ſit congruo loco petere. numer. 88. 90. & 91. ibidem.
Apoſtoli niſi petantur intra dies 30. appellationi renunciatur. nu. 89. ibidem.
Apoſtoli dari debent aperti, & expenſis appellantis. n. 93. ibidem.
Apoſtolorum denegatione non defertur appellationi. nu.97. 606.
Apoſtolorum etymon. nu.98. ibidem.
Apoſtolorum ſpecies. nu. 99. ibidem.
Appellãs, qui à denegatione Apoſtolorum nõ appellat recedit ab appellatione. nu. 94. 605.
Appellanti Inquiſitor præfigere terminum poteſt ad proſequendam appellationem ſub excommunicationis pœna. numero 71. & 72. 603.
Appellatio non admittitur à denegatione publicationis nominum teſtium. nume. 51. 600.
Appellatio eſt præſidium innocentiæ, & nõ defenſio iniquitatis. nu. 54. 602.
Appellatio in cauſa hæreſis ab interlocutorijs admittitur. nu.60. ibidem.
Appellatio ab interlocutoria, ſiue grauamine, duo contineri debent. n.61. ibid.
Appellatio friuola non eſt admittenda. numer. 63. ibidem.
Appellatio friuola quæ ſit. n. 64. ibidem.
Appellatio fruſtratoria repellitur, & quæ ſit. nu.65. ibidem.
Appellatio admittitur vbi iuſta recuſatio eſt. nu 67. 603.
Appellatio ceſſat, ſi iudex reuocat grauamen. num. 68. ibid.
Appellatio vt ſit valida decem requiruntur. nu.70. ibidem.
Appellatio interpoſita ab interlocutoria omnes cauſas ſimul efferre tenetur. num. 85. 604.
Appellatio dicitur fruſtratoria tripliciter. nu.95. 605.
Appellatio quamuis in ſcriptis ſit, nõ tamen legi, ſed tradi iudici debet. numero 96. ibid.
Appellatio tanquam ab abuſu, ne quidem in Gallia admittitur, cum de regulari denunciatione lis eſt. n.58. 777.
Appellatione pendente, nihil innouandum. nu.62. 602.
Appellatione non obſtante Inquiſitor procedit, niſi recuſetur, nu.66. 603.
Apellatione non obſtante, ſi reus illam non proſequitur iudex procedere poteſt, nu. 74. ibid.

Appellatione admiſſa quid præſtãdum. nu. 100. 606.
Appellatione ſuorum, qui veniant, in materia accuſationis. nu.6. 794.
Appellationem proſequi quid ſit. numero 75. 603.
Appellationes decidendæ ex Bulla Clementis VII. committuntur Inquiſitori generali. nu.102. 606.
Appellationi ius quomodo fiat in ditionibus Hiſpaniarum, & ad quem appellatur. nu.101. ibidem.
Appellationi non defert iudex niſi ex iuſta cauſa appellatum fuerit. n.80. 604.
Appellationi non defert Inquiſitor, dum præfigit terminum. nu.73. 603.
Appellationi friuolæ iudex non defert. nu. 79. 604.
Appellationis beneficium denegatur hæreticis. nu.58. 602.
Appellationis cauſa probabilis, quæ dicatur. nu.82. 604.
Appellationis cauſam probabilem qui proponit, probare illam tenetur. numero 83. ibidem.
Appellationum ab Inquiſitoribus Prouincialibus interpoſitarum iudicem quis conſtituit. nu. 9. 137.
Aqua benedicta & eius myſterium, à nu. 43. vſq; ad 62. 387.
Aquâ luſtrali vſi ſunt veteres Græci & Romani. nu.44. ibidem.
Aquâ luſtralis habet originem à lege Moſis. nu.45.46. & 47. ibidem.
Aqua benedicta propulſat dæmones à pœnitentibus. nu.48. ibidem.
Aqua benedicta inſtituta, & tradita ab Apoſtolis, ad dæmonum terrorem. nu.49. 388.
Aqua benedicta tentationes, & prauas cogitationes repellit. nu. 54. ibidem.
Aqua purgabantur ex lege Moſis, qui in caſtra ingredi vellent. nu.55. ibidem.
Aquâ benedicta venialia delentur errata. nu.56. 389.
Aquâ benedicta ſecuriùs adminiſtrantur ſacramenta. nu.58. ibidem.
Aquâ benedicta faſcini, & incantationes diſſoluuntur. nu.59. ibidem.
Aquâ benedicta exſufflatur, & quare. nu. 61. ibidem.
Aquæ benedictæ myſterio Chriſtiani audierunt. nu.50. 388.
Aquæ tenui gutta faſtus Luciferi retunditur. nu.53. ibidem.
Aquæ benedictæ vas apponitur in templis, ad emundationem. nu.57. 389.
Aquæ benedictæ virtute multa facta miracula. nu.60. ibidem.
Aragoniæ regno, quo tempore Officium S. Inquiſitionis ſtabilitum fuerit, numer.1. 176.
Aragoniæ regni Inquiſitorũ generalium nomenclatura. nu.11. 179.
Arbitri à ſententia non appellatur ad delegatum recuſatum, ſed ad ſuperiorem. nu.84. 532.
Arbor mala non poteſt bonos fructus facere. nu.226. 687.
Arbor quæ bonos fructus nõ facit, bis mortua dicitur ſicut homines peccatores. nu.227. ibidem.
Arbor quæ non habet radicem, radicatam non poteſt fructus facere, ſicut homo in fide non firmiter fundatus. numero 228. ibidem.
Arca Noæ Chriſti Eccleſiam Catholicam ſignificauit. nu.14. 48.
Argumentum à conſuetis eſt firmiſſimum. nu.68. 462.
Argumẽtum à ſimili ab hæreſi, ad crimen læſæ maieſtatis humanæ. nu.32. 523.
Argumentum ab abſurdo, validum eſt. nu. 125. 537.
Argumentum efficax ex ſenſu ſpirituali ſcripturæ, poteſt ſumi ad veritatem fidei conuincendam. nu.75. 559.
Argumentum efficax poteſt duci ex vtroq; ſenſu literali & ſpirituali, ad conuincendos errores fidei. nu. 79. 560.
Argumentum efficax non ducitur ex locis parabolicis, & metaphoricis, niſi conſtet per Eccleſiam de ſenſu legitimo literali. nu. 80. 561.







Argumentum efficax non ducitur ex ſenſu ſpirituali, niſi conſtet de literali. numer.81. pag.561.
Ariſtobolus Hircani filius primus fuit, qui ſeipſum coronauit in Regẽ. n. 38. 81.
Armanni cuiuſdam hæretici oſſa effoſſa & combuſta. nu. 38. 298.
Armeniæ, Georgianæ, Græciæ, Tartariæ, Ruſſiæ Inquiſitio. n.1. 235.
Armenij ab Eugenio IIII. Summ. Pontific. regulam fidei petierunt. nu.69. 413.
Ariani impudici, nu.58. 334.
Ariani indocti. nu.70. 337.
Arrius hæreſiarcha inteſtina effudit. num. 14. 310.
Aſa Officio Inquiſitoris functus eſt, deſtruens vniuerſas Idolorum ſtatuas. n. 27. & 28. 70.
Aſperſio cineris vitulæ populum purgauit. nu.51. 388.
Aſperſio ſalis aquas mundauit & curauit. nu.52. ibidem.
Athalarius Rex tabe conſumptus, & nouẽ alij Reges Oſthrogothorũ Arriani, ab inimicis interfecti. nu.88. 317.
Athalia mortuo Ochozia, regnauit in Iſrael annis ſex impiè: & occidit omnem ſemen Regium Dauidis. n.78. 73.
Athaulphus Vviſigothorum Rex interficitur. nu.85. 317.
Auari dicuntur ſuperbi & crudeles. num. 253. 693.
Auaritia & illicita pecuniarum extorſio, prætextu officij, ſub iniquitate intelligitur. nu.67. 527.
Auaritia eſt radix omnis malitiæ, & mater vſuræ. nu.254. 693.
Auaritiam qui odit longè fient dies eius. n. 255. 694.
D. Auguſtinus eo die in Africa in lucem editus eſt, quo die Pelagius in Anglia natus. nu.7. 293.
Aures humanæ talia verba iudicant, qualia foris ſonant. n.63. & 79. 809.
Autori mandarũt Cardinalis Quiroga, & Hieronymus Mãrique, Generales Hiſpaniarum Inquiſitores, vt hũc librum ſcriberet. nu.3. 196.

B

Baaſa regnauit in Iſrael annis 24. & fuit idololatra, & hæreticus. n. 32. 71.
Baiazeti Turcarum Imperatoris, de Iudæorum expulſione ab Hiſpania iudicium. nu.14. 168.
Balatius hæreſiarcha, ab equo corroſus & laceratus. nu.15. 310.
Balearium inſularum Inquiſitionis inſtitutio, & inſtauratio. nu.1. & 3. 217.
Baptiſmi materiam & formam, non docuit Chriſtus in Iordane per verba, ſed peſtea. nu.39. 655.
Baptiſmus Chriſti ante eius mortẽ neceſſarius non fuit. nu.42. ibidem.
Baptiſmi Chriſti effectus in Iordane declaratus eſt. n.41. ibidem.
Baptiſmo paruulorum ſufficit intẽtio parẽtum, vel Chriſti Domini. n.8. 12.
Baptiſmum verũ eſſe ſacramẽtum, quæ loca ſcripturæ comprobent. nu. 46. 656.
Baptiſmum variæ figuræ veteris Teſtamẽti adumbrarunt. nu.48. ibidem.
Baptiſmus Chriſti inſtitutus fuit ab ipſo, & quando. nu.38. 655.
Baptiſmus Chriſti ante eius mortem neceſſarius non fuit. nu. 42. ibidem.
Baptiſmus Chriſti quãdo poſt eius mortem neceſſariũ eſſe inceperit. nu. 43. ibid.
Baptiſmus, & Ordo, reiterari non poſſunt. nu.95. 661.
Barbari ad Papam libentiùs veniũt pacturi fœdus. nu.68. 413.
Barbæ & capillorum tonſio tam ad ignominiam, quàm ad pœnitentiã confert. nu.63.64. & 65. 390.
Barbæ tonſio ſupplicium Indorum eſt. num. 66. ibidem.
Barbæ defectus idem & naturæ cum videatur, viro eſt deteſtãdus. n.68. ibid.
Barones regni Siciliæ magnum obſequium, & deuotionem in S. Officium habent. nu.21. 206.

Barones regni Siciliæ cum ſint familiares, magna oritur vtilitas ſancto Officio. nu.22. ibidem.
Bartholomæus Cerucrius Inquiſitor trucidatur.n.23. 111.
F.Bartholomæus Lopaccius Inquiſitor fuit. nu.26. ibidem.
Bartolus in l.mor.maior.col.4.verſ.quæro quid ſi in delegatione.ff. de iuriſdict. omn.iudic. in quibus terminis loquatur.nu.81. 532.
Baſiliſcus hæreſiarcha interficitur. nume. 45. 314.
Beguinorum, & Bigardorum hæreſis extincta.nu.22. 295.
Bellis Naualibus ſemper interſunt homines facinoroſi.nu.4. 224.
F.Bernardus de Pegnaforte, & Garcias Aura Dominicani Inquiſitores gladijs hæreticorum occumbunt. numero 8. 109.
S.Bernardus Traueſſer, Inquiſitor martyrij palmam adeptus eſt.nu.9. 178.
S.Bernardinus Senenſis ordinis S.Frãciſci, claruit Huſsitarum tempeſtate. numer.11. 293.
Bona primorum parentum fuerunt à Deo confiſcata in pœnam tanti flagitij. numer.1. 45.
Bona hæreticorum tribunal S. Officij fiſco addicit.nu.2. ibidem.
Bona hæreticorum quare confiſcantur. numer.4. ibidem.
Bona non niſi in peccato hæreſis proſcribũtur.nu. 3. ibidem.
Bona & diuitiæ Laban, propter eius idololatriam confiſcata ſunt à Deo, & tranſlata in domum Iacob. numero 15. & 16. 54.
Bona terræ promiſsionis, quæ iure Iſraelitis debebantur ab eis, propter hæreſes iure ablata ſunt.nu.23. 55.
Bona fiſcalia & patrimonialia æquiparantur. nu.57. 430.
Bona rei adnotantur in formali hæreſi.numer.35. 580.
Bona quæ homini per peccatum auferũtur, tria ſunt.nu.214. 685.
Bonorum confiſcatione vtitur in officio S. Inquiſitionis, exemplo Dei.n.2. 45.
Bonorum publicatio regulariter non fit, niſi in crimine hæreſis.nu.3. ibidem.
Bonorum confiſcatio tempore Chriſti Domini apparuit, in pœnam infidelitatis Iudæorum.nu.5.& 15. 83.
Bonorum delinquentium cõfiſcatio in quot & quales vſus diſtributa. numero 13. & 14. 140.
Bonum per ſe bonum ſimplex & vniforme. nu.6. 382.
Britannia Pelagij, Iuliani, & Cæleſtij hæreſibus, contaminata ab Anglis fuit ſubacta.nu.9. 324.
Bucerus hæreſiarcha à dæmone percuſſus obijt.nu.36. 313.
Bulla Leonis X.contra hæreſes Lutheri refertur.nu.7. 114.
Bulla Alexandri IIII.directa fratribus Frãciſcanis Inquiſitoribus.n.3.& 4. 112.
Bulla Sixti V.continens confirmationem priuilegium S.Officij.nu. 22. 128.
Bulla Clementis VII. qua committuntur appellationes Inquiſitori generali decidendæ.num. 102. 606.
Bullæ Alexandri IIII. Rainerio Inquiſitori Lombardiæ directæ.nu.15. 260.
Bulla & declaratio Clementis VIII. Sum. Pontific.contra confeſſarios ſolicitantes.nu.168. 881.


# C


Caim poſt fratricidium hæreticum fuiſſe teſtatur. nu.7. 46.
Caim in deſperationem incidit.nu.8. ibidem.
Cainum Deus vetuit interfici, vt diutiùs anxiè viueret.num. 9.& 10. ibidem.
Calamitates plurimæ ſummatim recenſentur, ab hæreticis in pacatiſsimas prouincias illatæ.nu.28. 329.







Calore & clamore abſtinendum eſt, ne impediant ſomnum contemplationis, numer.202. pag.683.
Caluinus hæreſiarcha, pediculis exeditur, nu.37. 313.
Cambray ſiue Cameraci, antiqua Inquiſitionis memoria fuit, nu.2. 247.
Campus niger in Stemmatibus S.Inquiſitionis, quid ſignificet, nu.69. 275.
Canariæ breuis deſcriptio nu. 1. 238.
Canariæ Tribunal S. Inquiſitionis reſidet, nu.4. ibidem.
Canariæ Inquiſitio, quando inſtituta fuit, nu.7. ibidem.
Canariæ Inquiſitorum S. Officij nomenclatura à nu.8.vſq; ad 15. ibidem.
Candela quare tribunal S. Officij vtitur. nu. 25. 384.
Candela cerea eſt, qua ratione, numero 31. 385.
Canonica purgatio indicitur laboranti infamia hæreſis, nu. 2. 591.
Canonicam purgationem indicunt Epiſcopus, & Inquiſitor, nu.3. ibidem.
Captura ſola pro crimine hæreſis vehemẽter infamat, nu.125. 865.
Carcer funeſta domus dicitur, numero 37. 580.
Carceratio pro crimine hæreſis, quomodo ab Inquiſitoribus faciẽda, n.33. 803.
Cardinales Inquiſitores Romæ, quando ad negotia fidei congregantur, numero 13. 125.
Cardinales quatuor Inquiſitores Generales Romæ creantur, nu.15. ibidem.
Cardinales ſex Inquiſitores Generales, anno 1553. Romæ fuerunt, numero 16. 126.
Cardinales plures Inquiſitores creantur Romæ, nu.18. ibidem.
Cardinales Inquiſitores Romæ tẽpore Gregorij XIII. ſex fuerunt, nu.21. 127.
Cardinales Inquiſitores octo fuerũt Romæ tempore Sixti V.nu.22. ibidem.
Cardinales Inquiſitores Romæ decem fuerunt tempore Clementis VIII. Pontific.Max.nu.23. ibidem.
Cardinalis Caietanus Generalis Inquiſitor Romæ creatus fuit.nu.9. 124.
Cardinalis Michael Guiſlerius à Paulo IIII. Põtif.Max.Inquiſitor primarius creatur.n.17. 126.
Cardinalis D.Gaſpar Quiroga & D. Hieronymus Manrique generales Hiſpaniarum Inquiſitores autori mandarunt, vt hunc librum ſcriberet, numer.3. 196.
Cardinalis Godofredus legatus ſtatuta fecit Mediolani contra hæreticos, num. 5. 254.
Caroli V.Imperatoris ſtudium in introducenda Neapoli Inquiſitione.n.6. 194.
Carolus V.Imperator quamplurima priuilegia Inquiſitioni Regni Siciliæ conceſſit, nu.12.13.14.18.& 19. 200.
Carolus V. Imperator Officium S.Inquiſitionis tam in teſtamento, quam in codicillo filio ſuo Philippo. II. commendauit, nu.18. 278.
Carolus Princeps & Ioanna, fidei actus interfuerunt Valliſoleti, nu.6. 301.
Caroloſtadius hæreſiarcha ſtrangulatur, nu.35. 313.
Caſtitas quomodo cuſtodiatur, n.207. 683.
Caſus non reperiuntur omnes deciſi, ſed eſt procedendum de ſimilibus ad ſimilia, quod procedit etiam in pœnalibus nu. 35. 524.
Caſus in quibus errantes in fide pro hæreticis non habentur.nu.48. 550.
Caſus plures adducuntur contra appellantem, & iudicem denegantem appellationem, nu.78. 604.
Caſus omiſſus deprehenditur expreſsi extenſione, nu.5. 707.
Cataloniæ ſanctum Officium Inquiſitionis quando ſtabilitum fuit, nu.1. 176.
Cathedra Petri fuit maior omnibus alijs, & prima omnium, nu.21. 420.
Catholicum eſt, quod ſemper ab omnibus, & vbique obſeruatum eſt, numero 72. 462.
Cauſa fidei fauorabilis eſt, numero 39. 849.

Cauſæ omnes inter fideles naſcentis Eccleſiæ cognoſcebantur per clericos, num. 123. pag.508.
Cauſæ iuſtæ ſubdelegandi ſunt infirmitas, & abſentia iudicis delegati, numero 56. 527.
Cauſæ fidei cauſis matrimonij præponderant num.61: ibidem.
Cauſæ recuſationis quæ ſint.nu.56. 601.
Cauſæ recuſationis quando remittendæ ſint ad ſupremum S. Inquiſitionis ſenatũ. nu.52. ibidem.
Cautelæ hæreticorum, ut iuſtitiæ illudant, quæ ſunt,nu.41. 581.
Cazalla Pinciæ Lutheri hæreſim pro concione docebat,nu. 1. 300.
Cazalla cum matre, & quinque fratribus, Pinciæ detruſus,nu.2. ibidem.
Cazalla cum multis alijs tam viris, quam fœminis Pinciæ concremantur, numer.4. ibidem.
Cazalla cùm deductus fuit in publica fidei actione, maxima præbuit contritionis documenta,nu. 5. ibidem.
Cazalla antequam duceretur ad rogum, lacrymis perfuſus perſuaſit focijs exhortatione pia, ut hæreſis abiurarent, nu.5. ibidem.
Cazallæ contritionem imbecilles multi admirati,in fide fuerunt efficaciter confirmati,nu.5. ibidem.
Cæcitas primorum parentum in falſa explicatione verborum Dei, per ſerpentem facta,nu.3. 6.
Cœleſtis felicitas non promittitur habentibus terrenam felicitatem, numero 44. 456.
Cenſores Romani in omnes ciues & magiſtratus poteſtatem habuerunt, numer.2. 267.
Cenſores Romani quos ſemel dignitate priuabant nunquam ad illam admittebant,nu.3. 268.
Cera non accenſa quid ſignificat, numero 32. 386.
Cera ſimpliciter Chriſti carnem ſignificat, nu.34. ibidem.
Cera eſt ſpem ſignificat, nu.38. ibidem
Cereo extincto fides mortua denotat, numer.4. ibidem.
Cereus accenſus bona opera demonſtrat, nu.41. 385.
Cereus quare accenditur pœnitenti, num. 42. ibidem.
Cerinthus hæreſiarcha balneis opprimitur. nu.11. 309.
Character ordinis non ſuſcipitur abſque chraractere baptiſmali,n.103. 662.
Character ordinis, non præſupponit neceſſariò confirmationis characterem, nu. 104. ibidem.
Charitas quæ ſit, & de eius effectibus, nu. 222. 686.
Charitas calor eſt natiuus viuificans animas,nu.275. 698.
Charitas admodum commendatur, & de eius effectibus,à numer.298.vſque ad nu.306. 702.
Charitas eſt,hæreticos à proximo amouere, nu.78. 781.
Chilpericus Arrianus Francorum Rex interficitur,nu. 90. 318.
Chore,Dathan & Abiron,hæretici ſciſmatici fuerunt,& à terra abſorti,numer. 65. 59.
Choſroes Orienti plurimas clades intulit, nu.14. 325.
Chriſternus Daniæ Rex hæreticus, veneno interficitur.nu.96. 319.
Chriſtiana doctrina, ac articuli fidei debent à quocunque ſciri, numero 143. 823.
Chriſtiani gaudent de triumpho, non de ignominia crucis.n.53.&.54. 351.
Chriſtiani dicuntur membra Chriſti, nu. 272. 698.
Chriſtianorum priuilegia,quibus nõ vtuntur Pagani,nec Iudæi,n. 101. 817.
Chriſto D.tribuendum eſt quicquid ei non repugnat, & eius dignitatem commẽdat,nu.80. 498.
Chriſti corpus conculcans, credens ibi eſſe verum corpus Chriſti, & credens hoc eſſe malum, ſi id faciat ad complacendum diabolo,non eſt hæreticus.num. 10. 544.
Chriſtus Dominus naſcitur tempore Herodis Aſcalonitæ,cum Auguſti Cæſaris edicto vniuerſo deſcriberetur orbis nu.81. 46.
Chriſtus Dñs die 13. ſuæ Natiuitatis Inquiſitor primus fuit legis Euãgelicæ. nu.1. 83.
Chriſtus Dominus non puniuit Iudæos quouſque pareret Iudæa Apoſtolos, & iuſtos.n. 3. ibidem.
Chriſtus Dominus Inquiſitor fuit contra Herodem Regem, quem vermium corroſione interfecit.nu.4. ibid.
Chriſtus Dñs Inquiſitor exſtitit ingrediens tẽplum ementes, & vendentes eijciens.nu.10.& 14. 84.
Chriſtus confiſcationem bonorũ, & ignẽ hæreticorum eſſe pœnam demonſtrauit.nu.15. ibidem.
Chriſtus Inquiſitor verus apparuit cõuincens hæreticos Iudæos futuram mortuorum reſurrectionẽ negantes. nu. 16. ibidem.
Chriſtus ſæpiſsimè Iudæorum peruerſa dogmata,& errores improbauit. nu. 18. ibidem.
Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem apparuit diſcipulis, euntibus in Emaus, illoſque dubitantes redarguit ſtultitiæ,& tarditatis. nu. 19. ibidem.
Chriſtus Dominus Inquiſitor exſtitit Iudæos ob infidelitatem, & hæreſim priuans regno.nu.20. ibidem.
Chriſtus labores efficit diuinos. numero 43. 360.
Chriſtus modum ſignandi inſtituit. nu. 47. 361.
Chriſtus regnum vniuerſæ terræ per crucem obtinuit.nu. 5. 364.
Chriſtus firmitatem Eccleſiæ communicauit.nu.47. 370.
Chriſtus quare crucem elegerit. numero 54. 372.
Chriſtus lux de luce,& ratio per ſe ſubſiſtens.nu.27. 385.
Chriſtus miſſus eſt à Patre non ſolum vt redemptor hominũ, ſed etiam vt præceptor & legiſlator.nu.5. 397.
Chriſtus eſt fundamentum & autor Eccleſiæ.nu. 8.15.30.& 36. 419.
Chriſtus commiſit curam gregis ſui Petro. nu.9. ibidem.
Chriſtus eſt princeps Regum terræ.numer. 19. 420.
Chriſtus ſubegit ſe legi imperatoriæ,& noluit iudicare de rebus temporalibus,ſecundum iuriſprudentes.nu.8. 441.
Chriſtus videtur prohibuiſſe Apoſtolis iuriſdictionem temporalem exercere, ſecundum iuriſprudentes.nu.9. ibid.
Chriſtus habuit regnum ſpirituale & terrenum.nu. 1.& 27. 445.
Chriſtus vicariatum elegit in Apoſtolica ſide.nu.5. 447.
Chriſtus,& poſt eum Petrus & Paulus Eccleſiæ principes, aliquando exercuerũt gladium temporalem.nu.60. 461.
Chriſtus non abſtulit regna ijs quorũ erant. nu.23. 485.
Chriſtus fuit Rex temporalis,& Pontifex ſpiritualis.nu.61. 494.
Chriſtus Dominus quam poteſtatem tradiderit Petro.nu.62. 494.
Chriſtus miſſus eſt ad exequendum dominium ſpirituale,& non temporale. nu. 63. 495.
Chriſtus non fuit Rex temporalis iure hereditario, nec electione,nec quatenus homo.nu.70.71.& 72. 496.
Chriſtus tribus titulis potuit vniuerſo orbi dominari.nu.73. 497.
Chriſtus habitu & iure fuit verus Rex, non actu, vel vſu.numero 79. & 91. 498.
Chriſtus vt homo iudicialem, & dominij dignitatem habet.nu.83. 499.
Chriſtus vtramq; poteſtatem temporalem, & ſpiritualem habuit,& probatur.nu. 88. 500.
Chriſtus quare tributum ſoluerit. numero 125. 509.
Chriſtus fugit ne fieret Rex.nu.126. ibid.

Chriſtus aliquando poteſtatem tēporalem exercuit.nu.128. ibidem.
Chriſtus Dominus in Iordane per contactū ſuæ puriſſimæ & ſanctiſſimæ carnis, aquis ipſis vim ſanctificandi contulit, & materiam in aquis, formam verò baptiſmi in verbis determinauit.num. 40. 655.
Chriſtus Dominus ad conferendā gratiam non alligabatur ſacramentis. numero 90. 661.
Chriſtus confirmauit Apoſtolos ſine ſacramento.nu.91. ibidem.
Chriſtus ſine pœnitentiæ ſacramento Magdalenam abſoluit.nu.92. 661.
Chriſtus omnes actus ordinis, etiam minorum exercuit & quando. numer. 96. & 97. 662.
Chriſtus Epiſcopalem poteſtatem inſtituit, & quando.nu.98. ibidem.
Chriſtus per non ſacerdotes poterat ſacramenta conferre.nu.112. 663.
Chriſtus lapis abſciſſus de monte ſine manibus appellatur.nu.159. 672.
Chriſtus venturus eſt iudicium facere cōtra omnes, præſertim contra hæreticos. nu.241. 691.
Chriſtus dicitur caput noſtrum, & fidelis paſtor.nu.263. 696.
Chriſtus populum Gentilium, & Iudaicū reconciliauit per mortis & crucis perpeſsionem.nu.269. 697.
Chriſtus eſt caput Eccleſiæ.nu.273. 698.
Chriſtus Eccleſiæ caput infundit varias functiones fidelibus.nu.277. 698.
Chriſtus cum ſit omnia, & in omnibus vnicuique dedit gratiam, ſecundum mēſuram donationis.nu.278. 698.
Chriſtus eſt fundamentum fidei.num.296. & 297. 702.
Chriſtus non inquiſiuit contra villicum, abſque infamia delicti.nu.109. 748.
Chriſtus vt euitaretur ſcandalum ſoluit tributum.nu.139. 823.
Chriſtus in hac vita permittit miniſtros malos Eccleſiaſtica officia exercere & quare.nu.11. 844.
Citandus non eſt relapſus.nu.64. 586.
Citandus eſt reus ad ſententiæ pronunciationem.nu.19. 594.
Citari & moneri debent fugientes.nume. 61. 585.
Citatio fit vt quis ſe defendat, ſi ſuâ intereſt.nu.3. 27.
Citatio fit in omnibus proceſſus actibus.nu. 62. 585.
Citatio eſt de iure naturali.nu.63. 586.
Citatio fieri poteſt per Inquiſitorem, vel per Ordinarium.n.65. ibidem.
Citatio in fugientem, debet ſui cauſam cōtinere.nu.68. ibidem.
Citatus, vt compareat eodem tempore coram Inquiſitoribus, & coram Epiſcopo coram quo priùs comparere tenetur, nu.109. 536.
Citatus perſonaliter procuratorem conſtituat oportet.nu.66. 586.
Citatus ab Epiſcopo & Inquiſitore, priùs Inquiſitori pareto.nu.69. ibidem.
Citatus vel monitus non comparens ſuſpectus efficitur.nu.62. 852.
Ciuis probus Reipublicæ defenſionem vbi ſuſcipit.nu.71. 780.
Ciuium quiſque, pars, & membrum eſt ciuitatis.nu 8. 795.
Claudius Taurinenſis Crucis imaginem execratur.nu.24. 346.
Clauſula illa [Nos Inquiſitores] in edicto fidei, quare in plurali numero ponatur. nu.7. 631.
Clauſula illa [Inquiſitores contra hæreticam prauitatem & apoſtaſiam,] quid contineat.nu.8. 632.
Clauſula illa [& inſulis coadiacentibus] in edicto fidei quid operatur.n.16. 633.
Clauſula illa [autoritate Apoſtolica] in edicto fidei, quid ſignificet.n.17. ibid.
Clauſula illa [Autoritate Regia deputati] quare apponatur in edicto fidei.numero 18. 634.
Clauſula illa [Omnibus & ſingulis perſonis] quid ſignificet.nu.19. ibid.
Clauſula illa. [Salutem in Domino Ieſu Chriſto.] nu.21. ibid.


Clauſula




Clauſula illa [Cuiuſcūq; ſtatus gradus, & conditionis] nu.23. & 25. 635.
Clauſula illa [exempti vel non exempti] declaratur.nu.32. 636.
Clauſula illa [ibi vos ſcire, &c.] in edicto quàm conuenienter apponatur.numero 41 638.
Clauſula illa edicti [vos exhortamur per huiuſmodi tenorem] congruenter aſſignatur.nu.42. 639.
Clauſula illa edicti fidei [Mādamus dari, & publicari edicta, &c.] cōſonat cum ſecunda parte Epiſtolæ Iudæ Thadæi. nu.15. 650.
Clauſula illa edicti fidei [vt vnuſquiſq; denunciet quos ſciuerit, &c.] conſonat cum tertia parte Epiſtolæ Iudæ Thadæi. n.24. 652.
Clauſula illa [vt meliùs de iure poſſum & debeo compareo, &c.] in accuſatione Promotoris fiſcalis apponi ſolita, quare non ſit neceſſaria in crimine hæreſis. num.49. 806.
Clauſula illa [præuijs ſolennitatibus à iure requiſitis] in accuſatione ponitur ex abundantia, non autem ex neceſsitate. nu.50. ibidem.
Clauſula illa in accuſatione [& narrando facti ſpeciem & caſum] quare ponatur.nu.66. 810.
Clauſula illa in accuſatione [qui cùm eſſet Chriſtianus] neceſſario poni debet.nu. 67. ibidem.
Clauſula illa [neglecto timore Dei, &c.] quare in accuſatione addita fuit.num. 76. 812.
Clauſula illa in accuſatione [fecit & dixit aliquid hæreticum, &c.] quid importet.nu.78. ibidem.
Clauſula illa in accuſatione [& ſpeciatim laicū accuſo] quare ponitur.n.92. 815.
Clauſula illa in accuſatione [dixit aliqua verba hæretica ſiue ſuſpecta de hæreſi] quare ponitur.nu,117. 820.
Clauſula illa in accuſatione [adductis aliquibus ſacræ ſcripturæ locis, &c.] quare ponatur.nu.129. 822.
Clauſula illa in accuſatione [grauiter reprehenſus] quid ſignificet. numero 131. ibidem.
Clauſula illa [curans in dies ſuum ampliore errorem] quare in accuſatione hæreſis ponatur.nu.133. 822.
Clauſula illa in accuſatione [quòd hac ſuſpectâ doctrinâ fidei aduerſâ, & ſuo facto, vel dicto minùs recto] quare apponatur.nu.136. ibidem.
Clauſula illa in accuſatione [repertum fuiſſe in eius domo librum vel chartam, dogmata, & errores nefarios Lutheri continentem, &c.] quid ſignificet.nu. 147. 824.
Clauſula illa in accuſatione poſita [Quod cum aliàs ad miſericordiam fuerit receptus, quia ſuos fuit confeſſus errores, &c.] quid importet.nu.151. ibidem.
Clauſula illa in accuſatione [eum accuſo quòd cùm è Saracenorum familia originem traxerit, &c.] quid denotet.nu. 162. 826.
Clauſula illa in accuſatione [quòd verbis ſcādaloſis, & nouis opinionibus in publicis concionibus vſus eſt] cur apponatur.nu.172. 828.
Clauſula illa in accuſatione [quoniam ex pluribus à ſe dictis, & minus conſideratè prolatis præſumi poteſt] quid denotat.nu.175. 829.
Clauſula ſeu proteſtatio illa in accuſatione poſita [& fidem adhibuiſſe multis alijs erroribus vt hæreticus] ad quid adinuenta.nu.178. ibidem.
Clauſula in accuſatione poſita [ſaluo iure impertinentiarum, & non admittendorū] cuius ſit effectus.n.179. ibidem.
Clauſula illa [tum etiam quoniam fortaſsis nouit alios complices, &c.] cur in accuſatione ponatur.nu.182. 830.
Clauſula [qua propter, &c.] in accuſatione poſita, quid importet.185. ibid.
Clauſula illa [prædictum reum ſententiâ excōmunicationis eſſe ligatum, &c.] cur in accuſatione ponatur.n.186.ibid.
Clauſula illa in accuſatione poſita [declarando


 rando

…rando omnia bona ſua mobilia & immobilia, &c.] cur apponatur. numero 197. 833.
Clauſula in accuſatione poſita, [& eorum filij & nepotes, &c.] cur in accuſatione ponatur. nu. 200. ibidem.
Clauſula illa [Tandem Deum, & hác ſanctam Crucem teſtor, &c.] Quare in accuſatione per Promotorem fiſcalem ponatur. nu. 208. 834.
Cœnobia & Caſtella euerſa ſupra ducenta in prouincia Franconia ab hæreticis. nu. 32. 303.
Cognatio ſpiritualis inter confeſſarium & confitentem contrahitur. n. 2. 842.
Cognitio illa de Deo quam habuit primus homo, non excludebat fidem, ſed erat ænigmatica & obſcura. nu. 10. 7.
Cognitio iſta quã de Deo primi parẽtes habuerunt, fuit clarior & excellentior, quàm noſtra. nu. 12. ibidem.
Cognitio temporalium (ſecundum iuris peritos) ad Reges ſpectat. nu. 11. 442.
Cognitio eſt antecedens neceſſarium ſententiæ. nu. 64. 462.
Cognitio ſummaria in cauſis hæreſis arbitrio Inquiſitorum relinquitur. numer. 35. 804.
Coimbræ Inquiſitionis inſtitutio. numero 1. 235.
Coimbræ Inquiſitores ob tenues redditus vltro diſceſſerunt. nu. 2. ibidem.
Coimbræ Inquiſitionem quis inſtaurauit. nu. 3. ibidem.
Coimbræ Inquiſitorum nomina. nu. 4. ibid.
Coimbræ Inquiſitionis redditus. nu. 6. 236.
Colloquij initium ſerpentis cum muliere quod fuit, & quibus verbis ſe in beneuolentiam inſinuauit. nu. 10. 2.
Color viridis Crucis inter omnes colores congruentiſſimus eſt. nu. 40. 369.
Color viridis cõuenit figuris Prophetarum. nu. 42. & 43. 369.
Color viridis gratior eſt cæteris. numero 48. 370.
Color viridis fœcunditatẽ ſignificat in plãtis. nu. 49. 371.
Color viridis triumphum ſignificat. numero 51. ibidem.
Color viridis accommodatior exprimendis myſterijs crucis. nu. 62. 373.
Cometa quid ſit. nu. 240. 690.
Commiſſarij ſeu vicarij non poſſunt alios Commiſſarios, ſeu vicarios creare. numer. 5. 520.
Commiſſarij, ſeu vicarij conſtituti à Papa ſubdelegare poſſunt, gaudentque priuilegijs, quibus & Inquiſitores, & præferuntur ordinarijs, ſecus eſt in ſubdelegatis. nu. 72. 531.
Competentia iudicis, ex quibus cauſis petẽda ſit. nu. 26. 725.
Complicibus ſingulis ſingula dictantur decreta. nu. 33. 579.
Compluti hæreſis ſuborta damnatur. numero 6. 131.
Communicatio hæreticorum cum Catholicis interdicta eſt. nu. 167. 827.
Communicare cum excommunicatis non licet, & quæ ex hoc oriatur ſuſpicio. nu. 170. 828.
Conatus & proceſſus ad maleficium, debet pro maleficio haberi. nu. 41. 849.
Conceſſo aliquo, conceſſum cenſetur illud, ſine quo expediri non poteſt. numero 37. 488.
Concilia ſacra clamant, ne cum hæreticis aliquatenus cõmiſceamur. n. 38. 287.
Concilia generalia petunt ſuorum decretorum confirmationem à Papa. numero 21. 403.
Concilia quatuor generalia æquè ac quatuor Euangelia credi ac ſeruari. nume. 85. & 99. 562.
Concilijs Metropolitanis & Diœceſanis nõ omnino inſtandum eſt. n. 100. 101.
Conciliorum violatores grauiter puniũtur. nu. 86. 562.
Concilium Conſtantienſe damnauit propoſitiones hæreticas Ioannis VVicleffi, & Ioannis Hus, contra poteſtatem Papæ. nu. 23. 403.
Concilium Generale, quando ſit ſupra Papam. nu. 48. 408.

Con-



Concilium generale, vel cœtus Cardinaliũ procedit contra Papam hæreticum. nu. 52. ibidem.
Concilium Epiſcopale ſi ſit confirmatum à Papa, ſumitur ex illo efficax argumẽtum ad hæreſes confutandas. numero 102. 565.
Concilium generale vel ſolus Papa, an determinent res fidei. numero 33. & 40. 621.
Concilium Florentinum de primatu Romanæ Eccleſiæ definitur. nu. 24. 403.
Concordia & ſaluaguardia inter Proregem & Inquiſitores regni Siciliæ inita. nu. 24. 207.
Conculcans corpus Chriſti, credens ibi eſſe verum corpus Chriſti, & credens hoc eſſe malum, ſi id faciat ad placendum diabolo non eſt hæreticus. numero 10. 544.
Confeſſarius ſacerdos quæ ſcit per confeſſionem detegere non debet. nu. 96. 784.
Confeſſarius non vt homo, ſed vt Dei miniſter cõfeſſioni aurẽ præbet. n. 96. 784.
Confeſſarius adſtrictus à iudice ad confeſſionem aperiendam, quo pacto eius eludat imprudentiam. nu. 99. 785.
Confeſſarius in confeſſione mulieres ſolicitans, an in hæreſis ſuſpicionem incidat. nu. 3. 56. & 77. 842.
Confeſſarius accuſatus de ſolicitatione in confeſſione facta: dicitur res dubia. nu. 22. 846.
Confeſſarius inquiſitus de ſolicitatione in confeſſione, pro eo in dubio iudicãdum eſt, & quare. nu. 23. ibidem.
Confeſſarius in actu confeſſionis, mulierem ad libidinem ſolicitans, non ſolùm peccat contra puritatem ſacramenti, ſed etiam contra illius ſecuritatem. nume. 120. 865.
Confeſſarius ſolicitans mulierem in confeſſione ad alia peccata, non dicitur ſuſpectus, nec talis ſolicitatio pertinet ad Inquiſitores. nu. 121. ibid.
Confeſſarius eſt iudex, medicus, paſtor, & Dei miniſter. nu. 131. 868.
Confeſſarius an admittatur ad teſtificandum contra pœnitentem eum ad libidinem ſolicitantem. nu. 161. 878.
Confeſſarij ſi in crimine ſolicitationis relabentur, non ſunt puniendi pœnâ relapſorum. nu. 167. 880.
Confeſſarius datur reo petenti, ab Inquiſitoribus. nu. 104. 786.
Confeſſio rei perire volentis, ei non præiudicat. nu. 9. 33.
Confeſſio geminata præiudicat reo, dummodo ſubiectum ſtet criminis. n. 10. ibid.
Confeſſio in primis parentibus & conſcientia mille teſtes. num. 12. ibid.
Confeſſio propria rei inter omnes probationes primatum habet. nu. 14. ibid.
Confeſſio rei tollit omnem ineptitudinem proceſſus. nu. 15. 33.
Confeſſione ſolâ rei in crimine hæreſis procedi poteſt ad condemnationem. num. 16. ibidem.
Confeſſio rei in omnibus criminibus præter hæreſes, teſtibus aut ſufficientibus indicijs probari debet. nu. 17. ibidem.
Confeſſio facta coram iudice inquirente, videtur facta corã parte. n. 113. 536.
Confeſſio & reſipiſcentia ſimulata præcauenda ab Inquiſitoribus. nu. 30. 596.
Confeſſio ſacramentalis, auricularis debet eſſe, & vt talis inſtituta fuit à Chriſto Domino. nu. 77. 659.
Confeſſio ſacramẽtalis figurata fuit in ſacerdotio Leuitico veteris legis. n. 78. ibid.
Confeſſio peccatorum in ſpecie & particulari, adhuc probatur ex veteri lege. nu. 79. 659.
Confeſſio inter omnes probationum ſpecies obtinet principatum. nu. 81. 739.
Confeſſio ſola rei, cùm de delicto non conſtat, non ſufficit ad condemnationem. nu. 83. 740.
Confeſſio ſola rei in hæreſis crimine ſufficit ad condemnationem. nu. 83. ibidem.
Confeſſio ſacramentalis, ſi reueletur, reuelanti non creditur. nu. 102. 785.
Confeſſio generalis hæreſim non comprehendit. nu. 108. 787.

 Confeſſio

Confeſsio debet eſſe integra, & non diminuta. nu.194. 832.
Confeſsio diminuta quæ ſit. nu.195. ibid.
Cõfeſsio auricularis per quos hæreticos improbata, & ſublata; eorumque errores. num.78.79.& 80. 855.
Confeſsio peccatorum mortalium iure diuino neceſsaria eſt. nu.81. 856
Confeſsio facta confeſſario extra ſacramẽtum reuelari poteſt. nu.103. 785.
Confeſsionis ſigillum quid ſit. numero 32. 848.
Confeſsionis ſecretum, eſt ſecretum Dei. nu.100. 785.
Confitens factum hæreticum, ſi intẽtionem impiam neget non eſt audiendus. num. 85. 813.
Confirmatio quando collata ſit Apoſtolis. nu.106. 662.
Confirmationis ſacramentum baptizatis dabatur per manus impoſitionem ab Apoſtolis. nu. 50. 656.
Confirmationis ſacramentum immediatè inſtitutum fuit à Chriſto. nu. 51. ibid.
Confirmationis ſacramentum quomodo inſtituerit Chriſtus. nu.52. ibidem.
Confirmationis ſacramentum confert ſuſcipientibus Spiritus ſancti plenitudinem. nu.53. 657.
Confirmationis ſacramentum conſtat ex antiqua traditione, declaratione Eccleſiæ & eius effectibus. nu.55. ibid.
Confiſcatio bonorũ hæreticorum quare fit. num.4. 45.
Confiſcatio bonorum non fit niſi in crimine hæreſis. nu.3. ibidem.
Confiſcatio bonorum hæreticorum tempore Chriſti apparuit. nu. 5. & 15. 83.
Confiſcatio bonorum hæreticorum in quot & quales vſus diſtributa. n. 13. 140.
Confiſcatio bonorum hæreticorum per varia iura obſeruata diffuſè tractatur. nu.14. ibidem.
Confiſcatione bonorum vtitur S. Officium exemplo Dei. nu.2. 45.
Confiſcauit Deus bona primorum parẽtum in pœnam tanti flagitij. nu. 1. ibid.
Confiſcauit Deus bona & diuitias Laban, propter eius idololatriam. numero 15. & 16. 54.
Confiſcauit Deus bona terræ promiſsionis propter hæreſes. nu.23. 55.
Confugere in Eccleſias non poſſunt Iudæi, nu.111. 819.
Conradus Conſtantienſis Germaniæ Inquiſitor ab hæreticis trucidatur, numer.4. 108.
F. Conradus Inquiſitor ab hæreticis vulneribus confoditur, nu.27. 111.
F. Conradus Maſpurgenſis Dominicanus Apoſtolicâ autoritate in Germania varias hæreſes & hæreticos condemnauit, & Inquiſitor Generalis creatur n. 2. & 3. 249.
Conradus à Ioanne Papa xx. coronatus eſt, & de eius legibus. nu.96. 468.
Conradus. II. electus eſt Imperator, & ante benedictionem Imperialem mortuus eſt. nu.101. 469.
Conſilij Generalis S. Inquiſitionis munus quod ſit. nu.2. & 3. 145.
Conſilium generale ſanctæ Inquiſitionis in Caſtella, à quo & quando inſtitutum fuit. nu.1. ibidem.
Conſilium generale S. Inquiſitionis in ditionibus Hiſpaniæ, quâ ratione conſtitutum fuerit. nu.12. 151.
Conſpiratio quorundam hæreticorum contra ſanctum Inquiſitionis Officium. nu.5. 218.
Conſtans Imperator hæreticus in balneo necatur. nu.50. 315.
Conſtantij Imperatoris infelix exitus. num. 39. 313.
Conſtantinopolitana ciuitas incẽdio magna ex parte conſumpta. nu.104. 320.
Conſtantinopolitanis imperantibus rurſus ad hæreſim ſuam reuerſis, omnia paulatim ad Turcas deuoluuntur. numero 63. 316.
Conſtantini Imperatoris ſtatuæ apponitur Crux. nu.40. 349.
Conſtantini Imperatoris & aliorum liberalitas commendatur. nu.40. 425.


INDEX.

Conſtantinus Imperator omnes ſuas victorias in religionis cultum referebat. nu.11. 282.
Conſtantinus Imperator, in ingreſſu palatij ſui Crucis imaginẽ appoſuit. n.13.365.
Conſtantinus & Ægidius Doctores Theologi hæreſes Hiſpali diſſeminabant & in carcerẽ detruſi. n.10. & 11. 301.
Conſtãtinus hæreticus ſibi ipſi in carcerem mortem conſciuit. nu. 13. & eius oſſa cum decem & octo hæreticis combuſta. nu.14. 302.
Conſtantinus Copronimus hæreticus miſerabiliter moritur. nu.54. 315.
Conſtantinus vltimus Imperator Conſtantinopoli trucidatur. nu.75. 317.
Conſtantinus Imperator, in Labari locum Crucem ſubſtituit. nu.39. 349.
Conſtantinus Imperator mandauit, ne facinoroſi cruci affigerentur. n.41. ibid.
Conſtãtinus Imperator, ſemper victoriã cõſecutus fuit ob crucis vexillũ. n.12.365.
Conſtantinus Imperator Crucis imaginem quomodo depingi iuſsit. nu.14. ibid.
Conſtantinus Imperator Crucis ſigno militum arma ſignabat. nu.15. ibidem.
Conſtantinus Imperator, donando Eccleſiæ bonam fidem agnouit. nu.96. 437.
Conſtantinus Imperator conceſsit Pontifici Romano coronam, & omnem Regiam dignitatẽ in vrbe Romana. n.17. 442.
Conſtitutio Clementis V. in Clem. multorum. de hæreticis. elucidatur. numero 20. 154.
Conſtitutio Sixti V. contra Henricum Borbonium. nu.38. 330.
Conſtitutio pœnalis fauore fidei extenditur, quod idem eſt fauore animarum. nu.28. 523.
Conſtitutio pœnalis non dicitur extẽdi vbi extenditur, ex eiuſdem conſtitutionis mente. nu.94. 860.
Conſuetudinem in fauore fidei, iuſtum initium credendum eſt habuiſſe, habetque vim legis ſcriptæ. nu. 26. 801.
Conſuetudo tantò eſt efficacior, quanto eſt antiquior, & vniuerſalior. n. 71. 462.
Conſuetum quod eſt fieri, non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium. nu. 70. ibid.
Contemptus & iniuria duobus modis conſiderantur materialis, & formalis. nu. 55. & 58. 851.
Contemptus confeſſarij abutentis ſacramẽto pœnitentiæ, probatur indicijs & cõiecturis. nu.60. 852.
Contentiones inter Proregem & Inquiſitores regni Siciliæ ſubortæ ſunt de iuriſdictione. nu.23. 207.
Contrarium charitati, & lege naturali non ſemper cadit directè ſub iure diuino. nu.40. 764.
Contrarium iuſtitiæ non ſemper eſt contra ius naturale immediatè. nu. 44. ibid.
Contritio, peccata non remittit abſque ordine ad confeſsionem ſacramentalem. nu.76. 659.
Contumax excommunicatur, & punitur tanquam hæreticus. nu.67. 586.
Contumax non auditur quoad bona anno elapſo, auditur tamen in crimine. num. 47. 599.
Conuerſatio mala, malum facit quemlibet præſumi. nu.58. 809.
Conuerſatio prauorum hominum pernicioſiſsima. nu.59. ibidem.
Coſmus Medices à Pio V. Pontifice Maximo creatus, magnus Dux Hetruriæ fuit. nu.124. 472.
Creaturæ propter hominis bonum conditæ ſunt. nu.88. 859.
Cremati ſunt duo millia Iudæorum & apoſtatarum in Hiſpaniarum locis. nume. 12. 139.
Crimen læſæ religionis, quàm aliud quoduis puniendum acerbiùs. nu. 16. 21.
Crimen hæreſis non niſi 40. annis præſcribitur. nu.80. 587.
Crimen hæreſis merè Eccleſiaſticum eſt. nu.82. ibidem.
Crimen hæreſis eſt de neceſſarijs ad iuſtitiam, charitatem, & reuerentiam. nu. 7. 707.
Crimẽ hæreſis & læſæ maieſtatis pari paſſu ambulant. nu.12. 708.

Crimen hæreſis eſt publicum. numer. 18. & 20. 709.
Crimen quo grauius eſt, euidentiora indicia requirit. nu. 90. 742.
Crimen hæreſis eſt publicum delictum, & Reipublicæ pernicioſiſsimum. numero 40. 849.
Criminis euidẽtia, an indigeat accuſatore. nu. 102. 746.
Cruce-ſignati in Italia vocantur familiares S. Officij. nu. 3. 103.
Cruce-ſignati ſeu familiares ſancti Officij multas conſequuntur indulgentias à nu. 10. vſque ad nu. 15. 106.
Cruce-ſignati Ezechielis tempore cædem euaſerunt. nu. 31. 367.
Cruce Chriſtus Dominus noſter vitam nobis attulit. nu. 57. 373.
Cruce vtuntur Inquiſitores hæreticæ prauitatis, in omnibus fidei actibus. numero 32. 367.
Cruce diabolus deuictus. nu. 35. 347.
Cruce morbi ſanantur. nu. 9. 354.
Cruce debellantur hæretici. nu. 54. 362.
Crucem Iudæi & hæretici conãtur deſtruere & occultare. nu. 6. 342.
Crucem oppugnat Petrus Bruis hæreticus. nu. 25. 346.
Crucẽ labefactant VVicleffiſtæ. n. 26. ibid.
Crucem eſſe ex quatuor generibus lignorũ probabile eſt. nu. 30. 347.
Crucem, in qua Chriſtus Dominus noſter pependit adorandam eſſe probatur. nu. 31. ibidem.
Crucem Chriſtus ſponte elegit. num. 32. & 50. ibidem.
Crucem in Labari locum Conſtantinus Imperator ſubſtituit. nu. 39. 349.
Crucem iubebit auferri Antichriſtus. num. 35. 358.
Crucem viridẽ quare Inquiſitores in ſtemmatibus ſanctæ Inquiſitionis apponãt. nu. 33. 367.
Crucem verſicolorem, quare geſtant in pectore milites diuerſorum inſtitutorum. nu. 35. ibidem.
Crucem rubeã milites D. Iacobi, Calatrauæ, & Monteſæ deferentes quid ſignificant. nu. 37. 368.
Crucem albam deferentes milites D. Ioannis, quid annunciant. nu. 38. ibid.
Crucem viridem Inquiſitores elegerunt nõ ſine magno Spiritus ſancti conſilio. nu. 39. 369.
Crucem Chriſtus Dominus quare elegerit. nu. 54. 372.
Crucem viridem Inquiſitores exaltant in ſignum clementiæ. nu. 64. 374.
Cruces quare in itineribus eriguntur. num. 21. 356.
Cruces Ægypti ſigna diuini cultus, in eã recipiendi. nu. 22. ibidem.
Cruces, quas nunc equites militiarum in pectore geſtant, vnde ortum habuerint. nu. 17. 365.
Cruces tres magnitudine immenſas Conſtantinus Imperator fabrefieri iuſsit, & quare. nu. 20. 366.
Crucifixores Chriſti Domini noſtri, non ſunt auſi tunicam diuidere, & quare. nu. 258. 695.
Crucis rectæ forma, quæ veſtibus pœnitentialibus apponebatur, quare in formam tranſuerſæ crucis migrauerit. numero 7. 41.
Crucis ſignum initium eſt omnium actuum ſancti Officij & finis. nu. 1. 340.
Crucis etymologia & diuiſio. nu. 2. ibid.
Crucis diuiſiones. nu. 3. 341.
Crucis quatuor brachia moraliter deſcribuntur. nu. 4. ibidem.
Crucis tres acceptiones. nu. 10. 343.
Crucis tertia conſideratio. nu. 21. 345.
Crucis imaginem execratur Claudius Taurinenſis. nu. 24. 346.
Crucis veneratio variè ab hæreticis argumentatur. nu. 27. ibidem.
Crucis figura deſcribitur. nu. 29. 347.
Crucis ſeptem adducuntur miracula. nume. 36. 348.
Crucis ſignum in monumentis. n. 43. 349.
Crucis variæ apparitiones. nu. 45. 350.
Crucis ſignum in quocumque loco adorandum. nu. 47. ibidem.

Crucis



Crucis ſigni varia miracula. nu. 48. ibid.
Crucis in adoratione ſoluuntur quædam argumenta hæreticorum. nu. 49. 351.
Crucis virtute miracula effecta. n. 1. 353.
Crucis ſigno portæ aperiuntur. n. 2. ibid.
Crucis ſigno catenæ franguntur. n. 3. ibid.
Crucis ſigno aqua in vinum nobile commutatur. nu. 4. ibidem.
Crucis ſigno fons eructat. numero 5. & 6. ibidem.
Crucis laudes & encomia multa. n. 7. ibid.
Crucis ſe ſigno ſignare, vetuſtiſsimũ apud Chriſtianos. nu. 10. 354.
Crucis ſigni myſterium, & vtilitas. nume. 11. ibidem.
Crucis ſigno modus ſignandi deſcribitur & explicatur. nu. 18. 355.
Crucis ſigno ſe ſignare ſaluberrimum eſt. nu. 20. 23. 24. & 27. 356.
Crucis variæ figuræ in ſacra ſcriptura. nu. 25. 357.
Crucis ſignum in omnibus ſacramentis adhibetur. nu. 26. ibidem.
Crucis ſigno Iudæus quidam dæmones fugauit. nu. 30. 358.
Crucis virtutem dæmones ſentiunt. numero 31. & 33. ibidem.
Crucis encomium. nu. 34. ibidem.
Crucis pulchra ſimilitudo. nu. 39. 359.
Crucis laudes. nu. 41. ibidem.
Crucis depictæ in pauimento inſigne miraculum. nu. 45. 360.
Crucis in ſigno præſtatur iuramentum à reis. nu. 49. 361.
Crucis inſcriptio. nu. 51. ibidem.
Crucis vexillo, quare vtitur tribunal ſanctæ Inquiſitionis. nu. 1. 364.
Crucis quatuor proiecturæ quid ſignificent. nu. 4. ibidem.
Crucis apparitiones in cælo ſemper aliquid lætum annuncıarunt. nu. 6. ibid.
Crucis apparitio Conſtantino Imperatori quid prænunciauit. nu. 7. & 8. ibid.
Crucis ſignum Conſtantinus Imperator, in manu ſtatuæ ſuæ marmoreæ apponi iuſsit, cum inſcriptione. numero 9. 365.
Crucis vexillum Conſtantinus Imperator in pugna aſportandum iuſsit. numero 11. ibidem.
Crucis imaginem Conſtantinus Imperator, in ingreſſu palatij ſui appoſuit. numero 13. ibidem.
Crucis imaginem Conſtantinus Imperator, quomodo depingi iuſsit. nu. 14. ibid.
Crucis ſigno Conſtantinus Imperator militum arma ſignabat. nu. 15. ibid.
Crucis ſigno milites antiquiſsimi Conſtantiniani ornabantur. nu. 16. ibidem.
Crucis viſio innumera bona attulit Eccleſiæ. nu. 18. ibidem.
Crucis ſignum quo die Hieroſolymis apparuit, eodem die Conſtantinus Antiochiam peruenit. n. 21. 366.
Crucis ſignum in Oriente Conſtantino Imperatori apparuit. nu. 22. ibidem.
Crucis ſignum Pictorum Regi apparuit. nu. 23. ibidem.
Crucis ſigno Picti, vſque in hunc diem in prœlijs vtuntur. nu. 24. ibidem.
Crucis ſignum Richardo primo Anglorum Regi apparuit. nu. 25. ibid.
Crucis triumphi feſtiuitas, quare in Hiſpania celebratur. nu. 27. ibidem.
Crucis miraculum in prælio contra Agarenos. nu. 28. 367.
Crucis ob ſignum Theodoſius Magnus Imperator, magnas reportauit victorias. nu. 29. ibid.
Crucis ſignum Hebræos ſeruauit in Ægypto, & in deſerto. nu. 30. ibidem.
Crucis coloribus, quibus diuerſæ nationes in prælijs pro inſignijs vtantur. numer. 34. ibid.
Crucis viror triumpho Chriſti, & conditioni naturæ quadrat. nu. 44. 370.
Crucis figuram Arabes & Ægyptij coluerunt. nu. 55. 372.
Crucis figura in omnibus cernitur. numero 56. ibid.
Crucis fructus gratiſsimus. numero 63. 374.
Crucis viridis in campo nigro ſymbolum. nu. 65. ibid

Crucis encomia & laus.nu.85. 378.
Crux tranſuerſa & non recta, quare apponitur hodie in veſtibus pœnitentialibus.nu.7. 41.
Crux fidei noſtræ myſteria continet.nume. 5. 341.
Crux in lege veteri variè præfiguratur.numer.7. 342.
Crux ſcalæ comparatur. numero 8. & 33. 343.
Crux adoratur adoratione latriæ.nu. 9. 17. 20. & 46. ibid.
Crux ab alijs inſtrumentis paſsionis Chriſti diſtinguitur.nu.22. 345.
Crux reliquiarum precioſiſsima. numero 23. 346.
Crux ex tribus lignis effecta eſt. numero 28. 347.
Crux inſtrumentum liberationis. numero 34. ibidem.
Crux adoratur vt imago Chriſti. numero 37. 349.
Crux clarior eſt ſole.nu.38. ibidem.
Crux ſtatuæ Conſtantini Imperatoris apponitur.nu.40. ibidem.
Crux ne humi ſculpatur prohibitum fuit. nu.42. ibid.
Crux quare adoratur.nu.44. ibidem.
Crux vt ſignum à Deo inſtitutum adoratur & operatur multa.nu.56. 352.
Crux flammas ſedat.nu.7. 353.
Crux Dracones fugat.nu.8. 354.
Crux myſteria fidei continet.nu. 13. 355.
Crux fugat dæmones. numero 28. 30. & 46. 357.
Crux clauis cælorum dicitur.n. 29. ibid.
Crux prauos motus cordis ſedat. numero 36. 358.
Crux fiduciam & ſpem exigit.n.37. ibid.
Crux cur in turribus ponatur.n.38. ibid.
Crux ſignum victoriæ.nu.40. 359.
Crux morituris proponitur.nu.42. 359.
Crux quare non ſculpenda in pauimēto, & quibus pœnis id caueatur. numero 44. 360.
Crux ſæpe occulta detegit.nu.52. 361.
Crux arx munitiſsima.nu.53. ibid.
Crux ſemper exſtitit pulcherrimū ſignum bellicum.nu.2. 364.
Crux Chriſti ab Helena inuēta.n.19. 365.
Crux de cælo Garciæ Ximenio primo Nauarrorum Regi, ſuper virentem quercum apparuit.nu.26. 366.
Crux dum varijs coloribus depingitur multiplicem Chriſti virtutem ſignificat. nu.36. 368.
Crux Chriſti ex viridi arbore præcioſa. nu. 41. 369.
Crux viridis ſuauis & grata martyribus. nu.50. 371.
Crux victoriam Chriſti indicat. numero 52. 372.
Crux viridis quare reis oſtenditur.numero 65. 374.
Cubiculum in Paradiſo facere debemus per contemplationem abſtractum ab omni cura templi.nu.206. 683.

# D

DACIAM, Myſiam, & Pannoniā poſt quam decreta Arriana ſequuta ſunt Hunni occuparūt.nu.5. 324.
Dalmatiæ, Boſnæ, Raguſiæ, Croaciæ, & Iſtriæ Inquiſitio.numer.1. 252.
Dalmatiā hæreſi Arrianā infectam, ferro ac flammis Gothi vaſtarūt.n.6. 324.
Damnum aliquod grauiſsimum à proximo amouere, omnes adſtringimur ſub pœna peccati.nu.78. 781.
Daniel ſecretò anno ætatis duodecimo proceſſum in ſenes inſtruxit.nu. 6. 32.
Dauid Inquiſitor fuit acerrimus qui iuſsit Philiſthæorum Deos comburi.numero 1. 68.
Dauid Rex regnauit quadraginta annis, & mortuus honorificè ſepelitur. numer. 2. ibidem.
[De] præpoſitio in compoſitis auget.numero 37. 774.

Decla-

INDEX.

Declaratio Inquiſitorum eſt neceſſaria, antequam bona hæretici occupentur.nu. 199. 833.
Defenſio cū ſit de iure naturæ, nullo modo denegari debet.nu.99. 817.
Deficientes à fide grauiter ſunt puniendi abſque monitione.nu.10. 13.
Definitio Concilij Florentini, de primatu Eccleſiæ Romanæ.nu.24. 403.
Definitio quid ſit, & quod eā cuiuslibet rei eſſentia explicetur.nu.1. 768.
Definitio denunciationis ſecundum Speculatorem, non ſatis accuratè tradita. nu.2. ibidem.
Definitio denunciationis ſecundum Hoſtienſem, non contemnenda.n.3. 769.
Definitio & definitum inuicem conuertūtur.nu.4. ibidem.
Definitio genere & differentiā conſtat.nu. 5. ibid.
Definitio iudicij.nu.28. 802.
Definitionem ab etymologia probant Iureconſulti, & Philoſophi.nu. 36. 773.
Degradari debet clericus hæreticus, priuſquam brachio ſeculari tradatur.num. 37. 597.
Degradari debet actualiter hæreticus. nu. 38. 597.
Delegati ad vniuerſitatē cauſarū, non poſſunt ſubdelegare totā vniuerſitatem, ſed vnam vel duas cauſas.nu.11. 520.
Delegati iuriſdictio, licet per mortem delegantis exſpiret, ſecus eſt in fidei fauorem.nu.21. 522.
Delegatio vel ſubdelegatio non ſunt actus contentioſæ iuriſdictionis, nec actus iudicij, licet iuriſdictio transferatur in delegatum, vel ſubdelegatum. num. 45. 525.
Delegato Principis, non autem ſubdelegato conceſſum eſt priuilegium ſubdelegandi.nu.8. 520.
Delegatus ab inferiore à Principe, an & quando ſubdelegare poſsit. numer. 16. & 18. 521.
Delegatus ſemper ſubdelegare poteſt, ſiue iuſta ſubſit cauſa, ſiue non.n.24. 522.
Delegatus à Principe ſicut poteſt ſubdelegare, ſic etiam ſi eſt delegatus à populo non recognoſcēte ſuperiorē.n.30. 523.
Delegatus in quibus caſibus fungatur iure delegantis.nu.85. 533.
Deliberationem neceſſe eſt, vt præcedat ſcientia & notitia rei.nu. 13. 10.
Delicta præmeditata maiori pœnā ſunt afficienda.nu.247. 692.
Delicta punire an ſemper ſit vtile Reipublicæ.nu.104. 746.
Delicta quæ ſunt in offenſam Dei, ſunt, & dicuntur publica.nu.107. 747.
Delicta manifeſta communi ordine iudiciario non egent.num.121. 750.
Delicta aliqua nociua Reipublicæ aliquādo expedit manere impunita. numero 132. 752.
Delicta latentia, an habeant vindictam in hoc ſæculo.nu.16. 757.
Delicta quædam ſunt notoria, quædā verò occulta, & quid vtraq; ſint.n.21. ibid.
Delicta omnino latentia non habent vindictam in foro exteriori.nu.54. 766.
Delicta ne impunita remaneant, Reipublicæ intereſt.nu. 141. 823.
Delicti euidentia tunc habet vicem accuſatoris, quando ſimul conſtat de delinquente.nu.130. 752.
Delictis Eccleſiaſticis ſtandum iuris Canonici diſpoſitioni.nu.81. 587.
Delictum proximi occultum detegere, an ſit iure prohibitum, & quo iure. num. 40. 728.
Delictum ſuperiori reuelatum, an ſufficiat ad Inquiſitionem ſpecialē.n.11. 757.
Delictum nomen eſt generale, differtque à crimine & maleficio.nu.19. 758.
Delictum quomodo cognoſcatur, an ſit publicum, vel priuatum.nu.20. ibid.
Delictum notorium, quā ratione differat à manifeſto euidenti, publico, noto, indubitato, & liquido, & quando æquiuocè referatur ad prædicta.nu.22. 758.
Delictum occultum, aliud eſt occultum ſimpliciter, aliud non ſimpliciter, & quid vtrumque.nu.23. 759.

Delictum

Delictum occultum quid ſit.n.24. ibid.
Delictum notorium quid ſit.n.25. ibid.
Delictum notorium & publicum non conuertuntur.nu.26. ibid.
Delictum geminatum veniam non meretur.nu.161. 826.
Delictum non præſumitur, vbi poſſibile eſt quid ſine crimine fieri poſſe. numero 20. 846.
Delictum ſolicitationis in confeſſione cõmiſſum non eſt contra fidem, ſed contra conſcientiã, & quæ ſpecies peccati ſit.nu.53. 851.
Delictum ſolicitationis in confeſſione perpetrans infamiam incurrit. numero 122. 865.
Delictum ſolicitationis in cõfeſſione clam committitur, & ob id acriùs punitur. nu.124. 866.
Delictum clandeſtinũ plus punitur, quàm publicum.nu.126. ibid.
Delictum ſolicitationis in confeſſione mulieris, quomodo probandum. numero 128. ibid.
Delinquens occultus interrogatus fortè de ſuo crimine à iudice, cũ inquirit generaliter nõ tenetur reſpõdere.nu.135.753.
Delinquentes cùm non puniuntur publica turbatur lætitia.nu.106. 746.
Denominatio omnis à proprio fine eſt ſumenda.nu.75. 497.
Denuncianda eſt hæreſis occulta. numero 82. 782.
Denunciandi ſunt hæretici nulla præcedẽte correctione.nu.32. 711.
Denunciare teſtimonium quid eſt in iure. nu.18. 772.
Denunciare renuentes grauiter puniendi ſunt.nu.37. 637.
Denunciare quis tenetur hæreticum, non obſtante iuramento aut promiſſione. nu.38. 637.
Denunciare omittens hæreticos excommunicationem incurrit.nu.39. 638.
Denunciare hæreticum renuens grauì pœnâ afficiendus.nu.13.& 20. 708.
Denũciare qui renuit reũ, quem quis nouit læſæ maieſtatis ſit reus. numero 14. ibid.
Denunciare hæreticum quem quis nouit tenetur.nu.21. 709.
Denunciare hæreticum occultum debet qui nouit.nu.22. 710.
Denunciare hæreticum, quiſque tenetur etiam non præcedente infamiâ.numer. 24. ibid.
Denunciare renuentes hæreticos, intra terminum præfixum excõmunicati ſunt. nu.42. 713.
Denunciare cuilibet ex iure canonico licet. nu.13. 771.
Denunciare autori quid ſit in iure.numero 20. 772.
[Denunciare] in iure ſumitur interdum pro eo, quod eſt accuſare. numero 28. 773.
[Denunciare] verbum apud autores variæ ſignificationis eſt.nu.38. 774.
Denunciare tenentur omnes ſub pœnis in edicto fidei comprehenſis. numero 69. 779.
Denunciare tenetur filius proprium parentem hæreticum.nu.83. 782.
Denuncians non tenetur probare vera eſſe quæ denunciauit.nu.36. 637.
Denuncians non tenetur ſe ſubſcribere denunciationi, nec ea verificare. numero 21. 772.
Denuncians calumnioſè in expenſas tenetur.nu.23. 772.
Denuncians in foro ſæculari, quando non tenetur denunciationem probare. nu. 50. 776.
Denunciatio vel accuſatio, à quibus proponatur.nu.14. 576.
Denunciatio delictorum in graue dãnum Reipublicæ vicem gerit accuſatoris. nu.79. 739.
Denunciatio de hæreſi tripliciter poteſt fieri.nu.93. 743.
Denunciatio ad correctionem, accuſatio ad pœnam tendit.nu.24. 772.
Denunciatio Euangelica quid. numero 43. 775.

Denun-

INDEX.

Denunciatio Euangelica, cur ſic dicta. nu. 44. ibidem.
Denunciatio Euangelica quando locũ habeat.nu.45. 776.
Denunciatio iudicialis quid & quotuplex. nu.47. ibidem.
Denunciatio publica & iudicialis quid.nu. 48. ibidem.
Denunciatio priuata & iudicialis quid nu.49. ibidem.
Denunciatio fori Eccleſiaſtici.n.51. 777.
Denunciatio Canonica quid.n.52. ibid.
Denunciatio ſpecialis quid.nu.53. ibid.
Denunciatio ſpecialis binam exigit monitionem.nu.54. ibidem.
Denunciatio generalis quid.nu.55. ibid.
Denunciatio regularis quid.nu.56. ibid.
Denunciatio regularis maximè propria monaſteriorum, & capitulorum.num. 57. ibidem.
Denunciatio fit coram Inquiſitoribus. nu. 59. ibid.
Denunciatione factâ quodnã ſit iudicis officium.nu.60. ibid.
Denũciationis forma qualis ſit.n.34. 637.
Denunciationis definitio ſecundum Speculatorem, non ſatis accuratè tradita.numer.2. 768.
Denunciationis definitio ſecundum Hoſtienſem non contemnenda. numero 3. ibidem.
Denunciationis definitio optima & maximè probanda.nu.7. 770.
Denunciationis & accuſationis genuinæ differentiæ.nu.25. 772.
Denunciationis formula.nu.27. ibid.
Denunciationis analogia ſiue etymologia. nu.35. 773.
Denunciationis plures differentiæ. numero 42. 775.
Denunciationis Euangelicæ finis. numero 46. 776.
Denunciator non ſubiacet talionis pœnæ. nu.22. 772.
Denũciator & accuſator, in vnoquoq; tribunali ſancti Officij fiſcalis eſt.nume. 62. 778.
Denũciatores olim inſtituebuntur, nec licebat vlli denunciare niſi iuſſus eſſet.nu. 14. 771.
Denunciatoris iuramentum poſt denunciationem.nu.26. 772.
Denunciatoris notorium quit ſit. numero 30. 773.
Denunciatoribus tyranni olim abutebantur.nu.16. 771.
Denunciatorum vmbra ſub tyrannis horrifica fuit.nu.17. ibidem.
Dependente aliquo ab anima & conſcientia alicuius, ſtatur eius dicto cum iuramento.nu.24. 847.
Deſtinatio pro actu facto, & completo habetur.nu.38. 849.
Dei Optimi Maximi conſilio ſanctæ Inquiſitionis officium in Eccleſia inſtitutũ eſt.nu.1. 291.
Deo placere ſine fide impoſſibile eſt.numer. 274. 698.
Deus hominem ad ſui imaginem creauit, & ad ſublimẽ dignitatem illũm euexit.nu.1. 2.
Deus tria primis parentibus præcepit. numer.1.13. 4.
Deo ideo præceptum Adamo impoſuit, vt oſtenderet ipſum cum libero arbitrio eſſe creatum.num.1. 5.
Deus Adamo diaboli mendacium per ironiam aperit.nu.11. 20.
Deus primus Inquiſitor ſe ad inſtructionẽ proceſſus contra primos parẽtes accingit.nu.1. 27.
Deus Adam citauit docens reis diem eſſe dicendam.nu.2. ibidem.
Deus reprehendit primos parentes, quia ſeptupliciter actum peccati violauerant. nu.16. 29.
Deus quare ſerpentem non inquiſierit. numer.8. 28.
Deus manifeſtat Adamo nuditatem non fuiſſe cauſam timoris.nu.4. 31.
Deus quare Euam interrogauerit. numero 6. ibid.
Deus ſecretò proceſſum Adæ inſtruxit.numer.5. 32.

Deus

*Deus quare non vſus teſtibus in proceſſu Adæ. nu. 8.* 32.
*Deus in proceſſu Adæ formam Inquiſitoribus præſcripſit, quâ ſordes infidelium excutiant. nu. 13.* 33.
*Deus ſententiam primũ in ſerpẽtem, deinde in primos parentes tulit. nu. 1.* 38.
*Deus quare primos parentes non ſtatim morte punierit. nu. 2.* ibid.
*Deus veſtes pelliceas de nouo condidit, vt illis tanquam ſaccis benedictis primos parentes indueret. nu. 3.* ibidem.
*Deus primos parentes tunicis pelliceis induit, & quare. nu. 1.* 44.
*Deus primos parentes in pœnam tanti flagitij omnibus bonis ſpoliat. n. 1.* 45.
*Deus deleuit hæreticos tempore Noë nolẽtes credere prædicationem. numero 11. & 12.* 47.
*Deus munus Inquiſitoris exercuit contra Sodomitas. nu. 7. & 8.* 53.
*Deus officium Inquiſitoris vſus eſt multoties cõtra Iſraelitas in hæreſes & idololatrias prolapſos. nume. 22. vſque ad 34. & à nume. 48. vſque ad 58. & nu. 71. 73. 80. 81. 87. 91. & 95.* 55.
*Deus morte puniuit Saulem ob multa ſcelera. nu. 117.* 64.
*Deus morte turpiſsimâ puniuit Achab, & Iezabelem. nu. 46.* 71.
*Deus ob idololatriã ſuſcitauit Philiſthæos, & Arabas contra Ioram. numero 70.* ibid.
*Deus propter peccata morte puniuit Antiochum Regem. nu. 33.* 80.
*Deus impunitam non relinquit Principum ſocordiam in conſeruatione religionis. nu. 20.* 285.
*Deus imperauit populo Iſraelitico Ægypto egreſſo, ne cum infidelibus communicaret. nu. 33.* 287.
*Deus iratus fuit Regi Ioſaphat, quia cum inimicis eius amicitiam inierat. nu. 34.* ibid.
*Deus caſtigauit Amaſiam & Aſa, quod amicitiâ copularẽtur cum impijs. num. 35.* ibid.
*Deus offenditur peccatis omnibus, ſed ijs maximè, quibus vera ſui colendi ratio corrumpitur. nu. 4.* 307.
*Deus in Principes Catholicos inuehitur, qui cum hæreticis benignè ſe gerunt. num. 100.* 319.
*Deus eſt omnium principiorum principium & fundamentum. nu. 10.* 419.
*Deus & natura nihil faciunt fruſtra, nec deficiunt in neceſſarijs. numero 36.* 488.
*Deus primos parentes à Paradiſo eiecit Inquiſitione factâ de edicto violato. nu. 19.* 616.
*Deus vocauit Adam virtute edicti ad ſuæ culpæ cognitionem. nu. 20.* 617.
*Deus grauiter punit apoſtatas & hæreticos ob carnis libertatem. nu. 136.* 668.
*Deus pronior eſt ad miſerendum, quàm ad puniendum nu. 137.* ibid.
*Deus maximè vltus peccata ſapientum fidelium. nu. 138.* 669.
*Deus quantum in ſe eſt lux æterna ſemper alijs influere, & lumen infundere paratus eſt. nu. 195.* 681.
*Deus eſt conditor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis. num. 197.* ibid.
*Deus vnus eſt ſuper omnia, per omnia, & in omnibus, & ex eo omnia profluunt. nu. 259. & 260.* 696.
*Deus proprio filio non pepercit. numero 270.* 697.
*Deus & natura diligunt vnitatem. num. 289.* 700.
*Deus perficit omne bonum in nobis. num. 309.* 704.
*Deus cui omnia manifeſta ſunt, non punit ſine accuſatore. nu. 78.* 739.
*Deus delicta publica Sodomorum nõ inquiſiuit abſque infamia eorundem. nume. 110.* 748.
*Deus cùm iudicat, non ſolùm requirit infamiam delicti, ſed etiam delinquentis. nu. 127.* 752.
*Deus magis eſt diligendus quàm pater. nu. 85.* 783.
*Deus*



*Deus eſt ſcrutator cordium. nu. 83.* 813.
*Diabolus inuidit nouum hominem ad æternam gloriam euectum. nu. 2.* 2.
*Diabolus intellectum primorum parentum aggreditur, vt in ſuis fallacijs eos à Deo ſegregaret. nu. 4.* 3.
*Diabolus ſerpentis formam accepit, mulierem adoritur, & ad ligni fructum guſtandum pellexit. nu. 5.* ibid.
*Diabolus mentem primorum parentum inuadit. nu. 8.* ibidem.
*Diabolus fidem mulieris tentat, & labefactat. nu. 9.* ibidem.
*Diabolus vltimum præceptum parentibus noſtris datum neſcire ſimulauit, & duo prima confudit. nu. 14.* 4.
*Diabolus ex confabulatione cum primis parentibus homicida & mendax fuit, nu. 15.* ibidem.
*Diabolus Deo mendacium adſcribit. numero 4.* 6.
*Diabolus Deum inuidiæ inſimulat. numero 5.* 6.
*Diabolus mentitur aſſerens lignum habere vim largiendi ſcientiam. nu. 6.* ibid.
*Diabolus iiſdem armis, quibus ipſe perijt hominem aggreditur. nu. 4.* 23.
*Diabolus impœnitens eſt, nec habet vnde peccatum ſuum poſsit excuſare. numero 9.* 28.
*Diabolus obſtinatus, & quare. n. 10.* ibid.
*Diabolus vt Adamum falleret, malum boni figura & ſpecie texit. nu. 8.* 382.
*Diabolus ob hæreſim, irâ Dei tactus eſt, ſine ſpe pœnitentiæ. nu. 13.* 382.
*Diabolus nihil poteſt, niſi in quantum poteſtas ei datur à Deo. nu. 23.* 421.
*Diabolus iniquorum omnium eſt caput. nu. 68.* 557.
*Dictio [Reddite] ſignificat debitum ſoluere. nu. 19.* 484.
*Dictio [omnis] vniuerſalis eſt, idemque ſignificat quod dictio, vnuſquiſque. nu. 26.* 636.
*Dictio [omnis] eſt adeò vniuerſalis, vt vim habeat ſpecialis expreſsionis, includat omnia quæ dici vel cogitari poſſunt, eaque quæ non includerentur, nihilque in tactum deſerit. nu. 28.* 636.
*Dictio [omnis] vniuerſalis quomodo ſumatur in iure. nu. 49.* 714.
*F. Didacus Deza Epiſcopus Giennenſis Inquiſitor Generalis fuit. nu. 2.* 158.
*Didacus Eſpinoſa Epiſcopus Seguntinus & Cardinalis, ac ſupremi ſenatus Præſes fuit. nu. 11.* 160.
*F. Didacus à Silua Inquiſitor Luſitaniæ creatur. nu. 3. & 4.* 227.
*Diebus feriatis in hæreticos etiam fit proceſſus. nu. 15.* 576.
*Differentia inter Dominũ, & Regem, quæ ſit. nu. 66.* 495.
*Differentia quæ ſit inter accuſationem, & denunciationem. nu. 48.* 806.
*Differentia quæ ſit inter ſecretum confeſſionis, & ſecretũ naturale. n. 33.* 848.
*Dignitas fructus, & vtilitas S. Inquiſitionis, qualis & quanta ſit à nu. 1. vſque ad 22.* 267.
*Dignitati conceſſa, cẽſentur conceſſa omnibus ſucceſſoribus in ea. nu. 30.* 406.
*Dignitates omnes Eccleſiaſticæ poteſtatem à Romana Eccleſia acceperũt. numero 11.* 419.
*Diluuiũ immiſſum fuit, quia peccata carnis pro nõ peccatis ducerẽtur. n. 13.* 47.
*Directum dominium transfertur per legatum abſque traditione. nu. 82.* 433.
*Diſſenſio brachij militaris contra S. Officiũ in regno Valentiæ. nu. 5.* 187.
*Diſſenſiones, ac mala omnia ſemper vnà cum hæreſi ſubintrant. nu. 3.* 307.
*Diſpenſatio in depoſitione ſacci benedicti reſeruatur ſupremo Inquiſitori, & ſupremo ſenatui, & non diſpenſant ſine magna cauſa. nu. 7. & 8.* 38.
*Diſponere tantum quis poteſt de iure, quod habet in re. nu. 46.* 429.
*Diſputare de poteſtate ſummi Pontificis ſacrilegium quaſi eſt. nu. 33.* 406.
*Diuinatio in denunciatione quid ſit. nume. 15* 771.
*Diuiſio cuiuslibet rei magnopere legenti conducit. nu. 1.* 630.
*Diuiſio*

Diuiſio quibus rebus deſeruiat. numero 4. 631.
Diuiſionis definitio.nu.2. 630.
Diuites fieri volentes incidunt in laqueum diaboli.nu.251. 693.
Diuitias amans fructum non capiet ex eis. nu.252. ibid.
Dominicani fratres in Tarraconenſi, cōtra hæreticos inquirebant.nu.6. 177.
Dominicani fratres, octo magnos fructus in ditionibus Præſti Ioannis ediderūt, nu.1.& 2. 237.
Dominicani Inquiſitores maximè commēdati fuerunt in Germania, ab Imperatore Frederico II.nu.4. 249.
Dominicani Inquiſitores circa cremā magnum hæreticorum numerum combuſſerunt.num.1. 251.
Dominicani fratres in Marcha Treuiſana, ac Romaniola Officium Inquiſitionis exercebant.n.1. 265.
D.Dominici tempore ſacci benedicti, erant colore ſubnigro, ad mœrorem pœnitentiæ denotandum.nu.6. 41.
D.Dominici ſententia, quam tulit in hæreticum pœnitentiatum. num.6. 99.
D.Dominici miraculis Albigenſes cōuincuntur.nu.100. 99.
D.Dominico vita functo, inquirendi munus cōmittitur ordini Prædicatorum. nu.1. 107.
D.Dominico vita functo hæreſes in Lombardia Prouincia reuixerunt, numero 2. 254.
D. Dominicus comitatur Abbates in reducendis hæreticis in Tholoſa.numero 11. 90.
D.Dominicus agit cum Legato Apoſtolico de Inquiſitione inſtituēda.nu. 12.90.
D. Dominicus Inquiſitor creatus fuit ab Innocentio III.ſummo Pontifice, anno 1216.nu.14. 95.
D.Dominicus primus Inquiſitor generalis fuit, & alia de eius vita referuntur. n. 1.2.& 3. ibidem.
D. Dominicus ſeuerè hæreticos punit. numer.5. 99.
D.Dominicus facultatem cōceſsit cuidam Tholoſano, vt domi haberet hæreticum reconciliatum.nu. 8. ibid.
D.Dominicus inſtituit familiarium genus inſtar ordinum militariū.nu. 6. 103.
D. Dominicus primus fuit Inquiſitor, in Gallia Narbonenſi.nu.1. 245.
D.Dominicus Inquiſitor primus fuit Lombardiæ.nu.1. 254.
D.Dominicus, & D.Franciſcus, duo mūdi lumina, quaſi de cælo lapſi ſunt, quo tēpore Albigenſes Eccleſiam vexabant. nu.9. 293.
F.Dominicus à Mendoça quantum S.Officio antiquitas debeat, ſuaptè diligentiā perfecit.nu.14. 277.
Dominium non fundatur in fide, ſed eſt de iure gentium.nu. 18. 484.
Dominium quid ſit.nu.67. 495.
Dominium tribus modis dicitur. numero 68. 496.
Dominium Chriſto conueniens iure creationis redemptionis, vel dono patris non eſt temporale nu. 74. 497.
Dominium bonorum Eccleſiæ non eſt penes Papam, Reges aut Imperatores. numer. 113. 505.
Dominium tēporale Papæ conuenire Thomas Boccius, & Celſus Mancinus conātur probare nu.114. & 115 505.
Dominium temporale iuſtum initium habuit in Moyſe.nu. 142. 513.
Donatiſtæ ſe ipſos præcipitabant. numero 21. 311.
Donationis factæ per Conſtantinum Imperatorem Eccleſiæ forma. numero 45. 426.
Donationem facere poteſt tutor de rebus pupilli, quoties illi expedit. numero 53. 430.
Donatio facta Eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorem fuit remuneratoria, vel potiùs recognitio, reſignatio, ſeu reſtitutio.nu.54.& 64. & ideo eam recuſare non potuit Silueſter Papa.numero 97.fuit donatio ob cauſam.numer.79. & quod præſumatur iuſta.numer.77. & quod





& quòd fuerit approbata ab Eccleſia. n. 79. & quod per eam fuit tranſlatū directum dominium etiam ſine traditione. nume.81. & quòd eſſet ſacrilegium de ea dubitare.num.86.& hæreticum.nu.87. & 89.& eius validitas probatur Patrum autoritatibus innumeris.nu.90. & Canoniſtarum nume. 92.& Legiſtarum num. 93.& obices contra dictam donationem tolluntur. nu.94. 430.
Donatio facta Eccleſiæ eſt valdè priuilegiata.nu.56. ibid.
Donationes nec facere, nec admittere poſſunt Pagani.nu.106. 818.
Dormientes & obcæcatos, quomodo ſit fugiendum.nu. 211. 684.
Dracones ſunt naturâ ſitibundi, ſicut homines ambitioſi.nu.220. 686.
Dubitatio circa fidem, quæ diaboli ſuggeſtione menti obijcitur, & cui ſtatim occurritur, non eſt infidelitas. numer.6. 9.
Dubitatio circa fidem, ſponte & deditâ operâ accerſita, qua Theologi deliberatam appellant infidelitatem incurrit. nu.7. ibidem.
Dubia de Religione exorta ad ſummum Pontificem iudicanda referuntur. nu. 28. 405.
Dubium quoddam dilucidatur ex autoritate Toſtati Epiſcopi nu.9. 132.
Dubius in fide infidelis eſt.nu.5. 9.
Dulcinus hæreſiarcha in Lombardia concrematur.nu.19. 295.
Dulcini & Margaritæ ſupplicium. numero 26. 312.


## E


EBION hæreſiarcha balnei improuiſa ruinâ oppreſſus.nu. 10. 309.
Eccleſia dicitur virgo ſpōſa Chriſti pudica & incorrupta.nu.61. 410.
Eccleſia ex multis hominibus vinculo charitatis connexis, in vnum quaſi corpus conflatur.nu.60. ibidem.
Eccleſia, maculam, rugámue non habet.nu. 62. 411.
Eccleſia tanquam magiſtra in omnibus eſt ſequenda.nu.62. ibid.
Eccleſia Romana à Domino alijs prælata eſt. nu.13. 419.
Eccleſia militans reducitur ad triumphantem, tanquam ad finem.nu. 24. 421.
Eccleſia militans dicitur corpus myſticum fidelium.nu.25. ibid.
Eccleſia eſt Catholicorum fidelium collectio.nu.28. ibidem.
Eccleſia & Imperiū fraternizāt.n.58.430.
Eccleſia dicitur Imperij mater. numero 59. ibid.
Eccleſia præſcribere poteſt regalia contra Imperium, & vnus Rex contra alium. nu.68. 431.
Eccleſia non poteſt errare.nu.78. 433.
Eccleſia (ſecundum iuriſprudentes) habuit terras & immunitates ab Imperatoribus.nu.13. 442.
Eccleſia Catholica eſt vna, & vnum corpus myſticum, & alia eiuſdem attributa & figura.nu.46. & 50. 457.
Eccleſia ratione peccati, eſt ſuperior omnibus.nu.62. 462.
Eccleſia Chriſtiana & aliæ Reſpublicæ ſæculares ſunt ad inuicem ſubordinatæ, & id quemadmodum intelligatur. nu. 32. 487.
Eccleſia poſt peccatum Adæ cepit in Abel iuſto.nu.141. 513.
Eccleſia Catholica non poteſt errare in fide cum ſit magiſtra veritatis. n.14. 545.
Eccleſia Romana eſt omnium mater & magiſtra.nu.88. 563.
Eccleſia Catholica inſtar eſt Paradiſi terreſtris.nu.15. 616.
Eccleſia Catholica ab initio mundi, vſque ad Chriſtum varias perſecutiones paſſa eſt.num.9. 632.
Eccleſia celebrans conceptionem B. Mariæ ſemper virginis, illam celebrat vt quid pium.nu. 179. 678.

Eccleſia noſtra nunquã diuiſa eſt,& quare. nu.261. 696.

Eccleſia nemini ad ſe recurrenti gremium claudit.nu.153. 825.

Eccleſiam ſuper Petrum poſuit Dominus tanquam ſuper firmam petram.numer. 16. 400.

Eccleſiam nõ poſſe errare in canonizatione ſanctorum,eorumque celebratione, an ſit de fide.nu.173. 677.

Eccleſiam nõ poſſe errare in canonizatione ſanctorum, & inſtitutione alicuius ſancti non eſt de fide, eſt tamen temerarium.nu.178. 678.

Eccleſiam non poſſe errare in approbatione alicuius Religionis, vel in motiuo, & fine, non eſt omnino certum. numero 180. 678.

Eccleſiæ Septentrionales inducuntur ad Meridionales ſcribentes, de calamitatibus quas patiuntur.nu.26. 327.

Eccleſiæ Carpocratianorum, & Gnoſticorum Lupanaria erant.nu.54. 333.

Eccleſiæ nomen, varias habet ſignificationes.nu.27. 421.

Eccleſiæ definitio. nu.29. ibidem.

Eccleſiæ explicatio ad hæreſim deprehendendã & reuincẽdã cõfert.n.70. 557.

Eccleſiæ communis conſenſus, aut Conciliorum, aut ſummorum Pontificum, eſt ſenſus literalis.num.72. ibidem.

Eccleſiæ vniuerſalis ſolius eſt diſcernere qui libri ſint canonici.nu. 82. 562.

Eccleſiæ intelligentia eſt germanus ſenſus ſcripturæ, quando obſcurus eſt ille ſenſus.nu.92. 564.

Eccleſiæ impugnatores non potuerunt nec poterunt euertere illam, imò Dei iudicium patientur.nu. 10. 632.

Edicta fidei quando ab Inquiſitoribus promulgata fuerunt in Aragoniæ regno. nu.21. 181.

Edicta quæ durante magiſtratu conficiuntur, non dicuntur propriè ſtatuta municipalia.nu.2. 611.

Edicta contra hæreticos, an Inquiſitores poſſint promulgare.nu.29. 620.

Edicti virtute Deus vocauit Adam ad ſuæ culpæ cognitionem.nu.20. 617.

Edicti fidei forma.nu.43. 623.

Edicti ſpecifica explicatio.num.6. 631.

Edicti perpetui, perpetua eſt citatio, vbi non eſt præfixus terminus.nu.41. 713.

Edicti publicationi adeſſe omnes tenentur, qui poſſunt.nume.52. 714.

Edicti publicationi omnes diſtributiuè, nõ collectiuè adeſſe tenentur. nu.54.ibid.

Edicti publicationi ſemel tantum in anno adeſſe omnes obligantur, tametſi plures edictum, & pluribus locis publicatum eſt.nu.55. ibidem.

Edicto qui poſſint citari.nu.28. 619.

Edicto Inquiſitorio, in quo terminus non præfigitur annus videtur conceſſus.nu. 40. 712.

Edicto Inquiſitorum tenentur omnes obtẽperare.num.44. 713.

Edictum Catholicorum Regum contra Iudæos, qui in Hiſpaniã remeabant, quãdo promulgatum fuit.nu.15. 168.

Edictũ Emmanuelis Regis Luſitaniæ, de expulſione Iudæorum.nu. 1. 234.

Edictum fidei S.Petrus Martyr promulgauit contra hæreticos, & quando. num. 7. 255.

Edictum gratiæ quando proponi debeat. nu.9. 575.

Edictum gratiæ ſimillimum edicto prætorio.nu.10. ibid.

Edictum Generale generaliter proponi, quid ſit, & quid ſpecialiter. numero 22. 577.

Edictum proponitur etiam generaliter alicuius promotione.num.23. ibid.

Edictum vnde dicatur.num.1. 610.

Edictum quid ſit, & quotuplex.nu.3. 611.

Edictum fidei eſt neceſſarium, poteſtq; conſtitui & publicari ab Inquiſitoribus. nu.4. 612.

Edictum fidei iure diuino poſſunt conſtituere Inquiſitores, probaturq; ex ſacra Scriptura multipliciter.nu.5. 612.

Edictum fidei poſſe conſtituere Inquiſitores, probatur iure canonico.nu.6. 613.


Edictum.




Edictum fidei dupliciter proponi poteſt ab Inquiſitoribus.nu.7. 614.

Edictum fidei poſſe conſtituere Inquiſitores probatur iure ciuili.nu.8. ibid.

Edictum quoddam de fide propoſitum ab Imperatoribus illuſtratum fuit inſigni miraculo.nu.9. ibid.

Edictum aliud conſtituit Martianus Imperator.nu.10. 615.

Edictum fidei publicatum fuiſſe, conſtat etiam iure ciuili.nu.11. ibid.

Edictum fidei poſſe conſtituere Inquiſitores, probatur conſuetudine & cõmuni ſtylo.nu.12. ibid.

Edictum fidei poſſe & debere conſtituere Inquiſitores probatur ratione. numero 13. ibid.

Edictum fidei eſt optima ratio ad detegendos, & puniẽdos hæreticos.n.21. 617.

Edictum in quibus diſtinguatur ab interdicto, reſcripto, & præconis voce.nu. 24. ibid.

Edictũ quando locum habeat.nu.25. 618.

Edictum fidei tollens è loco publico vbi affixum erat, quomodo puniendus ſit.nu. 26. ibid.

Edictum quanto tempore affixum ſtare debeat.nu.27. 619.

Edictum in quatuor partes diuiditur, & quid vnaquæque contineat.nu.5. 631.

Edictum fidei quando & à quo initiũ ſumpſerit, & publicari ceperit. n.1. 647.

Edictum fidei deductum videtur ex Epiſtola Apoſtoli Iudæ Thadæi, cum qua mirificè conſonat.num.2. 648.

Edictum fidei ad eius vnitatem, & perſeuerantiam fideles adducit.nu.3. ibid.

Edictum fidei hæreticos, & perturbatores Eccleſiæ depingit, & detegit.n.4. ibid.

Edictum fidei hæreticorum errores proponit & damnat.nu.5. ibid.

Edictum fidei docet quomodo fideles ſe habere debeant cum hæreticis.n.6. ibid.

Eduardus Rex Angliæ Henrici VIII. filius hæreticus veneno creditur ſublatus. nu.99. 319.

Effigies & nomina damnatorum in Eccleſijs regni Siciliæ nõ affigũtur.n.12. 43.

Effectus ſacramenti pœnitentiæ multiplex eſt.num.82. 660.

Ægidius & Conſtantinus Doctores Theologici, hæreſes Hiſpali diſſeminabant, & in carcerẽ detruſi.n.10.& 11. 301.

Ægidij & Cõſtantini oſſa, cum decem & octo hæreticis, Hiſpali combuſta. num. 14. 302.

Ægyptus & Aſiæ Prouinciæ imperitæ.nu. 69. 337.

Ægypti quæ ſciebant ab Iſraelitis acceperant.nu.2. 381.

Eleazarus nolens porcinam carnem edere, nec id ſimulare diris plagis perimitur. nu.24. 80.

Electio D.Ambroſij, Seuerini, & S.Nicolai, per miraculum.nu. 7. 419.

Electio facta ab aliquo, autoritate ſui ſuperioris non poteſt à ſucceſſore reuocari. nu.48. 525.

Electionem voluntatis ſemper præcedit deliberatio.nu. 12. 10.

Electores Imperij quot & qui ſint, & eorum munera.nu.88. & 91. 466.

Electores Imperij quare de Alemania potiùs, quàm aliunde fuerint deſignati. nu.90. ibid.

Electores Imperij non poſſunt aliquem eligere in Regem Romanorum Imperio non vacante.nu.141. 476.

Electorum Imperij literæ ad Gregorium X. quibus ab eo poſtulant ſibi concedi, vt Vincislaum Carolo IIII. Imperatori coadiutorem adiungerent.n.140. ibid.

Electus ex cõmiſſione ordinis, ab ipſo ordine electus cenſetur.nu. 42. 525.

Electus cenſetur à committente, nõ autem à commiſſario. nu.83. 532.

Eliachim infidelis & hæreticus fuit, & à Deo per manus Nabuchodonoſor punitus.nũ.113.& 115. 75.

Elias Propheta occidit Prophetas Baal. nu. 59. 461.

Elizabetha Regina Angliæ, vniuerſæ Anglicanæ Eccleſiæ caput ſe dici, & haberi vult.nu.46. 332.

Emanuel Rex Luſitaniæ edictum cõtra Iudæos & Mauros publicari mandauit. nu.1. 234.
Emanuel Imperator luminibus priuatur, ob eius ſcelera.nu.74. 317.
Emendatio circa ea quæ ſunt fidei, an ſit facienda à Papa.nu.31. 620.
Enſabatatorum incendium reſtinctum, & à quo.nu. 16. 294.
Epiſcopalem poteſtatem inſtituit Chriſtus, & quando.nu.98. 662.
Epiſcopali dignitati eſt annexa poteſtas inquirendi contra fidei noxios. numero 2. 89.
Epiſcopalis poteſtas ſacramentum eſt, imprimens characterem. nu.99. 662.
Epiſcopi ſucceſſerunt Apoſtolis, qui iure diuino Ordinarij fuêre Inquiſitores. nu.31. 87.
Epiſcopi iure diuino, & communi in hæreticos inquirebant.nu.11. 132.
Epiſcopi omnes Græcorum illiterati & indocti.nu.68. 337.
Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum.nu.22. 420.
Epiſcopi & Inquiſitores, an ſint iudices in ſolidum, & in cauſa hæreſis. numero 97. 534.
Epiſcopi negligentes diœceſim ab hæreſibus purgare puniendi ſunt, & ab Epiſcopali dignitate remouendi. numero 100. 535.
Epiſcopi in rebus fidei, an recurrere debeant ad ſolum Petrum. nu. 32. 621.
Epiſcoporum ſtatus perfectior eſt ſtatu monachorum.nu.90. 501.
Epiſcoporum munus eſt cuſtodire oues ſibi creditas, & hæreſes exſtirpare.numer. 98. 534.
Epiſcopus Cardinali maior eſt ordine, inferior dignitate.num.138. 512.
Epiſcopus committens alicui vniuerſitatem cauſarum, licet eum Vicarium nominet, non eſt Vicarius ſed delegatus.nu. 78. 532.
Epiſcopus ex Concil.Trident.priuatum hæreticum poteſt abſoluere.nu.105. 786.
Epiſtola Apoſtoli Iudæ Thadæi hortatur fideles, & prima & ſecunda pars ipſius declaratur.nu.8.9. & 14. 649.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [per communem ſalutem] fidem deſignat. nu.17. 650.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [ſub introierunt enim quidam homines] quid ſignificet.nu. 23. 652.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [cõmonere autem vos volo.&c.] quid intendat.nu.135. 668.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [quinta cum Michael Archangelus] declaratur.nu.147. 670.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa ſexta particula [vę illis, qui in via Caim,] &c.quid intendat.nu.186. 679.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [ſunt velut fluctus feri maris] quid denotat nu.233. 688.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [ſidera errãtia] quid intẽdat.n.238.689.
Epiſtola Iudæ Thadæi in illa particula [Prophetauit autem, & de his ſeptimus ab Adam Enoch dicens: ecce venit Dominus,] &c.declaratur.n.241. 690.
Epiſtola Apoſtoli Iudæ Thadæi in illa particula [Vos autem chariſſimi amatores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis.] Quid ſignificet. numero 256. 694.
Epiſtolæ Iudæ Thadæi ſeries & contextura. nu.7. 648.
Epiſtolæ Apoſtoli Iudæ Thadæi, inſtitutum quale ſit.nu. 10. 649.
Epulantes peccata luxuriæ ſolent exercere. nu. 212. 684.
Errans ex ignorantia affectata, ex malitia propria præſumitur errare. numero 45. 550.
Errans circa fidem probabili ignorantia, ſi poſt legitimam admonitionem perſeuerat, ab hæreſi non excuſatur.numero 47. 550.
Errans ignorantia inuincibili, ab hæreſi excuſatur, & quomodo.nu.144. 824.
Errans



Errans bonâ fide, quærens veritatem rerum difficilium, non eſt puniendus.numero 145. 824.
Errant qui dicũt poteſtatẽ Papæ, Conciliorũ generalium eſſe priuatiuè.n.39. 407.
Erronea propoſitio quid ſit.nu. 105. 566.
Error qui contra Chriſti ſanguinem Barcinonæ doceri cepit à Sum.Pontif.reprobatur.nu.30. 297.
Error Bartoli & Baldi, in comparatione edicti Prætorij cum ijs, quæ quouis tẽpore à decurionibus proponuntur. nu. 11. 575.
Error intellectus maximus eſt. numero 85. 858.
Errores & hæreſes Martini Lutheri deſcribuntur in Bulla Leonis Papæ X. nu.7. 115.
Errorum plurimorum Hiſpaniæ initium fuêre bella, & diſſenſiones. numero 1. 134.
Eſau hæreticum prophanum, & ſimoniacũ eſſe probatur.nu.12. & 13. 54.
Eſdras Inquiſitoris Officium exercuit, & quomodo.nu.5. & 7. 78.
Eſſe à Deo conſideratur tribus modis. nu. 17. 420.
Eua diuinitatis cupida Legem Dei violat, virumque ad id agendum induxit.numer.6. 3.
Eua blando ſerpentis congreſſu hærere cepit, & minas Dei ambiguas habere, & ideo conſilium ipſius ſequitur. numero 2. 6.
Eua, quòd Deus affirmatiuè dixerat in dubium reuocauit, verbum [fortè] addendo.nu.2. 8.
Eua diabolo credidit dicenti: [nequaquam moriemini.] nu.3. ibid.
Eua infidelitatis labem cõtraxit dubitãdo, an pœna propoſita rata foret. numero 4. 9.
Eua infidelis fuit, in recitando diuino præcepto, de ſuo enim addidit [ne tangeremus illud.] n.1. 15.
Eua tribus modis violauit præceptum, & quomodo.nu.2. ibid.
Eua non intellexit mortem propoſitam euenire ex natura ligni, ſed ex tranſgreſſione præcepti.nu.7. 16.
Eua blaſphemiam adiungit hæreſis crimini cupiens eſſe ſicut Deus.nu. 1. 17.
Eua hoſtem habuit multò callidiorem, & fortiorem viro.nu.3. 26.
Euam quare Deus interrogauerit. n.6. 31.
Euæ fidem diabolus tentat & labefactat. nu.9. 4.
Euæ peccatum in hæreſim & apoſtaſiam prorupit.nu.3. 15.
Euæ peccatum Caietanus multis nominibus extenuat.nu.5. 26.
Euæ vecordiam Rupertus Abb.graphicè depingit.num.6. 16.
Euchariſtia ſacramentum eſt ſacramentorum.nu.101. 662.
Euchariſtiam plurimæ præceſſerunt figuræ in Teſtamento veteri.nu.63. 658.
Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus inſtituit in noctis cœna. num.57. 657.
Euchariſtiæ ſumptio gratiam & vitam æternam operatur.nu.6. ibidem.
Euchariſtiæ ſacramentum, durabit in ſpecie vſque ad finem mundi. nu. 61. ibid.
Euchariſtiæ poſſibilitas & vis in eius verbis declaratur ex D.Thom. numero 62. ibid.
Euchariſtiæ ſacramenti effectus varij, & mirabiles ſunt.nu.64. 658.
Euſebij hiſtoria eſt reprobata ab Eccleſia. nu.95. 436.
Eutychianorum tempeſtate, ſtudius, Sabas, & Euthymius floruerunt.nu. 8. 293.
Exceptio firmat regulam. numero 85. & 86. 500.
Exceptionem quis non ſolum efferre, ſed probare tenetur, & teſtes nominare. 84. 604.
Excommunicati ſunt qui non denunciant hæreticos infra terminum præfixum. nu.42. 713.
Excõmunicationẽ incurrit hæreticos omittens denunciare.nu. 39. 638.
Excommunicationis pœna euitatur excuſatione legitimâ.nu. 53. 714.
c 3 Expli-

*Explicationes plures Patrum, de poteſtate D.Petri, & eius ſucceſſorum, ex petræ metaphora.nu.* 18. 400.

*Exteriora ſecreta animi interiora indicãt. nu.*127. 822.

*Extrema vnctio adumbrata fuit. numero* 109. 662.

*Extrema vnctio habet quæ ad rationem ſacramenti requiruntur.nu.*114. 663.

*Extrema vnctio non ſemper peccata dimittit, quoad culpam.nu.*119. 664.

*Extrema vnctio non imprimit characterẽ. nu.*120. *ibid.*

*Extrema vnctio ornatum in anima cauſat. nu.*121. *ibidem.*

*Extrema vnctio denegatur hæreticis ad Eccleſiam conuerſis.nu.*158. 826.

*Extremæ vnctionis ſacramentum, qui hæretici negauerint.nu.*107. 662.

*Extremæ vnctionis ſacramentum immediatè inſtitutum eſt à Chriſto. numero* 108. 662.

*Extremæ vnctionis miniſter ſolus eſt ſacerdos.nu.*111. 663.

*Extremæ vnctionis inſtitutio vnde colligitur.nu.*113 *ibidem.*

*Extremæ vnctionis inſtitutio maximè decebat diuinam prouidentiam. numero* 115. *ibidem.*

*Extremæ vnctionis veritas vnde conſtet. nu.*116. *ibidem.*

*Extremæ vnctionis effectus quotuplex ſit. nu.*117. *ibidem.*

*Ezechias Rex pius, mortuo Acham patre impio fecit mũdare templum Domini, & cultum Dei reſtituit, ac idola deſtruit.nu.*102. 74.

*Ezechias ſerpentem æneum erectum à Moyſe confringit, & quare. numero* 103. *ibidem.*

# F

FACERE *contra legem in re graui nullâ rationabili cauſa vrgente lethalis eſt culpa.numer.*12. 35.

*Facta plus aliquid demõſtrãt, quàm verba. nu.* 128. 822.

*Facta inter eaſdem perſonas eodem die & loco præſumuntur in dubio incontinẽti, & vno cõtextu facta.n.*50. 850.

*Factum ab his, qui habent autoritatem, à Concilio factum cenſetur.nu.*43. 525.

*Factum ſub tempus cõtractus belli vel matrimonij, quando dicatur in ipſo contractu factum.nu.* 28. 847.

*Factum incontinenti eſſe dicitur, quamuis antè vel pòſt facta ſint, cùm tamen ineſſe videantur.nu* 48. 850.

*Factum quid, ſi eodẽ die probatur, præſumitur incõtinenti factum.n.*51. *ibid.*

*Facultas intellectus & voluntatis fuit in primis parentibus rectiſsima.nu.*3. 2.

*Facultas conceſſa cuidam Toloſano à D. Dominico, vt domi haberet hæreticum reconciliatum.nu.*8. 100.

*Facultas data Inquiſitori generali à Papa, quomodo intelligenda ſit.n.* 74. 531.

*Fama quando ſufficiens ſit ad inquirendũ. & ad torquendum nu.*42. 729.

*Fama orta à viris probis vocem gerit accuſatoris, & iudex ex illa poteſt inquirere contra aliquem.nu.*68. 736.

*Fama in caſu hæreſis non quælibet ſed vehemens, & grauis debet eſſe ad inquirendum ſpecialiter.num.* 69. 736.

*Fama quæ per duos teſtes omni exceptione maiores probatur, ſufficiens eſt ad pœnã ordinariam infligendã.n.*70. 737.

*Fama vno teſte comprobata, nec ſemiplenã probationem facit, nec indicium inducit.nu.* 71. 737.

*Fama quid ſit.nu.*72. *ibidem.*

*Fama vel infamia, quomodo probanda eſt per teſtes.nu.*73. *ibidem.*

*Fama alicuius, in quo loco quærenda ſit. nu.*74. *ibidem.*

*Fama ſola non ſufficit in criminalibus ad mortis pœnam inferendam.n.*75. 738.

*Fama qualis requiratur, vt iudex poſſit inquirere.nu.* 112. 749.

*Fama an æquiparetur vitæ, & an ſimus domini vtriuſque. nu.*114. *ibidem.*







*Fama delictorum in aliquo loco ſufficiens eſt, vt iudices generaliter inquirant, ad inueniendum delinquentes in ſpeciali.nu.*122. 750.

*Fama auro precioſior.nu.* 68. 779.

*Fama veteribus Poetis dea fuit, & veridica.nu.*100. 817.

*Famam propriam contemnere, an ſit reprehenſibile.nu.*116. 749.

*Familiares S.Officij cur inſtituti & ſic vocati.nu.*1. & 2. 103.

*Familiares S.Officij in Italia Cruce-ſignati nuncupantur.nu.*3. *ibid.*

*Familiares à S.Dominico inſtituti poſt eius mortem tertium Dominicanorum ordinem inſtituerunt.nu.*8. 104.

*Familiares noſtrâ ætate primi dumtaxat generis S.Officio inſeruiunt.n.*8. 104.

*Familiares ſeu Cruce-ſignati cùm creantur poſſunt, ex tunc ſemel in vita abſolui à caſibus reſeruatis in Bulla cœnæ Domini.nu.*10. 10.

*Familiares ſeu Cruce-ſignati cùm creantur indulgentiam plenariam conſequuntur.nu.*11. *ibidem.*

*Familiares ſeu Cruce-ſignati tẽpore interdicti, diuinis intereſſe poſſunt.numer.* 12. *ibid.*

*Familiares ſeu Cruce-ſignati tempore interdicti, morientes poſſunt in Eccleſia ſepeliri.nu.*13. *ibidem.*

*Familiares ſeu Cruce-ſignati indulgentiam ſtationum Vrbis conſequuntur.numero* 14. *ibid.*

*Familiares ſeu Cruce-ſignati, cùm ad hæreticorum exterminium accinguntur indulgentiam plenariã conſequuntur. nu.*15. *ibid.*

*Familiares Sancti Officij regni Siciliæ, an ſint exempti iure diuino. numero* 27. 725.

*Familiarium genus inſtar ordinum militarium ſanctus Dominicus inſtituit.numer.*6. 103.

*Familiarium nobilium Inquiſitionis regni Siciliæ diligentia in rebus fidei. nu.*27. 214.

*Fauores ampliandi ſunt, & odia reſtringenda, nu.*27. 523.

*F.Felix Peretus, qui fuit Papa Sixtus V. Inquiſitor Venetijs exſtitit. numero* 4. 265.

*Ferdinandus Valdes Archiepiſcopus Hiſpalenſis Inquiſitor generalis fuit. numer.*10. 160.

*Ferdinandus Rex ſcripſit Inquiſitori Archiepiſcopo, locumtenenti, & Vicario Sardiniæ & quâ cauſa.nu.* 7. 225.

*Ferdinandus Arenillas de Reynoſo Promotor fiſcalis ſupremi Senatus S.generalis Inquiſitionis.nu.*8. 150.

*Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, ab Alexandro VI. ſummo Pontifice appellatus fuit Rex Catholicus, & regna Indiarum ei conceſſa.nu.*123. 471.

*Feriatis diebus in hæreticos fit proceſſus. nu.*15. 576.

*Feudi iudicium pertinet ad Regem.numer.* 12. 442.

*Fideles bona priſtina, quæ in primis parentibus perdiderunt recuperent in Eccleſia.numero* 16. 616.

*Fideles tenẽtur præbere fidei teſtimonium, vſque ad ſanguinem. nu.*22. 651.

*Fidelitas, an ſit ſeruanda amicis, & quo iure.nu* 4. 756.

*Fide deficientes grauiter puniendi ſunt, abſque monitione.nu.*10. 13.

*Fidei fauore multa conceduntur, quæ aliàs prohibentur, & in quibus caſibus habeant locum.nu.*17. 521.

*Fidei actio publica die feſto celebratur, & quamobrem.nu.*36. 597.

*Fidei opus quale ſit.nu.*12. 649.

*Fidei fructus referuntur.nu.* 13. 650.

*Fidei integritas aduerſus Iudæos declaratur.nu.*16. *ibid.*

*Fidei deſcriptio.nu.*19. *ibid.*

*Fidei ſupercertare, quid ſit multipliciter declaratur.nu.*20. *ibid.*

*Fidei triumphum quàm mirificè extollit Paulus.nu.*21. 651.

*Fidei teſtimonium vſque ad ſanguinem tenentur præbere fideles.nu.* 22. 651.

Fidei cognitio certior eſt cognitione, & ratione naturali, ſenſuumque euidentiâ. num.151. 671.
Fidei vnitas eſt vinculum perfectionis. nu. 265. 697.
Fidei Chriſtianæ commodum non patitur dilationem.nu.44. 713.
Fides duo includit, firmitatem aſſenſus, & certitudinem.nu.8. 10.
Fides nutans à Chriſto Domino infidelitatis ignominiâ notatur.nu.9. ibid.
Fides Trinitatis neceſſaria fidelibus. nume. 12. 355.
Fides Catholicæ religionis quæ ſit. numero 34. 422.
Fides Catholica vna eſt, & non plures, & conſequenter vna Eccleſia. nu.92. & 95. 534.
Fides non mutatur.nu.93. 534.
Fides eſt lucerna, quam Dei ſapientia accendit ad recuperandam drachmam, id eſt, hominem perditum. numero 94. ibidem.
Fides radix eſt omnium bonorum. numero 18. 650.
Fides firmitas eſt charitatis, charitas autem robur fidei.nu.232. 688.
Fides ſine operibus mortua eſt. numero 264. 697.
Fides deficit, vbi virtus deficit. numero 295. 701.
Fides non conſiſtit ſolùm in oris confeſſione, ſed præcipuè in aſſenſu mentis. nu. 63. 852.
Filiæ pœnitentiæ, tenentur confeſſarios, à quibus ſolicitatæ ſunt Inquiſitoribus denunciare.nu.127. 866.
Filij hæreticorum, credentium, aliorumq; ſimilium, ſunt ipſo iure inhabiles ad officia, & beneficia, & quando.nume. 201,202. & 205. 834.
Filij hæreticorum quare ſint infames, & paternâ infamiâ affecti. n.202. 834.
Filij propter hæreſim parentum efficiuntur ſui iuris.nu.6. 46.
Filij ex iniquis parentibus nati, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus eos.nu. 165. 827.
Filijs hæreticorum vetitum eſt eorum ritus ac ſectas obſeruare.nu.166. 827.
Filio in diuinis proprium eſt generari.num. 15. 355.
Filio patrem occidere licet oppugnantem patriam.nu.88. 782.
Filius negligens vindictam patris, hæreditate priuatur.nu.73. 781.
Filius denunciare tenetur proprium parentem hæreticum.nume. 83. 782.
Filius à patre pluſquam pater à filio diligitur.nu.84. ibid.
Filius arcem cuſtodiens pro Catholica fide, ſi patrem obſidentem occidit, manus ſuas Deo ſanctas dicauit.nu.87. ibid.
Filius ob delictum patris infamis, ſi illum interimit ſeipſum in integrum reſtituit.nu.89. 783.
Filius talis præſumitur, qualis pater.numer. 56. 808.
Filius punitur ob delictum criminis læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, à patre commiſſum.nu.164. 827.
Filum ſtupeum in candela quid denotat. nu.33. 386.
Filum ſtupeum in candela fides eſt interna.nu.37. ibid.
Finis præcipit, dominatur, atque legem imponit.nu.36. 455.
Finis ſpiritualis poteſtatis eſt æterna felicitas.nu.39. ibid.
Finis naturalis cuiuſque Reipublicæ ſæcularis ordinatur ad finem ſupernaturalem Eccleſiæ.nu. 34. 487.
Finis temporalis ſubordinatur fini ſpirituali.nu.53. 492.
Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. nu. 66. 431.
Fiſcalis ſancti Officij, quando debeat teſtes producere.nu.19. 577.
Fiſcalis ſancti Officij, quotannis petit edictum generale renouari & publicari, nu.20. ibid.
Fiſcalis S.Officij, poſt interrogationem & tres primas audientias proponit accuſationem, & quomodo.nu. 46. 582.
Fiſcalis S.Officij quare inſtitutus.n.15.796.
Fiſcalis

INDEX.

Fiſcalis S.Officij nomen, & gradus, quare in accuſatione deſcribatur. numero 29. 802.
Fiſcalis S.Officij ad pœnam talionis non ſe ſubſcribit.nu.30. ibid.
Fiſcalis S.Officij debet eſſe iuriſperitus, & quare.nu.37.& 40. 804.
Fiſcalis S.Officij tenetur ad ea, quæ accuſator obligatur.nu.38. ibidem.
Fiſcalis S.Officij, cuius conditionis & qualitas eſſe debet.nu.41. 805.
Fiſcalis S.Officij caueat ne aliquē malitioſè accuſet.nu.43. ibidem.
Fiſcalis S.Officij debet reos in ſcriptis, & propria voce accuſare. nu.44. ibid.
Fiſcalis S.Officij ſolos hæreticos accuſat. nu.47. 806.
Fiſcalis S.Officij in accuſatione contra inquiſitos de hæreſi, quid ſuperaddere debeat vltra clauſulam illam [qui cùm eſſet Chriſtianus.]nu.70. 811.
Fiſcalis S.Officij quare in accuſatione vtitur illis verbis [& ſpeciatim laicum accuſo.]nu.92. 815.
Fiſcalis S.Officij debet in accuſatione ponere locum ciuitatis, vbi commiſſa fuit hæreſis, & quid de tempore. num. 93. & 95. 815.
Fiſcalis S.Officij quare in accuſatione vtatur illis verbis [vel fecit tale quid hæreticum.nu.125. 821.
Flandriæ primus Inquiſitor quis fuit.num. 1. 247.
Florentiæ Inquiſitio quando inſtituta fuit. nu.1. 263.
Forma donationis factæ per Conſtantinum Magnum Imperatorem Eccleſiæ ſanctæ.nu.45. 426.
Forma reuocandi grauamen. n.69. 603.
Forma edicti fidei.nu.43. 623.
Forma eſt ordinata ſeries, rem ad ſubſtantiam reducens.nu.18. 797.
Forma accuſationis ſeruanda à Promotore fiſcali S.Officij.nu.21. 798.
Forma iuramēti de calumnia, vnde ortum habuit.nu.209. 834.
Franciſcani fratres, quo tempore Officium S.Inquiſitionis adminiſtrarunt.num. 3.& 4.pag.265.& nu. 2. 112.
F.Franciſcus Ximenius S. R. E. Cardinal. & Archiep.Toletan. Inquiſitor generalis fuit.nu.4. 159.
F. Franciſcus Ximenius Archiep. Toletan.publicatio teſtium in Officio S.Inquiſitionis ne fieret, pro virili parte defendit.nu.9. 276.
Franciſcus Auila S.R.E. Cardinalis Inquiſitor ſupremi Senatus ſanctæ & generalis Inquiſitionis fuit.nu.8. 148.
S. Franciſcus Aſſiſius, & S. Dominicus duo mundi lumina, quaſi de cælo lapſi ſunt, quo tempore Albigenſes Eccleſiam vexabant.nu. 9. 293.
S.Franciſcus Paulanus floruit eo tempore, quo Lutheri peſtis ſerpere incepit. nu. 12. ibidem.
Fratricellorum hæreſis euulſa.nu.22. 295.
Fratrum nomine Chriſtianè, qui veniant appellandi.nu.29. 710.
Fredericus Imperator à filio ſuffocatus.numer.77. 317.
Fredericus I. quando coronatus Imperator fuit & à quo.nu.102. 469.
Fredericus II.ab Honorio Papa III.coronatur.nu.105. 470.
Fructus fidei referuntur.nu.12. 649.
Fugâ rei terminatur proceſſus.num.42.43. 44.45.& 46. 599.
Fugiens è carcere S.Officij ſi nobilis eſt arctius cuſtodiatur, ſi vilis flagelletur. nu.72.& 73. 587.
Fugiens è carcere S.Officij negligentiâ cuſtodis, cum eo mitius agitur. numero 75. ibidem.
Fugientes citari & moneri debent.numero 61. 585.
Fugienti quomodo fit proceſſus. numero 60. ibid.
[Fundamentum] multis modis ſumitur. nu.33. 422.
Funes, in ſacris pro peccatis dicuntur.num. 74. 391.
Funes maximè propriè pro hæreſibus ſumuntur in ſacra Scriptura.n.75. ibid.

*Funis in tribunali S.Officij quid ſignificat. nu.72.* ibid.
*Funis pœnitentibus, & pœnitentes videntibus terror eſt.nu.78.* 392.

## G

GALLIA *Ciſalpina multis erroribus erat infecta, cùm Longobardorũ Rex Alboinus illam inuaſit.nu.12.* 324.
*Galliarum calamitas.nu.36.* 330.
*Galliarum Regis imperium Hugonoti hæretici rebellantes nefariè detrectarũt. nu.40.* 331.
*Gallias innumerâ hæreticorum multitudine refertas Franci ſubiecerunt. numer.7.* 324.
*Galliæ inquiſitio quãdo, & à quo inſtituta. nu.1.& 2.* 245.
*Galliæ cum rurſus labente tempore in hæreſim laberentur, à Northmannis ferro, ac flammis afflictæ.nu.8.* 324.
*Galliæ regnum Henricus Borbonius in miſerabiles calamitates iniecit. numero 37.* 330.
*Galliæ in regno ſupra ſexcenta monaſteria euerſa, & quinque ſacerdotum millia mactata.nu.48.* 332.
*Gallus quidã ſe Chriſtum profitens in fruſta conciditur.nu.19.* 311.
*Garcia Loayſa Archiepiſcopus Hiſpalenſis Inquiſitor exſtitit generalis Hiſpaniarũm.nu.9.* 160.
*Garcia Loayſa Archiepiſcopus Toletanus, Inquiſitor ſupremi Senatus ſanctæ Generalis Inquiſitionis exſtitit. numero 8.* 148.
*F.Garcias Aura, & Bernardus de Pegnaforte Dominicani Inquiſitores, gladijs hæreticorum occumbunt.nu.8.* 109.
*Gaſpar Quiroga S.R.E.Cardinalis & Archiepiſcopus Toletanus Inquiſitor Generalis fuit Hiſpaniarum.n.13.* 161.
*F.Gaſpar à Corduba cõfeſſarius Sereniſſimi Hiſpaniarum Principis quædam de S.Officio meditatus. nu.11.* 277.
*Generale Conſilium.S. Inquiſitionis in Hiſpania à quo, & quando inſtitutum fuit num.1.* 145.
*Generalis Conſilij. S. Inquiſitionis munus quod ſit.nu.2.& 3.* ibid.
*Generalis Inquiſitio fieri nequit niſi præcedente edicto.n.39.* 622.
*Genſericus ſpectro exanimatus interijt. nu.80.* 317.
*Genuenſis Inquiſitio, quo tempore exercebatur, & quis fuit primus Inquiſitor. nu.2.* 265.
*Georgius Podebrachius ærumnis confectus deceſſit.nu.93.* 319.
*Geraldi Sagarelli hæreſis exſtirpata.nume. 19.* 294.
*Germaniæ inferioris calamitates. numero 47.* 332.
*Geſta, ſeu gerenda à non habente poteſtatem ſunt nulla, tanquam geſta à priuato, & non habente iuriſdictionem.numer.9.* 520.
*Gilimer vltimus Rex Vandalorum, victus mittitur ad Imperatorem.numer. 84.* 317.
*Gladij à ſiniſtris Crucis depoſiti in ſtemmatibus ſanctæ Inquiſitionis ſymbolum.nu.68.* 374.
*Gladium materialem ſummus Põtifex habet nutu, Imperator iuſſu.nu.22.* 450.
*Gloſſæ, Doctores, ac iura quibus Inquiſitoribus licet conſtituere & facere vicarios, ſeu ſubſtitutos quomodo intelligenda. nume.25.* 522.
*Goa Indici Imperij caput. nu.4.* 236.
*Goam expugnauit Alburquetius, rei militaris peritiſſimus.nu.3.* ibidem.
*Goæ vrbis, & Inſulæ Orientalis deſcriptio. nu.1.* ibid.
*Goæ crux reperta, indicat olim à Chriſtianis habitatam.nu. 2.* 236.
*Goæ regio Iudæis referta.nu.6.* ibid.
*Goæ tribunal S. Inquiſitionis collocatur. nu.7.* ibidem.

*Goæ*



*Goæ Inquiſitorum nomenclatura. numero 8.* ibid.
*Godofredus Bullionus Hieroſolimam cepit.nu.62.* 316.
*Goslarius quidam Manichæi errorem inſtaurans ſuſpenditur. nu.20.* 311.
*Gotthi antiquitus loca, quæ ſunt ſupra Germaniam, & Danubium occuparunt. nu.2.* 323.
*Gotthi Arrianâ tabe infecti ſuis ſedibus expulſi fuerunt ab Hunnis. numero 4.* ibid.
*Gratia Dei, eſt radix omnis meriti.numer. 307.* 704.
*Græcia bonarum artium mater, nunc ignorationis caligine horret.nu 66.* 337.
*Græciæ vrbes non aliud iuſiurandum à ciuibus exigebant, quàm de concordia conſeruanda.nu.30.* 286.
*Græci ope noſtrorum Aſiam receperunt. n. 61.* 316.
*Græci ob hæreſim imperio priuati fuerunt. nu.86.* 466.
*Græcis edocendis collegium erigit Romæ Gregorius XIII.nu.67.* 337.
*Græcorum omnes Epiſcopi illiterati & indocti.nu.68.* ibid.
*Gregorius Cyprius Patriarcha hæreticus, infeliciter è vita migrauit. numero 30.* 312.
*Gregorius XIII. ſum. Pontifex collegium Romæ erexit Græcis edocendis. nume. 67.* 337.
*Gregorius Papa V. Germanis conceſſit, vt eligerent Regem Romanorum. nume. 78.84.& 88.* 464.
*Guadalupi Hieronymitani Inquiſitores inſignes Inquiſitionis actus fecerũt.numer.11.* 138.
*Guidonis Lachæ hæreſiarchæ oſſa ex ſepulchro eruta & combuſta.nu.40.* 299.
*Guillelmæ fœminæ oſſa aduſta fuerunt.nu. 39.* ibidem.
*Guillelmi Cornelij hæretici oſſa concremata.nu.38.* 298.
*Guillelmus Arnaldus Toloſæ Inquiſitor ab hæreticis obtruncatur.nu.7.* 109.
*F. Guillelmus Coſta Cathaloniæ Inquiſitor. nu 17.* 110.
*Guillelmus de Mongriu in Archiepiſcopatu Tarracon. Inquiſitionem introduxit.nu.3.* 177.
*Guillelmus Comes Hollandiæ in regẽ Alemaniæ, & Imperatorem coronatur. n. 107.* 470.
*Gunderius Rex hæreticus à dæmone vexatus interijt.nu.79.* 317.

## H

HELENA *Conſtantini Imperatoris mater, crucem Chriſti inuenit.nu.19.* 365.
*Helenæ difficile dictũ explicatur. numero 12.* 343.
*Helias Inquiſitor acerrimus exſtitit iubens occidi 850. Prophetas.nu.44.* 71.
*Helias iubente Domino ob ſcelera Achab Regis Syriæ Azael vngit.n. 45.* ibid.
*Heliotropij ſymbolum ad Crucem. numero 61.* 373.
*Heluetiorũ Cantones Catholici paruâ manu Cantones hæreticos, tribus prœlijs fuderunt.nu.33.* 330.
*Henricus III. Imperator Occidentalis Imperij, in ſumma calamitate deceſſit.nu. 76.* 317.
*Henricus III. Rex Gallorum iuſto Dei mucrone percuſſus interimitur. numero 91.* 318.
*Henricus VIII. Angliæ Rex hæreticus miſerè deceſſit.n. 97.& 98.* 319.
*Henricus Borbonius in miſerabiles calamitates Franciæ regnum iniecit. numero 37.* 330.
*Henricus Borbonius ad fidem Catholicam conuertitur.nu.39.* 331.
*Henricus I. à Benedicto VIII. ſum. Pontifi. coronatus eſt.nu.94.* 468.
*Henricus quem Germani Regem appellant à Papa Nicolao in Imperatorem coronatus.nu.97.* ibidem.

*Henricus*

*Henricus IIII. Imperator Paſchalis Papæ II. pedes oſculatus eſt, & ab eo coronam accepit.nu.99.* 468.

*Henricus V. fuit coronatus à Clemente III. ſummo Pontif.nu.103.* 469.

*Heraclio Imperatore, Oriens varijs hæreſibus afflictabatur.nu.13.* 324.

*Heraclioni Imperatori naſus præſectus, & imperium ereptum. numero 49.* 315.

*Heraclius Imperator hæreticus infelix moritur.nu.48.* ibidem.

*Heredes inſtitui non poſſunt Pagani, nec Iudæi.nu.104.* 818.

*Hæreſiarcha ſeu dogmatizans propriè quis dicatur. nu.134. & 135.* 822.

*Hæreſiarcharum & Imperatorum hæreticorum infelix exitus.à nu.7. vſque ad 107.* 308.

*Hæreſes extinctæ fuerunt in Iſrael tempore Thola, & Iayr.nu.94.* 62.

*Hæreſes & errores Lutheri deſcribuntur in Bulla Leonis Papæ X. nu.7.* 115.

*Hæreſes omnes temporum ſuperiorum, ab hæreticis noſtri temporis denuo excitantur.nu.19.* 325.

*Hæreſes Iouiniani multas libidines in vrbem Romam inuexerunt. numero 55.* 333.

*Hæreſes & ſchiſmata orta ſunt ob denegatam obedientiam ſummo Pontifici. nu.19.* 450.

*Hæreſi & hæretico nihil eſt deteſtabilius, nu.13.* 634.

*Hæreſim & impietatem continebant verba Heli dicentis, Dominus eſt, quod bonũ eſt in oculis ſuis faciat.num.106.107. & 108.* 63.

*Hæreſim quodammodo approbat, qui nouit hæreticum, nec eum denunciat. nu. 76.* 781.

*Hæreſis ad hoc vt conſtituatur, non ſufficit quem in fide erraſſe, ſed ſcire quod approbauerit eſſe cõtra præceptum Dei & Eccleſiæ.nu.11.* 10.

*Hæreſis non eſt ſine pertinacia.nu.1.* 11.

*Hæreſis perficitur diſſenſione intellectus, adiuncto conſenſu volũtatis.n.12.13.*

*Hæreſis crimini Eua blaſphemiam adiungit, cupiens eſſe ſicut Deus. numero 1.* 16.

*Hæreſis mente concipitur.nu.11.* 33.

*Hæreſis crimen punitur à Deo multoties contra Iſraelitas hæreticos, & idololatras. à nu.22. vſque ad 34. & à nu.48. vſque ad 58. & nu.68.71.73.80.81. 87.91 95. & 100.* 55.

*Hæreſis & idololatria immedicabile malum eſt.nu.102.* 62.

*Hæreſis notâ inuſti ſunt Ophni & Phinees, propter acceſſum ad mulieres.nu. 109.110.111. & 112.* 63.

*Hæreſis Lutheri damnata eiuſque ſtatua, & libri cremati.nu.7.* 113.

*Hæreſis ſuborta Compluti damnatur. numer.6.* 131.

*Hæreſis labes non ſolùm homines beatitudine priuat, ſed etiam vitâ, honore, & bonis.nu.6.* 268.

*Hæreſis Geraldi Sagarelli exſtirpata. numer. 19.* 294.

*Hæreſis propè nulla fuit, quæ non habuerit fœminam adiutricem.nu.21.* 295.

*Hæreſis Beguinorum, & Bigardorum extincta.nu.22.* ibid.

*Hæreſis Fratricellorum euulſa.n.23.* ibid.

*Hæreſis & crimina Tẽplariorum detecta. nu.24.* ibidem.

*Hæreſis non ſolùm hæreſiarchis, ſed Principibus, vrbibus, Prouincijs, Regnis, & nationibus deſolationem, & excidium affert.nu.6.* 308.

*Hæreſis extinguit lumen fidei. numero 30.* 385.

*Hæreſis nõ eſt primum peccatum, ſed pœna præcedentium peccatorum. numero 76.* 391.

*Hæreſis orta non eſt aduerſus Papæ poteſtatem per mille & quingentos annos à Chriſti natiuitate.nu.59.* 410.

*Hæreſis crimen eſt læſæ maieſtatis diuinæ. nu.33.* 524.

*Hæreſis maius crimen quàm læſæ maieſtatis humanæ crimen nu.34.* ibidem.

*Hæreſis nomen ante Chriſtum non erat nomen*


*men*




*nomen infamiæ.nu.1.* 542.

*Hæreſis nomen hodie execrandum eſt.numer.2.* 543.

*Hæreſis tres etymologiæ traduntur numero 3.* ibidem.

*Hæreſis definitio ſeu deſcriptio.nu.6.* ibid.

*Hæreſis eſt error in intellectu.nu.7.* 544.

*Hæreſis eſt circa pertinencia ad fidem, vel contra determinationem Eccleſiæ de rebus ad fidem, vel ad mores attinentibus.nu.13.* ibidem.

*Hæreſis & ſecta quomodo deſtinguantur. nu.16.* 545.

*Hæreſis à ſchiſmate quomodo differat. numer.18.* ibid.

*Hæreſis ad errorem ſic ſe habet, vt ſpecies ad genus.nu.27.* 546.

*Hæreſis præſumptio, quomodo ſit conſideranda.nu.39.* 549.

*Hæreſis diffinitiones plures traduntur.nu. 53.* 552.

*Hæreſis cõſumatæ quæ ſunt neceſſaria. nu. 54.* ibidem.

*Hæreſis eſt Concilijs contradicere.numero 97.* 565.

*Hæreſis incurritur ex verbis inordinatè prolatis.nu.114.* 569.

*Hæreſis crimen non niſi quadraginta annis præſcribitur.nu.80.* 587.

*Hæreſis crimen merè Eccleſiaſticum eſt. nu.82.* ibidem.

*Hæreſis crimen cancer eſt, & venenum. nu 22.* 617.

*Hæreſis & apoſtaſia fidei, directè aduerſantur.nu.11.* 632.

*Hæreſis plus nocet quam quodlibet aliud peccatum.num.14.* 633.

*Hæreſis crimen omnium eſt maximum. nu.51.* 731.

*Hæreſis crimẽ per confeſſionem rei probatur.nu.80.* 739.

*Hæreſis crimen, an præſumptionibus & indicijs probari poſſit.nu.87.* 741.

*Hæreſis crimen leuiores probationes quàm alia crimina poſtulare falſum eſt. nu. 88.* ibidem.

*Hæreſis non ſolùm eſt in Dei offenſam, ſed etiam in fidelium iniuriam n.70.* 780.

*Hæreſis publicum crimen eſt.n.72.* ibid.

*Hæreſis occulta denuncianda eſt. numero 82.* 782.

*Hæreſis non dicitur in infideli.nu.68.* 810.

*Hæreſum dogmatiſtæ comburi æquiſſimum eſt.nu. 104.* 63.

*Hæreſum eſt homines reddere penitus inhumanos.nu.29.* 330.

*Hæreſum diuerſi modi.nu. 26.* 546.

*Hæretica, an dicatur propoſitio ſecundum ſe, nu.28. & 34.* ibidem.

*Hæretica eſt propoſitio ſi dicatur à Chriſtiano [Chriſtus non eſt Deus] ſi à Iudæo Iudaica, ſi à Pagano Paganica. numero 32.* 547.

*Hæretica propoſitio quid ſit.nu.103.* 566.

*Hæreticas propoſitiones contra poteſtatem Papæ, Ioannes VVicleffij, & Ioannis Hus, damnauit Concilium Conſtantienſe.nu.23.* 403.

*Hæretici reconciliati tenentur habitellum, ſiue ſaccum benedictum, publicè geſtare ſuper veſtes.nu.5.* 38.

*Hæretici reconciliati quare veſtibus pœnitentialibus induuntur.nu.5.* 40.

*Hæretici ſeparandi ſunt ab Eccleſia, ne ſuo contagio fideles inficiant.nu. 11.* 54.

*Hæretici & idololatræ quibus comparantur.nu.103.* 63.

*Hæretici olim à ſententijs Inquiſitorum appellabant.nu.8.* 123.

*Hæretici per dulces ſermones ſeducũt corda innocentium.nu. 39.* 287.

*Hæretici cum Catholicis in eadem republica pacificè viuere non poſſunt.num. 45.* 288.

*Hæretici qui Apoſtolorum nomen vſurpabant pœnitus extincti.nu.18.* 294.

*Hæretici omnes ſanctitatem & pietatem ſimulant.nu.12.* 302.

*Hæretici cum oppugnantur, Deus pro nobis contra illos bellare ſolet. numero 109.* 321.

*Hæretici non ſolum religionem, ſed etiam ſtatum politicum euertunt. numero 131.* 323.


*Hæretici*

Hæretici in ſuis ſectis inconſtantiſsimi ſunt. nu. 21. 326.
Hæretici acerbiſſimo odio ſe inuicem proſequuntur. n. 22. ibid.
Hæretici in corpora Catholicorum immaniter graſſantur. nu. 23. ibid.
Hæretici Catholicos exquiſitis tormentis interimunt. nu. 24. ibidem.
Hæretici omnem humanitatem & rationem abieciſſe videntur. nu. 50. 333.
Hæretici ipſam naturam corrumpunt. nu. 51. ibidem.
Hæretici pro virtutibus vitia vendicant. nu. 53. 333.
Hæretici Imperatores & Reges obſcœni & libidinoſi. num. 59. 334.
Hæretici infideles, ignaui, & imbelles. nu. 62. & 63. 335.
Hæretici literarum ignoratione laborant. nu. 64. 336.
Hæretici noſtri temporis debacchantur in ſum. Pontif. poteſtatem. nu. 55. 409.
Hæretici prius petierunt ſua dogmata à Sede Apoſtolica confirmari, quàm eius poteſtatem oppugnaſſent. nu. 72. 414.
Hæretici recentiores peruertunt ſenſus ſacræ Scripturæ, & negant temporalem ſummi Pontificis poteſtatem. numero 73. ibidem.
Hæretici propriè qui dicantur. numero 5. 543.
Hæretici non fuerunt D. Cyprianus, D. Auguſtinus, & D. Hieronymus, & multi alij Doctores, qui multos protulerunt errores. num. 22. 23. & 24. 546.
Hæretici ſub ſanctitatis ſpecie triplici coniecturâ dignoſci poſſunt. nu. 49. 551.
Hæretici omnino occulti, an incurrant pœnas à iure impoſitas. nu. 116. 570.
Hæretici occulti ſecundum iuriſperitos ipſo iure ſunt excommunicati. numero 117. ibidem.
Hæretici S. Officio per magnum odium calumnioſè obiectant, quòd nullus ordo iuris in eo ſeruetur. num. 1. 572.
Hæretici veteratores, quando ſunt in vinculis. num. 39. 581.
Hæretici vbique capi poſſunt. nu. 77. 587.
Hæretici propter inobedientiam eijciendi ſunt per Inquiſitores ab Eccleſia. numer. 18. 616.
Hæretici Archontici ſacramenta & eorum virtutem deſpiciebant. numero 31. 654.
Hæretici abnegantes baptiſmi ſacramẽtum qui fuerint. nu. 37. 655.
Hæretici noſtri temporis ſacramentũ confirmationis negant. nu. 49. 656.
Hæretici qui negarunt Euchariſtiæ ſacramentum, qui fuerunt. nu. 56. 657.
Hæretici quid negent circa ſacramentum pœnitentiæ. nu. 65. 658.
Hæretici aſſimilantur apris, leonibus, & apibus. nu. 139. 669.
Hæretici ſimiles ſunt Sodomitis. numero 141. ibidem.
Hæretici omnes hæreſes in luxuria collocant. nu. 144. 670.
Hæretici per luxuriam fideles illaqueare tentant. nu. 146. ibidem.
Hæretici in rebus fidei ſuæ rationi & voluntati innituntur. nu. 148. ibid.
Hæretici præcipuè blaſphemant contra beatiſſimam Virginem Mariam. numero 152. 671.
Hæretici propter lucra temporalia, alios ſeducunt. nu. 188. 680.
Hæretici illuminati appetitu libidinis, & ambitione honoris, in plures errores inciderunt, & quæ mala inde naſcantur. nu. 189. ibidem.
Hæretici illuminati quibus comparantur. à nu. 234. vſque ad nu. 240. 688.
Hæretici impij quicquid cogitant, ad carnis voluptatem faciunt, & dicuntur repleti omnibus defectibus mortalibus. nu. 142. & 143. 691.
Hæretici per fictam religionem, & ſanctitatem decipiunt ſimplices. n. 257. 695.
Hæretici ferè ſemper fingunt ſe eſſe correctos, vt Catholicos decipiãt. n. 90. 784.
Hæretici Ariani vt Catholicos opprimerent, finxerunt ſe ad fidem redijſſe, nu. 91. ibid.







Hæretici ſub ſanctitatis ſpecie ſuos errores diſſeminant. nu. 140. 669.
Hæretici difficillimè reſipiſcunt. numero 92. ibidem.
Hæretici quamuis correcti ſint interrogari debent ab Inquiſitoribus. nu. 94. 784.
Hæretici in errore pertinaces ſeueriter puniuntur, curiæque ſæculari traduntur. nu. 77. 812.
Hæretici quot modis conuincantur pertinaciæ, & malè ſenſiſſe, contra ſeptem genera veritatum & articulos fidei, & quæ ſint. nu. 89. 813.
Hæretici pertinaces ex quibus dignoſcantur. nu. 124. 821.
Hæretici ob ſcandalum debent à communione fidelium reijci, & curiæ ſæculari tradi. nu. 140. 823.
Hæretici credẽtes, receptatores, defenſores, & fautores, ipſo facto excommunicationis pœnam incurrunt. nu. 187. 831.
Hæretici non poſſunt abſolui niſi à Papa, eiuſque delegatis Inquiſitoribus. num. 189. ibidem.
Hæretici propriè, reincorporati, qui dicantur. nu. 207. 834.
Hæreticis multa interdicuntur iure ciuili. nu. 43. 288.
Hæreticis omnibus familiare eſt, vt quamuis illiterati ſint, ſcripturam ſacram interpretentur. nu. 8. 301.
Hæreticis omnibus libido familiaris. num. 52. 333.
Hæreticis beneficium appellationis denegatur. nu. 58. 602.
Hæreticis ad Eccleſiam conuerſis non denegantur ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, extrema vnctio verò ſi. nu. 158. 826.
Hæretico denegantur, quæ reis quibuslibet alijs conceduntur. nume. 45. 582.
Hæretico ſua confeſſio etiam ſine teſtibus nocet. nu. 47. 583.
Hæreticos ſchiſmaticos, Chore, Datan, & Abiron, cum omni ſubſtantia & familia eorum abſorbuit terra. numero 65. 59.
Hæreticos ſeuerè D. Dominicus punit. numer. 5. 99.
Hæreticos omnes, ac Arianos, & Manichæos, D. Antonius maximè deteſtabatur. nu. 40. 288
Hæreticos oppugnare, Deo gratiſſimum opus. nu. 108. 321.
Hæreticos reuelare, & Inquiſitoribus obedire, omnes generaliter tenentur. num. 24. 635.
Hæreticos denunciare tenentur coram Inquiſitoribus Reges & Principes. num. 40. 638.
Hæreticos noſtri temporis, viuis coloribus deſcribit Apoſtolus Iudas Thadæus. nu. 187. 680.
Hæreticos non eſſe denunciandos niſi correctione præmiſſâ quidam opinantur. nu. 30. & 31. 711.
Hæreticos Scriptura ſacra comparat noxijs, & obſcœnis animalibus. nu. 50. 731.
Hæreticos ſtatim ſub præcepto denunciare tenentur. nu. 52. ibidem.
Hæreticorum bona tribunal S. Officij fiſco addicit. nu. 2. 45.
Hæreticorum bona quare confiſcantur. numer. 4. ibidem.
Hæreticorum bona non publicantur niſi à tempore commiſſi delicti. nu. 5. 46.
Hæreticorum filios puniri pro patrum ſceleribus conſtat ex ſacra Scriptura. numer. 31. 71.
Hæreticorum pœnam ignem eſſe, apparet. nu. 13. 84.
Hæreticorũ pœnas Chriſtus Dominus tanquam verus Inquiſitor demonſtrauit. nu. 24. ibidem.
Hæreticorum quorundam conſpiratio contra ſanctum Inquiſitionis Officium. nu. 5. 218.
Hæreticorum multa millia in Archiducatu Auſtriæ concremata. nu. 17. 294.
Hæreticorum ſpiritus qualis ſit. n. 2. 307.
Hæreticorum feritas Deo, Diuis, ſacris omnibus, bellum infert. num. 25. 326.
Hæreticorum mores D. Hieronymus deſcribit. nu. 56. 334.

Hæreticorum ſectæ multæ inueniuntur, ſeque extollunt in fidem Catholicam. nu.91. 534.
Hæreticorum cautelæ vt iuſtitiæ illudant quæ ſunt.n.41. 581.
Hæreticorum oſſa quare effodiuntur. num. 84. 588.
Hæreticorum finis præcipuus quis ſit.num. 30. 654.
Hæreticorum malitia facilè percipitur.nu. 244. 691.
Hæreticorum pœna.nu. 114. 820.
Hæreticorum communicatio cum Catholicis interdicta eſt.nu.167. 827.
Hæreticorum ſocietas, & familiaritas tanquam peſtis fugienda.nu. 169. 828.
Hæreticus eſt, qui ſciens & prudens, vel ſatis admonitus contrarium ſequitur. nu.14. 10.
Hæreticus conſens non eſt, qui paratus eſt opinioni cedere, & ſubmittere ſe iudicio Eccleſiæ.nu.2. 11.
Hæreticus dicitur qui ob priuatos reſpectus nouam gignit opinionem contra Eccleſiam.nu.88. 434.
Hæreticus vt quis ſit, debet eſſe baptizatus. nu.15. 545.
Hæreticus & Apoſtata quomodo diſtinguantur.nu.17. ibidem
Hæreticus formaliter dicitur, tenẽs opinionem veram & credens eam eſſe cõtra Catholicam veritatem.nu.20. 545.
Hæreticus formaliter non eſt, ſed materialiter qui tenet opinionem falſam credens eam eſſe conſonam orthodoxæ veritati.nu.21. 546.
Hæreticus non eſt, qui falſum aſſerit ignoranter.nu.25. ibidem.
Hæreticus nõ debet incorrigibilis iudicari, ſi ſemel tantùm fuerit admonitus. nu. 50. 551.
Hæreticus pertinax eſt, qui ſciens contradicit vniuerſalibus Concilijs, ritè ac rectè congregatis. num. 98. 565.
Hæreticus mentalis non poteſt ſe iudicare eſſe hæreticum.num. 115. 569.
Hæreticus occultus primò, & per ſe non incurrit excommunicationem. numero 119. 570.
Hæreticus occultus per accidens incurrit excommunicationem ipſo iure.numer. 120. ibidem.
Hæreticus latitans verbaliter citatur.num. 71. 587.
Hæreticus probatur quis ex aliquâ ipſius ſcripturâ, vel librorum improbatorum lectione.nu.84. 740.
Hæreticus non facilè cognoſcitur. numero 64. 778.
Hæreticus non eſt, qui errorem in intellectu non habet.nu.65. 779.
Hæreticus correctione reductus ad Eccleſiam denunciandus eſt. nu.90. 784.
Hæreticus in iubilæo, in quo hæreſis non ſit excepta abſolui non poteſt. numero 107. 787.
Hæreticus eſt vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ hoſtis peſtifer, & exitioſus. num. 7. 794.
Hæreticus qualiter deprehendatur, an verbis, an verò factis. numero 87. & 108. 813.
Hæreticus quando ex factis deprehendatur, & quot modis dignoſcatur. num. 90. 814.
Hæreticus ſecundum qualitatem verborum ab eo prolatorum cenſendus eſt.numero 118. 820.
Hæreticus ſuam impiam incredulitatem confitens, quomodo reconciliandus, & quâ penâ afficiendus.nu.152. 824.
Hæreticus eo ipſo quòd hæreſim committit, priuatur dominio bonorum ſuorũ. nu.198. 833.
Hæreticus formalis quis dicatur. numero 64. 852.
Hæreticus, nec ſuſpectus de hæreſi nemo debet iudicari ex materiali contemptu. nu.66. 853.
Hæreticum fuiſſe Caim poſt fratricidium num.7.9. & 10. 46.
Hæreticum prophanum, & ſimoniacum fuiſſe Eſau probatur.nu.12. 47.
Hæreticum quid aſſerens ratione naturali, non eſt hæreticus, ſi ſe ſubijciat correctioni Eccleſiæ.nu.37. 423.
Hæreticum eſt negare libros canonicos. n. 90. 564.
Hæreticum eſt negare non ſolùm ea quæ immediatè pertinent ad fidem, ſed ea etiam quæ ex prioribus euidenter conſequuntur.nu.91. ibid.
Hæreticum eſt ea, quæ ſunt à Chriſto & Apoſtolis traditione recepta reijcere. nu.96. 565.
Hæreticum aliquem eſſe occultum, duobus modis intelligitur.nu.118. 570.
Hæreticum occultum qui nouit denunciare debet.nu.22. 709.
Hæreticum occultum accuſari poſſe aliqui putant.nu. 28. 710.
[Hæreticum deuita] Apoſtolici mandati interpretatio.nu.35. 712.
Hæreticum priuatum Epiſcopus ex Concilio Tridentino poteſt abſoluere. numero 105. 786.
Hæreticum in foro publico nec Epiſcopus, nec vllus ſacerdos poteſt abſoluere.numer.106. ibidem.
Hæreticum factum quis confitens, ſi intentionem impiam neget, non eſt audiendus.nu.85. 813.
Herodes Aſcalonita Rex Iudæorum creatur.nu.45. 81.
Hetruriæ Inquiſitio quando inſtituta fuit. nu.1. 263.
Hibernia, non conſtat habuiſſe Inquiſitionem.nu.4. 248.
F.Hieronymus Romanus agens de principio delegatæ Inquiſitionis hallucinatus eſt.nu. 5. 89.
Hieronymitani fratres Inquiſitores inſignes Inquiſitionis actus fecerunt Gudalupi.nu.11. 138.
Hieronymus Manrique Epiſcopus Abulenſis, Inquiſitor Generalis fuit.nume. 14. 162.
Hieronymus à Manrique ſecundus naualium Inquiſitor inſtituitur, multoſque de hæreſi conuictos punit.n.10. 226.
S.Hieronymus eſt regula fidei in conſtituendis libris canonicis.nu.83. 362.
Hildiris Rex hæreticus occiditur. numero 83. 317.
Hiſpaniarum Regna vberiores fructus percipiunt ex ſancta Inquiſitione. numer.41. 299.
Hiſpanias cùm ab hæreticis Priſcillianiſtis conturbabantur Gothi ſubegerunt. nu.10. 324.
Hiſpaniæ in regnis ſacroſancta Inquiſitio, in maiori honore à Dynaſtis & Regibus habetur.nu.42. 299.
Hiſtoria de Monacho qui confeſſionem reuelauit ex Caſſiano.nu.101. 785.
Holandiæ & Zelandiæ Inquiſitio. numero 3. 247.
Homines obſtinati æquiparantur Onagris. nu.219. 685.
Homines peccatum mortale contrahentes, iure diuino tenentur de illo pœnitentiam agere.nu. 82. 857.
Homini inſunt duæ qualitates, altera naturalis, altera accidentalis, & quid vtraque ſit.nu.54. 732.
Hominis animus ex loquelâ iudicatur. nu. 123. 821.
Hominis natura ex ſe nunquam inclinare poteſt ad actum carnalem malum. numer.86. 858.
Homo ad quid fuerit creatus.n.45. 456.
Homo aquâ diuinæ gratiæ irrigatus, grata opera Domino reddit. numero 230. 688.
Homo quilibet in dubio præſumitur bonæ fidei, & viuere ſecundum legem. nu. 56. 733.
Homo bonus, & virtutibus plenus fuit creatus.nu.61. ibidem.
Homo in dubio præſumitur bonus, verificatur in homine baptizato, non autem in Iudæo.nu.62. 734.
Homo ex educatione præſumitur bonus, vel malus.nu. 57. 808.
Homo illud vult quod verbis explicat.num. 122. 821.
Honorij Imperatoris pietas. numero 110. 321.

Hoſtes communes omnium vigilantia profligandi.nu.19. 709.
Hugonoti hæretici rebellantes Galliarum regis imperium nefariè detrectarunt. nu.40. 331.
Hugonoti Turcarũ Imperatorẽ per literas incitant, ad bellum Chriſtianis inferendum.nu.40. ibidem.
Hugonoti in Catholicam Reginam Angliæ Mariam conſpirarunt.nu.42. 332.
Hugonoti in ducem Allobrogum Philibertum moliti ſunt inſidias.n.43. ibid.
Hunericus hæreſiarcha effuſis viſceribus obijt.nu.81. 317.
Huſsitarum tempeſtate S. Bernardinus Senenſis, & S.Vincentius Ferrer claruerunt.nu.11. 293.

# I

IACOBVS Brutus hæreticus dogmatiſtes, in Sicilia viuus cõbuſtus.n.35.298.
Ianitores, ſeu porterij S. Inquiſitionis regni Siciliæ cruce inſigniti ſunt.nu.5. 103.
Id etiam pro facto habetur, quod proximè faciendum eſt.nu.54. 848.
Idola in ſacra Scriptura dolores appellantur.nu.82. 61.
Idola Ezechias Rex pius deſtruit. numero 102. 74.
Idololatra peruerſiſsimus fuit Salomon.à n. 3.vſque ad nu.14. 68.
Idololatra fuit Ieroboam, & à Deo punitus. à nu.19.vſque ad 24. 69.
Idololatra fuit Abias, & à Deo interfectus.nu.25. 70.
Idololatra exſtitit Nadas, & interfectus à Baaſa.nu.29. & 30. 71.
Idololatra fuit Iehu Propheta, & à Baaſa occiſus.nu.33. ibid.
Idololatra ſceleratiſsimus fuit Amri, & combuſtus.nu.38. & 39. ibidem.
Idololatra fuit Oſeas, & deuictus à Salmanaſare Rege.nu.93. 74.
Idololatra impius fuit Acham, & propter eius ſcelera occiſus fuit filius eius, & centum viginti millia hominum, & ducenta millia mulierum.nume.100. & 101. ibidem.
Idololatra fuit Manaſſes ann.17.& exinde pœnituit, & à Deo exauditur.num. 106.& 107. 75.
Idololatra exſtitit Amon filius Manaſſes, & à ſuis ſeruis occiditur.n.108. ibid.
Idololatra fuit Mathanias Rex. num. 118. & 119. 76.
Idololatræ & hæretici fuerunt Iſraelitæ multoties.à nu.22.vſq; ad n.95. 57.
Idololatria primorum parentum in hoc maximè conſiſtebat, quòd ſe homo Deum futurum exiſtimarit.nu.3. 17.
Idololatria cauſa fuit vt Deus Iudæos infideles morſibus aſpidum interficeret,n. 69.& 70. 59.
Idololatriâ ſuâ, vrbs Lais prima fuit quæ vniuerſam Iudæam & Iſraelem corrupti.nu.78. 60.
Idololatria cauſa fuit amiſsionis libertatis, & captiuitatis Iſrael, poſt mortẽ Ioſuæ & Iudæ.n.79. ibidem.
Idololatria & infidelitas quid parturiunt. nu.83. 61.
Idololatria in Iſraelitis extincta fuit toto tempore Samuelis.nu.113. 63.
Idololatria cauſa fuit, ob quam Deus ſuſcitauit Eliam contra Achab.n.42. 71.
Idololatria fuit cauſa quod Elias orauerit, vt non plueret.nu.43. ibidem.
Idololatria cauſa fuit quòd Deus caſtigauit Ieruſalem per manus Raſim.n.99. 74.
Idololatria occaſio fuit quod Nabuchodonoſor Ægyptum vaſtauit, & Iudæos occidit.nu.127. 77.
Idololatriam à primis parentibus originem duxiſſe credidit Iuſtinus martyr. numer.2. 17.
Idololatriam dæmon diſſeminauit, faciens adorare ſimulacra, ſtatuas, & alia.numer.1. 52.
Idololatriam renouauit Micheas ex tribu Ephraim.nu.75.76.& 77. 60.
Idolo-

INDEX.

Idololatriæ inuentor exſtitit Nemrod, & à Deo tanquam hæreticus punitur.numer.2. 84.
Idololatriæ nouæ Aaron fuit autor.numer. 38. 57.
Idololatriæ crimen à Deo punitur priuatione propriæ libertatis, & bonorum omnium.nu.62. 58.
Idololatriæ crimen per manus filiorum Leui punitur.num.47. 57.
Idololatriæ cauſa Antiochus Rex Græcorum venit Ieroſolimam, & multa millia ciuium trucidauit.nume.22.& 23. 79.
Idolorum impium cultorem Helam occidit Zamri ſeruus eius.nu.34. & 35. 71.
Idolum Ammonitarum dictum Moloch, quidam contendunt fuiſſe Mercurium. num.59. 58.
Iehu Inquiſitoris munus exercuit contra Ioacham Regem, & regnat in Samaria 28.annis.nu.73. & 74. 73.
Ieroboam regnauit in Iſrael annis 41. & fuit idololatra, & à Deo punitus.num. 19.20.21.22. & 23. 69.
P. Ignatij fundatoris Societatis Ieſu, ſingularis affectus in S. Inquiſitionis Officium.nu.3. 275.
P. Ignatius floruit eo tempore, quo peſtis Lutheri ſerpere incepit.nu.12. 293.
Igni dæmones fugari docuit Pythagoras. nu.26. 385.
Ignis indicat diuinitatem. nu.35. 386.
Ignis eſt charitas.nu.39. ibidem.
Ignorantia nõ excuſat in his, quæ quis ſcire tenetur, & errans ex ignorantia affectata, ex malitia præſumitur errare.n. 44.& 45. 550.
Ignorantia ſupina non excuſat ab hæreſi.n. 46.& 48. ibidem.
Ignorantiâ probabili, quis errans circa fidem, ſi poſt legitimam admonitionem perſeuerat, ab hæreſi non excuſatur. nu.47. ibidem.
Ignorantia iuris naturalis, & diuini neminem excuſat.nu.146. 824.
Illuminati ſacerdotes in oppido Lerenæ cõprehenſi.nu.15. 302.
Illuminati ardore libidinis æſtuantes tanquam febricitantes ſomniant deliciarũ fontes, nec poſſunt ſitim extinguere.nu.201. 682.
Illuminati hæretici, quibus comparantur. à nu.234.vſque ad nu.240. 688.
Illuſtrium virorum, qui de ſanctæ Inquiſitionis Officio aut egregiè ſenſerunt, aut præclarè locuti ſunt nomenclatura. à nu.1.vſque ad 18. 273.
Imagines quomodo adorantur.nu.13.14. 15.& 18. 344.
Imagines ſunt termini genuflexionis, & proſtrationis.nu.16. ibid.
Immenſitas omnis facta in Eccleſiam, eſt menſura.nu.55. 430.
Immunitas cuiuslibet exceptionis ceſſat in crimine hæreſis.nu.29. 636.
Imperator nullum ſuperiorem recognoſcit. nu.62. 431.
Imperator eſt dominus totius orbis.numero 70. ibid.
Imperator non poſſet legitimare in terris Eccleſiæ.nu.84. 433.
Imperator in poteſtate temporali, nullum habet ſuperiorem niſi Deum, ſecũdum iuriſprudentes.nu.2. 440.
Imperator ſecundum iuriſprudentes, habet immediatè ſuam iuriſdictionẽ à Deo. nu.3.& 6. ibidem.
Imperator diuinitus conſecutus eſt priuilegia ſuæ poteſtatis, ſecundum iuriſperitos.num.7. 441.
Imperator ſecundum iuriſprudentes vocatur dominus totius mundi, & tenet monarchiam.nu.15. 442.
Imperator habet exercitium temporalis iuriſdictionis.nu.15. 449.
Imperator quando poſsit deponi. numero 126. 472.
Imperatorem non eſſe dominum totius mũdi probatur.nu.135.& 139. 511.
Imperatores multi aduerſus hæreticos leges tulerunt, eâ mente vt Deus ſuum imperium conſeruaret. numero 115. 322.

*Imperatori intolerabili non prius denegatur obedientia, quàm depoſitus fuerit. nu.45.* 713.

*Imperatoria poteſtas à Papa dimanat. nu. 10.* 448.

*Imperatoris iuriſdictio ſubordinatur iuriſdictioni Pontificis Romani.numero 14.* 449.

*Imperatorum ſunt iura humana. numero 41.* 490.

*Imperio quæ prouinciæ non ſunt ſubditæ. nu.72.* 432.

*Imperium approbat Eccleſia.nu.61.* 431.

*Imperium ſubditum eſt Eccleſiæ. numero 74.* 432.

*Imperium ſecundum iuriſperitos antiquius eſt Pontificatu. nu.20.* 442.

*Imperiũ non fuit ante Eccleſiã.n.143.* 514.

*Impietas eſt cõmunicare cum illis, qui propter commiſſa ſcelera à diuinis Officijs arcentur.num.37.* 287.

*Impietas pernicioſa eſt Reipublicæ, omnium quæ intereſt religionem conſeruari numer.23.* 710.

*Impij quomodo ambulent, & quibus ventis circumferantur.nu.217.* 685.

*Impijs regnantibus, regnat peccatum.num. 225.* 687.

*Impius conſtitutus in profundo nequit illuminari, & quare.num.193.* 681.

*Impoſſibilium nulla eſt obligatio.num. 51. pag.714.& nu.63.* 778.

*Improbo ſua patria nocet.nu. 43.* 581.

*Impubes non torquetur, & quare. numero 8.* 592.

*Impubes non abiurat, ſed alijs afficitur pœnis, niſi doli capax ſit.nu.16.* 593.

*Impubes quando & quomodo abiurabit. nu.17.* ibidem.

*Impubes in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis teſtis audiri poteſt.nu. 50.* 714.

*Inclinatio naturalis appetitus ſenſitiui in bonum, hominis eſt.n.87.* 859.

*Incommoda quæ ſequuntur, ſi nobiles regni Siciliæ prohibeantur eſſe familiares S. Officij.nu.28.* 214.

*Indulgentia trium annorum conceditur ijs, qui Inquiſitoribus perſonaliter aſtiterint in negotio fidei, & eorum ſocijs & notarijs.nu.2.* 105.

*Indulgentiam trium annorum conſequuntur, qui Inquiſitoribus fauorem præſtiterint, & quomodo intelligitur. nu.3. & 4.* ibid.

*Indulgentia dierum & annorum quando promulganda.nu.5.* 106.

*Indulgentia plenaria, & trium annorum quibus conceditur.nu. 6.7.8.& 9.* ibid.

*Indulgentiam viginti, vel quadraginta dierum Inquiſitores concedere poſſunt.numer.1.* 105.

*Indulgentiæ multæ cõceſſæ ſunt familiaribus, ſeu cruce-ſignatis ſancti Officij à nu 10.vſq; ad 15.* 106.

*Indicia externa quæ animi pertinaciã produnt.nu.11.* 13.

*Indicia quando non ſunt admodum vrgentia, rectè poſſunt ſuſpiciones appellari. nu.103.* 862.

*Inductio ad libidinem in actu confeſsionis ſacramentalis, vel proximè illi, an oriatur ex inclinatione naturæ deprauatæ, an verò ex contemptu ſacramenti. numer.6.* 843.

*Infamans ſe ipſum, an faciat contra diuinum præceptum.nu.115.* 749.

*Infamatio proximi an ſit prohibita iure diuino & humano.nu. 1.* 755.

*Infamatus de vno tantum crimine, an poſſit contra ipſum de alijs occultis procedi.nu.9.* 756.

*Infamia vnde oritur.nu.27.* 760.

*Infamiã nullã notantur, qui reſipiſcunt ex edicto Inquiſitorum.nu.11.* 43.

*Infamia præcedens non requiritur ad Inquiſitionem generalem, quæ fit in cauſa hæreſis.num. 137.* 539.

*Infamia præcedere debet accuſationem in omni crimine, præterquam in hæreſi. nu.25.* 710.

*Infamia delicti neceſſaria eſt in cauſis tãquam accuſator, vt in illis iudex procedat.nu.119.* 750.

*Infamiæ notam Lacedæmone à Lycurgo inditam*

ditam

*deſertoribus, eamque veſtibus & barbâ attonſa ſignificatã.n.3.* 381.

*Infamiæ notulas Caimo Deum infixiſſe.nu. 5.* 382.

*Infamiæ notulas ab Iſraele mutuatas. numer.4.* ibid.

*Inferior in ſuperiorem non habet poteſtatẽ. nu. 51.* 408.

*Infidelem Regem hæreticum, aut ſchiſmaticum, ſi velit Reſpublica ſibi eligere, poterit Papa id impedire, & eum deponere & expellere à regno.num.95.& 96.* 502.

*Infideles Principes ſunt verè principes, & ſupremi ſuorum regnorum.n.17.* 484.

*Infidelis Rex, ſi fiat Chriſtianus non perdit dominium regni.nu.24.* 485.

*Infidelitas primorum parentum cauſa fuit quamobrem expulſi ſint à Paradiſo.nu. 17.* 616.

*Infidelitas & incredulitas Moyſis, cauſa fuit eius mortis ante ingreſſum terræ promiſsionis.nume.63.* 59.

*Infirmitas & abſentia iudicis delegati ſunt iuſtæ cauſæ ſubdelegandi.n. 56.* 527.

*Ingratus eſt erga Deum, qui eius hoſtem non denunciat.nu.75.* 781.

*Inhabilis ad obtinenda beneficia, non priuatur obtentis.nu.205.* 834.

*Initium colloquij ſerpentis cum muliere quod fuerit, & quibus verbis ſe in beneuolentiam inſinuat.nu. 10.* 4.

*Innocentius III.ſumm. Pontif. inſtituit Inquiſitionem delegatam. nu. 6.* 89.

*Innocentius III ſum.Pontif.S.Dominicum Inquiſitorem creauit.nu. 14.* 95.

*Inquirendi poteſtas eſt à Chriſto Domino noſtro, commiſſa D. Petro & eius ſucceſſoribus. nu.1.* 88.

*Inquirendi poteſtas contra fidei noxios eſt annexa dignitati Epiſcopali. n.2.* ibid.

*Inquirendi munus contra hæreticos cur datum fuit Inquiſitoribus.nu. 3.* 89.

*Inquiſitio delegata, quo tempore inceperit Prateolus, & Fr. Hieronymus Romanus, de ea ſcribentes hallucinati fuère. nu.4. & 5.* ibid.

*Inquiſitio delegata ab Innocentio III. Pontif.Max.inſtituta fuit.nu.6.* ibid.

*Inquiſitio in vrbe Roma duplex eſt.n.1.* 112.

*Inquiſitio generalis in Caſtella, quando & à quo inſtituta fuerit, & quod ſit eius munus.nu.1.* 145.

*Inquiſitio ciuitatis Regiæ, quando in Toleti ciuitate fuit tranſlata. numero 3.* 169.

*Inquiſitio Balearium ab Inquiſitione Comitatuũ Roſilionis, & Cæritaniæ diuiditur.nu.12.* 179.

*Inquiſitio Neapolitana, quando inſtituta fuit.nu. 1.* 191.

*Inquiſitio regni Siciliæ ampliora habet priuilegia, quam aliæ Inquiſitiones. à nu. 8.vſque ad 30.* 197.

*Inquiſitio Triremium, quando & à quo inſtituta fuit.nu.1.& 2.* 223.

*Inquiſitio Luſitaniæ, quando & à quo fuit inſtituta.nu.1.* 226.

*Inquiſitio quæ eſt in Imperio Preſti Ioannis, quando principium habuit. numero 1.* 237.

*Inquiſitio Mexicana, & eius iuriſdictio ampliſsima.nu.4.* 240.

*Inquiſitio Tholoſæ, quo tẽpore perdurauit. nu.6.& 7.* 246.

*Inquiſitio regni Nauarræ, quando & à quo inſtituta, & exinde renouata. num.1. & 2.* 244.

*Inquiſitio Poloniæ & Vngariæ, quando inſtituta.nu.1.& 2.* 252.

*Inquiſitio olim fuit apud Dalmatiã, Boſnos, Raguſos, Croacos, & Iſtros.nu.1* ibid.

*Inquiſitio Armeniæ, Georgianæ, Græciæ, Tartariæ, Ruſsiæ, ac duarum VValachiarum. nu.1.* 253.

*Inquiſitio Florentiæ ſeu Hetruriæ, quando inſtituta fuit.nu.1.* 263.

*Inquiſitio Marchæ Treuiſanæ, ac Romaniolæ, quando principiũ habuit.nu.1.* ibid.

*Inquiſitio Ducatus Spoleti à quo inſtituta. nu.3.* 265.

*Inquiſitio plurimarum partium Italiæ deſcribitur.nu.4.* ibidem.

*Inquiſitio Veneta, quando & à quo erecta fuerit.nu.1.* ibid.

*Inquiſitio à virgis fructum ſperat, ſin minus*




nus

nus arborem ſiccam in ignem mittunt. nu.19. 384.
Inquiſitio quæ & quotuplex ſit. nu.135. & 136. 538.
Inquiſitio ſpecialis quæ ſit, & an in ea procedatur abſq; infamia præcedenti. nu. 138. 539.
Inquiſitio ſecretò fieri debet. n.24. 578.
Inquiſitio generalis fieri nequit niſi præcedente edicto. nu.39. 622.
Inquiſitio duplex, generalis & ſpecialis. nu. 5. 720.
Inquiſitio quomodo differat ab alijs iudicijs. nu 7. 721.
Inquiſitio alia generalis, alia ſpecialis, & quid vtraque ſit. nu.8. ibidem.
Inquiſitio nulla cenſetur, ſi ad ipſam non concurrunt plura requiſita. n.12. 722.
Inquiſitio vt debita ſit prius conſtare debet de probatione corporis delicti ſaltim in genere, & quod ſit ſcelus commiſſum, num.13. ibid.
Inquiſitio quando cum ſola querela ſeu accuſatione fieri poſſit. num. 14. 723.
Inquiſitio ex conſuetudine indiſtinctè fieri poteſt ex ſolo officio nu. 16. ibidem.
Inquiſitio certa debet eſſe ſpecifica & clara. nu.17. 724.
Inquiſitio vt ſit valida, Inquiſitor contra aliquē procedens, debet procedere cōtra delictum in ſpecie. nu.18. ibidem.
Inquiſitio vt dicatur ſpecifica debent in ea exprimi locus & tempus. nu.19. ibid.
Inquiſitio formata abſq; indicijs præcedentibus, eſt ipſo iure nulla. nu. 21. ibid.
Inquiſitio non poteſt fieri bis cōtra aliquem ſuper eodem delicto. nu. 24. 725.
Inquiſitio vt valida ſit fieri debet à competenti iudice. nu.25. ibidem.
Inquiſitio regulariter non poteſt formari tranſactis 20. annis, à die commiſsi criminis. num.29. 726.
Inquiſitio vt formari poſſit rei præſentiam de iure poſtulat. nu.31. 727.
Inquiſitio ex conſuetudine formari poteſt etiam contra abſentem, & non contumacem. num.32. ibidem.
Inquiſitio cui ſuperuenit qualitas aggrauans, euaneſcit, & noua ſubſequitur inquiſitio. nu.33. 728.
Inquiſitio vbi delictum non eſt pœnale formari non poteſt. nu.34. ibidem.
Inquiſitio fieri debet in forma debita & decenti, & quæ ſit illa. nu.37. ibid.
Inquiſitio ſuper criminibus grauibus eſt facienda. num.38. ibidem.
Inquiſitio ſpecialis contra aliquem nō præuiâ infamiâ, iniuſta eſt. nu. 53. 732.
Inquiſitio abſque infamiâ, an ſit iudicium temerarium, & quo iure prohibeatur. nu.2. 755.
Inquiſitio ſpecialis ſine fama, an ſit contra ius naturale. nu.3. 756.
Inquiſitio ſpecialis abſq; infamiâ, an plus noceat proximo, quam denūciatio Euāgelica, abſq; admonitione ſecreta. nu. 15. 757.
Inquiſitio quot modis fieri poteſt. n.31. 761.
Inquiſitio alia eſt generalis, & alia ſpecialis. num. 32. ibidem.
Inquiſitio abſque præuiâ infamiâ, non eſt prohibita iure diuino. nu.33. ibid.
Inquiſitio ſpecialis abſq; præuiâ infamiâ nō eſt prohibita iure naturæ. n.34. 761.
Inquiſitio ſpecialis abſq; præuiâ infamiâ, ſolùm eſt prohibita iure humano poſitiuo. nu 35. 762.
Inquiſitio ſpecialis ne fieret abſque præuiâ infamiâ quis conſtituit. nu.38. 763.
Inquiſitio ſpecialis ſine infamiâ non eſt iudicium temerarium directè. n.43. 764.
Inquiſitionem Romæ à tempore Clementis IIII. vſq; ad tēpora Pauli III. fuiſſe nullibi conſtat. num 5. 113.
Inquiſitionē in Archiepiſcopatu Tarracon. quis introduxit. nu.3. 177.
Inquiſitionem Ferdinandus Rex Catholicus non potuit Neapoli introducere. numero 5. 194.
Inquiſitionē Siciliæ regni ex antiquioribus Eccleſiæ eſſe probatur. nu.7. 197.
Inquiſitionē Maioricæ ab Inquiſitione Roſsilionis, & Ceritaniæ, quis diuiſit. n.2. 217.
Inquiſitionem Luſitaniæ alio modo introductam eſſe narratur. nu.6. 228.
Inquiſitionem non fuiſſe conſtat in Anglia, Scotia, & Hibernia. nume.4. 247.



Inquiſitionem Germaniæ à Carolo Magno Imper. inſtitutam eſſe probatur. num. 1. 248.
Inquiſitionem ex mandato Principis, ad petitionem partis debent præcedere indicia. nu.22. 724.
Inquiſitionē debet præcedere fama. numero 23. 725.
Inquiſitionem qualis fama præcedere debeat. nu.35. 728.
Inquiſitionem præcedere debet diffamatio delinquentis, & à quo principio deducatur. nu.64. 735.
Inquiſitionem omnino ſpecialem, infamia debet præcedere, tam delicti quàm delinquentis. num.133. 752.
In Inquiſitione ſpeciali delicti generalis de perſona, iudex licitè interrogat, teſtis verò non poteſt detegere reum nō laborantem infamiâ. nu.134. ibidem.
Inquiſitione factâ de edicto violato, eiecit Deus primos parentes à Paradiſo. num. 19. 719.
In Inquiſitione Generali non eſt neceſſaria expreſsio loci & temporis, neque in ea quæ fit de crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis. num 20. 724.
Inquiſitionis Officium quando Romæ à fratribus Franciſcanis adminiſtrabatur. nu.2. 112.
Inquiſitionis actus à Guillielmo Toloſano, plures Romæ habiti ſunt. n.11. 125.
Inquiſitionis dignitatem Cardinalium collegio Paulus III. aggregauit. n.12. ibid.
Inquiſitionis tribunal Romæ, quando erectū fuit, & à quo. num.14. ibid.
Inquiſitionis Officium ante Regum Catholicorum tempora, in Caſtellæ & Legionis regna inductum fuiſſe probatur. num.7. 132.
Inquiſitionis Officiū per Reges Catholicos in Caſtella & Legione inſtauratur. nu. 12. ibid.
Inquiſitionis ſtemmata, eius miſericordiam repræſentant. nu.21. 155.
Inquiſitionis Toleti inſtitutio, & de Inquiſitoribus, & officialibus eiuſdē nomenclatura à nu.2. vſq; ad 9. 169.
Inquiſitionis regni Valentiæ inſtitutio. nu. 1. vſq; ad 6. 186.
Inquiſitionis tribunal regni Siciliæ Panormi eſt. nu.4. 196.
Inquiſitionis tribunal in regno Siciliæ valde neceſſarium eſt. nu. 10. 199.
Inquiſitionis Officium, quo tempore in Balearibus inſulis poſitum ſit. n.1. 217.
Inquiſitionis Sardiniæ inſtauratio. n.4. 219.
Inquiſitionis Coimbræ inſtitutio. à num. 1. vſq; ad 5. 235.
Inquiſitionis Goæ introductio, & Inquiſitorū eiuſdē catalogus. n.5.6.7. & 8. 236.
Inquiſitionis Officiū in Canaria, quo tēpore inſtitutum ſit à n.1. vſq; 15. 238.
Inquiſitionis Officium in Perù Prouincia, reſidet Limæ. nu.1. 240.
Inquiſitionis Galliæ inſtitutio. numero 1. & 2. 245.
Inquiſitionis memoria antiqua fuit Cameraci, vulgò Cambray. n.2. 247.
Inquiſitionis Officium in Genuenſi Senatu, quādo & à quo exercebatur. n.2. 265.
Inquiſitionis tribunal ad defenſionē & propagationē fidei, & hæreſum exſtirpationem fuit erectum. nu. 2. 292.
Inquiſitionis tribunal quâ cauſa, & per quem inſtitutum fuit. nu.3. ibid.
Inquiſitionis auxilio multæ hæreſes radicitus ſunt exſtirpatæ. nu.13. 294.
Inquiſitionis quidam habitum nigrū cum barbæ tonſione pœnitētibus admiſcent. nu.64. 390.
Inquiſitioni Generali quæ ſit in cauſa hæreſis, non requiritur infamia præcedens. nu.137. 539.
Inquiſitionis multiplex acceptio. n.1. 719.
Inquiſitionis definitio quæ traditur ab Hoſtienſe, tanquam imperfecta reijcitur. nu.2. 719.
Inquiſitionis vera & exacta definitio, ſingulariūq; eius partiū declaratio. n.3. ibid.
Inquiſitionis finis, quis & qualis ſit. numero 4. 720.
Inquiſitionis variæ circunſtantiæ. n.6. 721.

Inquiſitionis via procedendi contra delinquentes duplex eſt & receptiſſima. nu.9. ibidem.

Inquiſitionis generalis, & ſpecialis, quis vtriuſque finis. nu.10. 722.

Inquiſitionis generalis propria ſignificatio, attinens ad inſtitutum Inquiſitorum. nu.11. ibid.

Inquiſitionis remedium, quia extraordinarium eſt, eget accuſatore. numero 15. 723.

Inquiſitionum Lombardiæ deſcriptio. à nu. 1. vſque ad nu.20. 254.

Inquiſitor primus Deus, ad inſtructionem proceſſus contra primos parentes ſe accingit. nu.1. 27.

Inquiſitor acerrimus fuit Abraham cōtra Chaldæos. num.4. 53.

Inquiſitor primus Deus, officio functus eſt contra Sodomitas. nu.7. & 8. ibid.

Inquiſitor fuit Iacob Patriarcha domeſticis ſuis præcipiens, vt Deos alienos abijcerent, & alia faciens à nu. 17. vſq; ad nu.21. 54.

Inquiſitor primus Deus multoties officio vſus eſt contra Iſraelitas in hæreſes, & idololatras prolapſos à nu.22. vſque ad 34. & à num.48. vſque ad 58. & 68. 71. 73. 80. 81. 87. 91. 95. & 100. 55. & 56.

Inquiſitor exſtitit Deus contra idololatras, per manus filiorum Leui caſtigans eos. nu.47. ibidem.

Inquiſitor fuit Deus contra Chore, Datan, & Abiron. nu.65. 59.

Inquiſitor Abimelech fuit, vrbem Sichem diruens, & Baal cum mille hominibus comburens. nu.92. 62.

Inquiſitor fuit Deus contra Ophni, & Phinees filios Heli, propter acceſſum ad mulieres, quæ obſeruabant ad Oſtium tabernaculi. numer.109. 110. 111. & 112. 63.

Inquiſitor exſtitit Saul Rex, auferens Magos, hariolos & eos qui Pythones habebant in ventre. nu. 115. ibid.

Inquiſitor acerrimus fuit Dauid Rex comburens Philiſthæorum Deos. nu.1. 68.

Inquiſitor fuit Deus contra Salomonem, propter eius hæreſes & idololatrias à nu.3. vſque ad 14. 68.

Inquiſitor exſtitit Aſa, qui deſtruit vniuerſas idolorum ſtatuas. numer.26. & 27. 70.

Inquiſitor Zamri fuit interficiens omnem domum, & cognationem Baaſæ. nume. 36. 71.

Inquiſitor acerrimus exſtitit Helias iubens apprehendi octingētos & quinquaginta Prophetas & occidi. nu. 44. ibid.

Inquiſitor fuit Ioſaphat, Idola & dæmoniorum lucos deſtruens. nu.48. ibid.

Inquiſitor Elias viſus fuit Epiſtolā ad Ioram mittens, annuntians propter idololatriam & fratricidium, eius domum & regnum diripiendum. numero 69. 72.

Inquiſitor fuit Iehu cōtra Ioacham Regem. nume.73. 73.

Inquiſitor exſtitit Ioſias filius Amon, templum Ieruſalem & Iudæam ab idolis mundans. nume.109. & 110. 75.

Inquiſitor Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ fuit contra Eliachim hæreticum, ac contra Ægyptum & Iudæos, propter idololatriam. à numer. 115. vſque ad 127. ibid.

Inquiſitor ſimiliter exſtitit Nabuchodonoſor, in tranſmigratione Babylonis, qui poſt miraculum fornacis edictum publicauit. nu. 1. 78.

Inquiſitor Cyrus Rex Perſarum fuit, qui poſt Darij Medi mortem edictum publicauit, & conceſſit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam. nu.2. ibidem.

Inquiſitor Eſdras acerrimus exſtitit, audiens Iudæos ducentes vxores idololatras. ſcidit veſtes ſuas, & populum ad pœnitentiam induxit ac edictum legis Domini in templo promulgauit. nume. 5. & 7. ibidem.

Inquiſitor fuit Mathathias ſacerdos, cum quinque filijs ſuis, qui pro lege Domini multa fecit. nu.26.28. & 29. 80.







Inquiſitor Iudas Machabæus Princeps & Pontifex Iudæorum fuit impios trucidans. nu.30. 31. 32. & 34. 80

Inquiſitor fuit Ionathas, qui Azotum & templum Dagon ſuccendit. num.35. & 36. 81.

Inquiſitor exſtitit Ioānes Hircanus diruēs templum montis Gerizim, & alia faciens. nu. 37. ibid.

Inquiſitor Primus legis Euangelicæ fuit Chriſtus Dominus noſter. num.1. 4. 10. 16. 18. 19. & 20. 83.

Inquiſitor nouæ legis fuit Ioannes Baptiſta, & quomodo. numero 7. 8. 9. & 11. 83. & 84.

Inquiſitor exſtitit Paulus Apoſtolus, & quando. num.26. 28. & 29. 86.

Inquiſitor Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta fuit ſcribens Euangelium Chriſti contra Cerinthum, & Marcionem hæreticos. & nu.30. 87.

Inquiſitor fidei Petrus Apoſtolus fuit, cum Ananiam & eius vxorem verbo enecauit. nu.27. 86.

Inquiſitor primus generalis fuit B. Dominicus fundator ordinis Predicatorum n. 1.2. & 3. 95.

Inquiſitor generalis Romæ fuit Cardinalis Caietanus, ac etiam Cardinalis Latinus. nu.9. & 10. 124.

Inquiſitor generalis Romæ fuit Fr. Michael Guiſlerius, qui poſtea fuit Papa Pius V num.17. 125.

Inquiſitor generalis in Hiſpania, nullus fuit ante Catholicos Reges. numero 10. 132.

Inquiſitor generalis Fr. Thomas à Turrecremata fuit primus in ditionibus Hiſpaniæ. nu.13. 133.

Inquiſitor generalis à Rege creatur, & à Papa confirmatur. nu.9. & 10. 147.

Inquiſitor generalis nominat Conſiliarios Inquiſitores Prouinciales. alioſq; miniſtros & officiales S Officij. n.11. 150

Inquiſitor generalis, & Cōſilium generale, quâ ratione erecti & creati fuerint. num. 12. & 13. 151.

Inquiſitor generalis, & non alius cognoſcit de cauſis appellationum, ab Inquiſitoribus interpoſitarum. nu.14. ibid.

Inquiſitor generalis qualis eſſe debeat, & eius miſericordia quomodo penſanda ſit. nu.15. & 16. 151.

Inquiſitor generalis Aragoniæ fuit Ioannes Epiſcopus Vicenenſis. numero 14. 179.

Inquiſitor generalis Aragoniæ, Nauarræ, & Caſtellæ, fuit Adrianus Epiſcopus Dertuſenſis, qui poſtea electus fuit ſumm. Pontif. nu.6. pag.160. & nume. 16. & 17. 180.

Inquiſitor generalis Tarraconæ, cum multis conuocatis de componendis rebus fidei deliberat. nu.18. ibid.

Inquiſitor generalis Caſtellæ, poteſtatem creandi Inquiſitores in regno Valentiæ à ſummo Pontific. accepit. numero 4. 187.

Inquiſitor Neapoli creatur Petrus Belforatus Archiepiſcopus Meſſanenſis, ab Inquiſitore generali Caſtellæ. numero 2. 191.

Inquiſitor quidam regni Siciliæ reprehenſus eſt. nu.6. 196.

Inquiſitor generalis Hiſpaniæ eligit Inquiſitorem Triremium. num.5. 226.

Inquiſitor Triremium, & Naualium, præſidet in omnibus tribunalibus. numero 6. ibid.

Inquiſitor generalis in Luſitania fuit Infans Henricus. nu.9. 233.

Inquiſitor generalis in Luſitania ſimiliter fuit Albertus Archidux Auſtriæ. nu. 10. ibid.

Inquiſitor generalis ſuper nominatione, & deputatione Inquiſitorum, ſolum præſtat nudum miniſterium. n. 38. 525.

Inquiſitor generalis in nominandis, ſeu ſubdelegādis Inquiſitoribus eſt quoddā organū, quo mediante, eius vox transfertur ad delegatum, imò eſt viua vox abſentis. nu.39. ibidem.

Inquiſitor generalis licet poſſit remouere Inquiſitores ab officio, iuriſdictio ta-

men eorum non eſt ab eo.nu.52. 526.
Inquiſitor ob infirmitatem temporalem poteſt Vicarium, ſeu Commiſſarium ſibi ſubſtituere conferens ei plenariè vices ſuas.nu.55. 527.
Inquiſitor liberatus à morbo poteſt ſubdelegatam iuriſdictionem reuocare, numer.57. 527.
Inquiſitor ob perpetuam infirmitatem poteſt remoueri, quod idem eſt in ſene. nu.58. ibid.
Inquiſitor generalis poteſt punire Inquiſitores ob delicta ab eis commiſſa. num. 70. 530.
Inquiſitor repræſentat rempublicam, & partem offenſam.nu.113. 536.
Inquiſitor proceſſum hæreticũ explicat coram ordinario, & conuocatis conſultoribus.nu.55. 584.
Inquiſitor vnus cùm nouit ſecretò aliquem hæreticum, poteſt illum conſocio Inquiſitori denũciare, vt contra illum procedat.nu.96. 744.
Inquiſitor in rebus dubijs, quæ conſiderare debeat.nu.62. 809.
Inquiſitores Dei formulas ſequuntur. numer.1. 30.
Inquiſitores per ſe ipſos, & non per mediam perſonam tenentur reos interrogare.n. 13. 33.
Inquiſitores & officiales S.Officij tenentur ſub pœna peccati mortalis ſeruare ſecretum.nu.19. 34.
Inquiſitores ſecretum indicunt conſultoribus S.Officij.num.20. 36.
Inquiſitores qui extra caſus à iure conceſſos ſecreta detegunt, peccant mortaliter.num.21. ibidem.
Inquiſitores reuelantes ſecretum in cauſis fidei, extra ordinem puniri poſſunt.nu. 23. ibidem.
Inquiſitores exemplo Dei hæreticos reconciliatos ſaccis induunt. num.4. 38.
Inquiſitores iure communi, an poſsint moderare tempus ſacci benedicti.numero 6. ibidem.
Inquiſitores dum viſitant, renouari iubent effigies obſcuratas reconciliatorum & damnatorum.num.10. 43.
Inquiſitores Ordinarij iure diuino fuerunt Epiſcopi, qui ſucceſſerunt Apoſtolis. nu.31. 87.
Inquiſitoribus cur datum fuit munus inquirendi contra hæreticos.nu.3. 89.
Inquiſitores concedere poſſunt indulgentiam viginti vel quadraginta dierum. nu.1. 105.
Inquiſitores pro ſancti Officij negotijs laborantes indulgentiam plenariam conſequuntur.nu.16 107.
Inquiſitores qui in officio obeundo è vita diſceſſerint, Indulgentiam plenariam conſequuntur.nu.17. 107.
Inquiſitores multi ex ordine D. Dominici pro fide tuenda trucidantur. à nume.3. vſque 30. 108.
Inquiſitores Cardinales, quando Romæ ad negotia fidei congregantur. numero 13. 125.
Inquiſitores Cardinales quatuor Romæ tẽpore Pauli III. ſum. Pontific. creantur. nu.15. 125.
Inquiſitores Cardinales Romæ anno 1553. ſex fuerunt.nu.6. 126.
Inquiſitores Cardinales plures Romæ creati ſunt.nu.18. ibidem.
Inquiſitores Cardinales Romæ Pius Papa V. ad quaternarium reduxit. numero 19. ibidem.
Inquiſitores Cardinales ſex fuerunt Romæ, tempore Gregor. XIII. Sum. Pontific. num.21. 127.
Inquiſitores Cardinales Romæ octo fuerũt, tempore Sixti V. Pontific. Max. num. 22. ibidem.
Inquiſitores Cardinales decem Romæ fuerunt, tempore Clementis VIII. ſumm. Pontif. nu.23. ibidem.
Inquiſitores creati ſunt per vniuerſas mũdi partes, tempore Clementis V. numero 1. 131.
Inquiſitores nominarunt Reges Catholici facultate ſibi conceſſâ, & à Summo Pont. confirmantur.n. 5 & 6. 136.

Inqui-



Inquiſitores ſeptem Dominicanos creauit Sixtus Papa IIII.num.7. ibid.
Inquiſitores quando primum edictum gratiæ in Hiſpania promulgarunt.numer. 8. ibidem.
Inquiſitores Hieronymiani inſignes Inquiſitionis actus fecerunt Guadalupi. nu. 11. 138.
Inquiſitores regni Aragoniæ, quando Inquiſitori ſupremo regni Caſtellæ ſubierunt.numero 13. pag. 179. & numero 10. 138.
Inquiſitores Hiſpali cum Inquiſitore Generali, conuenerunt iuſſu Catholicorum Regum.num.16. 143.
Inquiſitores ac alij miniſtri, quot ſint in Cõcilio generali.nu.8. 147.
Inquiſitores generales in regno Aragoniæ qui fuerunt.nu.11. 179.
Inquiſitores duos Leo Papa X. creauit in regnis Nauarræ & Aragoniæ.numer. 15. ibidem.
Inquiſitores Aragoniæ & Cathaloniæ olim ſanctum Officium Valentiæ exercebant.nu.1. 186.
Inquiſitores regni Siciliæ ex ſpeciali priuilegio, cognoſcere poſſunt de vſurarum cauſis.nu.29. 215.
Inquiſitores Triremium qui fuerunt. n. 9. 10. & 11. 226.
Inquiſitores Mexici actus fidei celeberrimos celebrant. à numer. 7. vſque ad 16. 241.
Inquiſitores quamplurimi Galliæ martyrij gloriam conſequuntur.numer.3. & 4. & 5. 245.
Inquiſitores Lutetiœ Pariſiorum fuerunt, & quando.nu.8. 246.
Inquiſitores habuit Rhemenſis prouincia. nu.9. ibidem.
Inquiſitores fuiſſe probatur in Pedamontana prouincia & Sabaudia.nu.11.ibid.
Inquiſitores fuiſſe conſtat in Holandia & Zelandia.nu.3. 247.
Inquiſitores, quos vt infames condemnant, nunquam ad honores aſcendunt. numer.4. 268.
Inquiſitores plures pro fide tuenda martyrij lauream ſunt conſecuti.nu.8. 269.
Inquiſitores hæreticos puniunt, non vt eos perdant, ſed vt conuertantur & viuant.nu.13. ibidem.
Inquiſitores pluſquam quadraginta Cardinales effecti ſunt.nu.18. 271.
Inquiſitores ex Imperatoris & Regis familia, exſtiterunt duo & quinq; ſummi Pontifices.num.19. 272.
Inquiſitores fidei maximis ornamentis & honoribus, ab omnibus afficiendi ſunt. num. 21. ibidem.
Inquiſitores quaſi quædam vigiliæ ſunt cũctis in locis conſtitutæ, vt Chriſtianis dies ſemper clarus illuceſcat. numero 22. ibidem.
Inquiſitores ſunt delegati Apoſtolici.num. 50. 361.
Inquiſitores in omnibus fidei actibus cruce vtuntur.nu.32. 367.
Inquiſitores quare crucem viridem in ſtemmatibus ſanctæ Inquiſitionis apponãt. nu.33. ibidem.
Inquiſitores viridem crucem elegerunt non ſine magno ſpiritus ſancti conſilio.nu. 39. 369.
Inquiſitores quomodo vitam fidei conſeruare ſtudeant.nu.58. & 59. 373.
Inquiſitores recipiunt benignè verè pœnitentes, proteruos verò puniunt ſeuerè. nu.72. 376.
Inquiſitores non deſiderant perditionem hominum, ſed correctionem. numero 73. ibid.
Inquiſitores hæreticæ prauitatis zelo tutandi Eccleſiam, aptiſsimè pro crucis titulo in ſtemmatibus verbis Pſal. 73. vtuntur.num. 84. 378.
Inquiſitores, nec quilibet alius procedere contra Papam hæreticum poſſunt. numer.50. 408.
Inquiſitores nominati ab Inquiſitore generali in ditionibus Hiſpaniarum; an ſint ſubdelegati, & ſimiliter poſsint vices ſuas alteri committere.num. 1. 15. & 26. 519.

Inqui-

Inquiſitores qui à Principe delegati dicuntur, non poſſunt eorum Vicarijs, ſeu Commiſſarijs dare facultatem, vt iterum ſubdelegent.nu.6. 520.

Inquiſitores Apoſtolici, an dicantur delegati ad vniuerſitatem cauſarum.num. 10. ibidem.

Inquiſitores ad aliam prouinciam deputati, poſſunt alium in ſuum locum ſubſtituere, qui ſubſtitutus Vicarius, ſeu Cõmiſſarius vocatur.nu. 19. 521.

Inquiſitores à quocumque eligantur ſemper ab Apoſtolica ſede habent autoritatem immediatè.nu.22. 522.

Inquiſitores deputati cenſentur eſſe delegati à Papa immediatè, & non ſubdelegati ab Inquiſitore generali. nu. 37. 524.

Inquiſitores electi ſeu deputati, ex vi poteſtatis attributæ à Papa Inquiſitori generali, cenſentur autoritate ſummi Pontificis electi, ſeu deputati.nu.47. 525.

Inquiſitores à quocumque delegentur, ſeu nominentur, ſemper ſunt delegati à Papa, & ab eo accipiũt iuriſdictionem & poteſtatem.nu. 47. ibidem.

Inquiſitores poſſunt facere commiſſarios, quos vicarios, ſeu ſubſtitutos appellamus.num.51. 526.

Inquiſitores quibus ex cauſis remoueri poſſint ab officio.num.54. ibidem.

Inquiſitores qui ſint in officio cõfirmandi, quamuis ipſi recuſent, & de eorum qualitatibus.nu.59. 527.

Inquiſitores imperiti omnino remouendi ſunt.nu.60. ibidem.

Inquiſitores ob negligentiam remouendi ſunt.nu.62. ibidem.

Inquiſitores ob iniquitatem remoueri poſſunt.nu.66. ibidem.

Inquiſitores, an poſsint recipere eſculenta, & poculenta.n.69. 528.

Inquiſitores poſſunt committere poteſtatem quam habent Commiſſarijs. numero 71. 531.

Inquiſitores, an ſint iudices neceſſarij in cauſa hæreſis, poßintque hæreticos condemnare, & qua cauſa inſtituti fuerint.nu.96.100.& 107. 534.

Inquiſitores & Epiſcopi, an ſint iudices in ſolidum in cauſa hæreſis.nu. 97. ibid.

Inquiſitores quam poteſtatem habent. num. 102. 535.

Inquiſitores ſunt deputati à ſede Apoſtolica, & ſpecialiter in cauſa hæreſis conſtituti, præſuntque in vnaquaque prouincia.nu. 107. ibidem.

Inquiſitores ſunt maiores quolibet ordinario.nu.108. 536.

Inquiſitores habent autoritatem illius, à quo deſtinati ſunt, eiuſque locum obtinent.nu.110. ibidem.

Inquiſitores in cauſa hæreſis habent maiorem, fortiorem ac meliorem iuriſdictionem quàm Epiſcopi.nu.111. ibid.

Inquiſitores cenſentur præcipua pars corporis prouinciæ ſibi creditæ. numero 112. ibidem.

Inquiſitores regni Siciliæ tanquam Apoſtolicæ ſedis, & Regiæ maieſtatis delegati in omnes actus, vtramque perſonam induunt.nu.114.& 121. ibid.

Inquiſitores habent autoritatem & iuriſdictionem etiam in exemptos. numero 117. 537.

Inquiſitores regni Siciliæ ſunt iudices ordinarij, & cum eis concurrunt, ordinariamque poteſtatem habent.num.118. 120.122.133.154. ibidem.

Inquiſitores regni Siciliæ poſſunt tractare cauſas laicorum.n. 119.& 134. ibid.

Inquiſitores regni Siciliæ poſſunt iuriſdictionem in laicos Regi ſubditos in terris Regis exercere, & quare.numero 121. ibid.

Inquiſitores in exſequẽdis ſentẽtijs poſſunt Regiam, & Põtificiam iuriſdictionem in ſubditos Regi & Pontifici exercere. nu.123. ibidem.

Inquiſitores reperientes ſe in quaſi poſſeſſione præcipiendi, in ea manutenendi ſunt, & non ſpoliandi.nu.130. 538.

Inquiſitores poſſunt ſuam poteſtatem, & præeminentiam etiam armata familia defendere.nu.131. ibid.

Inquiſitores ſemel iudices ordinarij & competenter appprobati, non poſſunt in poſterum recuſari.n.132. ibid.

Inquiſitores ob indicia & veriſimiles ſuſpiciones, poſſunt exercere ſpecialem inquiſitionem nullâ præcedẽte infamiâ nu.139. 539.

Inquiſitores non debent præſumptionibus credere, magis quàm leges ipſæ credunt.nu.41. 550.

Inquiſitores non poſſunt ad iudicandum moueri ex propria conſcientia, ſed ex allegatis & probatis.nu.42. ibidem.

Inquiſitores omnia priùs tentare debẽt ad hæretici emendationem, quàm ipſum tanquam incorrigibilem ſæculari brachio tradant.nu.51. 551.

Inquiſitores delegationis ſuæ literas exhibere debent primis poteſtatibus.numer. 2. 573.

Inquiſitores clerum & populum cùm primum ad aliquam ciuitatem accedunt præconio conuocare debent. numero 2. ibid.

Inquiſitores iuramentum exigunt à populo & clero conuocatis de conſeruanda, & protegenda fide Catholica. numero 4. ibidem.

Inquiſitores cùm prouinciam viſitant, Generale edictum proponunt ad hæreſes detegendas.nu.18. 577.

Inquiſitores teſtes quoſuis poſſunt cogere ad deponendum.nu.21. ibidem.

Inquiſitores non debent diu reos carceribus detinere.nu.36. 580.

Inquiſitores iudicis virtutes excitent, monẽdo aut interrogando hæreticum. nu. 40. 581.

Inquiſitores ſi non conueniunt ſuper decreto, res ad ſupremum mittitur Senatũ. nu.32. 579.

Inquiſitores modeſti, pij & circumſpecti eſſe debent.num.42. 581.

Inquiſitores patres reorum ſunt. numero 54. 584.

Inquiſitores eniti debent, vt relapſi reſipiſcant.n.35. 597.





Inquiſitores examinare debent teſtes ſuper reprobatione propoſita à reo numero 53. 601.

Inquiſitores an poſsint recuſari, & recuſatio quid ſit.nu. 54. 601.

Inquiſitores qui eligendi ſint.nu. 55. ibid.

Inquiſitores poſſunt edictum fidei conſtituere iure diuino, probaturque ex ſacra ſcriptura multipliciter, & iure canonico & ciuili.nu.5.6.& 8. 612.

Inquiſitores non debent eſſe negligentes in punitione hæreticorum.nu.14. 616.

Inquiſitores edicta fidei poſſunt conſtituere & publicare.nu.35. 621.

Inquiſitores poſſe edicta conſtituere probatur plurimis diplomatibus ſum. Pontific.nu.37. ibidem.

Inquiſitores poſſe edicta conſtituere rationibus probatur.nu.38. 622.

Inquiſitores poſſunt iudicare & punire hæreticos.nu.41. ibidem.

Inquiſitores propoſitionem dubiam inter viros doctos & Catholicos non poſſunt conſtituere hæreticã, vel facere illam de fide.nu. 42. ibidem.

Inquiſitores vigiles & cuſtodes ſunt fidei Chriſtianæ.num.12. 632.

Inquiſitoribus obedire omnes generaliter tenentur.num.24. 635.

Inquiſitores contra quoſcunque hæreticos procedere poſſunt.nu. 30. 636.

Inquiſitores ſolùm in cauſis fidei cognoſcere poſſunt.nu.31. ibid.

Inquiſitores ad quid tenentur poſt denunciationem rei.nu.35. 637.

Inquiſitores igni tradunt hæreticorum libros.nu.248. 692.

Inquiſitores in edicto fidei exhortantur cunctos fideles ad vnitatem viuæ fidei. nu.294. 701.

Inquiſitores ſunt delegati à ſum. Pontifice. num. 1. 707.

Inquiſitores regni Siciliæ omnimodam iuriſdictionem habent in ſuos ſubditos. nu.28. 726.

Inquiſitores, an poßint inquirere in prouincia ſibi credita, ſuper crimine, vel crimino-

criminoſo occulto.nu.39. ibidem.

Inquiſitores poſſunt procedere ad inquirenda crimina occulta nu.46. 731.

Inquiſitores ſunt iudices delegati à Papa. nu.47. ibidem.

Inquiſitores iure Pontificio iuriſdictionem plenam habent in omnes hæreticos.nu.48. ibidem.

Inquiſitores non poſſunt inquirere abſque infamia rumore, aut clamore. numero 65. 735.

Inquiſitores non ſolùm in delictis occultis, verùm nec in publicis poſſunt contra aliquem abſque infamia procedere. nu.66. ibidem.

Inquiſitores ex ſuſpicione vel indicio an poſsint procedere ſpecialiter contra aliquem. nu.86. 741.

Inquiſitores an ex ſolo libello porrecto ſine inſcriptione poſsint procedere. numer. 91. 742.

Inquiſitores in hæreſis crimine propter ſuſpiciones veriſimiles nõ præcedente infamiâ poſſunt contra denunciatum in libello inquirere.nu.92. 743.

Inquiſitores magnâ prudentiâ vti debent cùm libellos ad ſe tranſmittunt teſtes, de crimine continentes, & quomodo illos debeant examinare.nu. 94.744.

Inquiſitores contra hæreticum occultum, quomodo procedere poſsint.n.95. ibid.

Inquiſitores an poſsint ex cõſuetudine vniuerſali procedere contra reum, abſque preuiâ infamiâ ſi conſtat de delicto. n. 103. 746.

Inquiſitores quare Reuerendiſsimatus titulo afficiantur.nu.23. 800.

Inquiſitores Summi Pontificis locum tenent, eiuſque perſonam repræſentant. nu.24. ibidem.

Inquiſitores quare plurali numero tam in edicto fidei quàm in ſententijs vtantur.nu.25. 801.

Inquiſitores quomodo procedere debent in cauſa hæreſis contra graues & qualificatas perſonas.nu.36. 804.

Inquiſitores ex perſonarum ac librorum qualitate, aliarumque circunſtantiarum hæreſim ſtatuere poſſunt. numero 149. 824.

Inquiſitores in foro interiori hæreticum occultum abſoluere poſſunt, & an Epiſcopi.nu.190.173.& 174. 831.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis, an poſsint procedere contra confeſſarios in confeſsione mulieres ſolicitantes.nume.4. & 5.& 90. 843.

Inquiſitores ſolùm in his quæ ad fidem pertinent, procedere poſſunt. numero 52. 850.

Inquiſitores procedere poſſunt contra confeſſarios, in confeſsione ſolicitantes ad libidinem, licet ſuſpicio ſit leuis & modica.num.90. 859.

Inquiſitores an poſsint procedere contra cõfeſſarios, in confeſsione ſolicitantes pueros ad libidinem ſicut fœminas. nu. 92. 860.

Inquiſitores ſunt iudices & fideicenſores, ſediſque Apoſtolicæ ſpecialiter delegati.nu.97. 861.

Inquiſitores ex ſtylo, communique vſu confeſſarios, in confeſsione ſolicitantes puniunt, ac decreto ſupremi S.Inquiſitionis Senatus.nu.116 & 117. 864.

Inquiſitori Generali, & ſupremo Senatui reſeruatur diſpenſatio ſacci benedicti, & non diſpenſat ſine magna cauſa.nu. 7.& 8. 38.

Inquiſitori Generali poteſtatem deputãdi, ſeu nominandi Inquiſitores Papa concedit.nu.40. 525.

Inquiſitori Generali facultas data à Papa, quomodo intelligenda ſit.nu.74. 531.

Inquiſitori Generali committuntur appellationes decidendæ, ex Bulla Clementis VII.nu.102. 606.

Inquiſitori conſtare debet de crimine commiſſo, ſuper quo Inquiſitionem eſt facturus.nu.36. 728.

Inquiſitoribus Generalibus, quâ cauſâ conceſſa fuit facultas remouendi Inquiſitores.nu.53. 526.

Inquiſitoribus tanquam delegatis, Papa tribuit eandem poteſtatem quam habet. n. 36. 621.

Inquiſitoribus ea conceſſa ſunt, ſine quibus cauſæ fidei nequeunt explicari.numer. 2. 707.

Inquiſitoribus conceſſa eſt coercio. numero 3. ibid.

Inquiſitoris Raynerij Saccon Lombardi geſta, & perſecutiones. nu. 14. 259.

Inquiſitorum conſultatio cum Regio conſilio in cauſis fidei, à quo introducta fuit. nu.15. 142.

Inquiſitorum Generalium Hiſpaniæ nomenclatura. à numer. 1. vſque ad 15. 156.

Inquiſitorum regni Siciliæ Catalogus. numer.30. 215.

Inquiſitorum Generalium Luſitaniæ nomẽclatura n. 8. 232.

Inquiſitorum Peruuij, & Mexici nomenclatura.num.2.3.& 5. 240.

Inquiſitorum inſtitutum, eſt fidem propugnare ac defendere.num.5. 268.

Inquiſitorum ſtudium & vigilantia, qua vnitas religionis Catholicæ, atque concordia & pax Reipublicæ conſeruantur.à num.1. vſque ad 49. 281.

Inquiſitorum diligentiâ ab Hiſpaniarum regnis, hæreticorum incurſus propulſantur.à nu.1. vſque ad 19. 299.

Inquiſitorum iuriſdictio, non debet extendi ſed reſtringi, & quare.n.101.535.

Inquiſitorum munus omnes regni dignitates amplectitur, omneſq; honores continet.nu.114. 536.

Inquiſitorum regni Siciliæ iuriſdictio licet à Rege conceſſa fuerit, debet tamen vt Eccleſiaſtica conſiderari.n. 115. ibid.

Inquiſitorum iudicium de retẽtione cauſæ. nu.29.& 30. 579.

Inquiſitorum & Conſultorum vota, quo ordine proferenda ſunt.nu. 57. 585.

Inquiſitorum mandata reputantur ſummi Pontificis.num.20. 634.

Inquiſitorum officium non ſolùm eſt vtile, ſed neceſſariũ Reipublicæ Chriſtianæ. nu.49. 731.





Inquiſitorum nomina cur in accuſatione exprimantur nu.27. 802.

Inquiſitorum arbitrio relinquitur cognitiõ ſummaria in cauſa hæreſis. numero 35. 804.

Intellectus res eſt ſpiritualis. n.66. 778.

Intellectus Heſter c.1.dum de contẽptu loquitur.nu.56. 851.

Intellectus Leuit.26.Paul. ad Hebr.12.& ad Roman. 2. & Eſaiæ 33. numero 57. ibidem.

Intellectus 2.Reg.c.12.Numer.18.Ezech. 5. Eccleſ.45. Sapient. 14. de quo contemptu loquuntur.nu.59. ibidem.

Intentio parentum vel Chriſti Domini ſufficit in Baptiſmo paruulorum, & refelluntur hæretici oppoſitum tenentes & obſeruantes.nu.8.& 9. 12.

Interrogare & inquirere teſtes de crimine occulto proximi non laborantis infamiâ, an ſit licitum.nu.41. 729.

Interrogatus à iudice de delicto occulto à ſe commiſſo medio iuramẽto, an poſsit vel teneatur ſe prodere & infamare. nu.113. 749.

Interrogatus ſeparatim à iudice de occultis delictis alicuius, quorum non laborat infamiâ quid reſpondere debeat. num. 128. 752.

Interpretari legẽ, an ſit tantùm eius, cuius eſt illam condere.num.34. 621.

Interpretatio Apoſtolici mandati [hæreticum deuita] nu. 35. 712.

Intrinſeca per extrinſeca cognoſcuntur, & animi interiora per exteriora iudicantur.nu.68. 853.

Introductio à Papa Gregorio IX. data Archiepiſcopo Tarraconenſi, ſuper expulſione Iudæorum.nu.4. 177.

Ioacham qui & Sellum dicitur filius Ioſiæ, impiè regnauit & à Deo punitur.num. 111. 75.

Ioannes Hircanus filius Simonis, Inquiſitorem egit diruens templum montis Gerizim, & alia faciens.n.37. 81.

F.Ioannes Hungarus, Inquiſitor ab hæreticis interficitur nu.21. 111.

Ioannes II. Rex Caſtellæ, quibus commiſerit cauſam fidei. nu. 3. 131.
F. Ioannes ab Enguerra Inquiſitor Generalis exſtitit. nu. 3. 159.
Ioannes Tauera Archiepiſcopus Toletanus, Inquiſitor fuit Generalis. numero 8. 160.
Ioannes Baptiſta à Cardona munus Inquiſitoris, ſiue Cōmiſſarij Triremium exercuit. nu. 11. 226.
Ioannes à Stunica Inquiſitor ſupremi Senatus ſanctæ Generalis Inquiſitionis. nu. 8. 147.
Ioannes Aluarez à Caldas Inquiſitor ſupremi conſilij ſanctæ Generalis Inquiſitionis. nu. 9. ibidem.
Ioānes III. Rex Luſitaniæ à Paulo Papa III. impetrauit Inquiſitionem, ad normam Caſtellæ in Luſitania. nu. 5. 227.
F. Ioannes Eſchenfeld Inquiſitor Pragæ, à quodam hæretico occiſus eſt. numero 2. 252.
Ioannes Imperator, quaſi miniſter comitabatur Amurathem & oculis priuatur à filio. nu. 72. 317.
Ioannellus Scholarus inſignis hæreticus & dogmatiſtes, in Sicilia combuſtus. numer. 34. 297.
S. Ioannis & S. Nicolai, Epiſcoporum & Inquiſitorum martyrium. nu. 1. 252.
Ioannis Ægidij Hiſpalenſis Canonici, retractatio circa Crucis adorationem. n. 19. 345.
Ioannis VVicleffij & Ioannis Hus, propoſitiones hæreticas contra poteſtatem Papæ, damnauit Conſtantienſe Concilium. nu. 23. 403.
Ioas propter idololatriam, à Deo punitur morte turpiſſimâ. numer. 79. 80. 81. & 82. 73.
Ioas filius Ioacham mortuo patre ſucceſſit in regno, & idololatria. nu. 18. ibid.
Iſacius monachus, Valentem Imperatorem reprehendit. nu. 43. 314.
Iſacius Imperator, ob eius ſcelera oculis & Imperio priuatur. nu. 65. 316.
Iſaias Propheta prædixit vaſtationem vniuerſi Iſraelis ab Aſſyrijs. n. 94. 74.
Iſraelitas adoraſſe ſerpentes in deſerto probatur ex ſacra Scriptura. n. 67. 59.
Iſraelitas liberauit Debora mulier Propheтiſſa. nu. 88. 62.
Iſraelitas liberauit Gedeon à Madianitis. nu. 89. ibidem.
Iſraelitas liberauit Iephte de Ammonitis. num. 96. ibidem.
Iſraelitas Abeſſan Bethlehemita rexit annis ſeptem. nu. 97. ibidem.
Iſraelitas iudicauit Elon decem annis mortuo Abeſſan. nu. 98. ibidem.
Iſraelitas rexit Abdon octo annis poſt Elon. nu. 98. ibidem.
Iſraelitas pœnitentes liberauit Samſon de manu Philiſthinorum. nu. 101. ibid.
Iſraelitæ intra primū biennium poſt egreſſum ex Ægypto decies tentauerunt Deum, & in hæreſim prolapſi ſunt. nu. 22. 55.
Iſraelitæ non crediderunt Deo pollicenti ſe liberaturum eos, per manum Moyſis. nu. 24. ibidem.
Iſraelitæ in hæreſes & idololatrias multoties prolapſi ſunt, & à Deo grauiter puniti. à nu. 25. vſque ad 34. & à numer. 48. vſque ad 58. & 68. ibidem.
Iſraelitæ quarto menſe ab egreſſu ex Ægypto, adorauerunt vitulum, & poſtea plurimis idolis ſacrificauerunt. nume. 56. 58.
Iſraelitæ tempore Ioſuæ & Iudæ, ferè per 40. annos abſtinuerunt ab idolis. num. 74. 60.
Iſraelitæ denuo ſicut canis ad vomitum reuerſi ſunt ad priſtinam idololatriam. nu. 87. 62.
Italiæ partium Inquiſitio. numer. 1. 2. 3. & 4. 265.
Iudaizantes triginta cōprehenſi in oppido Quintanar. num. 18. 304.
Iudaizantes quinquaginta in vrbe Granatenſi in vincula coniecti. n. 19. ibid.
Iudas Machabæus Inquiſitor acerrimus exſtitit. nu. 30. & 32. 80.
Iudæ Thadæi Apoſtoli Epiſtola ſeries, &





contextura eiuſque declaratio. numero 8. 9. & 14. 649.
Iudæam ob eius infidelitatem ſpoliant Pontifices & Præſides, qui Tiberio Cæſare regnante creantur. num. 6. 83.
Iudæā Romani inuaſerūt. n. 41. & 42. 81.
Iudæi mille nolentes Sabbato pugnare trucidantur. nu. 27. 80.
Iudæi planè cognouerunt Dei filiū in Bethlehem fuiſſe natum. num. 2. 83.
Iudæi erant plures in Hiſpania, & valdè proficui Regibus. nu. 2. 163.
Iudæi à Catholicis Regibus expelluntur ab Hiſpania. nu. 3. ibid.
Iudæi ex diuerſis regionibus Hiſpaniæ expulſi. nu. 4. ibid.
Iudæi in ciuitate Granatæ, quibus conditionibus expulſi ſint. nu. 5. 164.
Iudæi qui erant in corona Aragoniæ expelluntur. nu. 11. 167.
Iudæi vniuerſam Hiſpaniam peſt feris ſuis ſuperſtitionibus, & ritibus contaminabant. nu. 4. 292.
Iudæi malitiâ & inuidiâ excitati Chriſtum abnegarunt. nu. 29. 654.
Iudæi pertinaciâ ſe diuiſerunt à fidelibus ad ſimilitudinem Caim. nu. 262. 696.
Iudæi & Pagani matrimonium iuſtum nō habent, nec teſtimoniū ferunt propter infamiam & vilitatem ſuam. numero 102. & 103. 817.
Iudæi hæredes inſtitui non poſſunt. nu. 105. teſtamenti factionem non habent. nu. 105. Donationes nec facere nec admittere poſſunt. nu. 106. dignitates nullas habere. nu. 107. aduocationibus nō funguntur. nu. 108. militare nequeunt. nu. 109. docere non poſſunt. num. 110. confugere in Eccleſias non eis prodeſt. nu. 111. & priuilegijs Chriſtianorum non vti poſſunt. nu. 113. 818.
Iudæis expulſis tota Hiſpania exultauit. numer. 13. 167.
Iudæos ab Hiſpania iure potuiſſe expelli probatur. nu. 6. 8. & 9. 164.
Iudæos expectātes Meſsiam increpat Apoſtolus Iudas Thadæus. nu. 25. 652.
Iudæorum Duces qui & quot fuerunt. à n. 3. vſque ad nu. 20. 78.
Iudæorum rex creatur Herodes Aſcalonita à Cæſare Auguſto. nu. 45. 81.
Iudæorū peruerſa dogmata & errores, ſæpiſsimè Chriſtus improbauit. n. 18. 84.
Iudæorum deſtructio propter mortē Chriſti Domini accidit. nu. 23. ibidem.
Iudæorum quorundam graue delictum, eorumque ſupplicium. num. 2. 131.
Iudæorum conciliabulum quorundam Hiſpali factum, detectum fuit. numer. 2. & 3. 134.
Iudæorum de la Guardia duo flagitia nefanda eorum expulſioni, ab Hiſpania occaſionem dederunt. nu. 10. 116.
Iudæorū numerus, qui ab Hiſpania in alias prouincias tranſmigrarunt. numero 12. 167.
Iudæorum Cæſarauguſtæ obſtacula facta introductioni ſancti Officij. numero 22. 181.
Iudæorum conſpiratio in mortem Inquiſitorum Cæſarauguſtæ. nu. 25. ibid.
Iudæorum expulſio a Luſitaniæ regno. nu. 1. & 2. 234.
Iudæorun cæcitas ideò durat, quia Chriſtum negauerunt. nu. 26. 652.
Iudæorum Principes optimè cognouerunt Chriſtum. num. 27. 653.
Iudæorum maiores cognouerunt Chriſtum eſſe filium Dei. nu. 28. 653.
Iudex non debet iudicare ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata & probata. num. 4. 5. 6. & 7. 146.
Iudex non debet fidem adhibere depoſitioni diſtanti à veroſimili. nu. 14. 521.
Iudex delegans, ſi dicat quòd delegatus poſſit alteri delegare, non videtur ipſe delegatus delegare ſed ipſe delegans. nu. 80. & 82. 532.
Iudex appellatione nō obſtante ſi reus illam non proſequitur procedere poteſt. num. 74. 603.
Iudex aſsignans terminum ad reſpondendum, appellationi non defert. numero 76. 604.

Iudex non defert appellationi friuolæ. nu. 79. ibidem.
Iudex non defert appellationi, niſi ex iuſta cauſa appellatum fuerit. numero 80. ibid.
Iudex quando poteſt ſummatim inquirere de cauſa appellationis. nu. 81. ibid.
Iudex an poſsit interrogare criminis reum de ſocijs criminis. nu. 42. 730.
Iudex agnoſcens delictum viâ Inquiſitionis, an poſsit illud punire pœna ordinaria. nu. 45. ibid.
Iudex iuſtitia eſt animata, & cuſtos iuſtitiæ. nu. 67. 736.
Iudex cui conſtat de delicto, ſed non de delinquente, an poſsit inquirere teſtes interrogando ad inueniẽdum delicti autorem. nu. 100. 745.
Iudex interrogans quis patrauit hoc delictum, an talis inquiſitio generalis cenſeatur. nu. 101. ibidem.
Iudex in Inquiſitione generali tenetur interrogare, quis crimen commiſerit: non tamen in ſpeciali, an hic vel ille. nume. 123. 751.
Iudex ſi in Inquiſitione generali indicia contra aliquem inuenerit, poterit contra illum procedere. nu. 124. ibid.
Iudex etiam ſi habeat teſtes occultos iurantes de crimine, ſi delinquens non laborat infamia non poteſt contra illum inquirere. nu. 126. ibidem.
Iudex interrogans quis commiſit delictum adſtringit interrogatum ad reſpondendum ſpecialiter, & detegendum perſonam in particulari. nu. 129. 752.
Iudex in delicto publico poteſt, & tenetur de auctore delicti inquirere in genere, nu. 136. 753.
Iudex an teneatur repellere accuſationem iniuſtam. nu. 14. 757.
Iudex inquirens ſpecialiter abſque infamia, an agat contra ius diuinum. num. 17. ibidem.
Iudex quibus in caſibus poteſt inquirere abſque præuiâ infamiâ. nu. 29. 760.
Iudex qui in cognitione vnius criminis incidenter aliud detegit, quomodo & quando poſsit de illo interrogare num. 30. & 36. 761.
Iudex poteſtatem habet ſuper occultis, non ſimpliciter. nu. 49. 765.
Iudex in foro iudiciali non attendit ex charitate damnum ſpeciale. nu. 53. ibid.
Iudex in omnibus delictis tàm publicis, quam priuatis, poteſt ex officio inquirere. nu. 1. 793.
Iudex licet in cauſis ordinarijs non poſsit ſententiam proferre, niſi ſit concluſum in cauſa, non procedit in cauſis ſummarijs. nu. 180. 829.
Iudicandum non eſt temerè in cauſis fidei. nu 34. 548.
Iudicandum temerè non eſt in rebus occultis dubijs & incertis. nu. 40. 549.
Iudicem conſtituit Sixtus Papa IIII. appellationum ab Inquiſitoribus Prouincialibus interpoſitarum. num. 9. 137.
Iudices, Reges, & Pontifices Iſraelem gubernarunt à Moyſi, vſque ad tempus Chriſto Domino proximum. n. 72. 60.
Iudices ſæculares non poſſunt ſe in negotijs Eccleſiaſticis intromittere. nu. 5. 440.
Iudices de hæreſi tuto pronunciant, ſi error fidei ſit circa ea quæ nullo modo ſit probabile ab errantibus ignorari. num. 35. 549.
Iudices cum errores ſunt manifeſti, non debent ad clementiã inclinare. n. 36. ibid.
Iudices cum conſtat de delicto, & non de delinquente ſi ſecretò illum nouerunt, an ſine infamia poſsint cõtra illũ inquirere, & teſtes interrogare. n. 108. 747.
Iudices ex iuſtis cauſis aliquãdo procedunt contra delinquentes occultos abſque infamia. nu. 23. 617.
Iudices in delicto publico, an poſsint ſine famâ contra delinquentem occultum, ad partis querelam inquirere. n. 111. 748.
Iudices in delicto notorio tenentur inquirere in genere, quis tale delictum commiſit. num. 117. 750.
Iudices ex officio tenentur punire delicta notoria. nu. 120. ibid.
Iudici



Iudici qualiter duplex miſericordia conueniat. nu. 17. 153.
Iudici interroganti de delicto ſine infamiâ, an ſit manifeſtanda veritas. n. 18. 757.
Iudicis delegati infirmitas & abſentia, ſunt iuſtæ cauſæ ſubdelegãdi. n. 56. 527.
Iudicis competentia, ex quibus cauſis petẽda ſit. nu. 26. 725.
Iudicij definitio. nu. 28. 802.
Iudicium cauſarum ſæcularium, in nulla inſtantia pertinet ad Papam. n. 49. 491.
Iudicium quibus modis contingat eſſe contrarium fidei. nu. 55. 552.
Iudicium de peccatis abſoluendis quando commiſerit Chriſtus ſacerdotibus. numer. 81. 660.
Iudicium humanum an iudicet de occultis. nu. 44. 730.
Iudicium temerarium eſt, delinquentem occultum, abſque probatione iudicare, & contra eum alios interrogare. num. 63. 734.
Iudicium temerarium eſt aliquem pro hæretico iudicare, ob leues coniecturas. nu. 89. 742.
Iudicium in rebus dubijs, quâ ratione ſit ferendum. nu. 10. 757.
Iudicium Aſtronomicum ab Eccleſia prohibitum, & à quo tempore edicto S. Inquiſitionis prohibetur. nu. 13. 844.
Iuliani apoſtatæ infelix exitus. n. 40. 313.
Iura humana Imperatorũ ſunt. nu. 41. 490.
Iura incorporalia, quæ tangi nequeunt, poſſideri non poſſunt, ſed ad ſimilitudinẽ rerum corporalium, quaſi poſsideri dicuntur. nu. 71. 811.
Iuramenti forma, & vnde deducta. nume. 5. & 6. 573.
Iuramẽti de calumnia forma vnde ortum habuit. nu 209. 834.
Iuramẽtum præſtitum à Regis officialibus, ac dominis temporalibus, in fauorem S. Officij. nu. 20. 180.
Iuramentum in fauoren S. Officij præſtat Prorex Mexici. nu. 6. 141.
Iuramentum præſtitum per Reges in eorum coronatione in fidei fauorem, & eius forma. nu. 16. 17. & 18. 284.
Iuramentum præſtitũ hæretico accuſationẽ non debet impedire. nu. 26. 710.
Iuramentum de calumnia, quæ in ſe comprehendat. num. 210. 835.
Iuramentum calumniæ, in qua parte accuſationis præſtari debet. n. 211. 837.
Iuramentum calumniæ ſi tacitè omittatur poteſt in quacumque parte iudicij peti, vt iuretur. nu. 212. ibid.
Iuramẽtum calumniæ eſt adeò neceſſarium, vt ſi omittatur, proceſſus ſit nullus: & quid in iure canonico. nu. 213. ibid.
Iure gentium prouincijs omnibus competit ius eligendi Regem. nu. 69. 431.
Iuri diuino & naturali, quædam ſubſunt immediatè, quædam verò mediatè. nu. 42. 764.
Iuriſdictio Imperatoris ſubordinatur iuriſdictioni Pontificis. num. 14. 449.
Iuriſdictio cognoſcendi, non eſt diſtincta à iuriſdictione diffiniendi, ſeu puniendi. nu. 63. 462.
Iuriſdictio delegata ſummi Pontificis licet ſit ſtricti iuris & odioſa, ſecus tamen eſt in cauſis fidei. nu. 20. 522.
Iuriſdictio delegati licet per mortem delegantis exſpiret, ſecus eſt in fidei fauorem. num. 21. ibidem.
Iuriſdictio contentioſa ſi eſſet commiſſa, quod fit à Cõmiſſario, non videtur fieri à committente, quoniam ad eum appellatur. nu. 44. 525.
Iuriſdictio Inquiſitorum non debet extẽdi, ſed reſtringi & quare. nu. 101. 535.
Iuriſdictio Inquiſitorum regni Siciliæ licet à Rege conceſſa fuerit, debet tamen vt Eccleſiaſtica conſiderari. n. 115. 536.
Iuriſdictio Inquiſitorum poſt ſententiam in cauſis fidei regulariter non exſpirat, ſecus in ditionibus Hiſpaniarum. num. 33. 596.
Iuriſdictiones omnes fluunt, & refluunt à ſummo Pont. nu. 1. 396.
Iuriſdictiones ambæ, nempè Eccleſiaſtica & ſæcularis, ſunt in ſolidum penes Eccleſiam. nu. 63. 431.
 Iuriſdi.

Iuriſdictiones quoad exercitium ſunt diſtinctæ, & quoad diuerſos fines. num. 121. 507.
Iuriſdictiones quamobrem diuiſæ ſint. nu. 56. 460.
Ius naturale & diuinum, quomodo intelligitur. num. 28. 760.
Ius diuinum eſt immutabile. nu. 98. 784.
Iuſtificati ex fide pacem habent à Deo. nu. 266. 697.
Iuſtinianus Imperator ſubito morbo è vita migrauit. num. 47. 315.
Iuſtinianus Imperator ab hæreſi reſipiſcens recepit Imperium. num. 51. ibid.
Iuſtitia Domini temporalis Eccleſiæ probatur. nu. 42. 426.

L

LABIA Iudæ, & manus percutientis Chriſtum Dominum poſſunt adorari. numero 55. 352.
Ladiſlaus IIII. Hungariæ Rex trucidatur. num. 92. 318.
Laici ſunt incapaces ſpiritualium. numero 124. 508.
Laicus in Eccleſiaſticis rebus ſi delinquit ab Inquiſitoribus, & iudicibus Eccleſiaſticis iudicatur. nu. 116. 820.
Lamias acerrimè inſectatum eſt ſanctæ Inquiſitionis tribunal. num. 26. 296.
Lamiarum triginta millia vt minimũ ſunt concremata, & quando. nu. 27. ibid.
Lamiæ non ſolùm in religionem, ſed in bona etiam temporalia pernicioſæ. numero 28. ibidem.
Lamiæ plurimæ in Siciliæ regno deprehẽſæ. num. 29. ibidem.
Lapis durus per lucem non viuificatur, oculus cæcus non illuminatur, minuſque lingua arida fœcũdatur. n. 194. 681.
Latria duplex eſt. nu. 11. 343.
Laurentius Valla in carcerẽ Neapolitanum detruditur, & flagellis cæditur, & quare. num. 31. 297.
Laurus viridis quid ſignificat. n. 46. 370.
Legati Apoſtolici Galliarum inquirendi munus S. Dominico iniungunt. numer. 13. 94.
Legati Pontificis Romani eo abſente præſident in Cõcilijs generalibus. n. 20. 403.
Legatio facta à Magno Chã Cublai, ſiue Tartariæ, ad ſummum Pont. nu. 67. 413.
Leges imperantes dominis temporalibus, vt Inquiſitoribus auxilientur, vnde profectæ ſint. nu. 87. 466.
Legis nouæ promulgatio quando facta fuerit. nu. 45. 655.
Leo Iconomachus Imperator hæreticus infelix moritur. nu. 53. 315.
Leo Conſtantini filius infeliciter è vita diſceſſit. num. 55. ibid.
Leo Imperator VIII. occiditur. nu. 57. 316.
Leonis Papæ autoritas pro denũciatione repetenda proponitur. num. 81. 782.
Lepræ genus quadruplex eſt. nu. 7. 448.
Lex quæ tranſtulit poteſtatem in principem, transferre potuit in Pontificem. num. 73. 432.
Lex Pontificia & Imperatoria, ſi concurrat de eadem re, quænam ſit obſeruanda. nu. 102. 503.
Lex Chriſtianorum nulla ſignificatione poteſt appellari hæreſis. num. 4. 543.
Lex quando incipiat habere vim. n. 44. 655.
Lex ciuiliter, & in ſaniorem partem ſumenda, vbi quid proponit faciendum cum animæ periculo. nu. 48. 714.
Lex licet prohibeat extenſionem, tamen de ſimilibus ad ſimilia fit extenſio. nume. 95. 860.
Libera adminiſtratio quando videatur eſſe conceſſa. num. 51. 430.
Liberam habens adminiſtrationem poteſt donare propter cauſam. n. 52. ibid.
Liber quis ſit canonicus ad Concilium Generale legitimè congregatum pertinet diſcernere. nu. 84. 562.
Liber an ſit canonicus, ad ſedem Apoſtolicam pertinet diffinire. nu. 87. 563.
Libri & ſtatua Martini Lutheri cremati. nu. 7. 113.


Libri




Libri Marchionis Villenæ concremati fuerunt. nu. 4. 131.
Libri ſanctorum Doctorum ab hæreticis deprauantur. nu. 18. 325.
Libri qui ſint canonici, ad ſolam Eccleſiam vniuerſalem pertinet diſcernere. nu. 82. 562.
Librorum triplex eſt ordo. nu. 89. 563.
Libros canonicos negare hæreticum eſt. nu. 90. 564.
Libros hæreticorum Inquiſitores igni tradunt. nu. 248. 692.
Libros combuſſiſſe Apoſtolos legitur eorum, qui fuerant ſectati varias doctrinas. nu. 249. ibidem.
Libros hæreticorum penes aliquem repertos quæ ſuſpicio conſequatur. n. 148. 824.
Libros hæreticorum detinens, an & quomodo ſit de hæreſi ſuſpectus. n. 150. 824.
Ligare ſignificat legem imponere. numero 3. 396.
Lingua eſt nuncius, præco, organũ, & tuba intellectus, ac mentis euidentiſſimum argumentum. nu. 121. 821.
Literæ Alexandri IIII. ſummi Pontificis, quibus attributum eſt S. Inquiſitionis munus fratribus Franciſcanis. num. 3. & 4. 112.
Literæ Ferdinandi Regis, in fauorem Neapolitani Inquiſitoris. nu. 3. 191.
Literæ multæ & priuilegia Imperatorum, & Regum, in fauorem ſanctæ Inquiſitionis regni Siciliæ. à num. 8. vſque ad 30. 197.
Literæ D. Philippi II. Regis, in fauorem ſancti Officij regni Siciliæ. numero 26. 213.
Literæ accommodantur Septentrionalibus, quas Maletius, Euſebius, & Baſilius nomine Oriẽtalium Eccleſiarum ſcripſerunt. nu. 26 & 27. 327.
Literæ Clementis Papæ V. quibus Hẽricum habilitat ad Imperium. n. 129. 473.
Literæ Clementis Papæ VI. in quibus ſupplet defectum electionis Imperatoris. n. 131. 473.
Literæ Frederici II. Imperatoris ad Innocẽtium Papam III. quibus à Sede Apoſtolica recognoſcit Imperium, & ſimiles literæ. num. 132. & 136. 474.
Literæ Henrici Imperatoris continentes ratificationem iuramenti. nu. 136. 475.
Literæ Clementis IIII. ad Electores Imperij, quibus illis interdicit, ne Conradinum eligerent in Imperatorem. numero 139. 476.
Literæ Electorum Imperij ad Gregorium X. quibus ab eo poſtulant ſibi concedi, vt Vincislaum Carolo IIII. Imperatori coadiutorem adiungerent. numero 140. 476.
Literæ Gregorij VII. ſumm. Pontific. ad Principes Saxoniæ, quibus illis, & Imperatori mandat vt à bello abſtineant. nu. 145. 477.
Literæ Apoſtolicæ non continent aliquod reprehenſibile. nu. 87. 533.
Literæ monitoriæ quæ in hæreticos proponendæ. nu. 8. 574.
Literis Apoſtolicis nullum verbum cenſetur appoſitum ſine myſterio, quod idem eſt in contractibus & teſtamentis. nu. 86. 533.
Literis in decreti, cauſa ipſius non deſcribitur. nu. 34. 580.
Lites omnes tam ſpirituales, quàm temporales pertinent ad iudicium ſummi Pontificis. nu. 3. 447.
Locus ille Geneſ. 1. in principio, habet tres ſenſus literales, ſecundum quos errores fidei tres refelluntur. numero 74. 558.
Locus congruus & incongruus quis ſit. nu. 92. 605.
Lombardiæ Inquiſitionum deſcriptio. à nu. 1. vſq; ad 20. 254.
Landgrauius Dux Thuringiæ ab Innocentio IIII. ſumm. Pontific. coronatur. nu. 106. 470.
Lotharius VI. Imperator, quo tempore, & à quibus fuerit electus & coronatus. nu. 100. 468.
Lucem in homine pœnitente fidem eſſe. nu. 28. 385.

Lucem in homine Deus accendit, cui tamen dū praua vita illā extinguat.n.31. ibid.

Lucernæ ſeptem ardentes, ſunt dona Spiritus ſancti.nu.36. 386.

Ludouicus Mercator Epiſcopus Dertuſenſis, Inquiſitor generalis fuit.n.5. 160.

F.Ludouicus Donatus Franciſcanus, Inquiſitor Venetæ fuit, & poſtea Cardinalis. nu.1. 265.

F.Ludouicus Granatenſis Officium ſanctæ Inquiſitionis mirum in modum. numer.1. 274.

Ludouicus Bauarus veneno perijt. numero 78. 317.

Ludouicus Romanus Imperator confirmauit donationem factam Eccleſiæ. numer.43. 426.

Luſitaniæ Inquiſitionis inſtitutio.n.1. 226.

Luſitaniæ regnum diu fuit ſine Inquiſitoribus.nu.2. ibidem.

Luſitaniæ Inquiſitionis erectio alio modo deſcribitur. nu.6. ibidem.

Luſitaniæ Inquiſitionis ſtatus.nu.7. ibid.

Luſitaniæ Inquiſitorum Generalium nomēclatura.nu.8. ibid.

Luſitaniæ Iudæorum expulſio.nu.1. 234.

Luſitaniæ Iudæi & Mauri compelluntur, Chriſtianam fidem accipere. n.2. ibid.

Lutheranorum libido.num.61. 335.

Lutetia Pariſiorum Inquiſitores habuiſſe probatur. n.4. 246.

Lux eſt fides, quia res diuinas manifeſtat. nu.29. 385.

Luxuriā facilè dæmō ſeducit vnumquemque.num.213. 684.

Luxuriam eleganter deſcribunt B. Auguſtinus, & B. Ambroſius.n.145. 670.

Luxurioſi fallacijs mulierum decepti, obliuiſcuntur Deum, & Deus eorum memor non eſt.n.210. 684.

M

MACHABÆI fratres ſeptem vnâ cum eorum matre nolētes carnē porcinam edere ab Antiocho Rege interimuntur.nu.25. 80.

Marchiauelli doctrina de regnorum cōſeruatione, falſa & inſana.n.48. 290.

Magdalenam Chriſtus Dominus ſine pœnitentiæ ſacramento abſoluit. numero 92. 661.

Mahumetus quo tempore Dux Saracenorum factus.nu.15. 325.

Mala non ſunt facienda, vt veniant bona. nu.12. 844.

Malè ſonans propoſitio quid ſit.n.107. 567.

Malum ſibi impar diſcolor, & variegatum. nu.7. 382.

Malus ſemel ſi quis fuerit ſemper præſumitur malus.nu.93. 784.

Malus ſemper præſumitur malus.n.60. 809.

Monachem propter peccata occiſus fuit.nu. 90. 74.

Manaſſes fuit idololatra annis 17. exinde pœnituit ex carcere, & à Deo exauditur.nu.106.& 107. 75.

Manes hæreſiarcha viuus excarnificatur. nu.13. 309.

Manichæorum obſcœnitas.nu.57. 334.

Mantuæ doctrina cuiuſdam concionatoris de Chriſti incarnatione reprobatur. n. 32. 297.

Marchæ Treuiſanæ, ſeu Romaniolæ Inquiſitio.num.1. 265.

Marci Epheſini interitus.nu. 31. 312.

Marchionis Villenæ libri concremati.num. 4. 131.

Margarita de Trento Dulcini concubina, & dogmatiſtes interimitur. numero 20. 295.

Maria monialis monaſterij Annunciationis Luſitaniæ, deprehenſa & caſtigata, & de eius vita. nu.11.pag.233.& nu. 16. 302.

Maria Regina Scotiæ, in cuſtodia ab hæreticis coniecta eſt.num.44. 332.

Maria Regina Scotiæ, iuſſu Elizabethæ Angliæ obtruncata eſt. numero 45. ibid.

S.Maria Virgo ſtella fulgens in medio cæli eſt.nu.671. 153.

S.Maria Virgo omnibus omnia facta eſt, ſecundum Bernardum.nu.154. 671.

S.Maria.

S.Maria Virgo quibus rebus aſſimiletur. nu.156. 672.

S.Maria Virgo in Adamo peccaſſe dicitur. nu.160. ibidem.

S.Maria Virgo debitum peccati originalis contraxit.nu.161. ibidem.

S.Maria Virgo ſanctificari, & præſeruari potuit à peccato originis in primo inſtanti ſuæ conceptionis.n.162. ibid.

S. Maria Virgo iuxta D.Thom.cōcepta fuit in peccato originali.nu.163. 673.

S. Maria Virgo ſanctificata fuit in inſtanti ſuæ conceptionis, & quomodo. num. 164. ibidem.

S.Maria Virgo concepta fuit ſine vlla macula originalis peccati, & probatur multipliciter.nu.165. ibidem.

S. Maria Virgo præſeruata fuit ab illa ſententia Geneſ.2. [ puluis es ]. numero 166. 674.

S. Maria Virgo quare non fuit præſeruata à pœnarum & peccati originalis effectibus.nu.168. 675.

S.Maria Virgo altiori modo quam nos fuit redempta per Chriſtum nu.169. ibidē.

S.Maria Virgo aliter fuit immunis à peccato originis quā Chriſtus D.n.171. 677.

S.Maria Virgo dato quod ſit concepta abſq; peccato originali, ſi mortua fuiſſet ante Chriſtum, an deſcendiſſet ad Limbum. nu.185. 679.

S.Mariam Virginem conceptam fuiſſe abſq; originali peccato, an ſit de fide.numero 172. 677.

S.Mariam Virginem fuiſſe conceptam, vel non in peccato originali, neutrum eſt de fide.nu.177. ibidem.

S.Mariæ Virginis miſericordia maximè commendatur.nu.155. 671.

S. Mariæ Virginis immaculata virginitas vaticinata & adumbrata multipliciter fuit in veteri Teſtamēto.nu.157. 672.

S. Mariæ Virginis vterus cādidus & eburneus dicitur.nu.158. ibidem.

S.Mariæ Virginis conceptionem celebrans Eccleſia, illam celebrat vt quid pium. nu.179. 678.

Martini Lutheri hæreſis damnata, ſtatua & libri cremati.nu.7. 113.

Martini Lutheri errores & hæreſes deſcribuntur in Bulla Leonis Papæ X. numer.7. 114.

Martini Lutheri hæreſiarchæ infelix exitus.nu.33. 312.

Martini Lutheri decretum obſcœnum & libido.nu.60. 335.

Martino Luthero autore, ruſtici contra dominos ſuos arma ſumpſerunt. numero 30. 330.

Martinus Lutherus decreta Pontificum publicè concremauit.nu.17. 325.

Maſculi coeuntes non ſiunt vna caro.num. 142. 669.

Maſculorum concubitus, eſt contra naturæ inclinationem.nu.143. 670.

Mathathias Inquiſitoris munere fungitur, cum quinque filijs multoties. num. 26. 28.& 29. 80.

Mathathias & Iudas ſacerdotes, & duces ſimul erant.nu.54. 460.

Mathanias Rex filius Oſiæ idololatra fuit. nu.18.& 19. 76.

Matrimonij ſacramentum qui hæretici negauerint, vbi recenſentur eorum errores.nu.122. 664.

Matrimonij ſacramentum immediatè inſtitutum eſt à Chriſto Domino. numero.123. ibidem.

Matrimonij ſacramentum bifariam ſumitur.nu.125. 665.

Matrimonij ſacramenti materia & forma quæ ſint.nu.128. 666.

Matrimonij ſacramentum dupliciter accipitur.num.129. ibidem.

Matrimonij ſacramenti miniſter quis ſit. nu.130. ibidem.

Matrimonij ſacramenti duplex aſſignatur definitio.nu.131. 667.

Matrimonij in ratione matrimonij traditur definitio.nu.132. 668.

Matrimonij ſacramenti materiam & formā Chriſtus nō expreſſit.n.133. ibid.

Matrimonij ſacramenti finis duplex eſt. nu.134. ibidem.

*Matrimonium inſtitutum fuit diuerſimodè iuxta diuerſos hominum ſtatus, & ſolum fuit ſacramentum in noua lege. nu.124.* 664.

*Matrimonium quando & vbi fuerit inſtitutum ſacramētum à Chriſto, & à quo publicatum.nu.127.* 665.

*Matrimonium iuſtum Pagani, & Iudæi non habent.nu.102.* 817.

*Mauri omnes in Hiſpania Chriſtianam fidem recipiunt.nu.17.* 168.

*Mediolani primus Inquiſitor fuit S. Petrus Martyr,& quæ in ea fecit.à nu.4. vſq; ad 11.* 253.

*Mediolani Epiſcopi & Ordinarij, contra hæreticos, vſque ad annum 1232. proceſſerunt.nu.6.* 255.

*Melchiſedech ſimul ſacerdos & Rex fuit. nu.55.* 460.

*Membrum, quam ſignificationem habeat in ſacris literis.nu.63.* 555.

*Memoria hæretici defuncti vt damnetur, nullo tempore poteſt præſcribi. numero 83.* 588.

*Menandri Samaritani hæreſiarchæ interitus.n. 9.* 309.

*Methodus quot ſub ſe comprehendat. numer.3.* 630.

*Mexicana Inquiſitio,quando & à quo fuit inſtituta.nu.4.* 240.

*Mexici Inquiſitorum & officialium ſancti Officij nomenclatura.num.5.* ibid.

*Mexici Prorex iuramentum in fauorem fidei præſtat.nu.6.* 241.

*Mexici Inquiſitores actus fidei celeberrimos celebrant. à numer. 7. vſque ad 16.* ibidem.

*Mexici Inquiſitorum & officialium ſancti Officij dignitates.à nume.17.vſque ad 22.* 242.

*F.Michael Guiſlerius, qui fuit poſtea Papa Pius V. Inquiſitor Comi fuit, & quæ fecit.nu.16.17.& 18.* 261.

*Michael Pedrola Viamōte pſeudopropheta punitur.nu.17.* 304.

*Michael Seruetus capitis damnatur.nume. 32.* 312.

*Michael Balbus miſerabiliter excruciatus deceſsit num.58.* 316.

*Michael Palæologus deponere imperiū cogitur.nu.69.* ibidem.

*Michæas idololatriam renouauit. num.75. 76.& 77.* 60.

*Miles vtens illicitis inſignibus falſi tenetur.nu.112.* 819.

*Milites diuerſorum inſtitutorum, quare Crucem in pectore verſicolorē geſtant. nu.35.* 367.

*Milites D.Iacobi,Calatrauæ, & Monteſæ, Crucem rubeam deferentes quid ſignificant.nu.37.* 368.

*Milites D.Ioannis Crucem Albam deferentes,quid annunciant.n.38.* ibid.

*Miniſter matrimonij ſacramenti quis ſit. nu.130.* 666.

*Miniſtri & officiales, ſi facinora impunita neglexerint,ſimili pœnâ plectuntur. n. 18.* 21.

Mi*niſtros & officiales.S.Officij in ditionibus Hiſpaniæ Inquiſitor generalis nominat.nu.11.* 150.

*Miniſtros malos Chriſtus Dominus in hac vita permittit Eccleſiaſtica officia exercere,& quare.nu.11.* 844.

*Miracula virtute Crucis effecta eius virtutem detegunt.nu.1.* 352.

*Miracula & reuelationes factæ in fauorem immaculatæ conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ quam vim contineant.nu.176.* 677.

*Miraculum inſigne Crucis in pauimento depictæ.nu.45.* 360.

*Miraculum quoddam recenſetur, quod D. Gregorius retulit ex pontificia poteſtate.nu.66.* 413.

*Miſericordia Inquiſitoris Generalis quomodo penſanda ſit.nu.16.* 152.

*Miſericordia duplex qualiter iudici conueniat.nu.17.* 153.

*Miſericordia,& æquitas præualent rigori, vbi lex ſcripta non eſt.num.19.* 154.

*Mitra in tribunali S.Officij quibus imponitur.nu.70.& 71.* 390.

*Moyſes quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ante Deum in monte extitit, vt ipſum de peccato vituli placaret.nu.46.* 57.

*Moyſes ob eius infidelitatem & incredulitatem ante ingreſſum terræ Promiſſionis mortuus eſt.nu.63.* 58.

*Moyſes fuit princeps temporalis, & ſumm. Pontifex ſpiritualis.nu.39.* 424.

*Moyſes fuit Sacerdos ſimul & Dux.nume. 57.* 460.

*Monachus Archidiaconus Eccleſiæ Caſtrenſis,& Inquiſitor iugulatur. num. 10.* 109.

*Monachis quare rerum poſſeſsio & adminiſtratio interdicta ſit, Epiſcopis verò (qui monachi ſunt) conceſſa. numero 89.* 501.

*Monarchia eſt melior, quam Ariſtocratia. nu.48.* 458.

*Moniales Valliſoleti, tempore Cazallæ in ſuggeſtum aſcendebant,& concionabantur.nu.7.* 301.

*Monitio quot modis ſumatur.nu.43.* 639.

*Monitio quomodo ſoleat à iudicibus litigātibus fieri,& ad quid.nu.44.* 639.

*Monitio facta per Inquiſitores confeſſarijs ſolicitantibus mulieres ad actum libidinis.nu.169.* 871.

*Monitiones tres per decem dies reo fiunt. nu.38.* 580.

*Monitionis factæ per Inquiſitores confeſſarijs ſolicitantibus mulieres ad actum libidinis forma.nu. 170.* 882.

*Monomacho imperante totus Oriens, vſque ad oram Conſtantinopoli continētem ſub actus à Turcis.num.60.* 316.

*Montani Priſcillæ & Maximillæ,hæreſiarcharum exitus infelix.num. 12.* 309.

*Mori quis potius debet, quàm peccare. numer.12.* 544.

*Mors omnia ſoluit,itaque & crimen.num. 78.* 587.

*Mors hæreſim non extinguit.nu. 79.* ibid.

*Mortis articulo abſoluit quilibet ſacerdos. nu.109.* ibidem.

*Motus inordinatus in ſtatu innocentiæ nullus exſtitit, qui rationis dominium detrectaret.nu.6.* 24.

*Mulier infidelis fuit in recitando diuino præcepto, de ſuo enim addidit [ne tangeremus illud.]nu.1.* 15.

*Mulier prægnans non torquetur. numero 9.* 592.

*Mulier contra confeſſariū ab libidinem in confeſsione ſolicitantem, poteſt eſſe teſtis & accuſatrix.nu. 142.* 871.

*Mulierem in confeſsione confeſſarius ſolicitans ad alia peccata non dicitur ſuſpectus, nec talis ſolicitatio pertinet ad Inquiſitores.nu.121.* 865.

*Mulieres an poſſint, ſimul accuſare & deponere,& ſic duo ſubire officia. num. 18.* 846.

*Mulieres ab libidinem confeſſarij ſolicitātes in actu confeſsionis, nō ſolùm peccant contra puritatem ſacramenti, ſed etiam contra illius ſecuritatem. nume. 120.* 865.

*Mulieres an ſint idoneæ teſtes contra confeſſarios in confeſsione ad libidinem ſolicitantes. à nume.132.vſque ad nu. 144.* 868.

*Mulieres in cauſa criminali de iure canonico,à teſtificando non repelluntur.nu. 134.* 869.

*Mulieres in crimine hæreſis læſæ maieſtatis, ſimoniæ, & alijs exceptis criminibus fidem faciunt,nu.135.* ibidem.

*Mulieres plenè probant,quando veritas aliter haberi,& detegi non poteſt.numer. 137.* 870.

*Mulieres duæ plenè probant delictum in caſu, quo veritas aliter haberi non poteſt.nu.138.* 870.

*Mulieres admittuntur ad teſtificandum, quando agitur de probatione facti ab eis tractati.nu.139.* ibid.

*Mulieris vecordiam Rupertus Abbas graphicè depingit.nu.6.* 15.

*Mulierum defectus & natura, & ad quæ bona de iure prohibentur.num.129.& 130.* 867.

*Munus potiſsimum ſæcularium poteſtatum,in quo conſiſtat.n.37.& 43.*455.

*Murmuratoris queruloſi conditio. numero 250.* 692.

*Murzufflus Imperator vitâ priuatur. nu. 68.* 316.

*Mutanda non ſunt, quæ moribus & conſuetudine recepta ſunt. nu. 126.* 538.

## N

NABVCHODONOSOR *Rex Babyloniæ, Inquiſitoris officium exercuit, cõtra Eliachim hæreticum. à n. 115. vſq; ad 127.* 75.

*Nadas poſt mortẽ Ieroboam patris eius regnauit, & propter eius idololatriam à Baaſa interfectus. nu. 29. & 30.* 71.

*Natura hominis ex ſe nunquam inclinare poteſt, ad actum carnalem malum. nu. 86.* 858.

*Nauarræ regni Inquiſitio, quando & à quo inſtituta, & deinde renouata fuerit. nu. 1. & 2.* 244.

*Neapoli Inquiſitio, quando inſtituta fuit. nu. 1.* 191.

*Nefandi criminis cognitio ad Inquiſitores coronæ Aragoniæ pertinet. numero 35.* 184.

*Negatiua coarctata loco & tempore probabilis eſt. nu. 98.* 816.

*Negatiuam qualitatis naturalis neganti incumbit probare. num. 60.* 733.

*Negligentia dolo æquiparatur. n. 63.* 527.

*Negligentia quanto tempore iudicatur, & quomodo probetur. nu. 64.* ibidem.

*Negligens quis dicatur. nu. 65.* ibidem.

*Nemo quod non habet alij permittit. numero 8.* 448.

*Nemo obligatur ad impoſsibile. numero 63.* 778.

*Nemo præſumitur dicere, quod prius non cogitauerit, & talis præſumitur qualia verba profert. nu. 80.* 813.

*Nemrod primus tyrannus, & hominum oppreſſor fuit. nu. 1.* 48.

*Nemrod idololatriæ inuentor exſtitit, Chaldæis ſuaſit ædificare turrim. numero 2. & 3.* ibidem.

*Neſtorij hæreſiarchæ linguam vermes corroſerunt. nu. 17.* 311.

*Neſtorij hæreſis cũ defendebatur, luctuoſiſsima clades inflicta eſt Romano Imperio. nu. 103.* 320.

*Nicephorus interficitur. nu. 56.* 316.

*S. Nicolai, & Ioannis Epiſcoporum & Inquiſitorum Vngariæ & Poloniæ martyrium. nu. 1.* 252.

*F. Nicolaus Roſelli Inquiſitor fuit Aragoniæ. nu. 18.* 110.

*F. Nicolaus Eymericus Inquiſitor fuit Aragoniæ. nu. 19.* ibidem.

*F. Nicolaus Hungarus Inquiſitor ab hæreticis interficitur nu. 20.* 111.

*Nicolaus Rex Perſarũ per legatos petijt fœdus contra Turcas à Sum. Pontif. tanquam à Chriſtianorum capite. numer. 70.* 413.

*Niger campus in ſtemmatibus Sanctæ Inquiſitionis quid ſignificet. nu. 69.* 375.

*Noe per obedientiam fuit à diluuio liberatus, & alia de inobedientia deſcribuntur. nu. 192.* 680.

*Nomenclatura Commiſſarij Generalis, Aſſeſſorum, & officialium Inquiſitionis Romæ. nu. 24.* 129.

*Nomenclatura Inquiſitorum Generalium Hiſpaniæ à nu. 1. vſque ad 15.* 156.

*Nomenclatura illorum, qui lapſi ſunt per ineptã ſcripturæ ſacræ interpretationẽ. nu. 61.* 554.

*Nomen Petræ vnũ eſt ex Chriſti nominibus nu. 14.* 399.

*Nomina & effigies reconciliatorum & damnatorum obſcuratas Inquiſitores dum viſitant renouari iubent. numer. 10.* 43.

*Nomina & effigies rec̃ociliatorum in edicto gratiæ non ſunt in Eccleſijs apponenda. num. 11.* 43.

*Nomina & effigies reconciliatorum ſeu dãnatorum in Regno Siciliæ non permittitur in Eccleſijs inſcribi. nu. 12.* ibid.

*Nomina*





*Nomina apponuntur ſæpè, vt diſponentium voluntas innoteſcat. nu. 10.* 398.

*Nomina noua nũquam Deus impoſuit ſine magna cauſa. nu. 12.* 399.

*Nominis mutatio, quando improbetur in iure, & quibus liceat mutare nomen. nu. 8.* 398.

*[Nos Inquiſitores] in edicto fidei, quare in plurali numero ponatur. nu. 7.* 631.

*Notarius ſiue ſcriba S. Officij legit acta proceſſus. nu. 56.* 585.

*Notarius in officio ſuo præſumitur verum ſcribere. nu. 57.* 733.

*Notoria delicti & delinquentis euidentia vicem gerunt accuſatoris, vt iudex poſsit per receptionem teſtium contra aliquem ſpecialiter procedere. numero 76.* 738.

*Notorijs olim vtebatur Irenarchæ, & Apparitores. nu. 34.* 773.

*Notorio non tanta fides adhibenda, vt ſtatim reus damnetur. num. 33.* ibid.

*Notorium quid ſit. nu. 77.* 738.

*Notorium denunciatoris quid ſit. numero 30.* 773.

*Notorium tam fit verbo, quam ſcripto. num. 32.* ibid.

*Noui operis nunciatio vt plurimum fit extra iudicium num. 6. & 10.* 769.

*Noui operis nunciatio quid eſt, & quæ ſit eius forma. nu. 12.* 770.

*Nubes ſine aqua, à vento facilius circumagitantur, & de alijs effectibus. nume. 216.* 685.

*Nulla notatur infamia, qui reſipiſcunt ex edicto Inquiſitorum. nu. 11.* 43.

*Nullitas proceſſus ſequitur ex defectu citationis. nu. 4.* 27.

*Numa Pompilius melius meritus eſt de ciuitate* Romana, *quam Romulus. nume. 3.* 281.

*Nunciare cauſam, & nunciare quid ſignificat in iure. nu. 11.* 770.

*Nunciare ſumitur pro monere nu. 40.* 774.

*Nunciatio noui operis vt plurimum fit extra iudicium. num. 6. & 10.* 769.

*Nunciatio ſiue denunciatio, non ſolùm de crimine fit in iure. numer. 8.* 770.

*Nunciatio noui operis quid eſt, & quæ ſit eius forma. num. 12.* ibid.

*[Nuncium] pro omine, oraculo, & diuino reſponſo à Poetis ſumitur. numero 39.* 774.

## O

OBEDIENTIA *quibus debeatur, vbi adducuntur plura exempla, nu. 190.* 680.

*Obedientia includitur reuerentia. nu. 8.* 708.

*Obedientia debetur Inquiſitoribus. numer. 11.* ibidem.

*Obedientiæ definitio. num. 9.* ibidem.

*Obedientiæ & reuerentiæ differentia. nu. 10.* ibidem.

*Obedire Inquiſitoribus omnes generaliter tenentur. num. 24.* 635.

*Obiectum mouet potentiam. n. 79.* 392.

*Obligatio nulla eſt impoſsibilis. numero 63.* 778.

*Obſtacula facta per Iudæos Cæſarauguſtæ introductioni ſancti Officij. numero 22.* 181.

*Obuagulatio in teſtimonij denunciatione quid fuerit. nu. 19.* 772.

*Occidẽs aggreſſorem licet excedat modum inculpatæ tutelæ, non eſt puniendus pœnâ mortis, ſed aliâ mitiori. numero 97.* 816.

*Ochozias poſt mortem patris eius regnauit in Iſrael in hæreſi & idololatria, & à Deo punitus. à nu. 53. vſq; ad 59.* 72.

*Occulta an cadant ſub poteſtate iudicis. numer. 7.* 756.

*Occulta quæ ſunt improbabilia, an cadant ſub humanum iudicium. n. 12.* 757.

*Occulta delicta, an iuridicè poſsint probari, nu. 13.* ibidem.

*Occulta ex accidenti bene cadunt ſub iudicio humano. nu. 51.* 765.

*Occulta omnino nequeunt iuridicè probari. nu. 52.* ibidem.

*Occulta*

Occulta hæreſis eſt denuncianda. numero 82. 782.
Occulte geſta improbitatis ſuſpicionẽ reddunt. nu. 61. 852.
Occultos peccatores reuelare, eſt contra ius naturæ. num. 125. 751.
Oderunt peccare mali formidine virgæ. nu. 16. 383.
Oecolampadius hæreſiarcha infeliciter è vita diſceſsit. num. 34. 313.
Officiales S. Officij tenentur ſub pœna peccati mortalis ſeruare ſecretum. nume. 9. 33.
Officiales & miniſtros S. Officij Inquiſitor Generalis nominat in ditionibus Hiſpaniarum. nu. 11. 150.
Officiales S. Officij cæterorum tribunalium officialibus antecellunt. nu. 15. 270.
Officij ſanctæ Inquiſitionis reformatio, à quibus facta fuit. num. 4. 135.
Officij S. Inquiſitionis poteſtas, in omne hominum genus animaduertit. nume. 1. 267.
Officij ſanctæ Inquiſitionis poteſtati reſiſtere nemo valet. num. 20. 272.
Officij ſanctæ Inquiſitionis dignitas, vtilitas & fructus. à numero 1. vſque ad 22. 267.
Officij ſanctæ Inquiſitionis aliquorum hominum detecta flagitia, quos populi venerabantur. nu. 36. 298.
Officio ſanctæ Inquiſitionis debentur fidei conſeruatio & alia bona. nu. 26. 286.
Officio ſanctæ Inquiſitionis debetur pax & tranquillitas Hiſpaniarum. nume. 46. 290.
Officium ſanctæ Inquiſitionis exemplo Dei bonorum confiſcatione vtitur. numero 2. 45.
Officium ſanctæ Inquiſitionis per multos annos delegatur fratribus Prædicatoribus. num. 1. & 2. 108.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, quo tempore in regno Caſtellæ ſtabilitum fuit. à nu. 1. vſque ad 13. 131.
Officium ſanctæ Inquiſitionis eã rectitudine & ſanctitate pollet, vt nullis humanis reſpectibus flecti poſsit. numero 9. 269.
Officium ſanctæ Inquiſitionis ſummâ pietate ægrotis, & incarceratis omnia neceſſaria largitur. nu. 10. ibidem.
Officium ſanctæ Inquiſitionis maturè reorum cauſas decidit. nu. 11. ibidem.
Officium ſanctæ Inquiſitionis innocentes lauro & palmâ decorat. nu. 12. ibid.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, nullum familiarem recipit, qui antiquâ familiâ, & claro ſanguine non ſit natus. nume. 16. 271.
Officium ſanctæ Inquiſitionis Eccleſiæ Dei maximos fructus attulit. nu. 17. ibid.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, multi viri illuſtres laudauerunt, & præclare locuti ſunt. à num. 1. vſque ad numerũ 18. 273.
Officium ſanctæ Inquiſitionis regnorum pacem & concordiam conſeruat. nu. 28. 286.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, altiſsimâ Dei prouidẽtia inſtitutum fuit ad hæreſes exſtirpandas. à nume. 1. vſque ad 43. 290.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, à Catholicis Regibus inſtauratum fuit Martino Luthero in Saxonia nato. nu. 5. 292.
Officium ſanctæ Inquiſitionis in Hiſpania maiori autoritate & potentia viget, quàm in alijs regnis. nu. 44. 299.
Officium ſanctæ Inquiſitionis, non ſolùm hæreſibus, ſed multis etiam calamitatibus aditum intercludit. nu. 1. 307.
Olipius hæreſiarcha tribus fulminibus ictus corruit. nu. 18. 311.
Oliua quare in ſtemmatibus Inquiſitionis apponitur. num. 67. 374.
[Omnis] eſt dictio vniuerſalis, idemque ſignificat quod dictio vnuſquiſque. nu. 26. 636.
[Omnis] eſt dictio adeò vniuerſalis, vt vim habeat ſpecialis expreſsionis, includat omnia quæ dici vel cogitari poſſunt, eaque quæ non includerentur, nihilq; intactum deſerit. num. 28. ibid.


[Omnis]

INDEX.


[Omnis] vniuerſalis dictio, quomodo ſumatur in iure. nu. 49. 714.
Opinio D. Nauarri lib. 5. conſil. tit. de hæret. conſil. 2. à nu. 1. & 5. fol. 121. reprobatur. nu. 91. 860.
Opera ad quæ homines communiter procliues ſunt, dupliciter conſiderantur, & in quibus quis dicatur de hæreſi ſuſpectus. nu. 73. 854.
Opera facta ex animi paſsione & ex errore intellectus quæ & quando ex eis quis dicatur de hæreſi ſuſpectus. numero 84. 858.
Opera ad quæ voluntas non ex ſe mouetur quæ & quando ex eis quis dicatur de hæreſi ſuſpectus. nu. 89. 859.
Opera ab hæreticis ſpecialiter laudata ſuſpicionem manifeſtã hæreſis inducũt. nu. 99. 861.
Opus externum, an dicatur quodammodo hæreſis. n. 71. 853.
Ordinationem ſacramentum eſſe multipliciter conſtat. nu. 93. 661.
Ordines licet ſint plures, omnes vnũ ſacramentum conficiunt. nu. 100. 662.
Ordinis ſacramentum qui hæretici negauerint. nu. 83. 660.
Ordinis ſacramentum immediatè inſtitutum fuit à Chriſto Domino. numero 84. 660.
Ordinis ritus exterior, & gratiæ promiſsio manifeſtata ſunt à Paulo Apoſtolo. nu. 85. ibidem.
Ordinis ſacramenti inſtitutio & præceptũ inſinuata ſunt à Paulo Apoſtolo. num. 86. 661.
Ordinis ſacramẽto eſſentialis eſt manuum impoſitio, per quam confertur gratia. nu. 89. ibidem.
Ordinis actus omnes exercuit Chriſtus Dominus, & quando. nu. 96. 662.
Ordinis effectus duplex eſt. numero 102. ibidem.
Ordinis character nõ ſuſcipitur abſque charactere Baptiſmali. nu. 103. ibidem.
Ordinis character non præſupponit neceſſario cõfirmationis charactere. n. 104. ibid.
Ordinum minorum actus Chriſtus Dominus exercuit, & quando. n. 97. ibid.
Ordo eſt ſacramentum, & cõfert gratiam. nu. 94. 661.
Ordo & Baptiſmus, reiterari non poſſunt. nu. 95. ibidem.
Ordo procedendi in cauſis fidei, ex communi Hiſpaniarum ſtylo. numero 32. 803.
Oſſa Guilelmi Cornelij hæretici cõcremata fuerunt. nu. 38. 298.
Oſſa Guilelmæ fœminæ aduſta fuerunt. nu. 39. 299.
Oſſa plurimorum hæreticorum combuſta. nu. 37. 38. 39. & 40. 298.
Oſſa hæreticorum quare effodiuntur. num. 84. 588.
Oſeas propter idololatriam fuit deuictus à Salmanaſare Rege. nu. 93. 74.
Otto III. Imperator, quo tempore imperauerit. nu. 82. 465.
Otto anno 1211. ab Innocentio III. ſumm. Pontif. Imperator coronatus eſt. numero 104. 470.
Ozias cum Matathia filio ſuo regnarunt in Iuda annis 52. nu. 96. 74.


## P


PAGANI & Iudæi matrimonium iuſtum non habẽt, nec teſtimonium ferunt propter infamiã, & vilitatem ſuam. nu. 102. & 103. 817.
Pagani hæredes inſtitui non poſſunt. nume. 105. teſtamenti factionem non habẽt. nu. 105. donationes, nec facere nec admittere poſſunt. nume. 106. dignitates nullas habere poſſunt. nu. 107. aduocationibus non funguntur. nu. 108. militare non poſſunt. nu. 109. docere nõ valent 110. confugere in Eccleſias eis nõ prodeſt. num. 111. priuilegijs Chriſtianorum non vti poſſunt. numero 113. pag. 818. & 819.


F. Paganus

F. Paganus alias Petrus Fiel, Inquiſitor ab hæreticis perimitur. nu. 16. 110.
F. Panonius, Inquiſitor trucidatur. numero 29. 111.
Panormitani Abb. dictum circa mutationem nominum ſummorum Pontificum improbatur. num. 11. 398.
Papa ſolus de cauſis maioribus, & ad Deum ſpectantibus iudicat. numero 4. 32.
Papa Pius V. diplomate Apoſtolico commiſit Inquiſitori Generali Hiſpaniæ, poſſe Inquiſitores inſtituere in Naualibus, & Triremibus bellicis. numero 7. & 8. 225.
Papa Pius V. Regi Hiſpaniæ perſuaſit, vt ad normam Hiſpaniæ Inquiſitionē in Mediolani Ducatu introduceret. numero 19. 262.
Papa Pius V. Inquiſitionem Venetiæ ad normam Hiſpaniæ reducere voluit, & eius rei ſucceſſus. nu. 2. & 3. 265.
Papa Pius V. Inquiſitionis Officium multis priuilegijs decorauit. nu. 16. 278.
Papa vt priuatus propter hæreſim deponitur. nu. 7. 268.
Papa ad imitationem D. Petri nomina mutat. nu. 9. 398.
Papa vnus eſt Eccleſiæ Romanæ. numero 22. 403.
Papa habet primatum ſuum immediatè à Chriſto, & ſuccedit Petro in Eccleſiaſtica monarchia. nu. 25. ibidem.
Papa in cauſis fidei decidendis non poteſt errare. nu. 26. 405.
Papa vice Chriſti Domini noſtri in terris fungitur. nu. 32. 406.
Papa omnia poteſt, & quomodo id intelligatur. nu. 34. ibidem.
Papa, in quibus caſibus habet diſpenſandi poteſtatem. nu. 37. ibid.
Papa maior eſt Concilio, & in illud habet poteſtatem. nu. 41. 407.
Papa ſolus poteſt ex cauſa limitare conſtitutiones iuris diuini. nu. 42. ibid.
Papa ſolus poteſt indulgere plenam peccatorum veniam. nu. 43. ibidem.
Papa ſolus poteſt ſoluere clericum, quin teneatur Canonicas horas dicere. numer. 44. ibidem.
Papa eſt ſponſus vniuerſalis Eccleſiæ. num. 45. 408.
Papa in terris non minorem habet, quam Paulus Apoſtolus, poteſtatem. numero 49. 408.
Papa Romanus eſt propter Eccleſiam, non Eccleſia propter Papam. nu. 57. 409.
Papa ſecundum hæreticos, nullam habet tēporalem iuriſdictionem. n. 2. 417.
Papa eſt Vicarius Dei in terris. numero 60. 430.
Papa in patrimonio S. Petri, vtramque habet iuriſdictionem ſine controuerſia, nec in temporalibus ſubeſt Imperatori. nu. 80. & 83. 433.
Papa ſecundum Iuriſperitos, nullam habet iuriſdictionem in terris imperij. num. 1. 440.
Papa in Paganos & infideles iuriſdictionem exercere non poteſt, ſecundum Iuriſprudentes. nu. 22. 443.
Papa habet duos gladios, ex Chriſti inſtitutione. n. 2. & 18. & ſpirituali poteſtati ſæcularis in Papa coniungitur. nume. 20. 447.
Papa vniuerſaliter habet ſupremam poteſtatem. nu. 4. & 30. ibid.
Papa tria iudicia iudicare poteſt. numero 6. 448.
Papa vacante Imperio, illud adminiſtrat, & in illo reſidet. nu. 9. & 142. & qui Imperio vacante opprimuntur ad ſummum Pontificem recurrunt. numero 16. ibidem.
Papa Imperatorem iudicat. n. 11. ibid.
Papa poteſt in quocumq; loco erigere dignitates. nu. 12. & 74. 449.
Papa concedit Regiam dignitatem. numero 13. ibidem.
Papa Clemens V. reuocauit ſententiam per Henricum VI. Imperatorem, contra Robertum Regem Siciliæ. n. 17. 450.
Papa gladium materialem nutu habet, Imperator iuſſu. nu. 22. ibid.

Papa

INDEX.

Papa ſe habet ad Reges, ſicut Architectus ciuilis ad alios artifices ciuitatis. num. 26. 451.
Papa habet temporalem iuriſdictionem ratione pacis conſeruandæ, & quomodo probatur. nu. 66. & 67. 462.
Papa Stephanus. II. Imperium à Græcis ad Gallus tranſtulit. nu. 76. 464.
Papa Reges creat, vngit, confirmat, eos trāſfert & deponit. nu. 77. ibidem.
Papa Gregorius V. Germanis conceſsit, vt eligerunt Regem Romanorum numer. 78. 84. & 88 464.
Papa Regem electum approbat. numero 79. 465.
Papa priuilegium conceſsit aliquando imperandi ex ſucceſsione vſque ad tertiā generationem, & quæ fuerit cauſa. nu. 81. & 83. ibidem.
Papa poteſt electores Imperij mutare. num. 89. 466.
Papa Benedictus VIII. coronauit Henricū. I. Imperatorem. nu. 94. 468.
Papa Ioannes XX. coronauit Cōradum Imperatorem & de eius legibus. numer. 95. ibidem.
Papa Nicolaus natione Burgundus coronauit Henricum Imperatorem. nume. 97. ibidem.
Papa Gregorius VII. elegit in Imperatorem Rodulphum Dux Saxoniæ. numer. 98. ibidem.
Papa Paſchalis. II. coronauit in Imperatorem Henricum IIII. qui eius pedes oſculatus eſt. num. 99. ibidem.
Papa Honorius. II. miſit legatos in Teuthoniam pro pacifica electione Lotharij Ducis Saxoniæ in Imperatorem nu. 100. ibidem.
Papa Clemens III. coronauit Henricum V. Imperatorem. nu. 103. 469.
Papa Innocentius III. coronauit in Imperatorem Ottonem. nu. 104. 470.
Papa Honorius III. coronauit Fredericum II. in Imperatorem. nu. 105. ibidem.
Papa Innocentius IIII. Landgrauium Duce Thuringiæ in Imperatorem coronauit. nu. 106. 470.
Papa Clemens IIII. vacante imperio elegit vicariū Generalē Imperij. n. 109. ibidē.
Papa Benedictus VII. Micagislaum Principē Polonum Regē fecit. nu. 110. ibidē.
Papa Benedictus VII. Regiam dignitatem cōceſsit Stephano Principi Hungariæ. nu. 111. ibidem.
Papa Lucius. II. ſeu Cæleſtinus II. dedit titulum Regis Siciliæ Rogerio Duci Apuliæ & Calabriæ. nu. 112. ibidem.
Papa Gregorius III. Alphonſum Ducē Portugalliæ Regem fecit. nu. 113. ibidem.
Papa Innocentius IIII. Guilelmum dominum Siciliæ Regem conſtituit. numer. 114. 471.
Papa Nicolaus III. conceſsit regnum Siciliæ Petro filio Ferdinandi Regis Caſtellæ. nu. 115. ibidem.
Papa Nicolaus. III. dedit formam magiſtratibus Florentiæ. nu. 116. ibidem.
Papa Bonifacius VIII. conceſsit Regi Aragonum Regnum Sardiniæ. numero 117. ibidem.
Papa Gregorius, communi Florentiæ iuriſdictionem reſtituit. nu. 118. ibidem.
Papa Clemēs V. Frederico filio Regis Caſtellæ Sardiniam conceſsit. nu. 119. ibidē.
Papa Ioannes XXI. vacante Imperio creauit Imperij vicariū in Italia Robertum Neapoli Regem. nu. 120. ibidem.
Papa Benedictus VII. Ioannem, & Luchinum fratres, vicarios Imperij conſtituit. nu. 121. ibidem.
Papa Paulus Rorſum Ferrariæ Ducem inſtituit. nu. 122. ibidem.
Papa Alexander VI. Ferdinandum Hiſpaniæ Regem Catholicum appellauit, & Indiarum Regnum ei conceſsit. numero 123. ibidem.
Papa Pius V. Coſmum Medices Magnū Ducem Hetruriæ creauit. num. 124. 472.
Papa examinat perſonam electam in Regē, & quomodo. nu. 125. & 130. 472.
Papa plus iuris habet in Imperatorem, quā reliqui Pontifices in Reges. numero 126. ibidem.

Papa

Papa poterit Electores Imperij tanquam filios adulterinos abdicare.n. 138. 476.
Papa Gregorius X. imperauit Venetis, vt victigal ab eis impoſitum nō exigerēt. nu.146. 477.
Papa Gregorius X. Florentinis triennio ſacris interdixit.nu.147. ibidem.
Papa Anaſtaſius. II. Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit. numero 149. ibidem.
Papa Innocentius.I. excommunicauit Archadium Imperatorem.n.150. ibidē.
Papa Innocentius III. leges Imperatorum corrigens ſtatuit vt omnis præſcriptio requirat bonam fidem.n.151. ibidem.
Papa Vrbanus III. leges Imperatorum abrogando, dedit licentiam viduis nubendi infra tēpus luctus.n.152. ibidē.
Papa Felix II. excommunicauit Conſtantinum Imperatorem, & hæreticum declarauit.nu.153. 478.
Papa Conſtantinus I. Iuſtinianum Imperatorem excommunicauit. numero 154. ibidem.
Papa Gregorius II. Leonem Imperatorem excommunicauit.nu.155. ibidem.
Papa Gregorius III. Leonem Imperatorem tanquam hæreticum condemnauit.nu. 156. ibidem.
Papa Nicolaus.I. Michaelem Imperatorem Orientalem & Lotharium excommunicauit.nu.157. ibidem.
Papa Gregorius VII. contra Henricum Imperatorem excommunicationis ſententiam protulit.nu.158. ibidem.
Papa Vrbanus III. Fredericū ſchiſmati fauentem priuauit, & excommunicauit nu.160. 478.
Papa Honorius III. & Gregorius IX. Fredericum excommunicauerunt.nu. 161. ibidem.
Papa Clemens VI. ducem Mediolani ſolenniter excommunicauit. numero 162. ibidem.
Papa Gregorius VII. Boleslaum. II. Regem Poloniæ excommunicauit & regno priuauit.nu.163. ibidem.
Papa Gregorius VII. bis ſolenniter priuauit Imperio & excommunicauit Henricum Imperatorem.nu.164. ibidem.
Papa Alexander III. priuauit Fredericum Imperatorem.nu.164. ibidem.
Papa Innocētius III. depoſuit Ottonem Imperatorem & in eius locum elegit Fredericum Regem Siciliæ.n.166. ibidē.
Papa Innocētius IIII. dedit curatorem Regi Portugalliæ Comitem Boloniæ.num. 167. 479.
Papa Paulus. II. Gregorium Pogebratium Regem Boemiæ, de hæreſi damnauit & priuauit regno.nu.168. ibidem.
Papa Ioannes XXII. Ludouicum ducem Bauariæ omni iure priuauit. numero 169. ibidem.
Papa ſecundum Theologos habet iuriſdictionem temporalem, in ordine ad ſpiritualia.nu. 1. & 31. & habet vtrumque gladium.nu.4. & ſummam poteſtatem diſponendi de omnibus rebus Chriſtianorum.num.25. & in eo ordine ampliſſimam poteſtatem ſuper omnes principes.nu.58. 482.
Papa exigente fine ſupernaturali poteſt deponere Reges & eorum leges mutare. nu.2. 483.
Papa debet exequi gladium temporalē per Principes ſæculares.nu.3. ibidem.
Papa ſupremam habet iuriſdictionem in fideles, & infideles diuerſâ ratione. nu. 4. ibidem.
Papa vt Papa non eſt dominus totius Orbis & id probatur.nu.12. & 22. 483.
Papa nullam habet iuriſdictionem merè temporalem alicuius prouinciæ aut oppidi.nu.13. 484.
Papa indirectè eſt dominus totius orbis Chriſtiani.nu.14. ibidem.
Papa totius orbis non eſt dominus.numer. 15. ibidem.
Papa nequit infideles iudicare. numero 16. ibidem.
Papa quâ ratione dicautr monarcha ſpiritualis totius Orbis.nu.20. 485.
Papa Alexander VI. Orbem nouum diuiſit Regibus





Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ, & qua ratione.nu.21. ibidem.
Papa vt Papa ſine ordine ad finem ſpiritualem, non habet poteſtatem ciuilē actu, nec habitu, nec poteſt leges condere ad res temporales, quatenus temporales ſunt.nu.28. 486.
Papa eſt præfectus Eccleſiæ in ordine ad finem ſupernaturalem.nu. 35. 487.
Papa eſt Paſtor vniuerſalis totius populi Chriſtiani.num.39. 490.
Papa non poteſt directè iudicare de cauſa ſæculari, ſed ratione peccati.nume.44. & 103. 491.
Papa cognoſcit de natalibus, non de ſucceſſione.nu.45. & 46. ibidem.
Papa, probatur temporalia tantum gubernare propter finem ſpiritualem. nume. 51. 492.
Papa poteſt antiquos Reges & Imperatores deponere, & nouos conſtituere, exigente id fidei, & boni ſpiritualis conſeruatione. nu. 55. & 93. 493.
Papa Zacharias Regem Francorum regno depoſuit.nu.56. ibidem.
Papa Innocentius IIII. Regi Portugalliæ prodigo tutorem dedit.n.57. ibid.
Papa vt Papa per ſe iudicat ſpiritualia. nu. 60. 493.
Papa quare non appellatur Rex terræ, vel dominus rerum.nume.77. 498.
Papa non poteſt nouos Reges creare, non concurrentibus illis, ad quos ius eligendi pertinet, nec id poteſt ceſſante fidei cauſa.nu.94. & 108. 502.
Papa Regem infidelem hæreticum, aut ſciſmaticum, ſi velit Reſpublica ſibi eligere, id poterit impedire, & eum deponere & expellere à regno.numer. 95. & 96. ibidem.
Papa quando poteſt vti gladio temporali aduerſus Principes & Reges.n.97. ibid.
Papa directè nō habet poteſtatē iudicādi lites tēporales, nec infirmādi leges.n.98. 503.
Papa non poteſt ſtatuere vt à iudicibus ſæcularibus, ad ipſum appelletur in rebus temporalibus.nu.99. ibid.
Papa quomodo reuocet leges Principum minus iuſtas.nu.101. ibid.
Papa ex traditione Chriſti nullum habet dominium temporale.n.104. ibid.
Papa habet verum dominium temporale directè in bonis collatis Eccleſiæ per ſæculares, & quomodo de eis poſſit diſponere.nu.105. & 110. ibid.
Papa ſi donat bona Eccleſiæ ſine cauſa rationali, donatio non tenet. numero 111. 505.
Papa eſt vniuerſalis diſpenſator bonorum omnium Eccleſiarum. nu.112. 506.
Papa præſtat Imperatori quantū Sol Lunæ. nu.122. 507.
Papa electus confirmabatur olim per Imperatores, & quare fuerat introductum. nu.134. 511.
Papa poteſt infideles contra legem naturæ peccantes punire pœna corporali.num. 144. 514.
Papa ratione publicæ vtilitatis poteſt infideles priuare iure ſuo.n.145. ibid.
Papa concedit Inquiſitori Generali poteſtatem deputandi, ſeu nominandi Inquiſitores.nu.40. 525.
Papa Marcellinus qui compulſus Paganorū Idolis thurificauit non fuit hæreticus. nu.11. 544.
Papa an poſſit errare in conceſſione indulgentiarum.nu.175. 677.
Papa an poſſit errare in approbatione Religionis.nu.174. ibid.
Papa an poſſit diffinire de fide B. Virginem Mariam fuiſſe conceptam abſque peccato originali ex reuelationibus, & miraculis in eius fauorem factis.num. 182. 678.
Papa viâ ordinariâ, ex ſolis miraculis & reuelationibus, non poteſt diffinire de fide B. Virginem Mariam fuiſſe conceptam abſque deccato originali.nume. 183. ibidem.
Papa viâ extraordinariâ diffinire poteſt de fide B. Virginē Mariam fuiſſe conceptā abſq; peccato originali, ex ſolis miraculis & reuelationibus.nu.184. ibidem.

*Papa Paulus III. Cardinalium Collegio Inquiſitionis aggregauit. nu.* 12. 125.

*Papa Paulus IIII. vltimis verbis moribundus Officium S. Inquiſitionis Cardinalibus commendauit. nu.* 15. 278.

*Papalis poteſtas eſt omnino diuerſa à regali. num.* 107. 504.

*Papam tanquam ſucceſſorem Petri habere directè ſpiritualem poteſtatem multis probatur. nu.* 2. 396.

*Papam non poſſe fieri hæreticũ, plures Theologi probabiliter tenent. numer.* 53. & 54. 408.

*Papam Romanum ſuccedere Petro Apoſtolo in Pontificatu plurimis rationibus ſuadetur. nu.* 56. 409.

*Papæ Sixti V. conſtitutio contra Henricum Borbonium. num.* 38. 330.

*Papæ Lucij & aliorum ſententiæ de Romana Eccleſia. num.* 15. 399.

*Papæ omnis terreſtris & cæleſtis poteſtas data eſt, & habet vtrumque gladium. nume.* 31. & 46. 406.

*Papæ poteſtas in omnibus exuberat, & limitatur. nu.* 35. *ibidem.*

*Papæ non licet articulos fidei nouare, vel mutare. num.* 36. 406.

*Papæ ſoli reſeruata eſt cognitio cauſarum, & articulorum fidei. nu.* 38. 407.

*Papæ non alijs, licet ſoluere hæreticos reuertentes ad gremium Eccleſiæ. n.* 40. *ibid.*

*Papæ ſe ſubtrahens poteſtati incurrit diſpẽdium ſalutis æternæ. num.* 47. 408.

*Papæ poteſtas vniuerſi orbis conſenſu confirmatur. nu.* 65. 413.

*Papæ primatum hæreticos etiam agnouiſſe probatur. nu.* 71. *ibid.*

*Papæ poteſtatem in temporalibus Caluinus impugnat, & confutatur. n.* 3. 417.

*Papæ electio aliquando non valuit niſi ab Imperatoribus confirmaretur, ſecundum Iuriſprudentes. nu.* 14. 442.

*Papæ ob denegatam obedientiam hæreſes & ſciſmata orta ſunt. nu.* 19. 450.

*Papæ omnes Principes Chriſtiani populi oportet eſſe ſubditos. num.* 21. *ibid.*

*Papæ attributa. nu.* 23. *ibidem.*

*Papæ Innocentij IIII. iuſſu eligitur in Regẽ Alemaniæ & Imperator creatur Gulielmus Comes Hollandiæ. n.* 107. 470.

*Papæ Clementis V. literæ, quibus habilitat Henricum ad Imperium. n.* 129. 473.

*Papæ Clementis VI. literæ, in quibus ſupplet defectum electionis Imperatoris. num.* 131. *ibidem.*

*Papæ Clementis IIII. literæ ad Electores Imperij, quibus illis interdicit ne Conradinum eligerent in Imperatorem. n.* 139. 476.

*Papæ Gregorio X. literæ Electorum Imperij miſſæ fuerunt poſtulantiũ ſibi cõcedi vt Vincislaũ Carolo IIII. Imperatori coadiutorem adiungerent. nu.* 140. *ibid.*

*Papæ eſt ſupplere negligẽtiam, vel infirmitatem Imperatoris. nu.* 143. 477.

*Papæ Gregorij VII. literæ ad Principes Saxoniæ, quibus illis & Imperatori mandat, vt à bello abſtineant. nu.* 145. *ibid.*

*Papæ poteſtas à multis Theologis comprobatur. n.* 7. 8. & 9. *pag.* 483. & 484.

*Papæ attributa. nu.* 78. 498.

*Papæ poteſtatem & dignitatem D. Bernardus extollit. num.* 92. 502.

*Papæ quando liceat Imperatores deponere. nu.* 118. 506.

*Papæ an reſeruatæ ſint quæſtiones fidei. nu.* 30. 620.

*Papyrus Maſſonus Gallus Officium S. Inquiſitionis Hiſpaniæ mirificè laudat. nu.* 5. 276.

*Parentes filijs odio habendi, qui fidem illis tentant auellere. num.* 86. 783.

*Paria ſunt quæ ſunt in actu, aut via deductionis ad actum. num.* 36. 849.

*Paria ſunt aliquid fieri in actu cõfeſſionis, vel incõtinẽti antè vel poſt. n.* 45. 850.

*Parmæ conſpiratio contra quendam Inquiſitorem oritur. nu.* 13. 258.

*Pars tẽporis ponitur pro tẽpore in ſcriptura ſacra. num.* 66. 556.

*Paruuli baptizati cum adoleuerint, tenentur fidem ſuſceptam ſeruare. numero* 6. 11.

[*Paſce oues meas*] *quid ſignificet. n.* 58. 409.



INDEX.

*Paſtores duo vniuerſales Eccleſiæ eſſe non poſſunt. nu.* 32. 422.

*Paſtoris officium quale ſit. nu.* 40. 490.

*Patarenorum & Manichæorum ſecta extincta. num.* 15. 294.

*Patriarchæ antiquitus iurabant in femore. nu.* 87. 500.

*Pater in diuinis fons Trinitatis. numero* 14. 355.

*Pater cõmittens filio manumiſſionẽ vnius ex ſeruis, intelligitur tantùm electio filio commiſſa, ipſe verò pater manumittit. nu.* 41. 525.

*Pater alijque parentes, etiam denunciandi ſunt hæreſis crimine delibuti. numero* 83. 782.

*Patres antiqui in cilicio pœnitebant. numero* 2. 44.

*Patres ſancti nobis duces ſunt ad inueniẽdum ſenſum literalem ſcripturæ ſacræ. nume.* 69. 557.

*Patris voluntas cenſetur voluntas filij, & probatur. num.* 7. 11.

*Patrum autoritas omnem falſitatis ſcrupulum tollit. num.* 91. 434.

*Paulus Apoſtolus Inquiſitor fuit fidei. nu.* 26. 28. & 29. 86.

*Paulus de Laguna Indiarum Conſilij Præſes, & S. Generalis Inquiſitionis conſiliarius. nu.* 8. 150.

*Paulus Papa IIII. vltimis verbis moribũdus Officium S. Inquiſitionis Cardinalibus commendauit. nu.* 15. 278.

*Paulus Papa III. Cardinaliũ Collegio, Inquiſitionis dignitatẽ aggregauit. n.* 12. 125.

*Peccata viam ad infidelitatem ſternunt. nu.* 13. 24.

*Peccata diuerſa ratione puniuntur ab Eccleſia, atque à iudice ſæculari. numero* 65. 462.

*Peccata omnia ad ſedis Apoſtolicæ tribunal ſpectant. nume.* 103. 503.

*Peccata ſua confiteri nemo confeſſario tenetur, à quo periculum ſibi metuit. numer.* 8. 843.

*Peccati genus duplex eſt, ad quod hominem irritat. nu.* 11. 4.

*Peccati ſolicitationis grauitas duobus modis peti poteſt, & qui ſint. n.* 54. 850.

*Peccatores conſtituentes vltimum finem in creatura mortaliter delinquunt, nec ob id dicuntur hæretici. nu.* 67. 853.

*Peccatum primi parẽtis tripliciter fuit aggrauatum. nu.* 1. 8.

*Peccatum graue eſt diſsimulare commune periculum. nu.* 15. 20.

*Peccatum primum quodnam fuerit. num.* 1. & 2. 22.

*Peccatum primum Adami non fuit immoderatus amor erga Euam. nu.* 8. 24.

*Peccatum Euæ multis nominibus Caietanus extenuat. num.* 5. 26.

*Peccatum aggrauat, qui culpæ patrocinium defenſionis adiungit. nu.* 3. 30.

*Peccatum originale naturæ humanæ eſt ſignum & monumentum peccati Adæ. nu.* 11. 39.

*Peccatum blaſphemiæ à Deo punitum fuit igne. nu.* 64. 59.

*Peccatum mortale homines contrahentes iure diuino tenentur de illo pœnitentiam agere. nu.* 82. 857.

*Pecuniæ appellatione, omne pretio æſtimabile intelligitur, & quæ alia cõtinentur. nu.* 68. 527.

*Pedemontana prouincia Inquiſitores habuiſſe probatur. nu.* 11. 246.

*Pelagius quo die in Anglia natus eſt, eo ipſo die in Africa D. Auguſtinus in lucem editus. nu.* 7. 293.

*Periurus conuictus in iure ſuſpectus eſt vehementer. nu.* 196. 832.

*Pœna peccati primorum parentum & poſterorum quæ fuit. nu.* 7. 3.

*Pœna abiurantis violenter. nu.* 24. 595.

*Pœna talionis iuxta qualitatẽ delicti arbitrio iudicis venit imponẽda. n.* 10. 795.

*Pœna talionis iure ciuili inducta fuit. num.* 11. *ibidem.*

*Pœna talionis per conſuetudinem ſublata eſt. nu.* 12. 796.

*Pœna ordinaria non imponitur per ſuſpiciones, ſed per probationes clariores. num.* 64. 809.

Pœna Manichæorum ſummum eſt ſupplicium.nu.114. 820.
Pœna relapſorum quæ ſit,& qui ſint emanſores.nu.157. 825.
Pœna vbicumque agitur de ea imponenda, potius pro reo, quàm contra eum præſumendum & iudicandum eſt.numero 21. 846.
Pœna non poteſt infligi, vbi non adeſt certitudo & euidentia culpæ. numero 26. 847.
Pœnam excommunicationis contra hæreticos,antiquiſsimam, & à Chriſto inſtitutam eſſe.nu.188. 831.
Pœnalis conſtitutio fauore fidei extenditur, quod idem eſt fauore animarum. nu.28. 523.
Pœnæ talionis denunciator non ſubiacet. nu.22. 772.
Pœnæ imponendæ confeſſarijs ſolicitātibus mulieres in actu confeſsionis ad libidinem,quæ.nu. 166. 879.
Pœnitendi modus aſsignatus in lege Moyſi. nu.83. 857.
Pœnitens agnitâ hæreſi ſe peccatorē, Deum verò ſolum ſui conſtantem confitetur. nu.10. 382.
Pœnitens quando dicatur incipere confiteri, nu.31. 848.
Pœnitentia quam Ioãnes, & Chriſtus ante ſuam reſurrectionem prædicauerunt, ſacramentum verum non fuit, ſed figura ſacramenti, ac quaſi præparatio. nu.73. 659.
Pœnitentia exſiſtēti in mortali poſt baptiſmum ita neceſſaria eſt, vt ſine illa, in re vel in voto, nemo ſaluari poſsit. nu. 74. ibidem.
Pœnitentes publicos cilicio indui, canones ſacri & Concilia iubent.nu.3. 44.
Pœnitentes, quia renaſcuntur barbæ tonſione & capillorum, eo ſtatu reducuntur quo nati ſunt.nu.69. 390.
Pœnitentes cum fune collum ambiente incedunt.nu 77. 391.
Pœnitentiæ ſacramentum Chriſtus immediatè inſtituit & quando.n.66. 658.
Pœnitentiæ ſacramentum duo continet neceſſaria, ad conſtitutionem ſacramēti. num.67. 658.
Pœnitentiæ qui nulla ſigna oſtendit abſolui non poteſt.nu.68. 659.
Pœnitentiæ virtus quæ ſit.nu.69. ibid.
Pœnitentiæ virtus in omni ſtatu & lege neceſſaria fuit.nu.70. ibidem.
Pœnitentiæ ſacramentum perfectū, ſolum in lege gratiæ reperitur.nu.71. ibid.
Pœnitentiæ ſacramentum non probatur ex Teſtamento veteri.nu.72. ibid.
Pœnitentiæ ſacramentum eſt ſecunda tabula poſt naufragium.nu.75. ibid.
Periculi cauſa quod quis ſibi metuit ex confeſſario, poteſt ſine confeſsione ad ſacram communionem contritus tamen venire.nu.8. 843.
Perſuadere grauius eſt, quam compellere. nu.125. 866.
Pertinaces quomodo dicantur primi parentes.nu.4. 11.
Pertinacia quæ ſit.nu.5. ibidem.
Pertinacia eſt de ratione hæreſis,& requiritur ad hæreſim.n.8.19.31. 544.
Pertinacia cognoſcitur multis modis.num. 9. ibidem.
Pertinacia vt diſcernatur, quæ ſunt conſideranda.nu.37 & 38. 549.
Pertinaciâ rei terminatur proceſſus. nume. 39. 597.
Pertinax quis ſit.num.3. 11.
Pertinax hæreticus eſt, qui ſciens contradicit vniuerſalibus Concilijs, ritè & rectè congregatis. nu.98. 565.
Pertinax quis dicatur.nu.132. 822.
Peruuij Inquiſitio, quãdo & à quo inſtituta fuit, & vbi reſidet.n.1.2.& 3. 240.
S.Petri Martyris martyrium.nu.12. 258.
P.Petri Ribadeneyra de S. Inquiſitionis vtilitate honorificum teſtimonium.nu. 4. 275.
D.Petri præceptum, eſt præceptum Chriſti, & ideo peccat qui ei non obtemperat.nu.4. 396.
D.Petri Cathedra fuit maior omnibus alijs, & prima omnium.nu.21. 420.

D.Petro



D.Petro dicta per Chriſtum in Euangelio, non ſunt ei dicta vt priuato, ſed vt principi Apoſtolorum,& ita poteſtas ei cõceſſa trãſit ad ſucceſſores.n.29. 405.
D.Petro Chriſtus commiſit curam gregis ſui.nu.9. 419.
D.Petro & eius ſucceſſoribus commiſſa eſt poteſtas inquirendi à Chriſto Domino. nu.1. 88.
D.Petrum vniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit. num.17.& 19. 400.
D.Petrus officiū Inquiſitoris exercuit cõtra Ananiam,& eius vxorem, ac contra Simonem Magum.nu.27. 86.
Petrus Monachus legatus mittitur ab Innocentio III. ad Albigenſes,& interimitur.nu.9. 90.
F.P.Silanus à Papa Gregorio IX. Inquiſitor creatur.nu.5. 108.
Petrus Reinaldus S.Officij notarius occiditur.num.11. 109.
S. Petrus Martyr Inquiſitor Longobardiæ, hæreticorū gladijs occūbit.n.13. 109.
F.Petrus Cadreta Inquiſitor interimitur.n. 28.pag.111 & nu.10. 178.
Petrus Pontius Leon Epiſcopus Placētinus, Inquiſitor generalis fuit. nu. 12. 160.
Petrus Portocarrero Epiſcopus Conchenſis, Inquiſitor generalis in Hiſpaniarum regnis.num. 15. 162.
S.Petrus Arbues ab Epila Inquiſitor,ab inimicis fidei interficitur, & de eius miraculis, ſepultura, & alijs.à nume. 26. vſque ad 34. 182.
Petrus Pachecus Inquiſitor ſupremi Senatus S.generalis Inquiſitionis fuit.n.8. 148.
Petrus de çamora Inquiſitor ſupremi Cõſilij S.generalis Inquiſitionis.n. 8. 149.
S.Petrus Martyr Inquiſitor Mediolani primus fuit, & eius geſta.à num.4. vſque ad 12. 254.
S.Petrus Martyr Inquiſitor Florentiæ Manichæos fudit.nume. 1. 263.
S.Petrus Martyr ſigno crucis dæmonem in forma equi ferociſsimi in foro Florentiæ fugauit.nu.2. ibidem.
S.Petrus Martyr Epiſcopatū refugit, nō autem S.Inquiſitionis Officiū.n. 7. 276.
Petrus de Bruis hæreſiarcha concrematur. nu. 23. 311.
S.Petrus Apoſtolus, quare fuerit eo nomine à Chriſto donatus initio vocationis, & duplex prærogatiua, in hac nominis mutatione.num.6.& 13. 397.
S. Petrus Apoſtolus fuit etiam à Domino vocatus Cephas,& quæ ſit eius nominis vis.nu.7. 398.
S.Petrus,& alij ſum. Pontifices non potuerunt, nec poſſunt errare in cauſis fidei decidendis.nu.26. 405.
S.Petrus & Paulus Principes Apoſtolorum ſuo martyrio Romanam Eccleſiam conſecrarunt.nu. 5. 418.
S.Petrus non accepit primatum ab Apoſtolis, ſed à Chriſto.n.12. & 20. 419.
S.Petrus quare ſic fuerit vocatus à Chriſto. nu.16.& 23. 420.
S.Petrus accepit à Chriſto claues cæleſtis & terreni Imperij. nu.24. 452.
Phaceia propter peccata interfectus fuit.n. 91. 74.
Phacee, occiſo Phaceiâ, propter peccata occiditur ab Oſca ſeruo ſuo.nu.92. ibid.
S.Philippi Dominicani Inquiſitoris in Imperio Presbyteri Ioannis martyrium & miracula.nu.2. 237.
Philippus II.Hiſpaniarum Rex, Ludouicū à Paramo autorē, decidēdarū controuerſiarū, inter Proregē & Inquiſitores Siciliæ cauſâ euocauit,& quibus deciſionem illarū cõmiſit.num.1.& 2. 196.
Philippus II.Hiſpaniarum Rex, Inquiſitionem in naualibus bellis introducere curauit, & ad nauale bellum Inquiſitorem miſit.num.1.& 2. 225.
Philippus II. Hiſpaniarum Rex, voluit Inquiſitionem Mediolani ad formam Hiſpaniæ introducere,& eius rei ſucceſſus.nu.20. 262.
Philippus Maneſius fidei conſeruationem in Hiſpania attribuit Officio S. Inquiſitionis.num.2. 274.
Philippus Iconomachus hæreticus oculis,& Imperio priuatur.nu.52. 315.

Philoſophi antiqui ab Ægyptijs myſteria ſuæ philoſophiæ didicerunt.n.1. 381.
Phinees filius Eleazar fuit ſacerdos. nume. 57. 460.
Photius hæreſiarcha omni dignitate ſpoliatus obijt.num.22. 311.
Picardus quidam hæreſiarcha vita priuatur.num.29. 312.
Pilatus capite plexus, quòd Chriſtum iudicaſſet.num.2. 32.
Pipinus Rex & eius ſucceſſores plures terras conceſſerunt Eccleſiæ.n.44. 426.
Pythagoras ignis dæmones fugari docuit. nu.26. 285.
Pius Papa V. diplomate Apoſtolico commiſit Inquiſitori Generali Hiſpaniæ inſtitutionẽ Inquiſitoris, in Triremibus & Naualibus bellis.n.7.& 8. 225.
Pius Papa V. Regi Hiſpaniæ perſuaſit, vt ad normam Hiſpaniæ Inquiſitionẽ in Mediolan Ducatũ introduceret.n.19.262.
Pius Papa V. Inquiſitionẽ Venetiæ ad normam Hiſpaniæ introducere voluit, & eius rei ſucceſſus.nu.2.& 3. 265.
Pius Papa V. Inquiſitionis Officium plurimis priuilegijs decorauit.nu.16. 278.
Plantatio profunda iuxta aquarum decurſus, fructus vberrimos producit.nume. 229. 687.
Platonis elegans ſententia de hæreticorum denunciatione.nu.77. 781.
Pluralitas principatuum non eſt admittenda in vno regno, vel ciuitate. numero 47.& 49. 458.
Polycarpus Marcioni ſibi occurrenti, quid reſponderit.nu.41.& 42. 288.
Poloniæ & Vngariæ Inquiſitio. numero 1. & 2. 252.
Pontificalis poteſtas cepit in Chriſto Domino.nu.21. 442.
Pontifices, qui ſedẽ Apoſtolicam ditarunt, plures pro Sanctis habentur.n.41.425.
Pontifices Maximi fatentur ſe recepiſſe dominium aliquarum terrarum ab Imperatoribus.nu.50. 492.
Pontificis Maximi poteſtas & iuriſdictio qualis ſit.nu.1. 396.
F.Pontius à Vico Toloſæ Inquiſitor fulget miraculis.n.12.p.109.& nu.11.246.
F.Pontius Cathaloniæ Inquiſitori ab hæreticis veneno de medio ſublatus.n.15.110.
F.Pontius à Blanes Inquiſitor, ab hæreticis interficitur.nu.7.& 8. 178.
Porterij ſeu Ianitores S. Inquiſitionis Siciliæ Cruce inſigniti ſunt.nu.5. 103.
Portæ inferorum nõ præualebunt aduerſum Petrum & ſucceſſores.n.27. 405.
Potentia quæ non reducitur in actum fruſtra eſt.nu.81. 498.
Potẽtia propinqua actui reputatur pro actu. nu.35. 848.
Poteſtas inquirendi eſt à Chriſto Domino commiſſa D.Petro, & eius ſucceſſoribus.nu.1. 88.
Poteſtas inquirendi contra fidei noxios annexa eſt Epiſcopali dignitati. numero 2. 89.
Poteſtas & iuriſdictio ſummi Pontificis in ſpiritualibus & tẽporalibus qualis ſit.à num.1. vſque ad vltimum. 396.
Poteſtas data Petro intelligitur ſolum in ſpiritualibus, ſecundum Iuriſprudentes.nu.10. 442.
Poteſtas Imperatoria à Papa dimanat.num. 10. 448.
Poteſtas quædam excellentiæ, quam conſeruat Eccleſia fuit in Chriſto. numero 31. 453.
Poteſtas temporalis eſt medium ad vltimum finem vitæ æternæ.n.42. 456.
Poteſtas ſum.Pont.à multis Theologis comprobatur.nu.7.8.& 9. 483.
Poteſtas Pontificalis cepit in Chriſto Domino.nu.21. 442.
Poteſtas ſumma in ſumm. Pontifice duobus modis poteſt accipi.nu.10. 484.
Poteſtas ſumma rerum tẽporalium directè nequit in ſummo Pontifice reperiri.ſed inſtrumentalis & indirecta.num.11. & 30. 484.
Poteſtas temporalis, quam habet Papa non eſt laica, vel merè temporalis. numero 31. 486.
Poteſtas Regis ad ſuum finem naturalem in ſe





in ſe ſpectatum, independens eſt à ſummo Pontifice, quo reſpectu non poteſt Papa ſe intromittere in Principum regimine.nu.38. 489.
Poteſtas temporalis, & ſpiritualis, in ſacris canonibus diſtinctæ ſunt.nu.42.490.
Poteſtas ciuilis eſt ſubiecta ſpirituali, non ſolum vt Chriſtiana, ſed vt politica eſt. nu.52. 492.
Poteſtas iudiciaria in Chriſto ſecuta eſt Regiam dignitatem.nu.84. 499.
Poteſtas Papalis eſt omnino diuerſa à regali.nu.107. 504.
Poteſtas temporalis primo integra eſt in Republica, & in Principes deriuatur. nu.117. 506.
Poteſtate conceſſa ad aliquem principalem finem, conceſſa cenſetur ad omnia media illius finis.num.35. 454.
Poteſtatem iuriſdictionis omnis delegans delegato impertitur.nu.49. 526.
Poteſtates ſæculares cenſuris coguntur præſtare iuramentum.nu.7. 574.
Poteſtatis temporalis exercitium, quâ ratione iuſtum cenſeatur.nu.61. 461.
Prateolus ſcribens quo tempore Inquiſitio delegata incœperit, deceptus fuit.n.4.89.
Prateolus ſcribens Valdach hæreticũ damnatum tempore Paſchalis Papæ II. refutatur.nu.4. 98.
Practica contra confeſſarios ſeruanda, in prolatione ſententiæ. nu. 165. 879.
Prædicans, legens, vel diſputans publicè, ſi aliquid ſcandoloſum dixerit quid ſit contra eum agendum, & quid ſi aliquid ambiguũ protulerit.n.174.828.
Prædicationis officiũ iure Põtificio prohibitum eſt laicis & fœminis.n.8. 301.
Prælati Eccleſiæ quam poteſtatem habent regalem.nu.137. 512.
Prælatus ſuperior, vel iudex nõ poteſt aliorũ peccata, quæ ſolùm ex confeſſione innoteſcunt, per exploratores inquirere.nu. 14. 845.
Presbyteri Ioannis Imperij Inquiſitio quando inſtituta fuit.n.1.& 2. 237.
Præſcriptio non incurrit in delicto hæreſis, neq; in aliquibus caſibus.n.30.727.
Præſepia, lancea, & alia Chriſti Domini inſtrumenta per ſe, quomodo poſſint adorari.nu.52. 351.
Præſumptio hæreſis, quomodo ſit conſideranda.nu.39. 549.
Præſumptio iuris, & de iure eſt cõtra reum excõmunicatum per annũ.n.22. 595.
Præſumptio violenta, ex quibus accipi poſſit.nu.25. ibidem.
Præſumptio alicuius talis eſt hodie, qualis olim fuit.nu.61. 809.
Præſumptio violenta iuris ex quibus oriatur, ad hoc vt ſit ſufficiens ad condemnandum.nu.73. 811.
Præſumptio iuris transferens onus probãdi in reum quæ ſit.nume.74. 811.
Præſumptio oriens ex euidentibus coniecturis, cẽſetur præſumptio iuris approbata, transferens onus probandi in reũ. nu.75. ibid.
Præſumptio quid ſit, & an differat à ſuſpicione.nu.106. 863.
Præſumptio maxima ex quibus naſcatur. nu.112. ibid.
Præſumptio iuris pro liquidiſsima probatione habetur.nu.154. 874.
Primi parentes ſerpenti credendo fidẽ amiſerunt.nu.7. 6.
Primi parentes cum gratia gratum faciẽte conditi fuerunt, cuius fundamentum eſt fides.num.11. 7.
Primi parentes habuerunt euidentiam in atteſtante.nu.13. ibid.
Primi parentis peccatum tripliciter fuit aggrauatum.nu.1. 8.
Primi parentes infidelitatis labẽ contraxerunt, dubitando de pœna propoſita. nu. 10. 10.
Primi parentes quomodo pertinaces dicantur.nu.4. 11.
Primorum parentum & poſterorum pœna peccati quæ fuit.nu.7. 2.
Primorum parentum cæcitas in falſa explicatione verborum Dei per ſerpentem facta.nu.3. 6.
Primorum parentum idololatria in hoc

maximè conſiſtebat, quòd ſe homo Deū futurum exiſtimarit.nu.3. 17.
Primum hominis peccatum quodnam fuerit.nu. 1.& 2. 22.
Primus actus ſuperbiæ eſt nolle parere Imperio, & præceptis alicuius. numero 3. 23.
Princeps, qui Deo illatas iniurias non curat, dignus eſt qui in proprijs calamitatibus à Deo negligatur.nu.5. 308.
Princeps habet plenariam elargiendi libertatem.nu.48. 429.
Princeps concedit ſupremas dignitates & alia.nu.50. 430.
Princeps eſt ſolutus omni lege poſitiuâ. nu. 65. 431.
Principatus omnes deriuantur ab vno principe.nu.18. 420.
Princeps poteſt diſpenſare, vt iudex procedat via Inquiſitionis ſpecialis, abſque præuiâ infamiâ, vel clamoroſa inſinuatione.nu.36. 763.
Princeps ſupremus diſpenſare poteſt, in his quæ ſunt iuris diuini, poſitiui & Eccleſiaſtici.nu. 37. ibid.
Princeps vt in pluribus euentibus in lege poſitiua diſpenſet æquum eſt. numero 39. 764.
Principatus Eccleſiæ fuit promiſſus Chriſto. nu.31. 422.
Principes omnes Chriſtiani, ob inſignem religionem à Deo fuerunt fortunati. nu. 10. 282.
Principes omnes populi Chriſtiani Romano Pontifici oportet eſſe ſubditos. numero 21. 450.
Principes infideles ſunt verè principes, & ſupremi ſuorum regnorum. numero 17. 484.
Principes ſæculares dirigere in finem diuerſimodè conuenit Pontifici & Chriſto.nu.64.& 76. 495.
Principes ſæculi per vnitatem ad vnius domus cohabitationem deuenerunt.num. 271. 698.
Principi deſidioſo in religione conſeruanda naſcuntur diſſidia, rebelliones, & aliæ calamitates.nu.22. 286.
Principibus qui conſeruandæ religioni ſtudent omnia feliciter accidunt.numero 21. 285.
Principis contractus habet vim legis.num. 49. 430.
Principum priuilegia latiſſimè ſunt interpretanda.num.85. 434.
Priuatus publicum delictum indulgere nō poteſt.nu.34. 711.
Priuilegia Principum latiſſimè ſunt interpretanda.nu.85. 434.
Priuilegia Chriſtianorum, quibus nō vtuntur Pagani nec Iudæi.nu. 101. 817.
Priuilegijs Chriſtianorum ſi Pagani vtuntur, puniuntur vt hæretici. numero 113. 819.
Priuilegium impetratum de eo quod quis habet in re, ſuperfluum eſt. numero 75. 531.
Priuilegium non extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonā, nec de cauſa ad cauſam, & tantum operatur quantum eius tenor ſonat.nu.103. 535.
Priuilegium tantùm comprehendit caſum expreſſum, nec ſe extendit vltra propriſſimam verborum ſignificationem. nu.104. ibidem.
Priuilegium non debet extendi vltra terminos ſuos, ac ex cauſa expreſſa regulatur, etiam ſi de tertij præiudicio tractaretur.nu.105. ibidem.
Priuilegium idem competit rei, quæ eſt in fieri, ſicuti rei factæ.nu.37. 849.
Probatio leuis licet ſufficiat ad probandam ſuſpicionem, tamen debet plenè probari. nu.104. 862.
Probatio in contrarium admittitur aduerſus maximam præſumptionem.numer. 111. 863.
Probatio plenior requiritur quàm ordinaria, vbi agitur de probatione delicti iuris præſumptionem contra ſe habentis. nu.153. 874.
Probationes quales eſſe debeant, antequam reus ducatur in carcerem. numero 31. 579.


INDEX.

Probationes validæ contra defunctos hæreticos ſunt neceſſariæ.nu.85. 588.
Probationes in criminalibus, debent eſſe luce meridianâ clariores duorum, vel trium teſtium.nu.16. 845.
Proceſſui hæreticorum multæ perſonæ interueniunt.nu.15. 576.
Proceſſus & acta in cauſis hæreſum, ſoli Inquiſitori & officialibus nota eſſe debent.nu 18. 34.
Proceſſus etiam fit in hæreticos feriatis diebus.nu.15. 576.
Proceſſus quomodo fit fugienti.n.60. 585.
Proceſſus terminatur abiuratione de leui. nu.10. 592.
Proceſſus terminatur abiuratione de vehementi, vbi magna ſunt indicia.numero 20. 594.
Proceſſus terminatur abiuratione de violenta præſumptione, vbi per indicia quaſi manifeſta reus redditur ſuſpectus.nu.21. 594.
Proceſſus terminatur, quando contra reum ſuſpectum & diffamatum ſunt aliqua indicia.nu.26. 595.
Proceſſus expeditur & terminatur confeſſione & reſipiſcentiâ rei, & quæ huius pœna.nume.29. 596.
Proceſſus relapſi reſipiſcentis quomodo terminatur.num.34. ibidem.
Proceſſus terminatur pertinaciâ rei.nume. 39. 597.
Proceſſus terminatur relapſu rei pertinacis. nu.40. 598.
Proceſſus terminatur probationibus reo in negatiua perſiſtente.nu. 41. 599.
Proceſſus terminatur fugâ rei.num.42.43. 44.45.& 46. ibidem.
Proceſſus traditur reo, quando, & quo ordine.nu.48. ibidem.
Proditionem qui ſcit, nec eam detegit graui pœnâ eſt afficiendus.nu. 80. 782.
Progreſſus in infinitum prohibetur, & à lege damnatur.nu. 4. 519.
Promiſſio cum iuramēto de non accuſando aliquem, an ſit ſeruanda iure diuino. nu.5. 756.
Promiſſio ſub iuramento de non accuſando hæreticum non obligat.nu. 47. 765.
Promotor fiſcalis S. Officij, quare inſtitutus.nu 15. 796.
Promotor fiſcalis S.Officij quæ narrare, & quæ omittere debet in libello. numero 16. ibid.
Promotor fiſcalis S. Officij debet eſſe Iuriſperitus & quare.nu.37. 804.
Promotor fiſcalis S.Officij tenetur ad ea, ad quæ accuſator obligatur.nu.38. ibid.
Promotor fiſcalis S.Officij, cuius conditionis & qualitatis eſſe debet.nu. 41. 805.
Promotor fiſcalis S. Officij caueat ne aliquem malitioſè accuſet.nu.43. ibid.
Promotor fiſcalis S. Officij, debet reos in ſcriptis, & propria voce accuſare.num. 44. ibidem.
Promotor fiſcalis ſolus hæreticos accuſat. nu.47. 806.
Promotor fiſcalis in accuſatione contra inquiſitos de hæreſi, quid ſuperaddere debeat vltra clauſulam illam, [qui cùm eſſet Chriſtianus] nu.70. 811.
Promotor fiſcalis S.Officij, quare in accuſatione vtitur illis verbis [& ſpeciatim laicum accuſo, &c.] nu.92. 815.
Promotor fiſcalis S.Officij debet in accuſatione ponere locum ciuitatis vbi commiſſa fuit hæreſis, & quid de tempore. nu.93. ibidem.
Promotor fiſcalis S. Officij, non tenetur in cauſa fidei concludere.nu.181. 830.
Promotor fiſcalis S. Officij licet reus ante accuſationem, vel in accuſatione confiteatur, debet petere illum declarari hæreticum, & quare.nu.193. 832.
Promotor fiſcalis S. Officij in accuſatione, quare vtitur illis verbis [Saluo iure impertinentiarū, & non admittēdorum.] nu.179. 829.
Propoſitio ſecundum ſe, an dicatur hæretica. nu.28.& 34. 546.
Propoſitio hæc [Chriſtus non eſt Deus] ſi aſſeratur à Chriſtiano eſt hæretica, ſi à Iudæo Iudaica, ſi à Pagano Paganica. nu.32. 547.

Propoſitio hæretica quid ſit. numero 103. 566.
Propoſitio erronea definitur.nu. 105. ibid.
Propoſitio quando dicatur hæreſim ſapere. nu.106. ibidem.
Propoſitio male ſonans quid ſit. numero 107. 567.
Propoſitio temeraria dicitur tribus modis. nu. 109. ibidem.
Propoſitio ſcandaloſa definitur. numero 110. 568.
Propoſitio ſchiſmatica,ſeditioſa, maledica, blaſphema,ſeu iniurioſa,qualiter intelligantur.n.111. ibidem.
Propoſitio fauens hæreticis quid ſit.numer. 112. ibidem.
Propoſitiones ſacræ Scripturæ, quæ dicunt omnes peccaſſe in Adamo, quomodo intelligantur.num.167. 675.
Propoſitiones ſanctorum aſſerentiũ B.Virginem, fuiſſe conceptam in peccato originali,quomodo intelligantur.num. 170. 676.
Propoſitionis temerariæ natura deſcribitur. nu.108. 567.
Propoſitionum Catholicarum ſeptem gradus traduntur.nu.52. 552.
Proprium eſt diuinæ prouidentiæ cum primum calamitas in Eccleſia naſcitur excitare illico fortiſsimum defenſorem. num.6. 293.
Prouidentia Dei altiſsima ſacroſanctæ Inquiſitionis Officium, inſtitutum fuit ad hæreſes exſtirpandas.à num. 1.vſq; ad 43. 290.
Prouiſio in fauorem Conſultorum S.Officij regni Siciliæ.nu.25. 212.
Proximo beneuelle, & eius peccatum non reuelare pium eſt.nu.67. 779.
Publicationi edicti adeſſe omnes tenentur, qui poſſunt.nu.52. 714.
Publicationi edicti omnes diſtributiuè, non collectiuè adeſſe tenentur.nu.54. ibid.
Publicationi edicti ſemel tantum in anno adeſſe omnes obligantur, tametſi pluries edictum,& pluribus locis publicatum eſt.num.55. ibid.
Pueri baptizati cum adoleuerint, tenentur fidem ſuſceptam ſeruare.nu.6. 11.
Punitio delictorum iniquitatis, & malorum medicina eſt.num. 105. 746.
Punire delicta an ſemper ſit vtile Reipublicæ.nu.104. ibidem.
Purgatio canonica indicitur laboranti infamia hæreſis.nu.2. 591.
Purgatio publicè fit,ſi publica eſt hæretici infamia,ſin minus priuatim. numero 4. ibidem.
Purgatio quandoque canonica, quandoque vera, indicitur ob hæreticorum familiaritatem.nu.171. 828.
Purgationem canonicam indicunt Epiſcopus & Inquiſitor. num.3. 591.


## Q


QVALITAS in diſpoſitione requiſita, omnino probari debet. numero 69. 811.
Qualitas verborũ, eſt mentis,& fidei noſtræ teſtimonium.nume. 119. 821.
Qualitas factorum, intentionem, animum, & voluntatem actorum demonſtrat. nu.126. 822.
Quaſi poſſeſsio acquiritur in actis iuriſdictionalibus, ex vnico tantum actu.nu. 128.& 129. 538.
Quæ incontinenti fiunt, ante vel poſt non dicuntur in eſſe.nu.29. 847.
Quæ in fauorem publicum, publicamque vtilitatem introducta ſunt, nõ poſſunt à parte remitti.nu.213. 837.
Quæſtiones fidei, an reſeruatæ ſint ſummo Pontifici.nu.30. 620.
Qui non vetat peccare,cum poſsit,iubet. nu. 14. 20.
Qui contra legem facit in re graui non vrgente cauſa non caret culpâ. numero 22. 36.
Qui dicunt poteſtatem Conciliorũ Generalium eſſe priuatiuè,errant.n.39. 407.


Qui

INDEX.


Qui per alium gerit, per ſe ipſum geſsiſſe videtur.n.50. 526.
Quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter. num.47. 429.
Quis vbi deliquit,ibi puniendus eſt.numer. 76. 587.
Quo die Pelagius in Anglia natus eſt, eo ipſo die in Africa, D. Auguſtinus in lucem editus.num.7. 293.
Quo tempore Albigenſes Eccleſiam vexabant D.Dominicus, & D.Franciſcus, duo mundi lumina, quaſi de cælo lapſi ſunt.nu.9. ibidem.
Quo tempore Lutheri peſtis ſerpere incepit S.Franciſcus Paulanus, & P. Ignatius Loyola floruerunt.nu. 12. ibid.
Quod debet certo tempore fieri,intelligitur illo tempore factum, quod eſt immediatè antè vel pòſt factum. numero 46. 850.


## R


RAIMVNDVS Carbonerius ex D. Franciſci familia Inquiſitor perimitur.nu.9. 109.
F.Rainerij Sacon Inquiſitoris Longobardiæ geſta & perſecutiones.nu. 14. pag.159. & nu.14. 110.
Ratio bene gubernandi exigit, vt ſanctum Inquiſitionis Officium,à Principe protegatur & honoretur.nu.27. 286.
Ratio naturalis circa res diuinas aſsimilatur ſpeculo fallaci.num.149. 671.
Ratio vbi eadem eſt,eadem debet eſſe iuris diſpoſitio,etiam in pœnalibus. numero 93. 860.
Recapitulatio & anticipatio, quid ſit in ſcriptura ſacra.num.67. 556.
Reconciliati tenentur habitellum, ſiue ſaccum benedictum publicè geſtare.num. 5. 38.
Reconciliati quare veſtibus pœnitentialibus induũtur ſuper alias ueſtes.n.5.41.
Rectores ſi facinora remiſerint impunita, reorum pœna plectuntur.nu. 18. 21.
Recuſatio quid ſit, & an Inquiſitores poſſint recuſari.num.54. 601.
Recuſationis cauſæ quæ ſint. n. 56. ibid.
Recuſationis cauſæ quando remittendæ ſint ad ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Senatum.nu.57. ibid.
[Reddite] dictio ſignificat debitum ſoluere. nu.19. 484.
Reformatio Officij S.Inquiſitionis, à quibus facta fuit.nu.4. 135.
Regalia præſcribi non poſſunt per inferiorem.nu.64. 431.
Regem eſſe, duobus modis accipi poteſt.nu. 69. 496.
Reges, iudices, & Pontifices Iſraelem, gubernarunt à Moyſe, vſque ad tempus Chriſto proximum.nu.72. 60.
Reges Catholici facultate ſibi conceſſa à ſummo Pontifice nominarunt Inquiſitores nu.5. 136.
Reges Cath.lici Concilium generale Inquiſitionis inſtituerunt.nu.1. 145.
Reges Catholici Iudæos ab Hiſpania expellerunt.nu.3. 163.
Reges Catholici parui facientes vectigalium iacturam,modum procedendi S.Inquiſitionis non immutarunt.n. 10. 277.
Reges,prius quam Regiam ſedem conſcendant,ſe fidem Catholicam conſeruaturos iuramentum præſtant, & quando hoc ſtatutum fuit.num.16. 284.
Reges,& magiſtri militum,ac prouinciarũ Præfecti,antiquitus fidei Catholicæ iureiurando promittebant.nu. 19. 285.
Reges omnes VViſigotthorũ interfecti fuerunt.nu.86. 317.
Reges Longobardorum Ariani veneno aut ferro extincti.nu.89. 317.
Reges & Imperatores propriè & directè, habent poteſtatem ſæcularem. numero 29. 486.
Reges diuerſimodè dependent à ſum.Pontifice atque Epiſcopi.nu.109. 505.
Reges & Principes tenentur corã Inquiſitoribus hæreticos denũciare.n.40.638.


Reges

Reges Catholici S. Inquiſitionis Officium in Hiſpaniarum regnis inſtaurant Martino Luthero in Saxonia nato. numero 5. 292.

Regia poteſtas ſuperior erat in lege veteri poteſtate ſacerdotali. nu. 136. 512.

Regibus Catholicis Sixtus IIII. indulſit, vt in Caſtella & Legione S. Inquiſitionis Officium inſtaurarent. nu. 12. 132.

Regis poteſtas ad ſuum finem naturalem, in ſe ſpectatum independens eſt à ſummo Pontifice, quo reſpectu non poteſt Papa ſe intromittere in Principũ regimine. num. 38. 489.

Regnum Dei in æternum non diſſipabitur. nu. 310. 705.

Regum Catholicorum edictum contra Iudæos. num. 15. 168.

Reipublicæ omnis ſtatus pendet à religionis obſeruantia. nu. 6. 281.

Reipublicæ celebriores mundi potiſſimum curam religionis habuerunt. numero 7. 282.

Reipublicæ bonum primarium concordia eſt. num. 29. 286.

Reſpublica temporalis, eſt reſpublica perfecta nu. 48. 491.

Relapſi hæretici brachio ſæculari relaxantur. num. 59. 585.

Relapſi reſipiſcentis proceſſus, quomodo terminatur. nu. 34. 596.

Relapſi vt reſipiſcant Inquiſitores eniti debent. nu. 35. 597.

Relapſorum pœna quæ ſit, & qui ſint emãſores. nu. 157. 825.

Relapſus ſponte veniens tempore edicti gratiæ abſoluitur. nu. 12. 575.

Relapſus non eſt citandus. nu. 64. 586.

Relapſus in hæreſim, de qua purgatus fuit traditur brachio ſæculari & ſi in diuerſam incidat hæreſim, non dicitur relapſus. num. 5. 591.

Relapſus quis dicatur, & quotupliciter. nu. 155. 139. 142. & 154. 825.

Relapſus ſiue negatiuus, ſiue confeſſus relaxandus eſt. nu. 160. 826.

Religio omnibus nationibus neceſſaria viſa eſt ad Rempublicam conſeruandam. nu. 2. 281.

Religio ſi parui pendatur, eſt certiſſimum indicium ruinæ alicuius Reipublicæ. nu. 4. 281.

Religio Catholica baſis, ac fundamentum Romani Imperij. num. 15. 284.

Religio Catholica nihil niſi cæleſte, diuinumque admittit. nu. 32. 286.

Religione nulla vnquam gens caruit. nu. 1. 281.

Religione creſcente imperium dilatatur, eâ declinante, decreſcit. nu. 14. 284.

Religionem veram quaſi comites quædam potentia, & ſapientia ſequuntur. num. 65. 336.

Religiones militares inſtitutæ ſunt, quando Eccleſia Catholica armis infidelium vexabatur. nu. 10. 293.

Religionis noſtræ Catholicæ conſeruationis maiorem curam habere debemus. numer. 9. 282.

Religionis Chriſtianæ effectus, & lex. num. 23. & 24. 286.

Religionum diſſimilitudo atque diuerſitas, maximas ſolet in Republica excitare tragœdias. n. 31. ibidem.

Religioſus vir debet habere candorem caſtitatis interiùs & exteriùs. numero 198. 682.

Reliquiæ peccatorum quæ dicantur. numer. 118. 664.

Remitti non poſſunt à parte, quæ in fauorẽ publicum, publicamque vtilitatem introducta ſunt. nu. 213. 837.

Rempha quæ ſit, explanatur. nu. 60. 58.

Repetitio teſtium eorumque ratificatio. nu. 50. 584.

Reſa Miſciola, filius Zorobabel fuit ſecundus Rex Iudæorum. nu. 6. 79.

Res vt vitio careat, plerumq; contra verba eorumque propriam ſignificationem interpretatur. nu. 38. 533.

Reuelare occultos peccatores eſt contra ius naturæ. nu. 125. 751.

Reuelare ſecretum ex interpretatione legislatoris, in aliquo caſu non eſt fraudulentia.



dulentia. num. 45. 765.

Reuelare occultum crimen, ex ſe non eſt intrinſecè malum. nu. 46. ibidem.

Reuelationes & miracula facta in fauorẽ immaculatæ conceptionis ſanctiſſimæ Virginis quam vim contineant. numc. 17[illegible]. 677.

Reuelationes & miracula facta in gratiam conceptionis B. Mariæ Virginis, non faciunt rem de fide. nu. 181. 678.

Reus criminis carceri mandatur, ne quis cum eo communicet. num. 7. 32.

Reus in crimine hæreſis ex ſola confeſſione damnari poteſt. nu. 16. 33.

Reus vſque ad accuſationem aduocatũ non habet. nu. 44. 582.

Reus accuſationi fiſcalis reſpondet, & cauſa concluditur. nu. 49. 583.

Reus & ſuſpectus in cauſa hæreſis, ſi deeſt proceſſus abſoluitur. nu. 1. 591.

Reus non ſtatim vt quis accuſatur, cenſendus eſt. nu. 31. 802.

Reus non debet ante ſummariam informationem capi niſi adſit ſuſpicio de fuga. nu. 34. 803.

Reus ex natione & patria præſumitur bonus, vel malus. num. 55. 808.

Reus ſi petat ſibi declarari locum, & diem commiſſi criminis poteſt ſibi concedi, præſtitâ tamen priùs cautione, ne aliquod capiant teſtes detrimentum. num. 96. 815.

Reus magis animum deprauatum oſtendit, ſi errorem ſuum nititur autoritate corroborare. nu. 130. 822.

Reus in crimine hæreſis tenetur complices reuelare, & ob id torqueri poteſt. num. 183. & 166. 830.

Rei fugâ terminatur proceſſus. num. 42. 43. 44. 45. & 46. 599.

Rei nomen apponendum in accuſatione cum alijs ſignis, nec ſi error nominis vllus ſit, minus illa ſubſiſtit. numero 53. 807.

Rei origo, aliæque circunſtantiæ multæ debent diligenter inquiri, quæ arbitrio Inquiſitoris relinquuntur. n. 54. 808.

Reo traditur proceſſus, quando & quo ordine. nu. 48. 599.

Reo petenti confeſſarium datur ab Inquiſitoribus. nu. 104. 786.

Reum occultum abſq; probatione iudicare, & alios contra eum interrogare, iudicium temerarium eſt. nu. 63. 734.

Rex Granatæ & cum eo plures Mauri ad Chriſtianam fidem conuertuntur. nu. 16. 168.

Rex Romanorum præſtat iuramentum fidelitatis Papæ, antequam fiat Imperator. nu. 80. & 128. & forma iuramenti. num. 133. non priùs appellari poteſt Imperator, quàm à Romano Pontifice confirmetur. num 93. & habilitat eius perſonam in Imperatorem. numero 129. 465.

Rex Bohemiæ additus eſt Imperij Electoribus, & quare. nu. 92. 467.

Rex infidelis ſi fiat Chriſtianus non perdit dominium regni. num. 24. 485.

Rex Romanorum eligitur, viuente Imperatore. nu. 119. 507.

Rex primus terræ fuit Caim. n. 140. 513.

Rhechimirus Hiſpaniæ Rex regno deijcitur. nu. 94. 319.

Rhemenſis prouincia ſpeciales habuit fidei cenſores. nu. 9. 246.

Robaldus Mediolanenſis Inquiſitor deſignatur. n. 6. 108.

Roboam filius Salomonis, regnauit ſeptemdecim annis, & erexit ſtatuas, & à Deo punitus. à nu. 15. vſq; ad 19. 69.

Roderico à Mendoça primo Inquiſitio Triremium commendatur. nu. 9. 225.

Rodericus Rex Hiſpaniæ à Saracenis iugulatur. nu. 95. 319.

Rodulphus Dux Saxoniæ iuſſu Gregorij VII. ſummi Pontificis electus eſt Imperator. nu. 98. 468.

Rogerius Rex Siciliæ, à ſummo Pontifice creatus eſt. nu. 112. 470.

Roma fuit facta Sanctum ſanctorum, poſt donationem Conſtantini Imperatoris. nu. 76. 432.

Romanus Senatus ob victoriam conſecutam

tam Conſtantino Imperatori, arcum triumphalem conſtruxit. nu. 10. 365.
Romanum nomen non tranſiuit montem Caucaſum. nu. 71. 431.
Romæ vrbs duplicem habet Inquiſitionis formam. nu. 1. 112.
Romæ Officium S. Inquiſitionis à Franciſcanis adminiſtrabatur ann. 1260. numer. 2. ibidem.
Romæ Officium S. Inquiſitionis, quo tempore ſtabilitum fuit. nu. 5. & 14. 113.
Romæ quo tempore orta fuit ſeditio contra ſanctam Inquiſitionem. nu. 20. 126.
Rubi ſignificationes. nu. 71. 375.
Rubi elegans ſignificatio. n. 74 & 75. 376.
Rubi ardentis figura, incarnationis Dominicæ eſt ſymbolum. nu. 76. ibidem.
Rubus ſolemniter defertur pridie actionũ fidei in pleriſque Hiſpaniæ tribunalibus. nu. 70. 375.
Ruſtici contra dominos ſuos arma ſumpſerunt, & de ijs cẽtum millia occiſi fuerunt. nu. 30. & 31. 330.

S

SACERDOS ſeu religioſus, matrimoniũ cõtrahens ſuſpectus de hæreſi iudicatur nu. 75. 854.
Sacerdos in cõfeſſione mulierem ſolicitans ſuſpectus de hæreſi iudicatur, ratione ſacramenti adiuncti. nu. 77. 855.
Sacerdos vel religioſus ducens publicè vxorem dicitur de hæreſi ſuſpectus. num. 98. 861.
Sacci benedicti diſpenſatio, ad quem ſpectat. 7. & 8. 39.
Sacci benedicti ad perpetuam damnatorum ignominiam, in eorum parœcia ſunt ſuſpendendi. n. 9. & 10. ibidem.
Sacci benedicti antiquitas & etymologia, & forma deſcribitur. nu. 1. & 2. 40.
Saccis benedictis inſigniti antiquitus, quibus diebus ſtabant pro foribus, vſque in diem cœnæ Domini. nu. 3. ibid.
Sacci benedicti color aſſignatur, & etiam crucis quâ notabatur. nu. 4. ibid.
Sacci benedicti tempore B. Dominici erant colore ſubnigro. num. 6. 41.
Sacci benedicti ſiue habitelli reconciliatorum, cur in parœcijs ſuſpenduntur eorum nominibus inſcripti. nu. 9. 42.
Saccum benedictum ſiue habitellum, hæretici reconciliati tenentur publicè ſuper veſtes geſtare. nu. 5. 38.
Saccus colobrum fuit Anachoretarnm. nu. 83. 393.
Saccus ſiue cilicium, ſolatio & medicinæ fuit patribus Eccleſiæ naſcentis. nume. 84. ibid.
Sacramenta omnia nouæ legis inſtituta ſunt à Chriſto Domino immediatè. nu. 32. 654.
Sacramenta veteris legis immediatè inſtituta ſunt à Deo. nu. 33. 654.
Sacramenta omnia vim conferendæ gratiæ habent ex meritis Chriſti Domini. nu. 34. ibidem.
Sacramenta fluxerunt ex latere Chriſti Domini in cruce. nu. 35. ibidem.
Sacramenta omnia legis veteris, & legis naturæ fuerunt in morte Chriſti Domini extincta. nu. 126. 665.
Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ nõ denegantur hæreticis ad Eccleſiã conuerſis, vnctio vera extrema ſic. numer. 158. 826.
Sacramentis proprium eſſe ſigna ſenſibilia. nu. 36. 654.
Sacramentis ineſſe virtutem conferendi gratiam, probatur ex ſacra ſcriptura. nu. 47. 656.
Sacramentum Baptiſmi. à nu. 37. vſque ad 48. 655.
Sacramentum Confirmationis. à nu. 49. vſq; ad 55. 656.
Sacramentum Euchariſtiæ. à num. 56. vſq; ad 64. 657.
Sacramentum Pœnitentiæ. à nu. 65. vſque ad 82. 658.

Sacra-



Sacramentum Ordinis. à num. 83. vſque ad 106. 660.
Sacramentum eſt Epiſcopalis poteſtas imprimens characterem. nu. 99. 662.
Sacramentum extremæ vnctionis. à nume. 107. vſque ad nu. 121. ibidem.
Sacramentum Matrimonij. à numero 122. 664.
Sacramentum in dubio non creditur violatum. nu. 152. 874.
Sacrilegium quaſi eſt, de ſummi Pontificis poteſtate diſputare. nu. 33. 406.
Salmanaſſar Rex Aſſiriorum, Oſeam Regem & vniuerſum Iſraelem in Aſſiriam captiuum transfert propter idololatriam. nu. 95. 47.
Salomon ſucceſſit Dauidi in regno. numer. 3. 68.
Salomon inter omnes idololatras & hæreticos peruerſiſſimus dogmatiſtes fuit, & à Deo punitus. à numer. 3. vſque ad 14. ibidem.
Salomõ deiecit à Sacerdotio Abiathar ſummum Sacerdotem. nu. 18. 442.
Saluo iure impertinentiarum & non admittendorum, quis huius clauſulæ ſenſus. nu. 179. 829.
Salutatio ſpecialis iniuriam remittit. num. 22. 634.
Samuel an verè apparuit Sauli, lis eſt inter Theologos. num. 116. 64.
Samuel ſacerdos etiã in tẽporalibus regnabat in populo. num. 53. 460.
Sanctorum omnium conſenſus, circa intelligentiam ſcripturarum eſt ipſa fidei Catholicæ veritas. numero 94. & 95. 564.
Sapiens erit qui cum ſapiente graditur, & è contra. nu. 168. 828.
Sarra Inquiſitoris Officio functa eſt, cum Iſmaelem, ob idololatriam à domo Abrahæ expulit. nu. 9. & 10. 53.
Sardinia doctrinæ inopia olim laborabat. nu. 2. 218.
Sardinia vanis ſuperſtitionibus abundat. num. 5. 220.
Sardiniæ Inſulæ deſcriptio. nu. 1. 218.
Sardiniæ Inquiſitio quando inſtaurata. nu. 3. ibidem.
Sardiniæ Inquiſitores procedebant ſummariè. nu. 4. ibidem.
Sardiniæ Inquiſitori, locum tenenti, Archiepiſcopo, & Vicario, Ferdinandus Rex Catholicus ſcripſit. n. 6. 220.
Sardiniæ Inquiſitorum nomenclatura. numer. 15. 223.
Sartor hæreticus perpetuò carceri addictus. nu. 33. 297.
Saturnino Conſuli fidem populus Romanus non ſeruauit, & merito. nu. 27. 710.
Saul Rex ſucceſſit Iſraelitis, Samuele defuncto vltimo iudice. nu. 114. 63.
Saul, quod idololatras non occiderit punitur à Deo. nu. 105. 320.
Saulem Deus morte puniuit propter multa ſcelera quæ commiſit. nu. 117. 64.
Scandalizantes debent grauiter puniri. nu. 138. 823.
Scandaloſa propoſitio quid ſit. n. 100. 568.
Scandalum vt euitetur, relinquitur ſeueritas iuris poſitiui. nu. 137. 823.
Scandalum ſui quicumque metuit à confeſſario, poteſt ſine confeſſione contritus tamen communicare. n. 8. 843.
Scientia priuata ſuperioris valet ad corripiendum occultè, non autem palàm infamare, & delictum detegere poteſt. nu. 15. 845.
Schiſmatica propoſitio quid ſit. n. 111. 568.
Schiſmaticos Chore, Datan, & Abirõ, cum omni ſubſtantia & familia eorum abſorbuit terra. nu. 65. 59.
Schiſmaticos conſpirantes in Dei ſacerdotes ignis egreſſus, à thuribulis combuſſit & deuorauit. nu. 66. ibidem.
Scotia non conſtat habuiſſe Inquiſitionem. nu. 4. 248.
Scriptura ſacra potiſſimum telum eſt cõtra hæreſes. num. 57. 553.
Scriptura ſacra in corde Eccleſiæ ſitum habet, & in quo ſenſu ſcriptura intelligatur. nu. 58. & 59. ibidem.
Scripturã explicare, ad Romanũ Põtificem, & ad Concilium pertinet. n. 93. 564.

Secreta

...TECA UNIVERS...

Secreta detegentes Inquiſitores extra caſus à iure conceſſos peccant.nu.21. 36.
Secretum acta & proceſſus nulli præter Inquiſitores S. Officij debent eſſe manifeſta.nu.18. 34.
Secretum indicũt Inquiſitores Cõſultoribus S.Officij.nu.20. 36.
Secretum reuelantes Inquiſitores extra ordinem puniri poſſunt.nu.23. ibid.
Secretum quodnam dici poteſt. numero 24. 37.
Secretum commiſſum quo iure ſit ſeruandum.nu.8. 656.
Secretum detegens, quod vergit in cõmune damnum facit iuxta ius naturale & diuinum.nu.50. 765.
Secretum confeſſionis, eſt ſecretum Dei. num.100. 785.
Secretum in materia Inquiſitionis quid dicitur.nu.25. 37.
Secta Manichæorum, & Patarenorum extincta.nu.15. 294.
Sectæ multæ ex Martino Luthero prodierunt.nu.19. 325.
Sectæ duodecim emerſerunt ex Anabaptiſtarum ſecta.nu.20. ibid.
Sedes Apoſtolica in vrbe Romana Dei iuſſu à D.Petro poſita eſt.num.14. 419.
Seditio contra ſanctam Inquiſitionem, quo tempore Romæ orta fuit.nu.20. 126.
Sellum occidit Zachariam, idolis adorauit, & à Manachem occiditur. numero 89. 74.
Senacherib à ſuis filijs occiditur in templo Dei ſui.nu.104. ibid.
Senſualitas quæ ſit.nu.74. 854.
Senſus literalis quid ſit.num.60. 553.
Senſus plures literales eſſe poſſunt vnius & eiuſdem loci.nu.73. 558.
Senſus ſpiritualis eſt præſtantior literali, in omnibus ſcripturis veteris teſtamenti. num.76. 559.
Senſus literalis quando ſit potior ſpirituali. nu.77.& 78. 560.
Sententia quam tulit Beatus Dominicus, in hæreticum reconciliatum. numero 6. 99.
Sententia quot modis dicatur fidei aduerſari. num. 56. 553.
Sententia conuerſorum profertur ſub conditione nu. 32. 596.
Sententia Doctorum quatuor ſunt de poteſtate Papæ in temporalibus. numero 1. 416.
Sententia forma pro reſipiſcentibus. nume. 31. 596.
Serpentem quare Deus non inquiſiuit de peccato primorum parentum. numero 8. 28.
Serui & filij à poteſtate patris familias hæretici emittuntur.nu.6. 46.
Serui à Domino ſæuo non diſcedit, niſi cauſa iudici expoſita.n.47. 713.
Siciliæ regni Inquiſitionem ex antiquioribus Eccleſiæ eſſe probatur. numero 7. 197.
Siciliæ regni Inquiſitio multis priuilegijs & gratijs decoratur.à numer. 8. vſque ad 30. ibidem.
Siciliæ regnum quas Inſulas ſub ſe contineat, ſubiectas Imperio Catholicorum Hiſpaniæ Regum.nu. 16. 633.
Sidera errantia ab Aſtronomis, quomodo appellantur & eorum motus. numero 238. 689.
Sigiſmundi Malateſtæ ſtatua cremata fuit. nu.6. 113.
Signa leuia in crimine hæreſis non debent mouere animum viri conſtantis.num. 108. 862.
Signa, quod aliquis ſit in quaſi poſſeſſione Chriſtiani quæ ſint.nu.72. 811.
Simile eſt, vbi militat eadem, vel ſimilis ratio.nu.36. 524.
Similia quæ dicantur.n.96. 860.
Simon frater Ionathæ Princeps & Pontifex eligitur.nu.36. 81.
Simonis Magi infelix exitus.n. 8. 308.
Simplicitas non excuſat ab errore circa articulos fidei, & in quibus excuſet. nu. 43. 550.
Simulata confeſſio & reſipiſcentia præcauenda ab Inquiſitoribus. numero 30. 596.





Simulatores faciliter per mentis elationem, & luxuriæ ardorem liquantur ſicut vas vacuũ ad ignem poſitũ.n.199. 682.
Sixti Papæ V.conſtitutio contra Henricum Borbonium.nu.38. 330.
Sixtus Papa V.magni fecit ſanctum Inquiſitionis Officium.num.17. 278.
Smaragdi ſymbolũ deſcribitur.n.45. 370.
Smaragdi ad morbos depellendos virtus. nu.60. 373.
Societas ac familiaritas hæreticorum tanquam peſtis fugienda.nu.169. 828.
Socius in crimine læſæ maieſtatis, dignus eſt venia, ſi denunciat.nu.17. 709.
Socius criminis, an admitti poſſit ad accuſandum, & teſtificandum.n.97. 744.
Socius criminis, an poſſit contra ſocium torqueri.nu.98. ibid.
Socius criminis in caſibus exceptis, & præcipuè in crimine hæreſis admitti poteſt ad accuſandum & teſtificandum. nu. 99. 745.
Socius criminis non admittitur ad teſtificandum contra ſocium.nu.27. 847.
Socius criminis non admittitur in teſtem contra ſocium: quid in crimine hæreſis, & in crimine occulto.num.162.& 163. 878.
Socrates iudicium mortis ſubijt, quia receptam religionem damnabat. numero 8. 282.
Sol retroceſſit in gratiam Regis Ezechiæ. nu.105. 74.
Solicitare proximè circa actum confeſſionis antè vel poſt, quid ſit.n.118. 864.
Solicitatio ad libidinem in actu cõfeſſionis ſacramentalis, vel proximè illi, an oriatur ex inclinatione naturæ deprauatæ, an verò ex contemptu ſacramenti.nu. 6. 843.
Solicitatio in actu proximo confeſſionis quando dicatur per confeſſarium committi.nu.119. 865.
Solicitationis delictum mulierum ab libidinem in actu cõfeſſionis antè vel poſt, deteſtabile eſt.nu.1. 842.
Solicitationis delictum in confeſſione commiſſum non eſt contra fidem, ſed contra conſcientiam, & quæ ſpecies peccati ſit.nu.53. 851.
Solicitationis peccati grauitas, duobus modis peti poteſt, & qui ſint.nu.54. ibid.
Solicitationis delictum in confeſſione perpetrans, infamiam incurrit. numero 122. 865.
Solicitationis delictum in confeſſione clam committitur, & ob id acriùs punitur. nu.124. 866.
Solicitationis delictum in confeſſione mulieris, quomodo probandum. numero 128. ibidem.
Solicitatrices mulieres ſi ſint, quid iuris. nu.171. 886.
Solitum quando dicatur.nu.127. 538.
Solutio argumentorum ſexdecim. numero 160. 876.
Sotus in relect.de hæreſi, malè loquitur. numer.72.& 73. 853.
Sparragus Archiepiſcopus Tarraconen. & alij in cauſis fidei delegantur. numero 2. 177.
Species de proprietate ſermonis ineſt ſuo generi.nu.41. 774.
Spes peccatorum vacua eſt, & eorum opera inutilia.num.200. 682.
Spiritus ſanctus non genitus, ſed procedens. nu.16. 355.
Spoletani Ducatus Inquiſitio. nu.3. 265.
Sponſa fit vxor per ductionem in domum. num.26. 421.
Sponte venire quid dicatur.nu. 13. 576.
Stanislaus Hoſius Cardinalis de Officio S. Inquiſitionis Hiſpaniarum honorificam facit mentionem.nu.6. 276.
Statua Sigiſmundi Malateſtæ crematur.nu. 6. 113.
Statua Martini Lutheri combuſta.n.7.ibid.
Statua defuncti hæretici damnati, in publicum effertur.nu.87. 588.
Statua hæretici defuncti damnati traditur ſæculari curiæ.nu.88. ibid.
Statuto exſtãte, ne quis ſub pœna triticum extra territorium extrahat, ſi in itinere inueniatur, dicitur ſtatuto contrauenire,

uenire, licet prouinciam non exierit. num.42. 849.
Statutum vel diſpoſitio loquens per dictionem, omnes, vel ſimiles comprehendit omnia quæ omnino comprehēdi poſſunt etiam impropriè.nu. 27. 636.
Stemmata tribunalis S.Inquiſitionis qualia ſunt.à nu.1.vſque ad 85. 362.
F.Stephanus,& F.Raymundus Carbonerius ex D. Franciſci familia Inquiſitores perimuntur.nu.9. 109.
Stephanus Papa II. Imperium à Græcis ad Gallos tranſtulit.num.76. 464.
Subdelegandi cauſæ iuſtæ ſunt infirmitas, & abſentia iudicis delegati.n.56.527.
Subdelegatus à delegato non cenſetur ſubdelegatus, ſed delegatus à delegante. nu.82. 532.
Suintilla Hiſpaniæ Rex regno deturbatur. nu.94. 319.
Sūma æquitas,quibus cōſtituatur.n.33.711
Summi Pontificis poteſtas & iuriſdictio in temporalibus & ſpiritualibus qualis ſit. nu.1. 396.
Superbia quid ſit.num. 5. 23.
Superbiæ actus primus eſt nolle parere imperio,& præceptis alicuius.nu.3. ibid.
Supplicium complurium, qui Bohemiam irrepſerant cum peregrina religione.nu. 28. 312.
Suſpectus de fuga non citari, ſed capi debet.nu.70. 586.
Suſpectus in cauſa hæreſis ſi deeſt proceſſus abſoluitur.nu.1. 591.
Suſpectus violenter ſi recuſat abiurare,traditur brachio ſæculari.n.23. 595.
Suſpectus & diffamatus de hæreſi arctiùs punitur, quàm ſuſpectus tantùm.num. 28. ibidem.
Suſpicio leuis de hæreſi ex quibus inducatur.nu. 91. 814.
Suſpicio quid ſit à n.100.vſq; ad 106.861.
Suſpicio mouet animum iudicis,non tamen in totum remouet dubium.n.101.ibid.
Suſpicio vnicà non inducit præſumptionem, ſed plures ſuſpiciones requiruntur. numero 105. 862.
Suſpicio ſeu præſumptio triplex eſt. nu.107. 109.& 110. ibidem.
Suſpicio tripliciter diuiditur: leuis, vehemens,& violenta & quid in ſe quælibet cōtineat.n.113.114.& 115.863.
Suſpicionis cauſæ,& in his Inquiſitorū munus.nu.52. 601.
Suſpicionis definitio.nu.65. 810.
Suſpicioni ſubiacet qui cum hæreticis verſatur.nu.27. 595.
Synodi Nicenæ elogium de Eccleſiæ Romanæ poteſtate.75. 463.

## T

TACITVRNITAS habetur pro cōfeſſione, & iudicio ad quæſtionem.nu.16. 709.
Talionis lex 12. tabular. iure canonico & ciuili ſublata.numer.17. 577.
Talionis pœnæ denunciator non ſubiacet. nu.22. 772.
Talionis pœna iuxta qualitatē delicti arbitrio iudicis venit imponēda.n.10.795.
Talionis pœna iure ciuili inducta fuit. nu. 11. ibidem.
Talionis pœna per conſuetudinem ſublata eſt.nume.12. 796.
Tademus hæreſiarcha occiditur.n.24.311.
Temeraria propoſitio quid ſit, & quibus modis dicitur.n.108.& 109. 567.
Templariorum hæreſis & crimina detecta. nu.24. 295.
Templarios qui excuſare conantur falluntur.nu.25. 296.
Temporalia omnia ſunt acceſſoria & adiectitia ſpiritualibus.nu.38. 455.
Temporalia à ſpiritualibus quomodo dependeant.num.54. 492.
Temporis pars ponitur pro tēpore in Scriptura ſacra.nu. 66. 556.
Tempus commiſſi criminis debet ſpecificè in libello apponi,aliàs non procedet Inquiſitio.nu.94. 815.
Terminus edicto præfixus ad denunciandum produci non poteſt.nu.37. 710.





Terminus à die monitionis ad diem præfixā computatur.nu.38. ibidem.
Terminus quando non conſtituitur,poterit dilatio in anni ſpatium remoueri. nu. 40. 712.
Teſtamenti factionem Pagani, nec Iudæi habent.nu.105. 818.
Teſtes priuſquam deponāt in cauſa hæreſis admonendi ſunt, ne quid niſi verè & ſincerè dicant.nu.25. 578.
Teſtes an duo ſufficiant contra hæreticum. nu.27. ibid.
Teſtes examinari debēt ab Inquiſitoribus ſuper reprobatione propoſita à reo.num. 53. 601.
Teſtes inquirere & interrogare de crimine occulto proximi non laborantis infamiâ,an ſit licitum.nu.41. 729.
Teſtes duo ad hæreticum comprobandum ſufficiunt.nu.61. 778.
Teſtes admittuntur etiam in actu proprio, ſi actus eſt talis vt de ſui natura non ſoleant interuenire niſi ij, qui commodum aut intereſſe habent.n.140.870.
Teſtes inhabiles & ſingulares admittūtur, quando per alios veritas ratione loci & temporis haberi non poteſt.nu. 141.& 158. 871.
Teſtes ſingulares,probant aliquem eſſe hæreticum.num.143. ibidem.
Teſtes ſingulares probāt,vbi agitur de probāda iuriſdictione in genere.n.144.872
Teſtes ſingulares in quolibet crimine,regulariter non probāt,multo minùs in crimine hæreſis, & quare.n. 150. 873.
Teſtes duo ſingulares, an probent cōtra cōfeſſarios in cōfeſſione mulierē ad libidinem ſolicitantes.à nu. 151.vſque ad nu.159. ibid.
Teſtes ſeptem requiruntur quando de diuortio agitur.nu.155. 874.
Teſtes duo ſufficiunt ad perfectam probationem inducendam, in quauis cauſa tam prophana quàm Eccleſiaſtica, vel ſpirituali.num.156. ibid.
Teſtes duo ſufficiunt contra Epiſcopum & ſum.Pontific.in hæreſi.nu.157. 875.
Teſtes duo licet ſingulares loco & tempore ſint, probant vbi agitur de certa ſpecie hæreſis.nu.159. ibid.
Teſtibus in fidei cauſa fauetur. numero 49. 600.
Teſtimonium non ferunt Iudæi neque Pagani, propter infamiam & vilitatem ſuam.nu.103. 817.
Teſtis vocatus contra hæreticum tenetur deponere.nu.36. 712.
Teſtis in dubio non præſumitur velle deierare.nu.58. 733.
Teſtis interrogatus à iudice in delicto notorio ſuper delinquente occulto,non poteſt illum detegere.nu.118. 750.
Teſtis interrogatus à iudice de delinquēte in genere, ſi illum nouit in ſpecie non laborantem infamiâ,nō tenetur aperire veritatem.nu.137. 753.
Teſtis & accuſatrix mulier eſſe poteſt contra confeſſarium ad libidinem in confeſſione ſolicitantem.nu. 142. 871.
Teſtium conſideratio & interrogatio, qualis eſſe debeat.nu.26. 578.
Teſtium dicta maximè Inquiſitores expēdunt.nu.28. 579.
Teſtium publicatio quomodo fit.numer.52. & 53. 584.
Teſtium nomina in cauſa hæreſis, non ſunt publicanda & quare.nu.50. 600.
Teſtium nomina fauore fidei non publicantur, ſi ob potentiam accuſati imminet periculum teſtibus, quod idem eſt in crimine læſæ maieſtatis.nu.31. 523.
Teſtium repetitio,eorumque ſignificatio. n. 50 584.
Teſtium dicta in meliorem partem interpretanda.num.59. 733.
Teſtium ſingularium depoſitio in crimine hæreſis,inutilis eſt.num. 17. 846.
Teſtium defectus & inhabilitas non poteſt in criminalibus ſuppleri, nec teſtium multitudine purgari.nu.19. ibid.
Teſtium ſingularitas triplex eſt, obſtatiua, cumulatiua, & diuerſificatiua. num. 145.146.147.& 148. 873.
Textus in c.diſciplina.& in can.omnis.45.

diſtinct. elucidatur. nu. 18. 153.
Textus in c. quicumque. de hæreticis. libr. 6. intellectus. nu. 204. 833.
Tharæ patris Abraham domus pro cultu vnius Dei perſecutionem paſſa eſt à Chaldæis. nu. 6. 53.
Theodoricus Oſthrogotthorum Rex ſpectro exanimatus occubuit. nu. 87. 317.
Theodoſij Magni Imperatoris, nouella de Iudæis. nu. 12. 282.
Theodoſio hæreticos expellenti Deus fuit propitius. nu. 111. 321.
Theodoſius Magnus Imperator moribundus fidei conſeruationem filijs commendauit. nu. 13. 284.
Theodoſius Imperator imperauit, vt hæretici procul à ciuitatibus amandarentur. nu. 44. 288.
Theodoſius Imperator diuinam iracũdiam expertus eſt. nu. 101. 319.
Theodoſius multa aduerſus hæreticos ſanciuit. nu. 112. ibid.
Theodoſius celeberrimam de Maximo reportauit victoriam. nu. 113. ibid.
Theodoſius exturbando hæreticos cæleſtes ſibi conciliauit exercitus. n. 114. ibid.
Theologi recentiores non in opinione, ſed in fundamentis diſcordant de ſum. Pontificis poteſtate. nu. 5. 483.
Theophilus acerbiſsimo morbo interijt. nu. 59. 316.
Tholoſæ Inquiſitio, quo tempore perdurauit. nu. 6. & 7. 246.
F. Thomas à Turre cremata primus Inquiſitor Generalis fuit in ditionibus Hiſpaniæ. n. 13. 133.
F. Thomas à Turre cremata Catholicis Regibus perſuaſit, vt Iudæos ab Hiſpania expellerent. nu. 1. 163.
F. Thomæ à Turre cremata primi Inquiſitoris Generalis vita. nu. 1. 156.
Thomas à Liciniana Inquiſitor ſupremi Senatus S. Generalis Inquiſitionis. num. 8. 149.
F. Thomas à Turre-cremata Officium Inquiſitoris Generalis libenter ſuſcepit, Epiſcopus autem Hiſpalenſis creari renuit. numer. 8. 276.
Timor Dei vbi non adeſt, innumera pullulant vitia. nu. 216. 685.
Tympaniſta quidam exuritur. n. 27. 312.
Titus ingrediens & contemplans Ieruſalem, quid dixit. nu. 21. 84.
Toleti ciuitatis Hiſpaniæ breuis deſcriptio. nu. 1. 169.
Toleti Inquiſitionis inſtitutio. à nu. 2. vſque ad 9. ibidem.
Tonſio barbæ & capillorũ in S. Officio quid denotat. nu. 63. 390.
Tormenta qui ſuſtinet, & nihil confitetur, abſoluitur ab inſtãtia iudicij. n. 6. 592.
Torturæ iudicium per quos & quando fieri debeat. nu. 7. ibidem.
Traianus Magiſter militum ſub Valente victus, ac confuſus rediens quid dixerit Imperatori. nu. 42. 314.
Tribulatio & aduerſitas ſemper reperiuntur in mari. nu. 235. 688.
Tribunal S. Inquiſitionis hæreticorũ bona fiſco addicit. nu. 2. 45.
Tribunal S. Inquiſitionis Siciliæ in Panormo eſt. nu. 4. 196.
Tribunal ſæculare in rebus temporalibus à ſummo Pontifice eſt exemptum. nume. 100. 503.
Trinitatis opera, ad extra ſunt indiuiſa. nu. 17. 355.
Triremium Inquiſitio quando & à quo inſtituta fuit. nu. 1. & 2. 123.
Triremium Inquiſitores qui fuerunt. nu. 9. 10. & 11. 226.
Triremium Inquiſitio quando ceſſauit. nu. 12. ibidem.
Tutor poteſt donationẽ facere de rebus pupilli, quoties illi expedit. nu. 53. 430.

## V

VALENS Imperator cõcrematur. numero 41. 313.
Valentiæ Inquiſitionis inſtitutio. à nu. 1. vſque ad 6. 186.
Valentiæ Inquiſitorum nomenclatura. nu. 6. 188.
Valentinianus Iunio Mediolanũ deſerere cogitur. nu. 106. 320.
Vendere triticum vltra taxatum pretium, an ſit contra finem iuris naturalis. num. 41. 764.
Venetiæ Inquiſitio quando & à quo erecta. nu. 1. 265.
Venetiæ Inquiſitor fuit F. Felix Peretus, qui poſtea fuit Papa Sixtus V. nu. 4. ibid.
Venire ſponte quid dicatur. nu. 13. 576.
Verba illa ſerpẽtis [cur præcepit vobis Deus, &c.] quam ſignificationem habent, & quare ſic locutus fuerit. numer. 12. & 16. 4.
Verba Caim dicentis: [maior eſt iniquitas mea[ quomodo intelligantur. n. 8. 46.
Verba illa Geneſ. 15. [Ego ſum Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum,] quomodo exponantur. nu. 5. 53.
Verba illa Pſalm. [Exurge Domine, iudica cauſam tuam,] explicantur. n. 77. 377.
Verba illa Euangel. [Paſce oues meas] quid ſignificent. n. 58. 409.
Verba D. Bernardi de Pontificis poteſtate. nu. 24. 450.
Verba D. Auguſtini de poteſtate Petri. nu. 25. 451.
Verba illa [Paſce oues meas] quomodo intelligantur. nu. 29 & 32. 452.
Verba illa Euangel. [Principes Gentium] expenduntur. nu. 129. 509.
Verba illa Euangel. [Regnum meum non eſt de hoc mundo] quomodo intelligantur. numer. 82. pag. 499. & numero 127. 509.
Verba illa Matth. cap. 19. [niſi quis renunciauerit] quomodo intelligantur. num. 130. 510.
Verba illa Pauli ad Titum cap. 2. [nemo militans Deo] quomodo ſint intelligẽda. nu. 131. 510.
Verba priuilegij commiſsionis, vel inueſtituræ cum de eis dubitatur inſpicienda ſunt. nu. 12. 521.
Verba regulariter quando propriè, & quãdo impropriè accipiantur. nu. 75. 531.
Verba quando non operantur in ſuo ſignificatu, ad improprium trahuntur. nume. 77. 532.
Verba ne dicantur ſuperflua, debẽt aliquid operari. nu. 89. 533.
Verba intentioni deſeruiunt, non verbis intentio. nu. 81. 813.
Verba animum dicentis exprimunt. nume. 84. ibidem.
Verba & facta ſunt ſigna indicantia interiorem mentis conceptum. n. 88. ibid.
Verba Pauli 1. ad Corint. 4. [Nolite ante tempus iudicare] & ad Romanos [Tu quis es qui alium iudicas] quomodo accipienda. nu. 10. 844.
Verborum qualitas, eſt mentis & fidei noſtræ teſtimonium. num. 119. 821.
Verbum [accuſo] quid indicat, & quando quis accuſare dicatur. nu. 51. 806.
Veroſimile, an & quando attendatur. num. 13. 521.
Veſtes pelliceas Deus de nouo condidit, illiſque tanquam ſaccis benedictis primos parentes induit. nu. 3. 38.
Veſtes pelliceæ efferatas hominum animas per peccatum oſtendunt. nu. 4. 44.
Veſtis qua induuntur hæretici comburendi, longè diuerſa eſt à veſte recõciliatorũ. nu. 8. 42.
Veſtis pœnitentialis antiquitas. n. 7. 100.
Veſtis pœnitentialis differt à ſcapulario Monachorum. nu. 81. 382.
Veſtis ad inſtar colobij quo vtebantur Africani Anachoretæ. nu. 82. ibidem.
Via ad effectum non eſt effectus. numero 28. 847.
Via ſiue proceſſus ad effectum in criminalibus non punitur ſed ipſe effectus. nu. 30. ibidem.
Vicariatum elegit Chriſtus in Apoſtolica ſede. nu. 5. 447.
Vicarij ſeu Commiſſarij nõ poſſunt alios Vicarios ſeu Cõmiſſarios creare. n 5. 520.
Vicarij ſeu Commiſſarij conſtituti à Papa ſubdelegare poſſunt, gaudentque priuilegijs quibus & Inquiſitores, & præfe-

runtur ordinarij, ſecus eſt in ſubdelegatis.nu.72. 531.
Vicarius facit idem conſiſtorium cum Epiſcopo, non autem delegatus.n.79. 532.
Vicerector gaudet immunitate rectoris. n. 73. 531.
Vicinitas actuum antè vel pòſt, diſpoſitionem eandem quodammodo reddit, facitque vnicum eſſe actum.n.43. 849.
Victor Vticenſis hæreticus vermibus exeditur.nu.82. 317.
Vigil de Quiñones Inquiſitor ſupremi Senatus S.Generalis Inquiſitionis. num. 8. 148.
F.Vincentius Vlyßiponenſis Inquiſitor.nu. 24. 111.
F.Vincentius à Lisboa poteſtatem accepit à ſummo Pontifice nominandi Inquiſitores, in Caſtella, Legione, & Luſitania.nu.8. 132.
F.Vincentius à Lisboa Inquiſitor Generalis in Luſitania creatur.num.1. 226.
F.Vincentius Antiſt Iuſtinianus, de S. Officio ſcribendo plurimum meruit. nu. 12. 277.
S. Vincentius Ferrer claruit Huſsitarum tempeſtate.nu.11. 293.
Vinceslaus XII.Bohemorum Rex à ſuis ſubditis affligitur.num.107. 321.
Vinctus è carcere fugiens, ſi nobilis eſt arctiùs cuſtodiatur, ſi vilis, flagelletur. nu.72.& 73. 587.
Violenta præſumptio ex quibus accipi poſſit.nu.25. 595.
Violenter ſuſpectus, ſi recuſat abiurare, traditur brachio ſæculari.n.23. 595.
Vir in vxorem tanquam caput ius habet. nu.17. 21.
Vir iuſtus ſub vmbra dormit, quod denotat refrigerium.nu.203. 683.
Vir iuſtus quomodo dicatur dormire in oratione.nu.204. ibidem.
Vir perfectus euadet, qui eſt irrigatus ad radices fidei humore gratiæ. numero 231. 688.
Vir iuſtus ex fide viuit.nu.235. ibid.
Viri illuſtres, qui de ſanctæ Inquiſitionis Officio, aut egregiè ſenſerunt, aut præclarè locuti ſunt. à numer. 1. vſque ad 15. 273.
Virga quid ſit.nu.11. 382.
Virga iudiciariam Inquiſitionis poteſtatem deſignat.nu.14. 383.
Virga eſt menſura, libraque Critolai. num. 15. ibidem.
Virga Dei triplex eſt.nu.18. ibidem.
Virga S.Officij triplex eſt.nu.18. ibid.
Virgâ vt veſtium ſordes, ſic animorũ prauitates excutiuntur.nu.21. 384.
Virgâ pœnitentiæ ſymbolum, tam priuatè quàm publicè.nu.22. ibidem.
Virgâ vſus Gregorius Nazianzenus in pœnitentia priuata.nu.23. ibidem.
Virgâ vſus D.Paulus in pœnitẽtia publica. nu.24. ibidem.
Virgam Dei ipſius iram eſſe probatur.num. 12. 382.
Virgæ ſuæ ſummitatem melle illitam ori admouens Ionathas illuminatur. num. 17. 383.
Virgæ proprium eſt vt flores & ramuſculos producat, id eſt, reſipiſcentiam. nu. 20. 384.
Viridis color quid ſignificat à nu. 39. vſque ad 66. 363.
Viror vitam ſignificat.nu.53. 372.
Viſio Danielis quatuor animalium è mari egredientium exponitur.n.78. 377.
Viſio Specularis aliquando certior eſt oculari.nu.150. 671.
Vita in terris eſt tranſitus ad cæleſtia. nu. 34. 454.
Vita temporalis, & temporalia omnia per ſe ſunt imperfecta.num.41. 455.
Vita hominis tranſit tanquam veſtigium nubis.nu.218. 685.
Vitiza Hiſpaniæ Rex à Roderico peremptus.nu.95. 319.
Vlphilas Gotthorum Epiſcopus Concilio Niceno interfuit.nu.3. 323.
Vnctio quæ fiebat ab Apoſtolis non erat ſacramentalis.nu.110. 663.
Vngariæ & Poloniæ Inquiſitio. numero 1. & 2. 252.

Vnitas

INDEX.

Vnitas & concordia ſubditorum cum Principe omnigenam felicitatem importat in regnum nu.25. 286.
Vnitas fidei admodum commendatur. à n. 263. vſque ad nu.294. 698.
Vnitas fidei vnicam Dei Eccleſiam ſanctã, & immaculatam conſtituit. numero 282. 699.
Vnitas fidei à nobis eſt diligenda. numero 290. 700.
Vnitas fidei eſt vinculum perfectionis. nu. 265. 697.
Vnitas eſt amanda, & à Deo petenda.num. 267. ibidem.
Vniuerſale aliquid quot modis dicatur. nu. 73. 463.
Vnus eſt ſummus Pontifex Eccleſiæ Romanæ.nu.20. 403.
Voluntas patris cenſetur voluntas filij, & probatur.nu.7. 11.
Vota Inquiſitorum & Conſultorum, quo ordine proferenda ſunt.n.57. 585.
Vox eſt nota paßionum, quæ in anima ſunt. 120. 821.
Vtilitas, fructus, & dignitas S. Inquiquiſitionis, qualis & quanta ſit.à num. 1. vſque ad nu.22. 267.
Vſurarum cognitio pertinet ad Inquiſitores coronæ Aragonum.nu.36. 185.
VVicleffiſtæ Crucem quantum in ijs eſt. labefactant.nu.26. 346.

Z

ZAMRI Inquiſitoris munus exercuit occidens Helam, & omnem domum, & cognationem Baaſæ.nu.36. 71.
Zamri ſe ipſum cum domo ſuæ Regia combußit.nu.37. ibid.
Zelandiæ & Hollandiæ Inquiſitio.numero 3. 247.
Zeno hæreſiarcha viuus ſepelitur. numero 44. 314.
Zorobabel fuit primus Dux Iudæorũ, templum ac ſanctam ciuitatem reædificauit.nu.3. 78.
Zuinglius hæreſiarcha in prœlio interimitur.nu.38. 313.
Zuinglius hæreticorum magiſter & dux à Cantonibus comburitur.nu.34. 330.

# FINIS.

# DE ORIGINE ET PROGRESSV OFFICII SANCTAE INQVISITIONIS.

## *LIBER PRIMVS.*

SAnctæ Inquiſitionis inſtitutum ab ipſis mundi primordijs repeto, eiuſque progreſſus per omnes ætates indago, & ad noſtra vſque tempora maximis incremẽtis auctum, priuilegiiſque honeſtatum ſtrictim perſequor; vt contra prauitatem errorũ armatum ſemper fuiſſe, munitúmque Dei patrocinio impij hæretici intelligant, & futile atque inane eſſe quicquid ad libertatem, impunitámque viuendi licentiam in contemptum fidei Catholicæ temerario auſu inducti præſumpſerint attentare.

# TITVLVS PRIMVS.

## De peccato,& infidelitate Adæ.

*Deus vt Angelorũ ruinas repararet Adamum creauit, diabolus verò acri ſtimulatus inuidia dolis Euam aggreditur.*

## *CAP. I.*

### SVMMARIVM.

*DEus hominem ad ſui imaginẽ creauit, & ad ſublimem dignitatem euexit.*

2 *Diabolus inuidit nouum hominem ad æternam gloriam euectum.*

3 *Facultas intellectus, & voluntatis fuit in primis parentibus rectiſsima.*

4 *Diabolus intellectum primorum parentum aggreditur, vt ſuis fallacijs eos à Deo ſegregaret.*

5 *Diabolus ſerpentis formam accepit, mulierem adoritur, & ad ligni fructum guſtandum pellexit.*

6 *Eua diuinitatis cupida, legem Dei violat, virumq́ue ad id agendum induxit.*

7 *Pœna peccati primorum parentum, & poſterorum quæ fuit.*

8 *Diabolus mentem primorum parentum inuadit.*

9 *Diabolus fidem mulieris tentat, & labefactat.*

10 *Initium colloquij ſerpẽtis cum muliere quod fuerit, & quibus verbis ſe in beneuolentiam inſinuat.*

11 *Peccati genus duplex eſt, ad quod hominem irritat.*

12 *Verba illa ſerpẽtis [Cur præcepit vobis Deus, &c.] quam ſignificationem habeant, & quare ſic loquutus fuerit, & num. 16.*

13 *Deus tria primis parentibus præcepit.*

14 *Diabolus vltimum præceptum parentibus noſtris datum neſcire ſimulauit, & duo prima confudit.*

15 *Diabolus ex confabulatione cum primis parentibus homicida, & mendax fuit.*

## Prima mundi ætas.

1 CReator † omnium
Deus vacuas poſ-
ſeſſoribus cęleſtes
ſędes euocatis aliũ
de colonis imple-
re volens, hominẽ
à ſe conditum, &
neceſſarijs ad comparandam beati-
tudinem ſubſidijs inſtructũ, ad tan-
tæ gloriæ & honoris ampliſsimi ſpẽ,
impreſsâ in eo ſui imagine erexit,
quâ gradũ Diuinæ naturæ attinge-
ret, licet imparẽ naturã, & paulò ab
Angelis inferiorem cõtineret, æter-
nitatis, infinitatis, & diuinitatis quo-
dãmodo capacem cuius deſiderium
ſolus ille qui homini tanti boni cupi-
ditatem indiderat beatiſsimarumq́;
mẽtium numero adſcripſerat, exple-
2 re poſſet. † Id cùm cerneret princeps
tenebrarum autor totius impietatis
& rebellionis aduerſus Deum paulò
antè commotæ, dolenſq; hominem
ab humo excitatum, ad eam gloriam
aſcenſurum, quâ ſpoliatum ſe conſi-
derabat, ęſtuauit inuidiâ, ardẽs odio,
& ad Dei conſilium euertẽdum ſta-
tim mẽtem, & cogitationem admo-
uit, neq; eum fruſtratus eſt conatus.
3 Erant † autem homini duæ in primis
animæ facultates, ſingulæ adiumẽtis
ſingularib. ſuffultæ: intellectus lumi-
ne cæleſti colluſtratus, acer, vigẽs, &
rerum perpetuarum contemplationi
deditus, & vacans: volũtas etiam re-
ctiſsimè



ctiſsimè conſtituta, neq; vlla pertur-
batione impedita; bonis omnibus,
quæ humanã naturam ſuperant abũ-
dans, atque iuſtitiæ originalis adiun-
cta cuſtodia, vt facilè in Dei cultu, &
obſeruãtia perſiſteret, præſertim affe
ctionibus ita tẽperatis, vt ad omnes
rationis nutus obedirent. Earum
4 alteram † intellectum, veterator
ille ſuis fallacijs magis opportunum
ratus fraudem diſsimulãs, ſub ſpecie
ſcientiæ boni & mali comparandæ
nititur ipſum in errorem impellere,
fidei lumine obſcurato, non ignorans
hominem infidelitatis crimine (lõgè
omnium maximo) obſtrictum, magis
Deo inuiſum fore: & ideo eiuſmet cri
5 minis reum facere intentat. Igitur †
ſerpentem induit, & illius linguæ in-
ſtrumento vſus, confictis dolis mulie-
rem adoritur, atq; ad deguſtandum
vetitæ arboris fructum allicit, vtpotè
cuius eſu illicò ad diuini boni, & ma-
li cognitionem perueniret. Hæreſis
Ophitarum cum Eccleſia diu cõten-
dit ſerpentem illũ fuiſſe Dei Sapien-
tiam improbè omnino: nec magis ſin
cerè Origenes, qui (quod idem eſt)
Chriſtum aſſerit fuiſſe; vtriq; fortaſſe
decepti quod Septuaginta Interpre-
tes ὄφιν φρονιμώτατον, id eſt, ſerpentem
prudentiſsimum dixerint. Pernicio-
ſam illam opinionem damnauit Ec-
cleſia, & verè diabolum fuiſſe muta-
tum in ſerpentis formã docent Hie-
ronymus, Auguſtinus, Cyprianus in
ſerm. de Zelo & liuore, Ambroſ. in
lib. de Paradiſo, Chryſoſtomus, Theo
doretus, Cyrillus lib. 3. in Iulianum, &
alij paſsim. Certè ex ijs animantibus
quæ creauit Deus ſexto die ſerpens
erat. Id indicãt verba Græca Septua-
genorum Interpretum [ὁ δὲ ὄφις ἦν ὁ
φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων:] quæ la-
tinè ſonãt: [Serpens autem erat inge
nioſiſsima beſtiarũ.] Nam quod vul-
gata editio latina habet [Callidior
cunctis animãtibus terræ] magis ac-
cedit ad Aquilæ verſionẽ, cuius hæc
ſunt verba [καὶ ὁ ὄφις ἦν πανοῦργος ἀπὸ παν-
τὸς ζώου τῆς χώρας, id eſt: Et ſerpẽs erat
aſtutus præ omni animãte regionis.]
Meliùs profectò Septuaginta ac dilu-
cidiùs, quorum ea mens, hic ſenſus
fuit, vt dæmon ille ſit qui ſerpentis
indutus ſpecie (quæ fortè tum alia
6 erat) mulierem conuenerit. Illa † di-
uinæ ſcientiæ acquirendæ ſtudio in-
cenſa, & fructus pulchritudine inui-
tata, legem Dei parentis optimi vio-
lauit, & virum ad funeſtas epulas blã-
7 ditijs ſuis induxit: ſubitò † peccatum
excepit pœna, cùm primis parẽtibus,
tum toti poſteritati communis & lu-
ctuoſa, omnibus enim ornamentis
nudi, grauiſsimâ, tam in intellectu
quàm volũtate plagâ acceptâ à Para-
diſi finibus ſemoti, extorres, domo, pa
triâ, cælitum cõſortio, & (quod caput
eſt) à Dei aſpectu feliciſsimo excluſi,
acerbũ vitę curſum, miſerũ, & calami
toſum tenuerunt, cæteros mortales
omnes eadem criminis labe infectos,
ijſdem ſecum ærumnis ac calamita-
tibus inuoluerunt; & quidẽ omnibus
animi ornamentis amiſsis fidei in pri-
mis dotem, vt maiori contentione à
dæmone oppugnatam, ita ereptam
perdidiſſe primos parentes ex ipſa
hiſtoria demonſtrabo.
8 Pro certo † habebat dæmon, quâ
eſt ſolertiâ circumueniendi hominis,
eam faciliorem rationem fore, ſi vn-
dique multis magniſq; præſidijs mu-
nitum, ea ex parte inuaderet, quæ in-
firmior ad reſiſtendum, minùs ab inſi-
dijs tuta, & præ cæteris ad apertũ ſa-
lutis diſcrimen magis expoſita vide-
retur. Singula igitur circumſpiciens
mens ad lapſum videbatur pronior;
nam quamquam lumine quidem cæ-
leſti illuminata eſſet, fide nimirum
veluti face ad cognitionem Dei præ-
eunte ac obſcura, & ænigmatibus in-

uolutâ (videmus enim nunc per ſpe-
9 ciem in ænigmate.) Ideo† fidem ten-
tat mulieris, & labefactat, vt potè ad
aſſenſum procliuioris.

Sermocinationis autem verba, in-
ter Euam & ſerpentem vltro citroq́;
habitæ, & anſam fidei diuinis verbis
abrogandę expendamus, vt luculen-
tiùs infidelitatis grauiſsimum pecca-
tum appareat, & cauſa in eam à Deo
10 ſupremo iudice inquirendi. † A ſer-
pente hoc initium inſtituti cum mu-
liere colloquij in ſacris literis prodi-
tur. Serpẽs erat callidior cunctis ani-
mãtibus terræ quæ fecerat Dominus
Deus, qui dixit ad mulierem cur prę-
cepit vobis Deus, vt nõ comederetis
ex omni ligno paradiſi? quibus verbis
fallacibus, & blandis, dæmon in eius
beneuolẽtiam ſe inſinuat, quaſi illius
ſtudioſus, & dolens libertatem illius
imminutam, præſcripto legis à Deo
impoſitæ & ſimul fidem Deo adimit,
atq; inuidiam conflat, cupiditatem-
q́ue vindicãdę libertatis inflammat,
quaſi experiri ſuam libertatem in ma
lo, eſſet libertas, quod nequaquã eſt
(poſſe enim peccare, & vera Philoſo
phia, & Theologia docet, & eſt com-
munis doctrina Anſelmi, imò verò 1.
part. q. de libero arbitrio, non eſt li-
bertas, ſed defectus libertatis, & prę-
ter naturã eius, vt videre eſt in Deo,
qui cũ ſit libertimus, à recto nequit
deuiare; & in cõfirmatis in gratia, qui
cùm non poſsint peccare, etiam ſunt
liberi) quare præceptum à Deo pri-
mis parentibus impoſitum minimè
imminuit eorum libertatem, imò
auxit, cum præcepti impoſitio maio-
ris meriti ſit cauſa: ſed pater mẽdacij
& erroris inuidiâ æſtuans, illis liber-
tatem vindicandam propoſuit, & ipſi
ingenij facilis experiri voluerunt in
tantam ſui, & poſteritatis perniciem.

Et quia duplex eſt peccati genus;
11 † ad quod hominem irritat, alterum
contra fidem, alterum contra bonos
mores, vt D. Auguſtin. Epiſtola 118.
12 ad Ianuarium, diſtinguit; ideo† non
idem interrogationis genus in ſacra
ſcriptura ponitur: ſed vox illa [cur] ad
illius ſignificationem: ad huius verò
[comederetis] refertur: vnde nõ ob-
ſcurum eſt, fidem primo eſſe attenta
tam. Lubet hic adſcribere (Ruperti
lib. 3. de Trin. & operib. eius, c. 3.) in-
terpretationem in hanc interroga-
tionem [Quia (inquit) diabolus caupo
nequiſsimus eſt ſuã interrogationem
mẽdacio polluit dicẽdo cur pręcepit
vobis Deus ne comederetis de omni
ligno paradiſi?] quamuis enim quod
ſub interrogatione profertur, nec ve
rum, nec falſum ſit mendaciũ, tamen
hic ſerpens manifeſtè ſibilauit, rem
ſicut erat, ſe neſcire ſimulans, vt pau-
latim felle ſuo miſeram audientis ve-
nenaret animam: nõ dixit. [Cur præ-
cepit vobis Deus, ne de illo ligno co-
mederetis?] ſed [de omni ligno paradi
ſi.] Cur ergo ſic locutus eſt, niſi vt pau
latim ſerpendo venenum odij, quo
ardebat ipſe contra Creatorem, ma-
gis ac magis in hominem effunderet?
& cum aggeratione diuini præcepti
conflaret indignationem? excitaret
13 audaciam rebellãdi? Tria† nempe di-
xerat Deus, [Ex omni ligno paradiſi
comede] hoc vnũ eſt. Alterum verò
[De ligno ſciẽtiæ boni, & mali ne co-
medas.] Tertium deniq; [In quocun-
que die comederis ex eo morte mo-
14 rieris] hoc vlt. † quaſi neſciat diabo-
lus dicit [Cur præcepit vobis?] ſupe-
riora duo confundit, ac permiſcet, &
de duobus veris vnum falſum com-
plet dicendo, ne comederetis de om-
ni ligno paradiſi. Verũ profectò dixit
15 veritas: quia † ille homicida fuit ab
initio, & in veritate non ſtetit, cũ lo-
quitur mẽdacium ex proprijs loqui-
tur, quia mendax eſt, & pater eius ſci-
licet mendacij, quod loquitur, in quo
dicto



dicto Dominus præſens caput atten-
debat, quaſi diceret ab initio ſuæ cõ-
fabulationis cum homine diabolus
homicida eſt & mendax. O anti-
quum peccatorem! ô vetuſtum ho-
micidam! ô primum mendacij patrẽ,
verè ſerpentem verſipellem, & ne-
16 quam!] Hæc Rupertus. † Porrò præ-
cepti diuini formulam operæpretiũ
erit adferre, & quomodo fidem ei de-
bitam imminuerit, declarare: lex au-
tem his verbis comprehenditur [præ-
cepit ei dicens: ex omni ligno para-
diſi comede, de ligno autem ſcientiæ
boni & mali ne comedas, in quocun-
que enim die comederis ex eo, morte
morieris.]

*Deus protopatri præceptum impoſuit, cognitionemq́; de ſupernaturalibus noſtrâ multò præſtantiorem ob euidentiam in atteſtante indidit.*

## *Cap. II.*

### SVMMARIVM.

1 *DEVS ideo præceptum Adamo impoſuit, vt oſtenderet ipſum cum libero arbitrio eſſe creatum.*

2 *Eua blando ſerpentis congreſſu, hærere cœpit, & minas Dei ambiguas habere, & ideo conſilium ipſius ſequitur.*

3 *Cæcitas primorum Parentum in falſa explicatione verborum Dei per ſerpentem facta.*

4 *Diabolus Deo mendacium adſcribit.*

5 *Diabolus Deum inuidiæ inſimulat.*

6 *Diabulus: mentitur aſſerens lignum habere vim largiendi ſcientiam.*

7 *Primi parentes ſerpenti credendo fidem amiſerunt.*

8 *Adam interiori quadam inſpiratione quâ Dei præſentiam contemplabatur, cognouit à quo creatus fuerat.*

9 *Angeli ante confirmationem, & primus homo ante peccatum, non habuerunt claram Dei viſionem.*

10 *Illa cognitio de Deo quam habuit primus homo non excludebat fidem, ſed erat ænigmatica & obſcura.*

11 *Primi parentes cum gratia gratum faciente conditi fuerunt, cuius fundamentum eſt fides.*

12 *Iſta cognitio quam de Deo habuerunt, fuit clarior, & excellentior quàm noſtra.*

13 *Primi parentes habuerunt euidentiam in atteſtante.*

LIBERÆ voluntatis exercendæ, in virtutis ſtudio materiem ſuppeditauit Deus, ne ſuæ omnino poteſtati permiſſa ſibi ipſa foret exitio, ſed ita attemperauit, vt eam ſalutari lege obſtringeret, efficeretque eius obſeruatione præmij æterni cõpotem. Nam vt rectè ait Diuus Auguſtinus libr. 8. de Geneſ. ad literam cap. 11. dominationem Dei non ipſi, ſed homini eſſe vtilem. Deus enim noſtrâ ſeruitute non eget. Nos autem ſine dominatione eius eſſe non poſſumus. Nam ſi nobis indigeret, eo ipſo non eſſet verus Dominus, cùm per nos eius adiuuaretur neceſsitas, ſub qua & ipſe ſeruiret, quocirca veriſsimè Dauid illud cecinit Pſalm. 15. [Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.] In Pſalmo autem 9. idem dixit: [Conſtitue ſuper eos legiſlatorem, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt,] quaſi aliquem ferre legem alijs certiſsimum ſit, quod non obſcurum eſt argumentum cùm Dei in homines dominationis, tùm illorũ ſeruitutis & ſubiectionis ad Deũ.
1 Ob eam † præterea cauſam arbitror

legem illam eſſe impoſitam Adamo, vt eâ re declararet Deus, hominem à ſe factum liberi arbitrij facultate præditum eſſe, & in eius poteſtate fuiſſe quidlibet agere, & non agere: fidei etiam excolendę occaſionem dedit, oraculo vocis ſuæ futuram calamitatem denuncians, ſi minus à vetita arbore manus abſtineret, ac animum temperaret, in comminatione, Rupertus lib. 2. de Trinit. & operib. eius. c. 31. [fidem habere debuit, fidẽ inquam habere & firmiter credere, quod non inuidẽdo diuinitatem homini Deus tale lignum interdixiſſet, ſed ineuitabilem pręuaricationis pœ-
2 nã veraciter prænũciaſſet.] At † ſerpẽtis immanis belluæ cõgreſſu, & blãdo veneno contaminata mulier hærere cepit, & minas Dei ambiguas, incertaſq; habere. Peſtiferi verò hoſtis cõſilium ſequi miro artificio, & ambagibus implicatũ ex aduerſo cum Dei lege diſsidens, ac pugnans extenuando, eleuandoq; metum pœnæ, quam Deus fuerat interminatus, tum boni cuiuſdam diuini pollicitatione, quòd homo præ cæteris rebus magis appeteret, vt ad Dei ſimilitudinem proximè accederet, ſi omnium rerum cumulatam notitiam compararet.

3 Admiranda † profectò cæcitas primorum parentum, qui venenata ſerpentis verba non deprehenderint, non falſa modò, ſed impia atque im-
4 poſsibilia promittẽtis. Primum † erat Deum eſſe mendacem, quod illis verbis innuit. [nequaquam moriemini,] quaſi diceret, non eſt verum quod dixit vobis Deus [ſi comederitis mor-
5 te moriemini.] Alterum † eſt inuidiæ eum inſimulare, & quaſi doloris, ne ſummum quoddam bonum, quo vno quaſi beari poſſent, adipiſcerentur, quod in illo latet:] Scit enim Deus quod ſi comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malũ,] quaſi diceret: interdixit vobis Deus eſu illius fructus, ne ſi ad gradum præſtantiſſimæ cognitionis, & ſapientiæ perueniretis, ſimiles ipſius fieretis. Ter-
6 tium fuit † arborem illam vim habuiſſe omnium rerum ſcientiam largiendi. Quam erat extremæ dementiæ in animum inducere veritatem ipſam mentiri? ſummam bonitatem inuidiæ malo laborare eſu corporei fructus ſapientiam, & ſimilitudinem
7 Dei parari? ex † his luce meridianâ clarius eſt, fidei lumen primis parentibus deperijſſe.

Verùm dubitant nonnulli, an primorum parẽtum illa rerum ſupernaturaliũ notio fuerit fides, an aliquod aliud notitiæ genus medium inter claram Beatorum viſionem, & obſcuram hominum à patria peregrinantium de rebus ſupernaturalibus cognitionem. Hugo quidem certè af-
8 firmare id videtur: † [cognitionem (inquit) Creatoris primus homo habuiſſe creditur, cognouit enim à quo creatus fuerat, non eo modo cognoſcendi, qui ex auditu ſolo percipitur, ſed quadã interiori inſpiratione, quâ Dei præſentiam cõtemplabatur, non tamen ita excellenter, ſicut poſt hanc vitam Sancti viſuri ſunt, neque ita in ænigmate, qualiter in hac vita videmus.] Huius ſententiã copioſius explicat Diuus Thomas 2.2. quæſt. 5. artic. 1. part. 1. quæſt. 94. artic. 1. his verbis:] contemplationem Dei, & rerum diuinarum quæ tollit neceſsitatem fidei eſſe cõtemplationem Dei, quam in patria habent: quâ ſcilicet ſupernaturalis veritas per eſſentiam
9 videtur.] Hanc † autem contemplationem non habuit Angelus ante confirmationem, nec primus homo ante peccatum: ſed eorum contemplatio erat altior quàm noſtra, per quam propiùs accedentes ad Deum,





plura manifeſtè cognoſcere poterant de diuinis effectibus, & myſterijs, quàm nos poſſumus. Vnde non inerat eis fides, quâ ita quæreretur Deus abſens ſicut à nobis quæritur: erat enim præſentior eis Deus per lumen ſapientiæ, quàm ſit nobis, licet non ita eis præſens eſſet, vt eſt beatis per lumen gloriæ. Et quamuis Adam non acceperit cognitionem rerum diuinarum per auditum exteriorem ab alio extrinſecus loquente, & docente, accepit tamẽ eam per auditum interiorem, Deo interius inſpirante & loquente, quomodo Prophetæ audiebãt, & Dauid dixit: [Audiam quid loquatur in me Dominus Deus,] ſuffragatur eidem opinioni B. Bonauent. ad 2. Sent. diſtinct. 13. art. 2. quæſt. 3. in Reſolut. & fidem propter obſcuritatem primos parentes habuiſſe negat.

Sed veriſimilior mihi videtur eorum opinio, qui homini fidem ante lapſum concedunt, hoc explicatè docet Epiphanius in principio illius operis, quod aduerſus hæreſes com-
10 poſuit. Idem † tradunt grauiſsimi Patres qui fidem amiſſam tradunt à primis parentibus. Fides præterea cùm aſſenſus ſit autoritate reuelantis nitens ad res propoſitas credendas, quomodo in ijs eſſe nõ potuerit? cũ Deum manifeſtantem, atque diuino lumine illuſtrantem, intra reconditos mentis ſenſus cognoſcerent, quæ intelligentiæ humanæ vires conſequi non poterant, & ænigmatibus adhuc tecta lateba nt &, abſtruſa. Si quæratur, ait Diuus Thom. 1. par. quæſt. 94. arti. 1. vtrum Adam tùm Deum cognouerit in ænigmate, reſpondendum eſt, in ęnigmate ineſſe obſcuritatem, quę quidem obſcuritas dupliciter accipi poteſt: vel quatenus quælibet creatura eſt obſcura & velut tenebræ: ſi cum immenſitate diuinæ claritatis comparetur, & ſic Adam videbat Deum per effectus creatos, vel poteſt intelligi obſcuritas, quæ accidit homini propter peccatum, de qua loquitur Diuus Auguſtinus libr. 10. de Trinitate, cap. 9. prout ſcilicet impeditur homo à conſideratione rerum intelligibilium per ſenſibilium occupationem, & ſic Adam non cognoſce bat Deum in ænigmate.

Addo illos cum gratia gratum fa-
11 ciente conditos fuiſſe: † cuius quaſi fundemẽtum eſt fides. [Iuſtus (inquit Propheta) ex fide viuit] & alibi [Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino ambulantes per fidem, & non per ſpeciem.] Item D. Thom. autoritate confirmo, cuius hæc ratio eſt. [perfectio primi ſtatus non ſe extendebat ad hoc, quod videret Deum per eſſentiam, & vt haberetur cum fruitione formalis beatitudinis: vnde fides, & ſpes eſſe poterant in primo ſtatu, & quantùm ad habitum & quantùm ad actum. Erãt autẽ rerum earum quæ in humanum animum non cadunt.] Accedit etiam ratio D. Thom. 2.2. non contemnenda: ſcilicet, quòd euidentia in atteſtante non tollit fidem, quia ad hunc teſtimonium dicentis eſt extrinſecum rei, & ideo quamuis Adam eſſet certus quod Deus ſibi loquebatur, adhuc tamen fides locum habebat propter rationem ſuprà aſsignatam. In-
12 telligentia † tamen in primis parentibus longè quàm in quopiam poſterorum excellentior fuit, tùm propter ingenij bonitatem & ſcientiæ præſtantiam, quibus multa de rebus diuinis indagabant facillimè, ad quæ hebetata ingenij humani acies pertingere, ſine fidei adminiculo, poſtea nõ potuit. Ita & inter Chriſtianos ſingulari doctrinâ & ſapientiâ viri non fide modo, ſed etiam naturali ratione & ſcientia comprehendunt ea, quæ

tamen idiotæ ſolâ fide cognoſcunt,
Præterea fides noſtra rationę re-
uelationis tam obiecti, quàm Dei re-
uelantis obſcura eſt, neque enim
euidenter cognitum habemus pate-
facta, & reuelata eſſe à Deo myſte-
ria quæ credimus. Eaque propemo-
dum illa fides eſt (vtique à gratia Dei
diſparata) quam in Socrate fuiſſe di-
13 cit Lactantius compactam ex appa-
rētibus Dei beneficijs. Porrò † primi
parentes quanquam, vt nos, in eadē
obiecti fidei obſcuritate verſaban-
tur, habebant nihilominus euiden-
tem notitiam reuelationis à Deo fa-
ctæ: nouerant enim euidenter myſte
ria illa, & arcana ſibi eſſe à Deo reue-
lata, copioſiſsimo lumine in mentem
ſuam influente. Liquet igitur Ada-
mum & Euam fidem habuiſſe, cuius
iacturam fecerunt, ſtatim atque di-
cto ſerpentis audire & morem gere-
re decreuerunt.

*Adam tripliciter diuinum præceptum violauit, ſcilicet dubitando de commi-
natione Dei, fidem Diabolo adhi-
bendo, & comedendo, at dubi-
tando fidem amiſit.*

## CAP. III.

### SVMMARIVM.

1 *Peccatum primi parentis tripliciter fuit aggrauatum.*
2 *Eua, quod Deus affirmatiuè dixerat, in dubium reuocauit verbum [fortè] addendo.*
3 *Eua Diabolo credidit dicenti, [nequaquam moriemini.]*
4 *Eua infidelitatis labem contraxit, dubitando, an pœna propoſita rata foret.*
5 *Dubius in fide, infidelis eſt.*
6 *Dubitatio circa fidem, quæ Diaboli ſuggeſtione menti obijcitur, & cui ſtatim occurritur, non eſt infidelitas.*
7 *Dubitatio circa fidem ſponte & deditâ operâ accerſita, quam Theologi deliberatam appellant, infidelitatem incurrit.*
8 *Fides duo includit, firmitatem aſſenſus, & certitudinem, quorum prior dubitandi locum, altera verò errandi anſam non patitur.*
9 *Fides nutans à Chriſto Domino infidelitatis ignominiâ notatur.*
10 *Primi parētes infidelitatis labē cōtraxerunt, dubitādo de pœna propoſita.*
11 *Ad hæreſim conſtituendam non ſufficit, quod quis in fide erraret, niſi etiam ſciret, id quod approbauerit contrarium eſſe præcepto Dei, & Eccleſiæ.*
12 *Electionem voluntatis ſemper præcedit deliberatio.*
13 *Deliberationem neceſſe eſt vt præcedat ſcientia & notitia rei.*
14 *Hæreticus eſt, qui ſciens & prudens, vel ſatis admonitus contrarium ſequitur.*

1 FVIT † autem pri-
morum Parentum
culpa triplici de-
formitate aggraua-
ta. Primò quia ab-
ſolutam Dei com-
minationē de mor-
te contrahenda, ſi vetitæ arboris fru-
ctum comediſſent, in dubium reuo-
2 carunt: cuius † rei non obſcurum eſt
argumentum, illa dubitationis nota
[fortè] quā Eua de ſuo addidit diuino
decreto, & abſolutæ ſentētię, cum di-
xit [ne fortè moriamur] atq; ita dubi-
tauit, an violati præcepti pœna propo
3 ſita rata foret: deinde † Diabolo vio-
latæ legis impunitatem promittenti
cùm dixit [Nequaquam moriemini]
fidem adhibuit, neque ſe morituram
credidit. Tandem ad prohibiti ligni
fructum comedendum prorupit, &
di-



diuinum pręceptum violauit, firmam
namque perſuaſionem fides poſtulat.
Et quia hæſit in verbis Dei mortem
cōminantis, & de adimpletione pœ-
4 næ propoſitæ dubitauit, ideo † infide-
litatis labem ac notam contraxit, cer-
tum aſſenſum Dei verbis minimè prę
bens, quo vacillante, lumen illud fi-
dei diuinum amittitur, & infidelitatis
crimen contrahitur. [Dubius (inquit)
5 Stephanus Papa) † in fide infidelis eſt]
Huc faciunt grauiſsimæ iuris Pontifi-
cij, & ciuilis deciſiones. text. in cap. 1.
de hæret. & ibi Abb. & Ioannes An-
dreas. Ioan. de Anan. in cap. firmitas,
de ſum. Trinit. & fide Cath. Auguſtin.
de Ancona in ſumm. de poteſt. Eccle
ſiaſt. quæſt. 28. artic. 1. & Frāc. Pegna
in 1. part. Director. Inquiſit. in tit. de
ſum. Trinitat. & fide Cath. in princip.
col. 1. & in 2. par. ſuper gloſ. cap. 1. de
hæretic. commentario 56. Palatius
Rubeus in allegatione de hæreticis,
& Beat. Antoninus 3. par. titul. 22. cap.
12. Albertinus in tract. de agnoſc. aſ-
ſertion. quæſtione 3. numer. 6. Idem
Albertinus copioſius in repetitione
Rubric. de hæreticis, libr. 6. quæſt.
13. nume. 26. & ſequentib. Melch. Ca-
nus libr. 12. de locis Theolog. c. 9. Al-
phonſus de Caſtro libr. cap. 7. de iu-
ſta hæretic. punit. Debemus enim fir-
miter credere & ſimpliciter confite-
ri, text. in cap. firmiter de ſumma Tri
nitat. & fide Catholica, cap. fideli. eo-
dem tit. lib. 6. & cap. quando Epiſco-
pus. 24. diſtinct. & cap. apertè. 23. q. 1.
Nam dubitans in fide non eſt in fide,
& qui non eſt in fide eſt contra fidē,
vt probat tex. in l. cælicolarum C. de
Iudæis, & cælicol.
6 Eſt tamen † & dubitandi quoddam
genus extrinſecum, cùm inopinatò
irrepit in animum materies quæ-
dam hæſitandi, non de induſtria ac-
cerſita, ſed hoſtis importunitate
menti obiecta, quam priuſquam al-
tiùs inſideat, in ipſis principijs homo
opprimit: ex hoc nihil incommodi
ad fidem labefactandam accedit, ſed
firma & inconcuſſa manet omnino,
illiuſque aſſenſus æquè certus, quod
fides à voluntate pendeat, cum ab
ea neceſſario eius incolumitas, vel
iactura dependeat, neque eâ inuitâ
extorqueri vnquam poſsit. Hæreti-
cus enim eſt ille, qui circa ea quæ
ſunt fidei errat per intellectum, &
pertinaciter adhæret errori per vo-
luntatem. Archidiaconus in cap. qui-
cunque. de hæreticis, libr. ſexto, In-
nocentius, Ioannes de Imol. & An-
ton. in cap. firmiter in fine, de ſumma
Trinit. & fide Cathol. & Bald. in Ru-
br. de ſum. Trinit. & fide Cathol. vbi
latè Paul. Caſtr. Alphonſ. de Caſt. libro
1. de iuſta hæreticor. punit. Sylueſter
in verbo, hæreſis. 1. Optimus text.
in can. dixit Apoſtolus. 24. quæſt. 3.
ibi [nequaquam ſunt inter hæreticos
deputandi] Ioan. à Rojas de hæreticis
ſingul. 73. quia (vt ait D. Auguſtin.
cōtra Pōtilianū, & habetur in c. ad fi-
dē. 23. q. 5.) nullus eſt cogēdus ad fidē.
tum (vt idem lib. 1. de Trinit. ait) men
tis humanæ acies inualida in tam ex-
cellenti luce non figitur niſi per iuſti-
tiā fidei emēdetur: fides etenim Ca-
tholica omnia adæquat, peccatores
homines ſaluat, cæcos illuminat, infir-
mos curat, catechumenos baptizat, fi-
deles iuſtificat, pœnitētes reparat, iu-
ſtos augmētat, martyres coronat, vir-
gines & viduas, & cōiugales caſto pu-
dore cōſeruat, clericos ordinat, ſacer-
dotes conſecrat, in hęreditate ęterna
cum ſanctis Angelis collocat. Cætera
(inquit ipſe Auguſt.) poteſt homo no-
lens, credere autem non niſi volens.
7 Illa verò † dubitatio fidei, certam
perniciem adfert, quæ ſponte, & de-
ditâ operâ adhibetur, quam delibe-
ratam Theologi nuncupant. D. Tho.
2. 2. quæſt. 4. artic. 8. ad 1. hinc non

obſcurum eſt,cur qui dubitando cer-
tam fidem diuinis decretis abrogant,
infideles & hæretici eſſe cenſeantur,
præſertim ijs amiſsis,quibus fides cõ-
8 ſtituitur, † firmitate nimirum aſſen-
ſus, & certitudine, quarum hæc nul-
lum dubitandi locum,illa neq; erran-
di relinquit. Hoc luculenter Athana-
ſius poſt enumeratos & explicatos fi-
dei articulos his verbis docet. [Hæc
eſt Catholica fides; quam niſi quiſ-
quam fideliter, firmiterq; crediderit,
ſaluus eſſe non poteſt; & probatur in
c. 1. de ſum. Trinit. & fide Cathol. lib.
6. ibi. [Hoc profeſſa eſt, hactenus præ
dicauit & docuit, hæc firmiter tenet;
& prædicat, profitetur & docet ſacro
ſancta Romana Eccleſia] & in Cle-
ment. 1. de ſum. Trinit. & fide Cathol.
Ibi, [fidei Catholicæ fundamento fir-
miter inhærentes.] Ita etiam D. Ber-
nardus:] fides ambiguum non habet,
& ſi habet fides non eſt. Idem ſen-
tiunt Chryſoſtom. homil. 19. c. 10. ad
Hebr. & Hom. 22. in c. 11. Hilarius in
c. 5. Matthæi, Augu. lib. 8. de Trinit. c.
5. Theophyl. c. 14. Matthæi, & D. Hie-
rony. in illud Abacuch. c. 2. [Ecce qui
incredulus eſt, non eſt rectâ animâ
in ſemetipſo: ſi autem dubitauerit fi-
des tua, & putaueris nõ venire quod
ſpondeo, habebis pro grandi pœna;
quod meæ animæ diſplicebis. Iuſtus
autẽ, qui credit verbis meis, & de his
non ambigit, quæ polliceor habebit
præmium in vitam æternã.] Bernar-
dus item diſertè lib. 1. de conſiderat.
9 ad Eugen. c. 3. Addo imbecillam † fi-
dem, & nutantem ab ipſo Domino
infidelitatis ignominiâ notari, vt Ni-
codemus Ioan. 3. Petrus, Matthæ. 14.
Thom. Lucæ 14. Duo diſcipuli, Lucæ
vlt. Paulus Abrahæ fidem, mirificè
extollens, liquidò oſtendit inconſtan
tiam in credendo fidem è medio tol-
lere. ad Rom. 4. ita ait: in repromiſ-
ſione etiam Dei non hæſitauit diffi-
dentia, ſed confortatus eſt fide; quaſi
dicat, eum qui firmiſsimè diuinâ au-
toritate non nititur, fide deſtituti: Fi-
des ergo conſtantem mentis aſſen-
ſionem continet, omni imbecillitate
& vanitate iudicij liberam, diuinâ
autoritate excitatam.
10 Quare fluctuando † neque fidem
Dei dictis adhibendo repudiatâ diui-
nâ lege, ac ſpretâ futurarum miſera-
tionum denunciatione, primi paren-
tes hæreſis labem contraxerunt: pla-
nè infamem, eoque turpiorem, quod
exploratum haberent diuinum ora-
culum ab omni vanitate alieniſsi-
mum, nullamq; veritatis ignorantiam
poſſent prætexere, quod ad hæreſim
11 conſtituendam neceſſariũ eſt. † Non
enim ſufficeret quod erraret quis in
fide, niſi etiam ſciret id quod factis &
verbis approbauerit, contrarium eſ-
ſe veritati, & cum præcepto Dei pu-
gnans: hæreſis namq; eſt electio eius
doctrinæ, quam quis putat eſſe me-
liorem, vt in d. cap. hæreſis. 24. quæſt.
3. factâ autem eligendi copiâ, nõ po-
teſt, qui eligit, id quod ab alio ſepa-
rat, cuiuſque ſtudio eſt incenſus, non
compertum habere: eſt enim electio
autore Ariſtot. libr. 1. Rheto. cap. 10.
operatio voluntatis, quæ ex conſi-
12 lio prouenit, † fitque, vt ea quæ eli-
13 gimus, deliberatio antecedat, id †
quod ſine notitia & ſcientia eius rei
quam eligimus, contingere non po-
teſt: quare vt firmiter aliquid am-
plecti dicamur, notitiam eius præijſſe
neceſſe eſt. Quò fit, † vt verè & pro-
14 priè is hæreticus cenſendus ſit, qui
ſciens & prudens, vel ſatis ſuperque
admonitus illud eſſe Catholicum do-
gma, contrarium ſequitur: ita docent
ſcriptores quos adfert Caietanus a-
pud S. Thom. 2. 2. quæſt. 11. artic. 2.
Turre-crem. in ſum. de Eccleſ. libr. 4.
part. 2. cap. 12. & 13. Syluеſt. verb.
[hęreſis] quæſt. 2. verſic. 5. vt quis er-
rorem.



rorem. Simancas de Cathol. inſtit.
tit. 31. de hæret. optimè Franc. Pegna
in. 2. par. Directorij Inquiſitorum Cõ-
ment. 1. ſuper. c. dubius in fide. de hæ-
ret. & alij quos conſultò omitto.

### *In illa Adæ dubitatione de pœna propoſita, reperitur pertinacia, quæ hæreſim conſtituit.*

### CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *HÆreſis non eſt ſine pertinacia.*
2 *Qui paratus eſt opinioni cedere, & ſubmittere ſe iudicio Eccleſiæ, non eſt cenſendus hæreticus.*
3 *Pertinax quid ſit.*
4 *Primi parentes quomodo pertinaces dicantur.*
5 *Pertinacia quæ ſit.*
9 *Paruuli baptizati cum adoleuerint, tenentur fidem ſuſceptam ſeruare.*
7 *Voluntas patris cenſetur voluntas filij & probatur.*
8 *In baptiſmo paruulorum ſufficit intẽtio Parentum, vel Chriſti Domini.*
9 *Refelluntur hæretici oppoſitum aſſeuerantes.*
10 *Deficientes à fide grauiter ſunt puniendi abſque monitione.*
11 *Indicia externa quæ animi pertinaciam produnt.*
12 *Hæreſis perficitur diſſenſione intellectus, adiuncto conſenſu voluntatis.*

1 QVÆRAT autem
quis, quo pacto † hæ
reſis culpa in primos
parentes cõferatur,
qui pertinaciã nul-
lam præ ſe tulerint,
nullamq; animi per
2 uicaciam. At † pertinacia hæreſim
ſummo in gradu locat. Imo non niſi
huius copulâ, & nexu hæreſis pro-
priè vſurpata conficitur, affirmante
id Auguſt. Epiſtola 162. ad Glor. &
Eleuſium [qui ſententiam, inquit,
ſuam, quamuis falſam, atque peruer-
ſam nullâ pertinaci animoſitate de-
fendunt: præſertim quam non auda-
ciâ ſuæ præſumptionis pepererint,
ſed à ſeductis atque in errorem lapſis
parentibus acceperunt, quærunt au-
tem cautâ ſolicitudine veritatẽ cor-
rigi parati, cum inuenerint, nequa-
quam ſunt inter hæreticos deputãdi.
Pertinacia eſt quę hęreſeos rationem
complet, & hæreticũ obſtinatio ſen-
tentiæ aduerſus veritatem cognitam
cõparare re ipſa conſtituit: qui ſi non
præfractè & obſtinatè errorem ſuum
tueatur, ſed lubens opinione confu-
tatâ cedat, ſubmittatque iudicium,
hæreticus minimè cenſendus eſt. Pri-
mus autem parens, Dei monitis ad
officium redijt, erroriſq; ſui turpitu-
dinem, & culpam agnouit: quomodo
ergo pœnitẽdo pertinax, & reſipiſcẽ-
do peruicax iudicetur? quod ſi in eum
non cadit pertinaciæ vitium, neque
hæreſeos profectò criminis condem-
nabitur.

Verùm ſi quis penitus vim vocis
pertinaciæ inſpiciat, eiuſque etymon
perfectũ habeat, facilè intelliget iure
pertinaces primos parentes eſſe nũ-
3 cupandos. Pertinax † (teſte Iſidoro)
impudenter tenax dicitur, qui perſi-
ſtit in eo quod debet dimittere. libr.
4 10. Etymolog. at † perfrictæ frontis
erat, & ſummæ impudentiæ diuinum
oraculum conſilio ſerpentis poſt ha-
bere; Dei legem nullis anibagibus
implicatã, ſed facilem, & perſpicuam,
ſibiq; cognitam datâ operâ, & con-
ſultò perfringere, & velut vaniſsi-
mam improbare; nullo autoritatis
diuinæ reſpectu, quæ menti infixa ob-
uerſabatur, atque à ſcelere deterre-
bat. Non enim perexiguo aliquot ho-
rarum

rarum ſpatio obliterari ita eius me-
moria poterat, quin recordationem
ſui commoueret frequentiſsimè, &
fraudem mendaciumq; ſerpentis ve-
teratoris detegeret; illi nihilominus
ſpreto Diuino monitu, ſerpentis di-
cto audientes ſe præbuerunt pertina-
5 ciſsimè. Et quidem † pertinaciam eſ-
ſe, cum quis ſciens volenſque rem aſ-
ſerat à fidei veritate alienam, de qua
diuinâ reuelatione conſtet, falſam
eſſe. D. Thom. 2. 2. q. 11. artic. 2. & 1. ad
Corinth. 11. inſinuat. Et Durand.
Gabriel. in 4. diſtinct. 13. q. 5. neq; ne-
ceſſe eſt, vt priùs ſit commonitus &
recuſet pœnitere dum ad officium
redire, vel diuturno tempore in er-
rore perſtet. Cæterùm id in vſu, &
more Eccleſiæ poſitum cernimus
eum hæreticum decernentis, qui
errore imbutus fuerit à ſe damnato;
quamuis nulla præierit cõmonentis
eum vox, vel diuturna eius fuerit in
opinionis prauitate permãſio. Et hæc
ſanè doctrina non ſolùm procedit in
6 Adamo adulto, † cui Deus præceptũ
impoſuerat, ipſeq; aduertenter rece-
perat; verumetiam in paruulis à pa-
rentibus fidelibus ortis, & aquâ ba-
ptiſmi intinctis ad vſum rationis per-
uenientibus; qui ſi à fide ſemel ſuſce-
pta deſtiterint, ad veram fidem ſer-
uandã cogi neceſſe eſt, nullâ præmiſſâ
monitione, etiam ſi nulla intẽtio nec
voluntas propria ſuſcipiendi baptiſ-
mum in illis præceſſerit. Potens enim
fuit intentio parentum pro ipſis ap-
plicata vt deuinciantur ad verum re-
7 ligionis cultum obſeruandum. † Ra-
tio eſt vrgens, & luce meridianâ cla-
rior; quia filius, dum eſt ſub poteſtate
parentis, eſt iuris paterni; & voluntas
patris reputatur voluntas filij, cap.
paruuli. de cõſecrat. diſt. 4. vbi Iſidor.
de offic. li. 2. c. 24. dicit: paruuli alio pro
fitente baptizãtur, quia adhuc loqui
vel credere neſciũt. Sicut etiam ægri,
muti, & ſurdi, quorũ vice alius profi-
tetur, vt pro eis dum baptizantur re-
ſpondeat. Et D. Auguſtin. ſcribens ad
Bonifac. dicit, vt habetur in eadem
diſtinctione cap. in Eccleſia. [In Ec-
cleſia Saluatoris paruuli per alios cre
dunt: ſicut ex alijs ea quę in baptiſmo
remittũtur peccata traxerunt.] Nec
impeditur eorum ſalus, ſi parentes
ſunt infideles: quia vt dicit B. Au-
guſt. eidem Bonifacio ſcribens. [Of-
feruntur paruuli ad percipiendum
ſpiritualem gratiam, non tam ab eis,
quorum geſtantur manibus (quam-
uis etiam ab ipſis, ſi ipſi boni fideles
ſunt) quàm ab vniuerſa ſocietate ſan-
ctorum atque fidelium: ab omnibus
namque offerri rectè intelliguntur,
quibus placet quod offerant, & quo-
rum charitate ad communionem
ſancti Spiritus adiungantur. Infide-
litas autem propriorum parentum,
etiam ſi eos poſt baptiſmum dæmo-
niorum ſacrificijs imbuere conaren-
tur, pueris non nocet: vt Auguſtin.
habet ibidem, & habetur infrà ead.
diſtinct. capit. quæris. Hanc eandem
ſententiam tuetur Turrecrem. in d.
c. paruuli, & ibidem cæteri omnes
Canoniſtæ. Præterea D. Dionyſius
cap. vltim. Eccleſiaſt. Hierarch. di-
cit, quod diuini noſtri duces, ſcilicet
Apoſtoli probauerũt infantes recipi
ad baptiſmum: idq; maximè obtinere
debet, propterea quia huiuſmodi ius,
& volũtas cedit in bonũ natorum, ſu-
perans longo interuallo reliquos cul-
tus, & ſtatus. Quare ipſis inuitis eorũ
cauſam poſſunt facere præſtãtiorem.
Quibus addenda eſt ratio efficaciſsi-
ma D. Thomæ 3. part. q. 68. artic. 9. in
corpore, ſuffulta autoritate Apoſtoli
ad Rom. 5. Si vnius delicti mors re-
gnauit per vnum, ſcilicet per Adam,
multò magis abundantiam gratiæ &
donationis & iuſtitiæ accipientes in
vita regnabunt per vnũ Ieſum Chri-
ſtum

muti.



8 ſtum. † Ex quo loco ſic concludit D.
Tho. paruulis per ſolam voluntatem,
& alienum conſenſum primi paren-
tis, abſq; proprio actu, & intentione
applicatum fuit (vt ſic liceat loqui)
peccatũ originale, ergo à fortiori, vt
illis poſsit applicari meritum Chriſti
vt regenerentur in Chriſto per ba-
ptiſmum, non eſt neceſſaria propria
eorum intentio; ſed ſufficit actus ex-
traneus parẽtum; vel etiam ſi talis ab-
ſit (quia non eſt ſimpliciter neceſſa-
rius, ſed tantum ex inſtitutione & ſo-
lennitate Eccleſiæ) voluntas Chriſti
cedens illis meliorem ſtatum, iux-
ta verba ipſius Ioannis 10. veni vt vi-
tam habeant, & vt abundantiùs ha-
9 beant. † Recedant ergo impij Neo-
terici Anabaptiſtę aſſerentes, pueros
ante baptiſmum docendos & expe-
ctandos eſſe, donec ad ætatem adul-
tam peruenerint, & alij ſacrilegi no-
ſtri temporis, qui fingũt paruulis om-
nibus, vt baptizari, & ſaluari poſsint,
diuinitus accelerari vſum rationis,
vt & credere poſsint, & velle bapti-
zari. Sic referunt Richardus artic. 1.
aduerſus VVicleffum, & Soto 2. de na
tura & gratia, cap. 10. & Bellarmi. lib.
1. de baptiſmo, c. 10. quorum dira pe-
ſtis, & inſana doctrina omnino euer-
titur à Concilio Trident. ſeſsione 7.
titul. de ſacramento baptiſmi cap. 14.
vbi dicitur. [Si quis dixerit paruulos
baptizatos, cum adoleuerint, interro
gandos eſſe, an ratum habere velint;
quod patrini eorũ nomine dum ba-
baptizarentur, polliciti ſunt: & vbi ſe
nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio
relinquẽdos, nec alia interim pœna
ad Chriſtianam vitam cogendos; niſi
quod ab Euchariſtia aliorumq; ſacra-
mentorum perceptione arceantur,
donec reſipiſcant: anathema ſit.] &
cap. 13. [Si quis dixerit paruulos, eò
quod actum credendi non habeant,
ſuſcepto baptiſmo inter fideles com
putandos non eſſe, ac propterea cum
ad annos diſcretionis peruenerint,
eſſe rebaptizãdos, aut præſtare omit-
ti eorũ baptiſma, quàm eos ſine actu
proprio credentes baptizari in ſola
fide Eccleſiæ, anathema ſit.] Et reue-
ra cum baptiſmus in locũ circunciſio
nis venerit, vt paſsim docẽt Apoſtoli
in Act. c. 15. & alibi, & Chriſtianæ fi-
dei ſignum ſit, vt ſanxit Paulus ad
Heb. c. 6. quomodo etiam circũciſio
ſignũ fuit eius fidei quâ Dei gratiam
Abraham promeruit ex ſententia
Theodoreti cuius hæc ſunt verba in
quæſt. in Geneſ. [Circunciſio autem
data eſt veluti ſignum fidei] neceſſe
eſt ex mandato Dei pueros octauo
die baptiſmatis aquis emũdare, quan
doquidem ipſe Deus præcepit Abra-
hæ Geneſ. c. 17. vt octauo die infans
Iſaac circuncideretur. Ea de re con-
ſule plurib. Bellarm. De effect. ſacra.
cap. 15. Non igitur excuſandi ſunt qui
poſt baptiſmum in fide parentum ſu-
ſceptum, ab Eccleſia diſcedunt: non
omittendi abſq; ſupplicio cũ talium
error ſit in fundamento, nẽpe in fide;
& ideo intolerabilis & omni ſpe emẽ
dæ deſtitutus. † Quare nec cõmonen
10 di de ſua infidelitate, ſicut nec admo
niti fuêre primi parẽtes à Deo, & om-
nes tanquam tenaces & inobedien-
tes diuinis præceptis grauiter puniẽ-
di: quia † hęc indicia externa ſunt, quę
11 prauitatem animi, ac intellectus er-
rorem manifeſtè oſtendunt & pro-
dunt, quæ varia adferuntur à Turre-
crem. in ſumma de Eccleſ. lib. 4. part.
2. cap. 16. vbi recenſet viginti per-
tinaciæ modos. Albertin. in tractat.
de agnoſcend. aſſertion. quæſtio. 5.
numero 13. & quæſt. 29. & 30. & Si-
manc. de Cathol. inſtitut. tit. 48. nu.
7. Archidiac. in c. hæreſis. 24. quæſt. 3.
Monach. in clemen. 1. de vſuris. Al-
phonſ. de Caſtro lib. 1. de iuſta hæ-
12 ret. punit. cap. 3. Tum quia † ſicut fi-
des

dos perficitur aſſenſu intellectus, &
conſenſu voluntatis, ſic hæreſis con-
ſummatur diſſenſione intellectus &
conſenſu voluntatis, quod communi
etiam ſententiâ Theologorum rece-
ptum eſt, Gerſon Alphab. 14. ad fin.
Caietanus & Franc. Victor. ſuper S.
Thomam. 2. 2. queſt. 12. artic. 2. Ioann.
Driedon. lib. 1. de lib. Chriſti. pag. 238
Alphonſ. Caſtr. vbi ſupra. & Canus
lib. 12. de locis Theolog. cap. 4.

Poſtremò hoc liquet ciuilis diſci-
plinæ experientiâ: nam præcepto
Dei longè præſtantius erat primo
parentes parere, quàm iudicis moni-
tiones, & quaſcunque iuris humani
ſanctiones ſuſcipere. At ſi his aliquis
repugnarit, pertinaciæ conuincitur,
pœnaſque luit debitas contumaciæ;
ergo primi parentes noſtri, cùm illi
acerrimè repugnarent, ſcientes er-
rarent, Deoque optimo, cuius opibus
fuerant cumulati neglecto, peſtiferi
hoſtis conſilium, tanquam rationibus
ſuæ dignitatis amplificandæ oppor-
tunum ſequerentur, & in eo ſtandum
indicerent contra veritatem, quaſi
mendacium præſtantiùs foret, quo-
modo non hæreſeos rei agendi ſunt?

*Adam hæreſim ex ſua electione contraxit.*

## *CAP. V.*

SVMMARIVM.

1 *ADAM electione ſua deli-*
*ctum hæreſis commiſit.*
2 *Adam agnouit ſe eſſe nudum,*
*quia bona indumenta perdidit.*
3 *D. Auguſtinus in primo peccato Ada-*
*mi, ſecundo loco infidelitatem con-*
*ſtituit.*
4 *Adam credendo diabolo non credidit*
*Deo.*
5 *Adam fidem, continentiam, & charita-*
*tem perdidit.*
6 *Adam perdens fidem, perdidit prote-*
*ctionem, quia qui non credidit Deo*
*non protegetur ab eo.*

CÆTERVM ſenten-
tias patrũ afferamus,
ne commentum no-
ſtrum eſſe quis exiſti-
met, quibus opinio de
primorum parentum
hæreſi, & infidelitatis crimine ſit te-
ſtatior. Inquit enim Tertull. in 2. lib.
aduerſus Marcionẽ c. 2. [Quis, inquit,
dubitauit, ipſum illud Adæ delictum
1 hæreſim pronunciare, † quod per
electionem ſuam potiùs, quàm diui-
næ ſentẽtiæ admiſit?] Ambroſ. etiam
in Epiſtola 33. lib. 5. ad Marcellianam
ſororem ſcribens, inducit Deum ita
2 loquentem ad Adamum. † [Agnoſcis
eſſe te nudum, quia bona indumenta
fidei perdidiſti.] D. Auguſt. in Enchi-
rid. cap. 45. † enumerans partes primi
3 peccati, primo loco ponit ſuperbiam,
ſecundo infidelitatem: [Sacrilegium,
inquit, illic eſt, quia Deo non credi-
dit.] Item 14. de Ciuit. Dei c. 17. [Hoc
itaq; cognouerũt, quod feliciùs igno
rarẽt, ſi Deo credentes & obediẽtes
non committerent quod eos coge-
ret experiri infidelitas & inobedien-
tia quid nocerent.] Denique libr. 1.
aduerſus Iulian. c. 3. citat in eandem
ſententiam Olympiũ Epiſcopum Hi-
ſpanum. Et Proſper in reſp. ad capi-
tula Genueſ. dub. 3. [quid eſt, inquit,
quod eidem naturæ ſolam fidem non
vult eſſe præceptam, quàm niſi primũ
Adam amiſiſſet, cæteris bonis om-
4 nibus non careret? † Credendo enim
Adam diabolo, non credidit Deo;] &
infrà: [quomodo fides in Adã perdita
in quoquam filiorũ eius inueniretur,
niſi eam, idem ſpiritus qui omnia in
omnibus operatur, infunderet?] idem
in lib. contra Collatorem c. 19. [Per-
5 didit, inquit, † Adam fidem, perdidit
continentiam perdidit charitatem,
& c. 21. [Iuſtitiam iniquitas depulit,
humilitatem ſuperbia deſtruxit, infi-
delitas rapuit fidẽ, captiuitas abſtu-
lit libertatẽ,] & ſer. de Natiu. Dom.
[homo primus (inquit) inuido & de-
ceptori, temerè atq; infeliciter cre-
didit] S. Fulgẽtius lib. 2. de Incarnat.
& grat. Chriſti, c. 22. [Primus (inquit)
homo, perdidit fidem perdẽs autem
fidem perdidit diuinã protectionẽ,
6 ſcriptum eſt enim, † qui non credit
Deo, non protegetur ab eo.]



*Mulier infidelis fuit in recitando diuino præcepto.*

## *CAP. VI.*

SVMMARIVM.

1 *MVlier infidelis fuit, in recitando*
*diuino præcepto, de ſuo enim*
*addidit [ne tangeremus illud.]*
2 *Mulier tribus modis violauit præceptũ.*
*addendo, diminuendo, & mutãdo.*
3 *Peccatum Euæ in hæreſim, & Apoſta-*
*ſiam prorupit.*
4 *Apoſtaſia hæreſi ſubijcitur.*
5 *Homo adeò cæcus fuit, æſtuans cupidi-*
*tate rei vetitæ, vt crediderit primã*
*veritatem mendacij, ſummam bo-*
*nitatem inuidiæ poſſe inſimulari.*
6 *Rupertus Abbas mulieris vecordiam*
*graphicè depingit.*
7 *Mulier non intellexit mortem propoſi-*
*tam euenire ex natura ligni, ſed*
*ex tranſgreſſione præcepti.*

HIc explicanda per-
uerſitas Euæ in re-
citando Dei præ-
cepto, non eodem
planè modo, quo
fuerat præſcriptũ,
ſed diminutè par-
tim ſuo additamento exaggeratũ. Ea
de re nõ pigebit Ambroſij, & Ruper-
ti verba adſcribere. Ambroſ. quidem
lib. de Adam, & Eua c. 12. ita loquitur
[In mandato Dei nullum vitium eſt.
dixit enim Deus: de fructu ligni ſciẽ-
tiæ boni, & mali non comedetis, ſed
1 † vitium fuit in relatione mãdati: mu
lier enim addidit, ne tangeremus ex
eo] etenim quantùm præſens lectio
docet dicimus nihil, vel cautionis
gratiâ, iungere nos debere mãdato:
ſi quid enim vel addas, vel detrahas,
præuaricatio quædã videtur eſſe mã
dati. Pura enim mandati forma ſer-
uanda, vel teſtimonij ſeries intiman-
da eſt: plerunq; teſtis dum aliquid ad
ſeriem geſtorũ ex ſuo adijcit, totam
teſtimonij fidem partis mẽdacio de-
colorat. nihil igitur, vel quod bonũ
videtur, addendum eſt. Qui autem
addidit, vel ſuperfluũ addidit, vel ad
dendo de proprio, ſemiplenum in-
tellexit Dei eſſe mandatum. Hoc
Ioannes de ſuis indicauit ſcriptis. [*Si*
quis appoſuerit, &c.] Quare nihil
diuinis mandatis eſt detrahendum.
Rupert. lib. 3. de Trinitat. cap. 5. tra-
2 dit † Euam tribus modis peruertiſſe
Dei legem, addendo dum dixit. [Ne
tangeremus] diminuendo cũ inquit.
[Ne forte moriamur] mutando, cum
ait: [Ex ligno quod eſt in medio Para
diſi] nã Deus dixerat: [Ex ligno ſcien
tiæ boni & mali.] In medio namq; Pa-
radiſi, erat etiam arbor vitæ nequa-
quam eis vetita: ergo iam impatien-
ter ferebat, & murmurabat, quòd
quaſi parcus, vel auarus Deus pre-
tioſa medij Paradiſi reſeruaret, & vi-
liora quæq; per circuitum colligẽda
in cibum homini conceſsiſſet, Itaq;
quantum in ſe erat deprauauit mu-
lier præceptum Domini tribus mo-
dis, quibus hucuſque deprauare ni-
tuntur ſanctam ſcripturam omnes
3 qui ſunt ex parte diaboli. Sed hoc †
hæreſis crimen ita immane, & atrox
fuit, vt intra certos cancellos non ſe
continuerit, ſed confractis omnibus
fidei

fidei repagulis ad perfidioſiſsimum
incredulitatis genus, & apoſtaſiam
proruperit, & denſiſsimas tenebras
miſerando homini effuderit.

Et quanquam diuerſæ ſint Theo-
4 logorum ſententiæ, quid † de apoſta-
ſia ſentiẽdum ſit, quoúe in ordine in-
fidelitatis collocanda, mihi, vt pręte-
riens dicam, ijs ſuffragari libet, qui il-
lam hęreſi ſubijciunt, vel ipſâ ratione
ab ea minimè ſecernunt. S. Tho. 2. 2.
quæſt. 12. articu. 1. Melchior Canus
lib. 12. capit. 9. de locis Theolog. Ey-
mericus in 2. part. quæſtio. 49. & ibi-
dem Franc. Pegna comment. 74. ver.
qui verò tertio. Anton. 1. part. tit. 12.
cap. 6. Alphonſ. de Caſtr. lib. 1. de iu-
ſta hæret. punit. cap. 7. Ocham 1. par.
Dial. lib. 4. cap. 12. Hoſtienſ. cum Ca-
noniſt. in c. 1. de Apoſtatis. Silueſt. in
Sum. verb. Apoſtaſia. Tabien. ibid.
D. Tho. vbi ſuprà, cẽſent circunſtan-
5 tiam eſſe aggrauantem, itaq; † planè
fidem perdidit homo immoderatâ
cupiditate rei ſibi vetitæ æſtuans &
cæcus, amẽtiâ præceps, in horribiles
errores incidit. Ipſam nimirum veri-
tatem mẽdacij, ſummam bonitatem
inuidiæ poſſe inſimulari exiſtimans,
mendacij quidem quod eſu fructus
interdicto vitam ſibi perpetuandam
crederet: ſecus enim comminãtem
mortis ſupplicium Deum audierat, ſi
præceptum ſibi impoſitum violaret.
Inuidiæ verò quaſi maleuolentiâ du-
ctus viã percluſiſſet, quâ ad eximiam
Dei ſimilitudinem perueniret, ſi fru-
ctũ vetitæ arboris deguſtaſſet. Aptè
6 explanat † mulieris vecordiam Ru-
pert. lib. 3. de Trin. c. 9. [Vidit mulier,
inquit, quod bonũ eſſet lignum ad
veſcendum, & pulchrum oculis, aſ-
pectuq; delectabile, & tulit de fructu
eius, & comedit:] vidit igitur. Id eſt,
cõſiderauit, & diligenter intuita eſt,
curioſiùs attendit. Iudex eorum, quę
audierat, ipſa eſſe voluit, audierat
quod dixiſſet Deus, in quocumq; die
comederitis ex eo, morte morie mi-
ni: audierat ſerpentem è contrario
dicẽtem, [nequaquam moriemini,]
inter hęc anceps, naturam ligni pro-
prijs ſenſibus dijudicare voluit, vt
ſciret, cui potiſsimùm vellet, Deóne
an ſerpenti palmam cõcedere veri-
tatis. At qui de hoc iudicare debue-
rãt interiores oculi exteriorum iam
erant oculorum concupiſcentiâ prę-
pediti, vt ne quidem mortem corpo-
ris viderent, quæ duplicem illatura
7 eſſet mortem, non naturâ † ligni, ſed
tranſgreſsione mãdati. Itaq; ſolis ex-
terioribus oculis naturam ligni con-
ſiderauit, & ſibi perſuaſit malè cauta,
quòd in fructu ligni non eſſet vene-
num mortis: [erat enim bonũ ad ve-
ſcendum & pulchrum oculis, aſpectu
delectabile:] hæc enim ſermonique
dixerat Deus repugnantia iudicauit
eſſe, magiſq; ſermoni ſerpentis con-
cordare, veramq; aſſertionem eius
demõſtrare. Sic vidit, & ſic ſacrilegâ
temeritate diabolo magis quã Deo,
ſerpenti magis quàm Creatori, cre-
didit.

*Mulier infidelitati blaſphemiam ad-
iungit, cupiens eſſe ſicut Deus
ciens omnia.*

## *CAP. VII.*

### SVMMARIVM.

1 *HAEreſis crimini Eua blaſphe-
miam adiungit, cupiens eſſe
ſicut Deus.*

2 *Iuſtinus Martyr à primis parentibus
idololatriam originem duxiſſe cre-
didit.*

3 *Primorum parentum idololatria in
hoc maximè conſiſtebat, quod ſe
homo Deum futurum exiſtimarit.*

CVM



1 CVM fidei defectione
† coniuncta fuit exe-
cranda quædam bla-
ſphemia, quæ in eo
cernitur, quòd quæ à
Deo alieniſsima erant
quæq; in totius perfectionis fontem
nullo modo cadere poterant, ab Eua
ei tribuerentur; tum quia, quæ Deo
peculiaria & propria ſunt, ſibi arroga
re & per ſummã audaciam vſurpare
videbatur. Quę duo inter blaſphemię
crimina ſcriptores numerant. Alex.
de Ales quæſt. 148. S. Tho. 2. 2. quæſt.
13. & in quodlibet. 9. articu. 14. de
duciturque & probatur ex text. in
cap. 2. de maledic. capit. non ſo-
lum. 11. quæſt. 3. Soto de iuſti. & iur.
lib. 8. q. 2. art. 3. Bart. in l. apud Labeo-
nem. §. ait prætor. ff. de iniurijs. Ludo.
Carrerius de hæreticis. §. circa ſecun-
dum, Matth. de Afflict. in conſtitut.
Regni Siciliæ lib. 3. rub. 54. Ioann. Ro-
jas de hæret. 2. p. nu. 170. Tho. Gram-
mat. deciſ. 50. Nicol. Boer. deciſ. 301.
quid igitur deteſtabilius illâ contu-
meliâ, quæ Deo ignominioſiſsimam
mendacij notam inurit? & ex aduerſo
diabolo totius mendacij patri, totius
nequitiæ fraudis, & vanitatis autori,
veritatis laudem impertit? grauiſsima
quidem iniuria & nefarium conui-
tium æquè indignum erat, & execrã-
dum diuinos honores velle vendica-
re, & maieſtatem diuini numinis quò
ad potentiam & cumulatiſsimam re-
rum omniũ cognitionem exæquare,
quod Euæ in mentem veniſſe grauiſ-
ſimi ſcriptores prodiderunt. S. Baſilius
in orat. quod Deus non ſit autor ma-
lorum, id ſignificat [Quamobrem (in-
quit) dolis hominem aggreſſus, eã-
dem ambitionis cupiditate quam ip-
ſe ab initio habuit, velle ſimilem eſſe
Deo; hac rurſus ad decipiendum nos
vſus, lignum oſtendit, per cuius de-
guſtationem pollicitus eſt hominem
ſimilem Deo fore. S. Chryſoſtom.
hom. 15. in Geneſ. vt audiuit ab illo,
quod ideo eſum hunc prohibuiſſet
Deus, quia ſciret oculos noſtros aper
tos futuros, & non ſicut Deos fore,
ſcientes bonum & malum, diuinita-
tis ſpe inflatâ, magna ſecum conci-
piebat. Igitur vt diuinitatem ſua
mente concepit, ad eſum properauit:
Idem pluribus oſtendit Auguſti. lib.
14. de Ciuitat. Dei, capit. 13. & in
Pſalm. 68. clariùs explanans illa ver-
ba [Quæ non rapui, tunc exſolue-
bam, qui ait, rapuit Adam, quis ra-
puit primum? ille ipſe qui ſeduxit
Adam, quomodo rapuit diabolus?
Ponam ſedem meam ad Aquilonem:
& ero ſimilis altiſsimo vſurpauit ſibi,
quod non acceperat, & ipſum cali-
cem ſuperbiæ ſuæ ei quam decipere
volebat, propinauit. Guſtate (inquit)
& eritis ſicut Dij, rapere voluerunt
diuinitatem, & perdiderunt felicita-
tem.] Addo Iuſtinum Martyrem in
2 admonitione ad gentes † Idololatriæ
originem à primis parentibus deriua-
ri; exiſtimat ille ideo paradiſo eiectos,
quod Deos crederet, qui non eſſent.
Aſſentitur huic opinioni Ambroſ. lib.
1. de Parad. c. 3. & c. 5. ad Rom. [Qui
autem ſunt (inquit) qui contempto
Deo peccauerunt, niſi qui neglecto
creatore ſeruierunt creaturæ, Deos
ſibi conſtituentes, quos colerent ad
iniuriam Dei?] Nam & Thare Pater
Abrahæ, & Nachor, & Laban pro-
3 prios Deos ſibi vendicabãt, & † pec-
catum Adæ non longè eſt ab idolo-
latria, præuaricatus eſt, putans ſe ho-
minem futurum Deum: exiſtimauit
enim hoc magis profuturum, quod
diabolus ſuaſit, quàm quod Deus iuſ-
ſit: Sic qui Dei loco diabolum collo-
cauerat, diabolo quoq; ſubiectus eſt.
Idem Epipha. lib. 1. de hæreſ. hær. 37.
[Serpens (inquit) decepit Euam, di-
cens; eritis ſicut Dij, deinde progre-
B diente

diente tempore multiformem, & mõſtruoſam imaginationem ipſis induxit, ab vno enim vero Deo ipſos abduxit, & olim blaſphemam idololatriæ vanitatem ipſis immiſit. Autor quæſtionum Veteris & Noui Teſtamenti, vulgò exiſtimatus Auguſtinus quæſt. 83. ſcribit Adamum voluiſſe ſe Deum fieri.

## *An Adam fuerit ſeductus.*
## *CAP. VIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Sancti Auguſtini varia ſententia an ſeductus, necne Adam fuerit.*
2 *Adam videns Euam viuere poſt eſum fructus experiri & ipſe voluit, nec tamen inuidiæ Deum inſimulauit.*
3 *Adam per Euam à diabolo ſeductus.*
4 *Non æquè peccauit Adam, vt Eua.*
5 *Quidam ex D. Paulo ſentiunt Adamum non eſſe ſeductum.*
6 *Hieronymi ſententia ex Paulo eſt vt non ita ſeductus ſit Adã atq; Eua.*
7 *Altera opinio quod Adam non ita ſit ſeductus, vt Euæ præuaricatus ſit, ſed contrà.*
8 *Adamus materialiter à diabolo ſeductus, reuera autem & formaliter ab Eua.*
9 *Adam vxori morem gerens ſeductus eſt.*
10 *Adamus experimenti cupidus deliquit.*
11 *Deus Adamo diaboli mendacium per ironiam aperit.*
12 *Adam incidit in peccatum quia Euæ vxori indulſit.*
13 *Adã pertinax quia non obſtitit vxori.*
14 *Qui non vetat peccare, cũ poſſit, iubet.*
15 *Graue eſt peccatum commune diſsimulare periculum.*
16 *Crimen læſæ religionis quàm aliud quoduis puniendum acerbiùs.*
17 *Vir in vxorem tanquam caput ius habet animaduertendi.*
18 *Rectores ſi facinora remiſerint impunita reorum pœnâ plectuntur.*

NON eſt prætermittẽda hoc loco difficultas illa, in qua explicãda patres nonnihil laborarũt, an nimirum Adamus in erroris ſocietatem à diabolo ſit inductus. Dubitandi occaſionem dedit Apoſto. 1. ad Timoth. 2. [Vir non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricationem fuit.] Auxit item vtriuſq; cõfeſsio Gene. 3. dum alter in mulierem errati ſui culpam confert [mulier (inquit) quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & ego comedi.] Altera ſerpentem peccati à ſe commiſsi cauſæ & fallaciẹ inſimulat [ſerpẽs ſeduxit me] hæc deceptam ſe agnoſcit, ille falſum
1 ſe diſsimulat. Auguſt. item † alibi ſeductum, alibi non ſeductum ſcribit. lib. 11. de Geneſ. ad literam cap. vlt. his verbis. [Ergo alio quodam modo etiam ipſe deceptus eſt, ſed dolo illo ſempiterno, quo mulier ſeducta eſt, nullo modo illum arbitror potuiſſe ſeduci in illo modo, quo illa potuit. Hanc autem propriè ſeductionem appellauit Apoſtolus, quâ id quod ſuadebatur, cùm falſum eſſet, verum eſ-
2 ſe putatum eſt] & infrà. [Sed etiã † ſi virum propter aliquam mentis elationem, quẹ Deum internorum ſcrutatorem latere non potuit, ſollicitauit aliqua experiendi cupiditas, cùm mulierem videret acceptâ illâ eſcâ, non eſſe mortuam (ſecundùm ea quæ ſuperius tractauimus.) Non tamen eum arbitror, ſi iam ſpirituali mente præditus erat, vllo modo credere potuiſſe, quod eos Deus ab eſca illius ligni inuidendo prohibuiſſet.]

Altero autem ex capite, eandem infidelitatem incurriſſe Adamum, &





eiuſdem criminis coniunctione obſtrictum, eandemque in fraudem impulſum eſſe, cum maxima fidei iactura conſtans eſt patrũ ſententia. Igna-
3 tius † Martyr in Epiſt. ad Trallianos, [Diabolus (inquit) per mulierem ſeduxit Adam Patrem generis noſtri.] S. Irenæus libr. 3. cap. 35. [Ab altero Adam ſeductus, ſed occaſione immortalitatis, ſtatim timore corripitur.] Et S. Epiphan. hæreſ. 38. quæ eſt Cattanorum. [Diabolus per mendaciũ de-
4 cepit Euam, & Adam] † Ioann. Chryſoſt. homil. 9. in 1. Tim. ad comparationem mulieris, dixit illum nõ fuiſſe ſeductum, & docet Adamum ſeductum fuiſſe, ſed minori ſeductione. S. Ambroſ. in libr. de Paradiſo cap. 4. [Mulier, inquit, prior decepta eſt, & virum ipſa decepit.] Hilarius can. 31. in Matth. [Serpens Adam pellexerat, & in errorem fallendo traduxerat.] Proſp. Aquit. in calce libri aduerſus Caſsianum, & alij quos refert Robert. Bellarm. lib. 3. controu. fidei cap. 7.

Quid igitur? tam excellenti doctrinâ, & pietate viri Paulum nunquam legiſſe, vt ab eo quem ſtudioſiſsimè legerant, & in delicijs habebant, à cuius ſententia diſcedere religio erat, diſcrepare voluiſſe cenſendi ſunt? non equidem arbitror: ſed diligentiſsimè ſenſum Apoſtoli, & accurata cõmentatione perſecuti ſunt, & perſcrutati, à quibus aliud atq; aliud eſt excogitatum interpretandi genus: cuius veritatem leuiter perſtringere non abs re duxi. Epiphan. in hæreſi Quintilianorum, D. Thomas. Oecumenius, & alij ita accipiunt, vt ad-
5 dant nomen (primus) hoc modo. † [Adam primus non eſt ſeductus, ſed Eua.] Alij intelligunt hoc modo quo Chryſoſtomus in hunc locum; inter quos Theophylactus ait Paulum dicere, non fuiſſe Adamum ſeductum, ſed Euam; quod de Adamo ſacris lite-
6 ris nõ eſt proditum. Hieronym. † lib. 1. contra Iouinianũ [vir non eſt ſeductus (id eſt, à ſerpẽte) ſicut Eua] id expreſsit his verbis Chryſoſt. [nõ eſt par Adami, & Euæ ſeductionis ratio, ille ſeductus eſt à muliere, quæ data ei fuerat à Deo & generis ſocietate cõiuncta, hæc autem decepta à beſtia, quæ ſeruituti hominum fuerat addicta.] Paulus igitur, in comparatione mulieris dicit, non eſſe Adã deceptũ. Fuerunt etiã, qui hoc ſpectaſſe velint Apoſtolũ, vt innuit Ambroſius, de Paradiſo. c. 21. & Auguſt. libr. 11. de Geneſ. ad lit. c. vlt. Adamum non eſſe ita ſeductum, vt fieret mulieri in præuaricationem. At mulier ſic eſt ſeducta, vt fieret in præuaricationem Adamo, id eſt, eum induceret ad prẹuaricandum. Placet denique eorum ſen-
7 tentia, qui volũt Pauli ſenſum eſſe: † Adamum materialiter (vt aiũt) ſolùm fuiſſe à diabolo deceptum, non propriè, non enim diabolus Adamo impoſuit, eumque in errorem induxit, ſed ipſe ab Eua ſeductus eſt, vt potè quæ blanditijs Adamum ad conſortium fructus deguſtandi pertraxerit, nullo tamen animo fallendi.

Ex tanta interpretationum varietate Adamum ſeductum, & non ſeductum fuiſſe conſtat: id eſt, non immediatè ac certè per occaſionem la-
8 pſum: neq; mirũ † peccato eodem ſe obſtrinxiſſe, & fidem violaſſe, qui audierit vxori ſuẹ & intemperatè nimis amori indulſerit, qui mali fons fuit, & origo: aures enim dedit importunis mulieris precibus ad eſum fructus ſolicitãtis. Mouit etiã Adamum mortis non cõſecutæ mora (vt iã diximus) ex qua ſubdubitare cepit, aut potiùs credere, pœnã violati præcepti nullã fore: ſententiam verò à Deo pronunciatam terroris cauſâ fuiſſe, & comminationis. Prætereà diuinæ ſeue-

ritatis inſcitiâ. forſan impunitatem ſibi promittebat, & ad facti deprecationem momenti habiturum aliquid ſperabat, ſi excuſationem ſociæ ad epulas inuitantis afferret.

10 Ad hęc † curioſitas quædam addebat ſtimulos, quid lateret in illo fructu experiendi. Poſtremò promiſſorum magnitudo diuinitatis ſcilicet, adipiſcendæ, quâ ad bene beateque viuendum omnia in ſe poſita haberet: ad extremum fidei fractæ clarũ argumentum eſt pari pœna in eum conſtituta, & ſceleris admiſſi documentum eſt veſtis pellicea, quâ indutus fuit. Cùm igitur Adamus Euæ fidem adhibuerit, ſerpentis promiſſa exponenti, vt veriſimiliora duxerit, quæ ab illo malitioſè, & impiè commemorabantur, quam quæ diuino oraculo pronunciata erant, meritò eiuſdem culpæ deferendus eſt, & ſimilis perfidiæ accuſandus. Nam credens infideli, infidelis eſt: ſicut credens hæretico, hæreticus eſt, vt probat text. in cap. excommunicamus. 1. §. credentes. & cap. excommunicamus. 2. & cap. ſi aduerſus. de hæretic. vbi doctores in c. quicunque. §. 1. & §. hæreticus autem. de hæreticis, lib. 6. Archidiaconus & Ioan. Andr. in c. in fidei fauorem, & in c. vt officium. §. 1. & c. vt commiſſi. §. final. de hęreticis lib. 6. Eymeric. 2. Direct. Inquiſit. q. 50. & ibi Franc. Pegna comm. 75. Eò ſpectet acerba illa exprobratio, qua in ſtoliditatem Adami, ad diuinitatem aſpirantis vehementer inuehitur vecordiã illi obijciens, & ambitionem illudens [Ecce (inquit Deus) Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum] hoc certè nõ exprobraſſet Deus niſi ille eiuſdem mali contagione in-
11 fectus, † æqualitatem Dei affectaſſet, quod Adamo obiectum fuiſſe, ex his verbis arguit Auguſt. lib. 11. de Geneſ. ad liter. c. 39. (Replicatũ eſt, ait in caput ſuperbi, quo exitu concupierit, quod dictum eſt à ſerpente, eritis ſicut Dij. Ecce (inquit Adã) factus eſt, quaſi vnus ex nobis] verba Dei ſunt quibus non omnino illudit Adamo, ſed ei per quendam ſarcaſmum Diaboli mendacium exprobrat, cuius impulſu in mortis laqueos inciderat, vt grauiter exponit Theodoret. Quæſtion. in Gen.

Qua in re ſunt etiam iſta, quę ſuſpicioni, & crimini locum dant. Primùm quia negligens fuit in mulieris repre-
12 henſione, potuit enim † imò debuit eam reprehẽdere, & nõ reprehendit, ex quo ei aſſentiri videtur, vt patet ex illo Hierony. in c. error. 73. diſtinct. c. 2. de hęret. & Turrecre. in ſumm. de Eccleſ. 2. p. lib. 4. c. 16. verſ. vigeſimus
13 modus conuincendi errantem. † imo ex eo pertinax iudicari debet, quia cum potuit, noluit errori reſiſtere. d. c. qui alios. de hæret. & ibi Turrecre. & probatur ex text. in c. facientis. 86. diſtinct. facientis (inquit Ioa. Papa) proculdubio culpã habet, qui quod potuit corrigere, emendare neglexit, & Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione, lib. 2. c. 25. Ioan. Rojas de hęret. 2. p. n. 58. & 80. aſſertio. 3. qui
14 † alios, cum poteſt, ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat. Id in ſe ipſum apud Senecam in Troade iudicat Agamemnon.

—— *in me culpa cunctorum redit.*
*Qui non vetat peccare cum poſſis iubet.*

Nec minus in iure id obtinet, & eſt textus in cap. 2. de hæret. & c. & ſi Iudæos. de Iudæ. At maximè apud Deum, vt eſt Leuit. c. 5. [niſi indicauerit (inquit) portabit iniquitatẽ ſuam,] & manifeſtiùs in Deutero. c. 13. ſi tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuę, aut filius tuus, vel filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuam, clam dicens: eamus, & ſeruiamus Dijs alie-





nis; quos ignoras tu, & patres tui, cunctarũ in circuitu gentiũ, quæ iuxta vel procul ſunt ab initio, vſq; ad finẽ terræ, non acquieſcas ei neq; audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miſerearis & occultes eũ, ſed ſtatim interficies, ſit primum manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manũ, lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere à Dño Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquam vltra faciat quippiã, huius rei ſimile,] hęc ibi. Atq; ob id egregiè affirmat D. Ambr.
15 lib. 6. offic. c. 24. quod vbi † commune periculũ eſt, id diſsimulare, peccatum non eſt leue: & Paul. ad Romanos c. 1. inquit [nõ ſolùm eos dignos eſſe morte, qui malũ faciunt, ſed qui facientibus cõſentiunt.] Idem Pontificũ ſanctionibus corroboratur c. 1. de offic. delegat. & c. mulieres. c. nuper. & c. quanto. vbi DD. de ſentẽt. excomm. l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. & l. ijs qui opem. ff. de furt. quod quidẽ in crimine hæreſis, eò maiorẽ vim habet, quòd certius diſcrimen ſaluti animæ intenditur. Vnde autẽ grauius periculũ imminet, maiori etiam cautione & diligentiâ, ne procreetur, prouidẽdum eſt. l. 1. §. ſed ſiquis. ff. de Carbon. edict. text. in c. vbi periculũ. de elect. libr. 6. ne modicum fermentum (vt ait Paul. ad Galatas c. 5.) totã maſſam corrumpat, vt probatur ex c. corripiantur in fin. 24. q. 3. & in c. [reſecandæ, inquit, ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis repellenda, ne tota domus maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, intereant. Et eo in loco aduertunt Abb.
16 Anchar, & Felin. aſperiùs acerbiuſq; † ea crimina eſſe in primis coercenda, quę in Chriſtianam religionem, & in omniũ iniuriam cõmittuntur. Quare ſi Euæ cupiditati fortiter Adam reſtitiſſet, cõtagioni & futuris criminibus proculdubio obuiam itum foret.
17 Secundò † negligens fuit, illam non puniẽdo, quę ſibi ſubdita erat, vt Paul. ait 1. Cor. c. 11. & Gen. c. 3. & c. mulier debet. 33. q. 5. & multis prob. Robert. Bellarmin. lib. 3. de controuerſ. Chriſt. fidei, c. 7. quia non vir de muliere, ſed mulier de viro facta eſt: debuerat enim illam ſupplicio irrogato cohibere. At quia officio defuit, ideo videtur ei fauiſſe, & culpam ſine dubio
18 eandẽ contraxiſſe. Nã vt inquit † Innocẽ. in c. error. 83. diſtinct. [error, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur: negligere quippe cum poſsis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud, quam fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et Pius Papa in cap. quid enim. ead. diſtinct. [quid enim (inquit) prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui
19 cõſenſum præſtat errãti.] † Rectores etiã ſimili pœnâ plectũtur, ſi facinora neglexerint vindicare, tex. in c. cum æterni. de ſentent. & re iudic. lib. 6. & ibi gloſ. in verb. cõdemnandus. Quod etiã fulcitur, quia officiales qui maleficia diſsimulatione nõ vindicarunt, acriter puniẽdi ſunt. per tex. in l. 1. C. de deſert. lib. 12. & ibi Bart. & Ioan. de Platea in l. fina. C. de public. lætit. eod. lib. idem cõprobatur ex eo, quia qui negligit facere iuſtitiã, punitur tanquã criminis cõſocius, vt in l. fin. C. ne ſanct. baptiſ. itere. & in l. ſiquis in hoc genus. C. de Epiſcop. & cler. not. Bal. in l. nõ ſolùm. C. de merc. & merci. lib. 10. Vnde aliquẽ iniuſtè & ſcienter cõdemnans, ſimilitudine ſupplicij damnatur. & l. 25. tit. 22. p. 3. Marcus Anto. Blanc. in pract. crimin. in verb. mãdando. nu. 2. pag. 850. poſſuntq; ob id ab officio remoueri. c. ſi qui Epiſcopi 1. q. 1. gloſ. Hoſtienſ. & commu. DD. in c. excõmunicamus. 1. §. vlt. de hæret.

Poſtremò quid illo ſigno ad euin-
cēdum infidelitatis crimen apertius,
quod imperio ſummi Dei neglecto,
vetitum fructum deguſtarit, coniu-
gis, & Diaboli conſilia ſecutus. Facti
autem coniectura probabilis ab indi-
cijs externis ducitur, vt ex Iuriſcon-
ſultis conſtat ex c. cōtra Chriſtianos.
de hæreticis lib. 6. Eymericus in 3. p.
Directorij, tit. de ſignis, & indicijs,
quibus hæretici cognoſci poſſunt, &
ibi Franc. Pegna Comment. 24. pag.
471. & Comm. 110. in q. 61. de quæſt.
ſeu torment. nu. 5. pag 645. & Symā-
cas de Cathol. inſtit. titul. 50. de præ-
ſumpt. & ſuſpicion.

## *Primum hominis peccatum non fuit infidelitas, ſed ſuperbia.*

## CAP. IX.

### SVMMARIVM.

1 *Primum peccatum Scoto & D. Bonauenturæ quod videatur.*

2 *Primum peccatum ex mente D. Thom. quodnam fuerit.*

3 *Primus actus ſuperbiæ eſt nolle parere imperio, & præceptis alicuius.*

4 *Diabolus iiſdem armis, quibus ipſe periijt, hominem aggreditur.*

5 *Superbia quid ſit.*

6 *In ſtatu innocentiæ nullus extitit motus inordinatus, qui rationis dominium detrectaret.*

7 *Adam, & Eua, quia præcepto Dei non obedierunt, inferiorem partem rebellem experti ſunt.*

8 *Amor immoderatus erga coniugem non fuit primum peccatum.*

9 *Actus circa finem potior eſt, quàm circa media.*

10 *Amor propriæ excellentiæ, materia eſt ſuperbiæ.*

11 *Primorum parentū mens nō incidiſſet*

12 *in errorem niſi à Deo auerſa fuiſſet.*

13 *Peccata viam ad infidelitatem ſternunt.*

NEQVE hac de cauſa
nos primum homi-
nis peccatū, infide-
litatē facimus. Nam
conſentiens eſt om-
nium Theologorum
1 ſententia, primum †
peccatū Euæ fuiſſe ſuperbiā, vt docet
S. Th. 2. 2. q. 163. & cæteri Theologi in
2. ſentent. diſtinct. 21. & 22. de Adamo
S. Bonauē. & Scotus loco citato paulò
antè aliter ſenſerunt. Primum ſcilicet
eius peccatū fuiſſe immoderatū amo
rem erga coniugē, non quidē carnalis
cōcupiſcentiæ, ſed humanę amicitiæ.
S. verò Thomas vtriuſq; parentis pri-
2 mū peccatū † docet fuiſſe ſuperbiā,
quæ ſententia veriſsima eſt. Nā & cū
diuinis literis, & cum teſtimonijs Pa-
trū, & cū ipſa ratione maximè cōgruit
cum ſcriptura: Eccleſiaſt. 10. dici-
tur: [Initiū ſuperbię hominis apoſtata
re à Deo, quoniā ab eo, qui fecit eum,
receſsit cor eius] & alibi [Initiū omnis
peccati ſuperbia. Hinc D. Auguſt. ſu-
per Gen. lib. 11. [initiū (inquit) omnis
peccati eſt ſuperbia] & de verbis Dñi
ſerm. 54. dicit [prior in vitijs eſt ſuper-
bia, non enim inuidia parit ſuperbiā,
ſed ſuperbia parit inuidiā: nō enim in
uidet niſi amor excellētiæ: amor autē
excellentiæ ſuperbia vocatur, radix
ergo cūcti mali, & princeps omnium
vitiorū ſuperbia eſt.] Eccleſiaſ. d. c. 10.
ex qua virulēta radice ſeptē capitalia
vitia proferūtur: inanis gloria, inuidia,
ira, triſtitia, auaritia, vētris ingluuies,
& luxuria; ſuperbia ergo, ſi propriè
accipiatur, reſpicit defectū ſubiectio-
nis hominis ad Deū, quatenus aliquis
ſe extollit ſupra id, quod eſt ſibi præ-
fixū, ſecundū diuinam regulā, vel mē-
ſuram, ex doctrina D. Th. 2. 2. q. 84. art.
20. & 2. 2. q. 77. art. 5. & vt dicit Greg.
lib. 34. Moral. [ſuperbia euidentiſsimū
ſignū eſt reproborū, cunctis namq; ſu
perbâ apud ſeſe cogitatione tumēti-
bus



bus ineſt clamor in locutione, amari-
tudo in ſilētio, deſolatiò in hilaritate,
furor in triſtitia, inhoneſtas in actio-
ne, honeſtas in imagine, erectio in in-
ceſſu, rancor in reſponſione: [quod
idem confirmat Tobias illis verbis c.
4. [ſuperbiam nunquam in tuo ſen-
ſu, aut in tuo verbo dominari permit-
tas, in illa enim initium ſumpſit om-
nis perditio] & Paul. Rom. c. 5. [ſicut
enim per inobedientiā vnius homi-
nis peccatores conſtituti ſunt multi,
ita per obedientiam vnius hominis
iuſti conſtituentur multi,] quo loco
Apoſtolus loquitur de peccato Ada-
mi, & Euæ, ſiquidem in Adamo om-
nes moriuntur. 1. Corint. c. 15. [Et per
vnum hominem peccatum in mūdo
intrauit, in quo omnes peccauerunt]
ad Rom. 5. Sermo eſt de primo pecca-
to, non de cæteris, quæ poſt primum
commiſit. Nam per primum peccatū
omnibus ornamentis, gratia Dei, &
originali iuſtitiâ ſpoliatus fuit, cuius
priuatio eſt in eius poſteris per origi-
3 nale peccatum. Porrò actus † primus
ſuperbiæ eſt nolle parere imperio &
præceptis alterius, quæ ipſa eſt ino-
bedientia, quod luculenter docet
Eccleſ. d. c. 10. [Initium ſuperbiæ ho-
minis apoſtatare à Deo,] vbi oſtendit
Eccleſiaſtic. primum ſuperbiæ actum
fuiſſe nolle legi Dei obtemperare,
quod perſpicuè declarat S. Tho. 2. 2.
q. 162. art. 7. ſimile eſt illud Hierem. 2.
[à ſęculo confregiſti iugum meum: ru
piſti vincula: dixiſti, nō ſeruiam.] & S.
Baſilius in orat. quòd Deus ſit autor
malorum, & probatur ex text. in cap.
baſis iræ. & ibi gloſ. verb. cum verò.
4 23. q. 4. Quamobrem, inquit, † dolis
hominem aggreſſus eadem ambitio-
nis cupiditate, quâ vellet ab initio ſi-
milis eſſe Deo, hac rurſus ad decipiē-
dum nos vſus, lignum oſtendit, cuius
contactu pollicitus eſt hominē ſimilē
fore Deo. Ioan. Chryſoſt. Homil. 16. in
Geneſ. [igitur (inquit) vt diuinitatem
mente ſua imaginata eſt, ad eſum pro
perauit.] D. Auguſt. de Geneſ. ad lite-
ram lib. 10. c. 30. [Quando (inquit) his
verbis crederet mulier, à bona atque
vtili re ſe fuiſſe prohibitos, niſi iam
ineſſet menti amor ille proprię pote-
ſtatis, & quædam de ſe ſuperba præ-
ſumptio, quæ per illam tentationem
fuerat conuincenda, & humilianda?]
& idem Auguſt. in Enchiridion cap.
45. recēſens actus malos, & quaſi par-
tes peccati primi hominis in primo
loco ſtatuit ſuperbiam. [Superbia (in-
5 quit) † eſt quâ homo in ſua potius eſ-
ſe, quam in Dei poteſtate dilexit, tē-
dens ad inordinatum appetitum ex-
cellentiæ.] Hinc Auguſt. 14. de ciuit.
Dei [ſuperbia eſt peruerſæ celſitudi-
nis appetitus.] S. Thom. ait extollen-
tiam eſſe, quâ quis ſe extollit ſupra id
quod eſt ei præfixum à diuina regula.
2. 2. q. 162. art. 1. idem. S. Leo ſer. 5. de
Natiuit. Domini. S. Proſper libr. 2. de
vita contempl. c. 29. [Et mihi quidem
(inquit) videtur quod non ederet de
ligno prohibito niſi concupiſcerent,
nec concupiſcerent niſi tentati, nec
tentarentur, niſi deſerti, nec deſere-
rentur à Deo, niſi ipſi prius deſererēt
Deum, nec deſererent Deum, niſi ſu-
perbirent, & ſimilitudinem Dei mi-
ſerabiliter appetiſſent: & S. Fulgen-
tius lib. 2. de Incarnati. & gratia Chri-
ſti c. 22. S. Gregor. libr. 4. moral. c. 9. &
in lib. de paſtor. c. 8.

Sed omiſsis Patribus, rationū mo-
mentis ſtabiliamus, ſuperbiā eſſe ma-
trem infidelitatis, conſtat quidem in-
ter actus malos, priores eſſe interio-
res: nam cùm principio homo ita cō-
ſtitutus eſſet, ac tam admirabili par-
tiū inter ſe vinculo connexus (ex quo
vno vel atheus ille Galenus opus cæ-
leſte cogitur illum confiteri libr. de
vſu partium, idemque Theophilus
medicus libello de hominis fabrica)

vt inferior ſuperioris imperium re-
ctiſsimè ſequeretur, neque ei repu-
gnare vllo modo poſſet, quandiu ſu-
perior in officio permanebat à Dei
6 præſcripto ſuſpenſa, nunquam † ab
eius lege diſcrepans, non potuit ſen-
ſus, & cupiditatis motus turbidus ali-
quis exiſtere, atque rationis domina-
7 tum detrectare. Certum enim eſt †
mentem (quæ in homine eſt imago
Dei) per ſenſus agere; quod docue-
rũt Philoſophi omnes, qui de Natura
ſcripſerũt, præ cæteris autem Neme-
ſius lib. περι τȣ ἀνθρώπȣ, & Gregorius
Nyſſenus περὶ τῆς κατασκευῆς; adeo
quidem vt illa mens ſiue quæ in ho-
mine eſt vis, & facultas intelligendi
per ſingulas ſenſuum ſedes incedens
ac permeans efficiat vniuerſa. Quod
oculis obijcitur illa videtur: quod au-
ditui dicitur, excipit; quod cordi eſt,
amat: quod non facit ad voluptatem,
reijcit: & manu tanquam miniſtrâ
vtitur ad id omne quod ſibi offertur.
Illa igitur niſi priùs Dei neglexiſſet
imperium, & pluris diaboli technas
quàm veritatis verba feciſſet, niſi de-
niq; ſuperiori ſui parti, partes inferio
res præfeciſſet tanquam murus æ-
neus ſtetiſſet in illo innocentię ſtatu,
ſenſus nec rebelles, nec contumaces
expertus eſſet. At certè factum eſt;
8 vt † amor erga vxorem immoderatus
primum peccatũ Adami fuerit: neq;
ſolùm de amore carnalis cõcupiſcen-
tiæ loquor, ſed etiam de amore illo ſo-
cialis beneuolentiæ, quam D. Bona-
uent. & Scotus primum peccatũ ſta-
tuunt: nam & ille amor rei ſenſibilis
erat, videlicet, conſortij humani & ſo-
cialis vitę: eius iacturam facere Adam
nolens, maluit legem Dei perfringe-
re, quàm vitæ ſociam contriſtare.
9 Et quia † actuum interiorum, qui-
que circa bonum intelligibile ver-
ſantur, potior eſt actus circa finem,
quàm circa medium, (ſiquidem me-
dia expetuntur propter finem, non
contrà, vnde Iuriſperiti dicunt, quòd
finis denotat qualis ſit res cẽſenda, &
Bart. in l. ambitioſam. ff. de cred. ab or-
din. faci. dicit: in ordine intellectus, fi-
nis eſt principiũ, & illud dicitur eſſe
finis, ad quod intellectus principali-
ter tendit (omnis ars & virtus atque
adeo vir omnis ad id, ad quod perti-
net finis, debet diſponi. S. Tho. 2.2. q.
15. art. 2. Finis autem homini propoſi-
10 tus in malis, eſt excellentia † propria,
& hæc quidem ſuperbiæ eſt mate-
ries. Sequitur igitur, non infidelita-
tem aut aliquid aliud, ſed ſuperbiam
primum peccatum vtriuſque primi
parentis fuiſſe. Nec potuit mens illo-
rum diuino lumine collucens in er-
11 rorem induci: niſi † antea per auer-
ſionem à Deo illo lumine orbata fuiſ-
ſet, denſiſsimis tenebris circumfuſa,
vt D. Auguſt. ratiocinatur libr. 14. de
ciuit. Dei, cap. 13. quemadmodum
nemo in animum induxerit ſolem
non lucere, dum ſolem intuetur ad-
12 uerſum, ergo † infidelitatem primo-
rum parentum auerſio à Deo, & pec-
catum præceſsit, poſtea verò ſubſe-
cuta fuit infidelitas, copioſè Bellarm.
libr. 3. cap. 4. Itaque mater infideli-
tatis eſt ſuperbia, eodem Auguſtin.
autore in lib. de Paſtor. cap. 6. [ſuper-
bia (inquit) infidelitatem præceſsit,
non è contrario, niſi filiam matre an-
13 tiquiorem facimus]. Et † quidem per-
ditos mores atque legum diuinarum
contemptus viam ad infidelitatem
ſternere, autor eſt Paul. 1. ad Ti-
moth. cap. 1. [habens (inquit) fidem &
bonam conſcientiam, quam quidam
repellentes circa fidem naufragaue-
runt,] & Timoth. 6. [Radix omnium
malorũ eſt cupiditas, quam quidam
appetentes errauerunt à fide.] Ex his
igitur liquidò patet, primos parentes
infideles fuiſſe, iuſteque in eos ſupre-
mum iudicem grauiter animaduer-
tiſſe,



tiſſe, & ſuo exemplo diligentiam in
fide tuenda, & hæreſi profliganda
ſuppliciorum ſeueritate ſtatim in ip-
ſis principijs poſteros Inquiſitores
docuiſſe.

*Adam transgrediendo diuinum præceptum grauiùs peccauit, quàm Eua.*

## *Cap. X.*

### SVMMARIVM.

1 *Adam morem gerens Euæ ſe veniâ dignum putauit.*
2 *Adam grauius peccauit, quia fœminâ prudentior ſerpentis fraudes poterat detegere.*
3 *Mulier hoſtem habuit multò callidiorem, & fortiorem viro.*
4 *Adam in agnoſcenda culpa durior fuit, & tardior Euâ.*
5 *Caietanus multis nominibus peccatum Euæ extenuat.*
6 *Adam ab effectu pœnæ grauiùs peccaſſe conuincitur.*

PRIVSQVAM ad
iudicij conſtitutio-
nem veniamus, &
ſententiam æquiſsi-
mi, & principis In-
quiſitoris expenda-
mus, plurimùm ad
rem facit pertractatam habere illam
quæſtionẽ, quæ in dubio adhuc ver-
ſatur: vter grauiùs deliquerit, Ada-
múſne, an Eua. In vtramque partem
ſunt non leuia argumentorum mo-
menta, primùm non eſt ſilentio præ-
tereundum, quod Auguſtinus lib. 11.
de Geneſ. ad liter. cap. 35. & lib. 14. de
Ciuit. Dei, innuiſſe videatur parem
vtriuſque culpam, atque exæquatam
peccati magnitudinem. Sunt item
qui aliter ſentiant, quorũ pars Euam
errati grauioris damnat, pars Adamo
maiorem culpam tribuit. Chryſoſt.
homil. 7. ad popul. Antiochen. mani-
feſtè docet Adamum multò leuius
crimen admiſiſſe, [conſidera (inquit)
cur non Euam vocauit: non vocauit
ſerpentem, ſed qui omnium leuiſsimè
peccauerat, hunc primùm in ius vo-
cat, vt ab eo incipiens qui veniâ di-
gnus videbatur, in eam quæ multùm
peccauerat, mitiorem ferat ſenten-
tiam.] Auguſtin. etiam mulieri exe-
crandam quandam blaſphemiam ad-
ſcribit, lib. 2. de Geneſ. contra Mani-
ch. cap. 15. quaſi in animum induxe-
rit in Deum cadere potuiſſe inuidẽ-
tiam, & mendacium, ſecus autem de
1 Adamo iudicat, leuiculã † exiſtimaſſe
illum ſe noxam contracturum, & di-
gnam veniâ, ſi in eo, cui fidem mini-
mè adhibebat, cõiugi gratificaretur.
Ita Auguſtin. lib. 14. de Ciuit. Dei, cap.
11. [Inexpertus, inquit, diuinæ ſeue-
ritatis Adam in eo falli potuit, vt ve-
niale crederet eſſe commiſſum.]
Idem & lib. 11. cap. vlt. inſinuat, Ada-
mo credibile non fuiſſe, quod eos
Deus ab eſca illius ligni inuidendo
prohibuiſſet; quare minorem Ada-
mo inhæſiſſe infidelitatis labem, ex
eo non obſcurè colligi, auget crimen
Euæ, quod virum blanditijs in erro-
rem induxerit.

At quanuis hæc ſententia proba-
bilis ſit, ſcriptorum nobiliſsimorum
autoritate, & rationibus quibuſdam
ſtabilita, veriſimilior nihilominus eſt
opinio quæ Adamum maius crimen
conſciuiſſe, & maiorem culpam ſuſti-
nuiſſe tradit, quod ex vtriuſq; cõten-
tione facilè eſt cognitu. Vt enim per-
ſonas inter ſe conferamus, Adamus
2 † mulieri longè præſtabat ſapientiæ
perſpicacitate, & ſolertiâ, quâ frau-
des aduerſarij detegere, technas de-
prehendere, omneſque artes in exi-
tium ſuum comparatas ſubodorari

poterat; tum erat robore animi firmior, & ad conatus diaboli infringendos, & eludendos fortiori plura item Deus in eo beneficia collocauerat, vt recti eſſet obſeruantior, & diuinis præceptis obſequentior: præterea Euæ non ſocium modò, ſed caput & ducem dederat conſilij capiundi autorem, & vitæ totius moderatorem, vt ignorantem doceret, errantem corrigeret, nutantem confirma-
3 ret, lapſam erigeret, ad hæc vir † hoſtem ad oppugnandum minus valentem habuit, mulier callidiorem, & multis partibus ſuperiorem, tum multùm refert ad continendum in officio animum, à quo quis legem accipiat. Adamus Deum ipſum interdicentem ſibi fructus illius eſum, & legem promulgantem audierat: mulier verò eam ab Adamo acceperat diui-
4 næ voluntatis interprete. Adiungo † in agnoſcenda culpa duriorem fuiſſe virum coniuge, & ad peccati confeſſionem tardiorem. Inſuper acerbior illa reprehenſio, quâ Deus in virum inuehitur vehementiùs, & mortis ſententiam ſoli illi denunciat ijs verbis: [puluis es, & in puluerem reuerteris.] Omitto Caietani ſenten-
5 tiam, qui peccatum † Euæ mirum in modum extenuat, exponens illa verba Geneſ. 3. [Tulit mulier de fructu arboris, & comedit:] aſſerit in primis illud peccatum Euę fuiſſe minimum. Tum ex radice, hoc eſt, affectu libertatis, tum ex modo peccandi, appetitus, nimirum, diuinæ ſimilitudinis, tum ex re appetita (quæ fuit ſcientia boni & mali) tum ex ſpecie actus exterioris (qui fuit comedere fructum pulchrum oculis, & ad veſcendũ ſuauem) tum ex occaſione peccandi, (fraude, ſcilicet, & dolo ſerpẽtis) tum denique ex conditione, quia mulier
6 erat. † Poſtremum eſt, quo clarè Adamum grauius peccaſſe conuincitur, miſeriæ humanæ ex illo veluti fonte origo, mortis initium, iactura maxima diuinarum virtutum continuò conſecuta: Si enim Adamus non deliquiſſet, nullum incommodum ad Euam aut Adamum ipſamúe poſteritatem perueniſſet.

## TITVLVS SECVNDVS.

## De modo, quo Deus proceſsit contra Adamum, & de modo procedendi ſancti Officij.

***Deus ad punitionem primorum parentum ſeſe accingit, & traditur forma procedendi.***

### CAP. I.

SVMMARIVM.

*Devs primus Inquiſitor ſe ad inſtructionem proceſſus contra primos parentes accingit.*

2 *Deus Adam citauit docens, reis diem eſſe dicendam.*

3 *Citatio fit, vt quis ſe defendat, ſi ſua intereſt.*

4 *Nullitas proceſſus ſequitur ex defectu citationis.*

5 *Adamus, vt nullitas proceſſus excluderetur, iudicio ſiſtit.*

6 *Præſentatione facta Adami, Deus de crimine inquirit.*



7 *Adamus Euam, Eua ſerpentem quòd ſe deceperit, cauſatur.*

8 *Serpentem quare Deus non inquiſierit.*

9 *Dæmon impœnitens eſt, nec habet vnde peccatum ſuum poſſit excuſare.*

10 *Dæmon obſtinatus, & quare.*

11 *Angeli poſt adhæſionem, immobiliter rebus adhærent.*

12 *Angelorum bonorum voluntas confirmata eſt in bono, malorum in malo.*

13 *Angeli inflexibile habent liberum arbitrium, nec diſcurrere poſſunt.*

14 *Angeli non potuerunt recuperare gratiam amiſſam poſt peccatum.*

15 *Angelis fuit lapſus, quod hominibus fuit mors, ex D. Damaſceno.*

16 *Deus reprehendit primos parentes, quia ſeptupliciter actum peccati violauerant.*

MISERANDVM igitur tam præclaræ naturæ naufragium, ſanguineis lacrymis deplorandum, quòd primi parentes tantis dotibus adornati, ad ſcopulos infidelitatis impegerint: quare nõ debuit tam atrox ſcelus & horrendum facinus
1 impunitum relinqui. † Statim igitur Deus omnium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis primus magiſter & maximus, ſe ad illorum iuſtam & iuridicam punitionem accingit. Volens igitur in delictũ Adæ inquirere quaſi edictum generale propoſuit, & primos parentes citauit, vt in ius vocati ambularent, & iudicium acciperent, dicens (Geneſ. 3.) Adam, Adam
2 vbi es? docens iudices, † antequam iudicent & ſententias proferant, citandos eſſe reos, quò ſibi ipſi prouideant, ſeq; defendant. Cui doctrinæ conſonum eſt illud, quod habetur in Clement. paſtoralem. de re iudic. & in Clement. ſæpè. de verb. ſign. Bart. in verb. figura. in extrauag. ad reprimendum. Marian. Socinus de dilationib. art. 2. & quamuis Deo omnia ſint manifeſta, & ſciret ipſe Deus, vbi nã eſſet Adam, tamen ratione prædictâ illum citauit, vt ſi vellet, ſe defende-
3 ret: fit enim † citatio, vt quis ſe defendat, ſi ſuâ intereſt. l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & l. nam ita Diuus. ff. de adoptionib. nimirum cùm citatio ſit defenſio de iure naturali. text. in l. defenſionis. C. de iure fiſci. lib. 10. & in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Maranta in ſpecul. 4. part. diſtinct. 9. num. 9. idem 6. part. titu. de citatione num. 3. cum ſequentib. Panorm. in c. in cauſis. de ſentent. & re iud. Afflict. deciſ. 283. & ibi Vrſillus num. 12. Angel. in l. princeps. ff. de legib. num. 2. cum allegatis Andr. Gail. practicar. obſeruation. obſeru. 75. & DD. in d. l. nam ita Diuus. ff. de adoption. Hinc eſt quod ſtatutum non valeat, diſponens ſententiam latam contra non citatum
4 firmam eſſe: quia nullitas † ex defectu citationis procedens, ſtatuto tolli non poteſt. Bald. in l. 1. C. quom. & quand. iudex. Dec. conſ. 686. num. 27. incip. [viſo puncto, quod procedit] etiam in ſententia Principis, quia iſte ordo eſt iuris naturalis. Angel. in d. l. princeps. ff. de legib. per d. Clement. paſtoralem. & c. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bart. in l. Diui. ff. de iur. aur. annul. & DD. in d. l. Diuus. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & hoc etiam fit, quia à citatione iudicium incipit. §. final. Inſtit. de pœn. temer. litigan. & probatur ex ordine titulorum. ff. veteris, & tradidit Specul. in tit. de citat. in princ. Et de materia loquitur egregiè Paul. Caſtren. in l. conſentaneum. C. quomod. & quand. iudex. Hac igitur de cauſa Deus vocat Adam, dicens: [vbi es?] ſciebat quidem Deus, vbi nam eſſet

eſſet,quamuis deliteſceret,ipſe enim
cùm maleſeciſſet oderat lucem.Ioan.
cap.3.voluit enim Deus illi ingrati-
tudinem exprobrare,eò quòd tot be-
neficia in ſe collata deſpiciens & pro-
priæ naturæ dignitatem oblitus, ad
deceptorem diabolum turpi defe-
ctione deſciuerit: & quia effectus ci-
tationis eſt in iudicio comparere, vt
excluderetur omnis ſcrupulus, † &
5 nullitas proceſſus,ſui copiam fecit,vt
ſuâ præſentiâ citatio conualeſceret,
cui ſubſcribunt Marian. Socin. tit.de
citation.arti.6.n. 21. & text.in d.l. de
vnoquoq; ff.de re iudic. vbi hoc latè
explicat Zaſius nu.6.&commun.DD.
in l.etiam §.final.ff.de minorib. & in.
l.1.ff.de in ius vocand.Feli. in c.illud.
nu.8.de præſcriptionib.vbi dicit ſpõ-
taneam & voluntariam comparitio-
nem validare citationem, & inter-
rumpere præſcriptionem,per tex.in
dict.l.1. §.ſed ſi.ff. de ferijs,eleganter
Vancius de nullita.ex defect.citatio-
nis, nu.17.
6 Facta autem † preſentatione Deus
de perpetrato crimine inquiſiuit.
7 Adã cauſam dicit, & quaſi † ſe excu-
ſet culpam trãsfert in vxorẽ dicens:
ſe ab illa acceptum comediſſe,& de-
ceptum peccaſſe:at illa in ſerpentem
culpam criminis retorquebat. Ser-
8 pentem verò Deus † non inquiſiuit:
quia ſecundum Auguſt. lib.2. contra
9 Manich. † dæmon non poteſt con-
fiteri ſalubriter peccatum ſuum, nec
habet vnde ſe excuſet,nec eſt in via,
vt ad pœnitentiam reuertatur. Hoc
enim poſtulat eius conditio quia cùm
Angelus ſit naturâ merè intelligens
poſt plenam & deliberatam appre-
henſionem iudiciumque determina-
tum adhæret,cui ſemel adhæret,im-
mobiliter: etenim cum voluntas ſe-
quatur intellectum, ad apprehenſio-
nem eius immobilem,ſequi in volun
tate electionem immobilem neceſſe
eſt,quæ ratio eleganter aſſignata eſt
à Damaſceno.2.de fide,c. 4. vbi con-
cludit, dæmonem eſſe inadeptiuum
pœnitentiæ, quia eſt incorporeus &
immortalis, ex immaterialitate nam-
que ſequitur gradus intelligendi exi-
mius,qui eſt intelligere ſine diſcurſu,
& ex tali gradu intelligendi oritur
firma adhæſio in voluntate. Et hoc
idem inſinuauit D. Thomas.1. part.
q. 64. art. 2. & Dominic.Bañes in. d.
1.parte D.Tho. vt ſuprà, vbi contra
Scotum in. 2. diſtinct.7.quæſt. 1.Du-
10 randus eadem diſtinct.apertè dicit †
obſtinationem Dæmonum, ob quam
reſipiſcere nequeunt,eſſe non ſolùm
diuini auxilij denegationem, pro-
pter quam impoſsibilis eſt illis fru-
ctuoſa pœnitentia, verumetiam du-
ritiem quandam & prauam volun-
tatis affectionem, quâ dæmones im-
mutabiliter adhærent prauo fini, in
quem ſe retulerunt in vltimo inſtan-
11 ti viæ.† Adhærent autem immobili-
ter Angeli, cui ſemel adhærent,quia
ſtatim à principio ſui eſſe habent to-
tam ſuam perfectionem naturalem,id
eſt,ſpecies inditas,& perfectũ lumen
per quæ ſimul cognoſcunt eſſentiam
rei & omnia conuenientia & diſcon-
uenientia.Homo verò id facere ne-
quit, quia ex defectu huius perfe-
ctionis procedit in indagando veri-
tatem ex vna re in aliam, diſcurren-
do & componẽdo.Diſcrimen autem
huius veritatis his verbis elegantiſsi-
mè docet D.Thomas art. 2. citato in
corpore,dicẽs: [differt autẽ apprehẽ-
ſio Angeli ab apprehenſione hominis
in hoc,quod Angelus apprehẽdit im-
mobiliter per intellectũ, ſicut & nos
immobiliter apprehendimus prima
principia,quorũ eſt intellectus.Homo
verò per rationẽ apprehendit mobili
ter diſcurrẽdo de vno ad aliud, habẽs
viam procedendi ad vtrumq; oppoſi-
torum:vnde & voluntas hominis ad-
hæret



hæret alicui mobiliter, quaſi potens
etiam ab eo diſcedere, & contrario
adhęrere.Voluntas autem Angeli ad-
hæret fixè & immobiliter, & ideo ſi
conſideretur ante adhæſionem, po-
teſt liberè adhærere,& huic,& appo-
ſito:in his ſcilicet, quæ non naturali-
ter vult. Sed poſtquam iam adhæſit,
immobiliter adhæret,ideò conſueuit
dici quod liberum arbitrium homi-
nis flexibile eſt ad oppoſitum,& ante
electionem & poſt:liberum autem
arbitrium Angeli eſt flexibile ad
vtrumque, oppoſitum ante electio-
nem,ſed non poſt. Sic igitur & boni
Angeli ſemper adhærentes iuſtitiæ,
ſunt in illa confirmati,mali verò pec-
cantes,ſunt in peccato obſtinati:hæc
D. Thomas, & etiam q. 16. de malo,
art. 5. idem tenet, quem ſequuntur
ferè omnes eius diſcipuli. Capreol.
diſt.7.q.2. & Caietan. ſuper hunc ar-
ticulum D.Thom.Palud.in 5.diſtinct.
50.quæſt.vnica, & Alexan. Alenſis 3.
par.q.1.memb. 2. quare D. Thom. in
d.art. 2. refutans opinionem Orige-
nis, dicit contrariam doctrinam re-
pugnare ſacræ Scripturæ, & eſſe tan-
quam propoſitionem erroneam re-
12 futandam, † & tenendum firmiter
ſecundùm fidem Catholicam, quòd
voluntas bonorum Angelorum con-
firmata eſt in bono, & voluntas dæ-
monum obſtinata in malo:ideoq; re-
ſipiſcere neque flecti in bonum po-
teſt,quemadmodum Angeli beati ne
queunt in malum declinare,vnde Ba
ñes art.2.allegato,concluſione primâ
dicit ab hac veritate recedere eſſe
temerarium. Fundatur autem hoc in
13 doctrina tradita D.Thom.quod † An
geli habent inflexibile liberum arbi-
trium poſt adhæſionem, nec diſcur-
rere poſſunt.Quod autem ſtatus dam
nationis etiam ad impœnitentiam il-
los adiuuet,hoc formaliter non atti-
net ad noſtram difficultatem, cũ hoc
etiam ſit commune omnibus damna
tis.Huius noſtræ ſententiæ eſt Ludo-
uic. Molin. in Comment. ſuper 1.
14 part.D.Thomæ.quæſt. 63. art. 6. con-
cluſione 5.† vbi dicit Angelos non
potuiſſe recuperare gratiam ſemel
amiſſam per peccatum, & idcirco
poſt primum peccatum euadere non
potuerunt damnationem æternam.
Ratio autem quare non potuerunt
recuperare gratiam ſemel amiſſam,
eſt, quia poſt adhæſionem ſunt in-
flexibiles liberi arbitrij, & ideò ina-
deptiui pœnitentiæ, quod in princi-
15 pio docuimus ex D.Damaſceno, vbi
ſubijcit:† quod hominibus mors,hoc
Angelis eſt lapſus: poſt lapſum enim
non eſt illis pœnitentiæ locus, vt ne-
que poſt mortem hominibus, [ Id-
ipſum tenent Gregor. Nyſſen. lib. 1.
Philoſoph. cap. 3. Caſsianus collatio-
ne 4.cap.14.Gregor.lib.4.moral. c. 9.
& 10.Iſidorus lib. 1. de ſummo bono
cap. 12. ſentent. 11. Fulgentius de
fide ad Petrum cap. 3. Autor libri de
mirabilibus ſacræ Scripturæ libr. 1.
cap. 2. Denique hæc eſt conſors &
communis ſententia ſanctorum Pa-
trum.
16 Reprehendit † ergo Deus primos
parentes tanquam ingratos, ino-
bedientes,guloſos,cupidos,& ſuper-
bos, ſeptupliciter namque Adam
peccati actum vitiauerat. Primò ſu-
perbiâ, quâ in ſua potius eſſe, quàm
in Dei poteſtate dilexit.D. Auguſt.
in Enchirid. cap. 45. Secundò amore
coniugis immoderato. idem D. Au-
guſtinus libr.11. de Geneſ.cap.vltim.
Tertiò infidelitate,quâ Deo non cre-
didit, ſed dæmoni dicenti, [ nequa-
quam moriemini.] D. Auguſt. in En-
chirid.d.c.45.Quartò curioſitate: ſol-
licitauit enim eum quædam expe-
riendi cupiditas, inquit Auguſt. libr.
11. de Geneſ. cap. vlt. Quintò ino-
bedientia particulari & expreſſa:co-
me-

medisti de ligno, de quo præceperam ne comederes ] inquit Deus ad Adamum Gen. 3. Sextò excuſatione peccati[mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi,& ego comedi ] Geneſ.3.Septimò læſione proximi, nam in Adam omnes moriuntur. 1. Cor. 15.actus autem infidelitatis communis fuit vtriq;:vterq; enim credidit ſe non moriturum, ſed futurum ſicut Deum dicto cap. 3. Geneſ.

### *Sancti Officij Inquiſitores modũ procedendi à Deo mutuantur & eundem obſeruant.*

### CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *INquiſitores Dei formulas ſequũtur*
2 *Adam dicens ſe timuiſſe quia nudus eſſet, timoris ſui cauſam adſcribit Deo.*
3 *Peccatum aggrauat, qui culpæ patrocinium defenſionis adiungit.*
4 *Deus manifeſtat Adamo nuditatem non fuiſſe cauſam timoris.*
5 *Adam fatetur crimen nec humiliter petit veniam,ſed ſe excuſat ſuperbè.*
6 *Mulierem quare Deus interrogauerit.*

EODEM ordine † 
1 quo Deus contra
primos parẽtes pro
ceſsit, iuridicè etiã
procedunt Inquiſitores contra hæreſis labe infectos, Nam primo eos per edictum euocãt, & citant,non prodeuntes trahunt,illoſque captos in obſcuros,ac ſecretos carceres detrudunt, eoque pacto in reos iudicio per eos accepto aut deſerto,de crimine inquirũt.Deus Adamum in abditis locis latitanten propter commiſſum crimen, & amiſſam gratiam euocauit, tum verò de crimine inquiſiuit.Adam verò cùm iudicio ſtitiſſet, verecũdiâ culpæ confuſus & metu pœnæ perterritus ſe excuſat, & commiſſum crimen diluere conatur,dicens:[ Domine audiui vocem tuam, & timui, eò quòd nudus eſſem.]c. 3. Geneſ.(ac ſi Deo nuditas quam fecerat, diſpliceret.) Et ſic in
2 creatorẽ † timoris cauſam detorquet
quòd ſe nudum condidiſſet, & abſq; veſtium præſidio,quo carnis turpitudinem operiret.Veruntamen excuſatio peccati,eſt aliud peccatũ,& auget delictum:nam licet qui ſe excuſat,delictum negando iuſtificetur apud homines,condẽnatur tamen apud Deũ:
3 imò peccatum † peccato addidit,qui
culpę conſcius patrocinium defenſionis adiunxit, iuxta illud Prophetæ Pſalm.140.[non declines ( inquit) in verba malitiæ ad excuſandas excuſationis in peccatis:] & tradit Lactant. in lib. 4. diuinar. inſtitution. cap.24. Vnde Gregor.lib.22. Moral.ait: [ vſitatum generis humani vitium eſt, libendo peccatum committere, & cõmiſſum negando abſcondere,& cõ uictum defendendo excuſare.] & D. Bernard.de 12.gradib.humilit.[ cum ſuperbo imputatur culpa, creſcit, non amputatur: ] quia cum argutus fuerit, cor eius declinat ad excuſanda peccata. Multis autem modis fiunt excuſationes in peccatis : aut enim dicit, qui ſe excuſat, non feci, fecique,ſed bene feci:aut ſi malè,non multum malè, non malâ intentione: ſi autem de illo conuincitur, ſicut Adam & Eua, alienâ ſuaſione excuſare ſe nititur:Maximum ergo eſt excuſationis vitium.Nam,vt ait gloſ.ordin.ſuper Pſal.14. [Quaſi cornu contra Deum erigit,qui per aliquos peccata ſua nititur excuſare, vt per diabolũ,vel per aliquos ſuaſores,vel pro neceſsitate ſtellarũ.Hinc autor Rhetor.ad Heren.lib.2. volũtario facinori nulla



nulla eſt excuſatio imprudẽtiæ.]Ideo ex tali Adami aſsignata ratione, & excuſatione ipſum Deus conuicit de
4 crimine.Nuditas † enim timoris cau-
ſa non fuit,quandoquidem ante ligni comeſtionem nudus iam erat: quæ tunc temporis nuditas, nec Deo diſplicebat, nec illi cauſa timoris fuit. Timor ergo aliunde ortum habuit; trahit à culpa originem ; quæ in ligni eſu fuit conſummata. [ Quis enim (ait Deus) indicauit tibi, quòd nudus eſſes, niſi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?] vt d.c.3.Geneſ.Adam videns timoris cauſam non fuiſſe nudi-
5 tatem, ſed admiſſum crimen, † fate-
tur illud,non tamen humiliter petẽdo veniam,ſed ſuperbè ſe excuſando, atque in alium culpam ſuam retorquendo,dicens: [Mulier quam dediſti mihi ſociam,dedit mihi:& ego co-
6 medi.]Et quia † dum reus ſe excuſat,
alium incuſat, interrogat Deus mulierem delatam dicens : [Quare hoc feciſti?] hoc ordine Deus procedit inquirendo,vt ad perpetrati criminis originem, & autorem deueniat;& vt omnes tali labe infecti debitum ſupplicium ac pœnam ſuſcipiant. Ipſa verò Eua ſerpentem culpat dicens: [Serpens decepit me.] Ab iſto igitur iuſtiſsimo Inquiſitore, hæreticæ prauitatis Inquiſitores ordinem habent procedendi,vt ex vno in aliud ad erroris ortum & originem perueniant.

### *Deus per ſe ipſum ſecretò hoc iudicium exercet, futuros Inquiſitores inſtruens.*

### CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *ADam princeps orbis Deum ſolum non alium pro Iudice, potuit habere.*
2 *Pilatus capite plexus quòd Chriſtum iudicaſſet.*
3 *Hæreſis crimen publicum.*
4 *De rebus Dei ſolus Pontifex ſummus ſtatuit.*
5 *Deus ſecretò proceſſum Adæ inſtruxit.*
6 *Daniel ſecretò anno ætatis duodecimo proceſſum in ſenes inſtruxit.*
7 *Reus criminis carceri mandatur ne quis cum eo communicet.*
8 *Deus quare non vſus teſtibus in proceſſu Adæ.*
9 *Confeſsio rei perire volentis ei non præiudicat.*
10 *Confeſsio geminata præiudicat reo dummodo ſubiectum ſtet crimini.*
11 *Hæreſis mente concipitur.*
12 *In primis parentibus confeſsio & conſcientia mille teſtes.*
13 *Deus in proceſſu Adæ formam Inquiſitoribus præſcripſit, quâ ſordes infidelium excutiant.*
14 *Propria rei confeſsio inter omnes probationes primatum obtinet.*
15 *Confeſsio rei tollit omnem ineptitudinem proceſſus.*
16 *Quare in hæreſi, ex ſola confeſsione reus damnari poſsit.*
17 *In alijs criminibus rei confeſsio teſtibus aut certis indicijs probari debet.*
18 *Acta non niſi Inquiſitori aut Officiali nota eſſe debent.*
19 *Inquiſitores & officiales ſancti Officij ſecretum tenentur ſeruare.*
20 *Inquiſitores ſecretum indicunt conſultoribus ſancti Officij.*
21 *Inquiſitores,qui extra caſus à iure conceſſos ſecreta detegunt, peccant.*
22 *Qui contra legem facit in re graui non vrgente cauſa,non caret culpâ.*
23 *Inquiſitores reuelantes ſecretum extra ordinem puniri poſſunt.*
24 *Secretum quod nam dici poteſt.*
25 *In materia Inquiſitionis quid dicitur ſecretum.*

NEC vacare myſterio credendum eſt quòd Deus ad hoc Iudicium cõtra primos parentes proſequẽdum nullum Angelum delegauerit,ſed per ſeipſum tum ſecretò, & remotis arbitris,tum quæſitè, ac ſine teſtibus reum egerit. His omnibus certum eſt à Deo tum perſonarum, tum criminis adhibitam eſſe rationem. Et quidem in primis Adã reus erat vnà cum Euâ. Adam, inquam,
1 † quem paulò minùs ab Angelis minuiſſet,cuius ſub pedibus omnia ſubieciſſet,quem principem totius orbis conſtituiſſet, adeo vt dicat Sibylla nomen [Adam] illi eſſe datum,cuius ſingulæ literæ ſingulos cæli angulos referant hoc verſu.

Ἀντολίωντε, Δύσιντ', Ἄρκτοντε, Μεσεμβρίαντε.

*Orientemque, Occidentemque, Septentrionemque, Meridiemque.*

A D A M

Cum igitur tantus eſſet Adam, vix inferiorem Deo iudicem admiſiſſet: monet Suydas in vocabulo, Pilatus,
2 † Neronis iuſſu Pontium Pilatũ capite plexum eſſe, quia cùm eſſet procurator duntaxat Cæſaris in filium Dei ſecundum Adamum Ius dixiſſet: quamobrem in iure dicitur illuſtriũ perſonarum cauſas ab Ordinarijs iudicibus non iudicari.cap.ſedes.de reſcript.capit.ſanè. de offic.deleg.can. quiſquis 2.quæſt. 8. & can. cum beatus.45. diſt. Deinde quemadmodum perſonæ ſunt maiores & minores,ſic
3 etiam & cauſæ:& in maioribus,† hæreſis principem locum obtinet, itaq; à maximo iudice Deo iudicari debuit Adam, cuius infidelitas propemodum ad hæreſim venerat. Sic iure ſtatutum eſt, vt de cauſis maioribus
4 & ad Deum ſpectantibus,† nemo niſi Summ. Pontifex iudicet. text. in cap.veniſſent.de iudic. cap. maiores. de baptiſm.can.hæc eſt fides.24. q. 1. Turre-cremata in Summ. de Eccleſ. lib. 2. cap.107. Alphonſ. de Caſtr. de Iuſta hæretic.punition.c.5.Quod au-
5 tem Deus† ſecretiùs hoc iudicium fecerit, optimi & conſultiſsimi iudicis officium videtur præſcripſiſſe, à quo
6 † ne quidẽ Daniel anno (vt ait Ignatius Epiſt.ad Smyrn.) 12. iudex conſtitutus receſsit. Is enim cum iudicandos haberet ſalaces illos ſenes pudicæ Suſannę hoſtes infeſtiſsimos, [Separate (inquit) illos ab inuicem procul & dijudicabo eos.] Fecit ſecretò Deus ne inuicem ſe Adam & Eua ad argutias & ſubtilitates adornarent,at pręcipuè ne ſerpentis aſtuti communicatione faſcinati in mendacij voraginẽ cuius ille eſt effoſſor ſtrenuus,ruerent præcipites. Inde & iure illud obtinet vt in iudicijs publicis quæ conſtitui certum eſt ex grauioribus delictis, extra ordinem ſiue ſecretò procedatur: nihil enim eſt extraordinariè procedere, quàm ſecretò de crimine diſquirere,& auferre iudicij ſubſtantialia, remotâ conſilij capiũdi facultate. Bart.in extrau. ad reprimendum.verb.figura.collat.
7 11. quare nec reus † cuſtodiæ mandatur alia de cauſa, niſi vt omnimodâ cuiuſuis perſonæ communicatione priuetur.l.nullus. C. de cuſtod. reor.l.1.2.& 3. & ibi gloſſ.ff.eod.titu. nec ante ſponſiones,teſtium & complicium (ſi qui ſint) collationes, relaxandus eſt.l.non ex omnibus.ff.de in ius voc.cap. intimauit.& cap. conſtitutus.de teſtib.Prætereà magnus ille
8 Iuris arbiter Deus † nullis vſus eſt teſtibus vt conuictum reum ſententiâ feriret, & ⊙ funeſtâ mortis literâ caput illi infigeret, duabus de cauſis. Prima eſt quia reos confitentes haberet tametſi aliò crimen, detor-

quentes,



quentes,cõfeſsione geminata, & de crimine conſtaret perpetrato nempe quod fructus eſſet comeſtus, & non tantùm Adam, ſed & Eua confiteretur ſe comediſſe. Verè quidem non ſufficit reum confiteri (nemo enim
9 † volens perire auditur.l.1.§. final. ff. de quæſtionib.) niſi & confeſsio geminata ſit, & id de quo agitur crimen conſtet eſſe commiſſum.l. inde Neratius.§.final. ff. ad l. Aquil. & ex multis probat Iul. Clar. libr.5.Sent.§. fin.q.55.10.& 11. Marſil. in pract. crimin.§.poſtquam.num. 48. l. non tantum. ff. de appellat. Ioannes Andr. in.§.poſtremo.de confeſſ. ad Spec. in
10 addit.quæ incipit.§.fin.At cùm† vtraque hæc ſimul concurrunt,geminata confeſsio,& criminis perpetrati euidentia abſque teſtium probatione iam vnum reſtat iudici, vt ſentẽtiam ferat gloſſ.in l. 1. C. de confeſſ. Guil. Benedict.in c. Raynutius. verb. mortuo. num. 349. Altera cauſa eſt quòd
11 cùm †hæreſis,& ea quæ ab hæreſi nõ abſunt crimina,mente concipiantur, in eamque vt alibi dicimus, per ſenſus illabatur (quod tritum & vulgare eſt Theologis,& aſtipulantur Thom. 2.2.quæſt.11.artic.1.Melchior Canus lib.12.capit.9.de locis Theolog. Alphonſ.de Caſtro lib.1.cap.1.aduerſus hæreſes,& lib.1.cap.1.de iuſta hæret. punit.Turre-crem.in Summ.lib.4. de Eccleſ.part.2.cap.1.& 13. Eymericus in 2.part.Direct.q.1.de nomine hęreſis, & ibi Franciſcus Pegna Cõment. 26.B.Hieron.in Epiſt. B.Pauli ad Gal. cap.5.& in Epiſtol.ad Tit. cap.3.) cer-
12 tum quoque eſt † ad parentum proceſſum digniores ipſâ mente teſtes aſciſci non potuiſſe, nullos ipſa confeſsione diligentiores quadruplatores produci, iuxta illud Lucæ cap.19. [Ex ore tuo te iudico] & l. 1. ff. de confeſſ.l.vnic.C.eod.l.poſt rem iudicatã.ff.de re iudic.l. proinde.2. §. notãdum.ff. ad l. Aquil. Et mihi ſanè vi-
13 detur Deus † Inquiſitoribus maximè in eo procedẽdi formam tradidiſſe, vt per ſe ipſos & non per mediã perſonam reos interrogarent, & de crimine inquirerent. Hanc enim formam obſeruandam tradidit inſtructio Hiſpalenſ.ann.1484.c.4.& 17.& inſtructio Abulenſ. anno 1498. c. 11. & 12. quibus conſtitutum eſt, vt per ſe ipſos inquirant & examinent reos, atque ad cauſæ cognitionem, non ex teſtium probatione, ſed præcipuè ex
14 reorum cõfeſsione procedat. † Quia hæc inter omnes probationis ſpecies tanquam regina primatum obtinet, nec vlla efficacior probatio reperiri poteſt.l.generaliter. C. de non num. pecunia.c.per tuas.de probationib. c. nos in quemquam.2. q. 1. per confeſsionem res efficitur notoria.c.veſtra. c.final.de cohabit.clericor.& mulier. c.cũ olim.de verb.ſignific. c. ſi ſacerdos.de officio ordi.c.hoc videtur.22. q. 5. & in crimine hæreſis proculdubio rei cõfeſsio dicitur legitima probatio.tex.in c.ad abolendam.vbi ſingulariter gloſſ.verb.deprehenſus. de hæretic.optimus tex.in c. nunc autẽ. 21.diſt.Hippol. in rubr. de probationib.n.70.quod procedit,etiam ſi pro-
15 ceſſus ſit nullus:quia confeſsio † tollit omnem ineptitudinem proceſſus. Innoc.in c.qualiter & quando.2. n.7. de accuſat.Bart.in l. ſi confeſsis. ff. de cuſtod. reor. Abb.in c. final.not.vlti. de reſtit.ſpol.in c. 1. in fine de exceptionib.& plenè diximus in c. 1. Reſp. pro defẽſione Iuriſdictionis S.Officij Regni Siciliæ.nu.46. per totũ. & optimè docet Roman.in conſil.329.nu. 11.& Alexand.lib.1.conſ.13. Felinus in c.1.de exceptionibus, & in c. cum ſuper.de re iudic.& ſic ex reorũ con-
16 feſsione † in hoc crimine hæreſis ad condemnationem procedi poteſt. In confeſſum enim nullæ ſunt partes

iudicis,niſi in condemnando.l. Iulia-
nus.ff. de confeſsis.l. debitorib.ff.de
re iudicata.l.de ætate.§.1.ff.de inter-
rog.actio.Bald.in.l.ſi quis non dicam.
C.de Epiſc. & cler.Felinus in.c.audi-
tis, de præſcription. Franc. Pegna.3.
p.Director.cōment.28.optimè Iulius
Clarus in pract.criminal.§.final.q.65.
nu.1.allegat,& diximus in d. Reſp. c.
1.num.45. cum ſequentibus. In alijs
verò criminibus quæ externè com-
mittuntur, teſtibus ſiue ſufficiētibus
17 † indicijs confeſsio ipſa comprobari
debet.l.1.§.illud autem.vbi Bart.ff.ad
Syllan.l. C. vbi cauſæ fiſcales Bald.in
authent.ſed nouo iure.C. de ſeru.fu-
git.Angelus in.l.vnica.col.2.C.de cō-
feſsis.Bart.in.l.fi.ff.de quæſt.latè An-
gelus in tract.de malefi.in verb.veſtē
cæleſtem. Iaſon.in l. error. nu. 14. C.
de iur.& fact. igno.Debent etiam In-
18 quiſitores † Dei exemplum æmulari
& ſecreti vires non excedere : ita vt
nulli præter ipſos & eorum officiales
& miniſtros delicta reorum & pro-
ceſſus ſint manifeſta.Deus etenim in
cauſa primorum parentū noſtrorum
ſecreto vſus eſt,vt cæteris quoq; nor-
ma neceſſaria & exemplū eſſet,vt ex.
d.c.3.Gen.deducitur:& habetur.c.11
Prouerb.his verbis[Qui ambulat(in-
quit) frauduleter,reuelat arcana,qui
autem fidelis eſt,celat amici commiſ-
ſum]&.c.25.[Secretum extraneo ne
reueles,ne forte inſultet tibi cum au-
dierit.]Eccleſ.cap.27.[qui denudat ar
cana amici fidem perdit,& non inue-
niet amicum ad animum ſuum,] &
Eſai.cap.24. [ Secretum meum mihi,
ſecretum meum mihi.] Et per Eze-
chiel.7.ait Dominus [Auertā faciem
meam ab eis, & violabunt arcanum
meum.]Et Prou.21.[Qui cuſtodit os
ſuum,& linguam ſuam ab afflictione
ſeruat animam ſuam.]Et c.8.arrogan
tiam & ſuperbiam, & viā prauam, &
os bilingue deteſtor,] & Eccleſi. 22.
[Quis dabit ori meo cuſtodiam, &
ſuper labia mea ſignaculum certum,
vt non cadam in ipſis, & lingua mea
perdat me?]Ibidē c.28. [ori tuo faci-
to oſtia,& ſeras auribus tuis,]& ibidē
[verbis tuis facito ſtaterā, & frænos
ori tuo rectos,& attende ne fortè la-
baris in lingua, & cadas in conſpectu
inimicorum inſidiantium tibi, & ſit
caſus tuus inſanabilis ad mortē:]Luc.
de Pen.in rubr.de legatio.lib.10.verſ.
13.In diuinis etiam myſterijs ſanctiſ-
ſimæ Trinitatis,quæ à Theologis[Ad
intra] appellantur, hoc vtiq; ſecreto
Deus vſus eſt. Vnde Propheta dixit
Pſal.35.[Iudicium tuum abyſſus mul
ta.]Quibus aſtipulatur illud Pauli Ro
ma.c.11.[O altitudo diuitiarū ſapien-
tiæ & ſcientiæ Dei, quàm incompre-
henſibilia ſunt iudicia eius, & inue-
ſtigabiles viæ eius!]

His accedant quæ conſtituta ſunt
ab Eccleſia, circa ſigillum & ſecre-
tum cōfeſsionis. Quæ nulla vnquam
19 cauſa poſſunt aperiri & reuelari. †
Hiſpal.in.44.diſt.21.q.1.DD.in c.offi-
cij.de pœni.& remiſsion.Concil.Tri-
den.ſeſſ.14.c.5. de confeſ. & ibidem.
Can.6. Bald. etiam plures caſus con-
geſsit,in.c.1.de pac. conſt. §.creden-
tias.n.2.in.feud.Didac.Perez.in. l.21.
tit. 3.libr.2. ordin. col. 364. Rex vero
Alphonſ.ad hęc contra iudices,nota-
rios, aduocatos,& teſtes plures con-
ſtitutiones edixit:in l.namque. 9. tit.
17.par.3.ſic ait. *E no deuen apercebir à
ninguno que ſe guarde de las coſas que ſe
entendieren,de la peſquiſa de que le podria
nacer daño*; ideſt:nec debent cuiquam
reuelare vt caueat ab his quæ de pro
ceſſu audierint, vnde periculum il-
li creari poſſet. Indicitur quoque ſi-
lentium Aduocatis ſub pœnam falſi,
& perinde infamiæ.l.1. §. is.qui. ff.ad
leg.Corn.de falſ.Notarijs,vt eſt in re
gni conſtitut.l.5.& 8.tit.9.part.2. Te-
ſtibus ſub eandem falſi pœnam. ex l.
qui falſo.ff.de teſtib.

Sed hæ doctrinæ limitantur in ca-
ſu.



ſu proditionis & hæreſis,vt docet.D.
Tho.in 4.diſt.21.& diſt.19. q. 2.art.3.
q.1.ad ſecundam.Vbiq; etiam gentiū
id ſemper obſeruatū legimus,vt reli-
gionis negotia ſummo ſecreto ſem-
per fuerint pertractata.Hebræi ſiqui
dem Cabalam nō omnibus, ſed qua-
dragenarijs tantùm viris legere per-
mittebant, vt meritò etiam illi ex
profeſſo Philoſophi ſecretiora Philo-
ſophiæ,quæ tanti non ſunt ponderis,
quanti religio,celauerint. Iul. Capi-
tolin.in Gordianis in hæc verba pro-
tulit:[Hunc autem morem apud ve-
teres neceſsitates publicę repererūt,
vt ſi forte aliqua occulta conſtituere
oporteret, Senatuſcōſultum tacitum
fieret:ita vt non ſcribæ,non ſerui pu-
blici, illis actibus intereſſent:ſenato-
res exciperent: ſenatores omnium
officia ſcribarumq́, complerent: ne
quid fortè proderetur.] Id notauit
Budæus in annotat.ad Pandect.ſuper
l.fin.ff.de ſenatorib.Valer.Maxim.de
inſtitutione antiquitatis. [Tria (in-
quit) fecerunt Romanos dominari:
ſanum conſilium,& ſecretum, & di-
ctis ſuis pertinaciter inhærendo, &
non frangendo fidem.Martinus Lau-
den.in tit.de conſ.Princ.in 2.q.Vege-
tius, qui plura exempla adducit in
lib.1.de re militari. Idem Valer. Ma-
xim.li.5.c.10. Plutarc. in Apophtheg.
Græcorum.Gellius quoq; lib. 20.c.1.
dicit,quòd conquerente Alexandro
Magno de Ariſtot.quod edidiſſet li-
bros Phyſices,Reſpondit Ariſtoteles,
ita euulgatos vt non editos ob celata
myſteria.Et Diogenes Laerti. in vita
Heracl.lib.9.refert Heraclium Ephe
ſium librum cōpoſuiſſe de vniuerſo,
de Republica,& Theologia, & in tē-
plo Dianæ depoſuiſſe, eâ induſtriâ
obſcuriùs ſcriptum, vt ſoli eruditi il-
lum legerent,ne ſi à vulgo paſsim le-
geretur,contemptui haberetur. Ac-
cedunt iſtis Pythagorica dogmata
multis inuoluta myſterijs, ne cōtem-
ptui publicè habita vileſcerēt. Cuius
generis & illa quæ Heſiodus in ope-
ribus,& diebus profert. Apud Ethni-
cos quoq; tanta religionis, & ſacro-
rum reuerentia, quanuis falſis hære-
rēt dogmatibus, vt myſteria eorum
euulgare piaculum ducerent. Talia
Athenis & alibi ſacra erant Cereris
Eleuſinæ, quæ producere in vulgus
fas nō fuit, vt liquet ex Pauſania Ly-
cophrone,& Orpheo in hymnis pro-
prijs. Et proinde Phornutus, libr.de
nat.Deorum, & Strabo lib.9.vocant
eius templum fanum myſticum: tāta
enim ſecretorū Cereris erat religio,
vt nec templum eius ingredi niſi ini-
tiatis (quos vulgus ordinatos appel-
lat) liceret, vt indicat Liuius lib. 31.
quæ myſteria elegantibus his verſi-
bus notat Catullus in Puluinari.

*Pars obſcura cauis celebrabāt Orgia ciſtis,*
*Orgia,quæ fruſtra cupiūt videre profani.*

Plura de his myſterijs apud Ethni-
cos non euulgandis ſcribit Clemens
Alexand.in Protrept.& Euſebius lib.
11.de præpar.Euang. Tradunt ijdem
Orpheum ab ijs quos initiabat in pri-
mo veſtibulo cum terribili autorita-
te religionis exegiſſe, ne profanis
auribus inuenta, ac compoſita reli-
gionis proderentur,vt ſcribit Iul.Fir-
micus Maternus, libr.7.Matheſeos.
Pompon. Lætus,vbi agit de Veſtali-
bus, arcana quædam ait in templo
ſeruata eſſe Veſtalibus, & Pontifici-
bus ignota. Quod de Palladio etiam
ſcribit Plutar.in Parall.34.& 35.Quo-
circa Octauius Auguſtus, vt refert
Sueton.in Octauio.c.93. Athenis ini-
tiatus ſacris cum poſtea Romæ pro
tribunali de priuilegijs ſacerdotum
Atticæ Cereris cognoſceret, & ſe-
cretiora quædam proponeret,dimiſ-
ſo Concilio, & coronâ circunſtantiū
ſolus audiuit diſceptātes.Quod ne in
vulgus profanare myſteria videretur
effecit:& Dionyſ.Areopagita,libr.de
Eccleſiaſt. Hierarch. immundis (in-



quit)

quit) tangere ſymbola fas non eſt:& rurſum lib.de myſt. Theolog. cap. 1. [Hæc autem caue, ne quis profanus audiat.] Nam & Conſtantinus Mag. Dionyſium Alexandriæ Epiſcopum, & Arrium obiurgans eis vitio vertit, quòd quę latere potuerant in mediũ attulerint: grauiter ferẽs, quod quæſtiones Eccleſiæ euulgarẽtur, in qua vna fides, & vnus debeat eſſe conſenſus, vt ſcribit Nicephorus Calixt. lib.8.cap.12.14. 18. vt non immeritò olim vulgus, & populus ab adytis tẽpli pelleretur. Neq; etiam ſacerdotes ipſi excepto ſummo Pontifice (idque tantum ſemel in anno) in ſancta Sanctorũ templi ingrediebãtur. Meritò igitur Inquiſitores tanto ſecreto reorum fidei cauſas pertractant: Deum imitati, qui in cauſa contra Adamum
20 ſecreto vſus eſt. Tenentur enim † illud ſeruare ſub pœna peccati mortalis: iniungitur enim diſtrictè eis à Papa Bonifacio VIII. ſub virtute ſanctę obedientiæ, in c.ſtatuta.§. iubemus. de hæret.lib. 6. Bernard. Comenſ. in lucerna Inquiſit. verſic.Inquiſitor. §. 21.vbi probatur Inquiſitores poſſe indicere ſecretum conſultoribus ſancti Officij, & præcipere, vt illud ſeruent, etiam ſub pœna excõmunicationis, per tex.in c.ſtatuta. de hæret. libr.6. idem Eymericus vbi ſup.q. 83. & idẽ
21 Pegna Comment. 182. vbi inquit † quod ſi Inquiſitores extra caſus ſibi à iure conceſſos & permiſſos, & negotijs fidei neceſſarios reuelarent, aut delatores, aut denũciatores, & accuſatores, vel alia S.Officij ſecreta quanuis ipſo iure excommunicati nõ ſint, tamen mortaliter peccant, eſſent verè & genuini legis trãſgreſſores, quia
22 † facere in materia graui contra iuſtam & legitimam legem, nullâ rationabili cauſâ vrgente, vel excuſante, lethalis eſt culpa: vt omnes tã Theologi quam Canoniſtæ fatentur, tex. in d.c.ſtatuta. §. & vt eorum.de hæræt.lib.6.ibi [Preſentis conſtitutionis autoritate permittimus, quòd Epiſcopus, vel Inquiſitores ſecretũ poſsint indicere illis quibus vt præmiſſum eſt, proceſſum huiuſmodi explicabunt, & eos (ſi arcana conſilij ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto, ab eiſdem Epiſcopo, vel Inquiſitoribus patefacta præter eorum licentiam alijs patefecerint) excommunicationis ſententiam, quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare, ſic tamen quod Inquiſitores Epiſcopum, vel Epiſcopus Inquiſitores non excommunicẽt hac de cauſa, ſed ipſi ex iniuncto ex nunc à nobis ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricto præcepto, ad ſecretum huiuſmodi teneantur.] tex.in c. de forma.22.q.5.& ibi gloſ.ver. de ſecreto. Ægid.Boſſ. tit. de carcerato fideiuſſorib.committ.nu.30. verſ. & ſi tu Senator. grauiſsimum ait eſſe ſcelus in cauſis præſertim arduis ſecretũ
23 reuelare. Ergo Inquiſitores † reuelantes ſecretum in cauſis fidei ob periculum ingẽs, quod inde naſci poteſt, peccãt: & extra ordinem puniri poſſunt, qui periuri ſunt, & cæteras pœnas etiam incurrunt. l. ſi quis maior. C.de tranſaction. imò repelli poſſunt, & priuari officio, per tex.in c.1.in quibus cauſ. feud. amit. & tex. vbi nor. Bald.& DD.in d.c.1.verſ. credentias de pace. Conſtant. Proſper Carauita ſuper ritu 3.Magnæ Curiæ Neapolis, nu.15.tenerentur pœna falſi.l. obſeruandum.ff.de offic.præſidis.l. omnes delicti.§.exploratores. ff. de re milit. nam manifeſtare ſecreta, eſt quædam ſpecies proditionis.l.5.tit.9.p.2.in fin. cuius hæc ſunt verba. *Que los conſejeros del Rey que reuelan ſu poridad, cometen traycion*, id eſt: conſiliarios regis proditionem committere, qui ſecreta detegunt. Quæ vtiq; procedunt, etiam ſi eis non ſit iniunctum ſecretum, vt tradit Andr.de Iſernia in cap.1.quib. mod.



mod.feud. amitt.& Oſorius lib. 8. de Regis inſtitut. vbi ait. [Eſt autem in conſilijs præcipuũ fidei munus, quicquid ſecreto ſtatutũ fuerit ſilentio, & taciturnitate cõprimere. Si enim amici conſilium aperit, eſt odio omnium valdè dignus, quo tandẽ ſcelere illum alligari iudicauimus, qui Regis conſilium contra datam fidem cũ homine, qui non ſit particeps eiuſdem conſilij, communicauerit: eſt Regis proditor, & patriæ euerſor exiſtimandus.] Simanc.de repub.lib.7.c. 14. & 15. & de Cath.inſtit.titu.34.nu.8. & tit. 61. nu.31.Bouadilla in Politic. prætor. c. 5.vbi doctè plura congeſsit. Auend. vbi ſup. vbi inquit proditorem eſſe illum, qui ſecreta ciuitatis reuelat, & Cæpola conſ. criminal. 29. nu. 26. & habetur Prou.d.c. 11. & in c. qui ambulat. 5.q.5.& DD.in c. ſi ſacerdos.de offic.ordin.& in c.vtriuſque ſexus.de pœnit. & remiſſ. Idq; optimo iure fit, nimiſq; conducit ad inſtitutum huius ſacri Officij, quia ſeruato ſecreto res tutiùs aguntur. Et propterea ſacroſancta Synod.Trident.cõſtituit, c. 6.ſeſſ.25. electionẽ quorũcumq; Abbatum aliorumq; ſuperiorum prælatorum debere fieri per vota ſecreta. Dicitur autem ſecundũ Cardinalem in Clem.2.verſ.Notarij 2.nota.de heret. aliquid fieri ſecretum, quoties illud probari non poteſt. Felin. in c.1. nu.21. col. 8. verſ. quomodo autem. de probation. vbi dicit poſt D.Tho.2. 2.q.67.ar.1.ad fin. illud nõ eſſe omnino ſecretum, quod per teſtes probari poteſt. Vnde Bald. vbi ſuprà, de pace conſtant.§.in Chriſti nomine, verſic.
24 credentias. inquit, quod † tunc poteſt appellari ſecretum, cùm illud vulgus ignorat, per tex.in l.1. §. ſumma cum vtilitate.ff.de his, qui not.infa. Et illud ſecretum quod probari non poteſt, appellatur occultũ. c. vt noſtrum. vt Eccleſ. benefic. ſecretum etiam pro occulto ponitur, c.erubeſcãt.32. diſt.
25 c.tua nos.de ſimon. At verò † in caſu noſtro ſecretum intelligitur, quod inter Inquiſitores, & officiales ſancti Officij, & reos cognitum eſt, & inter eos tractatum. Et ſic ſecretum dicitur verè & propriè quod probari non poteſt, quia illis tantum notum eſt, qui rem ipſam tractauerunt, & ſecretum ſeruare tenentur, vt inquit Cardinalis vbi ſup. & Ioan.Frãc.Scaglionus ſuper ritu 3.Magnæ Curiæ Neapolis, & Proſper Carauita vbi ſuprà.

*Deus hominem de hæreſi conuictum, & reſipiſcere paratum ſibi reconciliat, & in pœnam tanti flagitij laboribus illum addicit, & ad confuſionem, tunicis pelliceis tanquam ſacco benedicto induit, quod ab Inquiſitoribus hodie obſeruatur.*

## CAP. IIII.

### SVMMARIVM.

1 *Deus ſententiam primùm in ſerpentem deinde in primos parentes tulit.*
2 *Quare Deus primos parentes non ſtatim morte punierit.*
3 *Deus veſtes pelliceas de nouo condidit, illiſque tanquam ſaccis benedictis, primos parentes induit.*
4 *Inquiſitores exemplo Dei hæreticos reconciliatos ſaccis induunt.*
5 *Reconciliati tenentur habitellum ſiue ſaccum benedictum publicè geſtare.*
6 *Inquiſitores poſſunt moderari tempus ſacci benedicti, non tamen in Hiſpania.*
7 *Diſpenſatio habitelli reſeruatur ſupremo Inquiſitori, & ſupremo ſenatui.*
8 *Supremus Inquiſitor nõ diſpẽſat in depoſitione habitelli ſine magna cauſa.*
9 *Habitelli ad ignominiam in damnatorum parœcia ſuſpendendi.*
10 *Exempla ſuſpendẽdi habitellos ex quibus locis ſcripturæ petantur.*
11 *Peccatum originale naturæ humanæ, eſt monumentum peccati Adæ.*

COnfeſsione igitur per
primos parẽtes facta,
† quia iam erãt de cri-
1 mine conuicti, ſtatim
Deus publicè in ſerpẽ-
tem ſententiam tulit,
tanquam in primum infidelitatis au-
torem dicens: [quia hoc feciſti male-
dictus es inter omnia animantia, &
beſtias terræ: ſuper pectus tuum gra-
dieris, & terram comedes, omnibus
diebus vitæ tuæ, &c.] Geneſ. 3. Num.
14. Deinde vero ſeruato ordine, in
fœminam (quia prima conſenſit) po-
ſtea in Adamum; dicens mulieri: [In
dolore paries: multiplicabo ærumnas
tuas, & conceptus tuos, in dolore pa-
ries filios, & ſub viri poteſtate eris, &
ipſe dominabitur tui.] Adæ verò di-
xit [quia audiſti vocem vxoris tuę &
comediſti de ligno, ex quo præcepe-
rã tibi ne comederes, maledicta ter-
ra in opere tuo, in laboribus come-
des ex ea cũctis diebus vitæ tuæ, ſpi-
nas & tribulos germinabit tibi, & co
medes herbas terræ, in ſudore vultus
tui veſceris pane tuo, &c.] Neq; eos
2 † Deus ſtatim morte puniuit, ſed mi-
ſericorditer excipiẽs ad tales pœnas
damnauit, poſtquam illos errati pœ-
nituiſſet, & hæreſim abiuraſſent. Ne-
que enim lata fuiſſet à Domino tam
remiſſa & manſueta ſententia niſi re-
ſipuiſſent. Idipſum verò appoſitè &
præciſè comprobatur ex lib. Sap. c. 9.
ſub final. [Per Sapientiam ſanati
ſunt quicunque placuerunt tibi?] Et
in principio capit. 10.] Hæc (nimi-
rum Sapientia ſiue reſipiſcentia) il-
lum qui primus formatus eſt à Deo
pater orbis terrarum cùm ſolus eſſet
creatus cuſtodiuit: & eduxit illum à
delicto ſuo, & dedit illi virtutem cõ-
tinendi omnia.] Sic Inquiſitores hæ-
reticos pœnitentes, & hæreſim abiu-
rantes corripiunt, & in viã veritatis
reducunt, nec eos flammis addicũt.
Cum autem peccauerint Adam &
Eua, credentes ſe futuros diuinos, ſi
fructum vetitum guſtaſſet, maiorem
fidem adhibẽtes ſerpenti, quàm Deo
(vt iam explicuimus) periſomata fe-
cerunt, vt operirentur, ex dict. cap. 3.
Gen. in hæc verba. [Cumq; cognouiſ
ſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia fi-
cus & fecerunt ſibi periſomata quæ
quidem explanãs D. Irenæus ait, ſuc-
cinctorium ficulneum, ſignum pœni-
tentiæ Adami: nam lib. 3. aduerſus hę-
reſ. cap. 37. ſic ait: [Per ſuccinctorium
quod ſibi Adamus circundedit, ipſo
facto oſtendit ſuam pœnitentiam, fo-
lijs ficulneis ſemetipſum contegens,
exiſtentibus & alijs folijs multis,
quæ minùs corpus eius vexare po-
tuiſſent: condignum tamen inobe-
dientiæ amictum fecit cõterritus ti-
more Dei, & retundens petulantem
carnis impetum: nam folia ficulnea
mordent, & pungunt corpus.]

Tandem Deus miſericors pro fo-
lijs ficulneis in ſignum confuſionis ac
3 perpetuæ ignominiæ † tunicis pelli-
ceis, quas ad hoc propoſitum ex ni-
hilo condidit; primos parentes in-
duit, iuxta doctrinam Iuſtini Marty-
ris, q. 49. ad Orthodox. Ad cuius exẽ-
plum hodie Inquiſitores quibuſdam
etiam veſtibus ſiue ſaccis benedictis,
crucibus tranſuerſis appoſitis induũt
4 cõuictos de hereſi; † qui malè de Deo,
de fide, de diuinis, & Eccleſiaſticis
myſterijs ſentiunt, ad propriam ge-
ſtantium ignominiã, & confuſionem,
vt obſeruauit Concil. 1. Tarraconenſ.
relatum ab Eymerico p. 2. tit. de for-
ma pœnitent. §. credentes, verſic. vt
portent duas cruces, pag. 255. & re-
fert Franciſc. Pegna in 3. part. Direct.
Comment. 42. litera E. & Comment.
5 25. verſ. tametſi, eas publicè † geſtare
debent tempore ab Inquiſitoribus
diffinito, vt ſtatuit Inſtruct. 4. Hiſpa-
lenſ. c. 9. & ſuper veſtes, ita vt nec ab-
jiciant aut occultent: alioquin puni-
rentur, vt impœnitentes, tex. in l. in
lege



lege. ff. de contrahend. emptione. Iu-
6 re tamen † communi Inquiſitores
poſſunt diſpẽſare in depoſitione ha-
bitelli, ſeu ſacci benedicti: per tex. in
c. vt cõmiſsi. §. illorũ. de hæreticis, lib.
6. Cæterum in Regnis Hiſpaniarum,
nec poſſunt tempus per eos præfini-
tum ad prædictum habitellum mode
rari, quia ſtatim atque ſentẽtiam tu-
lerunt contra hæreticum, functi fue-
7 runt officio ſuo. † Hoc reſeruatum
eſt illuſtriſsimo Inquiſitori generali,
& ſupremo Senatui. tex. in l. iudex. ff.
8 de re iudi. Nec ipſe quoq; Inquiſitor †
Generalis, abſq; maxima cauſa diſpẽ-
ſat. Id quia enormia crimina confu-
ſione publicâ puniri debent. c. ego.
9 de conſecr. diſt. 2. Eſtq; † in ſignum
ignominię huiuſmodi habitus, & ſac
cus ſuſpendendus in Eccleſia, eius
parœciæ in qua hæretici rei habita-
runt, ad memoriam impietatis eorũ
ſempiternam. Inſcribẽda ſunt etiam,
& renouanda in illis nomina hæreti-
corum, & inſcribenda cauſa & culpa
damnatorum, vt habetur in inſtruct.
Matritiana, ann. 1561. cap. 81. & c. in
10 capite. diſt. 50. Ignis † egreſſus à Domi
no interfecit ducentos quinquagin-
ta impios, qui obtulerunt incenſum,
& loquutus eſt Dominus ad Moyſen,
dicens: Num. 16. [Præcipe Eleazaro
filio Aaron ſacerdoti, vt tollat thuri-
bula quæ iacent in incendio, & ignẽ
huc, & illuc diſpergat, quoniam mor-
tificata ſunt in mortibus peccatorum
producatq; ea in laminas, & affigat
altari, vt cernant ea pro ſigno & mo-
numento filij Iſrael, & Eleazar ſacer-
dos affixit laminas altari; vt haberent
poſtea filij Iſrael, quibus commone-
rentur, tex. in c. denique. §. thuribula.
7. q. 1. & c. mandamus. 19. q. 3. c. mu-
lier. 15. q. 1. quia qui generant mate-
riam mali, iubentur publicè exponi,
vt alijs terror incutiatur, ſimiliter
enim peccatum Adæ perpetuâ quâ-
11 dam † notatur infamiâ, ne illud, vlla
vnquam temporis deleret obliuio:
vnde non immeritò, iſtorum ſacci,
ſeu habitelli, ad perpetuam illorum
infamiã qui tali crimine ſunt infecti
in eorum parœcia hodie ſuſpendun-
tur.

## *De antiquitate ſacci benedicti, & de illius forma.*

## *Cap. V.*

### SVMMARIVM.

1 *SAcci benedicti antiquitas, & ety-
mologia.*
2 *Forma ſacci deſcribitur.*
3 *Inſigniti habitellis, antiquitus quibus
diebus ſtabant pro foribus vſque in
diem Cœnæ Domini.*
4 *Aſsignatur color habitelli, & crucis,
quâ notabatur.*
5 *Ratio, quare reconciliati his veſtibus
induuntur ſuper alias veſtes.*
6 *Tempore B. Dominici, habitelli iſti
erant ſubnigri.*
7 *Quare forma crucis rectæ quæ veſti-
bus pœnitentialibus apponebatur in
formam tranſuerſæ crucis migra-
uerit.*
8 *Veſtis quâ induuntur comburẽdi, lon-
gè diuerſa à veſte reconciliatorum.*
9 *Habitelli recõciliatorum cur in parœ-
cijs ſuſpenduntur eorum nominibus
inſcripti.*
10 *Inquiſitores dum viſitant renouari iu-
bent effigies obſcuratas reconcilia-
torum.*
11 *Nullâ notantur infamiâ qui reſipiſcũt
ex edicto Inquiſitorum.*
12 *In Sicilia effigies & nomina damna-
torum in Eccleſijs non affiguntur.*

HÆC præterea ap-
ponere placuit in
gratiam eorum, qui
notitiâ antiquitatis
delectantur. Veſtis
etenim pœniten-
tialis, aut ſacci be-
nedicti

1 nedicti vſus † in Eccleſia antiquiſsi-
mus eſt, non ſolùm in Veteri, ſed in
nouo teſtamento, vt ſuperiùs oſten-
dimus. Olim enim ſaccus iſte benedi-
ctus peccatoribus in ſignum publicæ
pœnitentiæ imponebatur, & à pœni-
tentibus ex voto ſpontaneo aſſume-
batur, vt ſuo loco dicemus lib. 2. tit. 3.
c. 11. nu. 80. & ſequent. Poſt labente
iam tempore hæc exoleuit cõſuetu-
do. Sancta vero Inquiſitio ob hæreſis
criminis deteſtationẽ illius publicæ
pœnitẽtiæ, & ſacci benedicti conſue-
tudinem innouauit. Verùm quia anti
quitus eiuſmodi ſacci benedicebã-
tur in primitiua eccleſia, ideo ſacci be
nedicti vocabãtur, deinde corrupto
ac deprauato vocabulo ab Hiſpanis,
ſaccus ille (quo recõciliati induũtur)
vulgò Sãbenito appellatur. Meminit
huius veſtis B. Dominicus fundator
& inſtitutor ordinis Prædicatorum,
& in prouincia Toloſana Inquiſitor
Generalis quibuſdam literis, quas re-
fert Camillus Campegius apud Zan-
chinum cap. 20. in illis ergo literis ita
2 ſcriptum exſtat: [Religioſis † veſti-
bus induantur, tam in forma quàm
etiam in colore, in quibus in directo
vtriuſque papillæ ſingulæ cruces
peruulſæ ſint aſſutæ. Vocat autem B.
Dominicus religioſam veſtem habi-
tum pœnitentialem, quia in modum
ſcapularij religioſi ſine capucio fie-
bat, quæ forma in vſu fuit vſque ad
tempus Eymerici, vt ſcribit 3. part.
Directorij, num. 175. Maximè verò fit
huius ſacci mentio in Concilio pro-
uinciali Tarraconenſi, paulò poſt
tempora S. Dominici celebrato: quo
tempore nondum erãt in prouincia
Tarraconenſi Inquiſitores, nec liber
ſextus Decretalium, nec Clementi-
næ, nec conſultata ad Inquiſitores.
Huius fragmentum Eymericus re-
fert 2. part. Director. Agens igitur
Concilium de pœnitentia ſolenni
hæreticis imponenda, ait in hæc
3 verba: † [Sed in diebus Dominicis
Quadrageſimæ factâ reconciliatione
exeant Eccleſiâ, & ſtent ad fores vſ-
que in diem Cœnæ, & portent duas
cruces perpetuò ante pectus, quę nõ
ſint eiuſdem coloris cum veſtibus, &
portent, ita vt videri poſsint ſolen-
niter pœnitentes.] Concilium etiam
Toloſanum, anno 1229 contra hære-
ticos celebratum, de crucibus in ve-
ſte pœnitentiali geſtandis ita cauit.
[In deteſtationem quoq; veteris er-
roris duas cruces portent, de cætero
altiùs præeminentes, alterius coloris
quàm ſint veſtes eorum, vnam à dex-
tris, & alteram à ſiniſtris.] His tribus
locis citatis tantæ antiquitatis & ve-
nerationis præſcribitur pœnitenti-
bus, vt duas cruces in veſte ſuperio-
ri geſtent alterius coloris quàm ſint
veſtes: non tamen explicatur, cuius
coloris futuræ ſint. Paucis poſt annis
Concilium Biterrenſe c. 26. cuius co-
loris, & qua ratione eiuſmodi cruces
gerendæ eſſent, luculenter in hæc
4 verba præſcripſit. † [In deteſtationẽ
etiam erroris veteris, portent in ſu-
periori veſte duas cruces coloris cro-
cei, longitudinis duorum palmorum
& dimidij, latitudiniſque duorum, &
in ſe trium digitorũ habentes latitu-
dinem, vnam anteriùs in pectore, &
aliam poſteriùs inter ſcapulas. Veſtes
in quibus cruces portauerint coloris
crocei non habentes, ſuperiori veſte
intellectâ, ſupra quam in domo vel
extra, alia non portetur. Illud ſanè
eſt obſeruatione dignisſimum, quòd
de his crucibus in hoc loco traditur.
Nam Concilium Tarraconenſe, has
cruces aliter portandas iubet, dicẽs:
[Portent duas cruces perpetuò ante
pectus.] Cõcilium quoq; Toloſanum
idem præſcribit, dum ait, [Has cru-
ces geſtandas eſſe, vnam à dextris, &
alteram à ſiniſtris in idem recidit,
quod



quod B. Dominicus loco citato præ-
cipit. Concilium Biterrenſe anti-
quum morem immutando, vnam
ante pectus, alteram inter ſcapulas
deferri iubet, à quo mutuaſſe videtur
quod ſcribit Eymericus, qui ferè non
diſsidet à Concilio Biterrenſi 3. part.
Direct. num. 179. [Introductus au-
5 tem hic † nouus modus eâ ratione
fuit, vt pœnitentes patentiùs, & ma-
nifeſtiùs omnium oculis obijceren-
tur, ſiue aduerſi, ſiue auerſi eſſent, &
geſtantibus maiori pudori, ſpectanti-
bus verò maiori eſſet terrori, quo à
tam horrendo ſcelere perpetrando
deterrerentur, quod ſi hæretici fa-
moſi eſſent, viri in pileo, fœminæ in
velo, aliam etiam crucem gerere iu-
bebantur. Erant autem duæ illæ cru-
ces, quæ iure veteri ante pectus de-
ferri iubebantur, paruulæ, ita in pe-
ctore diſpoſitæ, vt vnaquæq; ſuæ pa-
pillæ reſponderet, recentiores verò,
maiores, vt explicatum eſt. Color ea-
rum croceus ex præſcripto Concilij
Biterrenſis.] Eiuſdem erant coloris
tempore, quo Eymericus ſcripſit Di-
rectorium. Color veſtis qualis fuerit,
ex Eymerici verbis, loco præcitato
6 deducitur: ait enim, † [Induaris ſuper
omnes veſtes quas defers, veſte liui-
da,] id eſt, coloris ſubnigri ſatis ac-
commodati ad mœrorem & pœnitẽ-
tiam, vt ex Eſther c. 15. colligitur, &
probatur ex prædictis B. Dominici
verbis, ibi. [Religioſis veſtibus indua
tur tum in forma, tum etiam in colo-
re:] ferè omnes illius tempeſtatis re-
ligiones nigro vtebantur ſcapulario.
Magnitudinem verò crucis aliquan-
tulum Eymericus immutauit, vt illius
verba conſideranti patent.
Paulò pòſt tempore Eymerici Ge-
neralis in Aragonia Inquiſitoris, cru-
cibus rectis penitus ſublatis, in ea-
rũ loco ſigna rubra huius formæ ✕
vti hodie in vſu ſunt, repoſita fuerũt:
Cruces multis annis (vt dictũ eſt) in
vſu fuerunt, adhucque in aliquibus
Hiſpaniarũ Eccleſijs infamia lintea
cruce notata cernuntur, vt apud Ca-
ſtrum Hitam & Oppidũ, ad Tagum
fluuium, qui Pons Archiepiſcopi
vulgò [Puente del Arçobiſpo] nun-
cupatur, in alijſq; caſtris & vicis, vbi
huiuſmodi vetuſta lintea renouata
non ſunt, Crux in hunc modum de-
picta eſt ✠. Quod verò Cruce amo-
tâ illud alterum ſignum decuſsis ſpe
ciem præbens in eius loco fuerit ſuf-
fectum, res eſt obſeruatione digniſ-
ſima, nullumq; autorem reperio, qui
huius ſubſtitutionis rationem reddi-
derit, aut vllam fecerit mentionem.
7 † Illud tamen in cauſa fuiſſe videtur.
Cùm pœnitentes reconciliati ad pri-
ſtinos redirẽt errores, veſtes infames
exuentes, Cruces quæ aſſutæ erãt, in
odium fidei, & Catholicæ religionis
conculcabant, quod vbi Apoſtolici
Inquiſitores cognouerunt, Cruces
amouerunt, & notis rubris, quibus
hodie vtuntur, ſaccos ad dedecus, &
infamiam deſignarunt, non crucibus
rectis, vt moris erat, depictis, ſed cru-
cibus obliquis, & ad decuſsis figuram
redactis. Quod iure à fidei Cen-
ſoribus factum eſt, non ſolùm ob eam
rationem, quam nuper aſsignauimus,
ſed etiam quia crux ſignum eſt exte-
rius, quo fidem Catholicam Chriſti-
colæ omnes profitentur ac proteſtã-
tur. Cum ergo, qui in fidem Catholi-
cam delinquunt, à fidei rectitudine
declinent, in huius obliquitatis ſignũ, 8
Catholicæ fidei Inquiſitores induere
ſolent pœnitentes, his notis tranſuer-
ſis, vt omnibus pateat obliquæ crucis
figurâ interior geſtantis ſtatus decla-
rari, qualis fuerit, quàm à fidei & reli-
gionis Chriſtianę rectitudine alienus.
Color notæ in Hiſpaniarum ditio-
nibus ruber, & in hoc forſan nihil ob
ſeruatione dignum, ſed ea tantùm de

cauſa fit, vt à ſacco colore diſtinguatur. In Hiſpaniarũ regnis ſaccus pœnitentialis croceus eſt, & notâ rubrâ, vt diſtinctione coloris ſecernantur. Idemque vſu in Siculo Regno receptum eſt: ſaccus ſemper & vbiq; ex panno fieri conſueuit, verùm decurtatus magis quàm olim eſſet: quondam enim æquè longus erat, ac monachorum ſcapularium, vt colligitur ex his quæ ſuprà dicta ſunt: & permanſit hoc modo toto tempore quo crucibus notabatur: cum enim cruces longæ eſſent tres palmos, fieri nõ poterat, quin ſaccus oblongus eſſet. Poſtea verò tum quòd cruces ſublatæ ſint, tum etiam, vt ſaccus à monachorum ſcapulario differret, in breuiorem formam redactus eſt. Illud verò ferè mihi exciderat: aliam veſtis pœnitentialis formam in aliquibus Hiſpaniarum tribunalibus vſu eſſe receptam, reis enim nõ conuictis, ſed de hæreſi vehementer ſuſpectis, dimidiata veſtis pœnitentialis pectus tantum tegens imponitur, quę vnicâ tantùm lineâ rubri coloris notatur, non duabus decuſſatis, vt ſaccus integer ſignari conſueuit, vt oſtendatur non eſſe verè, & formaliter hæreticum, ſed de hæreſi vehementer ſuſpectum.

Hanc varietatem in ſaccis, & notis reconciliatorum ad hodiernum diem fuiſſe reperio. Illud animaduertendum eſt nullam vnquam inſcriptionem huiuſmodi ſaccis appoſitam reperiri.
8 † Eſt aliud veſtis pœnitẽtialis genus, quo induuntur, qui in rogũ imponẽdi ſunt, eâdem formâ, quâ ſaccus ſuperior; ſed notis diuerſis, colore atro, flammis appictis, interdũ etiam in medio flammarum pœnitẽte condemnato depicto, nonnunquam dæmones appinguntur pœnitẽtem detrudẽtes ad inferos. Alia etiã apponi poſſunt, quod iure optimo fit, vt homines hoc horrẽdo ſpectaculo à tam nefario ſcelere deterreãtur. Hoc duplex ſacci genus Itali vulgò [habitello] Hiſpanorum alij [Zamarreta,] alij [Sanbenito nuncupant. Aliud eſt infamiæ monumentum, quod licet vulgò apud Hiſpanos [Sanbenito vocetur:] non tamen veſtis, ſed linteum eſt Eccleſiarum parietibus ad perpetuam ignominiam affixum, quod fit
9 in parœcijs apud quas vixerunt. † Eſt autem linteum nomine & agnomine rei inſcriptum, vbi etiam officium quo functus fuit, exprimitur. Quod ſi confeſsio ſuboritur, aliqua addita particula æquiuocatio tollitur, additur patria, ſępe etiam illi quorũ condemnati parentes & aui erant. In aliquibus linteis legitur, quibus parentibus rei procreati fuerũt, ex quorũ genere ſi cõiugati, ſi fœminę maritatæ, quorũ vxores, ſi recenter à Iudaica lege & Mahumetana ſecta ad Chriſtianam Religionem ſe receperant, explicatur. Deniq; iuxta criminis qualitatem pœnitentiæ cauſa declaratur: nempe quod hæreſiarcha fuit Dogmatiſtes, hæreticus declaratus, hæreticus apoſtata, pœnitens ſimulatus, quod negatiuus, & pertinax, quod hæreticus impœnitẽs, & relapſus, quod hæreticus Lutheranus, Anabaptiſta, Caluiniſta, Martianiſta, ſcribit etiã ſi è vita ante condemnationem exceſſerunt. Præter inſcriptionem depingitur etiam nota, quæ viuis pœnitentibus imponi ſolet, vt ſuperioribus explicatum eſt. In antiquis linteis, quæ nondum inſtaurata fuerunt, Crux recta, vt dictũ eſt, cõſpicitur. Alia etiam interdum à commemoratis diſtincta cernuntur, in aliquibus enim perſona, & delictũ prætermittuntur, hoc duntaxat ſcripto verbo abſq; ſigni pictura [combuſtus] ſimiliter in reconciliatorum linteis, aliquando ſolùm ſine Cruce vel alia nota legitur [reconciliatus] ſæpe anni



anni computatio deſideratur, ſæpe ſine inſcriptione, flammæ ſpectantur depictæ, ita vt quis fuerit reus, nullo pacto cognoſci poſsit. Aliquot lintea cernuntur etiam ex quorum extremitate licia pendent, forſan nihil habent notatu dignum, ſed ſolùm ex vltima telæ parte confecta ſunt. Verùm illud in cauſa fuit tantæ varietatis in linteis parœcijs affixis, vt olim ſanctę Inquiſitionis patres nõ de omnibus, vt nũc cõſtitutiones ediderint. Poſtquam autem Mantuæ Carpetanorũ, aliàs Matriti, inſtructiones Inquiſitorum typis mandatæ ſunt, peculiaris extat conſtitutio, quâ modus affigendi, & inſtaurandi huiuſmodi infamiæ lintea præſcribitur: c. enim 81. in hunc modum decernitur. Notum eſt infamiæ monumenta damnatorum, tam viuorũ, ſiue præſentium, ſiue abſentium, quàm eorũ, qui vitâ functi ſunt, ex tẽplorum parietibus ſuſpendi, in quorum parœcia vitam tranſigebant: idq; cùm aut in carcerẽ coniecti ſunt, aut è vita diſceſſerunt, aut ſe in fugam contulerunt. Idem fit cum reconciliatis poſtquam pœnitentias iniunctas præſtiterunt, & ſaccis exuti ſunt, quamuis in actione fidei & ſpectaculo tantùm, & dum ſententiæ recitarẽtur, induti extiterint. Quod inuiolatè ſeruatur, & nemini ad hoc immutandum facultas com-
10 miſſa eſt, † ſed Inquiſitoribus ſemper commendatur, vt ſedulò effigies inſtaurari curent, præcipuè in prouincijs quas viſitauerint, vt hereticorum & ſuorum poſterorum infamia nullã vnquã obliuione deleatur. Eſt tamen linteis tempus cõdemnationis aſcribendum, nec non explicandum, an deliquerint in Iudæorum, Saracenorumue ſecta, aut in Martini Lutheri, & ſequacium, cæterorumque impio-
11 rum hæreſibus. † Hæc porrò ignominiæ & dedecoris monumenta non ſunt in illorum infamiam affigenda, qui tempore indulgentiæ & gratiæ recõciliati ſunt, cùm enim in pactum deductum fuerit, illis ſaccos non eſſe imponendos, nec reconciliationis tempore illis induti fuerint, cum ratione & iuſtitia pugnaret illorum appenſio: eſſet enim beneficium in illos collatum prorſus euertere.

Hæc conſtitutio in omnibus Regnis, & ditionibus Regis Hiſpaniarum, excepto Siciliæ regno, ſeruatur.
12 Vbi anno 1543. † cum Inquiſitoris munere fungeretur Licẽtiatus Cerueta, vir, literis, prudentiâ, & virtute illuſtris, magnus Panormi factus eſt motus, magna in ſanctam Inquiſitionem concitata ſeditio, ignominioſa lintea è parietibus ædis S. Dominico dicatæ, tantâ animorum contentione reuulſa fuerunt, vt nullâ ratione ad hodiernum diem affigi potuerint parietibus, aut illius, aut alterius Eccleſiæ. Hæc de ſaccis benedictis dicta ſufficiant; occaſione acceptâ à tunicis pelliceis, quibus Deus Adamum in infidelitatem lapſum veſtiuit.

### *De alia ſignificatione veſtis pelliceæ, qua Deus hominem induit.*

### CAP. VI.

### SVMMARIVM.

1 *Deus primos parentes tunicis pelliceis induit, vt ſuum numen ad miſericordiam flecterent.*

2 *Patres antiqui in cilicio pœnitebant.*

3 *Pœnitentes publicos cilicio indui, canones ſacri, & concilia iubent.*

4 *Veſtes pelliceæ, efferatas hominum animas per peccatum oſtendunt.*

Fuit

1 FVIT † etiā veſtitus
pelliccus ſignū pœ-
nitētiæ, qui faciliùs
diuinam iuſtitiā &
iratū numen ad mi-
ſericordiam flecte-
ret : quo remedio
2 vtebantur patres antiqui, † quoties
Deum ſuis peccatis iratum videbant,
Sacco & cilicio induebātur, vt illum
propitium ac placatum redderēt: in-
quit enim Daniel. cap. 9. [Anno pri-
mo Darij filij Aſſueri de ſemine Me-
dorum, qui imperauit ſuper regnum
Chaldæorum, anno vno regni eius,
ego Daniel intellexi in libris nume-
rum annorū, de quo factus eſt ſermo
Domini ad Ieremiam prophetam, vt
complerentur deſolationis Ieruſa-
lem ſeptuaginta anni, & poſui faciē
meam ad Dominum Deum meum
rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco,
& cinere, & oraui Dominum Deum
meum, & cōfeſſus ſum, &c.] Et Ionas.
capit. 3. dicit. [Et cepit Ionas introire
ciuitatē itinere diei vnius, & clama-
uit & dixit, adhuc quadraginta dies
& Niniue ſubuertetur, & credide-
runt viri Niniuitæ in Deum, & præ-
dicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt
ſaccis à maiore vſque ad minorem,]
& Iudith. c. 4. [Hortabatur Eliachim
ſacerdos clamare ad Dominum &
ſcripſit ad vniuerſos, qui erant con-
tra Eſdrelon; & fecerunt filij Iſrael,
ſecundum illud quod cōſtituerat eis
Eliachim, & clamauit omnis populus
ad Dominum, inſtātiâ magnâ: & hu-
miliauerunt animas ſuas in ieiunijs, &
orationibus, ipſi & mulieres eorum,
& induerūt ſe ſacerdotes cilicijs, in-
fantes proſtrauerunt contra faciem
tēpli Domini, & altare Domini ope-
ruerūt cilicio. &c.] Et Ioelis. 1. Eſther
4. Iſaiæ 58. & Dauid Pſal. 34. [Ego au-
tem cum mihi moleſti eſſent indue-
bar cilicio, &c.] Quo loco Hierony.
[Cilicium veſtis pœnitētiæ:] & Pſal.
26. [Conuertiſti planctum meum in
gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum
meum.] Vbi Euthymius ait: [Saccus
pœnitentiæ, & humilitatis ſignum
eſt.] Vnde Saluator apud Matth. c.
11. ait: [Væ tibi Bethſaida Corozain,
quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſ-
ſent virtutes, quæ factæ ſunt in te,
olim in cilicio, & cinere pœnitentiā
egiſſent.] Quę verba exponēs Theo-
ph. ait ſaccum cilicij pœnitentiæ ſym
bolum eſſe. Hæc confirmant cap. qui
ſanctus. de pœnit. diſt. 1. & c. Achab.
de pœnit. diſtinct. 3. Concil. 1. Tolet.
c. 2. Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 47.
num. 10. Iam illa quid receſere opus
3 eſt, † quæ multis nota ſunt, & veterū
decretis conſtituta? initio quadrage-
ſimæ eijci ſolitos ex Eccleſia pœni-
tentes ſacco indutos & cinere aſper-
ſos? Feriâ quintâ ante Paſcha abſolui,
& quidem non pœnitentes ſolùm,
ſed & omnes Chriſtianos cilicia, &
cineres accipere ſolere indicāt. Quæ
hodie cæremoniæ ſacræ fiunt, verbiſ-
que Concil. 4. Toletani cap. 10. con-
firmantur. [Tunc enim (inquit) opus
eſt fletibus ac ieiunio inſiſtere, cor-
pus cilicio & cinere induere, ani-
mum mœroribus deijcere, gaudium
in triſtitiam vertere, quouſque ve-
niat tempus reſurrectionis Chriſti.]
Et in Concil. Tolet. 3. cap. 12. [Qui-
cumque (inquit) ab Epiſcopo, vel
presbytero ſanus, vel infirmus pœni-
tentiam poſtulat, id ante omnia Epi-
ſcopus ſeruet, & presbyter, vt ſi vir
eſt, ſiue ſanus, ſiue infirmus, prius
eum tondeat, aut in cinere & cilicio
habitum mutare faciat, & ſic pœni-
tentiam ei tradat. [Et in Agath. Con-
cil. cap. 15. Pœnitentes tempore quo
pœnitentiam petunt, impoſitionem
manuum & cilicium ſuper caput à
ſacerdote, ſicut vbique conſtitutum
eſt conſequantur.] Hæc ibi.

Neque



Neque ſolum pelliceæ veſtes, con-
fuſionis, ac pœnitentiæ imaginem
exprimunt, verum etiam brutorum
animantium, quibus per peccatum
homines comparātur, ſimilitudinem
referunt. Nam homo cum in honore
eſſet non intellexit, comparatus eſt
iumentis inſipientibus, & ſimilis fa-
ctus eſt illis.] Pſal. 48. & quia per pec-
catum morti obnoxij facti ſunt, ideo,
vt mortis ſubeundæ admonerentur,
his pellibus induuntur, quia mortua
animalia repræſentant.

*Deus non ſolùm primis parentibus ignominiæ notam inuſsit : verùm in deteſtationem infidelitatis, omnibus bonis euerſos ex Paradiſo voluptatis eiecit, vnde Inquiſitores hæreticorum bona proſcribunt.*

## CAP. VII.

### SVMMARIVM.

1 *DEus primos parentes omnibus bonis ſpoliat.*
2 *Sanctæ Inquiſitionis tribunal hæreticorum bona fiſco addicit.*
3 *Bona non niſi in peccato hæreſis proſcribuntur.*
4 *Hæreticorum bona cur confiſcantur.*
5 *Hæreticorum bona non publicantur niſi à tempore commiſsi delicti.*
6 *Filij & ſerui à poteſtate patrisfamilias hæretici emittuntur.*
7 *Hæreticum fuiſſe Cain poſt fratricidium ſacra ſcriptura teſtatur.*
8 *Cain in deſperationem incidit.*
9. 10. *Caimum Deus vetuit interfici vt diutius anxiè viueret.*
11. 12. *Hæreticos Deus deleuit quòd Noe non credidiſſent.*
13 *Diluuium immiſſum quia peccata carnis pro non peccatis ducerentur.*
14 *Arca Noe Chriſti Catholicam Eccleſiam ſignificauit.*

1 NON tam ſeuerè †
cum primis paren-
tibus actum vide-
retur, ſi his pœnis
diuinæ indignatio-
ni ac iuſtitiæ ſatiſ-
fieret, ſed prô do-
lor! Deus non his contentus homi-
nem omnibus bonis euerſum, ſaucia-
tum in naturalibus, & ſpoliatum gra-
tuitis, iuſtitiâ præcipuè originali irre-
parabiliter amiſſâ, à loco voluptatis
expulit, eumque duris ac perpetuis
addixit laboribus: & in odium tanti
facinoris terram ſpinas, ac tribulos
2 germinare præcepit. Cuius † exem-
plum ſecutum ſanctiſs. Inquiſitionis
Tribunal, hæreticorū bona iuſtâ pro-
ſcriptione cōfiſcat, illoſq; bonis omni
bus ac fortunis euertit, nec id abs re
3 factū cenſeri debet. Quamuis † enim
propter alia quæcūq; delicta, quanuis
grauiſsima, publicatio bonorū regula
riter nō fiat) Auth. bona damnatorū.
C de bon. proſcr. auth. vt nulli. §. fin.
coll. 9. ex qua deducitur quod etiam
ſi damnatus non habeat filios, poteſt
teſtari & alia facere, tanquam ſi non
eſſet damnatus, vnde dicit Bald. in
c. 1. verſ. ſed pone iudex. de pace te-
nend. & in. l. 2. in fine. C. qui teſtam.
fac. poſſ. ſi propter homicidium bo-
na alicuius à iudice confiſcantur,
ſententia eſt nulla, etiam ſi ab ea ap-
pellatum nullo pacto & prouocatum
ſit) nihilominus Deus Inquiſito-
rum primus (vt in hoc crimine hæ-
reſeos adeo deteſtabili, alijs inde In-
quiſitoribus delegatis exemplo eſ-
ſet, parentes noſtros bonis omnibus
ſpoliauit: terreſtri paradiſi poſſeſ-
ſione, omnium fructuum vſu, ac om-
nium animalium dominio, cùm pri-
mis parentibus non ſolùm amplius
non obediāt, ſed etiam aduerſentur:
eorū filios, & ſucceſſores talibus bo-
nis ſpoliauit, ita in lacrymis teſtatur

Moyſes

Moyſes in d.c.3.Gen. dicens:[Emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis,vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt,& eiecit Adam:] & hoc quidem irreuocabiliter:nec poterit amplius ad talem locum peruenire.Ideo ſubinfert. [ Ne fortè mittat manum ſuam,& ſumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum,collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubin & flammeum gladium, atq; verſatilem,ad cuſtodiendum lignum vitæ.] Bona etiam & diuitias Labã propter eius idololatriã Deus tranſtulit in domum Iacob,Gen.c.31.& bona etiam terrę promiſsionis,quę iure Iſraelitis debebantur, iure etiam ablata ſunt ab eis propter hęreſim.Num.14.quid mirum igitur ſi bona hæreticorum confiſcentur,cum & illis priuentur, ne ſint fomenta malorũ, & ſcelerum inſtrumenta?Plato lib. 4.de legib. ait bona externa ſine virtute,non modò nihil iuuare,ſed eſſe quoq; damnoſa: & quæ in ſceleratis hominibus aliud non ſint, præter paratiſsima flagitijs magniſq; malis inſtrumẽta. Idem tenet Ariſt.lib.2. Magnor. Mor.& Demoſthen.orat.aduerſus Median.quos refert Simanc.de Cathol.inſtit.tit. 6. n.2.de bon.hæret. Quo fit vt improborũ audacia formidine pœnæ coerceatur, & boni homines, ac diuites vehemẽter formidare ſoleant bonorum publicationem.Quamobrem ſapientiſsimi legumlatores grauiora quæque crimina publicatione bonorum frequentiſsimè puniunt.l. bona fide.ff.depoſit.at in caſu hæreſis, non eſt dubium quin bona omnia hęreticorum publicari debeant, ac etiam bona filiorum. auth. Gazaros. C. de hæret.c.vergentis.de hæret.vbi ipſo iure † à tempore cõmiſsi delicti hæ-
5 reticorum bona ſunt confiſcata. l. vltim.C.de bon.proſcr.l.1.§. interdum. ff. de ſuis & legit.hæred.Henricus & cæteri in.d.c.vergentis. Imò hæreticus priuatur omni dominio naturali, ciuili,& politico vt ex conſtit. Greg. IX.probatur:naturali, quod habet in filios: nam propter hæreſim † patris
6 efficiũtur filij ſui iuris:ciuili,quod habent in ſeruos:ab eis enim ſerui liberantur:Politico, quod rerum domini habent in ſubiectos, eo hæretici quoque priuantur. c. vlt. de hæret.c.2.§. vlt. c. cum ſecundum. de hæret. lib. vlt.l.Manichæos.C.eod.tit.

Poſſemus etiam prædictũ iudicium & proceſſum inquirendi conſtituere
7 contra Caim, † quem poſt fratricidium fuiſſe hæreticum ſcriptura ſacra teſtatur Gen.4.verùm quia fuſius hoc contra Adamum in præcedentibus titulis pertractauimus, ne videamur eadem repetere, eius errorem tantùm & punitionẽ perſtringemus.
8 Inquit enim Caim d.cap.4.† [ Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear:] Ex communi ſententia Patrum Latinorum & Græcorum hæc deſperationem ſonant, & blaſpemiã, quaſi Deus non eſſet potens remittere Caimo peccatum. Autor quoq; paraphraſis Hieroſolymitanæ refert verba prouocatiua quęCaim dixit fratri Abel,hæc nimirũ:[Egrediamur in agrum.]Dixitq; ei Caim:[Nõ eſt iudicium,nec iudex, nec ſæculum aliud, nec merces bona pro iuſtis, nec pœna pro impijs, nec Dei miſericordiã creatus eſt mundus, nec Dei miſericordią regitur, eò quod ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito,mea autem non eſt ſuſcepta cum beneplaci-
9 to,&c.] †Ecce Caimi hæreſim negãtis prouidẽtiam & miſericordiã Dei; quem puniuit Deus agitatæ mentis furijs,fugâ perpetuâ ab hominũ conſortio hoſtili incurſione omniũ creaturarum.Id enim ſignificant illa verba Caimi[Ecce eijcis me hodie à facie terræ,à facie tua abſcõdar, & ero vagus



gus,& profugus in terra, omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. ]
10 † Deus tamen noluit Caim interfici, ſed viuere,vt ait D.Hiero.Epiſt.115. ad Damaſum,vt diuturnior eſſet eius pœna,& mors productior. & D. Ambroſ.lib.2.De Caim & Abel.c. 10. ait [Longæuitas vitæ Caim vindicta eſt, eo quod vixit in metu: quâ pœnâ nihil grauius eſt, quàm vt quis ſibi maiorum cauſa pœnarum ſit.]
11 Tempore etiam Noe Deus† deleuit hæreticos aquis diluuij. Conſtat autem tunc temporis, in quo lex naturæ viguit,& fides vnius mediatoris Noe prædicãtis imminere diluuium, nullatenus homines illos crediſſe, factoſque fuiſſe infideles, ex Epiſto. B.Petri.cap.3. [ In quo ſancto Spiritu veniens prædicauit ijs, qui increduli fuerant aliquando: quãdo expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca,]quorum verborum ſenſus eſt, ſecundum gloſ. interlinearem,& ſecundum Nicolaum de Lyra,quòd ſpiritus Chriſti fuit in Noe prædicãte ſui corrupti ſeculi hominibus,quòd aquæ diluuij deleturæ eſſent mundum:qui tamen non crediderunt.Et in Epiſto.2.capit. appellat idem D.Petrus ipſum Noe iuſtitię præconẽ his verbis[Et originali mundo Deus non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ pręconem cuſtodiuit,diluuium mundo impiorum inducẽs.] Appellat D. Petrus mundum originalem homines, qui fuêre ante diluuiũ, quòd ea fuerit quaſi prima ætas, & pueritia mundi,origini & primordijs mũdi vicina:dicitur autem Noe octauus,non ab Adamo;fuit enim ab eo decimus,ſed inter eos qui per arcam ſeruati ſunt à diluuio, fuit octauus.Dixit autem Noe iuſtitiæ præconem, nam hominibus ſui temporis prædicauit iuſtitiam Dei,id eſt, iuſtitiam illam ſcelerum vindicem, & vltricem,quæ eorum flagitia, niſi ab illis diſcederent,atrociſsimo eſſet ſupplicio punitura :qui tamen quia non crediderunt,periêre aquis diluuij.D. etiam Paul.Hebr.11.dicit:[Fide Noe aptauit arcam, per quam damnauit mundum]& illud relatiuum [quam] ſi referatur ad fidem Noe, ſignificat incredulitatem eorum hominũ damnatam eſſe aquis diluuij, per fidem Noe illis denũciatam. Si autem illud, [quam]referatur ad arcam, erit ſenſus,vt optimè D. Thomas & Caietanus : per arcam à ſe cõſtructam damnauit Noe mundum, quia illi vidẽtes virum probum,Deique cultorem arcam aduerſus imminẽs diluuium fabricare,nec ſic quidem crediderunt. Quocirca per arcam damnati ſunt: quia niſi Noe arcam fabricaſſet, non vtiq; illi fuiſſent rei auditi, & nõ crediti diluuij.Ioſephus etiam lib.1. An-
12 tiq. dicit improbis illis hominibus † Noe non potuiſſe perſuadere, vt vitam in melius commutarent: & ideo ipſos & eorũ bona aquis diluuij prorſus fuiſſe deletos.Et D.Paul.ad Ephe.
13 5.dicit,†diluuium immiſſum fuiſſe in carnales homines primi ſæculi, quia crediderũt ſeductoribus quibuſdam dicentibus peccata carnis non eſſe peccata; Pauli verba ſunt. [Nemo vos ſeducat inanibus verbis,propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ] quæ verba ita exponit D. Tho. à principio vt homines poſſent liberè frui concupiſcentijs,cogitauerũt inuenire rationes, quòd fornicationes & huiuſmodi Venerea nõ eſſent peccata.Et ideo dicit [inanibus verbis] nam propter hoc,id eſt, quia huic errori fidem præſtiterũt homines primi ſæculi, venit in eos ira Dei, id eſt,diluuium. Hinc eſt quod ſecũdum Origenem homil. 2. in c.6. Geneſ. Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum. cap.12. Gregor. Homil.12. in Ezech.

Rupe

Ruper lib. 4. comment. in Geneſ. c.
14 71. arca Noe † ſignificat Catholicam
Eccleſiam, in qua ſola manet Chriſti
fides, & illi qui diluuio perierunt,
hæreticos, quibus non eſt in arca lo-
cus.

Hactenus oſtenſum fuit in prima ætate Adamum Caimum & alios, qui bus prædixerat diluuium Noe, eſſe in fideles idololatras, & eſſe hæreticos, punitoſque à Deo: nunc verò ad reliquas ætates gradum faciamus.

---

# TITVLVS TERTIVS.

## Secunda mundi ætas.

### *De hæreticis & Idololatris, atq; de patribus qui Inquiſitorum Officio functi ſunt per reliquas mundi ætates.*

### *CAP. I.*

SVMMARIVM.

1 *TYrannus primus Nemrod.*
2 *Idololatra Nemrod punitur à Deo.*
3 *Nemrod Chaldæis ſuaſit ædificare turrim.*

SI attentiùs ſacram ſcripturam, Patrumque teſtimonia perpēdamus; inde antiquitatem & continuatiotionem huius ſacri Officij ab initio mundi, vſq; ad hæc tempora per reliquas mundi ætates continuatam, exercitatamque inueniemus.

1 IN ſecūda† ergo ætate
Nemrod filius Chus,
nepos Cham, pronepos Noe, vt patet Geneſ.cap.10. qui coram
Domino dicitur robuſtus venator, ob id nimirū quod non
ſolùm ferarum, ſed etiam hominum
eſſet oppreſſor, & tyrannus primus
2 (vt ait† Ioſephus) ſuaſit hominibus ſui
ſæculi ſe nihil debere Deo, ſed ſuis
viribus præſentem felicitatem: & vt
aduertit Hugo de S. Victore, in ſuis
annotat. in Gen. [ Induxit in eos homines idololatriam, vt ignem quaſi
Deum colerent, quem errorem po-
3 ſtea Chaldæi ſequuti ſunt, † & ſuaſit
ædificare turrim, vt patet Geneſ.11.
cuius culmen pertingeret ad cælum;
eò omnino (vt inquit Auguſtin. 16. de
ciuit. Dei cap. 4.) vt contra Deum ſe
tueri poſſet. In tanti ſceleris pœnam
confudit Deus linguas eorum, vt nemo poſſet intelligere linguam proximi ſui, vnde in diuerſas linguas diuiſi ſunt; quia vnitate linguæ, & vnanimi omnium conſenſu abuſi ſunt: ita enim Deus ſacrilegos auſus hominum hæreticorum ſolet compeſcere, vt in varias linguas ac opiniones diuiſi, confuſione puniantur.

## Tertia mundi ætas.

### CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *IDololatriam dæmon diſſeminauit.*
2 *Inquiſitor Abraham Chaldæorum idololatriam arguit.*





5 *Verba illa Geneſ. 15. Ego ſum Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum quo modo exponantur.*
6 *Domus tharæ patris Abraham, pro cultu vnius Dei perſecutionem paſſa eſt à Chaldæis.*
7 *Sodomitæ, alter ad alterum ſuadebant nullum libidinis genus peccatum eſſe, propter quod puniuntur à Deo.*
8 *Bonis ſuis priuauit Deus Sodomitas ante conflagrationem ignis.*
9 *Officio Inquiſitoris Sarra functa eſt cum Iſmaelem ob idololatriam à domo Abrahæ expulit.*
10 *Sarra ſuaſit Abrahamo, Agar ſimul cum Iſmaele de domo eijcere, ne matris viſendæ cauſa Iſmael rediret, & eius labe Iſaac inficeretur.*
11 *Hæretici ſeparandi ſunt ab Eccleſia, ne ſuo contagio fideles inficiant.*
12 *Hæreticum, prophanū & ſimoniacum fuiſſe Eſau probatur.*
13 *Sacerdotium quondam erat annexum primogenituræ.*
14 *Eſau vendens primogenituram irrecuperabiliter perdidit bona omnia, quæ iure hæreditario ad illū pertinebant.*
15 *Bona & diuitiæ Laban, propter eius idololatriam translatæ ſunt à Deo in domum Iacob.*
16 *Idololatria Laban fuit cauſa, quare Rachel furata ſit Deos ipſius, vt eum ab idololatria retraheret.*
17 *Inquiſitoris munus exercuit Iacob domeſticis ſuis præcipiens, vt Deos alienos abijcerent.*
18 *Deos alienos tradiderunt Iacob domeſtici eius, & inaures, quæ erant in auribus eorum.*
19 *Simulacra Deorum Chananæorū viri, & fœminæ geſtabant pro inauribus.*
20 *Bona ſua iure timuit Iacob amittere, quia domeſtici eius alienos Deos colebant.*
21 *Bonis ſuis hæretici iure priuantur, propter hæreſim.*
22 *Iſraelitæ intra primum biennium poſt egreſſum ex Ægypto decies tentauerunt Deum in deſerto, & in hæreſim prolapſi ſunt.*
23 *Bona terræ promiſsionis, quæ iure Iſraelitis debebantur, iure ablata ſunt ab eis propter hæreſes.*
24 *Iſraelitæ non crediderunt Deo pollicenti ſe liberaturum eos per manum Moyſis ex Ægyptiorum furore.*
25 *Iſraelitæ in exitu de Ægypto, & in egreſſu maris Rubri non crediderunt Moyſem à Deo eſſe miſſum.*
26 *Hæreſim incurrerunt ſecundò Iſraelitæ peruenientes in Marà.*
27 *Hæreſim incurrerunt tertiò Iſraelitæ, dubitantes de Dei prouidentia in deſerto.*
28 *Bonis terræ promiſsionis quando decreuerit Deus priuare Iſraelitas.*
29 *Hæreſim incurrerunt quartò Iſaelitæ, reſeruantes Manna prohibitū, vſq; ad ſequentem diem.*
30 *Hæretici, & infideles apparuerunt quintò Iſraelitæ, cum iuſsi feria ſexta colligere duplicem Mannæ menſuram egreſsi ſunt colligere Mannà die Sabbato, contra diuinum oraculum.*
31 *Infideles extiterunt ſextò Iſraelitæ, negantes ſiti oppreſsi Deum poſſe illis dare aquas in deſerto.*
32 *Infidelitas Iſraelitarū cauſa fuit quod Deus minaretur nullum illorum ingreſſurum terram promiſsionis.*
33 *Hæſitatio in fide Moyſis, & Aaron, ad aquas contradictionis cauſa fuit vt interdixerit Deus illis ingreſſum terræ ſanctæ.*
34 *Idololatriam ſeptimò incurrerūt Iſraelitæ, compellentes Aaronem, vt illis Deum fabricaret.*
35 *Aaron aurum colliquatum miſit in luteum exemplar, & formatus eſt vitulus aureus.*

36 Vitulus aureus factus eſt ab Aaron data opera ex ſcriptura, & autoribus.

37 Vituli aurei factores fuere dogmatiſtæ Nemoque legitur in orbe terrarum ante Iudæorum populum, vitulum fuſilem adoraſſe.

38 Idololatriæ nouæ Aaron fuiſſe autorem, probatur ex ſacra ſcriptura.

39 Aaron non ſolum illum populum Iudæorum induxit ad peccandum, ſed etiam gentem venturam.

40 Vituli aurei occaſione, populus Iudæorum ad extremã inopiam redactus eſt, in pœnam debitam hæreſi, & idololatriæ.

41 Vitulus aureus in puluerem redactus eſt à Moyſe, datuſque in potu populo.

42 Vituli aurei puluis potatus, in barbis autorum ſceleris miraculoſè apparuit, vt à Moyſe cogniti interficerentur.

43 Hæreſis crimen & idololatriæ accuſatores, & vltores iure debet habere ipſos cognationis, & conſanguinitatis propinquiores.

44 Hæreſis & idololatriæ crimen non tradit Deus obliuioni.

45 Vituli aurei adoratio ſemper cauſa fuit maioris pœnæ quoties populus propter aliquod ſcelus puniebatur.

46 Moyſes quadraginta diebus, & noctibus extitit in monte ante Deum, ad placandum ipſum de peccato vituli.

47 Officium Inquiſitoris exercitatum fuit contra idololatras, per manus filiorum Leui.

48 Idololatriã octauò Iſraelitæ incurrerũt non credentes Deum poſſe dare illis terram promiſsionis.

49 Deus puniuit Iſraelitas in deſerto, pro hæreſi parentum.

50 Infideles fuerunt nonò Iſraelitæ, dubitantes Deum poſſe illis in deſerto menſam carnium parare.

51 Iſraelitis ira Dei mors fuit repentina, & irremediabilis.

52 Iſraelitis ira Dei à quibuſdam intelligitur peſtis, à Dauide mors ſaturitatis appellatur, à Moyſe verò nauſea.

53 Hæretici, & infideles extiterunt decimò Iſraelitæ dubitantes in Tabera, an Deus eſſet inter illos, & curaret res humanas.

54 Iſraelitæ ita odio proſequebantur Deum in deſerto, vt ſi tunc Deus mortalis fuiſſet, eum ipſi ſi poſſent, crucifixiſſent.

55 Idololatræ, & Hæretici extiterunt Iſraelitæ, quadraginta annis quibus verſati ſunt in deſerto: idq; probatur ex ſcriptura.

56 Iſraelitæ quarto menſe ab egreſſu ex Ægypto adorauerunt vitulum, & poſtea plurimis idolis ſacrificauerunt.

57 Iſraelitæ, ſi Domino offerebant ſacrificia in deſerto, non ſponte ſed metu faciebant.

58 Infidelitate, & incredulitate Deum Iſraelitæ exacerbauerunt.

59 Idolum Ammonitarum dictum Moloch, quidam contẽdunt fuiſſe Mercurium.

60 Rempham ſtella erat Lucifer dicta, quia Mercurius ſiue Moloch, illam in extrema frontis parte habebat.

61 Cæſaris ſimulacrum ſtellam habebat, in vertice capitis additam à Romanis.

62 Hæreſis, & idololatriæ crimen punitur à Deo priuatione propriæ libertatis, & bonorum, ac exilio.

63 Infidelitas, & incredulitas Moyſis cauſa fuit mortis eius, ante ingreſſum terræ promiſsionis.

64 Blaſphemiæ peccatum à Deo punitum fuit igne extremam partem caſtrorum conſumente.





65 Hæreticos ſchiſmaticos Chore, Dathan, & Abiron, cum omni ſubſtantia, & familia eorum abſorbuit terra.

66 Schiſmaticos cõſpirantes in Dei ſacerdotes ignis egreſſus à thuribulis cõbuſsit, & deuorauit.

67 Iſraelitas adoraſſe ſerpentes in deſerto probatur ex ſacra ſcriptura.

68 Deus Iſraelitas puniuit his per quæ peccauerunt.

69 Idololatria cauſa fuit, vt Deus Iudæos infideles morſibus aſpidum interficeret.

70 Deus puniuit infideles, & blaſphemos Iudæos per ignitos ſerpentes.

71 Iſraelitæ in deſerto cum eſſent in Sethim, adorauerunt Priapum Deum Moabitarum.

72 Iudices, Reges, & Pontifices, Iſraelem gubernarunt à Moyſe, vſq; ad tempus Chriſto proximum.

73 Idololatriam incurrerunt de nouo Iſraelitæ ferè omnibus his temporibus, ob idq; grauiter à Deo puniti.

74 Iſraelitæ tempore Ioſuæ & Iudæ ferè per 40. annos abſtinuerunt ab idolis.

75 Idololatria deinde initium ſumpſit, à quodam viro Michas nomine ex tribu Ephraim.

76 Dan filij Michæ idolum vi auferunt, & ſibi erigunt Iſraelitæ ad colendum.

77 Idololatriæ cõtagio vniuerſum Iſraelẽ infeciſſe probatur ex Michea Propheta.

78 Idololatria ſua vrbs Lais prima fuit, quæ vniuerſam Iudæam, & Iſraelem corrupit.

79 Idololatria cauſa fuit amiſsionis libertatis captiuitatis, & aliorum bonorum poſt mortem Ioſuæ & Iudæ.

80 Iſraelitæ propter connubia cum Cananeis adorauerunt Baal, & Aſtaroth Chananæorum Deos.

81 Hæreſes, & prauos mores Iſraelitæ contraxerunt, ex matrimonijs cum filijs idololatrarum.

82 Idola in ſacra ſcriptura dolores appellantur effectiue.

83 Idololatria & infidelitas parturiunt laqueos, cædes, & ruinas, à qua, ſicut ex equo Troiano proceſſerunt innumera mala.

84 Hæreſes, & idola Iſraelitarum deleuit Othoniel, liberans illos à ſeruitute Regis Syriæ.

85 Hæreſim & priſtinam infidelitatem, incurrunt Iſraelitæ mortuo Othoniele.

86 Iſraelitas liberans Aiod ab Æglone Moab Rege, quem pugione trãſfixit, eos ab idolis, quadraginta annis cohibuit.

87 Iſraelitæ denuo ſicut canis ad vomitũ, reuerſi ſunt ad priſtinam idololatriã & ob id puniuit eos Deus.

88 Iſraelitas liberauit Debora mulier prophetiſſa, de manu Iabin Regis, eoſque rexit quadraginta annis.

89 Idola rurſus adorauerunt Iſraelitæ defuncta Debora, propter quod à Madianitis ſubiugantur.

90 Iſraelitas Gedeon à Madianitis liberauit, quos moderatur quadraginta annis.

91 Iſraelitæ mortuo Gedeone iterum adorauerunt Baal, cum quo inierunt fœdus, vt eſſet eorum Deus.

92 Inquiſitionis munus exercuit Abimelech occidens ſeptuaginta fratres ſuos, vrbem Sichem diruens, & Baal cum mille hominibus comburens.

93 Abimelech mortuo, rexit Iſraelitas Thola Iudex viginti tribus annis.

94 Iudex Iſraelitarum poſt mortẽm Tholæ extitit Iair viginti duobus annis, quorum tempore hæreſes extinctæ ſunt in Iſrael.

95 Deus puniuit Iſraelitas, quia, defuncto Iair, & Thola iterum ſeruierunt idolis, tradiditq; eos in manus Philiſthijm.

96 *Iſraelitas liberat Iephte de Ammonitis, viginti ciuitates eorum obtinet, & Iſraelem iudicat ſex annis.*

97 *Iſraelitas, Abeſſan Bethlehemita rexit ſeptem annis poſt mortem Iephte.*

98 *Mortuo Abeſſan, Iſraelitas iudicauit Elon 10. annis.*

99 *Abdon rexit* Iſraelitas, *mortuo Elon, annis octo.*

100 *Deus iterum puniuit Iſraelitas, quia mortuis iudicibus Abeſſan, Elon, & Abdon, infideles extiterunt.*

101 *Iſraelitas pœnitentes liberauit Samſon de manu Philiſthinorum.*

102 *Hæreſis, & idololatria quam immedicabile malum ſit, apparet in Iſraele.*

103 *Hæretici, & idololatræ cōparantur araneis ex ſacra ſcriptura.*

104 *Hæreſum dogmatiſtas comburi æquiſſimum eſt.*

105 *Heli ſummus ſacerdos mortuo Samſone Iſraelitas rexit annis quadraginta, qui nota hæreſis inuſtus fuit.*

106 *Hæreſim, & impietatem continebant verba Heli dicentis, Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 1. Reg. 3.*

107 *Verba blaſphema protulit Heli, poſt peccata grauia, quæ illi obiecit Samuel vir Dei.*

108 *Hæreſis, & ſcelus Heli varijs ſupplicijs puniuntur.*

109 *Hæreſis nota inuſti ſunt Ophni, & Phinees Heli filij, propter acceſſum ad mulieres, quæ obſeruabant ad oſtiū tabernaculi.*

110 *Mulieres cum quibus concubuerunt filij Heli, moniales fuiſſe non deeſt, qui exiſtimet.*

111 *Suſpicionem leuem hæreſis inducunt Ophni, & Phineæ ad mulieres concubitus.*

112 *Sacerdotio & vita priuantur Ophni, & Phinee, quia eo inuerecundè abutebantur.*

113 *Idololatria in Iſraelitis, extincta fuit toto tempore Samuelis.*

114 *Rex Saul ſucceſsit* Iſraelitis, *Samuele defuncto vltimo iudice.*

115 *Inquiſitoris munus exercuit Saul Rex auferens magos, hariolos, & eos qui pythones habebant in vētre.*

116 *Samuel an verè apparuerit Sauli, lis eſt inter Theologos.*

117 *Deus morte puniuit Saulem propter multa ſcelera, quæ commiſit, regnūq; eius tranſtulit ad Dauid.*

IAM verò labentibus aliquot annis
poſt Nemroth, &
abolita paulatim
Dei cognitione, ac
obtenebrato peccatorū colluuie rationis lumine, fuit etiam idololatriæ
1 vitio maculata. Nam † teterrimus generis humani hoſtis per varios errores præcipites, ac errantes egit, adeóque eos eluſit, vt diuinum honorem ſimulacris concederent. Sicut elegāter deſcribit Spiritus ſanctus in libro Sapientiæ, his verbis: [Initium fornicationis eſt exquiſitio idolorum: & adinuentio illorū, corruptio vitæ eſt] neq; enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc adinuenitur in orbem terrarū: & ideo breuis illorū finis eſt inuentus, acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginē: & illū qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra, & ſacrificia: deinde interueniēte tēpore conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Et hos, quos palam homines honorare non poterāt, propter hoc quod longè eſſent, è longinquo figura eorū allata, euidentem imaginem regis, quē honorare volebāt, fecerunt: vt illū qui aberat, tāquā





pręſentē colerēt ſua ſolicitudine. Prouexit aūt ad horū culturā, & hos qui ignorabāt, artificis eximia diligentia. Ille enim volēs placere illi qui ſe aſſūpſit elaborauit arte ſua, vt ſimilitudinē in melius figuraret. Multitudo autem hominū abducta per ſpeciē operis, eū qui ante tēpus tanquā homo honoratus fuerat, nūc Deū exiſtimauerūt. Et hæc fuit vitæ humanę deceptio, quoniā aut affectui, aut regibus deſeruiētes homines incōmunicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerūt. Et nō ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſciētiā, ſed & in magno viuētes inſciētiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellāt. Aut enim filios ſuos ſacrificātes, aut obſcura ſacrificia faciētes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes, neq;
vitā neq; nuptias mūdas iā cuſtodiūt, 5
ſed alius alium per inuidiā occidit, aut adulterans cōtriſtat, & omnia cōmiſſa ſunt, ſanguis homicidiū, furtū, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, & periuriū, tumultus bonorū, Dei immemoratio, animarū inquinatio, natiuita
tis immutatio, nuptiarū inconſtantia, 6
inordinatio, mœchiæ, & impudicitiæ. Infandorū enim Idolorū cultura omnis mali cauſa eſt, & initium & finis, aut enim dum lętantur inſaniunt, aut certè vaticinātur falſa, aut viuunt in-
iuſtè, aut peierant citò: dum enim cō- 7
fidunt in Idolis quæ ſine anima ſunt, malè iurantes noceri ſe non ſperant. Vtraq; ergo illis euenient dignè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniuſtè, in
dolo contemnentes iuſtitiam: non 8
enim iurantium eſt virtus, ſed peccātium pœna perambulat ſemper in iuſtorum pręuaricationem: hæc ibi.]

At non defuerunt ijſdē tēporibus qui Dei zelo accenſi pro illius gloria ac diuinitate pugnarint, dilapſos mo-
res ad veram diſciplinam reuocarint, 9
errores damnarint, & pro ea qua fungebantur autoritate punierint, quodāmodo Inquiſitorum officio fungētes, quod non erit abs re oſtendere per alias ætates factum fuiſſe. Abrahā
4 † ergo Inquiſitoris munus non ſegniter obeundum putauit, cū diuini cultus & honoris zelo ardētiſsimo inflāmatus Chaldæorū Idololatriā obiurgat, qui in igne diuinū aliquid agnoſcebāt: propter quod à Chaldęis in ignē cōburēdus inijcitur, à quo tn̄ diuino protectus auxilio mirabiliter illæſus euaſit. Ita Rupertus Abb. 5. libr. de Trinit. in Geneſ. 2. ex traditione Hebræorum: quod probare videtur D. Hiero. in traditionibus Hebraicis in Geneſ. & Burgēſ. in quadā additione ad Nicolaū de Lyra c. 11. Geneſ. & in hūc ſenſum interpretātur illa verba,
5 Geneſ. 15. † [Ego ſum Dn̄s, qui eduxi te de Vr Chaldęorum] id eſt, de igne Chaldæorū: cōfirmant hanc expoſitionē verba illa lib. 2. Eſdrę c. 9. [tu ipſe es Dn̄s Deus, qui elegiſti Abrahā, & eduxiſti eū de igne Chaldęorū] D. etiam Auguſt. lib. 12. de ciuit. Dei c. 3. cōſtā-
6 tiſsimè concludit domū † Thare patris Abrahā perſequutionē paſſam à Chaldęis pro vera pietate, quia vnus & verus Deus ab eis colebatur.

Geneſ. 19. pluit Dn̄s ſuper Sodomā & Gomorrhā, & vniuerſam terrā regio-
7 nis illius ſulphur & ignē, † non ſolùm quia peccabāt cōtra naturā, ſed etiam quia ſuadebat vnuſquiſq; proximo ſuo nullū genus libidinis eſſe peccatum: quod probat D. Thom. ex illis verbis Paul. ad Epheſ. 5. propter quod venit
8 ira Dei in filios diffidētiæ. † Et quidē Sodomitas ante conflagrationē ignis priuauit Deus bonis ſuis: nā vt ſcriptū eſt Sapientię 19. Nemo illorum inuenire potuit oſtiū domus ſuę, ita enim ibi dicitur, [vnuſquiſq; tranſitū oſtij ſui quærebat.]

9 Quid Sarra vxor Abraham? † Nonne eodem officio Inquiſitoris fungi

viſa eſt, cum Iſmael expellitur à do-
mo Abrahæ propter idololatriam, in-
quit enim ſcriptura, Geneſ. cap. 21.
Cumq; vidiſſet Sarra filiũ Agar Ægy-
ptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, di-
xit ad Abraham: eijce ancillam hãc &
filium eius. Diuus Hieronym. iuxta il-
lud Exod. 32. ſedit populus manduca-
re & bibere, & ſurrexerunt ludere. id
eſt idololatrare. Et Lyra, exponit [lu-
dẽtem] idololatrantẽ. Hanc idolola-
triam D. Paul. ad Galat. 4. appellat per-
10 ſecutionem † ſimul autem cum ma-
tre (ne illius viſendæ cauſa, aliquando
rediret) domo cijciendum curauit: ti-
mebat enim ne forte puer Iſaac Iſmae
lis conſuetudine aliquid eiuſdem la-
bis contraheret. Et hac de cauſa A-
brahæ viro ſuo ſuaſit eijcere ancil-
lam, & filium eius. Eijcitur ergo hęre-
ticus & Idololatra Iſmael, & ſhciſma-
11 ticus † quia hæretici ſeparandi ſunt
ab Eccleſia, ne ſuo cõtagio Fideles in-
ficiant. tex in can. reſecandæ 24. q. 3.
reſecandæ (inquit) ſunt putridæ car-
nes: & ſcabioſa ouis à caulis reuellen-
da, ne tota domus, maſſa, corpus, &
pecora ardeat, corrũpatur, putreſcat,
intereant. Arrius in Alexandria vna
ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſta-
tim oppreſſus eſt, totum orbem eius
flãma populata eſt. Idem, etiam docet
D. Hieronymus ad Galat. cap. 5. Ge-
21 neſ. 25. Eſau, † quia infidelis, hęreticus,
& ſimoniacus fuit, priuatur ſacerdo-
tio, & primogenitura, quod dicit D.
Paulus ad Hebr. 12. his verbis. nequis
fornicator, aut prophanus, vt Eſau,
qui propter vnam eſcam vẽdidit pri-
mogenita ſua: ſcitote quoniam poſtea
cupiens hæreditare benedictionem
reprobatus eſt: non enim inuenit pœ-
nitentiæ locum, etiam ſi cum lacry-
mis inquiſiſſet eam: quorum verbo-
rum ſenſus eſt, quod Eſau fornicator,
id eſt, idolorum cultor (nam forni-
catio dicitur in ſacra ſcriptura idolo-
latria ſæpiſsimè, & prophanus id eſt,
13 ſimoniacus, † quia primogenituræ
erat quondam annexum ſacerdo-
tium) vendens Eſau primogenitu-
ram, vendidit etiam ſacerdotium. Et
ideo fuit prophanus, & ſimoniacus,
vnde non inuenit apud Patrem Iſaac,
14 locum pœnitentiæ † quia irrecupera-
biliter perdidit omnia bona, quæ iu-
re hæreditario ad illum pertinebant,
vt patet Geneſ. 27.
15 Geneſ. 31. † Deus transfert in do-
mũ Iacob ſerui ſui diuitias Laban in-
fidelis, quia abiecto cultu veri Dei,
Gentiliũ & Chananęorum Deos ado-
16 rabat: quamobrem † Rachel furata
eſt Deos patris ſui Laban, vt ab idolo-
latria eum retraheret. Et Iacob, Lię &
Racheli vxoribus ait: tulit Deus ſub-
ſtantiam patris veſtri: & dedit mihi
& ipſę vxores reſponderunt: Deus tu-
lit opes patris noſtri, & nobis eas tra-
didit ac filijs noſtris.
17 Iacob † Patriarcha (vt dicitur Ge-
neſ. cap. 34) viſus eſt officium ſanctæ
Inquiſitionis exercere cũ vocatis do-
meſticis ſuis, timens ne à Chananæis
deleretur ipſe & domus eius tota, pro
pter ſtragem quam in vrbem Sichem
filij eius exercuerant. cap. 35. monet
vniuerſam ſuam familiam, vt abijce-
rent Deos alienos quos adorabãt plu-
18 res ex ſuis, † dederuntq; ei Deos alie-
nos quos habebant, & inaures quæ
19 erant in auribus eorum: † nam viri
& fœminæ ſimulacra Deorũ Chana-
næorum geſtabant pro in auribus, ita
Diu. Auguſt. Rupert. Nicolaus, Caie-
20 tan. & gloſ. interl. ex quo colligo. †
Quod ſi propter alienorum Deorum
cultum timet iure Iacob, ne delea-
tur eius domus & vniuerſa diripia-
tur ſubſtantia propter infidelitatem
21 & hæreſim, † iure etiam hæretici pri-
uantur bonis ſuis, authen. Gazaros.
C. de hæret. & cap. vergentis. de hæ-
ret. cum alijs.

Et



Et in Exodo & Numerorũ libris cõ-
22 ſtat intra † primũ bieniũ, quo egreſsi
ex Ægypto Iſraelitę in deſerto ſunt
verſati, decies tentaſſe Deũ, & in hæ-
reſim prolapſos fuiſſe. Nã Numer. 14.
verſ. 22. ſcriptum eſt: attamẽ omnes
homines qui viderunt maieſtatẽ, & ſi-
gna quæ feci in Ægypto, & in ſolitu-
dine, & tẽtauerunt me iam per decẽ
vices: nec obedierunt voci meæ: hæc
23 ibi: † Et propter has hæreſes priuati
ſunt bonis Terræ promiſsionis: nam
nemo horum hæreticorum ingreſſus
eſt in terram promiſsionis, quæ iure
illis debebatur. Nam in eodem cap.
ſcriptum eſt: Non videbunt terram
pro qua iuraui patribus eorum, nec
quiſquam eorum, qui detraxit mihi,
intuebitur eam.
Primò ergo ante ingreſſum maris
Rubri leuantes oculos filij Iſrael vi-
derunt Ægyptios, dixeruntq; Moyſi,
(vt patet Exod. 14.) Forſitan nõ erant
ſepulchra in Ægypto: ideo tuliſti nos
vt moreremur in ſolitudine: nonne
iſte eſt ſermo quem loquebamur ad
te in Ægypto, dicentes: recede à no-
bis vt ſeruiamus Ægyptijs: hæc Exod.
24 vbi conſtat † nõ crediidiſſe Deo Iſrae-
litas polliccnti ſe liberaturum eos
per manum Moyſis ex Ægyptiorum
furore: quod magis explicuit Beatus
Stephanus Act. cap. 7. dicẽs: hũc Moy
ſem quem negauerunt dicentes, quis
te conſtituit principem & Iudicem?
25 hæc ibi: Ex quibus conſtat † in Ægy-
pto cum educeret eos, & in ingreſſu
maris Rubri non credidiſſe Iſraelitas
Moyſen à Deo ęſſe miſſum. Pſal: 105.
& irritauerunt aſcendentes in mare:
mare Rubrum.
26 Secundò, In hęreſim † prolapſi ſunt.
Exod. 15. verſ. 24. quando egreſsi de
mari rubro ambulauerunt tribus die-
bus per ſolitudinem ſiti oppreſsi: &
venerunt in Mara, nec poterãt aquas
bibere propter earũ amaritudinem,
& murmurauit populus contra Moy-
ſen dicens: quid bibemus? quaſi. dice-
ret, quare decepiſti nos? cur eduxiſti
nos ex Ægypto, quaſi Dei legatus &
dux cum te non miſerit Dominus?
Tertiò murmurauerunt cõtra Moy
ſem Exod. 16. decimaquinta die poſt-
27 quã egreſsi ſunt de Ægypto, & † du-
bitauerũt de Dei prouidẽtia. Pſal. 77.
Et maleloquuti ſunt de Deo dixerũt:
nunquid poterit Deus parare mẽſam
28 in deſerto? nũquid & panẽ poterit da-
re, aut parare mẽſam populo ſuo? ideo
audiuit Dñs & diſtulit, id eſt, ingreſ-
ſũ terrę promiſsionis diſtulit: decreuit
illos priuare bonis terræ promiſsionis.
Quartò In hęreſim inciderũt. Exod.
29 16. verſic. 20. † quando præcepit eis
Deus per Moyſem vt colligerent
Manna, nihil ex eo reſeruantes in diẽ
craſtinum: qui non credentes dimiſẽ-
runt quidam ex eis vſq; ad diem ſe-
quentem, & ſcatere cœpit vermibus
atq; computruit, & iratus eſt contra
eos Moyſes.
30 Quinto, Infideles apparuerunt. †
Exod. 16. verſ. 27. cum iuſsi colligere
feria 6. duplicem Mannæ menſuram
pro ea die, & pro ſequenti die Sabba-
ti, in quo (quia dies feſtiuus erat &
requies Dñi) non licebat colligere,
egreſsi ſunt ad colligendum contra
diuinũ oraculum, nullã fidem illi ad-
hibentes, & non inuenerunt Manna,
& iratus eſt Dominus.
Sextò Numerorum cap. 20. & Exod.
17. In Raphidim ſitiens populus ma-
31 lè ſenſit de Moyſe † & de Diuina pro
uidentia, & negat oppreſſus ſiti poſ-
ſe Deum ſibi dare aquas, ſed Moyſes
educit aquam de petra iubente Deo.
32 Quapropter minatur illis Deus † nul-
lum illorũ, qui cõtra diuinã prouidẽ-
tiã blaſphemus fuit, ingreſſurũ terrã
pmiſsionis, ex quo fit hęreticos rectè
priuari bonis ſuis. Hoc loco notare o-
portet in Moyſẽ etiã latã fuiſſe rigidã

 ſenten-

33 ſententiam, † non ingreſſurum eum
in terram promiſsionis, ob id nimirũ,
quia dubius fuit in fide, vt conſtat
Numer. 20. & idem accidit Aaroni.
Explicuit hoc Dauid Pſalm. 98. Moy-
ſes & Aaron in ſacerdotibus eius. Et,
Domine Deus noſter, tu exaudiebas
eos, Deus tu propitius fuiſti eis, & vl-
ciſcens in omnes adinuentiones eo-
rum: vbi Genebrardus, & alij inter-
pretantur: vlciſcens opera mala quæ
faciebant ipſi: nam puniuit eos pro-
pter dubitationem, ſeu hæreſim ad
aquas contradictionis, & Pſal. 106. &
irritauerunt eum ad aquas contradi-
ctionis, & vexatus eſt Moyſes pro-
pter eos; nam ideo Moyſem puniuit
Deus excluſione terræ Sanctæ, quòd
ad aquas contradictionis viſus fuerit
dubitare, & addidit Pſalmus, & di-
ſtinxit in labijs ſuis: Græcè, διέστειλεν, i,
dubijs labijs, & hæſitabundis verbis
pollicitus eſt aquam de petra: ita ex-
poſuit D. Chryſoſtomus.

Septimò, in idololatriã prolapſi ſunt.
34 † Exod. 32. dum tardante Moyſe in
monte compulerunt Aaronem, vt il-
35 lis Deum fabricaret, † Aaron autem
colliquatum aurum miſit in luteum
exemplar: & formatus eſt vitulus au-
reus, vbi Diuus Auguſt. Caietan. Lip-
pomanus, & Vatablus dicunt om-
nino falli eos, qui exiſtimant opere
36 dæmonis eductum fuiſſe vitulũ, † fa-
ctus enim data opera: nam id innuunt
illa verba Exod. fecitq; populus quæ
iuſſerat Aaron, deferens ei inaures,
quas cùm ille accepiſſet, formauit o-
pere fuſorio, ac fecit ex eis vitulum
37 conflatilem. † Primò ergo notandum
eſt factores huius aurei vituli fuiſſe
dogmatiſtas: Nam in toto orbe terra-
rum nemo legitur adoraſſe vitulum
fuſilem, aut fabrefactũ ante Iudæo-
rum populum: quod dixit Oſeas 8.
illis verbis, quia ex Iſrael ipſe eſt, ſci-
licet vitulus: artifex fecit illum. Super
quæ verba doctiſsimus Arias Monta-
nus æterna memoria celebrãdus ait,
vitulum conflatilem deſerti inuentum
38 fuiſſe cerebri Iſraelis. Fuit ergo † Aa-
ron inuentor nouæ idololatriæ: quod
illi Moyſes dixit: quid tibi fecit hic
populus, vt induceres ſuper eum pec
39 catum maximum? † non enim ſolum
illum populũ induxit ad peccãdum,
40 ſed gentem venturam. † Notandum
eſt ſecundò occaſione huius vituli po
pulum ad extremam inopiam fuiſſe
redactum. Eſt hæc punitio debita hæ-
reticis & idololatris. Nam eodẽ cap.
Exod. ſcriptum eſt, videns autẽ Moy-
ſes populum quod eſſet nudatus, ſpo-
41 liauerat enim eum Aaron. † Notan-
dum tertio à Moyſe vitulum in pul-
uerem fuiſſe redactum, datumq; in po
tu populo bibendum, quia, vt notat
magiſter Hiſtoriæ ſcholaſtic. cap. 73.
42 in Exod. † puluis ille aureus in barbis
authorum ſceleris miraculoſè appa-
ruit, vt à Moyſe cogniti interficeren-
tur: interfectiq; ſunt ea die à Leuitis
triginta tria millia hominũ: vbi frater
non pepercit fratribus, neque pater
43 filijs: † nam crimẽ hæreſis, & idolola-
triæ accuſatores, & vltores debet ha-
bere ipſos cognationis, & conſangui-
nitatis iure propinquiores parentes:
& fulcitur lege illa Deuteronomij, c.
13. quâ planè præcipitur, vt impius oc
cultus accuſetur & indicetur, etiamſi
frater, filius, vxor, vel amicus ſit, quã
ſententiam Philo ille doctiſsimus, in
libro de Victimas offerentibus, in-
quit: nõ vates eſt, qui quoniam men-
dacia commentus eſt, & falſa oracula,
etiam ſi frater aut filius, vxor aut filia,
familiaris, aut amicus ſit, ſi per ſpeciẽ
beneuolentiæ ſeducere te ad impie-
tatem ſuam ſtudeat, necãdus eſt, tan-
quam hoſtis publicus ſine reſpectu
priuatæ neceſsitudinis. Huc etiã per-
tinet illud Exod. c. 32. vbi præcipit
idololatras occidendos eſſe, etiam ſi
fratres,



fratres, amici, & proximi ſint. Deniq;
rogatus Deus à Moyſe, non deleuit
vniuerſum illum populum, quẽ pe-
44 nitus conſumere volebat, † addidit
tamen ſe non traditurum obliuioni
tantum ſcelus: ego autẽ (inquit Deus)
in die vltionis viſitabo & hoc pecca-
tum eorum: quia vt ait Lyranus, &
45 Hieronymus Oleaſter, † quoties po-
pulus hic propter aliquod ſcelus pœ-
nas dedit, ſemper pars etiam pœnæ
addebatur pro aureo vitulo, cuius
Dauid meminit, Pſalm. 105. & fecerũt
vitulum ſcilicet fuſilem in Horeb, &
adorauerunt ſculptile, & mutauerunt
gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli
comedentis fœnũ, & dixit vt diſper-
deret eos, ſi non Moyſes electus eius
ſteriſſet in confractione, id eſt: dixit
Deus ſe diſperditurum eos omnes ad
vnum, & ita ſtatuerat niſi Moyſes ſte-
tiſſet, quaſi ex oppoſito rupti muri ne
46 cadens comminueret populũ. † Nam
40. diebus & noctibus, vt patet Deu-
teronomij cap. 9. ad placandũ Deum
de peccato vituli in monte ante Deũ
procedit. In eo aũt quod triginta tria
millia hominum per manus filiorum
47 Leui occiſa fuerunt, † obſeruandum
eſt, ſanctæ Inquiſitionis officium ex-
ercitatũ fuiſſe contra idololatras per
manus filiorum Leui, ſicut modò per
manus Epiſcoporum, & Inquiſito-
rum.
48 Octauò, Nõ crediderũt † poſſe Deũ
dare illis terram promiſsionis, pro-
pter quod nudauit eos bonis ſuis; &
in Gentiũ captiuitatẽ reduxit ſemen
eorũ, quod dicit Pſal. 105. pro nihilo
habuerunt terram deſiderabilẽ & nõ
crediderũt verbo eius, ſcilicet, quod
daturus eſſet, aut dare poſſet terram
illam quam promiſerat: & eleuauit
manum ſuam ſuper eos, vt proſterne-
49 ret eos in deſerto: † id eſt puniuit eos
morte miſera in deſerto, & vt deijce-
ret ſemẽ eorũ in nationibus, & diſper
deret eos in regionibus. Ecce filios
punitos pro ſcelere & hęreſi parentũ.
Nonò, Numer. Cap. vndecimo. verſ.
4. populus fleuit reducens in me-
moriã ollas piſcium Ægypti, & æſtuãs
deſiderio comedendi carnes coturni
cum, † ſed dubitabant potentiam Dei
50 poſſe illis eas dare. Quapropter in vin
dictam huius hęreſis miſit in eos mor-
bum repletionis, quo ſaturati interi-
bant: cecinit Pſal. 77. & male loquuti
ſunt de Deo, & dixerunt: numquid
poterit Deus parare menſam in de-
ſerto? Menſa carnium erat: explicant
verſus ſequentes: & pluit ſuper eos ſi
cut puluerem carnes, & ſicut arenam
maris volatilia pẽnata. Et ceciderunt
in medio caſtrorũ eorum circa taber-
nacula eorum, & mãducauerũt, & ſa-
turati ſunt nimis, adhuc eſcę eorũ erãt
in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſu-
51 per eos: † ira hæc Dei morbus fuit im-
medicabilis, qui Hebraicè (tazoh) di-
citur: macies eſt mortem inferens rẽ-
52 pentinam ex ingurgitatione †. Vt no-
tat Rabbi Moſe Nahaman nu. 11. &
Aben Ezra dicit eſſe peſtem, ſed Da
uid Pſalm. 105. appellat ſaturitatem: &
concupierunt (inquit) concupiſcen-
tiam in deſerto, id eſt, carnes cotur-
nicum, & miſit ſaturitatem in animas
eorũ, id eſt, morbum ſaturitatis, nau-
ſeam appellat Moyſes num. 11. faſti-
dietem omne genus cibi. Et huic ſen-
tentiæ adhæret M. Didacus de Auila,
ordinis ſanctiſsimæ Trinitatis, vir ſanè
eruditus, & in interpretatione ſacræ
ſcripturę, & ſãctorũ Patrũ perdoctus
ex cuius ſcriptis aliqua collegimus.
53 Decimò, Apud Exod. c. 17. † in Ta-
bera dubitauit an Deus eſſet inter il-
los, & curaret res humanas, his præci-
puè decem vicibus ſe infideles & hæ-
reticos oſtenderũt in illo primo bien-
nio, quo deſerti incolæ fuere ſemper,
potentiam Dei limitantes, ac ea blaſ-
phemantes ſicut dicit David Pſalm.

77. quoties exacerbauerunt Deum
in deſerto,& conuerſi ſunt[ſcilicet,ad
priſtinos mores]& tentauerunt Deũ,
& ſanctum Iſrael exacerbauerunt,pro
exacerbauerunt,limitauerunt, circũ-
ſcripſerũt, cõcluſerũt, hæc enim om-
nia ſignificat verbũ Hebraicũ; quia
increduli Iudæi limitibus quibuſdam
ſtringebant Dei potentiam, vt non
54 plus poſſet quàm illi volebant, † &
verbum etiam Hebraicum ſignificat
crucifigere:nam ſi Deus eo tempore
eſſet mortalis,cum ita odio habebãt,
vt ſi poſſent eum crucifigerent:Qua-
propter nemo illorum ingreſſus eſt
in terram promiſſam, quod cecinit
Dauid Pſalm.115.& D.Paulus ad He-
bræos c.3.Quibus iuraui in ira mea,ſi
introibunt in requiem meam.

Quadraginta annis in deſerto ver-
55 ſatus eſt † Iudæorum populus,& toto
hoc tempore animum habuit infide-
lem,hæreticum,& idololatram, vt ex
Apoſtolorum Actis deducitur cap.7.
vbi D.Stephanus ait: Numquid victi-
mas & hoſtias obtuliſtis mihi annis
quadraginta in deſerto domus Iſrael?
& ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch?
& ſydus Dei veſtri Rempham? & fi-
guras quas feciſtis adorare eas?& trãſ-
feram vos trans Babylonem. Locum
hunc ſumpſit D.Stephanus ex cap.5.
Amos prophetæ,& eum explicuit:&
ſenſus priorum verborum eſt; nun-
quid toto quadraginta annorum tem
pore,quo verſati eſtis in deſerto, ho-
ſtias mihi aut ſacrificium obtuliſtis?
nõ ſanè,ſed idolis veſtris.Ita hęc ver-
ba interpretantur Hieronymus &
Theodoretus:eadẽ expoſitio eſt gloſ.
Amos 5.& Actor. 7. & Ruperti in
eundem locum Actuum, & Bedæ,
56 † nam vt aduertit Hieronymus quar-
to menſe ab egreſſu ex Ægypto ado-
ratus eſt vitulus,poſt cuius adoratio-
nem dijs plurimis & idolis ſacrificia
57 in deſerto obtulerunt.† Quod ſi po-
ſtea quædam Domino eos legimus
obtuliſſe,non voluntate ſed pœnarũ
fecerunt metu, quod patet Deute-
ronom. 31. verſicul. 27. A die qua
egreſſus es de Ægypto ſemper aduer
ſus Dominum contendiſti:hæc dixit
Moyſes morti vicinus,& Pſal.95.qua-
draginta annis offenſus fui genera-
58 tioni huic:† Id eſt, totis quadraginta
annis,quibus verſati ſunt in deſertis
Arabicis tædio mihi fuit illius ætatis
genus hominum, propter increduli-
tatem: & quod addit, & ſuſcepi-
ſtis tabernaculũ Moloch: ſenſus eſt:
eleuaſtis & humeris portaſtis taberna
59 culum idoli, † idoli Ammonitarũ di-
cti Moloch, cuius fit mentio.4.Reg.
23.& Ieremiæ.32.Arias Montanus cõ-
tẽdit eſſe Mercurium. Hoc ſcelus de-
60 ſerti in Pentatheuco nõ refertur,† &
ſidus Dei veſtri Remphã: erat Rem-
pham ſtella quę Lucifer dicitur,vt ait
Bedá & Lyranus & interlinearis gloſ-
ſa,vel quod Mercurius aut Moloch
habuerit hanc ſtellam tranſparentem
in extrema frontis parte,vt ait Oecu-
61 menius. † Sicut Romani Iulij Cæſa-
ris ſimulachro ſtellam in vertice ad-
debant,vt in fine eiuſdem vitæ dicit
Tranquillus:vel quod ſtellarum ima-
gines adorauerint,& præcipuè Luci-
feri. Et transferam vos trans Babylo-
nem:ſermo eſt de decem Tribubus
Iſrael quę.4.Regum.7.translatæ ſunt
ad Aſſyrios in ciuitatibus Medorum
longè à Babylone,& vſq; in hunc diẽ
propter illam idololatriã in ea capti-
uitatẽ ſunt,ſicut in ea erant tempore
Diui Stephani,vnde Ioſephus 11.An-
tiquitatum cap. 5. Decem autem tri-
bus(inquit)nunc quoq; vltra Euphra-
tem ſunt infinita hominum millia,
quæ vix numero eſt comprehẽdere.
62 † Idololatria ergo & hæreſis punitur
priuatione proprię libertatis,& bono
rum,& exilio.Huc vſq; dictũ eſt de tẽ-
63 pore Moyſis,† qui ante ingreſſum Ter

ræ



ræ promiſsionis mortuus eſt,etiã pro-
pter incredulitatem.

Notandum eſt Numer.11. quod in
64 Tabera † extremam partem caſtro-
rum conſumpſit ignis,& vocatum eſt
nomen loci illius Tabera,ideſt,incen-
dium:nam ibi excitatum eſt contra
eos propter murmur, & blaſphemias
contra Dominum ob laſsitudinem
itineris.

65 Notandum.2.ex Numer.cap.16.†
Schiſmaticos Chore Dathã,& Abirõ
cum omnibus bonis quę ad eos perti-
nebant hiatu terræ deuoratos fuiſſe,
quos infideles & hæreticos appellat
66 B.Iſidorus:& † & ignis egreſſus à thu-
ribulis quorumdam ambientium ſa-
cerdotiũ combuſsit ducètos quinqua
ginta viros,qui offerebant incenſum,
vt optimè colligit Magiſter Hiſtoriæ
ſcholaſticæ cap. 20.ſuper Numer. ce-
cinit hoc etiam Dauid Pſa.105.[Et ir-
ritauerunt Moyſen in Caſtris, Aaron
ſanctum Domini]concitando ſcilicet
ſchiſma pernicioſum, & ſeditionem
in ipſum, & Dei ſacerdotes: & ope-
ruit ſuper cõgregationem Abiron, &
exarſit ignis in Synagoga eorum, flã-
ma combuſsit peccatores:Dixitq; Do
minus ad Moyſem, & ad Eleazarum
filium Aaron ſacerdotem: tolle thu-
ribula aurea de medio exuſtorum, &
facies laminas ductiles, & affiges eas
altari.

Licet in Hiſtoria Pentateuchi,non
reperiatur Iudæos adoraſſe ſerpentes
in deſerto,aſſerit tamen ſacra ſcriptu
67 ra † Sapient.11.verſic.16.quod quidã
errantes colebant mutos ſerpẽtes, &
beſtias ſuperuacuas: immiſiſti illis
multitudinem mutorum animalium
68 in vindictã,vt ſcirẽt † quia per quę pec
cat quis, per hæc & torquetur: hinc
dixit D. Aguſt.lib.3. de liber. arbitrio
illa eſt pœna peccati iuſtiſsima,vt amit
tat vnuſquiſque illud quod bene vti
noluit, cùm ſine vlla difficultate poſ-
ſet ſi vellet,ideſt, vt qui ſciẽs rectè nõ
facit,amittat ſcire quod rectũ ſit:& qui
rectũ facere cùm poſſet, noluit, amit-
tat poſſe cum velit. c. Achab. de pœ-
nit.diſtinct.3.c.qui ea.38.diſt.& Greg.
lib.6.Moralium.Vnde Cicer. lib. 3.de
legib. in fine dixit: noxiæ par pœna
eſto, vt in ſuo vitio quiſq; plectatur,
per mutos ſerpentes aſpides intelli-
git,qui ſurdi ſunt:ſecũdum illud Pſal.
ſicut aſpidis ſurdę & obturantis aures
ſuas.Sunt etiam mutæ,vt ait Ælianus,
Atius,& Paulus & alij,qui de ſerpen-
tium natura ſcripſere, & ſuperuacuas
appellat aſpides, quòd ſint inutiles
Medicinæ,nam vipera eſt vtilis anti-
datis, & ex alijs ſerpentibus fiunt me-
dicamina:at aſpis omnino eſt inutilis
vt docet Galenus de Theriaca ad
69 Piſonem c.2. & cap. 4. † propter ido-
lolatriram ergo toſit Deus infideles
morſibus aſpidum.

Apud Num.c.21.murmurauit popu-
lus in Salmana cõtra Moyſen,& con-
70 tra Dominum † blaſphemantes con-
tra eius prouidentiam, & immiſit in
illos ignitos ſerpẽtes:igniti enim erãt
& dicebantur, quia ignem ſpirabant
adurebãtq; carnes infidelium Iudęo-
rum,quin & mordebant eos, vt dici-
tur Sapiẽt.16.ſuperuenit illis ſęua be-
ſtiarum ira:morſibus peruerſorum co
lubrorum exterminabantur, de quo
1.Corinth.10.n.9.

Pſalm. 105. filij Iſrael cum eſſent
in Setim in Campeſtribus Moab ado-
71 rauerunt † Priapum Deum Moabi-
tarum,qui libidini præeſt, & ſuſpenſi
ſunt in patibulis principes populi:&
interfecti ſunt gladio ea die viginti
quatuor millia hominum.Sic enim ait
Dauid:& initiati ſunt Beelphegor, id
eſt,religione coniuncti ſunt Beelphe-
gor idolo Moabitarum,& Madianita-
rũ. A filiabus Moab inuitati ei ſacriſi-
cando, & cum filiabus eorum ſcor-
tando.Beelphegor autem dñi aper-

tionis

tionis interpretantur Hebræi, quem
Priapum alij vocant idolum tentigi-
nis,& comederunt ſacrificia mortuo-
rum.Id eſt, idolorum & Dæmoniorũ,
quæ mortua ſunt quantum ad pote-
ſtatem , & mortificant ſuos culto-
res, & irritauerunt eum in adinuen-
tionibus ſuis,& multiplicata eſt in eis
ruina, nam vt conſtat Numer. 25. ſu-
ſpenſi ſunt Principes populi, & cæſi
ac mortui viginti quatuor millia pro-
pter hoc ſcelus. Et ſtetit Phinees, &
placauit, & ceſſauit quaſſatio : Nam
Phinees ſacerdos Deum placauit ira-
tum, ſumendo ſupplicium de tranſ-
greſſoribus ; exorauit enim ſuis
precibus, & cohibuit cladem : ſup-
plicia enim impiorum placãt Deum.
Hucuſque viuente Moyſe idola cõ-
luiſſe conſtat filios Iſrael in deſerto.

Mortuo Moyſe, ſucceſsit ex diui-
no decreto optimus Dux Ioſue filius
Nun, qui introduxit in promiſſam
terram Iſraeliticum populum, & de-
bellauit antiquos colonos regionis il-
lius Chananæos, diuiſitque terram,
& diſtribuit cuique Tribui. Sed vt
cap.vltimo Ioſue ſcriptum eſt : ſerui-
uit Iſrael Domino cunctis diebus
Ioſue & ſeniorum, qui longo vixe-
rant tempore poſt Ioſue,& qui noue-
rant omnia opera Domini quæ fece-
72 rat in Iſrael. † Deus populum ſuum
triplici gubernatorum genere rexit.
Primò per Iudices à Moyſe vſque ad
Saulem Regem : ſecundo per Reges
à Saule vſque ad Babylonis tranſmi-
grationem : tertiò per Pontifices à
reditu captiuitatis Babylonicæ vſque
ad proximum tempus Chriſto, quan-
do Ioannes Hircanus, à Machabæis
oriundus impoſuit ſibi diadema re-
73 gium. † His ferè omnibus tempori-
bus in infidelitatem, & idololatriam
Iſrael eſt relapſus, & à Deo grauiter
74 punitus.Primò, † quidem tẽpore im-
perij Ioſue, qui rexit Iſraelem vi-
ginti & ſex annis ( vt vult magiſter
Hiſtoriæ ſcholaſticæ cap. vltimo Io-
ſue ) aut viginti & octo annis ( vt ibi-
dem oſtendit Andreas Maſius vir
doctiſsimus) & tempore ſecundi Du-
cis ( qui in libro Iudicum cap. primo
Iudas appellatur, & ſucceſsit mor-
tuo Ioſue ) Iſrael ſeruiuit Domi-
no, & ab idolis abſtinuit, ferè per
quadraginta annos. Mortuis his op-
timis Ducibus, Iſrael non habuit Iu-
dicem , ſed quiſque quod ſibi re-
ctum videbatur faciebat : vt patet
75 Iudicum cap. decimoſeptimo.† Sum-
pſit autem initium idololatria ab in-
ſigni quodam viro ( vt in eodem re-
fertur capite ) Micha nomine ex tri-
bu Ephraim. Hic argenteum con-
flat & facit ſibi idolum, cui Leui-
tam Bethlehemitẽ præfecit ſacerdo-
76 tem; † at cum filij Dan ampliorem
quærentes ſibi habitationem aſcen-
derent, ad expugnandum Lais vr-
bem, è domo Michæ idolum, & ſa-
cerdotem vi auferunt, & expugna-
tam vrbem ac dirutam iterum, reędi-
ficant, vocant eam Dan, vbi id ido-
lum Michæ ſibi erigunt, idque dein-
77 ceps colunt, ſerpſit † autẽ ſicut can-
cer hæc idololatriæ contagio, & vni-
uerſum infecit Iſraelem, quod Pro-
pheta Micheas cap.primo, dixit illis
verbis : [tumultus quadrigę ſtuporis
habitanti Lachis principium peccati
eſt filiæ Sion, quia in te inuenta ſunt
ſcelera Iſrael : propterea dabit emiſ-
ſarios ſuper hæreditatem Geth.] ſen-
ſus horum verborum eſt ſecundum
Lyranum : veniet tumultus bellicus
quadrigarum hoſtilium in vrbem La-
chis ( quæ ſecundum Brocardum in
deſcriptione Terræ ſanctæ, & Lyra-
num, eſt eadem quæ Lais) & ipſam in
maximam admirationem, atque in
ſtuporem excitabunt. † Principium
78 peccati eſt filiæ Sion, id eſt, eſt prima
vrbs quæ ſua idololatria corrupit vni-
uerſam



uerſam Iudæã & Iſraelem:Propterea
captiui ducẽtur,& mittent expeditos
milites ad auxiliũ petendũ à Gethęis.
Geth enim vna eſt ex Philiſthæo-
79 rum vrbibus. † Ecce propter idolo-
latriam libertatis amiſsio, captiuitas,
& alia mala poſt mortem Ioſue, &
Iudæ iudicum Iſrael.

Non ſolùm poſt mortẽ Ioſue, Iudæ
& ſeniorum Iſrael adorauit idolũ ar-
80 genteum Michæ; † ſed etiam Deos
Chananæorum Baal,& Aſtaroth, quia
miſcuerãt prius connubia cum Cha-
nanæis. Quamobrem iratus Dominus
tradidit eos in manu Chuſan Raſa-
thaim Regis Meſopotamiæ, & Syriæ,
ſeruieruntque ei octo annis priuati
ſuis bonis ac libertate, vt conſtat Iu-
dicum cap. 2. & ſignificat Propheta
Dauid, Pſalm. 105. & commiſti ſunt
inter Gentes. Nam cum eas iuſsiſſet
Deus exterminare (Deuteronom. c.
7.verſ.2.& c.12.verſ.2.& 3.) ſe miſcue
rũt cum eis, connubia & matrimonia
celebrantes, & didicerunt opera eo-
rum. Nam Iudicum cap.2. verſ. 11.&
c.3.verſic.6.& 7. ex matrimonijs con-
81 tractis † cum filijs infidelium & idolo-
latrarũ orti ſunt mores corruptiſsimi
in Iſraelitis, idololatria, infidelitas, &
hæreſum varietas: & ſeruierunt ſcul-
ptilibus eorum, id eſt, Baal præcipuè
& Aſtaroth Dijs Chananæorum: He-
braicè pro ſculptilibus eorum eſt, ex
Iudic.cap.2.13. id eſt, pro doloribus
eorum, vt rectè transfert Pagninus
82 in ſuo Pſalterio, † idola enim in ſacra
ſcriptura dolores appellãtur effectiuè
ſicut apud Lyricum mors dicitur pal-
lida, quia eſt cauſa palloris, quod ex-
plicat Pſalmiſta in eo quod addit, &
factum eſt illis in ſcandalum, pro ſcã-
dalo in Hebræo eſt Mocheſe, quæ
vox ſignificat ſcandalum, laqueum,&
83 ruinam. † Ex idololatria enim & infi-
delitate pullulant, tanquam ex equo
Troiano laquei, cædes, & ruinæ, im-
piorum, eorum ſcilicet, qui poſt obi-
tum Ioſue, & ſeniorum idola colue-
runt, in ſui ipſorum perniciem, vt op-
timè interpretatur Genebrardus hũc
locum.

Clamantibus autem Iudæis dura
oppreſsis ſeruitute Regis Syriæ abie-
ctaque ex animo idolorum cultura,
84 Dei ſpiritu ſuſcitatus eſt † Othoniel
frater Caleb iunior de tribu Iuda, qui
prædicto Rege Syriæ pugna deuicto,
Iſraelem liberat, ac iudicat quadra-
ginta annis, vt conſtat Iudicum cap.
3. Quo ſuperſtite ac gubernacula te-
nente idola ſunt deleta, hæreſes
extinctæ, & ideo nullus hoſtium au-
ſus eſt mutire in Iſraelem, neque ar-
85 ma ſumere. † Sed mortuo Othoniele
hæreticorum vindice acerrimo, reuer
ſus eſt Iſrael ad idola,& priſtinam in-
fidelitatem,& ab Æglon Rege Moab
debellatur,& duro ſeruitutis iugo co-
gitur colla ſummittere, amiſsis bonis
ac libertate, cui ſeruiuit decẽ & octo
annis donec oppreſſus idola abijcit
clamans ad Dominum, à quo ſuſcita-
86 tur † Aiod ambidexter de tribu Ben-
iamin, qui ingreſſus cum Æglon Re-
ge ſolo cęnaculum ęſtiuum, vt ſecre-
tò colloqueretur, pugione vẽtrẽ eius
transfigit, fugitq; clanculum : colle-
ctoque exercitu tumultuario in mon-
te Ephraim Moabitas omnes vſque
ad decem millia interficit, fana idolo-
rum diruit, delubra comburit, atque
Iſraelem ſeruitute liberatum iudicat
octoginta annis, quibus ab idolola-
tria Iſrael abſtinuit : principes enim
fideles hoc bonum præſtant populis,
ne hęreſi aut idololatria contaminen-
tur: Poſt Aiod Samgar principatũ obti-
net anno vno,& de Philiſthęis intẽdẽ
tibus regnũ Iſraelis aggredi ac occu-
pare, occidit ſexcentos vomere vno.
Nam nihil eſt fortius Rege, ac regno
87 fideli. Moritur Samgar † & Iſrael (vt cõ
ſtat, Iudicum cap.4) denuo ſicut canis
reuer-

reuertitur ad vomitum,fornicatur cũ
Idolis,& tradidit eos Dominus in ma-
nu Iabin Regis Chanaan, vehemen-
terque opprimit eos per viginti an-
nos:quibus elapſis recantant palino-
diam, deteſtantur Deos alienos, cla-
88 mant ad Dominum.† Debora mulier
inſignis ac Prophetiſſa Iſraelis Iudex
accerſito Barach, pręficit eum nume-
roſo exercitui, quem ipſa comitatur
egreſſaque in bellum Dominus de cæ-
lo tonitruo,fulgure & grandine con-
terit grandem Chananæorum exer-
citum, eius Ducem Siſaram clauo mu
lier Iahel per tempora trãsfigit, dele-
turRex Iabin cum ſuis,liberatur Iſrael
quem iudicat Debora quadraginta
annis. Obijt Debora,† Iſrael rurſum
89 perfricta frõte adorat Idola. A Madia
nitis ſubiugatur Iudicũ 6. ipſorũ ſata
deuaſtantur, pecora laniãtur, valdeq;
opprimuntur annis ſeptem, quibus
elapſis veteres plangunt errores, re-
cedunt ab Idolis, rurſuſq; ijs claman-
90 tibus ad Dominũ † Angelus Domini
apparuit Gedeoni frumenta excutiẽ-
ti: Iubet ei vt liberet Iſraelem de ma-
nu Madiam,deſtruit aram Baal,caſtra-
metatur ad fontem Arad, & electis
trecentis militibus cuiq; dat tubam,
& lagænam vacuam, & in ea facem
ardentem, clangunt tubis, confrin-
gunt hydrias, mutuis ſe cædibus ho-
ſtes cõficiunt,& interiere ſuis gladijs
centum viginti hoſtium millia, cum
ſuis principibus. Liberat Iſraelem,
quem moderatur quadraginta annis.
91 † Moritur Gedeon. Relabitur Iſrael
Iudic.c.8. Extruit ſibi fanũ Baal iuxta
Sichem, cum quo ibi percutit fœdus,
92 vt eſſet eorum Deus ; ſuſcitatur †
Abimelech filius nothus ſeu ſpurius
Gedeonis,qui munus inquiſitoris ex-
ercet,occidit ſeptuaginta fratres ſuos
ſuper lapidem vnum, vrbem Sichem
expugnat, & occiſis habitatoribus
eam penitus diruit.Sale ſeminat,mox
fanum Baal, cum mille hominibus
comburit.Conſtant hæc Iudic.cap. 9.
93 † poſt mortem Abimelech Thola,Iu-
dic.10.Iudex eſt creatus, qui iudica-
94 uit Iſraelem viginti tribus annis. †
Huic ſucceſsit Iair Galaadites de tri-
bu Manaſſe, iudicat Iſraelem, vigin-
ti duobus annis, tempore horum
duorum iudicum Thole, & Iair, ido-
lolatria,& hæreſes exulauerunt longè
95 ab Iſraele.† Sed his optimis iudicibus
mortuis Iſraelitæ relicto Deo ſeruien-
tes idolis Baalim,Aſtaroth,& Dijs Sy-
riæ,Sidonis, Moab, Ammon, & Phili-
ſthijm,traditi ſunt à Domino in manu
Philiſthijm & Ammon, afflictique ni-
mis, & oppreſsi per annos decem &
octo pœnitentes clamant ad Domi-
num,qui renuit, ac reſpondet illis:in-
uocate Deos quos elegiſtis, ipſi libe-
rent vos,at illi non reſpondent neq;
deijciuntur animo:idola omnia è me-
dio tollunt,& ſeruiunt Domino, qui
96 dolet ſuper miſerijs eorum,† ac Ieph-
te dum accendit pugnandi ſpiritu,
Ammonitas aggreditur, vincit, ſter-
nit, viginti ciuitates eorum obtinet,
liberat Iſraelem,quem iudicat ſex an-
97 nis † Iephte mortuo ſuccedit Abeſ-
ſam Bethlehemita Iudic.12. qui iudi-
98 cat Iſraelẽ ſeptem annis. Poſt † hunc
Elon,qui & Ahialon Zabulonites iu-
dicat Iſraelem decem annis:Hunc ſe-
99 quitur † Abdõ de tribu Ephrain. Iu-
dicat Iſraelem octo annis.Sub his tri-
bus iudicibus fideles Iſraelitæ fuerũt
timore pœnarũ, quas iudices optimi
minabantur infidelib. & idololatris.
100 Poſt quorũ mortẽ † filij Iſrael relapſi
in priſtinam idololatriã tradũtur Phi-
liſthæis,quibus ſeruiunt quadraginta
annis, quos ob pœnitentiam liberat
101 † Samſon flagellum Philiſthinorum,
quorum multa millia viuens, & mo-
riens interficit.
Hic notare libet quàm immedi-
102 cabile † malum ſit idololatria & hæ-





reſis,cum populus quoties punitus to
ties pœnitẽs ad priſtinos redit mores,
vt rectè dixerit Horatius : Naturam
expellas ; furca tamen vſque recur-
103 ret.Sed rectius Oſeas propheta † ara-
neis comparat Idololatras,Idolaq; te
lis earum,illis verbis:quoniam in ara-
nearum telas erit vitulus Samariæ :
quaſi dicat,aranea telam orditur filis
deductis ex intimis viſceribus. Quod
ſi telam diſsipes,iterum aranea aliam
& aliam texit, neque ab hoc opere
deſiſtit,niſi eam interficias: ita & vi-
tulus,quem Samariæ conflauerunt &
adorant Iudæi,ſi tollas,ſi ſcindas, aliũ
ac innumeros afficient vitulos,citiuſ-
que animam exhalabunt, quàm à vi-
104 tulis & erroribus deſiſtant.† Quam
obrem hæreſum dogmatiſtas combu-
ri æquiſsimum eſt,quia veluti araneæ
immedicabiles proculdubio ſunt.
Hucuſque Ioſue, & Iudicum libros
vidimus. Ad volumina Regum,& Pa-
ralipomena gradum faciamus:vbi de-
plorandę Iudæorum hæreſes & diuer-
ſorum Idolorum ac Dæmoniorũ cul-
tura miſerabiles in eorum regno pe-
perit tragœdias.
105 Poſt mortem Samſonis † Heli ſum-
mus ſacerdos de Tribu Leui, ſtirpis
Ieroham iudicat Iſraelẽ quadraginta
annis.1.Regum.cap.4.qui nota hære-
ſis inuſtus fuit. Nam cum Samuel ei
reuelaſſet ſupplicia quæ de ipſo,ac do
mo eius Dominus ſe ſumpturum ipſi
106 met Samueli reuelauit, † reſpondit
Heli.1.Regum.3.[Dominus eſt,quod
bonum eſt in oculis ſuis faciat] quæ
verba licet ferè omnes Interpretes
in pium ſenſum interpretentur, mihi
impietatem ac hæreſim continere vi-
dentur,quaſi diceret:hæc omnia ma-
la decreuit Deus immittere in domũ
meam,quia Dominus eſt tyrannidem
exercens,facit enim quod placet ocu
lis ſuis,quod bonum,ideſt,iocundum,
107 non tamen quod iuſtum eſt.† Hanc
blaſphemiam protulit iracundia per-
citus poſt peccata grauia quæ illi ob-
ijcit vir Dei.1. Regum.2. cuius ſcelus
punitur per manum Philiſthinorum.
Nam Iſraelitæ cũ Philiſthæis congreſ-
ſi cæduntur vſq; ad quatuor millia, ac
rurſum interficiuntur triginta millia
Iſraelitarum. Arca Dei capitur, duo
filij Heli occiduntur, quæ cùm nun-
ciarẽtur ipſi Heli in Silo, cadit de ſel-
la retrorſum,&,fracto occipite miſerè
obijt:quin & nurus eius prægnans in-
108 terijt ex ſubito partu.† His ſupplicijs
punitur negligentia,ſcelus,& hęreſis,
Heli.1.Regum.cap.4.
109 Filij Heli, † Ophni & Phineæ. 1.
Regum.2.ſuſpecti ſunt de hęreſi con-
cumbentes cum mulieribus excubã-
110 tibus ad oſtium tabernaculi : † quas
vir quidam doctus ſuſpicatur fuiſſe
moniales illius temporis : quin & ab
immolantibus vi carnes auferebant,
111 tum auaritia puncti, tum negligentes
Dei cultum, † quæ omnia ſuſpicionẽ
leuem hæreſis inducunt,quos debue-
112 rat pater Heli durius caſtigare, † ſed
vno die in bello pereunt cæſi,priuan-
tur vita & ſacerdotio, quia inuere-
cundè eo abutebantur.
113 Mortuo Heli † Samuel annos na-
tus triginta, ſummus ſacerdos & Iu-
dex præeſt Iſraeli annis 38. de quo
doctè & piè D. Auguſtin. de Ciuitate
Dei lib.12.c.4. congregat. 1. Regũ.7.
114 † vniuerſum Iſraelẽ, ſuadet abijcere
Deos alienos,proijciũt Aſtaroth,Baa-
lim,cæteraq; Idola,abiurãt veteres er-
rores,immolat Samuel agnũ in holo-
cauſtum,orat pro Iſraele. Philiſthæos
venientes in præliũ exterret ac con-
terit, intonante Domino magno fra-
gore de cælo,vrbes olim Iſraeli abla-
tas per Philiſthæos recepit, idolola-
tria penitus extinguitur toto tem-
pore Samuelis,vt vrbium ſuarum do-
mini & poſſeſſores dici & eſſe poſſint
Iſraelitæ.

115 In Samuele † ſeries iudicum finem habuit. Nam importunè populus Regem efflagitat, dat illi Saulẽ de tribu Beniamin filiũ Lis, ab humero ſurſum
116 altiorem omni populo, qui † 1. Regũ 28. Inquiſitoris fungitur munere. Abſtulit enim Magos & Hariolos, & interfecit eos, qui Pythones habebant in ventre, id eſt, eos qui Dæmones in ventre loquentes habebant, Pythones, id eſt, ventriloqui, ſunt ab Apolline Pythio dicti; ſed in eodem capite ipſe conſulit Pythoniſſam & iubet, vt euocet è patrũ ſinu Samuelis animã, ab ea ſciſcitaturus euentũ belli, ipſa nititur adducere dæmonẽ in effigiem Samuelis. Deus nõ permittit, ſed ipſe
117 Samuelẽ illi exhibet. † Lis tamen maxima eſt inter Theologos, an verè Samuel fuerit, qui apparuit Sauli: Nam D. Auguſt. & alij patres vtrumq; probabile cenſent, ſed veroſimilius eſt Samuelẽ fuiſſe: Nam Eccleſiaſt. 46. dicitur, Samuelẽ verè apparuiſſe Sauli,
118 † qui miſere in bello perijt propter mala quæ cõmiſit crimina, quibus addidit immane facinus conſulendi fœminam Magam, & incantatricem, qui paucis antè diebus vindictã in inuocatores dæmonum exercuerat, quod dicitur 1. Paralip. c. 10. his verbis: mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eò quòd præuaricatus ſit mãdatum Domini, quod præceperat, & non cuſtodierit illud; ſed inſuper etiã Pythoniſſam conſuluerit, nec ſperauerit in Domino: propter quod interfecit eum, & tranſtulit Regnum eius ad Dauid filium Iſai.

## Quarta mundi ætas.
## CAP. III.

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor fuit acerrimus Dauid Rex, qui poſt Saulis regnum iuſſit Philiſthæorum deos comburi.*

2 *Dauid regnauit quadraginta annis; & mortuus honorificè ſepelitur.*

3 *Salomon ſucceſſit Dauidi in Regno, cui apparuit Deus, manifeſtans mala futura propter hæreſes & idololatriam.*

4 *Confiſcationem bonorum pollicitus eſt Deus idololatris, & hæreticis.*

5 *Salomonis cor deprauatum eſt poſt fabricatum templum, propter amorem inordinatum ad mulieres.*

6 *Idola Salomon adorauit in ſenectute ſua.*

7 *Propter idololatriam Deus ſcindit regnum Salomoni.*

8 *Idololatria cauſa fuit, ob quam Salomoni ſuſcitauit Dominus aduerſarios, & inter alios Ieroboam ſeruum eius.*

9 *Ieroboami pallium ſcindit Abias Propheta in duodecim partes in ſignum diuiſionis Regni Salomonis.*

10 *Salomõ inter omnes idololatras & hæreticos peruerſiſſimus dogmatiſta fuit, & inter omnes mortales ſapientiſſimus.*

11 *Confiſcatione bonorum punitus eſt Salomon in filio Roboamo, qui decem tribus amiſit.*

12 *Hæretici leuiùs debent puniri propter Parentes eorum fideles, & probatur ex ſacra ſcriptura.*

13 *Deus non in totum reiecit ſemen Salomonis ſicut ſemen Saulis, propter Dauid ſeruum ſuum.*

14 *Salomon regnauit quadraginta annis, poſt cuius obitum regnat Roboam filius eius.*

15 *Roboam renuit leuare Iſraelem à tributo impoſito per Salomonem, propter quod decem tribus dereliquerunt eum.*

16 *Roboam relictæ ſunt duæ tribus de duodecim, quarum vna dicitur regnum Iudæ, altera Regnum Iſrael.*

17 *Roboam*



17 *Roboam regnauit ſeptemdecim annis, in quorum quarto multiplicauit ſibi vxores, reliquit Dominum, & erexit ſtatuas.*

18 *Deus propter peccata & infidelitatem Roboami, ſuſcitauit Seſac Regem Ægypti contra Iudam.*

19 *Regnauit Ieroboam eodem tempore Roboami in Iſraele quadraginta & vno anno.*

20 *Ieroboam fecit duos vitulos aureos, præcepitque tanquam Deos ab Iſraelitis adorari.*

21 *Ieroboam manus extenſa præcipientis Prophetam Dei apprehendi arefacta fuit.*

22 *Idola extruxit Ieroboam ſacerdotes & Leuitas Domini repulit.*

23 *Ieroboam vxori prædixit Abias Propheta filium eius moriturum, & alia.*

24 *Idololatriæ contagium, quo vniuerſus Iſrael inuolutus fuit cauſa extitit, quare mala euenerint Ieroboam.*

25 *Deus interfecit Abiam, qui poſt mortem Roboami regnauit tribus annis, propter idololatriam.*

26 *Regnauit Aſa filius Abiæ ſuper Iudam, quadraginta & vno annis.*

27 *Inquiſitoris munus agit Aſa, deſtruens vniuerſas idolorum ſtatuas.*

28 *Aſa regnante iam annum ſecundum moritur Ieroboam Rex Iſrael.*

29 *Ieroboam defuncto regnauit Nadas filius eius ſuper Iſrael, qui ſimiliter fuit idololatra.*

30 *Nadas interfectus eſt à Baaſa, per quem deleta eſt tota domus Ieroboam.*

31 *Hæreticorum filios puniri pro patrum ſceleribus conſtat ex ſcriptura.*

32 *Regnauit in Iſraele Baaſa annis viginti quatuor, fuit idololatra, & hæreticus.*

33 *Idololatria cauſa fuit quare Iehu Propheta mala annũciauit Baaſa Regi, & ab eo occiſus fuit.*

34 *Regnauit poſt Baaſam Hela filius eius in Iſrael duobus annis.*

35 *Idolorum impium cultorem Helam occidit Zamri ſeruus eius.*

36 *Inquiſitoris munus exercuit Zamri, regnans diebus ſeptem, interficienſque omnem domum, & cognationem Baaſæ.*

37 *Zamri ſeipſum cum domo ſua Regia combuſſit.*

38 *Regnauit Amri in Iſrael duodecim annos, prædeceſſoribus ſuis ſceleratior.*

39 *Amri combuſto regnauit Achab fi-*
40 *lius eius 22. annis omnium regum ſceleratiſſimus.*

41 *Achab duxit vxorem Iezabel, multaq; ſcelera patrantur.*

42 *Idololatria cauſa fuit, ob quam Deus ſuſcitauit Heliam contra Achab.*

43 *Idololatria cauſa fuit ob quam Helias orauerit vt non plueret.*

44 *Inquiſitor acerrimus extitit Helias, iubens apprehendi octingentos & quinquaginta Prophetas, & occidi.*

45 *Rex Syriæ Azahel vngitur ab Helia iubente Domino ob ſcelera Achab.*

46 *Deus puniuit Achab, & Iezabelem morte turpiſſima.*

47 *Ioſaphat mortuo Aſa eius patre, eligitur Rex Iudæ.*

48 *Inquiſitorum munus* Ioſaphat *exercet, idola & Dæmoniorum lucos deſtruens.*

49 *Regnum accipiens* Ioſaphat *miſit ſacerdotes cum libro Legis per vniuerſam* Iudæam.

50 *Regna omnia terrarum in gyro* Ioſaphat *timuerunt.*

51 *Achab Rex Iſrael cum eſſet hæreticus, & idololatra, pœnitentiam egit.*

52 *Achab Rex Iſrael vulneratus moritur miſerè.*

53 *Ochozias poſt mortem Achab patris eius, regnauit in Iſrael annis duobus in hæreſi & idololatria.*

54 *Ochoziæ ſociatus eſt Ioſaphat, vt naues quas fecerant nauigarent in Ophir pro auro.*

55 *Ioſaphat Regi, prædixit Eleazar Propheta naues diuinitus ſubmerſas eſſe, eò quod cum hæretico Ochozia fœdus iniſſet.*

56 *Ioſaphat agnoſcens primum errorem noluit ampliùs cum Ochozia aſſociari.*

57 *Ochozias Rex Iſrael cecidit per cancellos cœnaculi ſui, & ægrotus conſulit de ſalute Beelzebub Deum Accaron.*

58 *Elias prædicit nuncijs Ochoziæ Regis eius miſeram mortem.*

59 *Ochozias miſit tres Principes idololatras ad capiendum Eliam, & eorum interitus.*

60 *Ioram poſt mortem Ochoziæ Regis Iſrael fratris eius, regnauit annis duodecim.*

61 *Benadad Rex Syriæ obſidet Samariā Iſraelis metropolim.*

62 *Fames multa inualuit in Samariæ vrbe, vt caput aſini venderetur octuaginta argenteis.*

63 *Ioram Rex Iſrael mandat Eliſæum occidi, qui officio Inquiſitoris fungebatur.*

64 *Eliſeus Propheta prædixit Regi maximam frumenti copiam in Samaria futuram.*

65 *Deus morte puniuit Ducem Regium, propter eius incredulitatem.*

66 *Eliſeus Propheta prædixit mulieri Sunamitidi famem futuram ſeptem annos propter idololatriam.*

67 *Ioram poſt mortem Ioſaphat eius patris, regnauit octo annis ſuper Iudam.*

68 *Ioram Rex Iudæ exſtruit idola, eaque adorare populum compellit, & omnes fratres ſuos occidit.*

69 *Inquiſitoris munere fungens Elias, epiſtolam ad Ioram mittit, annuncians propter idololatriam, & fratricidium, eius domum, & regnum diripiendum.*

70 *Deus ob idololatriam ſuſcitauit Philiſthæos, & Arabas contra Ioram, & eius domum, & regnum.*

71 *Deus morte puniuit Ioram propter eius ſcelera, & impietatem.*

72 *Ioachā poſt mortem Ioram eius patris, regnauit vno duntaxat anno.*

73 *Inquiſitoris munus exercuit Iehu, con-*
74 *tra Ioacham Regem, occidens eum pro-*
75 *pter idololatriam, Iezabelem ex alto*
76 *præcipitat, hæreticos filios Achab 70. gladio interimit, & alia mirabilia operatur.*

77 *Iehu regnat in Samaria 28. annis, & quia à peccatis Ieroboam nō receſſit, Iſrael ab Azaele Rege Syriæ vehementer affligitur.*

78 *Athalia mortuo Ochozia, regnauit in Iſrael annis ſex impiè, & occidit omnem ſemen regium Dauidis.*

79 *Ioas puerum ſeptē annorum in Regem*
80 *Iudæ coronat Ioiada Pontifex, & Athaliam ſuperuenientem occidit.*

81 *Ioas regnauit annis quadraginta, qui poſt mortem Ioiadæ dereliquit Dominum, & ſeruiuit idolis.*

82 *Deus morte turpiſſima puniuit Ioas Regem propter eius ſcelera per manus Azaelis Regis Syriæ.*

83 *Ioacham poſt mortem Iehu Regis Iſrael regnauit ſeptemdecim annis idola Ieroboam adorauit, & ab Azaele Rege Syriæ opprimitur.*





84 *Ioas filius Ioacham mortuo patre ſucceſſit in regno & idololatria.*

85 *Amaſias ſucceſſit Ioas Regi Iudæ, qui regnauit annis nouem & viginti.*

86 *Amaſias propter idololatriā capitur à Ioas Rege Iſrael, & à ſuis occiditur.*

87 *Ieroboam regnauit in Iſrael annis quadraginta vno poſt mortem Ioas patris ſui.*

88 *Zacharias poſt mortem Ieroboam patris ſui, regnauit menſibus ſex.*

89 *Sellum regnauit menſe vno, occidit Zachariam, idolis adorauit & à Manachem occiditur.*

90 *Manachem regnauit decēnio ambulans in peccatis Ieroboam.*

91 *Phaceia, mortuo patre Manachem, biennio regnauit patri perſimilis, quem interficit Phacee.*

92 *Phacee, occiſo Phaceia regnauit viginti annis, & propter peccata occiditur ab Oſea ſeruo ſuo.*

93 *Oſeas regnauit in Iſrael annis nouem, & propter idololatriam fuit deuictus à Salmanaſare Rege.*

94 *Iſaias Propheta prædixit vaſtationem vniuerſi Iſraelis ab Aſſyrijs, & Salmanaſar Rex Samariam cepit.*

95 *Salmanaſar Rex Aſſyriorum Oſeam Regem, & vniuerſum Iſraelem in Aſſyriam captiuum transfert propter idololatriam.*

96 *Ozias cum Mathathia filio ſuo, regnarunt in Iuda quinquaginta duobus annis.*

97 *Ioatham poſt Mathathiā regnauit ſexdecim annis, & ij fuerunt Reges pij, ſed deſides ad extirpandam idololatriam.*

98 *Acham poſt Ioathum regnauit ſexdecim annis, & fuit impius idololatra.*

99 *Deus propter idololatriam caſtigauit Ieruſalem, per manus Raſim Regis Syriæ, & Phacee Regis Iſrael.*

100 *Phacee Rex vno die occidit filiū Acham, & centum viginti millia hominum eius, & 200. millia mulierū, & puerorum in Samariam adducit.*

101 *Phacee Regis impietatem & ſucceſſorū eius, deſcribit latè Dauid, Pſal. 105.*

102 *Ezechias Rex pius, mortuo Achā patre impio, annis viginti nouē regnauit, fecit mundari templū Dñi, cultum Dei reſtituit, & idola deſtruit.*

103 *Ezechias ſerpentem æneum erectum à Moyſe confringit, & quare.*

104 *Senacherib à ſuis filijs occiditur in templo Dei ſui.*

105 *Sol retroceſſit in gratiā Regis Ezechiæ.*

106 *Manaſſes defuncto eius patre Ezechia, regnauit in Iuda, annis decem & ſeptem in idololatria.*

107 *Manaſſes ob flagitia ſua vinctus adducitur ab Aſſyrijs in Babylonem & pœnitet in carcere, exauditur à Domino cui & regnum reſtituit.*

108 *Amon filius Manaſſes regnauit duobus annis, & à ſuis ſeruis propter idololatriam interficitur.*

109 *Ioſias Rex filius Amon regnauit annis vno & triginta, & Inquiſitoris agit officium.*

110 *Oſſa ſacerdotum idolorum exhumauit & templum Ieruſalem & Iudam ab idolis mundauit.*

111 *Ioacham qui & Sellum dicitur filius Ioſiæ impiè regnauit tribus menſibus, & à Deo punitus.*

113 *Eliachim regnauit annis vndecim infidelis & hæreticus. Vriam Dei Prophetam interficit, & Ieremiam interficere tentauit.*

115 *Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ Inquiſitoris munus exercuit, contra Eliachim tanquam hæreticum.*

116 *Nabuchodonoſor Rex Ioachim, qui & Iechonias dicitur, filium Eliachim Regem conſtituit, regnauitq; mēſes tres dies decem idololatra.*

117 *Nabuchodonoſor Rex, propter idololatriam Ioachim caſtigauit.*

118 *Mathathias filius Oſiæ, conſtituitur Rex à Nabuchodonoſore, factuſque eſt tributarius.*

119 *Mathanias Rex regnauit annis vndecim, adorauitq; idola.*

120 *Nabuchodonoſor Rex obſidet Ieruſalem, vbi tanta inualuit fames, vt parentes comederent filios ſuos.*

121 *Chaldæi obſederunt Ieroſolimam, Sedechiam comprehenderunt, & duxerunt ad Nabuchodonoſorem.*

122 *Nabuchodonoſor Rex eruit oculos Sedechiæ, filios eius & omnes principes in conſpectu ſuo occidit.*

123 *Chaldæi vrbem Ieruſalem capiunt, populumq; occidunt nemini parcentes.*

124 *Nabuzardan Princeps exercitus, omnes domos Ieruſalem comburit.*

125 *Nabuzardan reliquit in Ieruſalē pauperes ad colendam terram.*

126 *Iudæi timentes Chaldæos fugerunt in Ægyptum, & Ieremiam ſecum adducunt, eumq; lapidant.*

127 *Nabuchodonoſor Rex vaſtat Ægyptū, & Iudæos occidit, & hæc omnia ob hæreſim & idololatriam.*

NEQVE in quarta
ætate defuerūt Pa-
tres, qui cōtra idolo
latras, & hæreticos
Inquiſitoris munus
exercuerunt. Nam
poſt quadraginta
annos regni Saulis, regni gubernacu-
1 la tenet Dauid, † qui octauo anno re-
gni ſui Inquiſitorem agit acerrimum.
Nam victis Philiſtheis (1. Paralip. 14.)
2 eorum Deos iuſsit exuri. † qui regna-
uit quadraginta annis, & mortuus ho-
norificè ſepelitur.
3 Hæres regni † Salomon ſuſcipitur
in Regē, cui anno duodecimo regni
ſui apparet nocte Deus colloquens
familiariter cum illo, cui inter alia
hæc dicit 3. Reg. 9. & 2. Paralip. 7. ſi co-
lueritis Deos alienos, auferam Iſrael
de ſuperficie terræ, quam dedi eis, &
templum quod ſanctificaui nomini
meo proijciam à cōſpectu meo, eritq;
Iſrael in prouerbium & in fabulam
cunctis populis, & domus hæc erit in
exemplum: omnis qui tranſierit per
eam ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: qua
re fecit Dominus ſic terræ huic, &
domui huic? & reſpondebunt: quia de
reliquerunt Dominum Deum ſuum,
& ſecuti ſunt Deos alienos, & adora-
uerunt eos. Idcirco induxit Dominus
4 ſuper eos omne malum hoc. † Ecce
Deus confiſcationem bonorum polli-
cetur Idololatris & hæreticis, igno-
miniam & alia innumera mala.
Poſt fabricatum templum, cuius ar-
chitecturam ſtructurā, & diuitias mi-
5 rabatur orbis, deprauatum eſt † cor
Salomonis: nā vt ſcribitur. 3. Reg. 11.
& 4. Reg. 23. adamauit, accepitq; mu-
lieres alienigenas, Moabitidas, Ammo
nitidas, Idumęas, Sidonias & Cethęas,
cū quibus prohibuerat Dñs cōnubia
iungere, ne idololatria inficerent fi-
6 lios Iſrael: † habuit igitur ex his vxores
quaſi Reginas ſeptingentas, & con-
cubinas trecentas, per quas in ſene-
ctute ſua ſeductus, adorat ipſarum ido
la, ſed potiſsimum Aſtarthem Deam
Sidoniorum, & Chamos Deum Moa-
bitarum, & Moloch Ammonitarum,
7 ijſque fanum ædificat. † Quapropter
iratus Dominus ſcindit eius regnum:
nam decem tribus dantur Ieroboa-
mo ſeruo Salomonis, & propter Da-
uid reſeruantur duæ Tribus, hoc eſt,
8 regnum Iuda Roboamo; † ſuſcitatq;
Dominus tres aduerſarios Salomoni
Adad Idumæum, Razon Syrum, & Ie-
roboam Ephratæum ſeruum eius, cui
9 egreſſo ex Ieruſalem occurrens † A-
hias Silonites Propheta, ſcindit pal-
lium ſuum nouū in duodecim partes,
quarum decē dat Ieroboamo, in quo
denunciauit regnum Salomonis diui-
dendū, ipſumq; regnaturū ſuper decē
10 tribus Iſrael: † vbi obſeruandum eſt.
Primò, peccatum Salomonis ſuper
omnes



omnes idololatrarum, & hæreticorū
narrationes fuiſſe grauiſsimum: nam
qui tanta inſignitus eſt à Deo ſapien-
tia, vt omnes mortales præteritos &
futuros exceſſerit, in tantam incur-
riſſe cæcitatem idololatrarum, arguit
eum fuiſſe maximū; peruerſiſsimum-
11 que dogmatiſtam. Secundò, eſt no-
tandum eum in filio Roboamo eſſe
punitum bonorum cōfiſcatione: nam
decē tribus amiſit. Tertiò, aduertere
12 oportet † in punitione hæreticorum
habendam eſſe rationem parentum
fidelium, vt pœna ſit leuior, nam cum
regno eſſet priuādus Salomō propter
idololatriam, habita eſt ratio Dauidis
propter quē filio Roboā relinquitur
regnum Iuda, detractis decem tribu-
bus. Hæc omnia dixit ſcriptura ſacra
in lib. Eccleſiaſt. cap. 48. [Et inclinaſti
femora tua mulieribus, poteſtatem
habuiſti in corpore tuo.] Quaſi dicat
abuſus es, ò Salomon corpore tuo, il-
lud ſubiugando alienigenis mulieri-
bus contra Dei præceptum. Quod
quidem peccatum multum habuit
grauitatis, cū poſt tot beneficia à Deo
obtenta femora tua inclinaueris mu-
lieribus. Quid autem mali hinc ſit cō-
ſecutum, & in ipſo, & in filio eius atq;
populo oſtendit, cum ſubijcit: [Dedi-
ſti maculam in gloria tua, & propha-
naſti ſemen tuum inducere iracun-
diam ad liberos tuos, & in cæteris
ſtultitiam tuam, vt faceres imperium
bipartitum,] hoc eſt, in gloria tua,
quam habuiſti, magnam dediſti ma-
culam, nec tibi tantum nocuiſti, ſed
etiam prophanaſti ſemen tuum, quia
docuiſti Deos adorare alienos, & in-
uexiſti cultum idolorum in domum
Dei: ex quo effectum eſt, vt induceres
iracundiam ad liberos tuos, dum
propter eam grauem Dei vltionem
pati coguntur, in eo quod propter
te diuiſum eſt regnum, & factum
eſt imperium bipertitum. Poſtquam
verò dixit quomodo peccata Salo-
monis Dominus punierit in eius po-
13 ſteritate; ſubijcit † quomodo Deus
memor ſuæ miſericordiæ propter
Dauid ſeruum ſuum non in totum
reiecerit Salomonis ſemē, ſicut abie-
cit ſemen Saulis, [Deus autem non
derelinquet miſericordiam ſuam, ne-
q; perdet à ſtirpe nepotes electi ſui.]
Regnauit † Salomon quadraginta
14 annis, poſt quem regnat Roboam fi-
lius eius. Omnis autem Iſrael con-
uenerat in Sichem, vbi Roboamum
conſtitutum Regem, vt graue iu-
gum tributi ipſis à Salomone impoſi-
tum leuet paululum (vt conſtat 3.
Reg. 12. & 2. Paralipom. 10.) ſic ſe ei
ſe ſeruituros; † Roboā ſuper hoc audito
15 ſed ſpreto ſano conſilio ſenum, & iu-
uenum conſilio ſuſcepto durè re-
ſpōdet; qua occaſione decem Tribus
derelinquūt eum, & conſtituunt Ie-
roboam ſibi Regem, atque hinc iam
ſcinduntur tribus duodecim, † dua-
16 rum vna pars, quam obtinuit Ro-
boam appellatur regnum Iudæ, vel
Ieruſalem, vel duarum tribuum, vel
Dauid. Altera regnum Iſrael, vel
Ephraim, vel Samariæ. Hæc dixiſſe
oportuit, vt aduertat lector, ab hoc
loco incipere ſeriem Regum Iuda,
& Regum Iſrael.
17 Regnat igitur † Roboam decem
& ſeptem annis. Quarto verò anno
regni ſui (vt conſtat 3. Reg. 14. & 2.
Paralip. 12.) multiplicat ſibi vxores, re-
linquit Dominum, ædificat, & ipſe
cum populo in excelſis aras, & ſta-
tuas, ac lucos, in quibus ſcortaban-
tur: faciebantque abominationes
Gentium, & effœminati erāt in terra
Iuda, id eſt, cultores Cybeles euirati
natura vel actu, offenſuſq; Dñs ſuſcita-
18 uit cōtra Iudā, † Seſar Regē Ægypti
cū exercitu numeroſiſsimo, & captis
ciuitatibus Iuda obſidet Ieruſalē, di-
ripit theſauros tēpli, & domus regiæ,



& re-

& recedit, ſcuta quoque aurea, quæ
fecerat Salomō ſecum tulit in Ægy-
ptum, pro quibus Roboam fecit æ-
nea. Ecce confiſcationem bonorum
propter infidelitatem, & punitionem
à Deo factam.
19 Ieroboam † regnat eodem tem-
pore in Iſrael quadraginta & vno an-
no, qui veritus ne ſi populus ſuus pro
ſolenni more feſta celebrandi ac ſa-
crificandi gratia frequentaret Iero-
ſolymam, reuertatur ad domum Da-
20 uid,† facit duos vitulos aureos, quo-
rum vnum in Bethel alterum in Dan
ponit, ac tanquam Deos ab Iſraelitis
adorari præcipit, conſtituitque vtro-
bique fanum, altare, & ſacerdotes
quoslibet è populo, feſtumque de-
dicationis celebrandum die decima
quinta Octobris, quo die cum Iero-
boam ipſe in Bethel ſtans ante altare
thus adoleret vitulo, eò ex Ieroſoly-
ma miſſus à Deo Addo Propheta de
Iuda, exclamat ad altare 3. Regum
13. [Ecce (inquit) filius naſcetur do-
mui Dauid nomine Ioſias, & immo-
labit ſuper te ſacerdotes excelſorum,
qui nunc in te thura ſuccendunt, &
oſſa hominum ſuper te comburet,] in
21 cuius ſignum mox altare ſcinditur,†
& Regis Prophetam apprehendere
iubentis extenſa manus areſcit, quæ
ſtatim orante Propheta ſanitati reſti-
22 tuitur. Ieroboam verò † ſuam augens
impietatem eligit ſacerdotes & le-
uitas, Dæmonum aras in collibus excelſis
extruxit, lucos facit, pecunijs accep-
tis omnes qui vellent è plebe con-
ſtituit ſacerdotes excelſorum, & Dæ-
moniorum in vitulis & idolis reſpōſa
23 dantium. Et 3. Reg. 14. † Ahias Pro-
pheta præſenio iam cæcutiens, præ-
dicit vxori Ieroboam filium eius mo-
riturū breui, & domū Ieroboā peni-
tus delendam, ac Iſraelem euellen-
dū è terra ſua, atq; diſpergendū trans
flumen Euphratem; ac mox puer fi-
24 lius moritur.† Aduerſus hoc impium
facinus Ieroboami prophetat Hoſeas
c. 7. vbi eleganti metaphora furni [illegible]
[illegible] fermenti panis [illegible]
[illegible] deſcribit Propheta Idololatriæ con-
tagium, quo [illegible] inuolutus eſt
Iſrael, vt ibi exponunt D. Hieronymus,
Theodoretus, Cyrillus, Theophyla-
ctus, Lyranus, & alij: & idem Prophe-
ta ad finem capitis [illegible] prædicit
indigentiam panis & vini, ac maxi-
mam ſterilitatem futuram in regno,
incurſum hoſtium, & omnium bono-
rum ſpoliationem, gladium, & alia in-
numera mala, cū propter idololatriā,
tum propter hæreſes: nam Deus ibi
clamat [Ego redemi eos, & ipſi loquuti
ſunt contra me mendacium,] & Amos
cap. 7. prophetat etiam contra Iero-
boam: nam ibi refert tres viſiones
obſcuriſſimas, quibus comprobantur
ſterilitas terræ, peſtis, & hoſtilis
gladius, & domus Ieroboam ac Iſrae-
lis miſeria, & captiuitas.
25 Mortuo † Roboamo Rege Iudæ,
Abias regnat tribus annis ſolum 3.
Reg. 15. & 2. Paralip. 13. qui paternæ
impietatis æmulus adorat Deos Gen-
tium, & Dæmoniorum fana: ob quod
crimen interficitur, Deus omnium
maximus Inquiſitor.
26 Abiæ ſucceſſit † Aſa filius eius, qui
regnat annis 41. ſuper Iudam. Hic ple-
27 nus Dei ſpiritu † Inquiſitoris fungi-
tur munere: [illegible] idolorum ſta-
tuas, aras, fana & excelſa deſtruit,
confringit, lucos ſuccendit, ſcorta-
tores maſculos, effeminatoſque aufert,
matrem ſuam [illegible] Priapi, cuius
ſimulacrum, lucumque conſecrauerat,
eique Princeps ſacrorum [illegible]
[illegible] turpiſſimum
ſimulacrum comminuit, & combuſſit in torrente Cedron,
& præcepit Iudæ vt ſeruiat Domino:
Idcirco in pace regnans vrbes Iuda
ædificat munitiſſimas, firmatque ſic
regnum



regnum Iuda contra hoſtes, pro-
pter pium Regem, quæ omnia 3.
Reg. 19. & 2. Paralip. 14. & hîc legere
licet.
28 Anno 2. † regni Aſæ Regis Iudæ
29 moritur Ieroboam Rex Iſrael. † Re-
gnat Nadab filius eius ſuper Iſrael
biennio. 3. Reg. 15. qui Idololatrię de-
ditus omnem expleuit impietatem
30 patris ſui,† quem per inſidias interfi-
cit Baaſa, omnemq; domum Ieroboæ
31 delet:† vbi patet impios filios puniri
pro patrum ſcelere. Regnat mox in
32 Iſrael † Baaſa annis viginti quatuor,
ſecutuſq; veſtigia Ieroboam multi-
33 plicat Idola ac hæreſes.† Quapropter
3. Reg. 16. Iehu propheta filius Hana-
ni ei ita prædicit [hæc dicit Dominus:
exaltaui te de puluere, tu autem am-
bulaſti in vijs Ieroboam, & in multis
peccare feciſti populum meum ideo
demetam poſteriora tua, & faciam
domum tuam ſicut domum Ieroboā]
& ideo Propheta à Rege occiditur.
34 † Mortuo Baaſa, occiſoq; (vt dicit Io-
ſephus) à Creone commilitone ſuo,
regnauit pro eo Hela filius eius duo-
bus annis, quod contigit anno 26. Aſę
35 Regis Iuda.† Helam verò impiū Ido-
lorum pertinacem cultorē in Ther-
ſa epulantem & ebrium occidit Zam
36 ri ſeruus eius,† qui regnans diebus
ſeptem Inquiſitorem agit, interficit
omnem domum cognationemque
37 Baaſa.† Hic verò Zamri ſe ipſum cum
domo ſua regia comburit, obſeſſus in
38 Therſa ab Amri. † Amri verò regnat
in Iſrael duodecim annos, prædeceſ-
ſoribus ſuis ſceleratior. Quapropter
mala multa paſſus eſt Iſrael.
39 Combuſto Amri † Rege Iſrael ſuc-
cedit Achab filius eius, cuius regia po-
teſtas cœpit anno 38. Regis Aſæ, Re-
40 gis Iudę.† Regnauit igitur Achab 22.
annis ſuper Iſrael omnium Regum
prædeceſſorum ſceleratiſſimus, du-
41 cit vxorem † Iezabel filiam Regis
Sidonis & Tyri, à qua dementatus
pręter vitulos aureos etiam Baal Deo
Tyriorum in Samaria aram ædificat,
lucum plantat, ſacerdotes ac falſos
prophetas conſtituit, eumque colit
& adorat: altaria autem Domini in
excelſis deſtruit, prophetas ac ſacer-
dotes eius occidit. Eo tempore (vt cō-
ſtat. 3. Reg. 17. Lucæ. 4. Iacob. 5.) ſuſci-
42 tat Deus † Eliam Theſbitem Prophe-
tam zelo iuſtitiæ in Idololatriam
Achab accenſum, orat Deum vt cæ-
43 lum fiat æneum, † & non pluat ſuper
terram, quæ areſcit ob incredibilem
ſiccitatem annis tribus & menſibus
ſex: fame & ſiti pereunt viuentia: ſed
44 anno ſiccitatis tertio † Elias Inquiſi-
torem agit acerrimum: nam populus
fame punitus ab idololatria non re-
cedebat. Congregat igitur ad ſe in
monte Carmeli vniuerſum Iſraelem
3. Reg. 18. oblatoque ſacrificio inuo-
cat Deum, deſcendit ignis de cælo, &
holocauſtum Eliæ penitùs conſu-
mit, moxque Elia iubente omnes
850. prophetas Baal apprehendunt,
deductoſq; ad torrentem Ciſon occi-
dunt, qui antea inuocabant Baal cul-
tus, ſe incidentes ſuo perfuſi ſangui-
45 ne. Et. 3. Reg. 19.† iubetur in punitio-
nem idololatriæ vngere Azaelem in
Regem Syriæ, & Iehu in Regē Iſrael,
46 & per ſe Eliſeum in prophetam.† De-
nique. 3. Regum. 22. 2. Paralip. 18. ictus
ab hoſtibus ſagitta in pręlio interit, &
Iezabel è feneſtra præcipitatur, quæ
lapſa ab equis conculcatur, & à cani-
bus oſſe tenus comeditur. Sed relicto
pauliſper Achab Rege Iſrael, reuer-
tamur ad Aſam Regem Iuda.
Mortuo Aſa Rege Iuda dolore pe-
47 dum, † Ioſaphat filius eius Rex crea-
tur 2. Reg. 22. & 2. Paralip. 17. regnat
48 annis vigintiquinque. † Inquiſito-
rem agit Deo deditiſſimum, aufert
excelſa conſecrata Dæmonijs. Lucos
deſtruit, & reliquias effœminatorū; ob

quod facit eum Deus inuictũ,potitur
49 diuitijs,& pace:† nã anno tertio Re-
gni ſui mittit principes,Leuitas & ſa-
cerdotes cum libro legis, vt in vni-
uerſis ciuitatibus Iuda docerent po-
50 pulum timere Deum:† Vnde factum
eſt,vt omnia regna terrarum in gyro
eum timerent & honorarent.
51 Anno 17.Ioſaphat † Regis Iuda A-
chab Rex Iſrael hæreticus & Idolo-
latra ſcindit ſuas veſtes.3.Reg.21.ſac-
co induit, pœnitet, propter quod té-
perat Deus ſupplicia, quibus illũ pu-
52 niendum eſſe promiſerat,† ſed anno
18.Ioſaphat Regis Iudæ, moritur A-
53 chab vulneratus miſerè. † Regnat
Ochozias filius eius in Iſrael (4.Re-
gum 3.)duobus annis patri ſuo Achab
in impietate & hæreſi ac Idololatria
ſimillimus cultor, & ipſe Baal, ac vi-
54 tulorum, † cum quo Ioſaphat anno
21.regni ſui fœdus init, faciunt naues
in Aſiongaber(3.Reg.23.& 2.Paralip.
20.)quæ nauigarẽt in Ophir pro auro,
55 † & Eleazar propheta nunciat Regi
Ioſaphat naues diuinitus tempeſtate
facta confractas eſſe,eò quod cum hæ
56 retico Ochozia ſocietatẽ inijſſet,† vn-
de noluit ei ſecundò aſſociari anno
57 22.† Regis Ioſaphat cadit per cancel-
los cœnaculi ſui Ochozias Rex Iſrael,
ex quo lapſu ægrotus iacet: conſulit
de ſalute ſua Beelzebub, Deũ Acca-
58 ron(4.Reg.1.)ſed iuſſu Angeli † Elias
piloſus occurrit nuncijs, & prædicit
miſeram mortem Regis,quia Dæmo-
nem conſulturus miſerat nuncios,
59 quo agnito † Ochozias mittit viciſ-
ſim tres Idololatras principes quin-
quagenarios ad capiendum eum,quo
rum duo cum ſuis militibus ad verbũ
Eliæ igne cæleſti conſumuntur.
60 Mortuo Ochozia,† regnat Ioram
frater eius in Iſrael 12. annis qui(4.
61 Reg.3.)amouet ſtatuã Baal.† ſed per-
manet in cultu vitulorum.Quapro-
pter Samaria Iſraelis metropolis à Be-
62 nadad Rege Syriæ obſidetur,† tanta-
que in vrbe fames inualuit, vt caput
aſini venderetur octoginta argen-
teis, & matres filios ſuos coquerent,
63 comederentque.Quamobrem † Rex
Irael mandat Eliſeum occidi; mox
mandati pœnitens agnoſcit corã Eli-
ſeo,qui tunc Inquiſitorem agebat,iu-
ſtè à Deo tantam afflictionem immiſ-
64 ſam:tunc † Eliſeus prædicit Regi ma-
gnam in craſtino futurã Samariæ fru-
menti copiam:Hoc dum quidam Re-
gius Dux negat poſſe fieri, audit ab
Eliſeo : videbis, ſed inde non come-
des.Syri miraculoſè à Deo ſubiugan-
65 tur, † & dux ille hæreticus in porta
66 Samariæ à turba conculcatus obijt. †
Poſt hæc Eliſeus prædicit mulieri Su-
namitidi hoſpiti ſuæ.4.Reg.8. famem
ſeptem annorum futurã propter Ido-
lolatriã:& Ioram Rex Iſrael perit gla-
dio Iehu,vt poſtea dicam.
67 Defuncto Ioſaphat Rege Iuda,† Io
ram filius eius regnat octo annis ſu-
per Iudam,qui occiſis omnibus ſuis
68 fratribus † inductus ab Athalia vxo-
re ſua,filia Achab Idololatra & hære-
tica fabricatur Idola & excelſa:eaque
69 populum adorare cõpellit,† ſed Elias
ex Paradiſi loco.4.Reg.8.&.2.Paralip.
21.vel ex alio occulto loco, vbi eum
Deus ſeruat,Inquiſitoris fungens mu
nere epiſtolam ei mittit hęc continẽ-
tem.Propter Idololatriam fratricidiũ
ipſius domum ac regnum diripien-
dum,ipſumq; peſsima ęgritudine pe-
70 riturum.† Suſcitati ergo à Deo Phili-
ſthæi & Arabes terram Iuda vaſtant,
omnem ſubſtantiam Regis diripiunt,
vxores auferunt,filios occidunt exce
71 pto Ioacham minimo natu,† ipſeque
Rex percuſſus à Domino alui fluxu
incurabili biennio cruciatur, & in-
teſtinis paulatim affluentibus inte-
rit,ac ſine exequijs ſepelitur.
72 Impio huic Ioramo ſucceſsit † Ioa-
cham,qui & Ochozias dicitur 4.Reg.
8.&



8.& 2.Paralip. 22.qui nouus Rex Iu-
da conſtitutus regnat vno dumtaxat
73 anno, Athaliæ matris ſuæ † impulſu
adorat idola Achab, ſed interficitur
iuſſu Dei à Iehu 4.Reg.9.vt in ſequẽ-
tibus patebit.
74 Intereà Iehu iuſſu Eliſei ab ipſius
diſcipulo vnctus in Regem Iſrael,iuſ-
ſuſque delere domum Achab domini
ſui 4.Reg. 9. & 2.Paralip. 22.& vlciſci
75 iniurias Deo illatas,† venit cum exer-
citu in Iſrael, ac Regem vtrumq; Io-
ram Regem Iſrael, & Ochoziam Re-
gem Iuda idololatras, vt dictum eſt,
interficit. Iezabelem ex alto præci-
76 pitat,† Septuaginta quoque filios A-
chab, hæreticos iubet gladio perire.
Et ingreſſus Samariam totam domũ,
progeniem,ac ſtirpem delet, & radi-
citùs extirpat. Deinde omnes ſacer-
dotes & cultores Baal trucidat, ſta-
tuas Baalis cõburit cõminuitq; tẽplũ
eius deſtruit, ex eoque facit latrinas
publicas,ob quas à Domino Deo lau-
datus promiſsionem accipit ſuos filios
regnaturos ſuper Iſrael, vſq; ad quar-
77 tam generationem. † Ipſe autem re-
gnat in Samaria 28. annis. Attamen
quia à peccatis Ieroboam non receſ-
ſit, ſed vitulos aureos adorare popu-
lum permiſit,ideò Iſrael vehementer
ab Azaele Rege Syriæ affligitur.
78 Athalia † verò videns occubuiſſe
Ochoziam filium ſuum occidit,omne
ſemen Regium Dauidis,impièque re-
gnat ſex annos, ſpoliat templum Do-
mini vaſis : ijſque ornat fanum Baal.
79 † Anno autem ſeptimo Ioiada Ponti-
fex, aſſenſu auxilioque principum ac
Leuitarum coronat in Regem Iuda,
vngit,ſalutatq; in templo Ioas puerũ
ſeptem annorum, de ſemine Dauidis
80 clanculum enutritum.† Athaliam ſu-
peruenientem occidit, templũ Baal
* diruit,altaria & ſimulacra illius cõfrin
git,ſacerdotem eius interficit,cultum
verò Dei reſtituit.Quæ omnia videre
81 licet 4.Reg.11. & 12.2.Paralip.24.†
Porrò Ioas regnat annis quadraginta,
facit rectum quãdiu viuit Ioiada Põ-
tifex qui eũ docebat. Sed Ioiada de-
functo,anno regni ſui 38. Ioas à Prin-
cipibus ſuis ſe adorari admittit, dere-
lictoque Domino ſeruit ſculptilibus,
miſſos à Deo Prophetas hoc increpã-
tes contemnit,inter quos Zachariam
Prophetam filium Ioiadæ, hoc incre-
pantem lapidari præcipit inter tem-
plum,& altare,Matth. 23.& 2.Para-
82 lip. 24. Quapropter anno proximo †
Azael Rex Syriæ, cum exercitu ve-
niens cõtra Ioas capta Geth,aſcendit
Ieroſolymam, infinitã multitudinem
Iudæorum debellat, cunctos princi-
pes interficit. Regem Ioas ignomi-
nioſè tractat,& acceptis ab eo templi
& palatij theſauris,4.Regum. 12.ipſo
Ioas in lãguoribus magnis relicto, re-
dit Damaſcum, poſtremò Ioas à ſuis
ſeruis in lecto ſuo occiditur.
Mortuo Iehu Rege Iſrael regnat Ioa-
83 cham † filius eius decem & ſeptem
annis: Adorat Idola Ieroboam, ideo
traditus à Dño Iſrael in manus Azael
Regis Syriæ (4. Reg. 13.) & Benadad
eius filij diù ac grauiſsimè opprimitur.
84 † Ioacham verò mortuo ſuccedit in
Regno & Idololatria Ioas filius eius:
regnatq; annis ſexdecim.
85 Alteri Ioas Regi Iudæ ſuccedit † A-
maſias, regnat annis viginti nouem,
ſed victis Idumæis(4.Reg.14.&.2.Pa-
ralip.25.) victor reuerſus Deos Idu-
mæorum ſecum allatos colit, adorat:
eis adolet incẽſum,propter quod ſce-
86 lus † Ioas Rex Iſrael, cedit Iudæ re-
gnum,Amaſias capitur, & ducitur in
Ieruſalem,cuius murus deſtruitur,tẽ-
plum ac Regia ſpoliantur,filij nobiliũ
obſides abducuntur in Samariam.Tã-
dem facta coniuratione Ieroſolymis
contra Amaſiam fugit in Lachis, ibi-
que à ſuis occiditur.
87 Poſt Ioas Regem Iſrael regnat †

Ieroboam filius eius vno & quadra-
ginta annis. 4.Reg.14. poſt quem re-
88 gnat Zacharias † filius eius (4.Reg.
89 15)menſibus ſex adorat Idola:† eum-
que quartum & vltimum de poſteri-
tate Iehu occidit Sellum, qui regnat
menſe vno & Idolis ſeruit. Ideo occi-
90 dit eum Manahem, qui regnat † de-
cennio ambulans in peccatis & ido-
lolatria Ieroboã: quo mortuo regnat
91 † Phaceia filius eius patri in impieta-
te perſimilis. Sed regnat biennio,
92 quem interficit Phacee, † & regnat
pro eo annis viginti, non recedens à
peccatis Ieroboam: quapropter occi-
93 ditur ab Oſea ſeruo ſuo, qui † regnat
nouem annis in Iſrael & adorat idola,
ideoque à Salmanaſare Rege deui-
ctus tributa pẽdit. Prædicit Iſaias pro
pheta cap.8.& 9. & 24. & 25. vniuer-
94 ſum Iſraelẽ † deſtructũ iri ab Aſſyrijs.
Quapropter Salmanaſar Rex Aſſyrio-
rum Samariã obſidet, quam poſt trien
95 nium capit.† Regem Oſeam & Iſrae-
lem vniuerſum captiuum transfert in
Aſſyriam vltra montem Caſpium, vt
ait Ioſeph.11. Antiquit.c.5. quos nun-
quam in ſolum patrium reuerſos tra-
dunt, propter impietatem & Idolola-
triam à Ieroboamo Rege continua
ſerie obſeruatam pertinaciſsimè.

96 Occiſo Amaſia Rege Iuda † regnat
Ozias cum filio ſuo Mathat quinqua-
97 ginta duobus annis, † poſt quem re-
gnat Ioatham.16. annis. Pij Reges ij
fuère, ſed ſegnes in exſtirpãda Idolo-
98 latria. † Poſt Ioatham regnat impius
Acham ſexdecim annis, ſtatuas Baal
paſsim erigit, Idolis ſacrificat, inſuper
& filium ſuum in valle Benhennõ ho-
locauſtum in igne comburit Idolo
99 Moloch. Quapropter † Raſim Rex
Syriæ, & Phacee Rex Iſrael à Deo ex-
citati obſident Ieruſalem, capiunt ci-
uitatem Haila: vrbe capta magna
100 præda adducitur Damaſcum. † Pha-
cee occidit vno die filium Acham, &
centum viginti millia virorum, & 200.
millia mulierũ & puerorũ, captiua du-
101 cit in Samariam.† Huius Regis impie
tatẽ & ſucceſſorũ eius deſcribit Da-
uid Pſal.105.[ & immolauerunt filios
ſuos, & filias ſuas Dæmonijs ] Nam
Acham 4.Reg.23.&.21.2.Paralip.28.
& Manaſſes traduxère filios ſuos per
ignẽ ſecũdum idola Gentiũ: incluſos
enim pueros in cõcauitatẽ Idoli, & in
Idolo ſucceſſo igne crematos offe-
rebãt Moloch interim dum aſtantes
tripudiarẽt percutiẽtes tympana, ne
puelli eiulantes audirentur. Et addit
Dauid [& effuderũt ſanguinẽ innocẽ
tem, ſanguinẽ filiorũ ſuorũ, & filiarũ
ſuarũ, quas ſacrificauerũt ſculptilibus
Chanaan, & iratus eſt in furore Do-
minus in populum ſuũ, & abomina-
tus eſt hæreditatem ſuam, & tradidit
eos in manus Gentium, & dominati
ſunt eorum, qui oderunt eos, & tribu
lauerunt eos inimici eorum, & humi-
liati ſunt ſub manibus eorum.]

102 Moritur impius Achã, regnat Eze-
chias filius eius annis viginti nouem.
Initio regni ſui facit mundari templũ
Domini ab omnibus Idolorum ſordi-
bus, abolitum Dei cultum reſtituit,
ſacrificijs placat Deum iratũ. 4. Reg.
18.&.2. Paralip.29. & cap.20. conuo-
cato Regno Ieroſolymam, vniuerſa
deſtruit Idolorum altaria in toto re-
103 gno:† & Ezechias ſerpentem ęneum
quẽ erexerat Moyſes cõfringit, quia
populus ſacrificabat ei; ob quę percu-
tit Angelus Domini de exercitu Sen-
nacherib obſidente Ieroſolymã cen-
tum octoginta quinq; millia corpora
redigit in cinerem (vt ait D. Auguſt.
ad fratres in eremo ſerm.25) ne aerẽ
fœtore corrũperẽt, armis ac veſtibus
illęſis vt populus Ieruſalem ſpolia col
104 ligat.† Sennacherib cum paucis fu-
git Niniuen, & in templo Dei ſui à fi-
105 lijs occiditur. Sol retrocedit † in gra-
tiam pij Regis Ezechiæ, prorogatur
ei vita

[illegible]

ſalem à beſtijs auibuſque lacerãdum. 4.Reg.24.&.2.Paralip.36.&.3.Eſdræ 1.quam miſeram mortem prædixerat Ieremias cap.22.his verbis: hæc dicit Dominus ad Ioacim: [non plangent eũ, ſed ſepultura aſini ſepelietur proiectus extra portas Ieruſalem.]

116 Mortuo miſerè impio Ioacimo Nabuchodonoſor Regem conſtituit filium eius Ioachin, qui & Iechonias dicitur: regnat menſes tres, dies decem, malitia, & Idololatria patris ſui ſimilis, ob quod grauiſsimum crimen mittit illi Deus Nabuchodonoſorem
117 † qui obſidet Ieruſalem( teſte Diuo Hieronymo ſuper Matt.cap.1. & Daniel.cap. 1.) ad quem exiens de conſilio Ieremiæ Rex Ioachin, & mater, & vxores,& principes eius, omneſque nobiles & optimates Iuda vltro ſe tradũt Regi Babylonis, qui eos vnà cum cæteris vaſis, ac theſauris templi & palatij, ac ditioribus robuſtis & optimis quibuſque artificibus transfert in Babylonem: vbi Ioachin carceri traditur. Hæc omnia lege locis proximè citatis Regum & Paralipomenωn.

Ablato regno à Ioachin, conſtituit Regem Nabuchodonoſor eius, pa-
118 truum Mathaniam † filium Ioſię & in ſignum ſubiectionis mutat eius nomẽ in Sedeciam, quod iuſtitiam Domini ſonat, eò quòd Domino Nabuchodo-
119 noſori tributa penderet.† Regnat annis vndecim. Facit malum coram Domino. Adorat Idola Nã Ezechiel propheta (qui vnus erat ex captiuis qui exulabant in Babylonem) anno ſexto transmigationis videt in templo peſſimas Iudæorum abominationes idololatriæ, fœminas adorantes, & flentes Adonidem Veneris amaſium, ſenes & ſacerdotes colentes reptilia. Ob hæc ſcelera, & alia, quibus Sodomam & Samariam ſuperabant, prædicit Ezechiel populum omnem occidendum, vrbemq; exurendam, quod lege apud Ezechielem à cap.8. vſque
120 ad 19.† Anno igitur nono Sedecię die vero 10. Decembris venit Nabuchodonoſor cũ exercitu arctiſsimeq; obſidet Ieruſalem ſeſquianno: vt videre eſt.4.Reg.25.Ieremiæ.39.&.52. tantaq; fames inualuit in ciuitate: & obſeſſos oppreſsit, vt parentes comederẽt filios ſuos, & filij parentes. Ieremiæ c. 19.& Ezech. 5. Anno quoque ſecun-
121 do † Sedeciæ obſident Chaldæi Ieroſolymam, & intrant vſq; ad portam interiorem ſecundi muri. Rex Sedecias nocte per viam ſubterraneam cum ſuis principibus fugiens à Chaldæis comprehenditur in campo Iericho.4. Reg.25. ducitur ad Nabuchodonoſo-
122 rẽ in Reblata, † cuius iuſſu filios ſuos ac principes omnes Iuda videt ante conſpectum interimi. Eidemque Nabuchodonoſor oculos eruit, eum cathenis vinctum rapit & abducit Babylonem, vbi vſq; ad mortem ponit eum in carcere. Eo pacto impletum eſt verbum Domini: quod dixerat Ezechiel.cap.12. adducam eum in Ba-
123 bylonem, & ipſam non videbit.† Deinde Chaldęi(.2.Paralip. 36.) capiunt vrbem Ieruſalem, populum occidunt non parcentes adoleſcenti virgini &
124 ſeni. † Paucis poſt diebus venit Nabuzardan princeps exercitus, & comburit palatium Regis, omneſq; domos Ieruſalem, incendit templum Domini poſtquam ſtetiſſet 440. annis, ſimul q; combuſti ſunt libri ſacri, qui paſsim in ſcriptura citati iam non extant. Vniuerſas turres, & muros vrbis Ieruſalem per circuitum, & reliqua ædificia deſtruit: populum reſiduum cum theſauris templi abripit in Babylo-
125 nem:† relinquit in ruinis Ieroſolymæ pauperes aliquot ruſticos ad colendã terram, quibus præficit Godoliam, quẽ Ieremiæ 31. & 4. Reg. 25. proditoriè occidit Iſmael Iudæus in Maſphat, & cum eo plures Iudæos & Chaldæos.

† Sed



126 † Sed Iudæi reſidui timẽtes Chaldæos fugiunt in Ægyptum, ſimulq; cogũt ſecum proficiſci Ieremiam, vbi adorant Deos Ægyptiorum. Itaque illis prædicit Ieremias (vt ipſe clamitat c. 43.) venturum excidium à Nabuchodonoſore, lapidibus obruunt Ieremiã in Ægypto Iudæi (Ieremię 44.) quod obiurgaret eos acerrimè ob idolola-
127 triam.† Ob quod crimen anno quinto deſolationis Iudeę Nabuchodonoſor vaſtat Ægyptum, repertoſq; ibi Iudæos, partim occidit, partim abducit in Babylonem. Tunc etiam Nabuzardan ex Iudæis qui ſuperſtites erant in Iudæa & Ieroſolima, numerum ingentem cædit, & quibus vitam conceſsit (ij fuerunt ſeptingenti quadraginta quinque) eos transfert in Babylonem. Hæc Ioſeph. Antiquit. Iudaic. lib.10.cap.11. Et Ieremias.52. Ne quidem ex tot malis vllum incommodũ populus perpeſſus eſt, niſi propter hęreſim & Idololatriam.

## Quinta mundi ætas.
## CAP. IIII.

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitoris munus egit Nabuchodonoſor Rex, in transmigratione Babylonis, qui poſt miraculum fornacis edictum publicauit.*

2 *Cyrus Rex Perſarum poſt Darij Medi mortem, conceſsit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam.*

3 *Iudæorum Dux primus fuit Zorobabel, qui præfuit annis octo & quinquaginta, templum ac ſanctam ciuitatem reædificauit.*

4 *Aggæus futuram omnium frugum abundantiam prophetauit.*

5 *Eſdras audiens Iudæos ducentes vxores idololatras, ſcindit ſuas veſtes, & populum ad pœnitentiam inducit.*

6 *Iudæorum Dux ſecundus fuit Reſa Miſciola, filius Zorobabel, qui præfuit annis ſexaginta ſex.*

7 *Inquiſitoris munus exercet Eſdras legens edictum Legis Domini in templo conuocato vniuerſo populo pœnitentiam agente.*

8 *Iudæorum Duces, qui & quot fuerũt, vſq; ad num.20. excluſiuè.*

20 *Iudæorum vltimus Dux, fuit Iannæus Hircanus de domo Dauid, qui præfuit annis ſexdecim.*

21 *Iaſon Pontificatum petijt & obtinuit.*

22 *Idololatria cauſa fuit cur Antiochus Rex Græcorum venerit Ieroſolimã, & multa millia ciuium trucidauerit.*

23 *Antiochus Rex Græcorũ mittit Apollonium in Ieruſalem, qui inaudita facinora patratur.*

24 *Eleazarus nolens porcinam carnem edere, nec id ſimulare diris plagis perimitur.*

25 *Machabæi fratres ſeptẽ vnà cum eorũ matre nolentes carnẽ porcinam edere ab Antiocho Rege interimuntur.*

26 *Inquiſitoris munere fungitur Mathathias ſacerdos, cum quinque filijs ſuis.*

27 *Iudæi mille nolentes Sabbato pugnare trucidantur.*

28 *Mathathias collecto piorum exercitu Sabbatis pugnat, Ducibus Antiochi reſiſtit, & pueros incircumciſos circumcidit.*

29 *Mathathias moriturus hortatur filios, vt ſtrenuè pro Lege Dei certent.*

30 *Inquiſitor extitit acerrimus Iudas Machabæus Princeps & Pontifex Iudæorum impios trucidans.*

31 *Iudas Machabæus Nicanorem impium, & exercitum eius copioſiſsimum fugauit.*

32 *Iudas Machabæus victor Ieroſolimam aſcendit, ciuitatem recipit, idola deſtruit, cultumq; Dei reſtituit.*

33 *Deus propter peccata morte punijt Antiochum Regem.*

34 *Inquiſi-*

34 *Inquiſitoris munus exercuit Iudas Machabæus, contra Nicanorem blaſphemum.*

35 *Inquiſitor ſtrenuus extitit Ionathas, Azotum & templum Dagon ſuccendit.*

36 *Simon frater Ionathæ à populo Princeps, & Pontifex eligitur, qui præfuit annis octo.*

37 *Inquiſitorem agit Ioannes Hircanus, filius Simonis diruens templum montis Gerizim, & alia faciens.*

38 *Ariſtobolus Hircani filius primus fuit, qui non contentus de Ducatu, & Pontificatu ſeipſum coronauit in Regem.*

39 *Alexander Iannæus Ariſtoboli frater viginti ſeptem annis crudeliſsimè regnat, & malè moritur.*

40 *Alexandra vxor Alexandri poſt eum regnat nouem annis adiuuantibus eam Phariſæis.*

41 *Iudæam Romani inuaſerunt, Hircano & Ariſtobolo Alexandræ filijs de regno inter ſe contendentibus.*

42 *In Iudæam venit Pompeius cum exercitu, Hircano Pontificatum donat, & Iudæam tributariam facit.*

43 *Iudææ Phaſelum præficit Antipater ex filijs ſuis, Herodem verò Galilææ.*

44 *Phaſelus ſeipſum occidit, & Hircanus à Parthis capitur bello.*

45 *Iudæorum Rex creatur Herodes Aſcalonita ab Auguſto Cæſare, regnauit tyrannicè annis triginta ſeptem.*

46 *Chriſtus Dominus noſter naſcitur tempore Herodis Aſcalonitæ, cum Auguſti Cæſaris edicto vniuerſo deſcriberetur orbis.*

IN quinta ſimiliter ętate multi fuerũt, qui Dei zelo accenſi pro illius gloria & honore officium Inquiſitoris egerunt, veluti in
transmigratione Babylonis (quæ ſep-
tuaginta durauit annis, vt patet in li-
bris Regum, apud Ieremiam, & Za-
1 chariam): in qua † obſtupefactus Na-
buchodonoſor Rex miraculo illo for-
nacis ardentis relinquentis intactos
tres pueros Ananiam, Azariam, &
Miſaelem, Inquiſitoris exercet mu-
nus, ac edicto iubet publico, vt occi-
datur quiſquis Deum Iſraelis blaſphe-
mauerit, vt patet Danielis cap. 3.

Anno ſeptuageſimo deſolationis
Ieruſalẽ ſiue captiuitatis Babylonicę,
2 mortuo Dario Medo, † Cyrus Rex Per-
ſarum Monarchiam regnorum ade-
ptus, regnat annis viginti duobus, qui
ſtatim Monarchiæ ſuæ anno primo di-
uinitus inſpiratus publicato vbiq; in
toto regno ſuo edicto, dat Iudęis licẽ-
tiam redeundi in Iudæam, atq; impẽ-
ſis regijs ędificare ibi tẽplũ Deo Iſrael
3 † ſub Duce Zorobabele filio Salathie-
lis, vt conſtat 1. Eſdræ 1. & 2. & 2. lib.
c. 7. Ab hoc tempore Iudæi iam non
habent Reges ſed Duces. Hic Zoro-
babel Dux præfuit annis 58. Reædifi-
cat templum, & ciuitatem ſanctam.
4 Prophetat Aggæus futuram omnium
frugum abũdantiã, quia colũt Deum,
5 quod proculdubiò euenit. † Eodem
tempore Eſdras cum audiſſet multos
Iudæorum duxiſſe vxores alienige-
nas, quæ ad cultum falſorum Deorum
eos prouocabant, ſcindit veſtes, euel-
lit pilos capitis & barbæ, ſedetq; do-
lens, mœrens, ac ieiunans vſq; ad veſ-
peram: orat humiliter Dominum, po-
pulumq; ad fletum & pœnitentiam
commouet. Deinde vt patet. 1. Eſdræ
10. &. 3. cap. 9. Iudæos vniuerſos con-
uocatos Ieroſolimam in atrio tem-
pli trementes propter peccatum, ac
frigus, pluuiamque, peccaſſe arguit,
vxores alienigenas cum liberis eo-
rum repudiare præcipit: conſtituit-
que iudices, qui facta examinatione,
ſeparant externas cum natis earum
à po-



à populo Iſraelis, Deumque victimis
placant.
6 Poſt Zorobabelem † Reſa Miſcio-
la filius eius ſecundus Dux Iudæo-
rum præeſt annis ſexaginta ſex, vt
7 conſtat 1. Paralip. 3. Hoc tempore †
Eſdras Inquiſitoris exercens munus,
ſtans in templo è ſuggeſtu legit edi-
ctum Legis Domini à manè vſque ad
meridiem, vniuerſa multitudine vi-
rorum ac mulierum audiente, flente,
Deumque adorante, ac timente. libr.
2. Eſdræ c. 8. & lib. 3. cap. 9. mox con-
fitente ſua peccata, fœdus cum Deo
percutiunt, promittunt, iurant ſerua-
turos ſe Legem, præcepta, feſta, an-
num ſeptimum, oblationes, primitias,
& decimas.
8 Mortuo Reſa ſuccedit † tertius
Dux Iuda Ioanna Ben Reſa: præeſt
annis quinquaginta tribus, vt ait
Philo Iudæus in Breuiario, Ioſephus
Antiquitatum Iudaicarum libr. 11. c.
9 7. & 8. † Deinde Iudas Horcanus
quartus Dux præeſt annis quatuorde-
cim, cuius tempore Manaſſes frater
Iaddi Põtificis, eò quòd alienigenam
& idololatrã duxiſſet vxorem filiam
Sanaballet Satrapæ, ſeu principis Sa-
mariæ, ab altari pulſus abiens in Sa-
mariam ad ſocerum, contra Legem
extruit in monte Gaazim, templum
Ieroſolimitano ſimile.
10 Ioſeph † Priſcus Dux quintus præ-
eſt Iudæis (vt ait Philo & Ioſephus,
lib. 12. Antiquit. cap. primo,) annis ſe-
11 ptem. Deinde † Semei Abner annis
vndecim, quo tempore (teſte Ioſe-
pho) propter hæreſes & idololatriã
ſuſcitat Deus Ptolemæum Soterem
Regem Ægypti, qui ſpecie religionis
ſub ſimulatione ſacrificij venit Ieru-
ſalem in Sabbato, & multa Iudæorum
millia doloſe capta transfert in Æ-
12 gyptum, ac pro ſeruis vendit. † Poſt
hunc Dux creatur Mathathias Heli,
præeſt reliquis Iudæorum annis duo-
13 decim. † Inde Maat Aſar annis nouẽ.
14 Nagge † Artaxat annis decem. † He-
15 ſli Agar annis octo: hæc omnia colligó
ex Philone Iudæo, & ex D. Luca cap.
16 3. Naum † Moslot præeſt annis ſeptẽ,
poſt eum Amos & Syrach annis qua-
17 tuordecim. † Mathathias Siloa annis
18 decem, † Ioſeph Iunior Arſes annis
ſexaginta: Hoc tempore propter infi-
delitatem Iudeorum Ptolemæus Phi-
19 lopater † (vt conſtat ex lib. 3. Macha-
bæorum) qui Rex fuit Ægypti cum
exercitu ingreſſus Iudæam, Ieroſoli-
mæ in templo ſacrificat: & reuerſus in
Ægyptũ edicto iubet omnes Iudæos
in Ægypto exiſtentes, vinctos ad ſe
perduci, occidi, ac deleri. Sed Eleaza-
ro orãte Iudæi liberantur ſuperſtites;
20 & ad patriã redeunt. † Poſtea Ianneus
Hircanus vltimus Dux de domo Da-
uid præeſt Iudæis annis ſexdecim (vt
21 ait Ioſephus lib. 12. Antiquit. cap. 4. †
Hoc tempore Iaſon frater Onię Pon-
tificis petit permitti ſibi Põtificatum
fratris: obtinet, & ſtatim omnem Dei
cultum peruertit, transfert Iudæos ad
ritus Gentilitios, & optimos quoſque
ephebõrũ in lupanaribus ponit, mit-
titq; Tyrum trecentas drachmas ar-
genti in ſacrificium Herculis. Lege
22 ad hæc libr. 2. Machab. cap. 4. † Qua-
propter Rex Græcorum Antiochus
(2. Machab. cap. 4. & 5.) efferato ani-
mo armis ingreſſus Ieroſolimam intra
triduum octoginta millia ciuium tru-
cidat, quadraginta millia vinxit, non
minus venundat, intrat templum, au-
fert altare aureum, menſam propoſi-
tionis, candelabrum luminis, vniuerſa
vaſa, ac theſauros auri & argenti mil-
le & octingenta talenta, velociterque
regreditur Antiochiam. Diſcedens
verò Antiochus reliquit Ieroſolimis
præſidij loco principes præpoſitos ſe
ipſo crudeliores, vt affligerent popu-
23 lum Iudæorum, † Poſt annos quoque
duos miſſo Apollonio Duce cum ex-
ercitu

ercitu viginti duorũ milliũ, ſimulata pace doloſe Ieruſalẽ denuo plurimos Iudæorũ occidit in Sabbato, mulieres ac pueros vendit, domos multas ſpoliat, exurit, & diruit. Compellit Iudæos relinquere Dei legem, ſacrificia, feſta, Sabbata, ac cæremonias, libros ſacros legis ſeu Teſtamenti Domini comburi, ac leges Gentium ſeruare, aras & Idola erigere: & ijs thus incendere ac ſacrificare, porcinas carnes immolare, & edere, Ponit in templo Dei ſuper altare Idolum, ac Simulacrum Iouis Olympij, cui ſacrificare ceperunt immolantes, & offerentes porcos, aliaq; illicita, ac in ipſo templo epulantes & ſcortantes cum meretricibus. In templo autem Garizim ponunt imaginem ſeu ſtatuam Iouis Hoſpitalis: multiq; Iudæorum relicta Dei lege Gentilitatem ſequũtur, impij quidem voluntariè, infirmi autem timore. Pij verò in legis obſeruatione perſiſtentes vbiq; crudeliter vulnerantur ac trucidantur. Tunc quidam latenter Sabbatum celebrantes
24 concremantur. 2. Machab. 6. † Eleazarus nonagenarius, quod nollet comedere carnem porcinam, nec id ſi-
25 mulare diris plagis perimitur. † Septem fratres Machabæi vnà cum matre ſua (2. Machab. 7.) nolentes porcinis veſci carnibus pro lege Dei ab Antiocho Rege poſt atrocia, fortiſsimeq; tolerata ſupplicia, ac tormenta,
26 terribili martyrio interimuntur. † Tũc Mathathias ſacerdos in ciuitate Modim cum quinq; filijs ſuis Ioanne, Simone, Iuda, Eleazaro, & Ionatha Inquiſitoris fungens munere, reſpõdet his, qui ab Antiocho Rege miſsi fuerant; nec ſe nec ſuos Idolis ſacrificaturos (vt cõſtat 1. Machab. 2. & 2. Macha. 5.) quin Iudæum quemdã ſacrificãtem Regiumque Ducem ad hoc compel-
27 lentem occidit: aram diruit, † & fugit cum filijs & amicis in deſertum, vbi mille Iudæi nolentes Sabbato pugna-
28 re, trucidãtur. † Mathathias autẽ collecto piorum exercitu zelo legis arma corripiens & Sabbatis etiam pugnans, Antiochi Ducibus reſiſtit, Idololatriam deſtruit: vindicat legem, reuocat Dei cultum, pueros incircum-
29 ciſos circumcidit. † Tandemque moriturus hortatur filios vt patrum exẽplo ſemper fortiter tueantur Dei legem, deditq; eis Simonem filium ſuum in conſultorem, & Iudam Machabæum in militiæ principem.
30 Mortuo Mathathia, Iudas † Machabæus loco patris (1. Machab. 3. & 2. Machab. 8.) Principatum ſimul ac Pontificatum Iudæorum tenet, & Inquiſitorem agit acerrimum. Nam zelo Dei accenſus omnes impios trucidat, & Dei hoſtem Apolloniũ Cœleſyriæ ducẽ occidit, exercitumq; eius delet.
31 † Blaſphemum illum & impium Nicanorem & exercitum eius ex quadraginta ſeptem millibus bellatorum conflatum Deo fretus fugat, eorumque ſpolia Iudæi debilibus, orphanis, & viduis diuidunt. Nicanor autem ſolus fugiens Antiochiam, prædicat Iudæos Deum habere protectorem.
32 † Iudas victor (1. Machab. 4. & lib. 2. c. 10.) cum ſuis aſcendit Ieroſolimam, recipit ciuitatem, aras in plateis extructas deſtruit, templum purgat à ſordibus Idolorum, ædificat nouum altare holocauſti, & Thymiamatis, candelabrum, menſam, vaſa, cæteraque omnia renouat, cultum Dei reſtituit, celebrat dedicationem altaris & templi, cuius meminit Ioannes cap. 10. ipſe etiam Iudas 1. Machab. 5. debellatis Galilæis & Galaaditis, idola ipſorum ſuccendit, aras diruit ſubuerſis ipſarum ſimulacris.
33 Interea Antiochus † (1. Machab. 6. & 2. lib. 9) ſubitò percutitur à Deo maximis viſcerum doloribus, ita vt de corpore eius vermes ſcaturirent cum

fœtore



fœtore intolerabili, ipſeque impius & ſacrilegus fatetur, hæc ſe pati propter mala quæ in tẽplum & fideles exercuerat: ſimulat pœnitentiam, promittit morum emendationẽ. Sed quia fictè pœnitet, à vermibus cõſumptus perit, impletaque eſt prophetia Danielis c. 8. quæ dixerat [ſine manu contereretur.]
34 1. Machab. 7. & lib. 2. cap. 15. † Iudas Machabæus caput & dexteram blaſphemi Nicanoris præcidit, & ſuſpendit Ieroſolimis contra templum, linguam verò eius blaſphemam particulatim auibus dat.
35 Mortuo Iuda, ſuccedit Ionathas † frater eius, præeſt annis decem & nouem, qui (1. Machab. 10.) vt Inquiſitor ſtrenuus Azotũ & templũ Dagon (id eſt, idoli qui figuram habebat piſcis) ſuccendit, & in præmium accipit ab Alexandro Ægypti Rege fibulam auream, & ciuitatem Accaron cum finibus ſuis in poſſeſsionem.
36 Mortuo Ionatha † Simõ frater eius à populo princeps Dux ac Põtifex electus præeſt annis octo, qui primo anno ſui principatus Gazam ciuitatem expugnat (1. Machab. 13.) & mundat ab idolis. Quin & ad deditionem compellit cuſtodes Ieruſalem, quibus eiectis mundat arcem ab idolis.
Interfecto Simone dolo in cõuiuio,
37 † Ioan. Hircanus filius eius ducatum gerit, & Inquiſitorẽ agit: nã vt ait Ioſeph. (1. lib. de bello Iud. c. 2.) Samariã obſidione captã ſolo æquat, templũ mõtis Garizim deſtruit, quod ſteterat annis ducẽtis. Idumæos circũciſionẽ ac Iudaiſmũ accipere cõpellit.
38 Hircano defuncto, † filius & ſucceſſor eius Ariſtobulus (vt ait Ioſephus lib. 13. antiquitatũ c. 18.) non contentus parentũ gloria, vt Dux, & Pontifex diceretur, primus poſt captiuitatem Babylonicã aſſumpto diademate regni ſeipſum regem facit. Regnat anno poſtquã Ituræã ad circumciſionẽ & Iudaiſmũ cõpuliſſet. Poſtremò verò moritur ore ſanguinẽ vomens.
39 Poſt hũc † Alexãder Iãnæus Ariſtobuli frater crudeliſsimè regnat vigintiſeptẽ annis, de quo Ioſephus multa ſcribit, ſed nihil quod ad zelum Dei pertineat. Tandem ex temulentia morbo contracto obijt. Poſt Alexan-
40 drum regnat Alexandra † eius vxor nouem annis, iuuantibus eã Phariſæis Ioſeph. 13. Antiq. 22. & 1. belli c. 4.
Mortua Alexandra, filij eius Hirca-
41 nus † & Ariſtobulus inter ſe de regno cõtendentes ac dimicantes occaſionẽ dant Romanis, vt Iudæam inuaderẽt vt ait Ioſeph. 14. Ant. c. 1. 2. 7. & 8.
42 & 1. belli 5. Venit igitur † Pompeius cum exercitu. Hircano Pontificatum donat, Iudæam tributariam facit, & eius procuratorẽ creat Antipatrum Idumæum Herodis Aſcalonitæ patrẽ Hircano Pontificatum firmat, Ariſtobulum & filios eius captiuos abducit ſecũ Romã. Ab hoc tẽpore Iudæi ſub aliorum dominatione degere cepe-
43 runt. Interea † Antipater ex filijs ſuis Phaſelum ſeniorem Iudææ præficit, Herodem verò Aſcalonitam Galilææ, ipſe verò velut omnium pater ſolicitè cunctis ſuperintendit. Tandem à Malcho Iudæo necatus veneno interijt; de quo Ioſephus 14. Antiquit. c.
44 18. & 20. † Phaſelus ſe ipſum occidit, & Hircanus à Parthis capitur bello.
45 † Præficitur verò, & creatur Rex Iudæorum ab Auguſto Cæſare Herodes Aſcalonita. Tyrannicè regnat annis 37. cuius atrocitates ſuperant omnes tyrannorum fabulas. Sed anno 15. regni ſui inſtaurat tẽplum Domini in Ieruſalem, quod occaſione bellorum confractũ iacebat. † Huius Herodis
46 Aſcalonitæ Regis tempore naſcitur Chriſtus Ieſus verus Dei filius ex Beatiſsima, & illibata Virgine Maria in Beth-lehemitico præſepio,

F cùm

cùm Auguſti Cæſaris edicto, vniuerſus deſcriberetur orbis.

## Sexta mundi ætas.

### CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *INquiſitor primus Legis Euangelicæ fuit Chriſtus Dominus ſuæ natiuitatis die decimotertio.*

2 *Iudæi planè cognouerunt Dei filium in Beth-lehem fuiſſe natum.*

3 *Chriſtus Dñs nõ puniuit Iudæos, quouſque pareret Iudæa Apoſtolos & iuſtos.*

4 *Inquiſitor fuit Chriſtus Dominus contra Herodẽ Regem, quem vermium corroſione interfecit.*

5 *Confiſcatio bonorum tempore Chriſti apparuit in pœnam infidelitatis Iudæorum.*

6 *Iudæam ob eius infidelitatem ſpoliant Pontifices & præſides, qui creantur Tyberio Cæſare regnante.*

7 *Inquiſitorem egit Ioannes Baptiſta eodem tempore prædicans fidem Chriſti in deſerto Iudææ.*

8 *Inquiſitoris munus exercuit Ioannes Baptiſta reijciens ſacerdotes ab hæreticis Ieroſolimitanis miſſos, offerentes ei numen Chriſti, quos ter monet ſe non eſſe Chriſtum.*

9 *Ioannes Baptiſta populo digito demonſtrat Ieſum, docens monitionem faciendam hæreticis ante punitionem.*

10 *Inquiſitor extitit Chriſtus Dominus, ingrediens templum, vendentes, & ementes eijciens, & num.* 14.

11 *Ioannes Baptiſta infideles diſcipulos miſit ad Chriſtum, vt viſis miraculis reuerterentur ad fidem.*

12 *Inquiſitorum munus eſt, hæreticos ad fidem Chriſti adducere.*

13 *Hæreticorum pœnã ignem eſſe apparet.*

15 *Confiſcationem bonorũ & ignem hæreticorum eſſe pœnam demonſtrauit Chriſtus per tres parabolas, & ex dato præcepto iubet eos iugulari, vnde ſe & Apoſtolos inquirendi munere fungi debere oſtendit.*

16 *Inquiſitor verus apparuit Chriſtus, vbi conuincit hæreticos Iudæos futuram mortuorum reſurrectionẽ negantes.*

17 *Inquiſitores tenentur hæreticos ex ſacræ ſcripturæ teſtimonijs conuictos ad fidem reducere.*

18 *Iudæorũ peruerſa dogmata, & errores ſæpiſsimè Chriſtus improbauit.*

19 *Chriſtus poſt ſuam reſurrectionem apparuit Diſcipulis euntibus in Emaüs, illoſq; dubitantes redarguit ſtultitiæ & tarditatis.*

20 *Inquiſitor extitit Chriſtus Dominus Iudæos priuãs regno, propter eorum infidelitatem & hæreſim.*

21 *Titus ingrediens & contemplans Ie-*
22 *ruſalem, quid dixit.*

23 *Iudæorum deſtructio propter mortem Chriſti accidit: idque probatur ex multis ſacræ ſcripturæ locis, & Patrum teſtimonijs.*

24 *Hæreticorum pœnas Chriſtus Dñs tanquam verus Inquiſitor demonſtrauit eſſe bonorum cõfiſcationem, & alia.*

25 *Apoſtoli ſucceſſerunt Chriſto vero Inquiſitori, quibus data eſt iuriſdictio in cauſis fidei contra hæreticos & infideles.*

26 *Inquiſitor extitit Paulus Iudæum magum prædicationi reſiſtentem dicto ad tempus excæcans.*

27 *Inquiſitor fidei Petrus Apoſtolus fuit, cùm Ananiam & eius vxorẽ verbo enecauit, & Simonem Magum volantẽ verbo ſuo deiecit ac contriuit.*

28 *Inquiſitor apparuit Paulus Hymenæũ & Alexandrum hæreticos excommunicans, & tradens Sathanæ tortori torquendos.*

29 *Inquiſitor apparuit Paulus cum fornicarium & malè de matrimonio ſentientem præcepit tradi Sathanæ corporaliter affligendum.*

30 *Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta cõtra Cerinthum & Marcionem hæreticos ſcripſit Euangelium Chriſti diuinitatem probans. Tum Cerinthus tam Eccleſiæ, quàm Apoſtolorum ſenſit Inquiſitionem.*

31 *Epiſcopi ſucceſſerũt Apoſtolis, qui iure diuino ordinarij fuere Inquiſitores.*



IN ſexta verò ætate,
Chriſtus Dominus no
ſter † primus Inquiſi-
1 tor fuit Legis Euãge-
licę, qui decimotertio
ſuę natiuitatis die no-
tum fecit vniuerſæ Ieroſolimæ per
tres Reges Magos ſe in mundum ve-
2 niſſe.† Nã ipſi Iudæi coacto Concilio
ex prophetia Michææ c. 5. cognoue-
runt planè Dei filium in Beth-lehem
fuiſſe natum, quos quidem pœnituit
natiuitatis filij Dei: nam vt ait Mat-
theus [turbatus eſt, & omnis Ieroſoli
ma cum illo] cœperuntq; ab hoc tem-
pore claudicare in fide Chriſti Domi
3 ni, quos nõ puniuit † aut penitus de-
leuit quouſque pareret iuſtos, quos
prægnans aluo Iudæa continebat. Id
Michæas Propheta dicit cap. 5. [& tu
Beth-lehẽ Ephráta paruulus in milli-
bus Iuda: ex te mihi egredietur, qui
ſit dominator in Iſrael, & egreſſus
ſeu egreſsionis eius ab initio, nempe
temporis gratiæ, & altera natiuitas
à diebus ęternitatis. Propterea dabit
eos vſq; in tempus quoúſq; parturiẽs
pariet] id eſt, non tradet infidelem
Iudæã morte plectendam Romanis,
quoúſque pariat Apoſtolos & iuſtos,
quorum fœturâ eſt pręgnans, mulier
4 † enim grauida non plectitur donec
pariat l. prægnãtis. ff. de pœnis. [Prægnantis (inquit) mulieris cõſumendæ
dãnatæ, pœna differtur quò ad pariat,
ego quidẽ & ne quæſtio de ea habea-
tur, ſcio obſeruari quãdiu prægnans
eſt] Ad hæc eſt etiã text. in l. & ſeruo-
rum. § penul. ff. de ſtatu hominum.
5 Inquiſitor etiã fuit † Chriſtus Dñs
contra Herodem, quem ſexto ætatis
ſuæ anno morbo intercutis aquæ &
corroſione vermium interfecit: quia
perſecutus eſt ſuum Redemptorẽ, &
occidit omnes pueros à bimatu & in-
fra in Beth-lehem, & in omnibus
eius finibus in odium Chriſti.
Poſt obitum Herodis Cæſar Augu.
6 † diuino impulſus numine diuidit re-
gnũ, & quatuor cõmittit tyrannis: Iu-
dæã Archelao, Galilæã Herodi Anti-
pæ, Ituræã Philippo, & Iraconitidem
regionẽ Abilinã Lyſanię, de quo Luc.
c. 3. Ioſephus lib. 17. Antiqu. c. 17. & 2.
bel. c. 4. Has prouincias omnes iſti ty
ranni deprędabantur in pœnã infide-
litatis Iudæorum: ecce tẽpore Chriſti
Domini confiſcationem bonorum.
Anno Tyberij Cæſaris 15. vt ait D.
Luc. Pilatus præficitur Iudææ, & Pon-
tifices creãtur Annas, & Caiphas, qui
ſupra quàm dici poteſt ſpoliãt Iudæã,
id inſpirãte Chriſto Domino propter
eorum infidelitatẽ: ſed ante Pilatum
multi Romani pręſides Iudęã afflixe-
rant, & hauſerant, vt optimè Ioſeph.
lib. 17. Antiquit. & 2. belli c. 6.
7 Eodem tempore Ioannes † Baptiſta
qui hactenus in deſerto vitam miræ
auſteritatis egerat, veſtitus pilis ca-
meli, cinctus zona pellicea, victitans
locuſtis ac melle ſylueſtri, Dei man-
dato incipit in deſerto Iudææ & in
finitimis Iordanis Inquiſitorem agere
prædicans fidẽ Chriſti, Legem Euan-
gelicam, Baptiſmum, Pœnitentiam:
obiurgat, terret, minatur arboribus
ſterilibus excidiũ propter infidelita-
tẽ, Phariſæos infideles, & Saduceos ne
gãtes mortuorũ reſurrectionẽ ſeuerè
corripit, ac minatur niſi reſipiſcãt, pa-
leas à tritico ſeparãdas ac igni cremã
das, de quo Matt. c. 3. Mar. c. 1. Lu. c. 3.
8 Agit etiam Inquiſitorem † Ioan-
nes Baptiſta (Ioan. cap. 1.) cũ Iudæi re
ijcientes Chriſtum, & data opera hæ-
retici mittũt ab Ieroſolimis ſacerdo-

tes ad Ioannem offerentes ei numen
Chriſti,quos Ioannes monet profeſ-
ſus ſe non eſſe Chriſtum,ſed vocem
clamantis in deſerto [parate viam
Domini]in medio autem ipſorum ſta
re quẽdam,qui ſe eſſet prior, tantoq;
dignior vt ipſe indignus ſit qui ſoluat
9 corrigiam calceamẽti † Poſtridie ve-
nientem ad ſe Ieſum digito demon-
ſtrat populo, ac denunciat eum eſſe
agnũ Dei,qui tollit peccata mũdi , ſi-
biq; cæleſti ſigno manifeſtatum ip-
ſum eſſe filium Dei.Ecce monitiones
ac ſuaſiones,quas Inquiſitor facit hę-
reticis ante punitionem.

Anno triceſimo primo ſuæ ætatis
10 Chriſtus † D. N. Inquiſitorem agit:
nam ingreſſus templum eijcit flagel-
lo ſacrilegos prophanatores, venden
tes & ementes vnà cum ipſorũ mer-
cibus Ioann.cap.2.

11 Eodem tempore † Ioannes Ba-
ptiſta diſcipulos ſuos infideles mittit
ad Chriſtum,qui miraculis ob oculos
eorum factis,probat ſe eſſe Meſsiam
eoque pacto qui prius erant incredu-
li reducuntur ad fidem.Quod aduer-
12 tit Matth.cap.11.Infideles † enim &
hæreticos ad fidem Chriſti reducere
ad Inquiſitores pertinet, [nolo mor-
tem impij(inquit Ezechiel.c.33.)ſed
vt conuertatur & viuat] & habetur
in.c an.agnouimus.26.q.6.

Anno triceſimo tertio ſuæ ætatis,
13 Chriſtus D. noſter † trãſiens per Ga-
lileam mediamq; Samariam,præmit-
tit nuncios in ciuitatem Samaritano
rum,qui parent ipſi hoſpitium,à Sa-
maritanis non recipitur , quos Ia-
cobus & Ioannes igne cęleſti perden
dos cenſent , vt ait. D. Lucas c.9.ec-
ce hæreticorum pœnam , ignem , vi-
delicet: erant enim Samaritani illius
temporis hæretici.

Hoc eodem anno ingreſſus Ieſus
14 † templum , iterũ Inquiſitorem agit,
expellens ſacrilegos ementes & ven
dentes.Euertit menſas nummulario-
rum , flagellatque infideles Iudæos.
Matth.c.21.Marc.11.& Luc.19.

Matth. cap. 21. & 22. Marc. cap.
15 duodecimo,& Luc.20.† tres Chriſtus
ſubijcit parabolas: primam , de duo-
bus filijs: alterã,de vinea locata agri-
colis : tertiã de nuptiali conuiuio in-
uitatis iam parato.His apertè indicat
regnum eſſe auferendum ab hæreti-
16 cis Iudæis, vrbemque eorum eſſe ig-
ne ſuccendendam. Ecce confiſca-
tionem bonorum , & ignem quibus
hæretici puniuntur. His addo &
mortem Chriſtum illis minari , qui
iugum ſuum vel detrectarint , vel
excuſſerint.Luc. 19.verſ. 27. [inimi-
cos illos meos qui noluerunt me re-
gnare ſuper ſe , adducite huc , & in-
terficite ante me] Quibus verbis ſe
non ſolùm Inquiſitorem eſſe profi-
tetur, ſed etiam Apoſtolis & Eccle-
ſiæ ſuæ curam eiuſdem muneris im-
pertitur . Eodem anno Chriſtus vt
verus Inquiſitor hæreticos Iudęos
negantes reſurrectionem mortuo-
rum futuram , ſcripturæ teſtimonio
redarguit ac conuincit (Matth. 22.
17 Marc.12.Luc. 20. † Eſt enim Inquiſi-
toris munus hæreticos ex ſacræ ſcri-
pturę teſtimonijs cõuictos ad fidẽ re-
ducere:Quinetiã,& Phariſęis probat
ex teſtimonio Dauidis Chriſtum eſſe
Deum.

18 Chriſtus † ſimiliter diſcipulis ſuis
ſermonẽ illum durum admodum re-
putantibus , in quo carnẽ ſuam in ci-
bũ, ſanguinem verò in potũ promit-
tebat,occurrit : & modum, quo erat
intelligendus aperuit Ioann. cap. 6.
cum dixit: [ſpiritus eſt, qui viuificat:
caro non prodeſt quicquam : verba
quæ ego loquor vobis,ſpiritus & vi-
ta ſunt. Et idem ſæpiſsime Iudæo-
rum peruerſa dogmata , & illorum
19 improbauit errores. † Et cum ab in-
feris rediuiuus exiret , tertia die Di-
ſcipulis



ſcipulis Emaũs iter facientibus ſeſe
immiſcuit,& de ſermonibus quos ad
inuicem conferebant inquirens,illos
de ſua reſurrectione quodammodo
dubitantes , ſtultitiæ & tarditatis
damnauit,illiſque veterum Patrum
typos , & Prophetarum oracula de
ſua morte & reſurrectione aperuit.
Lucæ cap.24.

20 Vltimò tandem † Chriſtus Domi-
nus noſter Inquiſitor fuit in punitio-
ne Iudæorum. Priuauit enim eos re-
gno & ſacerdotio, diruit penitùs eo-
rum regnum , combuſsit templum,
tradidit eos perpetuæ Gentium ca-
ptiuitati,à qua non liberabuntur vſq;
in finem mundi propter eorum ſce-
lera nempe infidelitatem , hæreſim,
perſecutionem , & mortem Chriſti.
Ioſephus lib. 7. capite 24. de bello
21 Iudaico † Titum ait ingreſſum ciui-
tatem Ieruſalem intuitum fuiſſe ciui-
tatis munitiones , ac turres inexpu-
gnabiles,ac dixiſſe.Deus erat qui de-
traxit ab iſtis monumentis Iudæos:
nam hominum manus , aut quæ ma-
chinæ ad iſtas valerent? & Philoſtra-
22 tus in vita Apollonij Tyanæi ait:† Ti-
tum dixiſſe ſibi non eſſe adſcriben-
dam Iudæorũ perditionem, ſed Deo
iracundiam contra Iudæos demon-
ſtranti.Idem quoq; Ioſephus lib.7.de
bello cap. 24. 25. & 26. Indubitatum
(inquit) eſt quod ad pœnam mortis
23 Chriſti Deus hoc operatus eſt.† Plena
eſt ſacra ſcriptura prędictionibus Pro
phetarũ in excidium Iudæorum, pro
pter mortem Chriſti.Nam Pſal. 2.de
hoc agit luculẽter in illo verſu : [Re-
ges eos in virga ferrea,& tanquã vas
figuli confringes eos.] Diuus Hiero-
nymus,Baſilius,& Theodoretus , Eu-
thymius, Auguſtinus , & Eugubinus
hunc locum intelligunt de duro Ro-
manorum Imperio,quod hîc appella-
tur virga ferrea , per quam Chriſtus
confregit vires Iudæorum in expu-
gnatione Ieroſolimitana. Nam in
ſtatua Danielis pedes ferrei ſignifica-
bant imperium Romanum , ob id
nimirum quod ferrum domet om-
nia. Et Iudæi poſtquam occiderunt
Chriſtum indurati ſunt in infidelita-
te & hæreſi,in modum vaſis teſtacei,
quod poſtquàm induratum eſt,ſi vir-
ga percutiatur ferrea , ita frangitur
vt nunquam inſtauretur , & teſtacea
fragmenta reſiliunt, & diſperguntur
huc illucque. Ita Iudæi diſperſi ſunt
per vniuerſum orbem. Et Pſalm. 68.
ita ait Dauid: [Obſcurẽtur oculi eo-
rum (nempè Iudæorum) ne videant:
nam odium in Chriſtum excæcauit
eos. Et dorſum eorum ſemper incur-
ua. ] nam ſempiternæ ſeruituti ſe
damnarũt propter mortem Chriſti.
[Effunde ſuper eos iram tuam, & fu-
ror iræ tuæ comprehendat eos. Fiat
commoratio eorum deſerta,& in ta-
bernaculis eorum non ſit qui habi-
tet. Quoniam quem tu percuſsiſti
perſecuti ſunt,] id eſt, Chriſtum. [Et
ſuper dolorem vulnerum meorum
addiderunt,] nempe blaſphemias in
Chriſtum. [ Deleantur de libro vi-
uentium , & cum iuſtis non ſcriban-
tur , ] & Pſalm. 108. ſic de Iudæis ait
Dauid, ſecũdum tranſlationem Diui
Hieronymi. [ Inſtabiles vagentur fi-
lij eius, & mendicẽt, & eijciantur de
habitationibus ſuis, ] his addit paulò
pòſt. [Sint contra Dominum ſemper,
& pereat de terra memoria eorum,
quia non eſt recordatus facere miſe-
ricordiam , & perſecutus eſt homi-
nem inopem, & pauperem & com-
punctum corde, ] ſcilicet, Chriſtum.
Et Pſal.20. [Inueniet manus tua om-
nes inimicos tuos , dextera tua in-
ueniet odientes te ] tum paulò pòſt:
[Fructũ eorum de terra perdes, & ſe-
men eorum de filijs hominum , quo-
niã declinauerunt ſuper te mala, co-
gitauerũt conſiliũ quod nõ potuerũt

 ſtabilire

ſtabilire. ] Nicolaus de Lyra hunc Pſalmum intelligit de vindicta Chriſti in Iudæos propter ſuam mortem, Iſaias quoque Propheta dicit, capit. primo, quod propter blaſphemias in Chriſtum, & eius necem Iudæorum ſacrificia forent penitùs delenda, ipſique in ſeruitutem perpetuam redigendi, lege caput tertium Iſaiæ, & cap. 8. vbi idem prophetat eorum excidium perpetuū, & appellat Chriſtum lapidem offenſionis, & petram ſcandali, ſicut & B. Petrus in prima ſua Canonica c. 2. & D. Paul. ad Roman. 9. quia lapis hic erat contriturus regnum, opes, & libertatem Iudæorum: longum eſſet Prophetarum teſtimonia referre. Plenus eſt Iſaias à c. 28. vſq; ad vltim. ſed præcipuè capp. 29. 42. 49. 50. 59. 65. & vltim. & Ieremias capp. 3. 5. 8. & 12. & apud Danielem cap. 9. poſt hebdomadas (inquit) 62. occidetur Chriſtus: & nō erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ſanctuarium diſsipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio, & vſq; ad conſummationē & finem perſeuerabit deſolatio. Expreſſè quoq; punitionem Iudæorum prophetat Oſeas cap. 3. vbi Deus plebi Iudæorum ſic loquitur: [dies multos expectabis me. ] nam vſq; in hanc diem Iudæi expectant Meſsiam. [ Non fornicaberis, & non eris viro. ] id eſt, non adorabis idola, & non eris vxor viri tui Chriſti [quia dies multos ſedebūt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Teraphin] Ecce punitionem infidelium Iudęorum. Ephod appellat reſponſiones, quibus Deus per Ephod ſacerdotale reſpondebat, & edebat oracula: vt optimè Ribera, De veſtibus ſacerdotalibus. Teraphin verò ſunt idola, in cap. quoque 9. & 10. Oſeæ. Amos cap. 8. Michææ. 5. Sophoniæ. 3. Zachariæ. 11. & Lucę cap. 9. apud Euangeliſtas & ſcriptores ſæculares & Eccleſiaſticos plura ſcripta ſunt de vindicta, quam Chriſtus exercuit in hæreticos Iudæos, propter ſuā
24 necem. † Ex quo conſtat primum Inquiſitorem legis Euangelicę eſſe Chriſtum Dominum, & pœnas hæreticorum eſſe confiſcationem bonorum, exilia, infamiā perpetuā, & alia: Nam quid eſt quod Luc. 9. videns ciuitatē flet ſuper illam, prædicitq; funditùs euertendam? & feria ſecunda apud Matth. cap. 23. & apud Marc. cap. 11. eſuriens in via ficui fructibus carenti perpetuam imprecatur ſterilitatem, niſi Chriſtum ſententiam veluti Inquiſitorem proferre aduerſus Iudęā?
25 Chriſto Domino ſucceſſerunt † Apoſtoli, quibus data eſt Inquiſitorum iuriſdictio in cauſis fidei: mittit eos in orbem vniuerſum prædicaturos Euangelium: Idola deleturos, fugaturos dæmonas, euerſuros fana ac templa Dæmoniorum, punituros reſiſtentes fidei Infideles, hæreticos,
26 apoſtatas, Hinc Paul. † vt Inquiſitor (Actorum. 13.) in Papho inſula Elymam magum pſeudoprophetam Iudæum ſuæ prædicationi reſiſtentem dicto excæcat ad tempus. Hinc D. Petrus Ananiam, eiuſque vxorem Spiritui ſancto mentientes, tanquam hæreticos morte afficit Act. 5. & † Si-
27 monem arte magica volantem auxilio duorum Dæmonum de aere verbo ſuo deiecit ac contriuit, vt refert Hegeſippus. Paulus quoque 1. ad Ti-
28 moth. cap. 1. indicat ſe veluti Inquiſitorem, Hymenæum & Alexandrum hęreticos, quos excōmunicauerat, tradidiſſe Sathanæ tortori torquendos.
29 † Et Epiſtola 1. ad Corinth. fornicarium, qui nouerca ſua vxoris loco vtebatur, & de matrimonio malè ſentiebat, præcipit publico Eccleſiæ conſenſu tradi Sathanæ corporaliter affli-



affligendum, quò ſpiritus eius ſaluus fieret: Poſt annum verò hunc eundem fornicarium in gratiam recipit emēdatum, ne immodico dolore ab-
30 ſorbeatur. † Ioannes quoque Apoſtolus, & Euangeliſta cū liberatus ab exilio rediſſet Epheſum reperit Ebionē, Cerinthū, & Marcionē hæreticos aſſerentes Chriſtum ante Mariā non fuiſſe, neq; eſſe Deum: ſcripſit contra eos Euangelium ſuum Chriſti diuinitatem præ cæteris Euangeliſtis declarans: & probans Cerinthum pertinacem hæreticum cum illis, qui eius hæreſi adhæſerant, qui tandem ruina domus extincti ſunt. Neque id immeritò illis accidit. Totius enim Eccleſiæ ſubierant Inquiſitionem, & hęreſeos damnati fuerant in celebri illa Synodo, quam Apoſtoli coegerant in Ieruſalem, de qua Act. 15. Et quidem eo loco dicitur magnam fuiſſe factam conquiſitionem, his verbis [ cum autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit] quaſi dicat: Inquiſitionis actus eſſe confectos aduerſus Cerinthum & eius aſſeclas. Nam hæc de Cerintho dici Philaſtrius ( qui non ita multò poſt ætatem Apoſtolorum catalogum hæreſeωn ſcripſit ) autor eſt ferè in hæc verba in Cerintho. [ Hic ſub Apoſtolis quæſtionem ſeditionis commouit, dicens debere circumcidi homines, cuius cauſa contra illum & hæreſim eius decreuerunt Apoſtoli ſententiam, non debere iam homines Iudaiſmo, id eſt, circumciſioni alijſque talibus ſuperſtitionis vanę parere carnalibus, qui de Gentibus venientes credebant in Chriſtum Dñm noſtrū Saluatorē ] Atque inde colligo tam Apoſtolos, quàm Eccleſiam accepiſſe à Chriſto ius Inquiſitionis, eóque vſos eſſe aduerſus hæreticos.

Apoſtolis ſucceſſerunt Epiſcopi, qui iure diuino ordinarij fuēre Inquiſitores contra hæreticos, vt in libr. 2. tit. 1. c. 1. dicemus.

DE

# DE ORIGINE ET PROGRESSV SANCTAE INQVISITIONIS DELEGATÆ.

## LIBER SECVNDVS.

## TITVLVS PRIMVS.

### *Quo tempore primum exordium ſumpſerit Officium Sanctæ Inquiſitionis delegatæ.*

### *CAP.* I.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas inquirendi eſt à Chriſto Ieſu Domino noſtro, commiſſa* Petro, *& eius ſucceſſoribus.*
2 *Epiſcopali dignitati eſt annexa poteſtas inquirendi, contra fidei noxios.*
3 *Inquiſitoribus cur datum fuit munus inquirendi contra hæreticos.*
4 *Prateolus ſcribens quo tempore Inquiſitio delegata inceperit, deceptus fuit.*
5 *Hieronymus Romanus agens de principio delegatæ Inquiſitionis allucinatus eſt.*
6 *Inquiſitio delrgata ao Innocentio 3. Pontifiee Maximo inſtituta fuit.*
7 *Albigenſium hæreſis occaſio fuit inſtituendi tribunal Inquiſitionis.*
8 *Albigenſium errores & hæreſes commemorantur.*
9 *Petrus Monachus Legatus mittitur ab Innocentio III. ad Albigenſes, & interimitur.*
10 *Abbates duodecim ex Diui Bernardi familia mittuntur ad reducendos Albigenſes.*
11 *B. Dominicus comitatur Abbates in reducendis hæreticis.*
12 *B. Dominicus agit cum legato Apoſtolico, de Inquiſitione inſtituenda.*
13 *Legati Apoſtolici Galliarum inquirendi munus Beato Dominico iniungunt.*
14 *Innocentius tertius Sum. Pontif. Beatum Dominicum Inquiſitorem creauit, anno 1216. Pontificatus verò ſui anno vltimo.*

HVIVS ſacri tribunalis primaria, & principalis poteſtas à Chriſto Domino (cui omnis poteſtas data eſt in cælo & in terra)
1 † Petro & eius ſucceſſoribus eſt demandata, quippe cui dictum eſt: paſce oues meas, Matth. cap. 16. Ioann. cap. 21. [& tu conuerſus confirma fratres tuos.] Luc. 22. & Canon. ita Dominus 19. diſtinct. Canon. in nouo, & Canon. quãuis. 21. diſtinct. Quare ad Petrum & eius ſucceſſores ex inſtituto diuino omnes cauſæ fidei, & omnia dubia ſunt referenda. Nam ad Vicariũ pertinet, cui Dominus vices ſuas commiſit in Dominum peccantes, ſupplicio coercere, vt latè diximus in q. 2. de iuriſdiction. Sum. Pontific. Eſt enim hæc



2 hæc poteſtas † inquirendi Epiſcopali dignitati annexa ducẽs ab ipſis Apoſtolis originem. Nam (vt ait Anacletus, qui regnum ſpirituale cepit anno Chriſti 102.) decedentibus Apoſtolis, in loco eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, quos qui recipit & verba corũ, Deum recipit. Canon. in nouo Teſtamento diſtinct. 21. Atque adeo à primordijs naſcentis Eccleſiæ in omnibus prouincijs Prouincialia Concilia, bis in anno cogebantur, in quibus fierent regulares Inquiſitiones. Idque vſus obtinuit vſque ad Concilium ſextum Conſtantinopoli celebratum, anno Domini 681. vbi ſancitum eſt vt ſemel tantùm in anno Prouinciale Cõcilium haberetur, in quo regulares illæ Inquiſitiones obtinerent, & iterum id ipſum eſt confirmatũ in ſeptima Synodo Nicena celebrata ſub Adriano Summo Pontifice (vt autór eſt Zonaras in Irenæo) anno 774. can. Quoniam. diſt. 18. Idem docet Lucius Papa 3. qui fuit anno Chriſti 1181. Sic docet ſacrum Concilium vniuerſale Lateranenſe ſub Innocentio Papa 3. celebratum anno Chriſti 1215. & habetur in cap. ad abolendam, cap. cum ex iniuncto: & cap. vt commiſsi. de hæreticis. Tamen quibuſdam Epiſcopis negligentibus, tam ſalutiferũ hoc officium exercere, quibuſdam autem ob diuerſa alia negotia impeditis,
3 Summi Pontifices † matura deliberatione decreuerunt, viros doctos, & Catholicos eligi, qui tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati, hoc tam ſanctum officium exercerent. cap. per hoc. & cap. ne aliqui. de hæreticis, lib. 6. Ancharan. & Collect. in cap. ad abolendam. De hæretic. dũmodo ipſi Epiſcopi aut eorum vicarij præſentes eſſent cum Inquiſitoribus in ſententijs contra fidei noxios proferendis, vt eos, eorumq; fautores, defenſores, & receptatores punirent, ac innocentes abſoluerent, & pœnitentes ac reſipiſcentes ad Eccleſiæ vnitatem admitterent. Clem. 1. §. 1. de hæretic. c. vt commiſsi. §. priuandi. de hæret. lib. 6. cap. ad abolendam. dict. tit. Quod ſi ſecus factum fuiſſet, irritũ eſſet ipſo iure. tex. in d. Clement. 1. §. duro. de hȩretic. Et ibi Ioann. de Imola, & Cardi. quæſt. 3. vt latiùs in tit. de Inquiſitoribus demonſtratur. Idcirco officium delegationis ſanctiſsimæ Inquiſitionis videtur inductum à ſummis Pontificibus citra quadringentos annos: quia ante id temporis Epiſcopi autoritate ordinaria illud exercebãt. Nec obeſt opinio Gabrielis Prateoli,
4 lib. 4. Hiſtor. ſuæ, † vbi de Valcho hȩretico tempore Henrici quinti Imperatoris & Paſchalis Papæ ſecundi anno 1117. dicit hæreticum illum condemnatum fuiſſe ab Epiſcopo Gerundenſi, & ab Ernoldo Burgenſi Inquiſitore. Innuit ille anno poſt Chriſtum 1100. fuiſſe Inquiſitores exercentes officium præter Epiſcopos: ſed hallucinatus eſt in temporum computatione, vt inferiùs dicemus. Hieronymus
5 Romanus † libro. 5. Hiſtoriæ de Republ. Chriſtian. videtur ſentire incepiſſe tempore Innocentij Papæ quarti qui fuit anno Chriſti. 1243. quia Bonifacius octauus, qui fuit anno Chriſti 1294. in cap. vt commiſsi. de hæretic. citat Innocentium quartum, Alexandrum quartum & alios: ſed certum eſt ſanctæ Inquiſitionis officium, nec tunc incepiſſe: tempore enim Innocentij quarti, & Alexandri quarti diuerſis priuilegijs, iuriſdictionibus, & immunitatibus decoratum fuit, ſi horum Pontificum priuilegia diligenter
6 perpẽdantur: † vt ſtatim probabimus & ab Innocentio. 3. Pontifice maximo S. Inquiſitionem inſtitutam fuiſſe.
7 Sed quia † Albigenſium errores Romanos Pontifices impulerunt, vt ſanctum Inquiſitionis officiũ ad hæreti-

corũ arrogantiã coërcendã inſtituerent, operæpretiũ me facturũ exiſtimaui, ſi hęreſes quibus populos inficiebãt ſummatim perſtrinxero, vt clariſsimè appareat, huius ſancti Tribunalis inſtitutionem Eccleſiæ Catholicæ vtiliſsimam atq; valdè neceſſariam ad altiſsimam Dei prouidentiam referẽdam eſſe. Hęretici Albigenſes, nõnullis Albiani, quibuſdam Albij dicti Lugduno exorti in vrbem Galliæ Narbonenſis Alby nomine confluũt. Hic ſedem locarunt, & erroribus & hæreſibus quibus infecti, & contaminati erant, in Narbonenſi Prouincia magnam ſtragem ediderũt, pręcipuè verò in vrbe Tholoſa, ad cuius Epiſcopalem ſedem S. Saturninus priſcis tẽporibus fuit euectus, tũ eius ſucceſſores S. Honoratus S. Siluius S. Hilarius ſanct. Exuperius. S. Germerius, alijque multi Epiſcopi ſanctitatis gloria perilluſtres. Verùm cum labente tempore in vigilantium Paſtorum locum alij ignaui & ſocordes ſufficerentur, diuinum cultum, & animarum ſalutem obliti, nihil aliud quàm ſua commoda ſedulò & impenſe curabant. Hanc nacti occaſionem Albigenſes qui multis hæreſibus, & erroribus cum Arrianis conſentiebant, & Catharis, Cathariſtis, Albanenſibus, Pataræ nis, Speroniſtis, Paſſaginis, Arnaldiſtis, atque Lugdunenſibus pauperibus, non ſolùm decem Albanenſium errores, quos Guido Carmelita refert edocebant, ſed alios etiam nonaginta & eo plures, vt Volaterranus cõmemorat lib. 21. Anthropolog. ex quibus aliquos recẽſet D. Antoninus in ſumma Theologica part. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5. Bernardus de Luxemburgo in Catalogo hęreticorum, Ioannes Buchetus in Annalibus Aquitaniæ, Nicolaus Beltran in Hiſtoria Tholoſana, Monachus à Monte aureo, qui vernacula Albienſium lingua ſcripſit, Denique Genebrardus in Chronologia.

Primùm reconditum & abſtruſum ſanctiſsimæ Trinitatis myſterium abnegabant, in Chriſtum Redemptorẽ noſtrum maledicta congerebant, & eos irridebant qui peculiari pietate & religione Beatam, atque immaculatam virginem Mariam venerabantur, in ſanctos omnes, ſed præcipuè in Beatam Mariam Magdalenam contumelioſi: pœnitentiæ ſacramentum tanquã quid futile & nullius momenti contemnebant, tamque incenſo & inflammato odio huius ſacramẽti miniſtros Epiſcopos, ſacerdotes, & Religioſos inſectati ſunt, vt eos omnibus Eccleſiaſticis prouentibus, & redditibus ſpoliauerint, & in eorum corpora immaniſsimè fuerint graſſati: matrimonij ſacramentũ procaciter euertebant, liberam facultatem mulieribus facientes, vt ad libitum vitam inſtituerent, ita vt nullus proprios filios ab alienis poſſet internoſcere. Erant impudiciſsimi & ſuper omnia voluptatum, & libidinũ cæno impudẽtiſsimè ruebãt, nec ſua obſcœnitate contenti, ſtudebant vt alij etiam in eodẽ cæno volutaretur: Et quia ſancta Maria Magdalena pœnitẽtia ſua illorum mores, & facta damnabat: hinc erat vt maximo odio ab omnibus illis hæreticis haberetur. Vt autẽ populum facilius in ſuam abducerent ſententiam maximam ſimulabant abſtinentiam, carnes non edebant docẽtes illis veſci peccatũ eſſe lethale, inſuper omnia peccata in omni vitæ tempore cõmiſſa remitti aſſerebant, dũmodo hora mortis oratio Dominica integrè recitaretur. Et vt clariſsimè appareat, Dæmonem cumprimum hominem in hæreſim detrudit illico illũ à ſenſu mentis abſtrahere, adigendo ipſum ad credendum errores tam abſonos, & abſurdos, vt veſanus homo & omni ratione carens nullatenus adduci poſſet, vt eis aſſenſum præſtaret. Tãti orationis Dominicæ integrè eo tempore recitandæ neceſsitatem faciebant, vt ſi forſan aliquis antequam è vita diſcederet integrè non recitaſſet, illum damnatum eſſe iudicantes, ſepultura ſacra priuarẽt. Refert Nicolaus Beltran, acrem quemdam ex hęreticis militem, atq; viribus potẽtem, cum omnium ſcelerum, & flagitiorũ maculis notatus, iam-iam animã ageret, qua potuit celeritate orationem Dominicam pronunciare cepiſſe, & antequam vltima verba proferret, nefariam, & turpiſsimam vitam cum infelici morte commutaſſe. Ex quo tantum dolorem Tholoſates omnes conſternati hauſerunt, vt infelicem patroni ſui exitum deplorantes mœrore & lacrymis ſqualerent. Quid tunc Hæreſiarchæ? ô rem riſu digniſſimam! vt ciuibus ſuis dolorem & luctum abſtergerent, omnes in vnum locum conueniunt, & perinde ac ſi conſultores eſſent ſupremi Senatus ſanctiſsimæ Trinitatis, pronunciant ſe pro illa vice dumtaxat facultatẽ concedere, vt qui moribundus orationem Dominicam integrè non protuliſſet, liberè ad vitam beatam euolaret, & eam conſequeretur.

Verùm hæc peſtis in hac prouincia recens non erat: nam in Concilio Lateranenſi celebrato ſub Pontifice ſummo Alexandro 3. anno ab incarnatione Domini 1180. cap. 27. grauiſsimę pœnæ imponũtur eis, qui in Vaſconia, Albigeſio, & partibus Tholoſanis, atque alijs locis auxilium præſtiterint hæreticis (quos alij Catharos, alij Patrinos, alij Publicanos, alij alijs nominibus vocãt) tum etiã ijs, qui aut illos in terra ſua tenere vel fouere auſi ſint, vel negotiationẽ cum eis exercere præſumpſerint. Quinetiam multis annis ante Alexandri 3. Pontificatum hæreſis in eadem prouincia radices altas egerat. Quapropter Diuus Bernardus Epiſtola. 240. Alphonſum ſancti Egidij comitem, qui non longè ab vrbe Tholoſa diſtat, reprehendit & lib. 1. de vita eiuſdem ſancti Bernardi c. 5. legimus contendiſſe Tholoſam, vt ſacris concionibus hęreticos ad fidem Catholicam reuocaret: vbi cum pijs exhortationibus, tum miraculis editis, & multa virtutum documẽta præbens, quibus ad religionis exemplum prælucebat, hæreticorum multos ab hæreſibus & erroribus ad Catholicam veritatem traduxit. Refert Nicolaus Beltran loco ſuprà citato, dum idem ſanctus Abbas pro concione verba faceret in oppido, cui nõmen, Viride-folium & multi hæretici nobiles & diuitijs affluentes ad eum audiendum confluxiſſent, cum primũ cepit errores hæreticorum refellere, continuò viros primarios ęgrè ferentes, & tragœdias excitãtes diſceſſiſſe, quos fere omnes auditores comitati ſunt. Vnde D. Bernardo neceſſe fuit in forũ exire, & ex loco edito cõcionari. Verũ hęretici adeo ira inflãmati, & vehementer cõmoti fuerũt, vt clamoribus & vociferationibus, quo minus audiretur, obſtreperẽt. Quorum inſolentia Diuus Bernardus impulſus, & ſancti Euangelij conſilium memoria repetẽs, puluerem excuſſit è calceis, & ex oppido diſcendens his verbis. [Deus tẽ, Viride-foliũ, arefaciat] populo malè precatus eſt. Tantumq; efficacitatis prædicta execratio habuit, vt continuò oppidũ in magnas miſerias & ęrumnas inciderit. Segetes ſingulis annis grandine verberabantur, nulli percipiebantur fructus, atq; ita perpetuis bellis exarſit, vt tenentibus Principatum expulſis ferè funditus deletum fuerit, nec tot incommodis vllũ remedium fuit, donec abiectis erroribus ſe Eccleſiæ Catholicæ ſubiecerint. Poſtquàm autẽ ſanctus Abbas ex Tho-

Tholoſana diſceſſit Prouincia, quamquam per aliquod tempus in officio Tholoſani perſtiterunt hæreticos inſectantes, & ob id à Diuo Bernardo laudantur Epiſtola 241. Paulò tamen poſt hæreſibus denuo pullulantibus, in dies hæretici longiùs in ſceleribus & flagitijs proceſſerunt: pręcipuè quã do poſt Raimundi Tertij Tholoſæ Comitis mortem Raimundus quartus eius filius in ipſius locum ſucceſſit, qui ſe hæreticis adiutorem adhibuit. Quamobrem permiſit Deus optimus Maximus regno illum expelli: & excommunicatum improuiſa morte decedere, & vt eius filius Raimundus quintus nunquam ad parentem ſepulturæ ſacræ mandandum à ſummo Põtifice facultatem impetraret. Et vt nihil hæreticis ad hæreſes propagandas deficeret Epiſcopis Tholoſę inertibus ac remiſsis, Raimũdus Tertius perditus ac ſceleratus homo ſucceſsit, qui nihil minus quàm ſalutem animarum curabat.

Poſtquam Albigenſes hęretici multa mala & detrimenta Narbonenſi Prouinciæ pepererunt, eamdem peſtem in Italiam inuexerunt (vt Pius quintus in Bulla teſtatur, quam in Roſarij fauorem expediuit, eadem mente & cogitatione ſuæ ſectæ concionatores & dogmatiſtas in Angliam Ioanne huius nominis vnico regnante miſerunt. Longè tamen aliter atq; ipſi ſperabant, euenit. Rex enim illos cõburi iuſsit, vt narrat Thomas Vualdenſis Britannus: celebris autor ex ordine Carmelitarum, in Epiſtola ad Martinum Papam quintum. Inſuper in Cataloniam & Aragoniam excurſionem fecerunt. Sed Rex Alphonſus Pius & Catholicus auus Iacobi Regis cognomento expugnatoris, eos inſectatus eſt, donec omnes expulit à Regnis ſuis anno. 1194. Pragmaticam quãdam Sanctionem celeberrimam contra eos promulgando, quam Doctor Franciſcus Pegna inſeruit commentario. 39. ſecũdæ Partis Directorij Inquiſitorũ. pag. 298. Et nos hic apponendam curauimus, tum quia gratam exiſtimamus futuram eſſe ob notitiã antiquitatis, tum etiam vt percipiatur huius ſancti Regis Catholici cura in exterminandis hæreticis, & vt alijs exemplo ſit. Habet autem ita.

## Edictum Regis Ildefonſi contra hæreticos Valdenſes, vt exeant de regno ſuo:

*Ildephõſus Dei gratia Rex Aragonũ, Comes Barchinonæ, Marchio Prouinciæ, vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris Eccleſiarum Dei Prælatis, Comitibus, Vicecomitibus, militibus, & vniuerſis populis in regno, & in poteſtate ſua conſtitutis Salutem, & integram Chriſtianæ religionis obſeruantiam.*

QVoniam Deus populo ſuo nos præeſſe voluit, dignum eſt & iuſtum, vt de ſaluatione & defenſione eiuſdem populi, continuam pro viribus noſtris geramus ſolicitudinem. Quapropter præcedentium noſtrorum imitatores, & iure Canonibus obtemperantes, qui hæreticos à conſpectu Dei, & catholicorum omnium eiectos, vbiq; damnandos, atq; perſequendos cenſuerunt. Valdenſes videlicet, ſiue Inçapatatos, qui alio nomine ſe vocant, Pauperes de Lugduno, & omnes alios hereticos, quorum non eſt numerus, à ſancta Eccleſia anathematizatos, ab omni regno noſtro, & poteſtatiuo, tanquã inimicos crucis Chriſti, Chriſtianæq;



ſtianæque religionis violatores, & noſtros, & regni publicos hoſtes exire ac fugere præcipimus. Si quis igitur ab hac die & deinceps prędictos Valdenſes, & çapatatos, alioſue hæreticos cuiuſcumq; fuerint profeſsionis, in domibus ſuis recipere, vel horum funeſtam prædicationẽ aliquo modo audire, vel his cibũ, vel aliquod aliud beneficium largiri pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & noſtram ſe nouerit incurriſſe, boniſque ſuis abſq; appellationis remedio confiſcandis, ſe tanquam reum criminis læſæ Maieſtatis puniendum. Et hoc noſtrum edictum & perpetuam conſtitutionem per omnes ciuitates, caſtella, & villas regni noſtri & dominationis, ac per omnes terras poteſtatis noſtræ Dominicis diebus recitari ab Epiſcopis, cæteriſq; Eccleſiarũ rectoribus, atq; à Vicarijs, Balliuis, iuſtitijs, Merinis, Zenalmedinis, omnibuſq; populis obſeruari, & prædictam pœnã tranſgreſſoribus inferendã mãdamus. Notandũ etiã, quia ſi qua perſona nobilis, aut ignobilis aliquos ſæpe-dictorum nefandorum, quibus iam per triduum Edictum noſtrum innoteſcere conſtiterit, alicubi regionum noſtrarum inuenerit, non prorſus, aut citò tamen exeuntes, ſed potius contumaciter commorantes, aut deambulantes, omne malum, dedecus, & grauamen, quod his (præter ſolummodo læſionem mortis, aut membrorum detruncationem) intulerit, gratum & acceptum erit in oculis noſtris, & nullam in pœnam pertimeſcat quoquomodo incurrere, ſed potius gratiam noſtram ſe nouerit promereri. Damus autem nefandis illis inducias, (quamuis quodammodo præter debitum, & contra rationem fieri videatur) vſq; in craſtinum ſanctorum omniũ, quo vel egreſsi fuerint de terra noſtra, vel egredi inceperint; deinde, ſpoliandis, cædendis, ac fuſtigandis, & turpiter, & malè tractandis.

*Signum ✠ Ildephonſi Regis Aragonum, Comitis Barchinonis, Marchionis Prouinciæ.*

*Signum ✠ Petri Regis Aragonum, & Comitis Barchinonis; in originali huius chartæ.*

*Signum Domini Regimundi Archiepiſcopi Tarraconenſis.*

*Signum Domini G. Epiſcopi Tiraſſonenſis.*

*Signum Domini R. Epiſcopi Taccenſis.*

*Et fuit facta charta illa apud Illerdam, à Gullielmo de Baſsia Regio Notario: Anno Domini 1194. Fuit collationata cum originali. Ita eſt. Martinus de Scribas, Notarius.*

Idem Caſtellæ & Legionis Reges feciſſe multi arbitrãtur. Quapropter cum animaduerterent ſe nihil poſſe in Hiſpaniarum Regnis proficere: rẽ inauditam, ſed ipſis dignißimam, ex cogitarunt, vt enim refert Bernardus de Luxemburgo ad Regẽ Saracenum Africæ (quem vulgò Miramolim vocant) ſcripſerunt vt numeroſum exercitum conflatum in Hiſpaniarum Regna traijceret. Quod paucis pòſt annis executus eſt tanta arrogantia atq; ſuperbia, vt ad Pontificem Maximum ſcripſerit, iubens ſanctam Diui Petri Eccleſiam ſibi in ſuorum equorum ſtabulum parari: Sed diuino auxilio Chriſtiani milites confirmati, tã ſtrenuè ac fortiter ſeſe geſſerunt in prælio, vt maximum ac potentiſsimũ Barbarorum exercitum profligarint, & Regem ſuperbum fuga arrepta, pauciſq; cum militibus & ſummo dedecore ſibi cõſulere coegerint. Eamdem diligentiam Albigenſes hæretici adhibuerunt, vt in alias prouincias hæreſim ſuã inducerent, donec tandem eorum ſceleratiſsimi in duas diuiſi

uiſi ſectas: Quarum vnam humilium, alteram Pauperũ de Lugduno vocabant, Romam adierunt: & à ſummo Pontifice, vt duas illas religiones cõfirmaret, per ſummam impudentiam poſtularunt, vt multi teſtantur authores: præcipuè Abbas Vſpergenſis, qui eodem Innocentij tertij tempore floruit, Paulus Æmilius libr. 6. Gallicæ Hiſtoriæ & Ioannes Herold. in prologo Epiſtolarum, quæ libro de bello ſacro appoſitæ circumferuntur, Et Nicolaus Sanderus in libro de Viſibili Monarchia. His technis, aſtutijs & fraudibus homines impudẽtiſsimi Eccleſiam ſanctam Romanam delere funditus cõnabantur, ſed Deus optimus maximus præſentiſsimum ſanctiſsimæ Inquiſitionis adhibuerat remedium (vt mox dicemus) quo non ſolùm hæ ſectæ, ſed multæ etiam aliæ hæreſes ad hanc diem funditus ſublatæ & radicitus extirpatę fuerunt.

Sanctiſsimæ ergo Inquiſitionis officium eo tempore ſumpſit exordium, quo impijs erroribus, & blaſphemijs execrabilibus Albigenſium, Comitatus Tholoſanus infectus & penè extinctus erat. Tunc enim glorioſus Deus Innocentio tertio ſummo Pontifici eam mentem iniecit, vt Petrum Monachum de Caſtronouo virtutis & Religionis gloria florentem crearet Legatum, & ad illam Prouinciam ad Chriſtum ſeruatorem noſtrum reducendam mitteret. Qui cum primùm eò peruenit maximam adhibuit diligentiam, vt viros illius Prouinciæ nobiliores ad fidem Catholicã reuocaret, præcipuè Tholoſæ Comitem Raimundum quartum, cuius auxilio & potentia Albigenſes hæretici in magnam inſolentiam proruperant. Sed cum Legatus Apoſtolicus ſuis exhortationibus nihil proficeret, (quod Raimundus magna eſſet obſtinatus pertinacia) illum ſacrorum communione priuauit, minas eiuſmodi nihili ducentem, negotioque infecto Romam profectus eſt. Verùm cum Raimundus in eum ira excandeſceret, ſatellites miſit, qui viam obſidentes Apoſtolicum Legatum vulneribus cõfoderunt. Eodem tempore ſummus Pontifex Duodecim miſit Abbates ex diui Bernardi familia eximia virtute, & præclara doctrina ornatiſsimos, vt hæreticorum pagos excurrentes illorum blaſphemias concionibus ſacris compeſcerẽt, & doctiſsimis diſputationibus inſolentiam refrænarent. His ſe B. Dominicus ſocium adiunxit cũ D. Didacũ Azeues Epiſc. Oxomenſem oratorem ad Galliarũ regem euntem comitatus eſt. Sed tamẽ cum animaduerteret ſe parùm proficere & hęreticos (vt fert eorum ſuperbia) conciones, & diſputationes Catholicorum irridentes longiùs in dies in perfidia & pertinacia procedere; diuino ſpiritu afflatus, Sanctæ Inquiſitionis Inſtitutioni ſedulò & inſtanter incubuit, vt autoritate Apoſtolica meritiſsimis pœnis hæretici punirentur. Ciſtercienſi Abbati in Galliarum regno Apoſtolica tunc Legatione fungenti cogitationes aperuit, qui ſanctũ conſiliũ debitis laudibus exornans, dum de re ad ſummũ Pontificẽ
13 referri iubet † B. Dominico ſanctę Inquiſitionis munus iniunxit. Idem poſt Abbatem Ciſtercienſem præſtitit Cardinalis, qui in eodem regno Legati munus obibat, vt apertè conſtat ex duobus reſcriptis, quæ B. Dominicus, vt fidei cenſor in eadem expediuit prouincia, in qua poſtquàm redijt ex Cõcilio generali Lateranenſi, anno 1215. literas accepit ab Innocentio Papa tertio, quarum inſcriptio ſic habet. Magiſtro fratri Dominico, & eius ſocijs Prędicatoribus &c. quibus ei & ſocijs cura demandatur hęreticos

Albigenſes



Albigenſes pijs exhortationibus, & concionibus ad fidem Catholicam reducendi. Inſuper ipſe Beatus Pater Dominicus aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitor Apoſtolicus deſignatur, vt nõ ſolùm pijs exhortationibus, ſed Apoſtolica etiam autoritate ad hæreſes funditùs extirpandas procederet, ne arma contra hæreticos neceſſaria deſiderarentur. Apoſtolicarum literarum exemplar nonnulli autores ſe vidiſſe teſtantur vt refert Frater Ferdinandus Caſtillo lib. 1. Hiſtoriæ ordinis Prædicatorum cap. 17. Ex his apparet ſanctum Dominicum anno 1216. fuiſſe Inquiſitorem creatum, cùm literæ poſt diſſolutum Concilium fuerint expeditæ, Concilium autem celebrari ceperit initio menſis Nouembris anno 1215. Duo autem menſes vltimi huius anni, vt minimum neceſſarij erant ad tam celebre, & generale Concilium celebrandum. Hinc planum fit literas Apoſtolicas exaratas fuiſſe anno inſequenti, videlicet. 1216. & eodem Anno B. Dominicum Inquiſitorem creatum, non autem anno 1200. vt voluit Doctor Ignatius Lopez de Salcedo in pract. Criminali canonica, cap. 114. nec eſt cur de anno dubitetur, vt dubitat Doctor Franc. Pegna part. 3. Directorij, comm. 32.

## *De primo Inquiſitore Generali.*

## CAP. II.

### SVMMARIVM.

1 *BEATVS Dominicus primus Inquiſitor Generalis fuit.*

2 *Aliqua de Beati Dominici vita referuntur.*

3 *Beatum Dominicum primum fuiſſe Inquiſitorem probatur.*

4 *Pratcolus ſcribẽs Valdach hæreticum damnatum tempore Paſchalis Papæ II. refutatur.*

5 *Beatus Dominicus ſeuerè hæreticos punit.*

6 *Sententia quam tulit. S. Dominicus in hæreticum reconciliatum.*

7 *Antiquitas veſtis pœnitentialis.*

8 *Facultas conceſſa cuidam Tholoſano à B. Dominico vt domi haberet hæreticum reconciliatum.*

9 *Albigenſes miraculis B. Dominici conuincuntur.*

HOc igitur officium delegatę Inquiſitionis primus Generalis Inquiſitor Apoſtolica autoritate exercuit Beatus †
1 Pater Dominicus ordinis Prædicatorum digniſsimus inſtitutor. De huius viri excellentia, & ſanctitate (quoniam in illius mẽtionem incidimus) non erit abs re aliqua breuiter, & ſummatim perſtrin-
2 gere. † Fuit igitur Pater Dominicus natione Hiſpanus, patria Caleruegã Oxomẽſis Diœceſis, ex Illuſtri Guzmanorum ſanguine procreatus, patre Felice de Guzmã, & Matre Ioanna Daza, non minus ſanguinis, quàm eximiæ ſanctitatis nobilitate præſtantibus, anno Domini 1170. Alexandro tertio Summo Pontifice, Imperatore verò Federico huius nominis primo cognomento Barbaroſſa, Alphonſo tertio Caſtellæ regna Imperio cõtinẽte: & vt refert Ambroſius de Morales diligens ſcriptor, Catholicum Regem Philippum huius nominis ſecundum decimo ſexto gradu cognationis propinquitate contingere. Fuit igitur illius ortus fauſtis prodigijs matri prænunciatus, dum per quietem viſa eſt catulum vtero geſtare ardentem facem præferentem, qui mox in lucem editus, vniuerſum orbem magnis latratibus commoue-

ter,

ret, & admota face, quam ore præferebat, faceret incendio deflagrare. Quinetiam in illius fronte fuit quædam ſtella conſpecta, quæ Terrarum Orbem ſuo ſplendore, ac clariſsimis radijs illuſtraret: quæ omnia non obſcurè præſagiebant fore, vt puer editus præfinito tempore contra importunum generis humani hoſtem, & contra hæreticos clariſsima tuba claſſicum caneret, & Diuini ſpiritus verbis ardentiſsimis rebelles hominum mentes atque animos inflammaret, eiuſq; doctrina miraculis fulgens, omnibus ad virtutem ac pietatem clariſſimam facem præferret: quæ omnia non inania fuiſſe exitus comprobauit. Nam puer ſumma diligentia à parentibus enutritus: & moribus ſanctiſsimis educatus, conceptam ſpem in dies magis ac magis augebat. Cum verò ad annos pubertatis accederet, in Palentinam Academiam ſeſe contulit, vbi humanis ac Diuinis literis non vulgariter eruditus, & in numerum Canonicorum Oxomenſium ex diui Auguſtini Regulari inſtituto aſcitus Oxomenſem Antiſtitem Didacum de Azeuedo pro Alphonſo Caſtellæ Rege ad Ludouicum Francorum Regem legatione fungentem comitatur, & in Galliam profectus, cũ per Tholoſam iter faceret, regionem illam peſtiferis Albigenſium erroribus infectam reperit. Ibi incredibile memoratu eſt qua triſtitia, quo animi dolore fuerit affectus, & quo zelo contra hæreſes ſeſe accinxerit, quos cum admirabili ſapientia & argumẽtis inſectaretur, ab Innocentio Tertio ſummo Pontifice Inquiſitor Generalis eſt inſtitutus, vt cap. præcedenti diximus, illiq; hoc Sanctiſsimum inquirendi munus primo om-
3 nium eſt delegatum. Quod † non ſolùm conſtat ex eo quod cum alijs auctoribus affirmant Camillus, Campegius, & Frãciſcus Pegna 3. part. Directo. comment. 32. verſ. officium delegatæ Inquiſitionis, ſuper tit. quod Inquiſitores non debent moram trahere in Romana curia: ſed etiam manifeſtis indicijs, & efficacibus rationibus comprobatur. Quamuis enim tomi Conciliorum & Summorum Pontificum decreta, Eccleſiarum Cathedralium, & Inquiſitionum, nec nõ Religionum Antiquiorum ſcrinia ſumma diligentia euoluantur, tractatus in quibus de pœnis hæreticorũ agitur, perlegantur, & Hiſtoriæ omnes tam Eccleſiaſticæ quàm prophanæ, quæ ad hanc diem literarum monumentis cõſignatę ſunt, nullam tamẽ de Apoſtolico Inquiſitore, nullam de ſancto officio fieri mentionem ante S. Dominici tempus reperietur. Vnde in Concilio Generali Leteranẽſi ab Innocentio 3. celebrato anno 1215. cum ageretur de Iudice hæreſis, nulla mentione facta de Inquiſitoribus, Epiſcopi deſignantur: ex quo apertè deducitur ante Innocentium Tertium Inquiſitores Apoſtolicos in Eccleſia Catholica non fuiſſe. Idem etiã manifeſtatur ex generali confirmatione priuilegiorum, quibus Cruce-ſignati gaudent, qui vt aſſerunt omnes qui hãc materiam pertractant, ijdem ſunt, atq; ij qui ſancti officij familiares in Hiſpania nuncupantur. In hac confirmatione, quæ in ſancti Officij Bullario continetur Pius quintus refert Innocentium tertiũ primò fuiſſe Põtificem, à quo priuilegia Cruce-ſignatis fuerint irrogata: vbi autem nõ fieri mentionem de Cruce-ſignatis ad expeditionem Hieroſolimitanam, aut in alias infidelium & Ethnicorum Prouincias patet: quia ante Innocentium 3. multa illis priuilegia & immunitates à Romanis Pontificibus conceſſa ſunt. Bullarij verò Cruce-ſignatis conceſsi, ſic verba ferunt. †





## Sanctiſſ. D. N. D. Pij Papæ V. cõfirmatio creationis, & priuilegiorum ſocietatis Cruce-ſignatorum.

*Pius Papa quintus ad perpetuam rei memoriam.*

SAcroſanctæ Romanæ, & vniuerſali Eccleſiæ, diuina diſponente clementia, meritis licet inſufficientibus præſidentes, omnẽ paſtoralis officij noſtri curam, atq; vigilantiam in id potiſsimum adhibere debemus, vt fides Catholica vbiq; terrarum quantum in nobis eſt, integra, inuiolataque conſeruetur: & impij ac deteſtandi hęreticorũ conatus ipſam vnam fidem violare ſatagẽtium, omnibus rationibus cõprimantur. Vnde ſi quæ ad iuuandum huiuſmodi noſtrum propoſitum, ac debitum aliàs piè inſtituta ac conceſſa fuiſſe à prædeceſſoribus noſtris comperimus, libenter approbamus, & aliàs deſuper diſponimus, prout in Domino cõſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaq; inter cæteras quæ in Eccleſia Dei hactenus inſtitutę ſunt Chriſti fidelium ſocietates, illa ſatis vberes Chriſtianæ religionis fructus afferre videatur, quæ ſub Cruce-ſignatorum vocabulo ad aſsiſtendum hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, auxiliumque quando & quoties opus ſit in Catholicæ fidei negotijs, aduerſus hæreticos etiam vita ipſa præſtandum, inſtituta exiſtit, vt non immeritò diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſpecialibus gratijs, & priuilegijs fuerit decorata; Nos attendentes, quòd ea maiorem obtinent roboris firmitatem, quæ pluries Apoſtolicæ confirmationis præſidio ſint communita, vtque paternum noſtrũ erga ipſam ſocietatem charitatis affectum oſtendamus, eiuſdem ſocietatis Cruce-ſignatorum creationem & inſtitutionem, ac priuilegia, quæ ſunt in vſu, nec non indulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcumq; eidem ſocietati, & illius vtriuſque ſexus confratribus Cruce-ſignatis pro tempore exiſtentes, tam per Innocentium III. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Clementem ſeptimum, quàm quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac quibuſuis clauſulis & decretis, hactenus quomodolibet conceſſa & confirmata, decretis tamen Concil. Trid. non repugnantia nec non literas deſuper emanatas, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes, autoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, approbamus, & innouamus, illiſq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos iuris & facti defectus (ſi qui forſan interuenerint) in eiſdem ſupplemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumq; Volumus autem quod præſentium tranſſumptis etiam impreſsis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem vbiq; fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die tertiodecimo Octobris, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo. Pontificatus noſtri anno quinto. Cæ. Glorierius.

Planum igitur eſt de Cruce-ſignatis

ſancti Officij ſeu Familiaribus agi,qui
eo tempore adeò neceſſarij erant,vt
ſine eorum præſidio primi Inquiſito-
res,qui opibus inſtructi nõ erant, tot
hæreticos diuitiarum affluentia inſo-
4 lentes punire non poſſent.† Halluci-
natus autem eſt Gabriel Prateolus re-
ferens Durandum Baldach hæreti-
cum ab Epiſcopo Gerundæ, & Arnal-
do Burgenſi Inquiſitore damnatum
fuiſſe tempore Paſchalis Papæ.II.qui
quinquageſimo anno ante B. Domi-
nici natalem è vita diſceſsit. Apertiſ-
ſimo enim errore lapſus eſt cũ ſentẽ-
tia in Durandũ Baldach(vt ipſe etiam
fatetur)lata fuerit,imperante in Ara-
gonia Iacob. 2.qui vltra centeſimum
ſeptuageſimum annum poſt Paſcha-
lem Papam. II. regni gubernacula
ſuſcepit. Melius multò Nicolaus Ey-
mericus ſecunda part. Direct. quæ-
ſtione vndecima,in hęc verba:Tem-
pore D. Ioannis. 22. inſurrexit in
partibus illis in Ciuitate Gerundenſi,
quidam vocatus Durandus de Bal-
dach ciuis Gerũdenſis cum quodam
ſuo complice, qui dogmatizauit hæ-
reſes & errores Begardorum : tan-
dem Gerundæ præſente Domino Ia-
cobo Rege Aragonię bonę memorię,
eius hæreſes fuerunt condemnatæ
per Dominum Epiſcopum Gerunden
ſem de Villamarino,& fratrem Arnal
dum Burgeti aliàs Burgneſij Inquiſito
rem hæreticæ prauitatis , & ipſi vt
impœnitentes fuerunt traditi Curiæ
ſæculari,& ignibus cõcremati. Fidem
autem Eymerico potiùs quàm Pra-
teolo habendam eſſe,inficiabitur ne-
mo:tum quòd Durandi Baldach cõ-
ciuis & ferè coæuus fuerit,tum quòd
prædeceſſorem Arnaldum, & ſi non
proximè, fuerit ſubſequutus:nec Ber
nardus de Luxẽburgo in Hæretico-
rum Catalogo ab hac diſcedit ſen-
tentia.Hinc vera temporum compu-
tatione facta deducitur Baldach cen-
teſimo anno,poſtquam B. Dominicus
floruit, fuiſſe dãnatum. Meritò ergo
Sixtus quintus Pontifex Maximus in
Bulla quam expediuit de ſancto Pe-
tro Martyre in Diuorum numerum
referendo aſſerit,ab Innocentio ter-
tio , & ſucceſſore eius Honorio ter-
tio primùm omnium B. Dominico
fuiſſe de hęreticorum perfidia inqui-
rendi munus impoſitum , tum ſan-
ctum Petrum martyrem poſt B.Domi
nicum tanquam patronũ ab Inquiſi-
toribus ſumma pietate venerandum.

Tanti ponderis officium B. Domi-
nicus non ſegniter obeundum ratus,
primùm quodam die in ęde ſacramo-
nialium Prulliani cum ad eum audien
dum magna hominum multitudo, vt
fieri ſolebat,concurriſſet,publicè pro
concione aperuit ſibi nouum officiũ
à ſummo Pontifice fuiſſe iniunctum,
addens ſibi in animo eſſe res fidei pro
virili parte defendere,quod ſi ad hoc
arma ſpiritualia & Eccleſiaſtica non
ſufficerent,ſibi conſtitutum & deli-
beratum eſſe auxilium brachij ſęcula
ris inuocare,excitando & impellen-
do Principes Catholicos ad arma cõ-
tra hęreticos capienda,vt eorum me-
moria funditus deleretur.Apoſtolica
ergo firmatus autoritate ad hæreſes
extirpãdas omnes animi vires ac ner
uos intendit.

Cùm igitur in animarum ſalutem
ſuam omnem curam noſter Domini-
cus conſecraſſet,cum lacrymis apud
Diuinam clementiam inſtantiſsimè
orãs, vt ad ſanam mentem hęreticos
ipſos reducere dignaretur,interceſſo
res, aduocatoſq; Beatam Virginem,
à qua vehementiſsimum auxilium
ſentiebat per Roſarium inuocabat,
omneſq; religioſos,& pios viros,quos
Deo acceptos credebat ſecũ in preci
bus coniũgebat.Quo in munere quis
aperire ſufficiat , qua animi pietate,
qua charitate fuerit , quo ardore in
hæreticos



hæreticos animaduerterit ?nam cum
hoc inquirendi officium aſſumpſit,
hoc ſibi propoſitum fuit † tam ſeuerè
5 hæreticos punire, vt alij metu pœnæ
à ſimili ſcelere deterrerentur. Extant
literæ ipſius Patris quibus( cum non
dum delegati Inquiſitoris Apoſtolica
autoritate munus obiret, ſed tan-
tum ab Abbate Ciſterciẽſi Apoſtoli-
cę ſedis legato hoc officium accepiſ-
ſet)quemdam hæreticum hæreſi ab-
iurata, Eccleſiæ reconciliauit non
minus ſalutari, quàm ſeuera pœniten
tia illi iniuncta,quam vt perpetua me
moria & æterna recordatione dignã
ab hinc bis centum, & triginta annis
Cardinalis Nicolaus Roſell. exarauit
in libro manuſcripto , qui in ſacrario
B. Catharinæ Martyris Barcinonæ
obſeruatur. Et noſtris temporibus
Inquiſitor Camillus Campegius in
cap. 20. Zanchini typis mandari iuſ-
ſit.Literarum libet hic exemplum in-
ſerere.

6 Vniuerſis Chriſti fidelibus, † ad
quos præſentes literæ peruenerint,
F.Dominicus,Oxom. Canonicus,Præ
dicator minimus Salutem in Chriſto.
Autoritate Domini Abbatis Ciſter-
cienſis Apoſtolicæ ſedis Legati, qui
hoc nobis iniunxit officium,reconci-
liauimus præſentium latorem Pon-
tium Rogerium ab hæreticorum ſe-
cta(Deo largiente)conuerſum , man-
dantes in virtute præſtiti iuramenti,
vt tribus Dominicis feſtiuis diebus
ducatur à ſacerdote nudus in femo-
ralibus ab ingreſſu villę vſq; ad ingreſ
ſum Eccleſię verberando.Iniungimus
etiam ei , vt à carnibus & ouis , &
caſeo,ſeu omnibus quę à carnibus ſe-
mentinam trahunt originem, abſti-
neat omni tempore, excepta die Pa-
ſchę,& die Pentecoſtes,& die natalis
Domini,in quibus ad abnegationem
erroris priſtini præcipimus vt eis
veſcatur. Tres quadrageſimas anno
faciat à piſcibus abſtinens tribus die-
bus in hebdomada ſemper à piſcibus
& ab oleo, & vino abſtineat, & ieiu-
net,niſi corporalis infirmitas vel æſta
tis labores exegerint diſpenſationẽ.
Religioſis veſtibus induatur , tum in
forma tum etiam in colore,quibus in
directo vtriuſq; papillæ , ſingulæ cru-
ces paruæ ſint aſſutæ. Quotidie ſi
opportunum fuerit,miſſam audiat, &
diebus feſtiuis ad veſperas in Eccle-
ſiam pergat.Alias horas,tam diurnas,
quã nocturnas vbicumq; fuerit,Deo
reddat,ſcilicet ſepties in die : decies
Pater noſter dicat,media nocte vice-
ſies:caſtitatẽ obſeruet, & manè apud
Cererim villam chartam iſtam capel-
lano ſuo per ſingulos menſes oſten-
dat.Capellano etiã præcipimus,vt de
vita eius curam diligenter habeat.
Hæc omnia diligenter obſeruet, do-
nec aliàs dominus Legatus ſuam no-
bis exprimat voluntatem , quod ſi ea
obſeruare contempſerit, tanquã per-
iurum,& hæreticum,& excommuni-
catum ipſum haberi præcipimus, & à
fidelium conſortio ſequeſtrari.

In his literis tria ſe offerunt anno-
tanda.Primum,Abbatem Ciſtercien-
ſem,qui legati à latere munus obibat
de quo in his literis mentio fit Arnal-
dum nuncupari, vnumq; eſſe ex duo
decim illis Abbatibus , qui hæreticis
Albigenſibus ad fidem Catholicam
reducendis operam dabant,cum Bea-
tus Dominicus in Tholoſæ Prouin-
cia reſidebat annis Domini 1206.
1207. & 1208. Abbati in eadem Le-
gatione ſucceſsit Petrus Diaconus
Cardinalis,& huic Bernardus presby-
ter Cardinalis , quibus temporibus
officio Inquiſitoris ſemper functus
eſt Beatus Dominicus, vt refert Ca-
millus Campegius in Additionibus
in Zanchinum.Secundum obſeruan-
dum eſt, id quod Camillus Campe-
gius animaduertit , quàm benignè
 noſtro

noſtro tempore qui in violanda Religione delinquunt à miniſtris ſancti Officij, accipiantur quãdo (relapſis, & hæreſiarchis exceptis) nullus hæreticus in vincula & tenebras abreptus ſit, qui quamuis cum pertinacia in ſuis erroribus tempus aliquod perſeueret, ſi verè eum ante ſententiam erroris & peccati pœniteat, multò leuiori pœna plectatur eis, quas B. Dominicus ab hoc hæretico repetiuit, qui Diuino auxilio excitante, & cæleſti gratia præueniente ab impijs erroribus ſua ſponte ad veram & Catholicam Religionem fuit traductus. Ex hac etiam ſententia percipitur, ſtylum & modum, quo priſcis temporibus Apoſtolici Inquiſitores contra hę reticos procedebant, non benignum & ſuauem, vt multi aſſerunt, ſed ſeuerum & rigidum fuiſſe. Tertium animaduertendum eſt ex his literis an-
7 tiquitatem † veſtis pœnitentialis deduci, qua fidei cenſores ſolent delinquentes induere. Sed conſultò id prętermitto, quo ad noſtra de hoc fuſior alibi reuertatur oratio.

Extat etiam eiuſdem P. Dominici
8 diſpenſatio quędam, † qua facultatem conceſſit cuidam viro primario Tholoſano, vt domi poſſet habere quemdam, qui in hæreſim lapſus fuerat, & quod hac de cauſa nullam contraheret infamiam, nullaſq; pœnas incurreret, cuius diſpenſationis non grauabor exẽplum annectere, quod iuſſit Cardinalis Roſel. in eodem libro deſcribi.

Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos literæ præſentes peruenerint, frater Dominicus Oxomenſis Canonicus prædicationis humilis miniſter Salutem, & ſinceram in Domino charitatem. Diſcretio veſtræ vniuerſitatis præſentium autoritate cognoſcat, quòd nos Raimundo Guillelmo de Alta ripa Pelaganirio licentiam conceſſimus vt Guillelmum Vgunonem hæreticali quondam habitu (vt idem coram nobis aſſeruit inueſtitum) ſecum in domum ſuam apud Tholoſam teneat, more aliorum hominum conuerſantem, quouſq; ſuper hoc nobis, vel ſibi expreſſius mandatum faciat Dominus Cardinalis, & quod ſibi non cedat: videlicet Raimundo Guillelmo, ad infamiam vel damnum.

9 Interea † ſummus Pontifex, & Philippus II. Galliarum Rex, Simonẽ Comitem Monsfortenſem rei militaris pręſtantia celebrem Catholicorum Ducem crearunt, vt hæreticis Albigẽſibus acerrimum inferret bellum, & vt referunt Blondus lib. 6. Decad. 2. & Ioãnes Buchetus Annalib. Aquitaniæ tam Pontifex Maximus quàm Rex Philippus in mandatis Comiti dederunt, vt ſibi ad res feliciter peragendas ſanctum Dominicum adiutorem & in Conſilium adhiberet, eumque hæreticorum incurſionibus incolumẽ ſeruaret atq; defenderet: tum Tholoſanum comitatum promiſerunt ſi ſuo præclarè fungeretur officio. At ille ſemper B. Dominici conſilio vtens optimè ſe atq; expeditè gerebat in omnibus quæ ad ſibi demandatum ſpectare videbantur.

Longum eſſet recenſere quæ inter Catholicorum & Albigenſium exercitus acciderunt, ſed quibuſdam omiſſis, quæ à noſtro inſtituto aliena ſunt, ea tantum quæ noſtrum ſanctiſſimum Inquiſitorem, & ſupplicium hæreticis eius monitu inflictum ab inſigni Comite attingunt, paucis enarrabo. Et quidẽ id mirandum accidit: dum enim Catholicus Comes ingenti pugnatorum mole ad Ciuitatem Beziers caſtra appoſuiſſet, nec quinque menſium progreſſu, cum alias fame premeretur ciuitatem oppugnaſſet, tandem in Beatæ Mariæ Magdalenæ veſpere (cuius ſanctitati Albigenſes



genſes blaſphemi inſultauerant, ardenti ac ſupplici oratione præhabita, ſtrenuus hic dux, prima irruptione ad ciuitatis portas tentata, ſub beatæ Magdalenæ auſpicijs victoriæ palmam reportauit, qui etiam gladio omnes incolas blaſphemantes, & probris diuam afficientes mox interemit, vt teſtatur Nicolaus Beltrandus.

Poſt captam ciuitatem Beziers Carcaſſonam breui ſub comitis ditione redegerunt: quo tandem ita feliciter peracto, nobiles Comitem ſequentes à belli negotio ſuperſedere decreuerunt, exiſtimantes iam penitus hæreticorum vires fore confractas, eò pręſertim quòd Comes Raymundus 4. & Comes de Foix in priſtinum ſtatum redire optauerat.

Porro cum Albigenſes, iam Comitis copias exhauſtas & fere inermes, noſtros intuerentur exercitus, iterũ contra Catholicos inſurrexerunt, & vt refert Vincent. Beluacenſ. libr. 29. cap. 103. & lib. 30. cap. 2. adeo rapidi deſæuierunt, vt Abbatem quemdam S. Bernardi, eiuſq; collegam & alium monachum occiderint. Et mox dum captum clericum & alios ſex nobiles cum quinquaginta famulis ad exercitus peregrè euntes comprehenderent, & in carcerem horrendum conieciſſent, blaſphemis verbis ſanctiſſimam Deiparam mordentes, carceri ignem copioſum iniecerunt, crematuri catholicos vinctos, ſed precibus in ſuum patrocinium Virginem Mariam vocantes ardentes flammas, vt pueri Babylonici immunes poſt tres dies euaſerunt. Sed hæretici pudore correpti illis oculos eruerunt, propterea quod rogari noluiſſent à fide Catholica retrocedere. Idẽ ferè in alio loco dicto Laualo acciderat. Siquidẽ plures ex noſtris hæreticorum gladio cõciderunt, ac tandem ſplendore cæleſti è cælo ſuper corpora deſcendẽte ad ſuperos emigrarunt. Decurſu verò temporis cum Catholici Martyrum precibus hæreticos proſtrarent, & fidei negotia in melius deuenirent: itaq; cõplures ex Albigenſibus à noſtris comprehenderẽtur, quidam obtorto collo laqueis ſuffocati, quidam verò flãmis traditi fuêre. Ex quibus poſteriores adeo proterui obſtinati, & pertinaces deſciuêre, vt (prius moniti ſaluti animæ conſulerent, ſi pœnas euadere vellent) non retardauerint furioſi ſe præcipites igni tradere, & vt refert Nicolaus Beltrãdus, ij trecentorũ numerum excedunt, quamuis Paulus Æmilius in hiſtoria Gallię lib. 6. quadringentos fuiſſe aſſeueret. Quòd ſanè non parũ miror, cum in nullis quotquot fuerunt hiſtoriographis hactenus tam celebrem fidei actionem, ac ſolenne ſpectaculum legerim.

Inde verò ad Cazeras oppidum Catholici perrexerũt, vbi ſexaginta hæreticos cremari fecerũt, deniq; ad locum aliũ appulerunt, vbi centũ octoginta vinctos duxerunt, quibus data optio fuit, an mallent comburi, vel ſuas hæreſes abiurare, ſed tandem furijs agitati igneas flãmas ſelegerunt. Sed quoniã ex his, qui tam admirãdo ſpectaculo interfuerãt, cũ Albigenſes flãmis ſeſe exponere conſpicerent in fide aliquantulũ hæſitarũt, opportunè huic imminenti periculo S. Inquiſitor Dominicus ſubuenire præcupiens, inter alia miracula quæ edidit, illud celebre, & maximę vtilitatis fuit, quò fides Catholica ab hæreticorũ erroribus facilè poſſet internoſci. Cũ enim per aliquod tẽpus Catholici arma depoſuiſſent, B. Dominicum Inquiſitorem, Pręlatos, & doctores Catholicos ad publicã diſputationem, ſolẽnemq; cõtrouerſiam hæretici prouocarunt, nec Catholici diſputationibus tẽtatis

viam occluſerunt. Vt enim ex D. Tho. ſecund. ſecundæ quæſtione. 10. deducitur, ſicut interdum reprehenſibile eſt de rebus fidei coram vulgari plebe diſputare (quapropter. l. nemo clericus, ff. de ſum. Trinitat. grauibus pœnis ſimiles concertationes Imperator Martianus prohibuit) ſic etiã opus eſt cum hæreticis in arenam quandoque deſcendere: vt B. Petrus in ſua canonica teſtatur [parati omni poſcenti vos reddituri rationem, de ea quæ in vobis eſt, fide] quãdoq; enim ad fidei exaltationem rationibus vti licet, quæ etſi demonſtratoriè, & euidenter non probent credibilium euidentiam, probant tamen myſteria fidei eſſe euidenter credibilia, vt docent Theologi. 2. 2. quæſt. 1. Bañes ibidem Aragon. Medina. 1. 2. q. 1. de gratia. art. 1. & omnes communiter ſcribentes. & oſtendunt argumentationes aduerſariorũ hæreticorũ eſſe inefficaces & captioſas. Ad diſputationẽ ergo dum acceſsiſſent, Iudiceſq; integri deſignati eſſent Catholicis acerrimè ac diſſertiſsimè diſputãtibus ac Albigenſibus noſtros cauillationibus & ſophiſticis dictis redarguẽtibus: cũ mox B. Dominicus nullum inde fructum ac vtilitatem populum cepiſſe (tametſi hæreticos pudore correptos) intueretur; quaſi alter Elias Baal ſacerdotes confundẽs, ac mendacij eos arguens, aliud ad noſtræ fidei veritatem probandam, ijs cæcutientibus hæreticis appoſuit; illud videlicet: vt errorum ſuorum libellum, ſicut & ipſe noſtræ fidei in medium afferrent: quos in ignem mitterent, & qui iſtorum incombuſtus maneret, alteri in veritate præcelleret. Id ergo executioni dum mandaſſent coniectis in ignem ambobus Codicibus, is qui errores Albigenſium continebat, repente in cineres fuit conuerſus. Alter verò noſtræ fidei placitis conſcriptus, ter è flãmis inuſtus euolauit, mirabile viſu.

Sed viſo palàm miraculo Albigenſes noſtro Inquiſitori impingentes minimè crediderunt, quin potius pertinaciter ignem naturaliter quandoque plura depellere aſſeuerarũt: quare bis liber à Catholicis in ignem cõiectus fuit, ſed cum iterum atque iterum incombuſtum ij nouatores cernerent conuicti & coacti velut Dæmones, de quibus Iacobus in ſua Canonica [& Dæmones credunt & contremiſcunt] centum quinquaginta ad fidem ſe receperunt, & vt narrat Nicolaus Beltrandus, antequam è Tholoſa duodecim Abbates diſcederent ad ipſum pluries tam noſtri, quàm hæretici iam experti fuerant, qui etiam Diui Dominici aſſerta dum cremare tentaſſent, tuta flammas exceperant. Nec proinde ab erroribus deſciuerant, donec palàm prædictum miraculum ſua ſanctitate perfeciſſet. Nec me fugit à Vincent. Beluacenſi; & ab Epiſcopo Defreſole Frãciſco Diaceto, & à D. Antonino, & alijs relatũ. Hi quidem tradũt, quadam die B. Dominicum decem hæreticos, hæreſis labe infectos candentibus flãmis traditos vidiſſe: cui cum Deus opt. maximus interiùs reuelaſſet Raimundũ Groſſium à ſupplicio inflicto fore liberandum, diligentiſsimè Sanctus Inquiſitor illum è flammis eximi iuſſit, quem alloquutus: vade in pace, dixit: futurum enim eſt, vt poſt multùm temporis Catholicus Chriſti ſectator efficiaris, qui iam viginti annis peractis ad fidem ſe recepit, & Dominicanæ familiæ alumnos poſt abiuratos errores effectus eſt. Plura alia poſſem in medium afferre, ſed quoniam minus noſtro inſtituto ſunt accommodata, proinde ſilentio prætermittenda duximus.



## *De ſanctæ Inquiſitionis Familiarium inſtitutione.*

## *CAP.* III.

### SVMMARIVM.

1 *Familiares ſancti Officij cur inſtituti.*
2 *Familiares cur ſic vocati.*
3 *Familiares, in Italia Cruce-ſignati nũcupantur.*
4 *Crucem in extima veſte præ ſe ferunt.*
5 *Ianitores ſeu Porterij S. Inquiſitionis Siciliæ Cruce inſigniti ſunt.*
6 *Sanctus Dominicus inſtituit alterum Familiarium genus inſtar ordinum militarium, quod Chriſti militiam nuncupauit.*
7 *Aliquot annis elapſis poſt mortem D. Dominici, familiares ab eo inſtituti tertium Dominicanorum ordinem inſtituerunt.*
8 *Noſtra ætate primi duntaxat generis Familiares ſancto Officio inſeruiunt.*

1 CVM Pontifex †
Maximus Innocẽ-
tius Tertius ani-
maduerteret hunc
ſanctum & vigilan-
tem Inquiſitorem
B. Dominicum in-
ter Albigenſes hæreticos Eccleſiæ
Catholicæ infeſtiſsimos, rem ad opta-
tum finem abſq; Catholicorum præ-
ſidio deducere non poſſe, indulgen-
tias, & priuilegia liberaliter imperti-
uit eis qui Inquiſitori ad inquirendos
& puniendos hæreticos auxilium &
comitatum præſtarent. Hinc factum
eſt, vt milites qui opem Inquiſitori
ferentes ſe adiutores adhibebant,
2 veluti † ex Inquiſitoris familia, Fami-
liares vulgò appellarentur. Hi autem
in aliquot Italiæ Prouincijs Cruce-ſi-
3 gnati; † in alijs verò ſancti Petri Mar-
tyris ſcholares communiter nuncu-
4 pantur, Crucemq; in extima † veſte
præ ſe ferunt, vt refert tit. de Cruce-
ſignatis, Lucernæ Inquiſitorum au-
tor. Eoſdem etiam Nicolaus Eyme-
ricus Cruce-ſignatos appellat. 3. part.
Directorij q. 129. & ibidem Franci-
ſcus Pegna Comm. 178. §. hoc priuile-
gio, vbi Cruce-ſignatos eos nuncu-
pari in Italia dicit, qui in Hiſpaniarum
Regnis ſanctæ Inquiſitionis familia-
res nominantur, qui nutibus Inquiſi-
torum obedientes, ea exequuntur,
quæ ad promotionem huius ſacri Of-
ficij, & ad fidei propagationem ac ad
hæreticæ prauitatis extirpationem
ſpectant. Idem etiam nomen antea
Innocentius tertius vſurpauerat, in
cap. excommunicamus. 13. De hære-
ticis. §. Catholici, vbi ait in hæc verba
[Catholici verò qui Crucis aſſumpto
charactere ad hæreticorum extermi-
nium ſe accinxerint, illa gaudeant in-
dulgentia, illo ſancto priuilegio ſint
muniti, quæ accedentibus in Ter-
ræ ſanctæ ſubſidium conceduntur].
verumtamen in Siciliæ regnum hæc
5 inducta conſuetudo eſt, † vt miniſtri
qui ſancti Officij Ianitores ſeu Por-
terij nominantur, & in foro cauſa-
rum ciuilium ſemper adſunt pecto-
re Cruce inſignito, vt dignoſcan-
tur ab omnibus, incedant, & fides ijs
habeatur, quæ Inquiſitorum nomine
propoſuerint. Crux verò ex purpu-
reo ſerico in antiquam formatur figu
ram filo aureo per oram adornata.
6 Alterum inſuper † Familiarium ge-
nus ſanctus Dominicus inſtituit, qui-
bus conſtitutiones & leges condidit
ad vitam ſic inſtituendam, vt acerri-
mè hæreticos inſectarentur, & impe-
tu quàm poſſent maximo (cum opus
eſſet) in illorum perniciem irruerent.
Hos verò Familiares Chriſti milites,
& eorum ſodalitatem Chriſti militiã
nuncupauit: obedientiæ, paupertatis,
& caſtitatis coniugalis vota inſtar

corum emittebant, qui ad Ethnicos armis profligandos ſe ordinibus militaribus addixerũt. Interdum rerũ diuinarũ meditationi vacabant, & volũtarias pœnas ſuſcipiẽtes animi ſordes atq; maculas eluebãt, nullos tamen ex hoc ſocietatis inſtitutos annuos redditus ſperabãt; quin potiùs prouẽtus quos ex ſuis poſſeſsionibus capiebãt in inquirendis & profligandis hæreticis inſumebant, ea tempeſtate hæc ſodalitas in honore ab omnibus habebatur, quam Honorius Papa III. literis Apoſtolicis cõfirmauit. Idem Gregor. Papa IX. præſtitit in priuilegio conceſſo Fratribus militiæ Ieſu Chriſti, quo prædicta ſodalitas mirificè per vniuerſam Italiam aucta eſt, ſumma fidelitate, opem & auxilium Inquiſitoribus, cum opus eſſet, ferentes. His Chriſti militibus B. Dominicus & cæteri Inquiſitores ſtipati incedentes, quàm acerrimè poterant in Tholoſæ, & Italiæ prouincijs hæreticos oppugnabant. Poſtquàm autem ad ſuperos emigrauit, & in Sãctorum numerum relatus fuit, quæ antea Chriſti militia dicebatur, pòſt militia S. Dominici in tanti fundatoris honorem nuncu-
7 pata eſt. Verùm † cum labente tempore armis opus non eſſet, ad hæreticorum procacitatem, & audaciam refrenandam militiæ nomen cum armis deponentes, nonnulliſq; mutatis conſtitutionibus de S. Dominici pœnitentia in fundatoris etiam gloriam appellantur, quæ religio tertia eſt ex his quas D. Dominicus inſtituit, cuius quoq; conſtitutiones à Romanis Põ-
8 tificibus confirmatæ ſunt. † Noſtris tamen temporibus primi dumtaxat generis Familiares (cùm opus eſt) ſancti Officij negotijs, & occupationibus diſtinentur, & ad impugnandos, & capiendos hæreticos conuocantur. His & reliquis officialibus, & miniſtris ſanctiſsimæ Inquiſitionis à Summis Pontificibus plurimæ indulgẽtiæ cõceſſæ ſunt, vt maiori animi ardore, & alacritate ad fidem Catholicam dilatandam excitentur. Earum indicem hic placuit deſcribere, ne tanto theſauro, qui ferè in tenebris latebat, ſancti Officij miniſtri priuarentur.

## *De indulgentijs conceſsis ſanctæ Inquiſitionis Officialibus, Familiaribus, & Miniſtris.*

## CAP. IIII.

### SVMMARIVM.

1 *INquiſitores concedere poſſunt indulgentiam viginti, vel quadraginta dierum.*

2 *Conceditur indulgentia trium annorum ijs, qui Inquiſitoribus perſonaliter aſtiterint in negotio fidei, ac etiam eorum ſocijs, & notarijs.*

3 *Indulgentiam trium annorum conſequuntur, qui Inquiſitoribus fauorem præſtiterint.*

4 *Indulgentia ſupradicta trium annorum, non intelligitur ſemel in vita conceſſa.*

5 *Indulgentia dierum & annorum, promulganda eſt in fine ſermonis, & publicationis edicti fidei.*

6 *Indulgentia trium annorum conceſſa legentibus ſententias, vel edictum.*

7 *Indulgentia trium annorum conceſſa, denuncianti hæreticum.*

8 *Indulgentia trium annorum conceſſa teſtibus.*

9 *Indulgentiam plenariam conſequitur, qui in proſecutione negotij cõtra hæreticos obierit.*

10 *Familiares ſeu Cruce-ſignati cum creantur, poſſunt ex tunc ſemel in vita abſolui, à caſibus reſeruatis in Bulla cœnæ Domini, & iterum in articulo mortis.*

11 *Familiares ſeu Cruce-ſignati, cùm creantur, indulgentiam plenariam conſequuntur.*



12 *Familiares ſeu Cruce-ſignati tempore interdicti, diuinis intereſſe poſſunt.*

13 *Familiares ſeu Cruce-ſignati tempore interdicti, ſi obierint poſſunt in Eccleſia ſepeliri.*

14 *Familiares ſeu Cruce-ſignati, indulgentias ſtationum Vrbis conſequi valent, recitando quæ in hoc numero dicuntur.*

15 *Familiares ſeu Cruce-ſignati, cùm ad hæreticorum exterminium accinguntur, indulgentiam plenariã conſequuntur.*

16 *Inquiſitoribus pro S. Officij negotijs laborantibus, indulgentia plenaria conceditur, quam non ſemel in vita conſequuntur, ſed in omnibus actibus fidei perfectis.*

17 *Inquiſitoribus, qui in officio obeundo è vita diſceſſerint indulgentia plenaria conceditur.*

CVM Summus Pontifex, Chriſti Redemptoris noſtri Vicarius, claues habeat Eccleſiæ, vt de infinito meritum Chriſti, & ſanctorum ſpirituali theſauro, omnibus in vinea Dñi laborantibus largiatur, & operarij vtiliſsimi atq; maximè neceſſarij cenſeãtur, qui fidei Catholicę conſeruandæ & dilatãdæ operam nauant, iure optimo multi Sum. Pontifices, multis indulgentijs & gratijs S. Inquiſitionis Officiales, Familiares, & Miniſtros liberaliter, & benigniter locupletarunt.

1 Primùm ergo † cõceditur Inquiſitoribus, vt omnibus qui per confeſſionis ſacramentum peccata expiauerint, & concioni de fide deuotè affuerint, concedere poſsint indulgentiã viginti, vel quadraginta dierum, ex Bulla Innocentij Papę quarti, incipiente [ Malitia huius temporis, &c ] edita anno Domini 1254. & ex alia incipiente [Tum potiſsimè] anno Domini 1252. Et ante Innocentium cõceſsit etiam Gregor. IX. eamdem indulgentiã in Bulla incipiente [Ille humani generis] edita anno Domini 1238. Calixtus III. in Bulla quæ incipit. [Iniunctum nobis] edita ann. Domini 1458.

Hunc numerum viginti & quadraginta Inquiſitores cõcedere poſſunt. At cum annorum Iudulgentiam concedendi facultas ad ſolum Papam pertineat, ideo Inquiſitores eam non concedunt, ſed à ſummis Pontificibus prædictas conceſſas indulgentias manifeſtant. Ita Eymericus in. 3. part. Directorij quæſ. 127. & 129. & ibidem Franc. Pegna comm. 176. & 178.

2 Conceditur † Indulgentia trium annorum ſocijs Inquiſitorum & notarijs, qui vnà cum Inquiſitoribus in proſecutione huiuſmodi negotij laborauerint, & omnibus, qui Inquiſitoribus perſonaliter aſtiterint in eodem negotio, ex Bulla Vrbani quarti, quæ incipit, [ Præ cunctis noſtræ mentis] edita anno. 1261. Idem conceſsit Clemens. IIII. in Bulla quæ incipit [Præ cunctis] edita anno. 1265. ſexto nonas Octobris.

3 Eandem Indulgentiam † trium annorum conſequuntur, qui ex animo Inquiſitoribus præſtiterint auxilium, cõſilium, aut fauorem ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defenſores eorũ, ex Bullis præcitatis Vrbani, & Clementis Pontificum, & Gregor. Papæ IX. vbi ſuprà. Eamdem conceſsit indulgentiã Alexander quartus in Bulla quæ incipit. [Firmiſsimè teneat ] anni. 1259. decimo ſeptimo Kalendas Octobris.

4 Prædicta † trium annorum Indulgẽtia non intelligitur cõceſſa ſemel in vita, ſed in quolibet actu perfecto

ſingulari ab alio diuerſo,quo Inquiſi-
toribus præſtatur auxilium, cõſilium
vel fauor,& quoties id agitur, toties
trium annorum Indulgentia conce-
ditur. Ita Franc. Pegna 3.part.Dire-
ctorij in comm. 179.

5 Hæc dierum † & annorum Indul-
gentia promulganda eſt in fine ſer-
monis,& publicationis edicti fidei,vt
ait Eymericus 3.par. Directorij,tit.de
ſermone generali habẽdo ab Inquiſi-
tore,& ibi Pegna com. 12.& 3.p. Di-
rectorij quæſt.176. Repertorium In-
quiſitorum.verb. Indulgentia. Tunc
enim Inquiſitores concedunt his qui
ſermoni interfuerunt viginti vel qua
draginta dies Indulgentiæ, & mani-
feſtam trium annorum Indulgẽtiam
conceſſam eſſe à ſede Apoſtolica his
qui ſancto Inquiſitionis Officio præ-
ſtiterint conſilium, auxilium, vel fa-
uorem,vt diximus.

6 Qui legunt † ſententias vel edictũ,
eãdem trium annorum Indulgẽtiam
conſequuntur ex Bullis prædictis.

7 Item † quicumque reuelauerit In-
quiſitoribus aliquem hæreticum vel
diffamatum de hæreſi vel ſuſpectum
in cauſa Fidei,in hoc ſancto Tribuna-
8 li, vel teſtimonium † perhibuerit, ſi-
milem trium annorum Indulgẽtiam
obtinebit, vt deducitur ex Bullis
præcitatis, & declarat Eymeric. &
Franc.Pegna vbi ſupra.

9 Si qui † in proſecutione huiuſmo-
di negotij contra hæreticos è vita
deceſſerint,eis peccatorum omnium
de quibus corde contriti,ac ore con-
feſsi fuerint,plena venia indulgetur.
Ex reſcriptis Vrbani quarti,Gregorij
noni,& Clementis quarti relatis, &
ex Bulla Vrbani quarti, quæ incipit,
[Licet ex omnibus.]

10 Cruce-ſignati,ſeu Familiares † ſan-
cti Officij,(qui miniſterio conueniũt,
licet nomine differant) cum ab In-
quiſitoribus recipiuntur,& votum in
eorumdem Inquiſitorũ ſeu Vicario-
rum manibus emittunt, ac voto &
iuramẽto ſe aſtringunt,dum pro par-
te ipſorum Inquiſitorum, & Vicario-
rum ad capiẽdos ipſos hæreticos re-
quiſiti fuerint,auxilium,conſilium,&
fauorem præſtare poſſunt ſemel ex
tunc,& in mortis articulo à reſerua-
tis, & in Bulla Cœnæ Domini con-
tentis caſibus, de quibus corde con-
triti & ore confeſsi fuerint, aut pro-
poſitum confitendi debito tempore
per Eccleſiam ſtatuto habuerint ab-
11 ſolui,& plenariam † omnium ſuorum
peccatorum Indulgentiam conſequi.
Conceſsit Clemens Papa VII.in Bulla
quæ incipit:[Cum ſicut] edita Bono-
niæ die decimoquinto Ianuarij.1530.

12 Item conceditur † eiſdem Cruce-
ſignatis ſeu Familiaribus,vt tempore
cuiuſuis localis interdicti, diuinis in-
13 tereſſe poſsint.Et eis † decedentibus
eorũ corpora Eccleſiaſticæ ſepulturę
(ſine tamen funerali pompa) tradi
poſsint,dummodò cauſam non dede
rint huiuſmodi interdicto, nec eis id
contigerit ſpecialiter interdici.Cle-
mens VII. vbi ſupra.

Idem Pontifex, ſupradicta Bulla
14 conceſsit † vt ijdẽ Cruce-ſignati,ſeu
Familiares ſingulis diebus anni quin-
que altaria Eccleſiæ(ſi tot ibi fuerint)
aut vnum altare loci, in quo eos eſſe
contigerit,Pſalmum vnum flexis ge-
nibus recitando, vel quinquies ora-
tionem Dominicam, & toties ſaluta-
tionem Angelicam in quolibet altari
indulgentias ſtationum vrbis lucrari
valeant, quam Bullam refert Eyme-
ricus in Director. vbi ſupra.

15 Item Cruce-ſignati † ſeu Familiares,
cùm ad hæreticorum exterminium
ſe accingũt illo amplo priuilegio mu-
niuntur,quod accedentibus in ſubſi-
dium Terræ ſanctæ concedi ſolet.
Cõceditur enim indulgẽtia plenaria,
vt dicitur 23.q.8.Can.legi.& c. ad li-
berandam.



berandam.De Iudęis quod caput vo-
catur pars deciſa, quia non eſt tota
decretalis,ſed pars eius,ſimiliter in c.
excommunicamus.§. Catholici verò.
De hæreticis,quam indulgentiã con-
ceſsit Innocentius III.in Cõcilio ge-
nerali Lateranẽſi Romæ habito,anno
Domini 1215. Hæc indulgentia con-
ceſſa eſt Cruce-ſignatis, ſeu Familia-
ribus S. Officij ab Vrbano quarto, &
Clemente quarto, in Bullis quæ inci-
piunt.[Præ cũctis] à Calixto tertio,in
Bulla quæ incipit. [Iniunctum nobis]
edita anno Domini 1458.

16 Inquiſitoribus † pro S. Officij ne-
gotijs laborantibus plenaria illa in-
dulgentia cõceditur, quæ ſuccurren-
tibus Terrę ſanctæ in Generali Con-
cilio Lateranenſi fuit cõceſſa,ex Bul-
lis præcitatis Vrbani quarti,Clemen-
tis quarti,& Alexandri quarti. Hanc
indulgentiam non tantùm acquirunt
ſemel in vita, ſed etiã in ſingulis acti-
bus perfectis, qui contra hæreticos
in fauorem fidei celebrantur, vt in
quolibet actu reconciliationis, abiu-
rationis,abſolutionis,vel alicuius exe
cutionis durãte tẽpore officij.Ita Re-
pertor. Inquiſitor. in verbo, indul-
gentia.§. itẽ Inquiſitores,cui conſen-
tit Pegna in 3.p. Directorij com.179.

17 Item Inquiſitoribus † qui in proſe-
cutione negotij, è vita deceſſerint,
peccatorum omnium,de quibus cor-
de contriti ac confeſsi fuerint indul-
gentiæ plenariæ, ab Vrbano & Cle-
mente(vbi ſuprà) conceduntur.

Omnes prædictas gratias,& indul-
gentias cõfirmauit Clemẽs Papa VII.
in Bulla quæ incipit. [Cum ſicut] de
qua ſuprà fecimus mentionẽ.Deinde
eaſdem approbauit, & de nouo con-
ceſsit Pius Papa V.in Bulla quæ inci-
pit. [Sacroſanctæ Romanæ] edita
Romæ, anno 1570. die decimotertio
Octobris. Non ſolum autem his gra-
tijs, & indulgentijs ſpiritualibus ſan-
ctiſsimæ Inquiſitionis Officium di-
uerſi Summi Pontifices decorarunt,
ſed etiam plurimis priuilegijs, cõn-
ceſsionibus & immunitatibus ( de
quibus capite proximo ſermo erit)
auxerunt,& cohoneſtarunt.

## *De multis Inquiſitoribus ex ordine Prædicatorum.*

### *CAP. V.*

### SVMMARIVM.

1 *Beato Dominico vita functo in-
quirendi munus committitur
ordini Prædicatorum.*
2 *Officiũ S.Inquiſitionis,per multos annos
delegatur fratribus Prædicatoribus.*
3 *Inquiſitores ex ordine D.Dominici pro
fide tuenda trucidantur.*
4 *Conradus Cõſtantienſis Germaniæ In-
quiſitor ab hæreticis trucidatur.*
5 *F.Petrus Silanus à Gregorio IX. Inqui
ſitor creatur.*
6 *Robaldus Mediolanenſis poſt Petrum
Silanum,Inquiſitor deſignatur.*
7 *Guillelmus Arnaldus Tholoſæ, Inqui-
ſitor ab hæreticis obtruncatur.*
8 *Bernardus de Pegnaforte, & Garſias
Aura ex Dominicana familia,Inqui
ſitores gladijs hæreticorũ occubunt.*
9 *F.Stephanus, & F. Raimundus Carbo-
nerius, ex D. Franciſci familia, In-
quiſitores perimuntur.*
10 *Monachus Archidiaconus Eccleſiæ
Caſtrenſis, & Inquiſitor iugulatur.*
11 *Petrus Reinaldus S. Officij Notarius
occiditur.*
12 *F. Pontius à Vico Tholoſæ, Inquiſitor
fulget miraculis.*
13 *S.Petrus Martyr,Inquiſitor Lõgobardiæ
hæreticorum gladijs occumbit.*
14 *F.Raynerius Saconus, Inquiſitor Lon-
gobardiæ.*
15 *F. Pontius Cathaloniæ, Inquiſitor ab
hæreticis veneno de medio ſublatus.*
16 *Frater Paganus aliàs Petrus Fiel, In-
quiſitor ab hæreticis perimitur.*

17 Frater

17 *Frater Guillelmus Coſta, Cathaloniæ Inquiſitor.*
18 *Frater Nicolaus Roſelli, Inquiſitor Aragoniæ.*
19 *Frater Nicolaus Eymericus, Inquiſitor Aragoniæ.*
20 *Frater Nicolaus Hungarus, Inquiſitor ab hæreticis interficitur.*
21 *Frater Ioannes Hungarus, Inquiſitor lapidibus obruitur.*
22 *Frater Antonius Pauonius, Inquiſitor ab hæreticis occiditur.*
23 *Frater Bartolomeus Ceruerius, Inquiſitor trucidatur.*
24 *Frater Vincentius Vlyſsiponenſis, Inquiſitor.*
25 *Frater Bernardus Podius Cathaloniæ Inquiſitor.*
26 *F. Bartholomeus Lopacius, Inquiſitor.*
27 *Frater Conradus, Inquiſitor ab hæreticis vulneribus confoditur.*
28 *Frater Petrus Cadareta, Inquiſitor interimitur.*
29 *Frater Panonius, Inquiſitor trucidatur.*
30 *Frater Antonius, Inquiſitor perimitur.*

POſtquàm verò B. Pater Dominicus miraculis clarus vltimum vitæ diem clauſit, & felix anima poſt multos & aſsiduos labores corporis vinculis libera ad cęleſtes ſedes & ſempiterna illa domicilia euolauit,
1 hoc ſanctiſsimum inquirendi † munus ad fratres illius ordinis, tanquam ad veros tanti Patris alumnos hereditaria ſucceſsione tranſiuit, & per
2 multa ſecula † fuit illis hoc officium à ſummis Pontificibus delegatum; qui non minus feliciter quàm egregiè illud adminiſtrantes, contra hæreticos vſque ad ſanguinis effuſionem ſtrenuè decertarunt, nec dubitarunt pro fide, & religione tuenda impiorum
3 gladijs † in memoriam poſteritatis occumbere. In quare nullo modo me inſtituto meo, & piorũ votis ſatisfacturum puto, niſi tantorũ Patrum ſigillatim memoriã fecero, & ſingulorum propria nomina ſuis laudibus illuſtrauero: Erit enim magnũ piaculũ, illud quod eſt ad illius ordinis inſigne tacitè præterire. Suſceptũ igitur inſtitutum aggredior, non tam perficiũdi ſpe, quam experiundi voluntate.

4 Anno Domini † 1228. F. Conradus Conſtantienſis Protomartyr, ex familia Patrum Prædicatorũ, Prior ac Prouincialis in Prouincia Germaniæ, & primus Inquiſitor generalis illius Prouinciæ à Gregorio Papa IX. creatus, dum concionaretur in frequenti hominum cœtu ab hæreticis obtruncatus eſt. De cuius martyrio plura ſcripſit Leander in libr. 2. Virorum Illuſtriũ. Et Rupertus Lycius Epiſcopus Aquitaniæ, in ſermone S. Dominici, vbi refert inter martyres ipſum Conradum. S. Anton. in 3. p. hiſtorię tit. 23.

5 Circa † annũ Domini 1233. Summus Pontifex Gregor. IX. Patrem Petrum Sylanũ ex ordine Dominicano, qui S. Dominicũ ad Lateranenſe Cõcilium comitatus fuerat, in ciuitate Tholoſana Inquiſitorem creauit, cui muneri adeo inſudauit, vt inter alios magni Inquiſitoris nomẽ fuerit adeptus. Monaſteriũ Lemouici extruxit, à quo tandẽ Tholoſam profectus miris ſanctitatis, & modeſtiæ vitęque integritatis ſignis ad æthera 22. Februarij, anno 1257. recto tramite euolauit.

6 Robaldus † Mediolanẽſis ordinis S. Dominici, Petrum Sylanum proximè ſecutus eſt illo in vitæ ſanctimonia, haud inferior Inquiſitoris hęreticę prauitatis officio functus eſt. In quo ita ſe geſſerat, ac miraculis, & maximis vitę ſplendoribus rutilauerat: vt cũ ab hęretico tẽtaretur, an poſſet mederi ægroto cuidam, tandẽ miraculosè eum ſanauerit, hæreticũq; ad fidei arcẽ reduxerit. Hoc munus obiuit ab anno

1252



1252. vſq; ad 1258. quibus temporibus plures hæreticos ad fidem conuertit.

7 Frater Guillelmus † Arnaldus natus in caſtro, cui vulgò Montpellier nomen eſt, vir prudentia & ſanctitate celebris, & in iure Canonico doctor egregius in Tholoſæ Prouincia Inquiſitor apud Amonetum, in domo Raimundi Comitis hæretici, die 28. menſis Maij, anno 1242. ob fidem Catholicam trucidatur.

Inquiſitoris Arnaldi in ſanguine
8 pro Chriſti fide fundẽdo † ſocij fuerunt F. Bernardus de Pegna-forte, & F. Garcias Aura ex eadẽ familia, tum
9 F. Stephanus, & † F. Raimũdus Carbonerius ex ordine D. Franciſci congregationis, qui in ſanctæ Inquiſitionis Officio adminiſtrando eidem Inquiſitori comitatum præſtiterunt.

10 Menochius † Eccleſiæ Caſtrẽſis Ar-
11 chidiaconus & Inquiſitor: † tum Petrus Reinaldus Notarius, & Bernardus eius capellanus, eodẽ tempore & oppido, quo Arnaldus Inquiſitor fidei Catholicę cauſa tanti animi alacritate iugulati ſunt, vt præ gaudio ſe continere nõ poſſent, quin Hymnum [Te Deũ laudamus] iubilo & exultatione cantarent. Vbi de horum omniũ virorũ obitu glorioſo Nuncij Romã allati ſunt, Cardinales magno affecti mærore ad Prouincialem, & cæteros in illa Prouincia cœnobitas literas conſolatorias dederũt, vt infrà dicemus.

12 Frater Pontius à Vico † ſancti Egidij Prior Prouincialis in prouincia Tholoſana, & Inquiſitor conſtitutus à Summo Pontifice, multis fulget miraculis: obijt die 15. Iulij, anno 1246.

13 Sanctus † Petrus Veronenſis cognomento martyr Inquiſitionis munus ſibi à ſede Apoſtolica iniunctũ diligẽter & fideliter agens, inter Comũ & Mediolanũ hęreticorũ gladijs occiſus occubuit, & Mediolani ad ſanctũ Euſtirgiũ ſepultus anno 1252. crebris miraculis hæreticos magis vicit ac ſtrauit occiſus, quàm antea cum eſſet viuus: & ab Innocẽtio quarto Peruſij in ſanctorũ numerum relatus eſt: extatq; hodie huius Canonizationis authenticũ reſcriptum in libro priuilegiorũ ordinis Prędicatorũ fol. 26. pag. 2. Innocẽtio autẽ quarto vita functo, Alexãder quartus ad Pontificiã ſedem euectus, protinus ſui Pontificatus initio anno videlicet Dñi 1254. Petrum etiã martyrem egregio cõmendauit Encomio, & canonizationẽ ab Innocentio celebratã confirmauit, reſcripto incipiente: [Magna magnalia de B. Petro martyre,] relatũ à Franciſco Pegna in 3. p. Directorij, comm. 38. & habetur in libro prædicto priuilegiorum ordinis Prędicatorũ fol. 33. Cuius ſancti viri vitã ſcripſerũt Vſuſmaris & Thomas Leonetinus Patriarcha Hieroſolimitanus, qui eodẽ tempore floruit, vt refert Laurentius Surius tom. 2. de probatis Sanctorũ Hiſtorijs die 29. Aprilis, cuius geſta memorię digna accuratiſsimè ſcripſit Bernardinus Corius in hiſtoria Mediolan. p. 2. ann. 1233. & 1252. Vbi (inquit) in hęc verba F. Petrum Veronenſem autoritate Apoſtolica Inquiſitorem ſtatuiſſe & ordinaſſe, vt inter cætera ſtatuta Reipubl. Mediolan. quàm plurima ponerẽtur facta cõtra prædictũ S. martyrẽ de patientia & miraculis, & cæteris quę interitũ eius anteceſſerũt, & ſubſecuta ſunt: cuius feſtũ Romæ die 29. Aprilis honorificè quolibet anno in capella ſanctæ Mariæ ſupra Mineruã ei dicata à reuerendiſsimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus, & alijs ſanctę Inquiſitionis officialibus ex inſtituto Pij Papæ V. anno Domini 1569. honorificè celebratur. Is ab infantia Petrũ Manichæũ confundebat negantem cælum & terram, factam eſſe à Deo, quem acerrimè inſectabatur, cæteroſq; hæreticos, velut turbo

diſsipa-

diſsipabat, vnde in inſignijs huius ſancti Officij depingitur S.Petrus martyr tanquam protector eiuſdem ſacri tribunalis cum Cruce coloris rubri ſerica auro contexta, inſigne martyrij.

14 Frater Raynerius Saconus Placentinus Inquiſitoris munus in Prouincia Mediolanẽſi obiuit, anno Domini circiter 1258. Iudex incorruptus, qui tam rigidum & ſeuerum ſe erga hæreticos exhibuit, vt Gatam quam hęretici incolebant, funditus deleuerit. Quod vt antea ſanctus Petrus martyr in eadem Prouincia Inquiſitor ſpiritu prophetico prædixerat, euenit.

15 Frater Pontius † in Cathaloniæ Prouincia à ſummo Pontifice Inquiſitor conſtitutus, & ob fidei conſtãtiam & zelum ab hæreticis veneno propinato de medio ſublatus à Catholicis in templo maximo vrbis, vulgò Mõtpellier nuncupato, ſepultus eſt anno 1262. vbi miraculis clarus in ſumma habetur veneratione.

16 Frater Paganus aliàs Petrus Fiel† ex Dominicanorũ familia, inter primos numeratur Inquiſitores à Sede Apoſtolica contra hęreticam prauitatem delegatos, die S. Stephani Protomartyris dicato, ann. 1279. ab hæreticis in odiũ fidei Catholicæ perẽptus eſt.

17 Frater † Gullielmus Coſta in Cathaloniæ regno Inquiſitor tempore Benedicti Papæ vndecimi, paulò poſt annum 1304. hæreſiarcham fratrem Bonatum ſceleris conuictum brachio ſeculari tradit cõburendum.

18 Frater † Nicolaus Roſelli ordinis fratrũ Prædicatorũ ſacræ Theologiæ Magiſter, & Prouincialis Aragoniæ vir vndiq; eruditus, & ſanctitate præditus in toto dominio regni eiuſdem, tempore Clemẽtis VI. fuit inſtitutus Inquiſitor Generalis, ac poſtea ab Innocencio VI. anno Dominicæ Incarnationis 1356. Cardinalis tituli ſancti Sixti creatus.

19 Frater Nicolaus Eymericus Tarraconenſis monachus, ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ magiſter, A gerunda oriundus, quæ ciuitas eſt in regno Cathaloniæ Hiſpan. floruit tẽporibus Vrbani V. & Gregorij XI. Põtificũ, & Petri IIII. regis Aragonũ, vir quidem doctrina & ſolertia præditus: vt teſtatur Sebaſtianus Olmeda in Chronicis de initio, & progreſſu ordinis fratrum Prædicatorum. Erat in hoc viro pręter illuſtrem & inſignem Theologiæ cognitionem Iuris Canonici peritia multa, & legũ notitia non vulgaris; quæ res facilè eum cæteris ſui ordinis, & ætatis literatis præferebat. Fuit creatus Inquiſitor generalis circa annũ Domini 1358. vt ipſemet Eymericus teſtatur in 2. part. Directorij q. 47. nu. 7. verſ. qualiter autem. & Franciſ. Pegna Cõment. 72. lit. D. verſ. Et frater ex codice Barchinonenſi, & Cardinal. de Gambara creatum fuiſſe Inquiſitorẽ, ann. Dñi 1368. poſsit ſuſtineri, vt ipſe Franc. Pegna conteſtatur. Plurima ſcripſit, quibus nomen ſuum cum gloria tranſmiſit ad notitiã poſteritatis, tam ſuper ſcientijs Phyſicis & Logicis codices edidit. Item ſuper quatuor ſancta Euangelia cõmentarios, & alia multa cõpoſuit. Præterea librũ inſignem & Chriſtianæ reipublicæ valdè vtilẽ, quod Directorium Inquiſitorũ voce valde accõmodata nũcupauit, eò quòd in primis agat in eo, vt regulas tradat, quibus Inquiſitores ad hæreſes cognoſcẽdas & exſtirpandas, excluſa omni perſonarum differentia & acceptione dirigantur ac inſtituantur. In eo vniuerſa ferè quæ ad negotiũ Inquiſitionis, & pœnas hæreticorum ſpectant, ex varijs locis, & autoribus colligens repoſuit, imitatus in ea re doctiſsimos viros, Licet petulanter contra B. Raimundum Lullium & eius doctrinã, neſcio quo ſpiritu ductus inuexerit, vt in quæſt. de cõbuſtione & prohibitione librorum latè diximus.



20 Frater Nicolaus † & Ioannes vterq;
21 † Vngarus, vterq; Epiſcopus & Inquiſitor, vterq; ab hæreticis interfectus, ille quidẽ excoriatus, iſte verò lapidibus obrutus, & enſe transfixus.

22 F. Antonius Pauonus, † F. Bartholo-
23 męus † Ceruerius Inquiſitores apud Sauilianum ab hęreticis ſunt occiſi.

24 F. Vincentius Vlyſsiponenſis & † in Hiſpaniæ prouincijs Prior Prouincialis; à Bonifacio Papa nono Hiſpaniæ prius, pòſt Luſitaniæ Inquiſitor conſtitutus fuit anno Domini 1430.

25 Frater † Bernardus Podius in Cathalonia Inquiſitoris officio fungẽs anno circiter 1400. multos hæreticos puniuit, multas confutauit hæreſes, quarum autor Petrus Ollerius extitit.

26 Frater Bartholomæus Lapaccio Florentinus in Epiſcopatu Coronenſi cõſtitutus Concilio Florẽtino ab Eugenio Papa quarto celebrato affuit, anno 1441. Pòſt in Poloniã & Pannoniam vtramq; Inquiſitor legatur contra hæreticam ſectam, quæ animi ſimplicis nomine diuulgabatur, floruit anno 1430. in Florentino cœnobio è corporis vinculis migrauit ad Dñm.

27 F. Conradus † ex S. Dominici congregatione Inquiſitor in Cathaloniæ Principatu creatus ab hęreticis vulneratus, & humi proſtratus relinquitur.

28 F. Petrus † Cadereta in eodem principatu Inquiſitor Apoſtolicus, cum in officio ſumma cũ laude ſe gereret ab hęreticis interemptus, & à Catholicis honorificè in ſepulcro conditus eſt.

29 Frater Pauonus † Seuelianus, & F.
30 Antonius †, Inquiſitores Apoſtolici à perfidis hæreticis trucidati ſunt.

Longũ erit cæteros recenſere quotquot de hoſtibus comparato triũpho cæleſtẽ patriam ſunt ingreſsi. Hi ſunt noſtræ religionis firmiſsima propugnacula, qui proprio ſanguine hęreticorum furorem, doctrinis verò audaciam cõfregerunt. Hi Chriſtianæ militię fulmina multò pręſtãtiora, quàm Scipiones maior & minor, duo belli Punici fulmina appellati.

# TITVLVS SECVNDVS.

## De propagatione ſanctæ Inquiſitionis, per Orbis Prouincias.

### *Quo tempore Romæ Inquiſitionis Officium fuerit inſtitutum.*

### *CAP. I.*

SVMMARIVM.

1 *INquiſitio in vrbe Roma duplex eſt.*
2 *Officiũ ſanctæ Inquiſitionis anno 1260. à Franciſcanis Romæ adminiſtrabatur.*
3 *Literæ Alexandri quarti.*
4 *Aliæ Bullæ Alexãdri quarti referũtur,*
5 *Inquiſitionem Romæ à tempore Clementis IIII. vſq; ad tempora Pauli III. fuiſſe, nullibi conſtat.*
6 *Sigiſmundi Malateſtæ ſtatua tempore Pij II. fuit cremata.*
7 *Lutheri hæreſis anno 1521. Romæ damnata eſt, eiuſq; ſtatua & libri cremati, & ſuper his Bulla Leonis X. continens eiuſdem Lutheri hæreſes.*
8 *Hæretici olim à ſententijs Inquiſitorum ad ſedem Apoſtolicam appellabant.*
9 *Cardinalis Caietanus Generalis Inquiſitor, anno 1263. ab Vrbano IIII. creatus eſt.*
10 *Cardinalis Latinus à Nicolao III. Generalis Inquiſitoris muneri præficitur.*
11 *Inquiſitionis actus à Guillelmo Tholoſano tempore Clementis VI. plures Romæ habiti ſunt,*

12 *Inquiſitionis dignitatem Cardinalium collegio Paulus III. aggregauit.*
13 *Inquiſitores Cardinales diebus iouis ad negotia fidei coram Romano Pontifice congregantur.*
14 *Tribunal Inquiſitionis inter annum 1539. & 1542. Romæ erectum eſt.*
15 *Cardinalis quatuor, Paulus III. anno 1543. Generales Inquiſitores creauit.*
16 *Cardinales Inquiſitores anno 1553. ſex fuerunt Romæ.*
17 *Cardinalis Michael Guislerius à Paulo quarto primarius Inquiſitor creatur.*
18 *Cardinali Guislerio plures Illuſtriſſimi Cardinales Inquiſitores adiuncti ſunt.*
19 *Cardinalium Inquiſitorũ numerum Pius V. ad quaternarium reduxit.*
20 *Seditio contra ſanctum Inquiſitionis Officium anno 1559. orta eſt Romæ.*
21 *Cardinales Inquiſitores ſex fuerunt Romæ tempore Gregorij XIII.*
22 *Cardinales Inquiſitores octo fuerunt Romæ tempore Sixti quinti, vbi de confirmatione priuilegiorum Sancti Officij.*
23 *Cardinales Inquiſitores decem fuerunt tempore Clementis octaui.*
24 *Commiſſarius Generalis & Aſſeſſorum officia, quo tempore conſtituta ſint, & eorum qui in hunc vſq; diem fuerunt, nomenclatura.*

SVPERIORI Titulo explicuimus qua in Prouincia, quo tempore, & à quo Summo Pontifice prima Inquiſitionis fundaměta iacta fuerint, nunc de eius in plures Prouincias progreſſu ac propagatione ſubijciemus, quæ res quanto ſcitu eſt dignior, tanto nobis ad ſcribendum difficilior redditur, cum in hoc argumento nemo elaborauerit; Hiſtorici autem in paucis locis eius fecerint mentionem, eamque conciſam ac breuem. Principio igitur de Sanctæ Inquiſitionis origine in alma Vrbe nobis inſtituendus eſt ſermo, quod in ea Summi Pontificis ſedes ſit, à quo tanquam à fonte in omnes mundi angulos dimanauerit
1 Inquiſitio.

In hac igitur † auguſtiſsima vrbe
duę ſunt Inquiſitionis formæ, alia par
ticularis, ſicut in alijs Prouincijs, cum
de quolibet crimine ex officio inqui
2 ritur, alia generalis de qua nobis di-
cẽdum eſt. Anno † etenim 1260. Ro-
mæ ſanctæ Inquiſitionis officiũ, quod
ex Franciſcana familia fratres admi-
niſtrabãt, ex Apoſtolicis quibuſdam
literis Alexãdri 4. datis Anagnię Idib.
Nouembris, Anno 1258. Pontificatus
eius anno quarto fuiſſe conſtat, quas
in hunc locum tranſcribere placuit.
3 Alexander † Epiſcopus ſeruus ſer-
uorum Dei, dilectis filijs Fratribus or
dinis Fratrum Minorum Inquiſitori-
bus hæreticæ prauitatis in adminiſtra
tione ſancti Franciſci præſentibus, &
futuris. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli de partibus, vbi vobis contra hæreticos Inquiſitionis officium eſt commiſſum in mortis articulo cõſtituti, ſalutis remedium abhorrentes, conſolatos hæreticos ad ſe introduci faciunt, & ab eis per impoſitionem manus deſolationis ſuæ conſolationem accipiunt, ſecundùm peſsimam conſuetudinem eorumdem. Sed filij & hæredes ſic decedentium propter hoc exhæredari timentes, ac volentes ob id eorum malitiam excuſari, proponunt ſe velle probare per teſtes, quod ijdem, quando recipiebant conſolationem huiuſmodi loquelam amiſerant, & erant alienati à mente, cum moris ſit apud eos (vt dicitur) quod nullum taliter conſolentur, qui non ſit ſanæ mentis, & memoriã habeat ordinatam. Quare nos conſulere voluiſtis, vtrum debeãt tales probationes admitti. Nos igitur conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, vt, ſi legitimè conſtiterit, quod prædicti dum ſanæ mentis eſſent, petierint hæreticos Conſolatores, ſicque viam fuerint vniuerſæ carnis ingreſsi, licet conſolationem huiuſmodi, imò verius deſolationem, non ſanæ mentis effecti vel poſt perditam iam loquelam ſuſcepiſſe dicantur, nulla ſuper hoc probatio admittatur, cum in nullo ſic decedentes debeant propter ea releuari. In dubio verò admitti poterit: non tamen vxores filij ſeu familiares, aut de ſuis aliqui ad hoc probandum recipiantur in teſtimonium, ſed alij teſtes idonei, & ſpecialiter fidei zelatores, cum contra tales ſit non modicum præſumendum: ſitque in talibus propter fidei priuilegium, cum multa cautela, ſummaque diligentia præ cæteris negotijs procedendum. Datum Anagniæ Idib. Nouembris, 1258. Pontificatus noſtri anno quarto.



4 Extant etiam aliæ Bullæ † eiuſdem
Pontificis editæ anno Domini. 1258.
incipientes. [Cum hora iam vndecima] & eiuſdem anni alia quæ incipit [Primus igitur,] & alia quæ incipit [Ex parte veſtra] eiuſdem anni, & alia quæ incipit: [Firmiſsimè teneat veſtra prudentia] edita anno Domini 1259. cum alijs cõgeſtis per Franc. Pegna in Bullario poſt Directorium Inquiſitor. pag. 28. & ſequentibus.
5 Hæc itaque † Romæ inſtituta In-
quiſitio non multo tempore, vt credimus, extitit. Nam Clemẽs IIII. illas commemorans regiones, in quibus inquirendi poteſtatem fratres illi acceperant, nuſquam Romæ meminit. Ex multis etiam hiſtorijs cõprobatur in ſupplicijs quæ de hæreticis in ea vrbe vſq; ad tempora Pauli III. ſumpta ſunt, nullos Inquiſitores interfuiſſe: prout conſtat ex ſententia
6 quæ † tempore Pij II. Pontificis Maxi-
mi contra Sigiſmundum Malateſtam fuit executioni mandata: cuius ſtatua ad fores Diui Petri igni tradita eſt. Illo etiam tempore quo fedifragus ille peſtilens Martinus Lutherus, verè Lutherus (de quo Vincent. Beluacenſ. Spec. doctri. lib. 17. cap. 93.) ſuarum ſceleſtiſsimarum hæreſum virus
7 mundo effudit, Leonis Decimi † Pon-
tificis Maximi iuſſu ac autoritate, Aſculenſis Epiſcopus, eo tẽpore Rotæ auditor, & Syluester Prierius ſacri Palatij Magiſter eius impudentiſsimi hominis citati, ac non comparentis, falſam doctrinam in foro Nagonio condemnarunt, prid. Idus Iunij anno ſalutis 1521. eiuſque ſtatua ac libri, poſt ſententiam quæ à Magiſtro Fratre Cypriano ordinis Prædicatorum ac in gymnaſio Sapientię Theologiæ profeſſore prolata fuit, incẽſa, ac concremata ſunt; nec tamen in eo actu Inquiſitorem aliquem interueniſſe legimus.

Cæterùm notandum eſt anno Domini. 1520. editã & publicatam fuiſſe Bullam Apoſtolicam Leonis Papæ X. contra errores ipſius impij Lutheri & ſequacium, quam nos ex volumine Conciliorum pag. 700. ex editione Colonien. ann. 1567. decerpi & imprimi curauimus, qua ſpeciatim Lutheri hæreſes deſcribũtur, vt quiſque caueat ne illas incurrat. Inuenies etiam vanã eiuſdem ad futurum Concilium prouocationem & prohibitionem prædicandi, cui per publica inſtrumẽta reuocare errores pręcipitur ac etiam omnia Lutheri opera prohibentur, & decernitur mandatum

de eo capiendo & complicibus ſuis, & Pontifici conſignandis, & tandem Lutherum hæreticum publicari. Eſt autem Bulla huiuſmodi.

# BVLLA APOSTOLICA LEONIS PAPÆ X.

## Contra errores Martini Lutheri & ſequacium.

*Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

EXVRGE Domine & iudica cauſam tuam, memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipientibus fiunt tota die: inclina aurem tuã ad preces noſtras, quoniam ſurrexerũt vulpes quærentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcaſti ſolus, & aſcenſurus ad patrem, eius curam, regimen, & adminiſtrationem Petro tamquam capiti, & tuo Vicario, eiuſque ſucceſſoribus inſtar triumphantis Eccleſiæ commiſiſti. Exterminare nititur eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſcitur eam. Exurge Petre, & pro paſtorali cura præfata tibi (vt præfertur) diuinitus demandata, intende in cauſam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, matris omnium Eccleſiarum, ac fidei magiſtræ, quam tu, iubente Deo, tuo ſanguine conſecraſti: contra quam, ſicut tu præmonere dignatus es, inſurgunt magiſtri mendaces, introducentes ſectas perditionis, ſibi celerem interitum ſuperducentes: quorum lingua ignis eſt, inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelũ amarum habentes & contentiones in cordibus ſuis, gloriantur, & mendaces ſunt aduerſus veritatem. Exurge tu quoque, quæſumus Paule, qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuminaſti atque illuſtraſti. Iam enim ſurgit nouus Porphyrius, quia ſicut ille olim ſanctos Apoſtolos iniuſtè momordit, ita hic ſanctos Põtifices prædeceſſores noſtros cõtra tuam doctrinam eos non obſecrando, ſed increpando, mordere, lacerare, ac vbi cauſæ ſuæ diffidit, ad conuicia accedere non veretur more hæreticorum, quorũ (vt inquit Hieronymus) vltimum præſidium eſt, vt cum conſpiciant cauſas ſuas damnatum iri, incipiant virus ſerpentis lingua diffundere: & cum ſe victos conſpiciant, ad contumelias proſilire. Nam licet hæreſes eſſe, ad exercitationem fidelium tu dixeris oportere; eas tamen, ne incrementum accipiãt, néve vulpeculæ coaleſcant, in ipſo ortu, te intercedente & adiuuante, extingui neceſſe eſt. Exurgat denique omnis ſanctorum, ac reliqua vniuerſalis Eccleſia, cuius vera ſacrarum literarum interpretatione poſthabita, quidam, quorum mentem pater mẽdacij excæcauit, ex veteri hæreticorum inſtituto, apud ſemetipſos ſapiente, ſcripturas eaſdem aliter quàm Spiritus ſanctus flagitet, proprio dumtaxat ſenſu, ambitionis, auræque popularis cauſa, teſte Apoſtolo, interpretantur, imò verò torquent & adulterant: ita vt iuxta Hieronymum, iam non ſit Euangelium Chriſti, ſed hominis, aut quod peius eſt, diaboli. Exurgat, inquam, præfata Eccleſia ſancta Dei, & vna cum beatiſſimis Apoſtolis præfatis apud Deum omnipotentem intercedat, vt purgatis ouium ſuarum erroribus, eliminatiſque à fidelium finibus hæreſibus vniuerſis, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ pacem & vnitatem conſeruare dignetur. Dudũ ſi quidem, quod præ animi anguſtia & mœrore exprimere vix poſſumus, fide dignorum relatu ac





fama publica referente, ad noſtrum peruenit auditum: imò verò, proh dolor! oculis noſtris vidimus ac legimus multos & varios errores, quoſdam videlicet iam per concilia ac prędeceſſorum noſtrorum cõſtitutiones damnatos, hæreſim etiam Græcorum, & Bohemicam expreſſè continentes: alios verò reſpectiuè vel hæreticos, vel falſos, vel ſcandoloſos, vel piarum aurium offenſiuos, vel ſimplicium mentium ſeductiuos, à falſis fidei cultoribus, qui per ſuperbam curioſitatem mundi gloriam cupientes, cõtra Apoſtoli doctrinam plus ſapere volunt, quàm oporteat: quorum garrulitas (vt inquit Hieron.) ſine ſcripturarum autoritate non haberet fidem, niſi videretur peruerſam doctrinam etiam diuinis teſtimonijs (malè tamen interpretatis) roborare. A quorum oculis Dei timor receſsit, humani generis hoſte ſuggerente, nouerit ſuſcitatos, & nuper apud quoſdam leuiores in inclyta natione Germanica ſeminatos. Quod eò magis dolemus ibi eueniſſe, quòd eandem nationem & nos, & prædeceſſores noſtri, in viſceribus ſemper geſſerimus charitatis. Nam poſt tranſlatum ex Græcis à Romana Eccleſia in eoſdem Germanos imperium, ijdem prædeceſſores noſtri & nos, eiuſdem Eccleſiæ aduocatos, defenſoreſq; ex eis ſemper accepimus, quos quidem Germanos, Catholicæ veritatis verè germanos, conſtat hæreſum acerrimos oppugnatores ſemper fuiſſe, cuius rei teſtes ſunt laudabiles illæ conſtitutiones Germanorum Imperatorum pro libertate Eccleſiæ, proque expellẽdis exterminandiſque ex omni Germania hæreticis, ſub grauiſsimis pœnis etiam amiſsionis terrarum & dominiorum, contra receptatores vel non expellentes olim editæ, & à noſtris prædeceſſoribus confirmatæ: quæ ſi hodie ſeruarentur, & nos & ipſi vtiq; hac moleſtia careremus. Teſtis eſt in Concilio Conſtantien. Huſsitarum, ac Vvicleſiſtarum, nec non Hieronymi Pragen. damnata ac punita perfidia. Teſtis eſt toties contra Bohemos Germanorum ſanguis effuſus; Teſtis denique eſt prædictorum errorum ſeu multorum ex eis per Colonien. & Louanien. Vniuerſitates, vt pote agri Dominici pijſsimas religioſiſsimaſque cultrices, non minus docta quàm vera ac ſancta confutatio, reprobatio, & damnatio. Multa quoque alia allegare poſſemus, quę ne hiſtoriam texere videamur prætermittenda cenſuimus. Pro paſtoralis igitur officij diuina gratia nobis iniuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum virus peſtiferum vlterius tolerare ſeu diſsimulare, ſine Chriſtianæ religionis nota, atq; orthodoxæ fidei iniuria, nullo modo poſſumus. Eorum autem errorum aliquos præſentibus duximus inſerendos, quorum tenor ſequitur, & eſt talis.

Hæretica ſententia eſt, ſed vſitata, Sacramenta nouæ legis iuſtificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obicem.

In puero poſt baptiſmum negare remanens peccatum, eſt Paulum & Chriſtum ſimul conculcare.

Fomes peccati, etiam ſi nullum adſit actuale peccatum, moratur exeuntẽ à corpore animã ab ingreſſu cæli.

Imperfecta charitas morituri, fert ſecum neceſſariò magnum timorem, qui ſe ſolo ſatis eſt facere pœnam Purgatorij, & impedit introitum regni.

Tres eſſe partes pœnitentiæ, contritionem, confeſsionem & ſatisfactionem, non eſt fundatum in ſacra ſcriptura, nec in antiquis ſanctis Chriſtianis doctoribus.

Contritio quę paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animę ſuę

ponderãdo peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſsionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem, hęc contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem.

Veriſsimum eſt prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucuſque data, præſtantius, de cætero non facere, ſumma pœnitentia: optima pœnitentia, noua vita.

Nullo modò præſumas confiteri peccata venialia, ſed nec omnia mortalia, quia impoſsibile eſt, vt omnia mortalia cognoſcas. Vnde in primitiua Eccleſia ſolùm manifeſta mortalia confitebantur.

Dum volumus omnia purè confiteri, nihil aliud facimus, quàm quòd miſericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoſcendum.

Peccata non ſunt vlli remiſſa, niſi remittente ſacerdote, credat ſibi remitti: imò peccatum maneret, niſi remiſſum crederet: nõ enim ſufficit remiſsio peccati, & gratiæ donatio, ſed oportet etiam credere eſſe remiſſum.

Nullo modo confidas abſolui propter tuam contritionem, ſed propter verbum Chriſti. [Quodcumq; ſolueris, &c.] Hic, inquam, confide, ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem, & crede fortiter te abſolutũ, & abſolutus verè eris, quidquid ſit de cõtritione.

Si per impoſsibile confeſſus non eſſet cõtritus, aut ſacerdos non ſeriò, ſed iocò abſolueret, ſi tamen credat ſe abſolutum, veriſsimè eſt abſolutus.

In ſacramento pœnitentiæ ac remiſsione culpæ, non plus facit Papa aut Epiſcopus, quàm infimus ſacerdos, imò vbi non eſt ſacerdos, æquè tantùm quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier aut puer eſſet.

Nullus debet ſacerdoti reſpõdere ſe eſſe contritũ, nec ſacerdos requirere.

Magnus eſt error eorum qui ad ſacramenta Euchariſtiæ accedũt, huic innixi, quòd ſint confeſsi, quòd non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, quod pręmiſerint orationes ſuas & præparatoria, omnes illi ad iudicium ſibi manducant & bibunt: ſed ſi credant & confidant ſe gratiam ibi conſecuturos, hæc ſola fides facit eos puros & dignos.

Conſultum videtur, quòd Eccleſia in communi Cõcilio ſtatueret laicos ſub vtraq; ſpecie cõmunicandos, nec Bohemi communicantes ſub vtraq; ſpecie ſunt hæretici, ſed ſciſmatici.

Theſauri Eccleſiæ, vnde Papa dat Indulgentias, non ſunt merita Chriſti & Sanctorum.

Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium, & remiſsiones bonorũ operum, & ſunt de numero eorũ quę licent, & nõ de numero eorũ quæ expediunt.

Indulgentiæ his qui veraciter eas conſequuntur, non valent ad remiſſionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iuſtitiam.

Seducuntur credentes indulgẽtias eſſe ſalutares, & ad fructum ſpiritus vtiles.

Indulgentiæ neceſſariç non ſolùm publicis criminibus, & propriè conceduntur duris ſolummodò & impatientibus.

Sex generibus hominum indulgentiæ nec ſunt neceſſariæ, nec vtiles: videlicet mortuis ſeu morituris, infirmis, legitimè impeditis, his qui non commiſerunt crimina, his qui crimina commiſerunt ſed non publica, his qui meliora operentur.

Excommunicationes ſunt tantùm externæ pœnæ, nec priuãt hominem communibus ſpiritualibus Eccleſiæ orationibus.

Docẽdi ſunt Chriſtiani plus diligere excommunicationẽ, quàm timere.

Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, non eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chriſto in B. Petro inſtitutus.

Verbum



Verbum Chriſti ad Petrum. Quodcunque ſolueris ſuper terram, &c. extenditur dumtaxat ad ligata ab ipſo Petro.

Certum eſt in manu Eccleſiæ aut Papæ prorſus non eſſe, ſtatuere articulos fidei, imò nec leges morum ſeu bonorum operum.

Si Papa cũ magna parte Eccleſię ſic vel ſic ſentiret, nec etiam erraret: adhuc non eſt peccatũ aut hæreſis cõtrarium ſentire, præſertim in re non neceſſaria ad ſalutem, donec fuerit per Concilium vniuerſale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta eſt enarrandi autoritatem Conciliorum, & liberè cõtradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quidquid verum videtur, ſiue probatum fuerit, ſiue reprobatum à quocunque concilio.

Aliqui articuli Ioannis Huſz condemnati in concilio Cõſtantien. ſunt Chriſtianiſsimi, veriſsimi, & Euangelici, quos nec Vniuerſalis Eccleſia poſſet damnare.

In omni opere bono iuſtus peccat.

Opus bonum optimè factum, eſt veniale peccatum.

Hæreticos comburi, eſt contra voluntatem ſpiritus.

Præliari aduerſus Turcas, eſt repugnare Deo, viſitanti iniquitates noſtras per illos.

Nemo eſt certus, ſe non ſemper peccare mortaliter propter occultiſſimum ſuperbiæ vitium.

Liberum arbitrium poſt peccatum, eſt res de ſolo titulo: & dum facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter.

Purgatorium non poteſt probari ex ſacra ſcriptura, quæ ſit in Canone.

Animæ in Purgatorio non ſunt ſecuræ de eorum ſalute, ſaltem omnes: nec probatum eſt vllis aut rationibus aut ſcripturis, ipſas eſſe extra ſtatum merendi, aut augendæ charitatis.

Animæ in Purgatorio peccant ſine intermiſsione, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

Animæ ex Purgatorio liberatæ ſuffragijs viuentium, minus beantur, quàm ſi per ſe ſatisfeciſſent.

Prælati Eccleſiaſtici & Principes ſæculares non malefacerẽt, ſi omnes ſaccos mendicitatis delerent.

Qui quidem errores reſpectiuè, quàm ſint peſtiferi, quàm pernicioſi, quàm ſcandaloſi, quàm piarum & ſimplicium mẽtium ſeductiui, quàm deniq; ſint contra omnem charitatem, ac S. R. E. matris omnium fidelium, & magiſtræ fidei reuerentiam, atque neruum Eccleſiaſticę diſciplinę, obedientiã ſcilicet, quæ fons eſt & origo omnium virtutum, ſine qua facile vnuſquiſque infidelis eſſe conuincitur, nemo ſanæ mentis ignorat. Nos igitur in præmiſsis, vt pote grauiſsimis, propenſius (vt decet) procedere, nec non huiuſmodi peſti, morboque canceroſo, ne in agro Dominico tanquam vepris nociua vlterius ſerpat, viam præcludere cupientes, habita ſuper prædictis erroribus & eorum ſingulis diligenti trutinatione, diſcuſſione, ac diſtricto examine, maturaq; deliberatione, omnibuſque ritè penſatis ac ſæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac regularium ordinum Prioribus ſeu miniſtris generalibus, pluribuſque alijs ſacræ Theologiæ, necnon vtriuſq; iuris profeſſoribus ſiue magiſtris, & quidem peritiſsimis: reperimus eoſdem errores reſpectiuè (vt præfertur) aut articulos non eſſe catholicos, nec tamquam tales eſſe dogmatizandos, ſed contra Eccleſiæ Catholicæ doctrinam ſiue traditionem, atq; ab ea veram diuinarum ſcripturarum receptam interpretationem, cuius autoritati ita acquieſcendum cenſuit Auguſtinus, vt dixerit ſe Euangelio non

 fuiſſe

fuiſſe crediturũ,niſi Eccleſiæ Catholicæ interueniſſet autoritas. Nam ex eiſdem erroribus, vel eorum aliquo vel aliquibus palàm ſequitur, eãdem Eccleſiam,quę Spiritu ſancto regitur, errare & ſemper erraſſe. Quod eſt vtique contra illud, quod Chriſtus diſcipulis ſuis in Aſcenſione ſua(vt in ſancto Euãgelio Matthęi legitur)promiſit,dicẽs: [Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi.] Necnõ contra ſanctorum Patrum determinationes,Conciliorum quoq; & ſummorum Pontificum expreſſas ordinationes ſeu Canones, quibus non obtemperaſſe,omnium hæreſum & ſciſmatum,teſte Cypriano,fomes & cauſa ſemper fuit. De eorũmdem itaque venerabilium fratrũ noſtrorum conſilio & aſſenſu,ac omnium & ſingulorum prædictorũ matura deliberatione prędicta autoritate omnipotentis Dei, & beatorũ Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, præfatos omnes & ſingulos articulos ſeu errores, tanquam(vt præmittitur)reſpectiuè hæreticos,aut ſcandoloſos,aut falſos,aut piarum aurium offenſiuos,vel ſimplicium mentium ſeductiuos,& veritati Catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus, atq; omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis & reiectis,ab omnibus vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus haberi debere harum ſerie decernimus & declaramus: inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ:necnon quo ad Eccleſiaſticas & regulares perſonas,Epiſcopalium omnium etiam Patriarchalium,Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum,Monaſteriorum quoque & Prioratuum etiam Conuentualium, & quarumcunque dignitatum,aut beneficiorum eccleſiaſticorum,ſæcularium aut quorumuis ordinum regularium priuationis, & inhabilitatis ad illa,& alia in poſterum obtinenda:quo verò ad Conuentus,capitula, ſeu domos aut pia loca ſæcularium vel regulariũ,etiam Mendicantium, necnon Vniuerſitatis etiam ſtudiorum generaliũ,quorumcumque priuilegiorum indultorum à ſede Apoſtolica vel eius Legatis, aut aliàs quomodolibet habitorum vel obtentorum,cuiuſcumq; tenoris exiſtant: necnon nominis & poteſtatis ſtudium generale tenẽdi, legendi,ac interpretandi quaſuis ſcientias & facultates,& inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda: Prædicationis quoq; officij, ac amiſsionis ſtudij generalis, & omnium priuilegiorum eiuſdem.Quo verò ad ſęculares eiuſdem excommunicationis, nec non amiſsionis cuiuſcumq; emphyteuſis, ſeu quorumcumque feudorum,tam à Romana Eccleſia, quàm aliàs quomodolibet obtentorũ, ac etiam inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda.Nec nõ quo ad omnes & ſingulos ſuperiùs nominatos, inhibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, inhabilitatiſq; ad omnes & ſingulos actus legitimos,infamiæ ac diffidationis, & criminis læſæ maieſtatis, & hæreticorum,& fautorum eorundem in iure expreſsis pœnis, eo ipſo & abſque vlteriori declaratione per omnes & ſingulos ſupradictos, ſi (quod abſit) contrafecerint,incurrẽdis. A quibus vigore cuiuſcumq; facultatis & clauſularum etiam in confeſsionalibus quibuſuis perſonis,ſub quibuſuis verborum formis contẽtarum, niſi à Ro. Pont. vel alio ab eo ad id in ſpecie facultatem habente, præterquam in mortis articulo conſtituti,abſolui nequeant. Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus,tam laicis quàm clericis,ſæcularibus & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuſcunque perſonis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus,vel conditionis exiſtant, & quacunque Eccleſiaſtica vel mun-





dana præfulgeant dignitate, etiam S. R. E. Cardinalibus,Patriarchis,primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Collegiatarum ac inferiorũ Eccleſiarum Prælatis,Clericis,alijſque perſonis Eccleſiaſticis,ſęcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantiũ regularibus,Abbatis, Prioribus, vel Miniſtris generalibus vel particularibus, Fratribus ſeu religioſis, exemptis & non exẽptis: Studiorũ quoq; Vniuerſitatibus ſæcularibus, & quorumuis Ordinum etiam Mendicantium regularibus: necnon Regibus, Imperatoris Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus,Capitaneis,Conductoribus, Domicellis,omnibuſq; Officialibus, Iudicibus,Notarijs, Eccleſiaſticis & ſæcularibus,Communitatibus, Vniuerſitatibus, Potentatibus, Ciuitatibus, Caſtris,Terris,& locis,ſeu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus & incolis, ac quibuſuis alijs perſonis Eccleſiaſticis vel regularibus (vt præfertur) per vniuerſum orbem, vbicunque præſertim in Alemania exiſtentibus, vel pro tempore futuris, ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruerſamque doctrinam huiuſmodi aſſerere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet, publicè vel occultè, quouis quæſito ingenio vel colore, tacitè vel expreſsè fauere præſumant.

Inſuper quia errores præfati & plures alij continẽtur in libellis ſeu ſcriptis cuiuſdam Martini Lutheri,dictos libellos & omnia dicti Martini ſcripta ſeu prædicationes, in Latino vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores ſeu eorum aliquis continentur, ſimiliter damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, & pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (vt præfertur) haberi volumus: mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis prædictis eo ipſo incurrendis,omnibus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus ſuperiùs nominatis,ne huiuſmodi ſcripta, libellos, prædicationes ſeu ſchedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos ſupradictos continentia legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſiue defendere, per ſe vel alium ſeu alios directè vel indirectè, tacitè vel expreſſe, publicè vel occultè, aut in domibus ſuis ſiue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquo modo pręſumant: quinimò illa ſtatim poſt harum publicationem vbicunque fuerint, per ordinarios & alios ſupradictos diligenter quæſita, publicè & ſolenniter in præſentia cleri & populi, ſub omnibus & ſingulis ſupradictis pœnis,comburant.

Quod verò ad ipſum Martinum attinet,bone Deus, quid prætermiſimus,quid non fecimus,quid paternæ charitatis omiſimus, vt eum ab huiuſmodi erroribus reuocaremus? Poſtquam enim ipſum citauimus, mitiùs cum eo procedere volentes, illum inuitauimus,atq; tam per diuerſos tractatus cum legato noſtro habitos, quàm per literas noſtras hortati fuimus, vt à prædictis erroribus diſcederet, aut ad nos oblato etiam ſaluo-conductu & pecunia ad iter neceſſaria, ſine metu ſeu timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, veniret, ac Saluatoris noſtri Apoſtolique Pauli exemplo,non in occulto, ſed palàm & in facie loqueretur. Quod ſi feciſſet, pro certo (vt arbitramur) ad cor reuerſus,errores ſuos cognouiſſet: nec in Rom. curia, quã tantopere vanis maleuolorum rumoribus pluſquàm

oportuit tribuendo,vituperat, tot re
periſſet errata: docuiſſemuſque eum
luce clarius, ſanctos Rom. Pontifices
prædeceſſores noſtros, quos præter
omnem modeſtiam iniurioſe lacerat,
in ſuis Canonibus ſeu conſtitutioni-
bus, quas mordere nititur, nunquam
erraſſe: quia iuxta Prophetam, nec in
Galaad reſina, nec medicus deeſt. Sed
obaudiuit ſemper,& prædicta citatio
ne, omnibuſq; & ſingulis ſupradictis
ſpretis, venire contempſit, ac vſque
in præſentem diem contumax atque
animo indurato cẽſuras vltra annum
ſuſtinuit:& quod deterius eſt, addẽs
mala malis, de citatione huiuſmodi
notitiam habens, in vocem temera-
riæ appellationis prorupit, ad futurũ
Concilium, contra Conſtitutionem
Pij II. ac Iulij II. prædeceſſorum no-
ſtrorum, qua cauetur taliter appel-
lantes hæreticorum pœna plecten-
dos (Fruſtra etiam Concilij auxilium
implorauit, qui illi ſe non credere pa-
làm profitetur) ita vt contra ipſum,
tamquam de fide notoriè ſuſpectum,
imò verè hæreticum, abſque vlterio-
ri citatione vel mora, ad condemna-
tionem & damnationem eius, tam-
quam hæretici, ac ad omnium & ſin-
gularum ſupraſcriptarum pœnarum
& cenſurarum ſeueritatem procede-
re poſſemus. Nihilominus de eorun-
dem fratrum noſtrorum cõſilio, om-
nipotentis Dei imitantes clemen-
tiam, qui non vult mortem pecca-
toris, ſed magis vt conuertatur &
viuat: omnium iniuriarum hactenùs
nobis Apoſtolicæ ſedi illatarum obli-
ti, omni qua poſſumus pietate vti de-
creuimus, & quantum in nobis eſt,
agere, vt propoſita mãſuetudinis via
ad cor reuertatur,& à prædictis rece-
dat erroribus, vt ipſum tanquã filium
illum prodigum ad gremium Eccle-
ſiæ reuertentem, benignè recipia-
mus. Ipſum igitur Martinum,& quoſ-
cunque ei adhærentes, eiuſque rece-
ptatores & fautores, per viſcera mi-
ſericordiæ Dei noſtri, & per aſperſio-
nem ſanguinis Domini noſtri Ieſu
Chriſti, quo & per quem humani ge-
neris redemptio & ſanctę matris Ec-
cleſiæ ædificatio facta eſt, ex toto
corde hortamur, & obſecramus, vt
ipſius Eccleſiæ pacem, vnitatem &
veritatem, pro qua ipſe Saluator tam
inſtãter orauit ad patrem, turbare de
ſiſtant,& à prædictis tam pernicioſis
erroribus prorſus abſtineant: inuen-
turi apud nos, ſi effectualiter parue-
rint, & paruiſſe per legitima docu-
menta nos certificauerint, paternæ
charitatis affectum,& apertum man-
ſuetudinis & clementiæ fontem.

Inhibentes nihilominus eidẽ Mar-
tino ex nunc, vt interim ab omni prę
dicatione ſeu prædicationis officio
omnino deſiſtat. Alioquin, vt ipſum
Martinum, ſi fortè iuſtitiæ & virtu-
tis amor à peccato non retrahat,
indulgentiæque ſpes ad pœniten-
tiam non reducat, pœnarum ter-
ror coerceat diſciplinæ, eundem
Martinum, eiuſq; adhærentes, com-
plices, fautores,& receptatores teno-
re præſentium requirimus & mone-
mus, in virtute ſanctæ obedientiæ &
ſub prædictis omnibus & ſingulis
pœnis, eo ipſo incurrendis, diſtrictè
præcipiendo mandamus, quatenus
infrà ſexaginta dies, quorum viginti
pro primo, viginti pro ſecundo,& re-
liquos viginti dies pro tertio & per-
emptorio termino aſsignamus, ab af-
fixione præſentium in locis infraſcri-
ptis, immediatè ſequentes numeran-
dos, ipſe Martinus, complices, fau-
tores, adhærentes, & receptatores
prædicti, à præfatis erroribus, eorum-
que prædicatione ac publicatione &
aſſertione, defenſione quoque, & li-
brorum ſeu ſcripturarum editione ſu-
per eiſdem ſiue eorum aliquo omni-





no deſiſtant, libroſque ac ſcripturas
omnes & ſingulas, præfatos errores
ſeu eorum aliquos quomodolibet cõ-
tinentes, comburant, vel comburi fa-
ciant. Ipſe etiam Martinus errores &
aſſertiones huiuſmodi omnino reuo-
cet, ac de reuocatione huiuſmodi per
publica documẽta in forma iuris va-
lida, in manibus duorum Prælatorum
conſignata, ad nos infrà alios ſimiles
ſexaginta dies tranſmittenda, vel per
ipſummet (ſi ad nos venire voluerit,
quod magis placeret) cum præfato
pleniſsimo ſaluo-conductu, quem ex
tunc concedimus, deferenda, nos cer
tiores efficiat, vt de eius vera obe-
dientia nullus dubitationis ſcrupulus
valeat remanere. Aliàs ſi (quod abſit)
Martinus præfatus, complices, fauto-
res, adhærentes,& receptatores prę-
dicti ſecus egerint, ſeu præmiſſa om-
nia & ſingula infra terminum prædi-
ctum cum effectu nõ adimpleuerint,
Apoſtoli imitãtes doctrinam, qui hæ-
reticum hominem, poſt primam &
ſecundam correptionem, vitandum
docuit, ex nunc prout ex tũc,& è con
uerſo, eundem Martinum, compli-
ces, adhærẽtes, fautores,& receptato
res præfatos,& eorũ quemlibet, tam-
quam aridos palmites in Chriſto non
manentes, ſed doctrinam contra-
riam Catholicæ fidei inimicam, ſiue
ſcandaloſam, ſeu damnatam, in non
modicam offenſam diuinæ maieſta-
tis, ac vniuerſalis Eccleſię & fidei Ca-
tholicæ detrimentum & ſcandalum
dogmatizantes & prædicantes, cla-
ues quoque Eccleſiæ vilipendentes,
notorios & pertinaces hęreticos ea-
dẽ autoritate fuiſſe & eſſe declaran-
tes, eoſdem vt tales, harum ſerie con
demnamus,& eos pro talibus haberi
ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti-
fidelibus ſupradictis volumus & man
damus. Eoſq; omnes & ſingulos om-
nibus ſupradictis,& alijs contra ta-
les à iure inflictis pœnis, præſentium
tenore ſubijcimus, & eiſdem irre-
titos fuiſſe & eſſe decernimus & de-
claramus.

Inhibemus præterea ſub omnibus
& ſingulis præmiſsis pœnis, eo ip-
ſo incurrendis, omnibus & ſingulis
Chriſtifidelibus ſuperius nominatis,
ne ſcripta etiam præfatos errores
non continentia, ab eodem Marti-
no quomodolibet condita vel edi-
ta, aut condenda vel edenda, ſeu eo-
rum aliqua, tanquam ab homine or-
thodoxæ fidei inimico, atq; ideo ve-
hementer ſuſpecta; & vt eius me-
moria omnino deleatur de Chriſti-
fidelium conſortio, legere, aſſerere,
prædicare, laudare, imprimere, publi-
care ſiue defendere per ſe vel alium
ſeu alios, directè vel indirectè, ta-
citè vel expreſsè, publicè vel occul-
tè, ſeu in domibus ſuis ſiue alijs locis,
publicis vel priuatis; tenere quo-
quo modo præſumant: quinimò illa
comburant, vt præfertur. Mone-
mus inſuper omnes & ſingulos Chri-
ſtifideles ſupradictos, ſub eadem
excommunicationis latæ ſententiæ
pœna, vt hæreticos prædictos decla-
ratos & condemnatos, mandatis no-
ſtris nõ obtemperantes, poſt lapſum
termini ſupradicti euitent, & quan-
tum in eis eſt, euitari faciant, nec
cum eiſdem vel eorum aliquo com-
mercium aut aliquam conuerſatio-
nem ſeu communionem habeant,
nec eis neceſſaria miniſtrent. Ad
maiorem præterea dicti Martini, ſuo-
rumq; cõplicum, fautorum & adhę-
rentiũ, ac receptatorũ prędictorum,
ſic poſt lapſum termini prędicti decla
ratorum hęreticorum & condemna-
torum confuſionem, vniuerſis & ſin-
gulis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus,
Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſco-
pis Patriarchaliũ, Metropoltanarum,
& aliarum Cathedralium, Collegia-

tarum, ac inferiorum Eccleſiarum Prælatis, Capitulis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus & quorum uis ordinũ etiam Mendicãtium (præſertim eius congregationis, cuius dictus Martinus eſt profeſſus, & in qua degere vel morari dicitur) regularibus, exemptis & nõ exemptis, nec non vniuerſis & ſingulis principibus, quacunque Eccleſiaſtica vel mundana fulgentibus dignitate, Regibus, Imperatoris Electoribus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Cõductoribus, Domicellis, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Potẽtatibus, Ciuitatibus, terris, Caſtris, & Locis, ſeu eorum habitatoribus, ciuibus & incolis, omnibuſque alijs & ſingulis ſupradictis, per vniuerſum orbem, præſertim in eadem Alemania conſtitutis. Mandamus, quatenus ſub prędictis omnibus & ſingulis pœnis, ipſi vel eorum quilibet, præfatum Martinum, complices, adhærentes, receptantes, & fautores perſonaliter capiant, & captos ad noſtram inſtantiam retineant, & ad nos mittant: reportaturi pro tam bono opere à nobis & ſede Apoſtolica remunerationem, præmiumque condignum: vel ſaltem eos & eorum quemlibet, de Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, & alijs Eccleſijs, Domibus, Monaſterijs, Conuentibus, Ciuitatibus, Dominijs, Vniuerſitatibus, Cõmunitatibus, Caſtris, Terris ac locis reſpectiuè tam Clerici & Regulares, quàm laici omnes & ſinguli ſupradicti omnino expellant. Ciuitates vero, dominia, terras, caſtra, villas, comitatus, fortalitia, oppida, & loca quæcunque vbilibet conſiſtentia eorum & earum reſpectiuè: Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas & alias Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Domus, Cõuentus, & loca religioſa vel pia cuiuſcunque ordinis, vt præfertur, ad quæ præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis declinare cõtigerit, quamdiu ibi permanſerint, & triduo poſt receſſum Eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto.

Et vt præmiſſa omnibus innoteſcant, mandamus inſuper vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedraliũ ac Collegiatarum Eccleſiarum Prælatis, Capitulis, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus & quorumuis ordinum ſupradictorum regularibus, Fratribus Religioſis, Monachis, exemptis & non exemptis ſupradictis, vbilibet præſertim in Alemania conſtitutis, quatenus ipſi vel eorum quilibet ſub ſimilibus cenſuris & pœnis, eo ipſo incurrendis, Martinum, omneſq; & ſingulos ſupradictos, qui elapſo termino huiuſmodi mandatis ſeu monitis noſtris nõ paruerint in eorum Eccleſijs, Dominicis & alijs feſtiuis diebus, dũ inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit, declaratos hæreticos & condẽnatos publicè nuncient, faciantq; & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctiùs euitari. Necnõ omnibus Chriſtifidelibus, vt eos euitent, pari modo ſub prædictis cenſuris & pœnis. Et præſentes literas vel earum tranſumptum ſub forma infrà ſcripta factum, in eorũ Eccleſijs, Monaſterijs, Domibus, Conuentibus, & alijs locis, legi, publicari, atq; affigi faciant. Excõmunicamus quoq; & anathematizamus omnes & ſingulos, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, dignitatis aut excellentiæ fuerint, qui, quo minus præſentes literæ, vel earum tranſumpta, copiæ ſeu exemplario in ſuis terris & dominijs legi, affigi & publicari poſſint, fecerint: vel quoquo modo procurauerint per ſe vel alium ſeu alios, publicè vel occultè, directè vel indirectè, tacitè vel expreſſè. Poſtremò, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, in quibus neceſſarium foret: volumus & Apoſtolica autoritate decernimus, quod earum tranſumptis manu publici Notarij confectis & ſubſcriptis, vel in alma vrbe impreſſis, & ſigillo alicuius Eccleſiaſtici prælati munitis, vbique ſtetur, & plena fides adhibeatur, prout originalibus literis ſtaretur & adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Et ne præfatus Martinus, omneſque alij ſupradicti, quos pręſentes literę quomodolibet concernunt, ignorantiam earundem literarum, & in eis contentorum omnium & ſingulorum prætendere valeant, literas ipſas in baſilicæ principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Cathedralium Eccleſiarum Brandeburgen. Miſnen. & Meſpergen. valuis affigi & publicari debere volumus: decernentes, quod earundem literarum publicatio ſic facta, ſupradictum Martinum omneſque alios & ſingulos prænominatos, quos literæ huiuſmodi quomodolibet concernunt, perinde arctent, ac ſi literæ ipſæ die affixionis & publicationis huiuſmodi eis perſonaliter lectæ & intimatæ forent: cum non ſit veriſimile, quòd ea quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſeu ſi ſupradictis omnibus & ſingulis, vel eorum alicui, aut quibuſuis alijs à ſede Apoſtolica prædicta, vel ab ea poteſtatem habentibus, ſub quauis forma, etiam confeſsionali, & cum quibuſuis etiam fortiſsimis clauſulis, aut ex quauis cauſa ſeu grandi conſideratione, indultum vel conceſſum exiſtat, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales id importantes, de indulto huiuſmodi mentionem, eiuſdem indulti tenores, cauſas & formas perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, ita vt omnino tollantur, præſentibus pro expreſsis habentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, reprobationis, reiectionis decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obſecrationis, requiſitionis, monitionis, aſsignationis, conceſsionis, condemnationis, ſubiectionis, excommunicationis, & anathematizationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo viceſimo, decimoſeptimo Calendas Iulij, Pontificatus noſtri anno octauo.

*Viſa. R. Milaneſius Albergatus.*



8 Obſeruandum eſt olim † Inquiſitores qui fere ſemper religioſi erant ac pauperes, hæreticos potentiores non potuiſſe coërcere. Quapropter infecto negotio ſæpe Romam repetebant de cauſis grauibus Romanum Pontificem conſulturi, quo ſanè maxima conſequebantur incommoda. Nam & hæreticorum alebatur audacia ac petulantia, liberiùſq; ſuas inſanias ac latiùs diſſeminabant iudicum autoritate aſpernata, & Inquiſitores Pontificem Max. varijs grauiſsimiſq; negotijs diſtentum haud facilè conuenire poterant, ſicq; eis in Romana curia

curia diu occupatis,hæreticorum audacia impudentiùs graſſabatur. Nam ſi quando Inquiſitorum ſentētijs diffinitiuis damnarentur,audebant etiā ad Sedem Apoſtolicā appellare, quæ omnia in magnum cedebāt Eccleſiæ detrimentum. Cùm huiuſmodi prouocationes, & appellationes hæreticis prohibitæ ſint ex conſtitutione Bonifacij VIII. in cap. vt Inquiſitionis negotium.verſicul.non obſtantibus. De hæret.in 6.his verbis. [Non obſtātibus appellationib.ſeu proclamationibus prædictorū nequitiæ filiorum:cū tam ſecundùm ordinationem prædeceſſorum noſtrorum,quàm ſecundùm legem Imperialem appellationis,& proclamationis beneficium ſit hæreticis & credētibus, ac eorum receptatoribus,fautoribus, & defenſoribus interdictum. ] Hoc enim remedium appellationis ad præſidium innocentiæ,non ad defenſionem iniquitatis fuit inſtitutum.cap.cum ſpeciali. §. porrò. & cap. ad noſtram. de appellationib.manifeſtum namq; eſt neminem diffinitiuè damnari niſi vel confeſſus vel legitimè conuictus fuerit:aliàs enim hoc iudicium protraheretur in fauorem hæreticorum, & in odiū fidei,quod vtiq; dicendum non eſt:maximè cū Inquiſitores in ferendis ſententijs multo pręcedente conſilio grauiſsimorum doctorum,& matura deliberatione procedant, & idcirco non debet per iniquas calumniantium voces retractari.De qua re quamplurimi ſcripſerunt DD. Conr. Brun.lib.4.De hęret.c.vlt.Simanc.De Cathol.inſtit.tit.6.& in Enchirid. tit. 105.Iacob. Eſprenus in Malleo maleficar.3.p.q.35.Iul. Clar.in pract. crim. q.94. Archid. Ioan. Andr. Geminian. Francus, & communiter DD. in cap. vt Inquiſitionis. De hæretic. in 6. Ioan.Rojas.De hæret.ſingul.19.Zanchin. De hæret.cap.29.& ibi Campegius, & alij plures quos in quſtæ. De appellation.retuli.

Quibus adductus † Vrbanus Papa
9 IIII. anno ſalutis 1263. Inquiſitorum omnium Generalem, & quaſi protectorem creauit Illuſtr. Ioann. Caetanum Vrſinum Cardinalem S. Nicolai in carcere Iuliano ex clariſsima Vrſinorum familia, ne Inquiſitoribus neceſſum eſſet tantis difficultatibus Sūmum Pontificem adire,ſed per literas Cardinalem cōſulerent,qui grauiora quæque cum Summo Pontifice conſultaret, de quo vetuſtiſsimum reſcriptum in authentica forma Bononiæ aſſeruatur,quod legiſſe ſe atteſtatur Doctor Frāc.Pegna in 3.p.Direct. comm. 11. cuius verba ſunt quæ ſequuntur:[Periculoſa & grauia impedimēta quæ prædicto negotio vobis emerſerint,dilecto Fr.Ioanni S.Nicolai in Carcere Iuliano Diacono Cardinali,quem eidem præfecimus negotio,ſignificare curetis. Super alijs verò impedimentis quibuſlibet, quæ ſiue ex defectu ſociorum, ſiue aliàs ex quacumque cauſa vobis ex dicto negotio emergere fortè contingunt, & perſonaliter , ſi opus fuerit , ad Cardinalem curratis eundem, & per literas veſtras ſeu nuncios ſecurè ipſi Cardinali omnia intimare curetis, vt nos per eum ſufficienter ſuper præmiſsis inſtructi contra impedimenta huiuſmodi prouideamus de remedijs opportunis,&c.]

10 Cæterū †,ipſe Cardinalis cum ad Pontificale culmen euectus eſſet, ( is fuit qui Nicolaus III. appellatus eſt) Cardin. Latinum Romanum ſuū ex Fratre filiū,ac ordinis prædicatorum alumnum eodem Generalis Inquiſitotis munere cohoneſtauit , ad quem omnes Inquiſitores fidei deferebant ea quæ conſultatione digna videbantur , vt conſtat ex reſolutionibus Flori Inquiſitoris , quæ Camilli Campegij additionibus ad librum Zanchini acceſſerunt.

Cardi-



11 Cardinali autem † Latino viam vniuerſæ carnis ingreſſo tempore Cæleſtini Papę V. in eo munere nemo ſubſtitutus eſt , vſque ad tempora Clementis Papæ VI. qui illud munus Guillelmo Tholoſano Cardinali tit. S.Stephani in Mōte Cęlio delegauit. Hic hęreticos aliquos rogo impoſuit, aliaq; præclarè geſſit,quæ 2.par.Directorij Inquiſit.celebrantur. Sed quoniam dignitas hæc nōdum ſacro Cardinalium Collegio fuerat aggregata, neque mortuo Primario Inquiſitore continuò alius à Summo Pontifice creabatur,vt Eccleſiæ neceſsitas poſtulabat,ſicq; grauiora mala Chriſtiana reſpublica ſuſtinebat,eiſq; difficultatibus,quas ſuprà diximus,Inquiſitores iterum implicabātur,eo pręſertim tempore,quo Lutheri deteſtabilis illa peſtis Germaniæ finibus non contenta per Italiam diffluebat, dilabe-
12 baturq; † Illuſtriſsimi ac Reuerēdiſſimi DD. Cardinales Ioannes Petrus Caraffa, & Ioannes Aluarez Toledo cum Paulo III.Pontif.Max. egerunt, vt Cardinales quoſdam eo Inquiſitoris Generalis munere donaret, quod Beatiſsimus ille Pontifex ſummo ſtudio præſtitit ac voluptate: Ex quo ſanè tempore nunquam Alma Vrbs ſine Generali Inquiſitore fuit, non ſolùm ipſius,& totius Italiæ, ſed etiam aliarum prouinciarum incredi-
13 bili vtilitate. Namq; † vt faciliorem negotia ſanctæ Inquiſitionis exitum habeant,ſingulis diebus Iouis, excepta feria quinta hebdomadæ ſanctæ, Aſcenſionis,& illius diei qui ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacramēto ſacer eſt, in præſentia Summi Pontificis de grauiſsimis fidei cauſis conſultatur. Sed hæc non ita principio fuerūt inſtituta.Primùm enim cęteri Cardinales, Vicarius Pontificis , & ſacri Palatij Magiſter cum Cardinale Caraffa coniuncti de ſanctę Inquiſitionis negotijs conſtituebant, ſed cum poſtea V. Kalen. Maij anni Salutis 1556.Cardinalis Caraffa Summus Pontifex electus eſſet,ceperunt prædictę congregationes pręſtitutis diebus coram ipſo frequentari. Quæ conſuetudo prędicti Summi Pontif.Pij V.Gregor. XIII. & Sixti V. temporibus continuata, à Pij IIII. tempore interrupta eſt , qui alijs ſummi ponderis rebus occupatus ei congregationi intereſſe non poterat. Sanè quamuis apud neminem conſtet quo anno Paul.III. ſupremum hoc tribunal Romæ ere-
14 xerit, † mihi tamen compertum, certumq; eſt ab ann.1539. ad ann. 1542. id fuiſſe factum: nam cum cōſtet Cardinalium Caraffæ,& Aluari à Toleto inſtantia Paulum III. in eam formam negotia ſanctæ Inquiſitionis compoſuiſſe, & Aluarum anno Dom. 1498. menſe Decembri, ſub Chriſti Domini noſtri natali in ampliſsimū Cardinalium numerū fuiſſe relatum, adduci minimè poſſum, vt credam rem tanti momenti ac grauitatis paucisſimorum dierum ſpatio trāſigi potuiſſe , præſertim cum reliqui Decembris dies Romæ plurimis occupationibus impendantur. Vnde ante annum 1539. huiuſmodi inſtitutionem fuiſſe factam non credimus.

15 Anno † tamen Dom.1543. menſe Iulio , ab eodem Paulo III. quatuor Cardinales Inquiſitores conſtituūtur qui Bononiæ edictum contra vēdentes , & retinentes libros prohibitos promulgarunt.Hi ſunt Ioann. Petrus Caraffa Cardinalis S. Clementis,qui eo munere functus eſt, quoúſque ad ſummū apicem euectus Paulus Papa IIII. fuit appellatus:Ioann. Aluarez à Toleto ex Dominicana familia ex ampliſsima Toletorum gente,Ducis Albæ filius,qui Epiſcopatu Burgenſi, & deinde Archiepiſcopatu Cōpoſtellano exornatus, velut gradibus nactus fuerat purpuræ amplitudinem,ſub titulo ſancti Sixti,Guldiuinus Lucenſis

Aprutinus

Aprutinus Epiſcopus ſancti Cæſarei Cardinalis: Thomas Badia Mutinenſis Ordinis Prædicatorum alumnus, Cardinalis ſancti Syluestri, anteaque ſacri Palatij Magiſter.

Horum quatuor Inquiſitorum duobus vita functis in eorum locum ſubſtituūtur Marcellus Ceruinus, qui poſtea Papa Marcellus II. fuit, & Franciſcus Efrondato Cremonenſis Epiſcopus Melfi, Cardinalis ſanctorũ Nerei, & Archillei; qui quidem cum ab humanis deceſsiſſet (teſte Onuphrio) anno Domini 1550. pridie Kal. Sextil. in eius locum ſubrogatur Pius Carpenſis Cardinalis S. Priſcæ, & Epiſcopus Surgentinus, poſtea verò Epiſcopus ac Cardinalis Portuēſis. Abſente verò ac alijs occupationibus impedito Cardinale Marcello Ceruino tres in eius locum Cardinales ſuffecti ſunt.
16 Sicq; † anno Domini 1553. Sex Romæ fuerunt Illuſtriſsimi Inquiſitores Generales; nempe Carraffa, Toleto, Carpenſis, & tres qui ſequuntur, Hieronymus Veralus Romanus Archiepiſcopus Roſanus tituli S. Martini in montibus Cardinalis: Iacobus Puteus Niſſenſis, Achiepiſcopus Barri tituli S. Simeonis Cardinalis, Sebaſtianus Piguinus Rhegiēſis Epiſcopus Aliſæ, & poſt Rhegij, deniq; Archiepiſcopus Sipontinus, & Cardinalis S. Calixti.

17 Paulus Papa IIII. † ann. Domini 1558. mortuis omnibus ferè Cardinalibus quibus ipſe Inquiſitionis Generalis, curam cõmiſerat, conſiderans ſanctæ Inquiſitionis autoritatem debilitatã, mancamq; iacere; Generalem atq; primarium Eccleſiæ creauit Inquiſitorem Fr. Michaelem Guiſlerium, Cardinalem S. Mariæ ſuper Mineruam, qui vſq; ad tempora Pij IIII. Inquiſito
18 ribus præfuit. Poſt † abſolutum verò Concilium Tridentinum Pius Papa IIII. anno 5. Pontificatus ſui, ſeptem adiunxit Inquiſitores ipſi Michaeli Guiſlerio, Ioãnem Michaelem Sarracenum Neapolitanum Archiepiſcopum S. Anaſtaſiæ. Ioann. Baptiſtam Cicadam Ligurę Epiſcopum Albigauni Cardinalem S. Clementis: Ioann. Suauium Reumanum Gallum Epiſc. Mirapēſem Cardinalem Sãctę Priſcę. Clementem Dolera Monelianum Genuenſem, prius Generalē Ordinis Franciſcanorum de Obſeruantia, poſtea verò Cardinalem Aræ cæli. Ludouicum Simonetta Mediolanenſem, Cardinalē S. Ciriaci in Thermis Diocletiani, qui fuit legatus à latere Pij IIII. in S. Concilio Trident. Carolum Borromæum Archiepiſcopũ Mediolanenſem S. Martini in Mõtibus Cardinalem Pœnitentiarium, primarium, virũ Hercle ſuauitate morum, integritate vitæ, ac omnium virtutum genere longè clariſsimum. Vitebotium Vitellium Epiſcopum ciuitatis Caſtelli patriæ ſuæ ſanctæ Mariæ in porticu Diaconũ Cardinalem. De huiuſmodi creatione conſtat in Bullario Generali, in quibuſdam literis, quę incipiunt, [Cũ nos per noſtrum.]

Non multò pòſt idem Paulus quartus, ſupremo illi Inquiſitorum numero adiunxit Franciſcum Alciatum Mediolanenſem, quem ampliſsimo Sacerdotio Ciuitatēſis Eccleſiæ coronauit. Conſtituitq; ne quis inter eos ſupremam haberet autoritatem, ſed ex pluribus ſuffragijs ac votis negotia
19 deciſionem acciperent. Deinde † autem Pius Papa V. Inquiſitorum multitudinem ad quaternarium numerum reduxit, vt conſtat motu proprio qui incipit, [Cum felicis, &c.] Hi fuerunt Bernardinus Scoto Sabinus Archiepiſcopus Trani, tituli S. Matthæi Cardinalis, ex clericorum regularium Theatinorum Religione: Scipio Rebiba Siculus Epiſcopus Montulenſis Cardinalis Sanctæ Anaſtaſiæ, poſtea Archiepiſcopus Piſanus Cardinalis, Piſanus ideo cognominatus, qui antea Epiſcopus Troiæ



Troiæ fuerat, & Patriarcha Conſtantinopolitanus. Franciſcus Pacheco Hiſpanus, Epiſcopus Burgenſis, & Cardinalis ſanctæ Crucis in Ieruſalē, Ioannes Franciſcus Gambara Epiſcopus Præneſtinus Cardinalis ſanctæ Prudentianæ.

20 Anno † Domini 1559. Paulo quarto Pontifice Max. diem extremum functo, facinoroſi quidam ac perditiſſimi homines Romani magno impetu in ædes ſanctiſsimæ Inquiſitionis facto, nefanda facinora ediderũt, Thomam Sacotum Vigleuenſem Generalem Vrbis Romæ Inquiſitorem, & eius ſodalem Seraphinum Caualli Breſanum malè, & contumelioſè tractarunt. Nec tamen his ſatiati, probris ad cœnobium ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam acceſſerunt adacturi ignem, quoad aſſererent in eo omnes eſſe rerum ſanctiſsimæ Inquiſitionis maximè ſtudioſos: hęc tamen ſceleſtiſsima ſeditio ac tumultus cordatorum ciuium plurium concurſu pacata eſt, vt teſtatur Onuphr. Panuinus in vita Pauli quarti: quæ perſecutio perfunctoriè in generali Bullario etiam commemoratur. Populus autem Romanus humiliter à Pio quarto veniam precatus eſt, quod ciues illi à Dæmone inſtigati tantum facinus contra ſanctæ Inquiſitionis Officium intentaſſent, tantoque metu atque terrore eius miniſtros Fratres Prædicatores afflixiſſent.

Pio V. ſucceſsit Gregorius XIII. cuius tempore anno Domini 1584. ſex Cardinales Inquiſitorum munere fungebantur. Nempe Gambara, & quinq; ſequētes, Iacobus Sabellius Romanus, Cardinalis, & Epiſcopus Porticenſis: Ludouicus Madruccius Germanus Cardinalis ſancti Honofrij: Iulius Antonius Sanctorius Caſirtanus Archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ, & ſancti Bartolomæi in inſula Cardinalis: Ioannes Antonius Fachinettus à Nuce Cardinalis tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, qui poſtea fuit Papa Innocentius nonus: Ioannes Baptiſta Caſtaneus Archiepiſcopus Roſanus Cardinalis tituli ſancti Marcelli, qui in Hiſpania Pij V. Pontificis Maximi iuſſu prius Nuncij Apoſtolici munus obierat, & poſtea fuit Papa Vrbanus VII. ſeditque dies vndecim.

Sixtus autem Papa V. Põt. Max. ann. Domini. 1587. Moyſis exēplo adductus (qui cum Deo loquens ſoceri ſui Iethro conſilium de varijs iudicibus conſtituendis non repudiauit, quiq; Dei iuſſu inſignem ſenatum ſeptuaginta ſeniorum conſcripſit, qui cum eo onus populi ſuſtinerent, ne ſolus ipſe grauaretur. vt ex cap. 18. Exod. & Num. 11. deducitur) quindecim congregationes in Vrbe conſtituit pro faciliori Romanæ curiæ, ſtatuſque Eccleſiaſtici, ac vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, negotiorum & cauſarum expeditione, ea imprimis cogitatione permotus, vt qui ex omnibus nationibus ad illam matrem, magiſtram, perfugiumq; fidelium Apoſtolicam ſedem, deuotionis ſalutiſq; ſtudio, iuris perſequendi, gratiæ impetrandæ, aliáſve multiplices ob cauſas frequentiſsimi confugiunt, ij quidem, vt tutò & commodè peruenire poſſent, & vt faciliùs celeriuſque expedirentur, diſtinctos Cardinalium conuentus, & cõgregationes ad certas rerum negotiorumque tractationes paratas haberent: Cardinaleſque ipſi & miniſtri diſtributi muneris partem leuius ferrent, diligentiuſq; adminiſtrarent, commodiuſque Summum Pontificem conſulerent, ita vt grauiores difficilioreſque conſultationes ad eum referrent. Illa igitur congregatio pro ſancta Inquiſitione, ordine ſeruato, primum locum obti-

net

net, qua confirmauit omnia inſtituta congregationis ſanctæ Inquiſitionis, ac omnes facultates, & iuriſdictiones à prædeceſſoribus ſuis conceſſas, vt pote illas conſtitutiones Pij IIII. conſtitu. 88. fol. 784. Bullarij, & Pij V. conſtitut. 175. fol. 1179. & Gregor. XIII. conſtitut. 63. fol. 1305. In qua etiam conſtitutione cauet ipſe Sūmus Pontifex, ne aliquid innouetur in Officio Inquiſitionis in regnis, & dominijs Hiſpaniarum, ex quo vberes in agro Domini fructus in dies prodire conſpicit. Tenor igitur conſtitutionis prædicti Pontificis Sixti quinti, ſic ſe habet.

## CONGREGATIO prima pro ſancta Inquiſitione.

IN primis igitur, quoniam fides, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, totius ſpiritualis ædificationis fundamentum eſt, cupientes hoc precioſum depoſitum, quod nobis potiſſimum à Chriſto Domino in Beato Petro Apoſtolo eſt creditum, aduerſus omnes inferorū portas integrum, inuiolatumque cuſtodire, congregationem ſanctæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, magna prædeceſſorum noſtrorum prouidentia, tanquam firmiſſimum Catholicę fidei propugnaculum in Vrbe inſtitutū, cui ob ſummam rei grauitatem Romanus Pontifex præſidere ſolet: nos quoque confirmamus, & corroboramus, illiuſque omnia inſtituta, omneſque & ſingulas facultates à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris Cardinalibus, ad eam Congregationem pro tempore delectis conceſſas, omnemque autoritatem, & poteſtatem eis communicatam, ſcilicet, inquirendi, citandi, procedendi, ſententiandi, & diffiniendi in omnibus cauſis tam hæreſim manifeſtam, quàm ſciſmata, Apoſtaſiam à fide, Magiam, Sortilegia, Diuinationes, Sacramentorum abuſus, & quæcumq; alia, quæ etiam præſumptam hæreſim ſapere videntur, concernentibus, non ſolùm in vrbe, & ſtatu tēporali nobis, & huic ſanctę Sedi ſubiecto, ſed etiam in vniuerſo terrarum orbe, vbi Chriſtiana viget Religio, ſuper omnes Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios inferiores, ac Inquiſitores, quocumque priuilegio illi ſuffulti ſint, quorum, ac aliorum prædictorū ſeries his noſtris literis ad verbum expreſſa cenſeatur, confirmamus: ea denique omnia, quæ per eoſdem prędeceſſores circa eamdem Congregationem, illius iuriſdictionem, & autoritatem decreta fuerūt, Nos itidem ſtatuimus, atque decernimus: exemptiones quoque, immunitates, priuilegia, atq; indulta etiam eiuſdem Officij miniſtris, vel in hunc vſque diem conceſſa, vſuq; recepta, pariter approbamus, obnixè in Domino hortantes, & per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, & per eius tremendum iudicium obteſtantes chariſſimos in Chriſto filios noſtros in Imperatorem Electum, omneſq; Reges, ac dilectos filios nobiles Viros Rerumpublicarum, alioſque Duces, illiſque regendis, & adminiſtrandis præpoſitos, ac ſingulos orbis terrarum Principes, & Magiſtratus, quibus Gladij ſæcularis poteſtas ad malorum vindictam à Deo eſt tradita, per eam ipſam, quam ſe tueri promiſerunt Catholicam Fidem, vt ſic ſuas quiſque partes ſiue in præſtando miniſtris prædictis auxilio, ſiue in criminum poſt Eccleſiæ ſententiam animaduerſione interponat (quod eos pro eorum pietate libenter facturos confidimus) vt eorum quoque præſidio Miniſtri ipſi tantum munus,





tamque ſalutiferum pro Regis æterni gloria, ac religionis incremento feliciter exequantur, cuius pij Criſtiani q; obſequij Principes, ipſi & Magiſtratus ampliſſimum à Domino prę mium recepturi ſunt in æternæ beatitudinis cōſortio, Catholicæ fidei aſſertoribus, & defenſoribus præparatum. In his autem omnibus noſtra eſt intentio, ne in Officio ſanctę Inquiſitionis, in regnis & Dominijs Hiſpaniarum, ſedis Apoſtolicę autoritate ſuperioribus tēporibus inſtituto, ex quo vberes in agro Domini fructus in dies prodire conſpicimus, nobis aut ſucceſſoribus noſtris inconſultis, aliquid innouetur.

*Huius autem congregationis Cardinales hi ſunt.*

LVdouicus Madrutius tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis.

Iulius Antonius tituli ſancti Bartolomæi in Inſula Presbyter Cardinalis ſanctæ Seuerinæ.

Petrus Deza tituli S. Hieronymi Illyricorum, Presbyter Cardinalis.

Io. Antonius tituli SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis.

Io. Baptiſta tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis.

Frater Heronymus tituli S. Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Aſculanus.

F. Conſtātinus Sarnanus tituli S. Petri in Monte aureo Presbyter Cardinalis.

Tempore autem Clementis Papæ
23 † Octaui, qui nunc feliciter Eccleſiam Dei gubernat, aliquos ex prædictis illuſtriſſimis Cardinalib. ad ſanctiſſimę Inquiſitionis munus exercendum nominauit, & conſtituit: alij autem in abſentium locum ſuffecti fuerunt, vt eorum nomenclatura præ ſe fert, ij enim ſunt.

Ludouicus Madrutius tituli ſanctę Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis.

Iulius Antonius tituli S. Bartolomæi in Inſula Presbyter Cardinalis S. Seuerinæ.

Petrus Deza Hiſpanus tituli S. Hieron. Illyricor. Presbyter Cardinalis.

Frater Hieronymus tit. ſancti Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Aſculanus.

Dominicus tituli ſancti Laurentij Cardinalis Pinellus.

Paulus Camillus tituli S. Cæciliæ, Cardinalis Sfondratus.

Camillus tituli ſancti Euſebij, Cardinalis Burgeſius.

24 Et † vt criminales cauſæ quæ quotidie ad ſupremum Inquiſitorum Tribunal Romam deferūtur, faciliorem exitum & expeditiorem haberent, tempore Cardinalis Ioannis Petri Carraffæ Illuſtriſſimo Cardinalium Inquiſitorum numero ſuperadditi ſunt Commiſſarius Generalis S. Officij, vt aſſeſſor Generalis eiuſdem, qui ordo in præſentem vſque diem ſeruatus eſt.

Primus, Cōmiſſarius fuit Fr. Theophilus Tropienſis ex Dominicana familia, ſicut reliqui omnes, cuius habetur mentio in Bullario S. Officij.

Secundus F. Michael Guiſlerius Alexandrinus ab anno 1551. vſquequò Cardinalis dignitatem adeptus eſt, qui poſtea fuit Papa Pius quintus.

Tertius, frater Thomas Scotus à Vigleuano, qui fuit poſtea Epiſcopus Interamnenſis.

Quartus frater Hieronymus Politius, poſtea Epiſcopus Triuicaſinus.

Quintus frater Archangelus Blancus Vigleuenſis, qui non multo poſt fuit creatus Epiſcopus Fianenſis, ac tandem ad purpuream dignitatem titulo ſancti Ceſarei euectus fuit.

Sextus frater Humbertus Locatus antea Inquiſitor Placentinus in Longobardia

gobardia poſt munus Commiſſarij explet͠u fuit, creatus Epiſcopus Balneoregij, qui tandem retinuit Inquiſitoris dignitatem, Iudicialeq; Inquiſitorum conſcripſit.

Septimus Frater Antonius Balduuius de Forliuio, poſtea Epiſcopus Triuiſicanus.

Octauus Frater Thomas Zobius Brixianus, antea Inquiſitor Brixiæ, poſtea dum ſacri Palatij eſſet Magiſter, obijt.

Nonus, frater Lactantius Rampholdus de Vrceis Brixianus, vſque ad vltimum ſuæ vitę ſpiritum hoc munere functus eſt.

Decimus F. Hippolytus Maria Beccaria Monrealenſis, poſtea Generaliſsimus totius Ordinis Dominicani.

Vndecimus, F. Vincent. de Monte Marchiano, vltimus huic muneri adſcriptus.

## *Aſſeſſores S. Officij Romæ.*

PRimus, Ioannes Baptiſta Bizonus prima tonſura initiatus, & poſtea coniugatus, tandem Fiſcalis generalis Romanæ Curiæ creatus.

Secundus, Donatus Scampa clericus de Como, poſtea Epiſcopus Nepæ.

Tertius, Ioannes Baptiſta Brugnatellus clericus Robienſis, poſtea Epiſcopus Aſsis.

Quartus, Petrus Duſsina clericus Brixianus, & Protonotarius Apoſtolicus, primus Inquiſitor Melitæ aſſeſſorem agẽs, extremum diem clauſit.

Quintus, Petr. Humanus de Stronconices Marnienſis, Canonicus Lateranenſis.

## *Quo tempore in regno Caſtellæ ſanctæ Inquiſitionis Officium ſtabilitum fuerit.*

### CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *INquiſitores creati ſunt per vniuerſas mundi partes, tempore Clementis V.*

2 *Iudæorum quorundam graue delictum, eorumque ſupplicium.*

3 *Ioannes II. Rex Caſtellæ, quibus commiſerit cauſam fidei.*

4 *Libri Marchionis Villenæ concremati fuerunt à Fr. Lupecio Barrientos.*

5 *F. Alphonſus ab Eſpina, ex Epiſcopor͠u cõmiſsione in hæreticos inquiſiuit.*

6 *Alphonſus Carrillo, Archiepiſcopus Toletanus ex commiſsione Põtificis, Compluti ſubortam hæreſim dãnauit.*

7 *Inquiſitionis Officium ante Regum Catholicorum tempora in Caſtellæ, & Legionis regna inductum fuiſſe.*

8 *Frater Vincentius Lisboa poteſtatem accepit à Pontifice nominandi Inquiſitores.*

9 *Dubium quoddam dilucidatur, ex autoritate Toſtati Epiſcopi Abulenſis.*

10 *Generalis Inquiſitor in Hiſpania nullus fuit ante Catholicos Reges.*

11 *Epiſcopi iure diuino, & communi, in hæreticos inquirebant.*

12 *Regibus Catholicis Sixtus quartus indulſit, vt in Caſtella, & Legione, S. Inquiſitionis Officium inſtaurarent, anno 1479.*

13 *Frater Thomas à Turre-cremata, ordinis Prædicatorum, fuit primus Inquiſitor Generalis in ditionibus Hiſpaniarum.*

OPINANTVR aliqui ante Catholicorum Reg͠u Ferdinãdi, & Elizabethæ feliciſſima tempora, nullum fidei cenſorẽ Caſtellæ præfuiſſe, ea potiſsim͠u adducti ratione, quia in nullis Hiſpaniar͠u ſcriptoribus, nulliſq; Annalibus ante ea tẽpora de Inquiſitoribus quicquã legitur.





1 Quamuis † enim Clementis quinti temporibus, in vniuerſis mundi partibus Inquiſitores, de delictis atque exceſsibus Templariorum, vel ſoli, vel cum locorum ordinarijs iudicauerint, in Caſtella tamen an aliqui Inquiſitores iudices deſignati fuerint prorſus ignoratur.

2 Præterea † anno Domini 1406. non multùm pòſt Henrici Caſtellę Regis III. mortem, Iudæi quidam ſceleratiſſimi auguſtiſsimam hoſtiam labefactare, atq; grauiſsimis iniurijs afficere nixi cum conata non poſſent opere adimplere, communi cõſenſu ad Cœnobium S. Crucis Segouiæ detuler͠ut: eius Cœnobij Prior tanto flagitio, vt par erat, cõmotus, rẽ ad eius Ciuitatis Epiſcopum detulit. Is eo tẽpore erat Ioãnes Tordeſillas, qui diligentiſsima Inquiſitione facta, prout res exigere videbatur, tantum flagitium, nullo (quod legerim) Inquiſitore adhibito grauiſsimè vindicauit, ſub anno 1442.

3 † quo impudentiſsimus ille Alphonſus de Mella Fratricellor͠u Begardorumq; hęreticam malitiam Durangi diſſeminabat. Cum Ioannes Caſtellæ Rex ſecundus, his obuiaturus malis Alphonſo Cherino Abbati Compluti Regij, alterique Franciſcani ordinis alumno hanc cauſam ſpecialiter cõmiſiſſet, vt in c. 36. Hiſtorię dicti Regis enarratur. Nulla hæreticæ prauitatis

4 Inquiſitorum fuit mentio, † quando Hẽricus Villenæ Marchio ex hac vita diſceſsit, Lopecius Barrientos Epiſcopus Cõchenſis, & Hẽrici Principis filij Ioannis ſec͠udi pręceptor, Regis autoritate ipſius Marchionis libros combuſsit; ſed nullius teſtimonio hoc melius cõprobari poteſt, quàm cuiuſdam venerabilis Patris Caſtellani ex ordine Diui Franciſci, qui Alphonſus ab

5 Eſpina † cognominatur in præfatione libri inſcripti Fortalitium Fidei, quem compoſuit, vt ipſe teſtatur, anno Domini 1460. Henrico quarto Caſtellæ Regis nimis acerbè queritur, tam calamitoſa illa tempeſtate nullum extare Inquiſitorem, qui ab hæreticorum dementia, Iudæorumque ſceleribus pœnas exigeret, cum perditiſsimorum hominum licentia, ſeu potius petulantia impunè agente tanta ſcelera committerentur, tam deprauatæ Doctrinæ nutrimenta ſata eſſent, eoque impudentiæ peruenissent, vt nec Regem, principes, neque antiſtites timerent: palamque ac liberè Deum blaſphemarent; ſacramentis calumniarentur, quos poſſent pueros circumciderent, diuinum atque humanum ius violarent, latrocinijs ac cædibus eorum præſertim, qui ſibi opponerentur, rempublicam infeſtarent. Quapropter prius ille vir eius temporis ſegnitiem atq; vecordiam reprehendens, quo paſtoribus dormientibus lupus rapaciſsimus Chriſtiano gregi magna damna inferebat opuſculum illud ſuum ſoli Deo nuncupauit, cum magna animi contentione precatus, vt horum regnorum imminente ruina miſereretur. Is inquam religioſus vir, in aliquibus ſui libri partibus ſcripſit aliquandiu, cum Iudæorum hæreticorumque nefarijs ac perditis moribus vehementer commoueretur, à locor͠u ordinarijs impetraſſe, vt eorum iuriſdictione ſibi demandata in illos, qui à fide Catholica defeciſſent inquirere permitteretur. Quibus conſpicuum eſt de cauſis fidei Inquiſitores nullos illo ſæculo fuiſſe. Demum Petro de Oſma nefario homine, ac petulante ſuos impudenter per Caſtellam effundẽ-

6 te errores, † Sixtus Papa quartus ſuam Alphonſo Carrillo, Archiepiſcopo Toletano impertijt autoritatem, quatenus ille ingruenti peſti faciliùs mederetur. Is igitur plurimorum Theologorum, ac Iuriſperitorum habito

conſilio, deprauatam illam doctrinam Compluti damnat, cuius ſententiam ſummus Pontifex deinde anno 1480. Apoſtolica autoritate confirmauit, eiuſq; confirmationis literas frater Bartholomęus à Miranda Archiepiſcopus Toletanus Summę cōciliorum inſeruit. Cum igitur neque in prædictis Apoſtolicis literis, neque in alijs negotijs quæ ſuperius commemorauimus, vlla Inquiſitorum hæreticæ prauitatis mentio habeatur, nihil mirum, ſi dixerint aliqui illis temporibus Inquiſitores in Hiſpania non extitiſſe.

7 Verùm enimverò † ante Catholicorum Regum tempora ſanctæ Inquiſitionis Officium in Caſtellam & Legionem fuiſſe inductũ, ex his quæ ſubijciemus, apertè conſtabit. Barcinonæ enim in archiuo ſanctæ Catharinæ Martyris literæ aſſeruantur Clementis Papę quarti, datę Viterbij Kalendis Febr. anno Dominicæ Incarnationis 1267. ſecũdo verò eius Pontificatus anno. Quibus Prouinciali ordinis Prædicatorum in Hiſpania, (qua Prouincia tunc temporis Caſtella, Bætica, Luſitania, atque Nauarra continebantur) poteſtas facta eſt, duos ex ordine prædicto nominandi fratres, qui aduerſus hæreticam inquirerent prauitatem. Alia inſuper ibi cuſtoditur Bulla Clementis Papæ ſexti expedita quarto Idus Aprilis, anno Domini 1350. Pontificatus eius anno 9. ad Patrem Nicolaum Roſellis Aragoniæ Prouincialem directa, qua conſtituit Inquiſitores, quos in ſua Prouincia creaſſet, illis qui à Prouinciali Caſtellæ eligebantur, nullatenus eſſe ſubiectos, ex quo deducitur inter Caſtellę & Aragonię Inquiſitores ſubortam fuiſſe de iuriſdictione controuerſiam, eamque Pontificis autoritate ſopitam. Igitur negari nō poteſt ea tempeſtate in Caſtellæ Regnis fuiſſe Inquiſitores.

8 Iam verò † tribus & quadraginta annis poſt illa tempora elapſis, Bonifacius Papa IX. optauit in Caſtellæ ſimul Legionis, & Luſitanię Regnis ſanctum Inquiſitionis Officium collocare, in quibus tunc Regnis, familiæ Prædicatorum omnes ad vnius Prouincialis curam pertinebāt. Regnante igitur in Caſtella ac Legione Henrico III. in Luſitania verò Ioanne eius nominis primo, Bonifacius Papa IX. prima die Februarij. 1394. Magiſtro Vincētio Lisboa, cui ea Prouincia credita erat, & omnibus ipſi in Prouincia ſucceſſoribus Inquiſitorum creandorum poteſtatem Apoſtolico diplomate conceſsit, quod in Luſitania in Cœnobio B. Mariæ de Prælio (vt vocant) aſſeruatur.

Sed quoniam Bonifacij Noni temporibus ſciſmate Eccleſia laborabat, Rexque Caſtellæ & Legionis, non Bonifacio, ſed Clementi, qui Auinione erat, obedientiam præſtiterat, arbitror Clementis tempore, qui duos tantum annos poſt illas literas expeditas vixit, Prouincialem Vincētium de Lisboa Inquiſitorem in Caſtella & Legione minimè nominaſſe: vita tamen functo Clemente, id effeciſſe dubitandum non eſt, cum Alphonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, qui ea ætate claruit in 17. cap. libri. 2. Paralipom. quæſt. 14. Inquiſitorum his ver-
9 bis meminerit † [Hi enim ſunt apud nos Inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui inquirunt circa eos, qui ſunt infa-
10 mati de hęreſi] † Illud quoq; obſeruãdum eſt, quod cum ante Catholicorum Regum tempora rarò eſſet Generalis Inquiſitor, qui alios per prouincias diſponeret, ſed ſummis Pontificibus hęc cura incumberet, conſequebatur ſæpius ſanctum illud Offi-
11 cium in Prouincijs deſiderari. † Tunc verò ſoli Epiſcopi, quorum eſt oues ſibi commiſſas cuſtodire, ex Ezech. cap. 34. & cap. penult. de reg. iur. quibus etiam iure Diuino hæc cura incumbit, in hæreticos inquirebant. Quamobrem mirandum non eſt, ſi in hæreticorum ſupplicijs ac hæreſum extirpatione nulla Inquiſitorum mētio habeatur. Cuius alia etiam reddi poteſt ratio, quod Inquiſitores ſimul cũ Epiſcopis extirpandis hæreſibus incumbebant, nec ea erant, qua nunc ſunt, poteſtate & autoritate ſuffulti. Vnde cum maligna aliqua ſerpebat hæreſis, aliauè fidei cauſa grauis occurrebat ex Apoſtolica delegatione Epiſcopus aliquis cognoſcebat, vt ſua autoritate, & potentia damno & periculo quod imminebat obuiaret, quo Inquiſitorum autoritas ea tempeſtate ſupprimebatur.



Cæterum etiam exploratum eſt anno Domini 1589. Inquiſitores fuiſſe in Caſtellæ & Legionis Regnis, quo anno Catholicis Regibus Ferdinando & Elizabetha inſtantibus, Sixtus quartus illis indulſit, vt in Caſtellæ ac Legionis Regnis ſanctæ Inquiſitionis Officium antea intermiſſum, inſtaurare poſſent. Extant eiuſdem Pontificis literæ anno 1482. menſe Ianuarij expeditæ, quibus duos à Catholicis Regibus Hiſpali electos Inquiſitores confirmauit: illiſque in eiſdem literis interdixit, ne in cæteris Regnis Inquiſitores nominarent, quod ij videbantur ſufficere, qui à Prædicatorum Generali ſeu Prouincialibus deſignarentur. Huius Bullæ mentio habetur in lib. Bullarum qui in Archiuo generalis Inquiſitionis Matriti aſſeruatur. Ex quo clarè apparet ante Catholicos Reges hæreticæ prauitatis Inquiſitores in Hiſpania fuiſſe.

13 Reges autem † Catholici de inſtaurando ac rectè conſtituendo ſanctæ Inquiſitionis Officio cogitantes, illud inſtantiſsimè à Romano Pontifice petierunt, ac etiam impetrarunt, vt Thomæ à Turre-cremata familiæ Prædicatorũ, ac Cœnobij ſanctę Crucis viro, pietate alijſque animi ornamentis valdè præclaro, in Caſtella ac Legione Generalem Inquiſitionis curam demandaret, qui Prouinciales Inquiſitores prout ſibi exepedire videretur, crearet, eoſque per prouincias diſponeret, ac demum ſtylum ſiue abuſum, quo Inquiſitores antè ab Apoſtolica ſede conſtituti, aduerſus hæreticos procedebant, reformaret, ac eos quos vellet remoraretur, alioſq; ſufficeret, qui moribus ac ſanctitate omnibus prælucerent, vt refert Hieronymus Zurita lib. 1. Annal. cap. 49. Quibus quidem auſpicijs effectum eſt, vt ſanctæ Inquiſitionis Officium, quod antè in Hiſpania obſcurum erat debilitatumque, ad eam dignitatem felicemque ſtatum, in quo nunc eſt, fuerit euectum, atque etiam illuſtratum, de quibus in ſequentibus tractaturi ſumus.

## *Officium ſanctæ Inquiſitionis in Caſtellæ regno inſtauratur.*

## *CAP. III.*

### SVMMARIVM.

1 *Errorum plurimorum Hiſpaniæ initium fuere bella, & diſſenſiones.*

2 *Conciliabulum Iudæorum quorumdam Hiſpali factum, detectum fuit induſtria fratris Alphonſi de Hojeda Dominicani.*

3 *Catholici Reges ad tantum facinus remedium adhibuerunt.*

4 *Reformatio Officij ſanctæ Inquiſitionis, primum facta fuit à D. Petro de Mendoça Archiepiſcopo Hiſpalenſ. & à Fratre Thoma à Turre-cremata.*

*5 Reges Catholici facultate ſibi conceſſa, a Sixto quarto nominarunt Inquiſitores.*

*6 Sixtus IIII. nominatos Inquiſitores à Regibus Catholicis confirmauit, & poſtea illis poteſtatē eligēdi ademit.*

*7 Dominicani ordinis ſeptem fidei cenſores creauit Sixtus IIII.*

*8 Edictum gratiæ Inquiſitores ſinguli in Prouincijs ſibi creditis promulgarunt, cuius occaſione multi ad fidem conuerſi ſunt.*

*9 Appellationum ab Inquiſitoribus Prouincialibus interpoſitarũ Sixtus IIII. iudicem conſtituit D. Ignatiũ Manrique, Archiepiſ. Hiſpalenſem.*

*10 Inquiſitores regnorum Aragoniæ Sixtus IIII. ſupremo Inquiſitori Caſtellæ ſubiecit, & ab Innoc. VIII. confirmatur.*

*11 Hieronymiani Inquiſitores inſignes Inquiſitionis actus fecerunt Guadalupi, anno 1485.*

*12 Cremati ſunt duo millia Iudæorum & Apoſtatarum, & alijs variæ pœnitẽtiæ, & ſupplicia impoſita fuerunt.*

*13 Confiſcatio bonorum delinquẽtium in quot, & quales vſus diſtributa.*

*14 Confiſcatio bonorũ hæreticorũ per varia iura obſeruata diffuſè tractatur.*

*15 Conſultatio Inquiſitorum cum Regio conſilio, de norma in hæreticis puniendis, introducta fuit Regum Catholicorum decretis.*

*16 Inquiſitores Hiſpali, cum Inquiſitore Generali conuenere iuſſu Catholicorum Regum.*

1 IOANNIS ſecundi, ac Hẽrici quarti temporibus tantis bellis,† procerum diſſenſionibus diuerſiſq; motibus Hiſpania afflicta eſt, vt illis ſedandis intenta, religio quæ omnibus eſt anteferenda, iaceret in tenebris. Hinc capta occaſione peſsimi impijq; homines liberius ſuis non ſolùm volutabãtur erroribus, ſed & eorum inductione quamplurimi tum ex denuo conuerſis ad fidem, tum etiam ex Chriſtianis à vero religionis tramite diuertebant, magnaque fidelium pars Iudæorum Sarracenorumq; contagione coinquinabatur, vnde maximum accidit Chriſtianæ Reipublicæ detrimentum, cum plures cenſuris Eccleſiæ ſpretis Iudæorum ritibus ſeruirẽt, ac multi falſa hæreticaq; dogmata profiterentur: quãuis autem Ioãnis II. tẽporibus hæreticorum non nulli ſuarũ hæreſum pœnas dederint; tamẽ vſq; ad Henrici IIII. tẽpora non ſolùm à Durango diſſeminata hęreſis ſed alij etiã errores extabãt. Hęc moleſtè nimis ferebãt pij religioſiq; viri, qui Dei offenſa, & tantorũ exitio plu-
2 rimùm dolebant. Erat ea ætate † Alphonſus Hojeda vir pius ac ſanctus, Priorq; Cœnobij Hiſpalen. S. Pauli ordinis Prędicatorum, vt teſtatur F. Hieronymus Roman c.20.lib. 5. Reipubl. Chriſt. & F. Ioannes Cruz ex eodem ordine S. Dominici. cap.25.lib.5. is ſuam in id omnem curam intenderat, vt rationem adinueniret, quã tot mala, quæ ex Iudæoruum ſocietate prauoque commercio in Chriſtianam Rempublicam irrepſerant, finem haberent: multoſq; annos ardenti ſpiritus feruore quamplurimis concionibus ad populũ habitis, Apoſtatas qui ad perfidiã Iudaicã deſciuiſſent, Eccleſię gremio reſtituere conabatur, quorũ ingẽs Hiſpali erat caterua. Igitur feria quinta in cœna Dñi prima noctis vigilia, à quodã generoſo ciue ex Guzmanorũ familia monitus eſt in quaſdã ædes quoſdã Iudæos ac apoſtatas cõueniſſe, ibiq; cæremonijs Iudaicis vacare, necnõ execrabiles blaſphemias ac cõtumelias in Saluatorẽ noſtrũ proferre. Hęc omnia Guzmanus ex ſecreta domus parte, in qua latebat puellam quãdam allocuturus oculis viderat,



rat, ſolet ſiquidem Deus mala quandoq; permittere, vt inde maiora eueniant bona) Prędictus Prior vbi hęc cognouit, egit cum viro illo nobili, vt re literis mandata nomen ſuum ſubſcriberet, atq; è veſtigio Cordubam ad Reges Catholicos rem omnẽ defert. Hęc Regibus, qui ob inſignẽ religionem Catholici nuncupabantur, nõ leuem moleſtiam ac perturbationẽ attulit, iuſſeruntq; de tam horrendis flagitijs inquiri. Facta ergo Hiſpali diligenti Inquiſitione prędicti Patris, aliorumque induſtria ſex illius ſocietatis impuriſsimi Collegę adinuenti, & in dicto ſancti Pauli Cœnobio in vincula detruſi ſunt. Mox ad Iudaicum vomitum reuerſi, plures eidem cuſtodię traduntur: nec multò pòſt in eos omnes vniuſcuiuſque delicti penſata qualitate ſeuerè animaduerſum eſt.

His Hiſpali geſtis fama longè lateque per vniuerſam Hiſpaniam vagabatur, quã multi fideli zelo commoti Catholicis Regibus intimarunt, pleroſque eſſe ex Iudęis nuper ad fidem conuerſis, quorum parentes ſancti Vincentij Ferrerij concionibus ad fidem traducti fuerant, qui domi atque ſecreto Iudaicis ritibus operam darent, Chriſtianoſque veterem Legem edocerent: rogare ſe plurimùm Reges ſua Catholica pietate tot naſcentibus malis reſiſterent, ne in dies peſtis illa venenoſa ſerperet, alioqui enim niſi confeſtim ſedaretur, grauiſsima inde incommoda Dei Eccleſiam accepturam. Erant inter illos qui Iudæorum perfidiam, Apoſtatarumque impudentiam comprimi impenſe deſiderabant, inſignes magnę autoritatis vir D. Petrus Gonzalez, à Mendoça Archiepiſcopus Hiſpalenſis ac prædictus Thomas à Turrecremata ex Prædicatorum familia: Prior Cœnobij S. Crucis Segouienſis [illegible] Regumq; cõfeſſarius ſanctæ conuerſatione virtutiſque ſplendore ipſis pergratus, qui iampridem totus in eo diuino motu poſitus erat. Regibus vt perſuaderet, ad hæreticos omnes nul la perſonarum exceptione facta pœnis à decretis canonibuſque Pontificum conſtitutis ſeuerisſimè puniendos. Ad idque omnia neceſſaria diligenter comparanda, ac ea quæ huic rei impedimento forent, omnino tollenda, eo namque tempore Apoſtolici fidei Inquiſitores antiquo ſtylo cauſas (ſicut prophanæ expediri ſolent) non vero ea ſecreta methodo, executione, & autoritate, quibus modo exequebantur. Quibus quidem deficientibus ſanctum Officium abſque dubio langueſcebat eneruabatur, ſua-
3 que deciderat dignitate. †Monitis ergo atque ſuaſu tanti viri Ferdinandus & Elizabetha, qui Dei cultus atque Eccleſiæ propaginis magnopere ſatagebant D. Petrũ Gundiſaluũ à Mendoça Archipræſulem Hiſpalenſem, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ Cardinalem vniuerſis fidei cauſis præfecerunt, eique ſocium fratrem Thomam à Turre-cremata virum inſigni ſanctitate cunctis prælucentem adiunxerunt, qui ſimul de omnibus cauſis ad fidẽ pertinentibus diligentiſsimè iudicarent, tantamque luem pro viri-
4 bus compeſcerent. † Hi cum plura antidota eis erroribus præpararent, adhiberentque, nec tamen illis poſſent Chriſtianam Rempub. à tanta peſte defendere, de S. Inquiſitionis Officio reformando conſilium ceperunt, multaque interim egregiè gerebant, quibus labentes Chriſtianos in religione continebant: quam plurimoſq; apoſtatas ſeueriſsimis ſupplicijs affecerunt. Hac inita ratione omnem curam in tam ſalutari reformandæ Inquiſitionis remedio poſuerunt, quia tot imminentibus hoſtibus, aditum [illegible] libera

ad Eccleſiam labefactandã intercludi ſperabant. Quare vehementer à Pontifice Romano Reges Catholici contenderunt, vt ſibi creandorũ in Caſtellæ & Legionis regnis Inquiſitorũ

5 poteſtatem faceret.† Sixtus IIII. ann. Dñi 1479. eam facultatẽ Catholicis regibus indulſit, cuius quidem indulti Apoſtolicę literę licet nõ extent, earum tamen mentionen habuit idem Sixtus alijs duabus Bullis, quæ in libris diuerſarum Bullarum Apoſtolicarum Matriti apud generalẽ Inquiſitionem aſſeruãtur fol. 1. & 2. Huius ſanè Bullę autoritate duos tantum Hiſpali Inquiſitores, fratrem Michaelem à Morillo in ſancta Theologia magiſtrum, ac Fr. Ioannem à ſancto Martino, in Theologia Baccalaureum; ex Prædicatorũ familia præfecerunt, vel quia Hiſpali magis apoſtatarum impietas graſſabatur, vel quia ſenſim atq; paulatim negotium tanti momenti ac difficul-

6 tatis expedire Reges decreuerant. † Anno inſuper 1482. menſe Ianuario, idem Pontif. Maxi. duos illos à Regibus Inquiſitores electos ea lege confirmauit, vt iuxta iuris diſpoſitionem ſimul cum locorũ ordinarijs cauſas fidei expediret. Quia tamẽ Põtifici eos Inquiſitores, qui vel à Generali, vel Prouincialibus familiæ Dominicanæ, in Prouincijs diſpoſiti erãt, rebus fidei exequendis ſufficientes eſſe videbãtur; Regibus creandorũ Inquiſitorum in alijs locis poteſtatẽ ademit. Huius Apoſtolicę Bullę in dicto generalis Inquiſitionis libro, fol. 2. & 3. habetur

7 mentio. Idẽ† Sixtus IIII. ann. 1482. ad dictorũ Regum requiſitionẽ, quia electi duo Hiſpali Inquiſitores ſufficere nõ videbantur, ſuo Apoſtolico diplomate dato 3. Idus Feb. Põtifica. ann. 11. ſeptẽ conſtituit ex Dominicano ordine fidei cenſores, nempe Petrũ Ocañam, Petrũ Martinũ, Alphonſum de S. Cebriano, Ioan. à S. Dominico, Ioannem de S. Spiritu, Rodericũ Segarra, Thom. de Turre-cremata, & Bernardum ſancta Maria, Qui in Caſtellæ & Legionis regnis in rebus ad fidem pertinentibus præeſſent.

8 Anteaquam † ex noua reformatione Inquiſitores Canonica ſeueritate in perfidos hæreticos atq; apoſtatas inueherentur, ſinguli in Prouincijs ac regionibus ſibi cõmiſsis edictum propoſuerunt, in quo omnibus, qui à vero religionis tramite deſciuiſſent, ſi intra 30. aut 40. dies ſuum confeſsi errorem Eccleſiæ reconciliarentur, veniam concedebant, eiſq; publicam dabant fidem nec vita, nec corpore, nec perpetuo carcere, nec bonorum iactura puniendos, quia hæc omnia Regia clementia illis condonabãtur. Quo publicato edicto pluſquàm ſeptem & decem millia vtriuſq; ſexus, varijs iuxta ſingulorum exceſſus pœnitentijs reſipuerũt, atq; veniam conſequuti ſunt, vt refert Illeſcas Hiſtor. Pontif. 2. p. lib. 6. c. 19. in fin. Hic idem ſtylus à S. Officij Inquiſitoribus ſeruari ſolet, quoties in aliqua prouincia primò S. Inquiſitionis Officiũ inſtituitur, vt cõſtat ex inſtruct. Hiſpal. anni 1484. c. 3. cuius tenor talis eſt. [Itẽ publicare debẽt Inquiſitores vel facere publicare terminum gratię triginta vel quadraginta dierũ prout, eis expedire videatur, vt omnes vtriuſq; ſexus perſonę in hereticã prauitatẽ, apoſtaſiã, aut Iudaicam perfidiã, alioſúe fidei contrarios errores lapſi, eos coram dictis Inquiſitoribus pœnitentia atque vero dolore cõfiteantur, qui ita fecerint peramãter ac charitatiuè recipiãtur ſi ſuos abiurauerint errores. Eis etiã ſalutares pœnitentiæ iniungẽtur, nec ad pœnã mortis, vel perpetui carceris codẽnabuntur, nec eorũ bona cõfiſcabuntur, propter ea delicta quæ ſic confiteantur, quoniã Regibus placuit ſua clemẽtia, talia eis bona con-





cedere, qui intra terminum gratiæ Eccleſiæ gratiæ vnioni reſtituentur.

Sequẽti Ann. 1483. octauo Kalend. Iun. Sixtus IIII. ſuo Apoſtolico diplomate Ignatium Manrique Archiep. Hiſpalenſ. illis cauſis iudicẽ præfecit, quæ per appellationẽ à Prouincialiũ Inquiſitorũ cognitione eximerentur. Eodẽ tamẽ anno Petri Gõçalez à Mẽdoça perſuaſu Catholici Reges ab eodẽ Sixto IIII. efflagitarũt, vt Thomã à Turre-cremata primariũ in Caſtellæ, ac Legionis Regnis Inquiſitorẽ crearet, quod eis Papa liberaliter ſuis literis cõceſsit, à quibus F. Thomas à Turre-cremata poteſtatẽ accepit, tũ eos deſignãdi Inquiſitores probatę candideq; vitæ ac morũ qui cõuenire viderentur, eoſq; reuocare qui antè in illis regionibus eo munere fungebantur, tunc etiã vt ad eam in cauſis fidei exequendis normam nouiter excogitatam antiquam ac minus idoneã inquirendi methodũ conformaret. Po-

10 ſtea verò † idẽ Põtifex Maximus Aragoniæ, Valẽtiæ, Cathaloniæ atq; Siciliæ prouincias ſupremo Caſtellæ ac Legionis Inquiſitori ſua Bulla eodem anno. 1483. expedita ſubiecit, quã poſtea Innocẽtius octauus, qui Sixto in Pontificatu ſucceſsit Apoſtolica autoritate quoad Caſtellam ac Legionẽ anno 1485. tertio Non. Feb. Pontificatus ſui anno 5. & ſequẽti anno quoad Aragoniã, Valentiam, ac Cathaloniam id confirmauit. Idem fecit Alexãder VI. in Põtificatu Bonifacio proximus, Innocentij octaui Bulla nuper ad manus meas peruenit eã hic inſerere pretium erit.

INnocentius Eps ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Thomæ de Turrecremata, ordinis fratrũ Prædicatorum & Theologię profeſſori Salutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Dudũ felicis recordationis Sixtus IIII. prædeceſſor noſter ad extirpandas hereſes, quæ in Caſtellę, Legionis, & Aragonũ, ac alijs regnis & dominijs chariſsimo in Chriſto filio noſtro Ferdinãdo Regi, & chariſsimę in Chriſto filię Eliſabethæ Reginę Caſtellæ, & Legionis, illuſtribus vbilibet ſubiectis, humani generis hoſte procurante etiã tunc vigebãt, prout adhuc nõ ſine magna mẽtis noſtrę moleſtia viget intelleximus, te Generalẽ hereticę prauitatis Inquiſitorem in omnibus regnis, ac dominijs, & terris prędictis, per diuerſas literas ſuas inſtituit & deputauit, prout in eiſdem literis, quarum tenores ac ſi de verbo ad verbũ pręſentibus inſererẽtur, haberi volumus, pro ſufficienter expreſſis, plenius cõtinetur. Nos igitur cupiẽtes prout noſtro incumbit officio, vt noſtro etiã tẽpore in Officio Inquiſitionis huiuſmodi, prout decet, debitè procedatur. Inſtitutionem & deputationẽ, ac ſingulis deſuper cõfectas literas huiuſmodi autoritate Apoſtolica ex certa noſtra ſciẽtia tenore præſentiũ approbamus, confirmamus, & plenę firmitatis robur obtinere debere decernimus, teq; de nouo Inquiſitorem in regnis, & dominijs prędictis cũ eiſdẽ facultatibus, quas tibi idẽ Sixtus prędeceſſor deſuper cõceſſerat, facimus, cõſtituimus, & deputamus, literaſq; prædictas, in omnibus & per omnia innouamus, ac tibi alias Eccleſiaſticas perſonas, idoneas, literatas, & Deũ timẽtes, dũmodo ſint in Theologia magiſtri, ſeu in altero iuriũ Doctores, ſeu Licenciati, ſeu Eccleſiarũ Cathedralium Canonici, ſeu alias in dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti, toties quoties opus eſſe cognoueris, aſſumẽdi, ſubrogãdi, & aſſumptos amouẽdi, ac alios ſimiliter qualificatos eorũ loco ſubrogãdi, qui pari iuriſdictione & facultate, & autoritate quibuſuis fungẽtes in huiuſmodi negotio vnà cũ ordinarijs locorũ procedendo fungantur, plenam, liberam, & omnimodam con-

cedimus facultatem: & quia iuſtum eſt, vt qui in tam ſancto Officio negotio, & tam neceſſario opere laborant, etiam eorum iuribus non fraudetur, omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis perſonis huic operi incumbentibus vt quamdiu in ipſo opere laborauerint, fructus, redditus, prouentus omnium beneficiorũ eccleſiaſticorũ cum cura & ſine cura, quæ in quibuſuis Eccleſijs, ſiue locis, obtinẽt, & in poſterum obtinebunt, quod quemq; quodcũq; & qualiacumq; fuerint. Cum ea integritate (ſupportatis tamen debitis, & conſuetis) eorumdem beneficiorum omnibus liberè percipere poſsint cũ qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſijs ſiue locis perſonaliter reſiderent, & ad reſidẽdum interim in eiſdem minimè teneantur, nec ad id à quoquam inuiti quauis autoritate valeat coarctari, dicta autoritate indulgemus, non obſtante ſi primam in eiſdẽ Eccleſijs ſiue locis non feceritis reſidentiam perſonalem conſuetam, ac quibuſuis Apoſtolicis nec nõ prouincialibus, & ſynodalibus, & alijs Edictis generalibus, vel ſpecialibus cõſtitutionibus & ordinationibus, ſtatutis quoque & conſuetudinibus Eccleſiarum in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſeruiendis, & non impetrandis literis Apoſtolicis contra ea & literis ipſis etiam ab alio vel ab alijs impetratis, vel alijs quouis modo conceſsis non vtendo dictæ perſonæ per ſe vel per procuratorem ſuũ præſtiterint, hactenus vel in poſterũ ea forſitan præſtare cõtigerit iuramentũ. Nec non omnibus illis quę idem Sixtus prędeceſſor noſter literis ipſis Apoſtolicis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto, tertio Idus Feb. Pontif. noſtri anno ſecundo.

Anno Domini 1485. ab hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus in Guadalupenſi oppido, inſignes Inquiſitionis actus habiti ſunt, quod apud nullos hiſtoriarum ſcriptores legimus, ſed Frater Didacus à Yepes ex Hieronymitana familia, vitæ candore, morum integritate, ac virtutum ſplendore, ſummiſque animi dotibus clarus, ac Philippi II. Regis noſtri inter paucos Familiaris, ac etiam confeſſarius, mihi autem plurimis nominibus obſeruandus atq; colendus, is inquam clariſsimus ac religioſiſsimus vir, omniumque ſcientiarum cognitione ornatus, mihi retulit in eo oppido à Hieronymitano quodam monacho Inquiſitionis factæ monumenta extare, quod poſtmodùm apud Fratrem Gabrielem à Talauera eiuſdem ordinis ac Sanctæ Mariæ Guadalupẽſis Priorem in libro quem curioſè ac diligẽter de illius almæ domus hiſtoria conſcripſit, ſcriptũ vidimus. Narrat enim Fratrem Nũnium ab Areualo prædicti deuotiſsimi cœnobij Priorem anno Domini 1485. ſimul cum Doctore Franciſco Sanctio de la Fuente Generali Zamorenſis Eccleſiæ prouiſore, qui poſtea Toletanę Eccleſiæ Decanus, & Inquiſitor Villæ-regalis fuit, vt inferius commemorabimus, ac etiam cum Licentiato Petro Sanctio Inquiſitorem à Catholicis Regibus creatum fuiſſe, pluresque Inquiſitionis actus mira prudentia iuſtitiaque ac integritate admiranda edidiſſe ſuggeſto, ac tabulato ampliſsimo pro foribus Eccleſiæ in Cœmeterio verſus forum conſtituto, in quibus ſanctæ Inquiſitionis actibus, qui ſeptem aut octo fuerunt, Frater Didacus Marchena monachus hæreticus, & quinquaginta duo vtriuſque ſexus iuda-



iudaizantes igni traditi, quadraginta ſex hæreticorum corpora effoſſa, & rogo impoſita. Abſentium ſtatuæ viginti quinq, crematæ, ſexdecim perpetuo carceri mancipati ſunt, præter innumeros alios deportatos ad triremes, ac alios ſaccis benedictis in perpetuam ſcelerum pœnitentiam atq; infamiam damnatos, prædictique patres Inquiſitores Guadalupenſi oppido exceſſuri, edictum prçconis voce 12
promulgarunt, vt intra menſem omnes vtriuſque ſexus & cuiuſuis ætatis homines Iudaica cæcitate laborantes oppidum illud ſub pœna relapſorum exirent, ac lege ſanxerunt perpetua ne deinceps conuerſus quiſquam vel de genere Iudæorum, propter honorẽ Deiparæ Virginis & ſui ſacri conuentus & populi, poſſet ibidem commorari. Cuius edicti occaſione in Capitulo primo generali, quod poſtea in eo Cœnobio celebratum eſt fuit cautũ, ne prædicti generis quiſpiam ad ſacram D. Hieronymi religionem admitteretur.

Cum prædicti ſancti Officij Inquiſitores auidè cuperent ſignum aliquod à Beata Virgine Maria Guadalupenſi illis Inquiſitionis diebus ad fidei exaltationem hæreſumq; ac erroris confuſionem fieri, tot ac tam conſpicua prodigia per piam ſacroſanctæ Virginis aduocationem patrata ſunt, vt doctor Franciſcus Sanctius de la Fuente alter ex dictis Patribus, qui ea ſcriptis conſignandi curam ſuſceperat, præ miraculorum multitudine defeſſus fuerit ea ſcribendo: ſexaginta namque miracula in fidei confirmationem, ac Officij ſanctæ Inquiſitionis approbationem ad multorum vtilitatem, & in oſtenſionem diuinæ potentiæ connumerata ſunt. Tunc verò maximè enituit Catholicorum Regum pietas ac candor eximius, qui bona Iudæorum ac hæreticorum ad Regium fiſcum deuoluta in Regale noſocomium ſiue hoſpitiũ quod Regijs ſtemmatibus & auro fulgens hodie cernitur, erogauerunt.

Vt igitur ad edictum reuertamur, termino illo elapſo in omnes illos qui in hæretica caligine contumaciter perdurabant facta eſt diligentiſsima Inquiſitio, omneſque de criminibus conuicti ſæculari brachio relaxabantur. † Horum duo circiter millia diuerſis temporibus, ciuitatibus, atque locis igni traditi, ac etiam combuſti ſunt, alij perpetuis carceribus mancipati, alij tandem ſaccis benedictis duabus crucibus rubei coloris, quarum altera pectus alia terga obnuberet induti, ab honeſtorum hominum conuerſatione ſeparati ſecretique ſunt, omnibuſque publicis muneribus eorum filij in perpetuum abdicati, ſerica etiam veſte, auro, cultiorique habitu cuiuſque ſexus forent, ſub pœna capitis vti prohibiti. Similiter etiam in eos qui non multò antè deceſſerant Inquiſitio facta eſt: quorum autem crimina probabantur eorum oſſa ſi inuenta eſſent concremata ſunt. Hi fuerunt numero non pauci, quorum tum filij declarabantur publicis honoribus ac muneribus indigni, tum verò bona omnia Regũ ærario cõfiſcabantur. Sic enim illis tẽporibus ſummopere expedire videbatur, vt paulò ſeueriora in aliorum terrorẽ ſupplicia ederentur. Sicq; pij illi [illegible]
Patres magnã poſt edictum hęreticorum ediderunt ſtragem, ſuorumq; aſſeſſorum conſilio, qui Iuriſconſulti erant iuris limites in proceſsibus faciendis aduerſus reos non excedebant. Seuerè tamen ac ſanctè Chriſtianã Remp. expurgarunt, ac etiam expiarunt. Cæterùm tam ingens hæreticorum multitudo in Hiſpania erat, vt quamuis in Hiſpalenſi duntaxat ciuitate à termino edicti lapſo

vſq;

vſque ad annum 1520. ſupra quatuor millia cremati eſſent, & plures quàm triginta millia reconciliati, plures alij teterrima ſuorum errorum caligine obcæcati, & bonis omnibus libenter cædentes in Italiam, Salonicam, Auinionem, Portugalliam, Nauarram, aliaſque Turcarum ac Pœnorum regiones ſeceſſerunt, vt teſtatur Hieronymus Zurita libr. 20. Annal. cap. 49. Illeſcas lib. 6. cap. 19. in fine ſuę Hiſtorię Pontif. refert poſt hæc quinquies mille domos vacuas fuiſſe repertas. Stephanus Garibay in comp. Hiſtorial. lib. 18. in ſola Hiſpalenſi diœceſi, tria millia domorum inhabitatarum inuenta eſſe. Antonius Nebriſſenſis aliter refert, ſcripſit enim in Chronico Catholicorum Regum c. 95. Hiſpali, Cordubæ, in alijſque Bęticæ Prouinciæ oppidis ac pagis, eorum qui propter criminum conſcientiam, cùm omni familia ſeceſſerant domos inhabitatas quater mille extitiſſe. Alij numerum multo maiorem fuiſſe affirmant: Quibus certum eſt in ſola Hiſpalenſi ciuitate atque diœceſi eos qui tam ſuperſtites quàm mortui, tam præſentes, quàm abſentes contumaces fuerant damnati, vel etiam Eccleſiæ reconciliati, centum millium numerum exceſsiſſe. Nam in abſentes & contumaces non comparentes inquiſitum fuit: eorumque bona quæ quam plurima fuerunt, ad fiſcum Regium deuoluta.

13 † Præterea verò quæ tum in miniſtrorum ſancti Officij Inquiſitionis ſtipendia, tum in alimenta reorum pauperum, aliosque impenſos in exercitio ſumptus expendebantur, eorum omnia bona Reges in xenodochia, Eccleſias, cœnobiaque conſtruenda, in aliaque pietatis opera collocarunt: in quo eximius Catholicorum Regum candor, in Deum que ſumma pietas, quæ hactenus in omnium poſteritate cernitur, maximè enituit; qui pręcipuè ad S. Inquiſitionis vſus cōfiſcata bona erogarūt, quēadmodum in aliquibus Italiæ prouincijs, nempè in Neapoli, ac Siciliæ regnis tempore Alphonſi primi obſeruari ſolitum eſt. Tertia namque confiſcatorum bonorum pars Inquiſitoribus remanebat, altera illorum bonorum pars ad extraordinarios cauſarum fidei ſumptus, apud ſequeſtrum deponebatur, reliquum ad Regium fiſcum deuoluebatur: ita narrat Zurita libr. vigeſimo Annal. cap. 49. videndus Eymericus & Pegna vterque in tertia part. Directorij, quæſtione 109. & comment. eiuſdem Pegnæ 58. per totum pag. 709. vſque ad pag. 718. Tametſi Zurita dum dicit alteram confiſcatorum bonorum partem ad ſumptus ſancti Officij reſeruari, non parum allucinatus ſit. Ea enim pars Cameræ Apoſtolicæ ſeruiebat, vt colligimus ex priuilegio Frederici Imperatoris, cuius exemplum deſcribemus in cap. de Inquiſitione regni Siciliæ: quod etiam Alphonſus Aragoniæ & Siciliæ Rex confirmauit, anno 1451.

14 Varia autem † iura per diuerſa ſæcula in hæreticorum bonis confiſcandis ſeruata ſunt, nam de iure ciuili l. Manichæos. C. de hæret. & Manich. ita ſcriptum eſt: [Sed nec filios hæredes eis exiſtere, aut adire permittimus, niſi à paterna prauitate diſceſſerint.] Vnde in bonis quæ propter hæreſim publicabantur, non ſuccedebat fiſcus, ſi filij ipſorummet hæreticorum Catholici extarent. Idem ſcriptum eſt in l. cognouimus. C. de hæret. vbi amplius explicatur, quibus applicanda ſint bona hæreticorum confiſcata; ſi filij Catholici non adſint: nam liberis orthodoxis nō exiſtentibus, ad agnatos, vel cognatos hæreticorū, orthodoxos tamē & Catholicos bona hęreticorū peruenire debere decernitur.

Quod



Quod ſi nec agnatio, nec cognatio recta inueniantur, tum res & bona confiſcata fiſco principis ſæcularis applicantur. Paulò poſt in authent. vt cum. de appellat. cognoſc. §. ſi quis. de prædictis. hęc ſuccedēdi, ratio pręſcripta fuit cum contingeret patres eſſe Catholicos, filios autem hæreticos: quoniam Catholicis parentibus non ſuccedunt filij, nec alij propinqui hæretici: nam Eccleſia ei ſuccedit, ſi clericus ſit, ſi verò laicus, ſuccedit fiſcus. Hæc iuris diſpoſitio breuiter refertur in authen. Idem eſt de Neſtorianis. C. de hæret. Poſtea Federicus Imperator ad annum Domini. 1220. lege lata, cuius initium eſt [Catharos] de cōfiſcat. bonor. hæreticor. ita conſtituit [& omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus, cenſentes, vt bona talium confiſcentur, ne ad eos vlterius reuertantur, ita quod filij eorum ad ſucceſsionem peruenire non poſſint] Hæc lex impreſſa eſt in fine Directorij, inter literas Apoſtolicas. Poſtea anno. 1224. idem Imperator Fredericus ſtatuit, vt attributa fiſco tertia ſolūmodo parte bonorū hęreticorū, & tertia Apoſtolicę ſedi reſeruata, alia pars tertia abſq; obſtaculo contradictionis cuiuſq; Inquiſitoribus aſsignetur, vt videre licet in edicto quod afferetur cap. de Inquiſitione Siciliæ, quod adhuc typis mandatum non eſt.

Nunc quid iure Canonico & ſummorum Pontificum conſtitutionibus ſancitum eſt, videamus. Primùm Innocētius Papa III. ann. Domini. 1199. ſiue. 1200. Pōtificatus ſui anno. 2. apud Lateranū. 8. Kalendas Aprilis conſtituit in Epiſtola quadam decretali incipiente [vergentis] quæ habetur in eius regiſtro lib. 2. ex qua deſumitur fragmentum relatum in c. vergentis. de hæret. vt bona hæreticorum confiſcarentur, ſicut per leges ciuiles iam fuerat conſtitutum, & in terris Eccleſiæ applicarentur fiſco Eccleſiæ, in terris verò imperij fiſco iudicis ſæcularis, idque obſeruari præcepit, etiam ſi hęretici filios haberent Catholicos, qui de iure ciuili ſuccedebant, ſicut paulò antea dictum eſt. Eodem modo bonorum confiſcatio paucis poſt annis, videlicet anno Domini. 1215. decreta fuit in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. c. 3. & refertur in cap. excommunicamus. §. damnati verò. de hæreticis. Deinde Innocentius Papa IIII. ann. Dñi. 1252. Pontificatus ſui anno nono apud Peruſium idibus Maij, per conſtitutionem, cuius initium eſt. [Ad extirpanda] bona hæreticorum confiſcata in tres partes diuidi iuſsit, & applicari hoc modo, & his verbis: [vna pars deueniat in commune ciuitatis vel loci: Secunda in fauorem & expeditionem Officij detur Officialibus, qui tunc negotia ipſa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, ſecundùm quod Diœceſano & Inquiſitoribus videbitur reſeruanda & expendenda per conſilium eorumdem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos, non obſtante huiuſmodi diuiſionis contrario ſtatuto aliquo, condito aut condendo] Poſtea Alexander Papa quartus qui Innocentio IIII. proximè ſucceſsit in Pontificatu, per conſtitutionem ſimiliter incipiētem. [Ad extirpanda] ſimilem fecit bonorum diuiſionem confiſcatorum propter hæreſim, quæ cum Innocentij conſtitutione, & diuiſione omnino cōuenit. Edidit hanc conſtitutionem Alexander anno 1259. Pontificatus ſui anno quinto, 2. Kalend. Decembr. idem Alexand. IIII. anno Domini 1260. 8. Kalend. Octob. Genuę per extrauagātem incipientē. [Diſcretioni veſtræ]

con-

conceſsit Inquiſitoribus in Romana Prouincia, & adminiſtratione Beati Franciſci, vt bona hæreticorum & aliorum (de quibus ibi) venderent, & pretium ad opus Romanæ Eccleſiæ conſeruarent.

Verùm Clemens Papa quartus, qui proximè ſucceſsit Alexand. quarto, eandem illam trimembrẽ diuiſionem fecit anno Domini 1265. apud Peruſium Pontificatus ſui anno primo. III. Nonas Nouembr. per cõſtitutionem incipientem. [Ad extirpanda] Bonifacius VIII. ad annos Dñi 1295. per conſtitutionem relatam in c. cum ſecundum leges. de hæreticis, libr. 6. vetuit ne apprehenderentur, ſeu occuparentur per Dominos temporales bona hæreticorum, antequam per iudices legitimos Eccleſiaſticos, ſuper crimine hæreſis eſſet pronunciatum.

Benedictus Papa vndecimus extrauagante quadam incipiente: [Ex eo.] relata tit. de hæret. inter communes directa Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Longobardia, anno Domini 1303. ſexto Nonas Martij; Pontificatus ſui, anno primo, apud Lateranum, conſtituit ne Epiſcopi poſcerent partem partis deputatæ Officio Inquiſitionis de bonis confiſcatis, nec rationem exigerent ab Inquiſitoribus, ſed eam redderent Inquiſitores Cameræ Apoſtolicæ, vel alij, cui Romani Pontifices mandauerint reddendam.

Clemens quintus circa annũ Domini 1306. in Concilio Viennenſi; & refertur in Clementina 2. de hæret. vetuit ne bona Eccleſiarum ob delictum clericorum confiſcarentur. Hęc ſunt magis præcipua decreta, tam Pontificia ſiue Eccleſiaſtica, quàm Imperatoria, ſiue Ciuilia de bonis hęreticorum confiſcatis, & eorum diuiſione & applicatione loquentia.

Tandem Summorum Pontificum decreta, videlicet, Innocentij quarti, Alexan. IIII. & Clementis Papę quarti, quibus de triplici diuiſione bonorum confiſcatorum, & applicatione conſtitutum fuit, vbique obſeruanda ſunt, tanquam leges vbiq; loquentes, & quoſlibet quibus cõpetere poſſunt obligantes. Omiſſa ergo diſpoſitione iuris antiqui in c. vergentis. de hęreticis. Dominus tẽporalis ſi in fauorem S. Officij actu præſtet ea, aut alia ęquipollentia, aut maiora, aut ſimilia illis, quæ per dictas conſtitutiones poſtulantur, tertiam bonorum confiſcatorum partẽ habere poterit, aut etiam plus, ſi ita Papa conceſſerit, aut ſciens permiſerit. Hinc ſequitur rectè in Hiſpania bona damnatorum de hæreſi, applicari fiſco Regio, vt teſtatur Couarruuias lib. 2. Variar. reſolution. c. 9. nũ. 12. & iuſtè poſſe applicari affirmat autor Repertorij Inquiſitorum, in verbo [Diuiſio bonorum] circa finẽ. Quoniam Rex noſter Catholicus Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis, quos Inquiſitor generalis autoritate Pontificia conſtituit, ac mittit per totã Hiſpaniam, ad extirpandam hæreticam prauitatem, abundè ſubminiſtrat expenſas, & quæcũq; neceſſaria. Quę ſi cæteri Domini tẽporales ſufficienter Inquiſitoribus, & eorũ miniſtris præſtarent, iuſtum quidem eſſet, vt de bonis confiſcatis participarent. Verum ad Reges Catholicos noſtra reuertatur oratio. Quo tempore Catholicorum Regum opera & fauore ſanctæ Inquiſitionis Officium diligentiſſimè exercebatur; non tamen eo ordine ac methodo quibus hodie, Inquiſitionis proceſſus fulminabantur, nec alia ſancta & ſubtilia, nec ſanctæ Inquiſitionis diſtrictus, in Hiſpania conſtituti; quibus modò ſanctæ Inquiſitionis dignitas ac grauitas, ad feliciſsimum ſtatum perducta eſt. Et
15 quoniam †. quàm plures, cum ex accuſatorum & punitorum cognatis, tùm etiam ex recenter ad fidem cõuerſis vehementer apud Reges de S. Inquiſitionis miniſtris conquerebantur, aſſerentes non ex iuſtitiæ rectitudine, ſed ex graui odio quo eos proſequebantur, ſententias ferri. Regum iuſſu Cardinalis Hiſpalenſis Petrus Gonzalez de Mendoça, alijque Præſules ſanctitate, atq; doctrina clari, tum etiã Regius Senatus cum Primario Inquiſitore Thoma à Turre-cremata coniuncti, ordinem præſcripſerũt; qui in criminibus fœdifragorum Apoſtatarum, ſpurciſsimorumq; hæreticorum puniendis obſeruari debet. Vnde multa ad rectam ſancti Officij adminiſtrationem ad melioreq; eius ſtatum facientia, in meliorem normam formata ſunt, ſedatique tumultus, qui ex nouo ac inuſitato procedendi modo ſanctæ Inquiſitionis, à damnatorum propinquis, & eis, qui proximè Catholicam pietatem indue-
16 rant, fuerant excitati. Poſt † has conſultationes ſupremus Inquiſitor Thomas à Turre-cremata, ex Catholicorũ Regum decreto Inquiſitores Cordubæ ac in ciuitate Regali, Giennijque, & Hiſpali degentes, plurimoſque regios conſiliarios, & alios literis atque moribus conſpicuos viros, ad dictam Hiſpalenſem ciuitatem conuocauit. Eò igitur pridie Kalend. Decembr. anno ſalutis 1484. conuenerunt prædictus Thomas à Turre-cremata Generalis Inquiſitor; frater Ioannes à ſancto Martino, in ſancta Theologia præſentatus, Inquiſitor Hiſpalenſis; D. Ioannes Ruizius à Medina Iurium Doctor, Prior atque Canonicus ſanctæ Hiſpalenſis Eccleſiæ, ac Regius Senator, aſſeſſorque prædicti fratris Ioannis à ſancto Martino, in Hiſpalenſi Inquiſitione; Petrus Martinus Barrio iuris vtriuſque doctor; & Ant. Ruizius Morales, iurium prima laurea inſignitus Cordubenſis Eccleſiæ Canonicus, Inquiſitores hæreticę prauitatis in Cordubenſi diſtrictu; frater Martinus à Caſſo ex Franciſcanorum familia, magiſter ſanctæ Theologiæ dictis Cordubenſis Inquiſitoribus aſſeſſor ac coadiutor aſsignatus: Franciſcus Sanctius à Fonte, Decretorum Doctor, ac ſanctæ Hiſpalenſis Eccleſiæ Portionarius; ac Petrus Diaz Coſtana ſanctæ Theologiæ Licentiatus, Burgenſis eccleſiæ canonicus, ciuitatis Regalis Inquiſitores, ac Licentiatus Ioannes Garcia Cañas ſcholaſticus Eccleſiaſticus Calagurritanus Calciatenſis, ſereniſsimorum Regum Capellanus, ac Fr. Ioannes ab Yarea, ſanctæ Theologiæ præſentatus, Prior Cœnobij ſancti Petri Martyris Toletanæ ciuitatis, hæreticę prauitatis Inquiſitores in ciuitate Giennenſi. D. Alphonſus Carrillo Epiſcop. Mazaræ, in regno Siciliæ electus, ac Sanctius Vazquez à Cuellar, vtriuſque iuris Doctor: Pontius Valentia vtriuſque iuris Doctor, Regius Senator: ac Ioannes Guterrius Chaues Legum Licentiatus, ac Baccalaureus; Triſtanus Medina. Qui plurimis ad ſanctæ Inquiſitionis ſtatum pertinentibus in conſilium maturè adductis, tandem omnium conſenſione, aliqua ad eam rem apprimè conducentia ſtatuerunt; quæ prima eſt inſtructio Hiſpalenſibus Inquiſitoribus, data anno 1484. in qua, in nonnullis, iuri communi derogatum, in alijs ſuperadditum eſt; vt apparet in primo cap. & alijs ſequentibus capitulis dictæ inſtructionis Hiſpalenſis.



Interea ſalutis humanæ communis hoſtis Diabolus tantæ inuidens Chriſtianæ Reipublicæ expurgationi, quantam ex renouato S. Inquiſitionis Officio expectabat, eius boni impedimenta afferre tentauit. Quidam namque

namque inuidiæ ſuæ miniſtri Regibus Catholicis, ac præſertim Elizabethę propoſuerunt, quantùm gentium expulſione commercijs ac negotiationibus (quibus Reipublicæ opes aluntur) detraheretur, quantùm regia vectigalia ac redditus diminuerentur, quanta denique atque eximia detrimenta ex tot incolarum abſentia vniuerſa Hiſpania contractura eſſet. His tamen, & alijs rationibus tantum abfuit vt Elizabeth commoueretur: quin reſpondiſſe fertur, malle ſe tam certa hæreticorum peſte ac tam nefandis flagitijs Hiſpaniam expurgare, ac earum infeſtiſsimarum radicũ fibras ſtirpitus euellere, quàm priuatis commodis, tam communi Catholicę fidei iactura cõſulere. Quibus quidem repulſis Sathanas nouos exercuit aculeos. Plures namque de hęreſeos crimine tum rei tum accuſati, cum animaduerterent maxima pecuniæ inopia Reges laborare, ac nihilo magis quàm auaritia iudices poſſe corrumpi, grandi pecuniarium ſumma Reges ſolicitant, vt inſtitutas accuſationes remitterent; ſed numquam Eccleſiam ſuam deſerit Deus. Hoc diuinæ bonitatis proprium eſt, hæc eſt certiſsima ratio diuini conſilij, vt vbi fortiſsimè oppugnatur, ibi magis ſua pietate ſuccurrat. Iuſtiſsimi etenim Reges tanto diuini cultus zelo exarſerunt, tam antiquam ſanctæ Fidei propaginem ac exaltationem habuerunt, ita conſtanter ac ſtrenuè in inito conſilio perſtiterũt, vt nullis precibus nullis ſolicitationibus, nulla pecuniæ ſumma, quo tempore plurimum premebantur à propoſito auerſi ſint. Tunc verò Frater Thomas à Turre-cremata Primarius (vt diximus) Inquiſitor, Regumque Confeſſarius, tantis procellis ac fluctibus, non parum illorum conſtantiæ timens, plurimùm Reges promiſſa pecunia agitari poſſe arbitratus; Dei gloriam, Eccleſiæque Catholicę commoda plurimùm zelans, egregium religionis, & charitatis edidit ſpecimen. Regiam conſcendit Crucifixi ſimulacrum ſub habitum occultans, magnaque ac ſancta libertate Reges alloquitur. Negotium (inquit) Regis calleo: ecce Crucifixi Saluatoris noſtri effigiem, quę perditiſsimus ille Iudas triginta nummorum pretio appretiatum vendidit inimicis eius, ac prodidit perſecutoribus: ſi id factum laudatis, maiori pretio illum vendite. Ego enim omni me abdico poteſtate. Mihi nihil imputetur, vos contractus rationem reddetis Deo. Hæc vt dixit Crucifixo in eorum conſpectu depoſito, diſceſsit. Quo facto pij Regum animi non ſolùm cõfirmati ſunt, verùm non multò pòſt Inquiſitoribus diſtrictus atq; prouincias deſignarunt.

### *De Generali Caſtellæ Inquiſitione.*

### *CAP. IIII.*

### SVMMARIVM.

1 *CATHOLICI Reges Conſilium Generale Inquiſitionis inſtituerunt.*

2 *Quod ſit munus Generalis Conſilij Inquiſitionis.*

3 *Ad Supremum Inquiſitionis Conſilium negotia grauiora, & legibus non deciſa pertinent.*

4 *Iudex non debet iudicare ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata & probata, & infrà nu. 6. & 7.*

5 *Traditur intellectus ad quaſdam inſtructiones.*

8 *Quot Inquiſitores ac alij miniſtri ſint in Conſilio Generali.*

9 *Inquiſitor Generalis à Rege creatur, & à Papa*



*à Papa confirmatur.*

10 *Bulla Gregorij XIII. de poteſtate Inquiſitoris Generalis.*

11 *Inquiſitor Generalis, nominat conſiliarios Inquiſitores, alioſq; miniſtros S. Officij.*

12 *Qua ratione conſilium generale, & Inquiſitor Generalis fuerit conſtitutus.*

13 *Legatus Papæ cum Inquiſitore Generali de quibuſdam cauſis fidei iudicauit.*

14 *Inquiſitor Generalis, & non alius cognoſcit de cauſis appellationum ab Inquiſitoribus interpoſitarum.*

15 *Inquiſitor generalis qualis eſſe debeat.*

16 *Inquiſitoris Generalis miſericordia, quomodo penſanda ſit.*

17 *Duplex miſericordia, qualiter iudici conueniat.*

18 *Text. in c. diſciplina, & in c. omnis. 45. diſtinct. elucidatur.*

19 *Æquitas, & miſericordia præualent rigori, vbi lex ſcripta non eſt.*

20 *Conſtitutio Clementis V. in Clement. multorum. de hæreticis elucidatur.*

21 *Stemmata S. Inquiſitionis eius miſericordiam repræſentant.*

EODEM anno 1483. quo Apoſtolico Sixti quarti diplomate Fr. Thomas à Turre-cremata Generalis Inquiſitor creatus eſt, † Catholici Reges grauiſsimis integer-
1 miſque viris delectis conſilium erexerunt, in quo Generali Inquiſitore præſide vniuerſæ fidei cauſæ atque negotia tractarentur. His quidem iam Pontificia autoritate ab Inquiſitore Generali ſedis Apoſtolicæ in hac parte ſuffultis, regiam quoque autoritatem impertierunt, vt omnia ad optimum felicemque ſancti Officij ſtatum pertinẽtia, ſuprema in omnes harum Prouinciarum Inquiſitores autoritatę expedirent, gubernarent; ac cauſas in quibus de confiſcandis hęreticorum bonis ageretur, tanquam Regij conſiliarij componerent, ac diffinirent. Supremum hoc Conſilium vſq; ad hæc tempora ſumma dignitate, autoritateque eximia
2 conſeruatur † apud quod cum ſuprema iuriſdictio ſit, appellationum cauſæ vltimò terminãtur. Prouincialium inquiſitorum, ſi quæ pullulant diſsidia componuntur, miniſtrorum crimina vindicantur, vt iure optimo huius conſilij ſenatores ſupremi fidei cẽſores & Inquiſitores Generales appellari poſsint, vt vocabãtur olim & patet infra in titu. de priuilegijs, priuileg. 51. Quo fit vt cæteri Inquiſitores ex ſpeciali indulto Pontificis, ſupremũ ac Generalem Inquiſitorem, ſi quid in Prouincia ſibi credita difficultatis acciderit cõſulere, ad ſupremumque hoc Inquiſitionis cõſilium referre debeant. Quemadmodum Exod. 18. dicitur Ietro Moyſi ita ſuaſiſſe: [Prouide (inquit) de omni plebe viros potentes, & timentes Deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam; & conſtitue ex eis tribunos Centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, quicquid autẽ maius fuerit ad te referant: ipſi minora tantummodò iudicent.] De quo extat hodie decretũ quartæ inſtruct. Tolet. c. 21. & expreſsius in Inſtructio. Abulen. c. 13. ann. 1498. Conſonat, quod Paul. Æmilius de Carolo Magno lib. 3. ſcriptum reliquit. Sanctius (ait ille) arcaniuſque delectiſsimorum integerrimorumq; virorum Conſilium [vernaculo Gallorum ſermone Parlamentum vocatur] ſine prouocatione inſtitutum, delectique pari ſanctitate velut ſpeculatores qui cæteris omnibus ignaris, oppida, vicoſque ac conciliabula

circumirent, moreſq́; ac dicta cuiuſque & facta notarent, ac quemcunque perditę religionis reuerſi in Cōſilio coarguiſſent, ſine interceſsione, primo quoq; tempore, vbicumq; comprehendi poſſet, necaretur. Nemini ſua dignitas ſuffragabatur: ſummi, infimiq; prius laqueo ſuſpenſi cōſpiciebātur, quàm rei fuiſſe audiebātur. Iudices, ſpeculatoreſq; rē totam, notaſq, quibus reus argueretur, tam ſanctè occuluêre, vt cū Carolo Auguſto defuncto idē inſtitutum vigeret, nullis vnquā minis, nullo adduci modo potuerint vt enunciarent. Hactenus ille. Gallorum (vt hoc obiter colligam) illa ætate fuit hæc pietas: hæc fori, Parlamentique verè iuridici in euertendis hæreſibus & vitijs magna cōtētio: hoc Regis Chriſtianiſsimi ſanctum inſtitutum nō ſolùm fuit, vt ad Parlamentū ſuum cum Eccleſiaſticis, tum laicis viris nobilitatū conſeruandæ Religionis Catholicę ſumma cura & diligentia ſpectaret; ſed & ſi exteras regiones armis ſub iugum Chriſti mitteret, iiſdem legibus ornatum, & pari probitate excultum Parlamentum præficeret, cuius ſanctimonia & ſeueritate in eadem fide cōtinerentur, quod pluribus infra oſtendemus, in Inquiſitione Germaniæ. Sanè maiores iudices, vt de maioribus rebus ſtatuant, ſuadet ipſa ratio. Cuius & Simancas de Cathol. inſtitut. tit. 34.
3 meminit. Igitur † leuiora negotia, minuſq; grauia, & legibus diffinita cæterorum Inquiſitorum arbitrio relinquuntur, non autē grauiora, quæ legibus cōprehenſa nō ſunt: ea enim (vt Plato in lib. 9. de legibus, & Ariſtoteles lib. 1. Rhetor. c. 1. & lib. 3. Politico. c. 11. teſtantur) legibus ſunt diffinienda, non autē arbitrio iudicis re-
4 linquenda. In ijs † tamen, quæ eorum arbitrio ſubiacent, non pro volūtate & ſecūdum conſcientiā, ſed ſecūdum iuriū diſpoſitionem tenētur iudicare, quāuis verba inſtruct. Hiſpalen. c. 28. contrarium innuere videantur. Sic enim diſponunt: [Relinquendum eſt arbitrio & prudentiæ Inquiſitorū, vt procedant iuxta iuris diſpoſitionem in his, quæ hîc non expreſſè declarantur, & ſecūdùm ipſorū conſcientiam.]
5 Hæc tamē verba, † ſi ad amuſsim perpendantur, nihil aliud importare mihi videtur, quàm cauſas fidei, quæ Inquiſitorū arbitrio relinquuntur, ſecūdum iuriū ſanctiones iudicandas, decidendaſq; eſſe. Et ſic ſuæ conſcientię debēt iudices ſatisfacere, quia verba inſtructionū, quemadmodum aliorū ſtatutorum, iuxta ius cōmune interpretationem recipiunt, c. fin. §. final. de hæreticis. in 6. Clement. 1. §. fin. eod. tit. l. nam & poſteriores. ff. de legibus. Secūdum enim iuris diſpoſitionem iudex non ſecundum conſcientiam ſuam (vt paſſim noſtri vſurpant,) ſed ſecundum allegata & probata iudicare debet. Ex quibus deducitur verus & genuinus intellectus ad prædictam inſtructionem Hiſpalenſem, cui adſtipulatur inſigne Vlpiani reſponſum in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. preſid. [veritas rerum erroribus geſtorū non vitiatur: & ideo Præſes Prouinciæ id ſequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, quæ probantur ſequi.] Hacte-
6 nus Vlpianus: ex cuius † verbis luculenter, clarèque deducitur iudicem ſecundum allegata & probata, non ſecundum ſuam conſcientiā debere iudicare; quod etiā probat tex. in c. iudicanté. 30. q. 5. & in c. 1. vbi Ioan. Andr. de offic. ordina. notat in cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in c. iudicet. 3. q. 7. Abb. Panor. in cap. Paſtoralis. §. quia verò. n. 8. verſ. in gloſ. verb. teneatur. de officio deleg. & ibi Felinus num. 23. Anton. de Butrio in cap. veſtra. in fin. de cohabit. cleric. & mulier. Bald. in d. l. illicitas. §. veritas nume. 1.

& ibi



& ibi Bart. in l. 1. num. 4. C. vt quæ deſunt aduocat. vbi Alex. num. 16. Marſil. ſingul. 266. & in §. diligenter. num. 26. in ſua pract. crimin. Polanc. in l. final. num. 403. verſ. Iudex ſi videt. ff. de quæſtion. Decius in. l. ſi ſoror. num. 5. verſ. 5. & vlt. notab. C. de collatio. Afflict. in c. in quæſtionibus. n. 16. verſ. 19. lib. 1. Conſt. Reg. Marſil. conſil. 18. num. 38. vol. 1. Couarr. tom. 1. Variarum reſolutionum, & lata manu Iacob. de Bellonis in Rub. quotuplices ſunt cauſæ. num. 217. verſ. ſed nunquid iudex. in pract. Crimin. Foller. in rub. ſtudeat ſe ornare: nu. 80. verſ. debet & iudex. Proſper Farinacius. lib. 1. ſuarum quæſtion. crimin. tit. de delict. & pœnis. quæſt. 21. num. 163. cum ſequentib. Oſaſc. decis. Pedam. 1. numero. 39. Capra concluſ. 32. & idem Farinacius libr. 2. titul. de iud. quæ-
7 ſtione vltim. † Ex quibus illud etiam infertur, quod licet Iudex certò priuatim ſciat reum culpę eſſe innoxium ſi tamen ex probationibus contra eum factis reus conuictus ſit, debet & ſine peccato poteſt illum condemnare. Ita communi omnium ſuffragio receptum eſſe teſtatur Imol. in Clement. Paſtoralis. §. quia verò. nume. 49. de offic. deleg. & in. c. 1. nume. 13. de offic. ordin. Ferdin. Vaſquez in controuerſ. illuſtr. cap. 13. num. 1. & cap. 14. num. 5. col. 2. in fin. tutiùs autem crederem iſto caſu, religioſiuſque iudicem facturum, ſi à iudicandi munere ſe excuſauerit, & apud principem inſtet, vt cauſa alteri delegetur, vel ipſe poterit alteri delegare, vt tenent communiter doctores relati per Imol. vbi ſuprà numer. 49. circa finem. & Couarruu. in. d cap. 1. Variarum reſolution. in. 4. Iam † igitur, vt
8 eò vnde fluxit, noſtra reuertatur oratio, in hoc Conſilio quinque erant ſenatores, qui & Inquiſitores meritò appellātur, quorum numerus duobus adiunctis ex Philippi II. Regis Catholici iuſſu atque conſilio adauctus eſt. Sunt in eo denique conſultores duo ex ſupremo Regni Caſtellæ ſenatu; deciſiuum votum habentes, Fiſcalis, Aduocatus, Officialis maior, quem vulgo [Alguazil] vocamus ſecretarij duo, totidemque cauſarum Relatores, Nuncius vnus, duoque Ianitores; quorum omnium nomenclaturam ex ijs qui hoc tempore in eo ſunt, iuxta ſingulorum antiquitatem & gradū libet in præſenti commemorare. Hi ſunt D. Ioannes à Stunica, Toletanæ Eccleſiæ Canonicus, qui ſex annos in Valentina Prouincia, ſeptem in Toletana ſanctæ Inquiſitionis officio honorificentiſsimè functus, tantis ac tam admirandis iuſtitiæ, integritatis, prudentiæ, aliiſque animi ornamentis, omnibus grauiſsimus, & feliciſsimo Regi noſtro, ſummo virtutum æſtimatori, commendatiſsimus, ad ſupremum hoc Conſilium ex omnium voto accitus eſt. Poſtea verò florentiſsimę Salmanticēſis Academiæ morum ac cōſtitutionum inſtaurator ac reformator cōſtitutus; quàm pręclara, quàm eximia, quàm omnium expectatione digna geſſerit, ſatius ducimus verbis non obſcurare, quàm imparem rebus eius ſcriptionem afferre. Tandē ſanctæ Cruciatæ Commiſſarij generalis ampliſſimo munere cohoneſtatus obſcurū non eſt, quantum apud Regem noſtrum autoritate valeat. Eſt in gradu ſecundus D. Ioannes Aluarez à Caldas, tanta ſcientiarum cognitione decoratus, & in vtriuſque iuris cenſura adeo clarus, vt adhuc adoleſcens maius ſancti Iacobi Collegium (quod communi vocabulo Archiepiſcopi Collegium vocant) Salmantinæ Vniuerſitatis plurimis viris oppoſitoribus, idemque enixè conantibus, fuerit adeptus. Inde rigoroſo examine

 pleriſque

pleriſque eruditis viris ſecum congredientibus ingenti cum honore ſuperatis,doctorali canonicatu Eccleſiæ cohoneſtatus, deinde in Inquiſitionis munere in Cathaloniæ Principatu ſumma cum laude verſatus anno 1589. ad ſupremum hoc Inquiſitionis conſilium accerſitur.Cuius eximiæ doctrinæ, virtutumque ſplendor ſuper tam excelſo candelabro radians, tam latum nobis dicendi campum ſuppeditat,vt ab eo eloquentiæ imperitia,& propoſito noſtro longè alieno ſubtrahamur, deterreamurq́, quod hercle munus libenter obijſſem,niſi eius integritas, religio, pietaſque Granatæ in quorundam hæreticorum pullulantium errorem Inquiſitio,quam ex Regis noſtri mandato claro ſucceſſu exercuit, in omnes mundi angulos propalaſſet, vt nullus tam obſcurus, nullus tam ſupinus inueniri poſsit, qui inſignes animi dotes in eo non veneretur, atque ſuſpiciat.Eſt in ordine tertius D. Garcia à Loayſa Archidiaconus Liborenſis ſiue de Talauera, Toletanæq́; Eccleſiæ Canonicus,cui Toletani Archiepiſcopatus, à ſereniſsimo Archiduce Alberto Cardinale tituli ſanctæ Crucis,Toletanoque Archiepiſcopo & Hiſpaniarum Primate cura credita eſt:huius(vt vnico verbo omnia comprehendam)tanta eſt morum excellentia, virtutum ſplendor, ſcientiarum cultus tam excellens,vt ſereniſſimi Principis noſtri Præceptor, morumque formator delectus ſit, cuius conſpicuæ laudes, notiſsima virtus, animique dotes eximiæ adeo claret, vt vix ſanæ mentis habendus eſſet, qui ea in tam anguſtum locum cogere vellet.Omnes illius laudes vnica hæc ſatis complectetur,quod à rege nuper in Archiepiſcopum Toletanum, & Hiſpaniarum primatum, electus ſit, qua ratione tandem id fiet,vt meritis viri præſtantiſsimi,Regis ſapientiſsimi vota reſpondeant. Sequitur Licenciatus Vigil de Quiñones, cuius quę poteſt maior eſſe laus, quam quod inſignis collegij ſanctæ Crucis Pinciani collega,inde Pincianus Inquiſitor creatus ſit? Quæ res eius non vulgarem ſcientiam, probitatem,atque virtutem maximè commendat. In eo munere, quod octo circiter annis exercuit,tale ſcientiarum,virtutumq; ſpecimen præbuit, præſertim dum illud territorium ex delegatione viſitaret, vt per hos honoris gradus ad huius Conſilij ſummitatem non immeritò fuerit euectus.Denique,vt paucis multa complectar,in eo fuit à prima iuuentute illud ſtudium, vt aliquando nominis ſui ſymbolum exolueret,vigili animo & vigilijs ad Gregoriorum gloriam accederet, quibus id nominis optimo iure,inditum fuerat.γρηγορέω, vigilo eſt. Huic proximus eſt D. Petrus Pachecus ex nobiliſsima, clariſſimaque Pachecorum gente, filius Comitis de la Puebla, Archidiaconus,Canonicuſq́,Cōchenſis Eccleſiæ, quem in Prouincia Valentina Inquiſitorem,alijſq; honorificis muneribus inſigni laude perfunctum Philippus II.Rex noſter feliciſsimus,eius comitatis, modeſtiæ, aliarumque inſigniū virtutum,literarumque ſplendore allectus,tam nobili ſtemmate illuſtrauit.D. Ioannes à Mēdoça ex Illuſtriſſima Mendoçarum familia ortus, ac Marchionis de Cañete filius, Theſaurarius,Canonicuſq́; Conchēſis,nemini virtute, pietate, nobilitate literis, laudibus ve inferior. Dum hæc ſcriberem,venerat in mentem mihi ſuo(id eſt primo)loco magni illius & eximij viri D. Franciſci Auila, cuius egregiæ virtutes cum rerum omniū abſoluta cognitione coniūctæ,id perfecerunt, vt ab hoc ſacro ordine ad Car-



Cardinalatus faſtigium à Summo Pōtifice Clemente VIII.ſit accitus. Sed de tanto lumine dicere cùm nemo ita poſsit,vt ad maiorem illi ſplendorem faciat,paucis hæc accipe.Salmanticæ Academiæ primordia curſus literarij ſui debere illum norunt, qui hac ætate vel ſemel ad illam appulerint.Multi illum & docentem, & legentem publicè illic audierunt, cùm prius in conſortium Collegarum Conchenſis gymnaſij cooptatus fuiſſet. Tandem vero Toletani Archidiaconatus dignitate cōhoneſtatus, poſt aſſiduas togatæ militiæ vigilias, & Iuriſprudentiæ impenſos labores, ad Inquiſitionis Toletanæ tribunal aſcendit,vnde ad ſupremum Conſilium vocatus,diuturno munere functus,in eo Decanus extitit,& bullę ſacrę cruciatæ Generalis Commiſſarius. Per tot gradus cum eo venerit,quis iam eum aurea corona minùs,quàm purpureo galero dignum exiſtimet? Exijt quidem à nobis magnum Conſilij magni ornamentum, ſed boni curſoris facē bonus curſor eodē ſtadio ſumpſit, D. Thom.à Liciniana. De hoc vt dicam, locus efflagitat.Sed nō niſi impari voce loqui,& ſtylo fere hebete ſcribere poterimus.Eius enim laudibus,ſi omnes enumerandæ ſint,vix eſt vt ſatis fiat.Quinquennio ipſo cum S. Officij munus Lerenæ expleuerit,cum illinc digreſſus annos ſeptem & decem in altero illo tribunali Inquiſitionis, quod Pinciæ eſt,inſumpſerit, poſtremò Logronēſe & Cordubenſe luſtrauerit ſagaciſsimus & ſedulus viſitator, eius fama ita omnes Hiſpaniæ prouincias peruagata eſt, vt eius nomen in ampliſsimam & celeberrimā gloriam euaſerit.

D.Petro Pacheco locum,quē res & ſua dignitas poſtulauit, adſcripſimus, tametſi è viuis abiſſet,cùm hæc ſcripta conficeremus.Sed memoriæ tanti viri nihil detrahēndum fuit.In eius locum ſuffectus eſt doctor ille eximius Petrus de çamora, quem doctū profectò, & incredibili conſpicuum integritate athletam omnes prædicant.Huius quoque doctrina egregia id obtinuit, vt primis ætatis ſuæ annis Collega Collegij Conchenſis fieret: nec multò poſt cū eſſet Iuriſprudentiæ addictus, Inquiſitionis Logronenſis numero additus eſt,in quo per annos nouem iudicij ſingularis, pietatis, & æquanimitatis ſpecimen ſatis frequens edidit. Inde verò cùm deceſsiſſet, & Valentiam ſeſe contuliſſet ad ſimillimi muneris onus ſubeundum, vixdum menſem ſextum illic egerat,cùm Regis Catholici & ſupremi Conſilij iuſsis obſequi paratus,Cęſaraugustam pedem reflexit,vt ad tumultus Aragonici compeſcendum impetum operam ſuam conferret. Id felicibus auſpicijs (inſpirante Deo) ſucceſsit, Poſtremò verò poſtquam, illic annis ſeptem magnum cùm honoris, tum virtutum omnium compendium feciſſet, in Supremi Conſilij claſſem eſt accerſitus. Ildephonſus à Bohorques nobili exortus genere in oppido Villamartin Bæticæ prouinciæ, poſtquam ſtadij legalis ſpatia non tam veloci, quàm maturo curſu peregiſſet,collega S. Iacobi maioris, alias (Conchenſis Collegij) in Salmantina ſchola Hiſpanorum Elide legit publicè,& docuit. Atque Inde cùm Iuris vtriuſque lumen eſſet, & ditiſsimis animi dotibus locupletaretur, ad Granatenſis Cancellariæ curiam primùm euectus eſt: vbi dum annos quatuordecim fuiſſet emēſus, anno 1581. conſcendit ad ſupremum Caſtellæ, & ſacroſanctæ Inquiſitionis Senatum. Cuius vtriuſque muneris dignitatem ita expleuit, vt ab omnibus colatur,& votis omnium ſatisfaciat: vir non ſolùm ingenio pollens,

ſed qui conſilij ſui ſerenitate res quaſ
libet, tametſi obſcuras & difficiles, re
gere, temperare, & euoluere facilli-
mè norit. Paulus de Laguna, Archi-
diaconus de Cuellar, in Eccleſia Sego
bienſi, & Prior Portus Regalis nobili
vtrinque ortus genere, ex oppido
del Eſpinar, Academiæ Salmanticen-
ſis alumnus fuit, in cuius ſinu Iuriſ-
prudẽtiæ lacteos fontes exhauſit, tã-
ta ſiti, vt ſtatim in collegam collegij
Sancti Saluatoris, vulgo [de Ouiedo]
cooptatus fuerit an. 1567. & ſingula-
ri ingenij dexteritate doctrinæ non
vulgaris præſtantiam legendo publi-
cè oſtenderit: exinde ad maiora vo-
catus anno. 1583. In Granatenſi Can
cellaria ſenatoriam eſt amplexus di-
gnitatem, & poſt annos duodecim
Inquiſitionis Officio pro conſultore
curam impendit. Tandem, vt ſenatus
ſupremi Caſtellæ penetralibus ineſ-
ſet, à Rege iuſſus eſt. Quo in munere
dum animi aciem intendit in varios,
& multiplices negotiorũ actus, hinc
Generalis Inquiſitionis ſacrum ſena-
tum conſilio cõſultor optimus viuit,
illinc aliquot annos patrimonij Regij
ſenatorem, & ad extremum in eodẽ
annos quinque cenſorem & mode-
ratorem egit integerrimum. Iam ve-
rò vt magnis virtutibus magna res
vnquam non defuit, Indiarum con-
ſilij præſes eſt, & cum in tam clara re
rum omnium luce verſetur, nominis
& luminis ſui ſplendorem ex Europę
finibus abditiſsimis in remotas noui
orbis regiones emittit. Licenciatus
Arenillas famigeratæ Hiſpalenſis Ec
cleſię Canonicus, pridẽ huius Conci-
lij, & cauſarum relator modò fiſcalis
promotoris munus exercet: vir her-
cle prudẽtia, ſciẽtia, ac rerum peritia
adeo clarus, vt omni honore dignus
exiſtimetur. Apparitor, ſiue Cõſilij Al-
guazilius, vt noſtri vocant, Matthęus
Enriquez de Herrera, vir equidem
fidelis, ſuiſque virtutibus omnibus
gratus. Relatores cauſarum Licentia-
tus Hoſius, & Licẽtiatus Vecilla, quo-
rum mira ingenij acies magiſque mi-
ra eſt in referendis cauſis fidelitas,
eloquentia atque dexteritas. Secre-
tarij ſunt Paulus Garcia, qui ſere-
niſsimæ noſtri Regis Maieſtati à ſa-
cris eſt, tantaque probitate atq; vir-
tute & felicitate ſuum iam diu exer-
cet munus, vt honorificentiſsimam
de eo omnes imbiberint opinionem.
Alphonſus à Doriga alter fuit, & om-
nibus gratiſsimus, & magnæ expecta-
tionis vir, ſi diu nobis eo frui licuiſſet,
ſed cum nuper è viuis abierit, in eius
locum venit Ferdinandus Villegas,
ſpectatæ fidei vir, & animo ad obſe-
quia ſacri officij alacri, & parato.

Huius Conſilij præſes, moderator,
& in omnibus illis ditionibus, quę ho-
dierno die Regibus Catholicis ſub-
ſunt, Inquiſitor Generalis eſt D. Petr.
Portocarrerius, Conchenſis Epiſco-
pus, cuius virtutes ita in dies eluce-
ſcunt, vt eum iuſtitiæ incomparabilis,
prudentiæ ſolertiſsimæ, immotæ for-
titudinis, & temperantiæ non medio-
cris exemplar iure optimo poſsis di-
cere. Nam quid de tanti hominis do-
ctrina ſcribam? Ego exiſtimo præco-
nem ſe meliorem illum non habere,
cuius ore & pectore vel Muſas ipſas
loqui non pœniteret. Præſes dicti Cõ
ſilij in Hiſpaniarũ regnis à Rege no-
ſtro eligitur, & à ſummo Pontifice cõ-
10 firmatur; cui † ampliſsimam poteſta-
tem in cauſis fidei aduerſus hæreti-
cos, apoſtatas, eorumq; cõplices, fau-
tores, defenſores, & receptores con-
ceditur, vt in diplomatib. Sũmor. Põ-
11 tifi. cõtinetur. Inquiſitor igitur † Ge-
neralis in ditionibus Hiſpaniarũ ſupre
mi S. Inquiſitionis ſenatus Cõſiliarios
nominat, ex nominatis Rex eligit vnũ
omnes autem Prouinciales Inquiſito-
res, Conſiliarios, tabelliones, procu-





ratores, cæteroſq; miniſtros, ac officia
les opportunos, quoties ei placet, per
ſe, vel per aliũ, aut alios deputat, re-
uocat, & amouet, ac eos viſitat, ac
de ijs, quæ per eos geſta ſunt, admi-
niſtrationis rationẽ exigit: quos verò
culpabiles in officijs ſibi commiſsis
comperit, iuxta exceſſuum qualita-
tem ſuo arbitrio coercet & punit,
pœnas per eum perpetuò, vel ad tem-
pus impoſitas in toto, vel in parte re-
mittit, & de ijs, quæ ad Officium ſan-
ctæ Inquiſitionis de iure, vel conſue-
tudine pertinent, cognoſcit: cum pœ-
nitentibus & eorum filijs diſpenſat,
gratias & indulgentias concedit, de
rebus grauioribus deliberat, & ad eũ
ſpeciali indulto appellatur & prouo-
catur. Denique ſi qui ſint iudices, qui
ſancti Officij iuriſdictionem remo-
rentur, eos inhibere poteſt cenſuris
Eccleſiaſticis, licet iudices illi ſint, vel
ſacri Palatij vel Curiæ Cameræ Apo-
ſtolicę. Præterea pœnas per ſe aut per
alios Inquiſitores in perpetuũ, vel ad
tẽpus impoſitas in toto, vel in parte
remittit, vt ex diplomatibus Leonis
X. Adriani VI. Pauli III. Pij V. Greg.
XIII. & Clement. VIII. deducitur.

12 Huius † generalis Conſilij inſtitu-
tionis origo eſſe potuit ex eo quod
anno 1491. accidiſſe narratur. Cùm
Epiſcopus Segobienſis, ac Calagurri-
tanus, eorumque cognati, ac cum ijs
alij permulti Eccleſiaſtici viri non
mediocris autoritatis, atq; potentiæ,
de hæreſi ſuſpecti, Inquiſitorum iuriſ-
dictionem cui ſubiacebant, appella-
tione ad ſedem Apoſtolicam interpo-
ſita, vellent euadere, quia magnũ hoc
videbatur incommodum, Catholici
Reges Summo Pontifici ſignificarũt,
quantum inde religionis periculum,
ac Eccleſiæ ſcandalum ſequeretur, ſi
illorum appellationi aditum aperiret.
13 Itaque † Regum ſupplicationi Sum.
Pontif. annuens, Epiſcoporum cauſas
ſedi Apoſtolicę reſeruauit, ac Epiſco.
Tornacẽſem in Hiſpaniã legauit, qui
ſimul cũ F. Thoma à Turre-cremata,
Inquiſitore Generali, de omnium hę-
reticorum cauſis cognoſceret: quarũ
cognitio per appellationẽ ad Roma-
nam Curiam pertineret. † Sed poſtea
14 cùm experientia, rerumque ſucceſſu
cõperiretur, ex illo procedendi modo
magna incõmoda dimanaſſe; ſtatuit
Papa, vt Inquiſitor Generalis de om-
nibus cauſis appellationũ cognoſce-
ret, quod vſque ad præſentem diem
ſeruatur, Romano Pontifice nũquam
permittẽte, vt ſimilia negotia ex vlla
appellationis cauſa ad ſedem Apoſto-
licam deferantur.

Illud tamen prætereundum non
15 eſt † Generalis Inquiſitoris dignita-
tem ampliſsimam eſſe in Hiſpania, ad
quam ſemper aſſumi ſolet pręcipuus
ex Hiſpaniæ antiſtitibus, qui ſit irre-
prehẽſibilis vitæ, manſuetudinis, mi-
ſericordiæ, humanitatis, bonitatis,
alijſq; animi dotibus clareat & com-
mendetur: ita vt appoſitè illi quadrẽt
elegantia Tridentt. Concil. verba ſeſſ.
13. c. 1. de reformat. [Pios paſtores, nõ
percuſſores, ſe eſſe meminerint, atq;
ita præeſſe ſubditis oportere, vt non
in eis dominentur, ſed illos tanquã fi-
lios & fratres diligãt, elaborentq;, vt
hortando & monendo ab illicitis de-
terreant, ne vbi deliquerint, debitis
eos pœnis coërcere cogantur, quos
tamen ſi per humanã fragilitatẽ pec-
care contigerit, illa Apoſtoli eſt ab eis
ſeruanda præceptio, vt illos arguant,
obſecrent, increpent in omni patien-
tia, & doctrina, cùm ſæpe plus erga
corrigendos agat beneuolẽtia, quàm
auſteritas, plus exhortatio, quàm cõ-
minatio, plus charitas, quàm poteſtas.
Hactenus Sacroſancta Synodus: Si au-
tem ob delicti grauitatem virga opus
fuerit, tunc cum manſuetudine rigor,
cum miſericordiæ iudicium, cum le-

nitate ſeueritas adhibenda ſit,vt ſine
aſperitate diſciplina populis ſalutaris,
ac neceſſaria cõſeruetur, vt qui cor-
repti fuerint, emendentur, aut ſi re-
ſipiſcere voluerint, cæteri ſalubri in
eo animaduerſionis exemplo à vitijs
deterreantur,cum ſit diligentis ſimul
& pij paſtoris officium morbis ouium
leuia primum adhibere fomenta: &
Gregorius vniuerſis Epiſcopis per
Galliam Germaniam,& Europam cõ-
ſtitutis ſcribẽs,eadẽ verba præſcripſit
& habentur in can. licet plerumque.
& in can.licet nonnunquam.45. diſt.
& 2.ad Timoth. c.4. Siquidem cum
in omnibus iudicibus miſericordia
ſumma ſit virtus,diſciplinæ libramine
temperata,in Generalis tamen Inqui
ſitoris præſide,atque Conſilio hęc vir
tus multùm nitet, & in eo valdè Dei
iudicium imitatur, qui Adamum pu-
niturus non ſtatim ac ipſe peccauit,
ira excandeſcens,concitato curſu ad
vindictam properauit; non ardebant
oculi,non ex ore ferocitas,aut crude-
litas emicabat, ſed deambulando ad
auram poſt meridiem,vt per illã tem-
poris moram miſero præſtaret indu-
cias,vt errati pœniteret, & ſic pœni-
tentem exciperet miſericordiâ, non
damnaret iuſtitiâ.Vt igitur ſacer tex-
tus ſignificaret Deum[Cui proprium
eſt miſereri ſemper & parcere] quaſi
inuitum ad puniendum hominem in-
fidelitatis labe aſperſum, proceſsiſſe,
non potuit aptiùs aut elegantiùs ex-
plicare, quàm his verbis, ſcilicet,
[quod audiuit Adam vocem Dei de-
ambulãtis ad auram poſt meridiem,]
itaque clamantis, non tacitè proſi-
lientis, ne inopinatus veniret,& Ada-
mum nihil tale metuentem opprime-
ret: deambulando, & non currendo:
à fronte aura ipſum excipiebat, non
à tergo (aura enim à tergo etiam tar-
dos ſolet impellere, à fronte verò cõ-
citatos & præproperos retardare)au-
ra,quę ipſum remorabatur,erat vehe
mens infinitæ miſericordiæ cum di-
uina iuſtitia colluctatio, de qua pal-
mam ferre geſtiebat poſt meridiem,
nõ ſummo manè, vt Adamus ad illius
aduentum ſeſe per humilitatẽ,ac pœ-
nitentiam præpararet, ita vt meritò
illi iſta cognomina aſcribantur. Miſe-
ricors,& miſerator Dominus, longa-
nimis,& multùm miſericors.

Nam & Chriſtus Dominus inſitæ
clementiæ non oblitus, diſcipulos
ſuos Iacobum & Ioannem contra ci-
uitatem Samaritanorum indignabũ-
dos, quod ipſum recipere noluerant,
& ignem de cælo mittere geſtientes
compeſcuit, & ad manſuetudinem
reuocauit.Habetur enim Luc.9.[Mi-
ſit nuncios Chriſtus ante conſpectum
ſuum, & euntes intrauerunt ciuita-
tem Samaritanorum,vt pararent illi,
& non receperunt eum. Cùm vidiſ-
ſent autem diſcipuli eius, Iacobus &
Ioannes dixerunt: Domine vis dici-
mus, vt ignis deſcendat de cælo, &
conſumat illos? & conuerſus increpa-
uit illos,dicẽs: Neſcitis, cuius ſpiritus
eſtis.Filius hominis non venit animas
perdere,ſed ſaluare.]

16 Cæterùm † longè diuerſa eſſe de-
bet iudicum miſericordia à miſeri-
cordia Dei, quia non debet, nec po-
teſt in omnibus iudicium humanum
imitari iudicium diuinum, quia (vt
dicit ſanctus Thomas 3. part. quæſt.
59. art. 1. Deus habet ſupremam po-
teſtatem iudicandi. Chriſto etenim
conuenit ſpecialis, & ſuprema pote-
ſtas iuxta illud Actor.10.[Hic eſt,qui
conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum
& mortuorum] vt enim dicitur Pro-
uerb. 8. [Per me Reges regnant, per
me Principes imperant.] Matth. 17.
c.& 1.Petr.2.&.c.Magnum.11.q.1.Ac
Paul.ad Rom.13.[Non eſt(inquit)po-
teſtas niſi à Deo; quæ autem ſunt à
Deo, ordinata ſunt.Itaque qui reſiſtit





poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit. [Et
ideo liberum eſt ei pœnam remittere,
quia non remittit eam, niſi ſecũdum
quod decet ſuam bonitatem, quæ eſt
omnium legum radix. At iudicis mi-
ſericordia in ijs tantùm habet locum,
quæ ipſius arbitrio relinquuntur, in
quibus boni viri eſt, vt diminutiuus
ſit pœnarum, vt vtar verbis Philoſo-
phi 5. Ethicῶν. In ijs tamen,quæ ſunt
determinata ſecundum legem huma-
nam, non eſt ſuum facere miſericor-
diam,quoniam iudex inordinatè pœ-
nam remittendo incommodat Rei-
publicæ,cuius intereſt, vt delicta pu-
niantur locatio. §. quod illicitè. ff. de
publican.l. ita vulneratus ad l. Aquil.
l.ſi operis. C. de pœnis.cum vulgatis.
Nam & Deuter.12.poſt pœnam ſedu
ctoris ſubditur; vt omnis Iſrael au-
diens timeat, & nequaquam vltrà fa-
17 ciat quiſpiam huius rei ſimile.Vnde,†
cum duplex ſit miſericordia,alia quæ
per compaſsionem mentalẽ,alia verò
quæ fit per relaxationẽ aut mitigatio-
nẽ pœnæ exercetur,iudex ſemper de
bet habere ſaltem miſericordiã com-
paſsionis in puniendo, vt ita verum
ſit,quod dicit Grego.in Moral.lib.20.
p.4.c.11. Vera iuſtitia compaſsionem
habet: falſa verò dedignationem: ſe-
cundum verò miſericordiæ genus nõ
eſt neceſſum,quod ſemper iudices ha
beant per relaxationẽ aut mitigatio-
nẽ pœnæ debitæ. Vnde Auguſt.[Duo
iſta nomina cùm dicimus, homo pec-
cator,non vtiq, fruſtra dicuntur:quia
peccator eſt, corripe, quia homo eſt,
miſerere:nec omnino liberabis homi
nẽ,niſi cùm proſequutus fueris pecca
torem: nulli homini claudẽda eſt mi-
ſericordia, nulli peccato impunitas
eſt relaxanda.] Quare cùm iudex nõ
amore vindictę,vel odio,ſed dilectio-
ne & zelo correctionis aliquem iuſta
morte afficit, etiam miſericordiã ex-
ercet. Punitur enim vnus, vt ſaluẽtur
multi:ſicut mutilatur vnum mẽbrum
putridũ, ne pars ſana corporis corrũ-
patur.Et ſic eo ipſo quòd iudex punit
aliquẽ,facit(vt dicit Auguſt.in Enchi-
rid.) miſericordiã:& in c. & qui emẽ-
dat.45.diſt.debet itaq; iudex in vtraq;
lance iuſtitiã & miſericordiã portare,
ita vt nunquam vna ſit deſtituta: †
18 in quam rem elegantiſsimè diſſerit
Gregor. in Moral. lib.10.p.4.c.11. &
lib.20.p.4. c.6. eius verba tranſcripta
ſunt in c.diſciplina,&.c.omnis.45.diſt.
quæ placuit hic inſerere: Diſciplina
vel miſericordia multùm deſtituitur,
ſi vna ſine altera teneatur: ſed circa
ſubditos ineſſe debet rectoribus: &
iuſtè conſulẽs miſericordia, & piè ſæ-
uiens diſciplina. Hinc eſt,quod ſemi-
uiui illius vulneribus, qui à Samarita-
no in ſtabulũ ductus eſt, & vinũ ad-
hibetur, & oleum: vt per vinum mũ-
dẽtur vulnera, & per oleum foucan-
tur:& quatenus vnuſquiſq;, qui ſanã-
dis vulneribus prǽeſt,in vino morſum
diſtrictionis adhibeat, in oleo molli-
tiẽ pietatis: per vinũ mundantur pu-
trida, per oleũ ſananda fouentur. Mi-
ſcenda eſt ergo lenitas cum ſeuerita-
te, faciendumq; quoddam ex vtraq;
tẽperamentum,vt neq; multa aſperi-
tate exulcerentur ſubditi,neq; nimia
benignitate ſoluantur.Hoc nimirùm
illa tabernaculi arca ſignificat,in qua
cũ tabulis virga ſimul & manna eſt:
quia cùm ſcripturæ ſacræ ſcientia eſt
boni rectoris pectore, ſi eſt virga di-
ſtrictionis, ſit & manna dulcedinis.
Hinc etiam Dauid ait: Virga tua, &
baculus tuus,ipſa me conſolata ſunt.]
Virga enim percutimur,& baculo ſu-
ſtentamur. Sit ergo diſtrictio iuſtitiæ;
quæ feriat:ſit & cõſolatio baculi,quæ
ſuſtentet:Sit itaq; amor,ſed nõ emol-
liens: ſit rigor, ſed non exaſperans:
ſit zelus, ſed non immoderatè ſæ-
uiens:ſit pietas,ſed non pluſquàm ex-
pediat, parcens,&c. Omnis qui iuſtè

iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccati ſentētiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatē corrigat, quædam verò per miſerationem indulgeat, qui Dei iuſtitiam oculis ſuis præponit, ſemper timens & tremens in omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, inde potiùs condemnetur:] hæc ibi: quibus confert elegans deciſio tex. in l. obſeruandum. ff. de officio præſidis: Obſeruandum (inquit) eſt ius reddenti, vt in adeundo facilem ſe præbeat, ſed contemni non patiatur; vnde mandatis adijcitur, ne præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittant, nam ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur. Sed & in cognoſcendo, neq; excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illacrymari oportet: id enim non eſt cōſtantis & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit.

Quamuis autem vera ſit iudicis miſericordia, reum iuxta legum diffinitionem punire, quia iudex tanquam perſona publica ſcriptis legibus
19 ſeruit,† tamen vbi iuribus non aſtringitur ſupremi Inquiſitoris iudicium, ad pietatem ac benignitatem inclinat exemplo Pauli, qui Galatas, quos per Euangelium Chriſto pepererat, poſteà ad infidelitatem relapſos, & hæreſi deformatos, non eos ſtatim confregit, aut gladio Apoſtolicæ autoritatis percuſsit, ſed patienter agens, illorum ſalutis ſtudio ardentiſsimo inflammatus, iterùm Chriſto parturiebat, illos ſalutaribus monitis, & diſciplinis inſtituens, donec Chriſtus Dominus illorum mentibus tenaciſsimè inſideret, & ita ad illos ſcribens, ait: Filioli, quos ego iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, ad Galat. 4. Quod & Imperatores Conſtantinus & Licinius conſtituêre in l. placuit. C. de iudicijs. & probatur in l. 2. § quamquam, de qua pluu. arcen. l. ſi res tuas. C. ad exhiben. cap. fin. de tranſact. Hæc autē miſericordia atq; benignitas Inquiſitoribus conuenit,
20 vt non immeritò Clemens V. † in Concil. Viennen. præmittens cauſam conſtitutionis multorum in titul. de hæreticis in Clementinis, quorūdam Inquiſitorum immoderationem, ac ſeueritatem reprehendens, eorum modum in iudicando formauerit, diſſerens in hæc verba: [Multorum querela ſedis Apoſtolicæ pulſauit auditū, quod nōnulli Inquiſitores per ſedem eandem contra prauitatem hæreticā deputati, metas ſibi traditas excedentes, ſic interdum extendunt ſuæ poteſtatis officiū, vt quod in augmentum fidei per circūſpectam eiuſdem ſedis vigilantiam ſalubriter prouiſum eſt (dum ſub pietatis ſpecie grauantur innoxij) cedat in fidelium detrimentum.

Rurſus Summus Pontifex iſtam ſuam declarat ſententiam in §. verum. vbi ait: [Verùm quia nimis eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictę non agere, quod ipſius contagioſa enormitas agendum requiret, graue eſt quoque, & damnatione digniſsimū malitioſè inſontibꝰ, eandē imponere prauitatē, Epiſcopo & Inquiſitori prædictis, ac alijs ad dicti executionē officij ſubſtituēdis ab eis, in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt ſic diſcretè & promptè contra ſuſpectos, vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant, quod malitioſè aut fraudulenter, tantam labem, ſeu quod ipſos in executione Officij Inquiſitionis impediat,





pediat, falſum alicui non imponant, ſuas igitur metas quiſque non tranſgreditur.

21 Sanè hanc† miſericordiam non obſcurè repræſentant Sanctæ Inquiſitionis ſtemmata quæ præ ſe ferunt ſanctæ Crucis vexillum, à dextris virentis oliuæ ramo, à ſiniſtris verò diſtricto gladio coruſcans, quibus datur intelligi nihil debere eſſe Inquiſitoribus prius, antiquiuſue miſericordia, & clementia, quam oliua mirificè adumbrat, quæ ramos habet perpetuò virentes, & qui tempeſtates præ cæteris arboribus diutiſsimè ferant, & aquis immerſi, nec tam citò corrumpantur, neque virorem amittāt. Qua de cauſa hæc arbor reſtituti orbis, & placati numinis hoc argumentum facit, ob quam ſignificationem Chriſtus Dominus cum ingrederetur Hieroſolimam, pacem inter Deū & homines per paſsionem confirmaturus, huius arboris ramis voluit honorari, vt ſignificaret diuinam clementiam ad miſericordiam iam inflecti, & ad hominum reconciliationem tunc præcipuè inclinare.

Gladius verò à ſiniſtris, non à dextris collocatus oſtendit, primas ſemper miſericordiæ, non iuſtitiæ deferendas, & Inquiſitores, tentatis omnibus quæ ad miſericordiam pertinent ſi nihil proficiant, tunc quaſi inuitos ad gladij vſum & diſtrictionem accedere, qui propter vindictam noxiorum à Deo fuit permiſſus, & datus. Vnde vigeſimatertia quæſtione quinta, cap. dicitur: Sunt quædam enormia flagitia; vnde non ſine cauſa gladium portat, qui talia flagitia dijudicat, Roman. 13. Procedant igitur Inquiſitores ad ſcelerum punitionem non indignabundi, non animo hoſtili, ſed potiùs ea charitate & intentione, quā Paulus tradidit hominem inceſtuoſum Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini.

Quare ad tantum munus obeundum non niſi viri grauiſsimi, & qui non vulgaris prudentiæ, probitatis, atque ſapientiæ ac pietatis ab incunabulis ſpecimen dederint eligūtur: quia (vt inquit Plato) cap. 1. de Republica, qui magiſtratum gerere debent oportet: vt probi & electi ſint: nam vt oculi propria virtute priuati malè vident, ita anima propria virtute deſtituta malè ſuum opus peragit: peruertit enim iudicium habitus vicioſus. Secus verò ijs, qui iuſtitiam & pietatem ſectantur, ſolet Deus recta conſilia ſuggerere, tam ſibi, quàm vniuerſæ Reipublicæ ſalutaria: & lib. 6. de legib. Oportet (ait idem Plato) Iudices omni virtute ornatos eſſe, quippe qui reorum non Iudices modò, ſed & Patres, & curatores eſſe debent.

Nam cum omni humano teſtimonio, quo Inquiſitores ad reorum damnationem ducuntur, falſum ſubeſſe poſsit, quia omnis homo mēdax, candida & ſincera intentione opus eſt, vt Inquiſitores conſiderent reorum perſonas, actiones, ingenia, ſtudia etiam quibus dediti fuerunt, antequàm ad illorum damnationem procedant: ad quod præſtandū ſumma prudentia, ſingulari probitati cōiuncta requiritur, quia (vt inquit Ariſtoteles libr. ſexto Ethicorum. cap. 13. Nec ſine prudentia quiſquam, veræ probitatis, nec ſine virtute, prudentiæ nomen poteſt habere, neque vlla poteſt eſſe iuſtitia ſine prudentia.

Et quia permulti clariſsimi ſupremi Inquiſitores in Hiſpania fuerunt, quos indignum videbatur ſilentio contegere, eorum omnium nomenclaturam ac inſigniora geſta in ſequēti capite proponemus.

## *De Inquiſitoribus Generalibus Hiſpaniæ.*

### *CAP. V.*

### SVMMARIVM.

1 *FRATRIS Thomæ à Turre-cremata primi Inquiſitoris Generalis vita.*
2 *Frater Didacus Deza Epiſcopus Giennenſis.*
3 *Frater Ioannes ab Enguerra.*
4 *Frater Franciſcus Ximenius S.R.E. Cardinal. ac Archiep. Toletan.*
5 *D. Ludouicus Epiſcopus Dertuſenſ.*
6 *D. Adrianus Epiſcopus Dertuſen.*
7 *D. Alphonſus Manriquez Archiepiſcopus Hiſpalenſis.*
8 *D. Ioannes Tauera, Archiepiſcopus Toletanus.*
9 *D. Garcia Loayſa, Archiepiſcopus Hiſpalenſis.*
10 *D. Ferdinandus Valdes, Archiepiſcopus Hiſpalenſis.*
11 *D. Petrus Eſpinoſa, Cardinalis, Epiſcopus Seguntinus, ac ſupremi omnium regij ſenatus Præſes.*
12 *D. Petrus Pontius Leon, Epiſcopus Placentin.*
13 *D. Gaſpar Quiroga, Cardinalis, Archiepiſcopus Toletanus.*
14 *D. Hieron. Manriquez, Epiſcopus Abulen.*
15 *D. Petrus Portocarrero Epiſcopus Conchenſis.*

FRater Thom. à Turrecremata, † Prædicat. familiæ alũnus, cœnobij ſanctę Crucis Segobiẽſis Prior, Catholicorum Regum cõfeſſarius, ac ſpiritualis pater dilectiſsimus, magnũ pietatis ſpecimen exhibuit, quòd felicem Inquiſitionis formam, quæ nũc in vniuerſa Hiſpania eſt, ſimul cum Iudæorum expulſione propoſuerit Regibus inſtituendam, ac etiã perſuaſerit. Hic Inquiſitionis Hiſpanæ autor digniſsimus viſus eſt, vt illi omnium primo clauus ac gubernacula prędictę inſtitutionis cõmitterentur. Itaq; procurantibus Ferdinãdo & Elizabetha à Sixto IIII. Pontifice Max. die 17. Octobris, anno 1483. Generalis in Caſtella, Legione, ac Aragoniæ Corona Inquiſitor creatus eſt, & ab Innocent. VIII. ann. 1485. 3. die Febr. 2. ſui Pontificatus anno confirmatus. Cui Reges, vt fidei cauſam fouerent magis, ſenatum grauiſsimarum perſonarũ adiunxerunt, cui Regiam autoritatẽ impertiti ſunt, vt omnia, quę ad S. Officij exercitium pertinerent validiore manu, ac illuſtriori poteſtate expedirentur. Anno 1491. cum Epiſcopi Segobienſ. & Calagurritan. & alij cum iis potentiores ob hæreſeωn ſuſpicionem malè in Hiſpania audirent, ac vellent ſe à Iuriſdictione Inquiſitoris Generalis eximere, dignitatis ergò, Catholici Reges à Pontifice Romano impetrarunt, vt indiſtinctè de omnibus, etiam Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiectis, primarius in Hiſpania cognoſceret Inquiſitor. Sed quamuis prædictus Frater Thomas dignitates plures, ac munera ampliſsima aſpernatus fuerit, Inquiſitionis tamen onus libenter ſuſcepit, quia licèt ampliſsima ſit dignitas, erat tamen immenſis laboribus ac periculis in eius ortu admixta; propter ingentem hæreticorum, & infinitum Iudæorum numerum. Porrò tantæ detractorum ac maledicorum procellæ aduerſus Fratrem Thomam ortæ ſunt, vt ter Romam ſodalem ſuum mittere coactus fuerit, vt coram Romano Pontifice contra calumnias in eos appoſitas, pro veritate reſponderet, quod multis alijs ſanctis viris contigiſſe antiquitus enarratur. Et quoniam plerumq; monitus



monitus fuerat peſsimos quoſdam homines in eius internecionem conſpiraſſe, tentaſſentque illum veneno extinguere, eorum inſidias timens, vnicornij cornu in menſa vtebatur: & cum naturâ humilis eſſet, vt S. Officij dignitatẽ augeret, ac tutaretur (quod ſummè conabatur) in magnificentioribus omnium Principum ędibus morabatur, in quibus ducentos ſancti Officij Familiares, ac equites quinquaginta ad eius tutelam habere cõſueuit. Quod ſanè factum irreprehenſibile eſt: quia (vt D. Cyrillus ſcribit) nemo ſanctorum ſponte patitur. Cui affine illud etiam eſt, quod Chriſtus Dominus Petrũ de eius martyrio alloquens, dixiſſe narratur cap. 21. Ioannis: erat ſiquidem ea cuſtodia fratris Thomę neceſſaria, qui rem difficillimam ſimul, & periculoſiſsimam conficiendam ſuſcepit; propter eius ingentem deuotionem ac obediẽtiam in Apoſtolicam ſedem. Permulta negotia ac cauſas grauiſsimas ſæpè illi Sixtus IIII. Innocentius VIII. ac Alexander VI. commiſerunt, eratque tum ipſis Pontificibus, tum Regibus valdè gratus atque dilectus: noluit tamen vllam vnquam dignitatem admittere, quamuis Archiepiſcopatum Hiſpalenſem ei obtuliſſent, maiora ei pollicitantes: nec paſſus eſt, vt frater Alphonſus de Valaja eius ſodalis Epiſcopatum Zamorẽſem, ad quem electus fuerat, acceptaret, cum tamen ſuos famulos ac familiares magnis beneficijs proſequeretur, ex quibus eius ſtudio tres ad Epiſcopatus, Ouetẽ. Placentin. & Abulen. promoti ſunt. Regum adiutorio magnificũ ædificiũ monaſterij S. Thomæ Abulenſis molitus eſt, ac monaſterium S. Crucis Segouiæ, ac Eccleſiam oppidi de Turrecremata reparauit. Adeo parcus fuit, vt ſororem, quam habebat pauperẽ, non dotauerit, ſed tantùm ſubſidium, quo ſub regula Beatarum ſancti Dominici vitam tranſigere poſſet, contulerit. Erat admirabili iudicio, prudentia inſigni, egregia parſimonia, ſingulariq; virtute ac ſanctitate præditus, ac regulæ ſancti Dominici, & eius conſtitutionũ obſeruantiſsimus: habitu humili, ac parum curioſo vtebatur: nunquam carnibus veſcebatur nec linum in lectulo, vel veſtitu adhibuit, ſicque admirando eius virtutis odore pellecti Reges illum in confeſſarium, & Capellanum maiorem elegerunt. Sanctam habuit ac generoſam in obiurgandis Regibus libertatem, quem tamen ipſi æquo animo ac obedienter audiebant, in quam rem ſingulare eſt egregium ipſius factum, quod in fine cap. de Inquiſitione Caſtellæ commemorauimus. Floruit etiam in munere ſuo exequendo ſingulari conſtantia & fortitudine, vt ex his, quæ hactenus dicta ſunt, apertè cognoſcitur: verùm eius conſtantia, maxima cum prudentia coniuncta, tunc clariſsimè emicuit, cùm Ferdinãdus Regni Neapolitani Rex, literas miſit ad oratorem ſuum in Hiſpaniã, quibus illi iniungebat, vt Priori ſanctæ Crucis, Inquiſitori Generali notificaret Breue Apoſtolicum impetratum à Summo Pontifice, quo eximebatur ab Inquiſitorum iuriſdictione vir quidam opulentus, & ad Inquiſitores nomine hæreſis delatus, qui vt ſibi proſpiceret, ex Hiſpania in Neapolitanum regnum confugerat. Mandata Regis orator, cùm primùm potuit, exequutus eſt. At verò Generalis Inquiſitor timens, ne ad pernicioſa Reipub. damna aditus patefieret, Regis optatis non reſpondit, animo monendi Summum Pontificem de grauiſsimis damnis, quæ ex huiuſmodi indulgentia dimanare poterant; ſed cùm orator iratus ac ęgrè ferẽs reſpõſum, diſcederet, tũ Inquiſitor genera-

generalis: Hæc(inquit) nomine meo Regi Ferdinando ſcribes, me vehementer mirari, Regem hæreticis patrocinari,fauoremque, quem huic & alijs id genus præſtat,in cauſa futurũ, vt ſine herede ac ſucceſſore è vita diſcedat:quod ita euetu completum eſt. Quamquam enim filium habuit, non tamen in regno ſucceſsit, titulo enim Ducis de Calabria tantum ornatus, deinde Valentię Prorex creatus, in eadem vrbe obijt. Plura notatu perdigna ad huius clariſsimi viri ſanctitatem, & inſignem candorem pertinentia, ſcriptis conſignarunt frater Ioannes de Cruce, libr. 5.Hiſtoriæ de Ordine Dominicano, cap. 26. ac frater Ferdinandus Caſtillo in Chronico Ordinis Prædicatorum lib. 3.cap.41. Hierony.Zurita in Annalibus Aragoniæ, libr. 20. cap. 49. quæ nos conſultò omittimus, cum etiam de eo plura in ſuperioribus adduxerimus. Poſtquam Cœnobium Abulenſe,ſancto Thomæ dicatum, ex bonis hæreticorum fiſco Regio adiudicatis à fundamentis erexit, cùm vſu & experientia cognouiſſet,ſe, & ſanctum Inquiſitionis Officium à Iudęis & Mahumetanis, maximo odio haberi,indeq; timeret, futurũ aliquãdo vt in ipſius & S. Inquiſitionis odium, aliquis à Iudæis vel Sarracenis originem ducens, illud monaſterium incenderet, vel alia ratione funditus deleret, ab Alexandro VI. impetrauit, vt ſub cenſuris alioqui incurrendis nullus à Iudæis, vel Mahumetanis oriundus in hoc Cœnobio habitu monachali indueretur. Nec ſilentio prætereundem eſt, quia redolet antiquitatem, Aram collateralem, quæ in hoc monaſterio dextrum occupat locum ſacelli Regij, à prædicto Inquiſitore generali dicatã fuiſſe Beato Dominico.In tabula ibi collocata eximio opere,&ſingulari artificio expreſſus eſt actus fidei, qui (vt noſtro tempore in vſu eſt) à Beato Dominico celebratur. Illud tamen obſeruandum eſt, ſaccos benedictos crucibus rectis, non tranſuerſis, & decuſſatis,vt hodie notatis,cerni:ſub pictura literis capitalibus ſcriptũ eſt. PESTEM FVGAT HÆRETICAM. Duobus annis antequàm vitam cum morte commutaret, ſe podagræ doloribus impeditum, Inquiſitoris Generalis munere abdicauit, effecitque, vt D. Didacus Deza Archiepiſcopus Hiſpalenſ. in locum ſuum ſufficeretur. Migrauit è vita in Abulenſi Cœnobio decimoſexto Kalend.Octob. ann. 1498.in medio Capituli ſacello, hoc tumulo ſuperaddito epitaphio,ſepultus eſt.

*Hic iacet reuerendus P. F. Thomas de Turre-cremata.*
*Prior ſanctæ Crucis, Inquiſitor generalis,huius domus*
*Fundator.Obijt anno Domini* 1498. *die* 16.*Septembris.*

Huic proximus eſt frater Didacus
2 Deza, Taurinus, † ex Prædicatorum familia,Ioannis Principis Catholicorum Regũ filij præceptor, morumq; formator, vir ſumma virtute ac literarum cognitione præditus, primùm Epiſcopus Zamorenſis, deinde Salmanticẽſis,poſtea Giennenſ. ab Alexandro VI.Kalend.Decembris,anno ſalutis 1498. in Caſtella & Legione, & anno ſequenti 1499. Kalend. Septembris.in omnibus Catholicorum Regum ditionibus primarius Inquiſitor creatus eſt.Fuit Ferdinandi Regis confeſſarius, deinde Epiſcopus Palentin.ac tandem ad Archiepiſcopatum Hiſpalenſem promotus, qui cum ſenio ac aduerſa valetudine cõfectus, tanto muneri minùs vacare poſſet,eo ſe libẽter abdicauit. Hunc Elizabe-



Elizabetha decedẽs teſtametariũ reliquit, & eius Generalis Inquiſitoris munere ſucceſſor Cardina. Franc.Ximenius à Regibus iuſſus eſt,vt prędictũ Dida.Deza ſemper in honore haberet,ac etiã in omnibus obſeruaret.

3 Huic in Regnis Aragoniæ † ſucceſſit frater Ioan. de Enguerra, Valentinus,Regis Ferdinandi confeſſarius, primùm Epiſcopus Vicen. deinde Ilerden. ac tandem Dertuſenſis.

4 Frater † Franciſcus Ximenius Ciſneros in Caſtellæ & Legionis Regnis poſt Didacum Deza Generalis fuit Inquiſitor. Hic in Theologia ac Canonum ſcientia multum verſatus, vicarius Generalis fuit atque Prouiſor D.Petri Gonçalez Mendoça tunc Epiſcopi Segũtini, & ætate prouecta Minorum ordinem ingreſſus eſt, qui tale pœnitentiæ, virtutis,ac ſanctitatis edidit ſpecimen, vt ab Elizabetha Regina ad ſacras confeſsiones eligeretur,quod hercle honorificũ munus ſolitudinis amiciſsimus ea lege accepit,ne cogeretur Regiam Curiam ſequi. Poſtea Toletana Eccleſia Hiſpaniæ primaria paſtore viduata, cũ Ximenius pro alijs intercederet, ac nihilo minus quàm de ea ſede cogitaret,Elizabetha illi Bullam Alexandri VI.Pontificis Maximi tradidit, in cuius dorſo Archiepiſ. Toletan. inſcribebatur:ſed cõfeſtimXimenius triſtitia affectus, Apoſtolicis literis proiectis diſceſsit, donec alijs Apoſtolicis literis idem Põtifex eidẽ iuſsit,vt poſt poſita omni mora ac excuſatione,prædictam Eccleſiã admitteret.Igitur Ximenius Archiepiſcopus Toletanus creatus clariſsima, ac in omne æuum memoranda pietatis monumẽta reliquit,Complutenſem Academiam, ac eius collegia à fundamentis erexit, ex qua, tanquam ex Troiano equo, in omni ſciẽtia inſignes viri proſilierunt.Et cum aduerteret ex Orano Africæ ciuitate barbaros. Mauros magna Hiſpaniæ oris detrimenta inferre, eam arcem & ciuitatem magna Hiſpaniæ vtilitate ac gloria expugnauit. Adeo fuit paupertatis amator, vt nunquam à Diui Franciſci ſtricta diſciplina receſſerit,& pedibus ſemper incederet, vel per ſummã indulgentiam humili iumento veheretur. Anno autem 1507. à Iulio II. Põtifice Max.Cardinalis S.Balbinæ, & Generalis Hiſpaniæ Inquiſitor creatus eſt, in quo munere acerrimum ſe præbuit fidei defenſorẽ.Orani enim duo Cœnobia,alterum Dominicanis, alterum Franciſcanis conſtruxit, ac fratrem Yedram,pium virum ac religioſum in ea ciuitate Inquiſitorem deſtinauit. Cùm autem demortuo Ferdinãdo Rege Catholico Carolo, qui ei in Hiſpaniarum Regnis ſucceſsit, & poſtea Carolus V.Imperator appellatus eſt, nouiter ad fidem conuerſi octingentos mille aureos offerrent,ſi imperaret, vt teſtes in tribunali ſanctæ Inquiſitionis publicarentur, Rex qui decem & octo annos natus erat, ac experientia & præſertim rerũ Hiſpaniæ cognitione deſtitutus, à Germanis tam ingenti pecunię vi illectis vehementer ſolicitabatur ac penè cõſentire cogebatur. Id vt reſciuit Cardinalis Franciſcus Ximenius, nouiter cõuerſis fortiter ſe tanquam Generalis Inquiſitor opponens, Regi perſuaſit ne id cõcederet: ſi enim id impij illi impetraſſent,ac teſtes publicarẽtur, maximũ periculũ illis immineret,qui apud S.Inquiſitionis Officiũ hæreticos denũciarent,ſicq; maximũ contraheret Eccleſia detrimentũ, & Ferdinãdi Regis aui exẽplo,qui ſimilem Iudęorum pecunię oblationem, quo tempore multùm inopia laborabat, ſpreuit, rem illam minimè faceret, effecitque, vt illa ſponſione à Carolo aſpernata, Inquiſitionis ſacram

ſacram formã, quam Ferdinãdus feli-
citer inſtituit, & nunc Hiſpania reti-
net, inuiolatã intactãq; relinqueret.
Hic cùm ab initio in Caſtellæ corona
tantùm Inquiſitionis ſumma acce-
piſſet, anno 1513. in Aragoniæ Coro-
na à Leone X. Idibus Iulij Inquiſi-
tor Generalis creatur; Deceſsitq; an-
no Dom. 1517. 8. die menſis Nouem-
bris de cuius vita ac rebus geſtis octo
libros conſcripſit Aluarus Gomezius,
Toletanus.

5 Ludouicus Epiſcopus Dertuſen. †
qui appellabatur Ludouicus Merca-
tor, & Petrus Ioangen, aliàs Ioan. Pol.
ex Dominicana familia in Aragoniæ
Corona Inquiſitor Generalis.

6 Anno Dom. † 1516. Poſtridie Idus
Nouemb. à Leone X. Pontifice Ma-
ximo Adrianus, qui poſtea Apoſtola-
tus apicem tenuit, Epiſcopus Dertu-
ſen. Aragoniæ, Valetiæ, & Siciliæ Re-
gnis Inquiſitor Generalis præficitur.
Anno verò 1518. quarto nonas Mar-
tij, eiuſdem Pontificis literis, Regnis
Caſtellæ, & Legionis delegatur.

7 Ann. † ſalutis 1523. 4. Idus Septem-
bris, ab eodem Adriano Papa VI. Ge-
neralis Inquiſitor in Regnis Hiſpa-
niæ creatus Alphonſus Manriquez
Archiepiſcopus Hiſpalenſis.

8 Anno Domini † 1539. 7. Idus No-
uembris à Paulo III. Summo Ponti-
fice Inquiſitor Generalis creatur in
Regnis Hiſpaniæ Ioann. Tauera, Ar-
chiepiſcopus Toletanus.

9 Anno† Domini 1546. Duodecimo
Kalend. Martij D. Garcia de Loayſa
Archiepiſcopus Hiſpalen. ab eodem
Paullo III. Generalis Inquiſitor inſti-
tuitur.

10 D. Ferdinandus de Valdes, † Ar-
chiepiſcopus Hiſpalenſis, Inquiſitor
Generalis, ex nobili Aſturicenſi To-
parchia natus eſt oppido de Salas, &
Cangas de Tineo, patre Ioanne Fer-
nãdez de Salas & Valdes, matre ve-
rò D. Mēcia de Valdes legitimo ma-
trimonio procreatus. Hic ob egregia
virtutum merita, & ingenij præſtan-
tiam in celeberrima Salmanticenſi
Academia S. Bartholomæi Collegij
inſignibus condecoratus, inceſsit: in-
de verò ad ſupremum Inquiſitionis
ſenatum anno Domini 1547. decimo
tertio Kalēdas Februarij à Paulo III.
Pontifice maximo in Regnis Hiſpa-
niæ euocatur, & à Conſilijs ſereniſsi-
mę Imperatricis efficitur. His officijs
fungens cum Carolo V. Imperatore
Auguſto in Flandriã traiecit, ibi Epi-
ſcopus Elnēſis in Prouincia Cathalo-
niæ, cum eorundem officiorum re-
tentione. Poſtea verò ad Epiſcopa-
tum Auricenſem, Ouetenſem, & Le-
gionenſem gradatim promouetur,
& Regio Pincianæ Curiæ Senatui cũ
ſumma poteſtate præficitur. Deinde
ſupremi Regis ſenatus, adiuncta Se-
guntini Epiſcopatus dignitate, Præ-
91 ſes eligitur. Tandem Archiepiſc. Hi-
ſpal. ſupremi Inquiſitoris munus obi-
uit, vir, cum ob præclaras animi vir-
tutes, tum ob inſitę & eximię pietatis
ſtudia, cuius non vulgare documen-
tum teſtamento reliquit, æterna me-
moria celebrandus, nullius enim eſt
tantum flumē ingenij, nulla dicendi
aut ſcribēdi vis, tantaque copia, quę
poſsit illius res præclarè geſtas, &
egregiæ pietatis inſignia, non dicam
exornare dicendo, ſed nec narrare
numerando.

11 D. Petrus de Eſpinoſa † ſupremo
Regis Senatui præfectus Cardinalis,
& Epiſcopus Seguntinus à Pio V. an-
no ſalutis 1566. ſexto Idus Septem-
bris coadiutor, & futurus ſucceſſor
Ferdinando de Valdes deſignatur.

12 D. Petrus Pontius de Leone, Epi-
ſcopus Placentinus, in Hiſpaniæ Re-
gnis à Gregorio XIII. Summo Ponti-
fice Inquiſitor generalis conſtitui-
tur, anno ſalutis 1572. Poſtridie Ka-
lend.



lend. Decembris, qui antequàm hoc
munus obiret, è vita diſceſsit.

13 D. Gaſpar † à Quiroga Archiepi-
ſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum
primas, vir æterna memoria celebrã-
dus, ſupremi Inquiſitoris munus ob-
eundum ſuſcepit anno Domini 1573.
Natus oppido Madrigalenſi, patre
Aluaro à Quiroga, matre verò Hele-
na Vela. Hunc virum varius per om-
nem ætatem caſus exercuit; nam
cum adhuc Pinciani Collegij ſanctæ
Crucis inſignia geſtaret, à Ioanne Ta-
uera, Toletano Antiſtite, Complu-
tenſi Vicariæ præficitur, & eiuſdem
Eccleſiæ ſcholaſticus Magiſter effici-
tur, nec multò poſt Toletanæ Eccleſię
Canonicus eſt appellatus.

Archiepiſcopo vita functo, Rex
Philippus II. ipſum in Romana curia
Rotæ Auditorem inſtituit, cui mu-
neri cùm vigilanter intenderet, neq;
de ſe augendo curaret, Summus Pon-
tifex cupiebat ipſum præmijs hone-
ſtare: cum verò Quiroga propinquo-
rum precibus victus, Legionenſis
Eccleſiæ Decanatum petijſſet, fertur
reſpondiſſe Pontificem. Exauditur,
qui rogat; & ſic Decanatum conceſ-
ſit, adiunctis duobus opulentis ſa-
cerdotijs.

Tunc temporis ab eodem Philip-
po Rege pro reformatione Regni
Neapolitani deſignatur, vt diligen-
ter inſpiceret, ac ſedulò inquireret,
quomodò res à Proregibus ageretur,
&, ſi quæ ab æquitate deflexerant,
eo vnde defluxerãt, reuocaret: quod
munus per quinquennium haud ſe-
gniter obiuit; & cum Mantuæ Car-
pentanæ vulgo Matriti, præſtiti of-
ficij rationem reddidiſſet, viri tam
prudentis, quàm integerrimi laudem
fuit eximiam conſequutus, & tam
Regij, quàm ſupremi Inquiſitionis
Senatus Auditor efficitur, & loco Du-
cis Francauillenſis, qui tunc Barci-
none Proregem agebat, Italiæ Sena-
tui præficitur. Quibus in rebus cum
non vulgaris ſapientiæ ſpecimen præ-
ſtitiſſet, anno 1571. ad Epiſcopatum
Conchēſem aſſumitur, & à Cardina-
li Eſpinoſa anno ſequēti ſolenni ritu
conſecratur Antiſtes. Anno verò
1573. Supremus Inquiſitor autorita-
te Gregorij XIII. Summi Pontif. de-
legatur, ac primum Inquiſitionis Cō-
cilium apud ſanctum Philippum Au-
guſtinianæ Familiæ cœnobium cele-
brauit Matriti anno 1574. Idem Rex
Philippus ipſum ad ſummum Conci-
lium, quod dicitur *de eſtado*, euexit.
Anno 1577. Archiepiſcopus Toleta-
nus eligitur, & Anno 1578. à Grego-
rio XIII. in Cardinalium Collegium
cooptatur.

Poteſt etiam illius natura perſpici,
quæ tam excellens extitit, vt neque
tantis opibus ac dignitatibus velut
prouiſa oblatis efferri, aut humanita-
tis & modeſtiæ obliuiſci potuerit: ita-
que dignitates potiùs illi oneri & la-
bori fuerunt, quàm ſuperbiæ aut ar-
rogantiæ: in hoc enim omnes animi
vires, ac neruos intendit, vt ſuo mu-
neri ſatisfaceret, non vt ſuperbiendi
materiam ſumeret.

Hoc maximè ad ſui nominis inſi-
gne pertinere arbitratus eſt, acce-
ptam iniuriam minimè perſequi. Imò
apertos aduerſarios Regiæ Maieſta-
ti muneribus augendos præ cæteris
præponebat, & ipſe eos, quibus pote-
rat, honoribus, & beneficijs decora-
bat. In pauperes maximè liberalis
fuit, & illorum inopiam omnibus mo-
dis quibus poterat, ſubleuabat, ac in
eorum ſuſtentationem ingētem pe-
cuniæ vim impendebat, ita vt anno
1585. in Albeolis pro ſumptibus de-
putatis reperiatur nummorum au-
reorum ad ſexaginta millia in pau-
peres diuiſiſſe, atque tantus vir om-
nibus virtutibus adornatus, & his di-

gnitatibus auctus,ſupremi Inquiſitoris Officium (quemadmodum cætera munera) ſumma prudentia & iuſtitia, magna omnium probatione adminiſtrans, obijt Matriti, duodecimo Kalendas Decembris, anno 1594. & in oppido de Madrigal in cœnobio Auguſtinianæ familiæ, quod ipſe ſuis ſumptibus & impenſis exſtruxit, ac redditibus dotauit ampliſsimis, feliciter conquieſcit.

Huic ſucceſsit D. Hieronymus
14 Mariquez Epiſcopus Abulenſis,† qui
antea fuit Inquiſitor Murcenſis, autoritate Clementis VIII. qui poſtridie nonas Maij anni 1595. hoc Officium obiuit, & Kalend. Septembris eiuſdem anni defunctus eſt.

Eius in locum ſuffectus eſt D. Pe-
15 trus Portocarrero,† vir ad omnia ſum
ma natus, qui fauſtis auſpicijs ſupremi Inquiſitoris munus ſuſtinet. Ortus eſt Villanoua del Freſno, antiquæ Luſitaniæ oppido, Patre D. Chriſtophoro Oſorio Portocarrero, à nobili Aſtoricenſis Marchionis, è Villanouę dynaſtæ ſtirpe progenitus: matre verò D. Maria Emanuele, clariſsima Luſitanorum familia procreatus. Hic adoleſcens cum ſtudij cauſa ſeſe Salmanticam contuliſſet (quò totius Hiſpaniæ nobiles confluunt, tanquam ad celeberrimum literarum emporium) ibique non vulgaris prudentiæ, & ingenij ſpecimen præſtitiſſet, ſemel & iterum illius Academiæ habenas moderandas ſuſcepit: Poſtea verò Pincianæ curiæ Regius expeditor creatur. Inde à Rege Philippo II. D.N. ob inſignem prudētiam & iuris peritiam Gallicianæ Curiæ cum ſumma poteſtate præficitur: quod munus per nouem annos ita adminiſtrauit, vt & integerrimi Iudicis, & viri prudentis laudē fuerit eximiam conſecutus. Quare idem Philippus Rex illius nominis fama illectus, ad Pincianæ curiæ reformationem illius opera vſus eſt: in quo munere cum ſeſe præclarè geſsiſſet, ad ſupremū tam Regiū, quàm ſanctæ Inquiſitionis Senatum euocatur, & à Sixto V. Pontifice Maximo ſanctæ Cruciatæ Commiſſarius eligitur, atque ob præclaras animi dotes, & egregiæ virtutis documenta Calagurritanus creatur Antiſtes. Cum verò de mandato eiuſdem Regis Academiæ Complutēſi intenderet, & dilapſos mores eò, vnde difluxerant, reuocaret, & diſciplina ſeueriori firmaret, ad Epiſc. Cordubenſem promouetur, vt cognoſcatur his omnibus dignitatibus functum, tanquam quibuſdam gradibus fuiſſe ad hoc S. Inquiſitionis ſupremum munus euectum. De cuius inſigni prudētia, non vulgari probitati coniuncta, multò præclara in dies ſperare licebit: is enim eſt vir, vt nulla res tanta ſit, tam grauis, tam difficilis, quàm ipſe non poſsit & conſilio regere, & autoritate defendere, & ingenio ac viribus ſuſtinere. Huius ſupremi Inquiſitionis Officij poſſeſsionem adijt ſeptimo Idus Iunij, anno Dom. 1596. in eodem Senatu nactus viros apprimè nobiles, nec minus literis inſignes, quàm eximia prudentia celebrandos.

## *Quo tempore Sarraceni, Iudæique ab Hiſpania expulſi ſint.*
## *CAP. VI.*

### SVMMARIVM.

1 *FRATER Thomas à Turre-cremata Catholicis Regibus perſuaſit, vt Iudæos ab Hiſpania expellerent.*

2 *Iudæi erant plures in Hiſpania, & valdè proficui Regibus.*

3 *Iudæi à Catholicis Regibus plurium piorum hominū conſilio expelluntur.*



4 *Iudæi in diuerſis regionibus Hiſpaniæ ante expulſi, & alijs modis fuerant coerciti.*

5 *Iudæi in Ciuitate Granata quibus conditionibus expulſi ſint.*

6 *Iudæos ab Hiſpania iure potuiſſe expelli, probatur numero 8. & 9.*

7 *Fundamenta pro contraria opinione.*

10 *Iudæorum de la Guardia duo nefanda flagitia eorum expulſioni occaſionem dederunt.*

11 *Iudæi, qui erant in Corona Aragoniæ, eodem tempore expelluntur.*

12 *Iudæorum numerus, qui ab Hiſpania in alias Prouincias tranſmigrarūt.*

13 *Anno 1492. expulſis omnino Iudæis tota Hiſpania exultauit.*

14 *Bajazeti de Iudæorum expulſione iudicium.*

15 *Edictum Catholicorum regum cōtra Iudæos, qui in Hiſpaniam remeabant, locum habere declaratur.*

16 *Rex Granatæ, & cum eo plures Mauri ad Chriſtianam fidem conuertuntur.*

17 *Omnes Mauri in Hiſpania Chriſtianam fidem recipiunt, vel expelluntur.*

QVAMVIS In Hiſpania ſanctæ Inquiſitionis Officio ad optimum felicemque ſtatū redacto, Iudæorum perfidia, atque Apoſtatarum crimina grauiſsimis pœnis vindicarentur, experientia tamē comperiebatur, non in totum tantis incommodis conſultum iri, niſi radix priùs concideret, vnde tot mala producebantur. Cum enim Iudæorum Synagogæ adhuc extarent, aliqui ex Chriſtianis non ſatis firmati, eorum inductione atque frequentia miſerè in il-
1 lorum labebantur errores.† Quibus
adductus ſtrenuus, ac nunquam ſatis laudatus generalis eius temporis Inquiſitor, Fr. Thomas à Turre-cremata; quoniā niſi Iudæorum Synagogæ demolirētur, eorumq; contagioſa cū Chriſtianis cōuerſatio terminaretur, totaq; gēs ab hoc regno exularet, ſatis Chriſtianam Republicam tutam, quietamq; fore nō ſperabat. Id facerent, Catholicis Regibus multis pijſſimiſq; rationibus perſuaſit. Eo tempore Ferdinandus Granatam ceperat, florentiſsimumq; illud Regnum Sarracenorum, ſeu (vt vulgò dicitur) Maurorum tyrannide liberauerat, in quo octingentis annis conſederant. Quamobrem tam magnis atq; prolixis bellorū expeditionibus ærarium Regium exhauſtum erat ſubditorum auxilijs ſubleuādum, ſicq; maximum Reipub. incommodum, & Regi allatura videbatur Iudæorum expulſio,† qui erāt numero propemodùm infiniti, magnaque ex parte locupletes, & magnis vectigalibus in regale commodum onerati.† Quæ tamen
2 incommoda pietati ceſſerunt, religioſiſsimoque Chriſtianæ fidei zelo, Catholici Reges, fratre Thoma à
3 Turre-cremata inſtantiſsimè conten
dente, alijſq; tum literis tum ſanctitate præcipuis viris eodem zelo ſuadentibus moti, rem ad effectum perduxerunt, regaliq; edicto cauerunt, vt vniuerſi Iudæi, qui in Caſtellæ & Legionis Prouincijs eſſent, vel Chriſtianę fidei reconciliarentur, vel Hiſpaniâ egrederentur trimeſtri tempore præſtituto, quo diſceſſuri bona vendere, profectionemque parare poſſent. Iamque † antea Iudæi, qui Bæticam incolebant, in qua magis ex eorum contagione ſerpſerat malum, eam Prouinciam excedere
4 regia autoritate coacti ſunt: in comi-
tijs etiam, quæ non multò antè tempore Ferdinandus Toleti habuerat,

conſtitutũ erat, vt Iudæi ſeorſum ſpecialibus, ſibiq; deſignatis vicis vrbium viuerent, fueratq; eis Chriſtianorum commercio fidei & religionis interdictum, prout diligentiſsimus annotauit Zurita ſuorum Annalium lib. 1. cap. 6. & Gundiſaluus Illeſcas Hiſtoriæ Pontif. lib. 6. cap. 20. §. 2.

Statutum quoq; hiſce temporibus fuerat, vt quemadmodum iam antea à Ioanne II. Caſtellę Rege in loco de Ayllon, S. Vincentij Ferrerij perſuaſu decretum erat, Iudæos ſignatos alijs in modum Aſparum, vt Hiſpanicè dicitur: Sarracenos autem Lunis occidentibus, à Chriſtianis ſecerni, eorumq; omnium vicos, habitationeſq; inductis mœnijs diſtingui, ita vt eorum aditus, ac portæ nocte occluderentur, quò nullus illis noctu ad aliorum vicos ac calles aditus pateret, nec die tamen Chriſtiani Sarracenis, Iudæisve communicarent. Ita enim eo tempore ſatis res videbatur eſſe compoſita vt refert Fr. Ferdinandus Caſtillo lib. 3. Hiſtor. ſui ordinis.

Sed quoniam his omnibus nec S. Inquiſitionis Officij inſtitutione, eiuſque diligenti exercitio obſtantibus, eorum rabies ingraueſcebat, magiſq; quotidie graſſabatur, nec verò ſuis blaſphemijs ordinarijs atq; ſcandalis contenti omnigenis, quibus poterãt, modis Chriſto Saluatori noſtro inſultabant, & (quod omniũ eſt calamitoſiſsimum) ſuis diabolicis argutijs, præmiorũq; pollicitationibus, ac ſæpe pecuniarũ copia, nonnullos Chriſtianorum miſerrimos pertentabant, decipiebant, eoſq; à vero tramite diſcedere, ac peſtiferis ſuis erroribus adhærere curabant, ita vt dæmoniaca calliditate adiuti, non paucos à vera religione in ſuam traducerent cæcitatem, tam calamitoſis miſeriſq; detrimentis vt efficaciùs conſuleretur.

5 In Ciuitate Granata † pridie Kal. Martij anni ſalutis humanę 1492. pragmatica ſanctione lata Iudæi omnes Hiſpania exterminantur, pœnâ mortis, bonorumq; omnium confiſcatione præſcriptâ, ſi vltra tres menſes Hiſpaniam non exijſſent; quo temporis ſpatio, fide regiâ, regaliq; præſidio ſeruarentur, vt liberè poſſent de rebus ſuis diſponere, atq; vendere, ac licitare, vel quà vellent, vel mari vel terra, Hiſpania excedere cum omnibus ſuis bonis vel mercibus, quæ ex pecunijs comparaſſent: pecuniam enim argentum, nec aurum ab Hiſpania exportare poterant; quia id multò antè pro communi vtilitate fuerat ge-
6 nerali lege vetitum. † Quod iure fieri potuiſſe ſcripſit Oldrad. cõſ. 95. & 264. Incipit. Illa videtur probabilior ſententia. Abbas poſt Innoc. in c. quod ſuper his. verſic. vlt. hic quæritur de voto, adſtipulanturq; Innoc. III. verba in c. & ſi Iudæos. de Iudæis, vbi dicitur morte Chriſti eos factos ſeruos. Vnde cùm princeps illos tanquam ſeruos venundare poſsit, poterit vtique ipſos à fortiori expellere. l. 1. & 2. C. ſi ſeruus exporte. Qua ratione poterit etiam princeps eorum bona ſibi vendicare, argumento eorum quæ dicit Archidiac. in. c. qui ſincera 45. diſt. & in. c. fraternitatem. 14. diſtin. Extatque in hanc rem appoſitiſsima Alexãdri III. Epiſtola decretalis, qua probatur, Iudæis qui conuertũtur ad fidem, bona non eſſe auferenda; ergo eis ad fidem non conuerſis bona auferri poſſe à contrario ſenſu argumẽto cõprobatur: quod in iure ne dum validum, ſed fortiſsimum eſſe teſtatur Vlpian. in l. 1. §. huius. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. Bald. & Doctores in. l. conuenticulam. C. de Epiſcopis & Cleric. ſuffragatur etiã text. in c. ſicut de Iudæis: vbi decernitur, eorum bona non eſſe eis auferenda ſine licentia terrenæ poteſtatis: conſequitur



ſequitur igitur Principem hoc facere poſſe.

7 Nec tamen † hoc loco illud iniocundè ſubijciam, quoſdam fuiſſe doctos viros, quibus hoc Catholicorum Regum edictum nõ ſatis probaretur aliquibus rationibus, quarum prima eſt, quia infideles non ſunt cogendi ad fidem, vt tenent Theologi in 4. diſtin. 4. & D. Thomas 3. par. q. 68. artic. 10. & 2. 2. quæſt. 10. artic. Durand. in 4. diſtinct. 4. quæſt. 6. Soto in 4. ſentent. diſt. 5. quæſt. vnica, artic. 10. & in 4. Concilio Toletan. cap. 56. & probatur in c. de Iudæis. 41. diſtin. Anton. Corſett. de poteſt. Regia, p. vltima num. 10. 13. & 14. Caietanus in 2. 2. q. 10. art. 12. inquit, quod eſt infamia fidei noſtræ, ſi infidelium filij violẽter trahantur ad fidem, & Suarez in 3. par. Diui Thomæ diſput. 25. tom. 2. ſeſſ. 3. §. Nihilominus. in princip. maior ergo videtur eſſe infamia, ſi violenter trahantur patres adulti: hæc namq; violentia videtur nocere Eccleſiæ, quia baptizati inuitè non recipiunt Sacramẽtum, nec characterem baptiſmalem, ſed remanent infideles occulti, nec vllum verè recipiunt ſacramentum. Tum ſi ordinarentur, eſſent presbyteri non ordinati miniſtrantes, vt habetur in toto titulo de presbyteris non ordinat. miniſtran. Suadetur prætereà alia ratione tale edictum non debuiſſe promulgari, quia illud pertinere videbatur ad Iudæorum annihilationem, quod eſſet contra Scripturam ſacram; quâ prohibetur Iudæos occidi, ſed conſeruari ad retinendam memoriam violentiæ mortis Chriſti, Pſal. 58. ibi: Deus meus ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei, quod etiam habetur in 4. Concilio Toletan. c. 59. & in capit. Iudæorum 28. q. 1. Confirmatur inſuper ex facto Regis Siſebuti, qui anno Domini 616. ſimile edictum promulgauit, quo Iudæos omnes, qui in Hiſpania degerent, ſacrum baptiſma ſuſcipere coegit. Simile etiã fuit Dagoberti Franc. Regis edictum, quo ſub capitis pœna Iudæos omnes ſacrâ vndâ ablui, expiarique coegit, vt refert Stephanus Garibai in compendio Hiſtor. Hiſpan. par. 1. libr. 8. cap. 28. Rodericus Archiepiſcopus Toletan. in Hiſtor. de rebus Hiſpan. lib. 2. cap. 17. Quorum ſanè Regum zelus, non factum à Theologis probatur, vt patet ex Dominico Soto, & alijs in 4. ſentent. diſtinct. 5. quæſtio. art. 10. ex Roderico etiam in loco ſuperiùs allegato.

8 Quibus omnibus † parum aut nihil vrgentib. nihilo ſecius tale edictum pium, iuridicum, atque laudabile eſt iudicandum, cum in eo non interceſſerit violẽtia abſoluta, quæ tollit libertatem actus, ſed fuit conditionalis, cum poſſent edicto non obtemperare, Hiſpaniam egredientes, & qui conſenſerunt voluntariè conſenſiſſe dicuntur, quia talis voluntas ſic coacta, voluntas eſt. l. ſi mulier. §. ſi metu. ff. quod metus cau. c. maiores. §. fi. de baptiſ. & ibi Abb. c. merito. 15. q. 1. & c. Diſplicet. 23. q. 4. Vnde qui voluntate coacta, & cõditionali ſuſceperunt baptiſma, verè ſunt baptizati, vt ait Gabriel Biel in 4. ſenten. diſtin. 4. q. 2. ar. 2. & D. Antoninus in Summa 2. p. tit. 12. cap. 2. §. 4. Nam (vt ait Gregorius Papa) licet aliqui coacti veniãt ad fidem, & intrinſecus non ſint Chriſtiani, & ſic non lucremur eos, tamen lucramur illorum filios qui infantili ætate baptizati, & inter Chriſtianos enutriti Chriſtianam fidem conſeruabunt.

9 Iure etiam videbantur † perfidi expellendi, ne illorum perfidia Beticis Iudæis nuper ad fidem conuerſis exitioſa eſſet, qui ſi cum illis cohabitaſſent, illorum exemplo ad Iudai-

eam ſuperſtitionem facilè redijſſent,
iuxta doctrinam Pauli 2.ad Corint.6.
Nolite iugum ducere cum infideli-
bus; quæ enim participatio iuſtitiæ
cum iniquitate? aut ſocietas luci ad
tenebras? quæ autem conuentio
Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideliũ
cum infideli? qui autem conſenſus
templi Dei cum idolis, &c. Sũt enim
ipſi Iudęi aptiores ad ſubuertendum.
Et probatur ex gloſ.28.q.1.§. verum.
& gloſ.31.q.1.§.hac itaque. Vnde ac-
cidiſſe potuit, vt ex Iudęis, qui ex cõ-
cionibus D.Vincentij Ferrerij ad fi-
dem conuerſi erant plures ad ritus
Iudaicos redijſſent, quia cum perfidis
Iudæis cohabitabant; facta enim dili-
genti inquiſitione, inuenti ſunt de-
cem & ſeptem millia Apoſtatarum.
Illorum verò bona iure proſcribi ac
confiſcari potuerunt, quæ fuerãt per
vſuras acquiſita, & per iniuriam à
Chriſtianis extorta. Nam hæc licitè
retineri non poſſunt, ſed eis, à quibus
fuerint ſubtracta, reſtituẽda cenſen-
tur. Vnde iure compenſationis, & in
pœnam delictorum confiſcata ſunt.
Enimuerò Iudęi propter culpam ſunt
ſerui in perpetuum, quemadmodum
præter Innoc. verba in id ſuperiùs in-
ducta, docent. Etiam Caietanus, &
Durand. & expreſſe Angel. verb.
[baptiſmus] 3.num.11. in Summa.
Ideoq; domini poſſent tollere res il-
lorum, ſeruato eis victu, vnde ſe alãt,
niſi hoc expreſsè legibus eſſet prohi-
bitum, vt ait D.Thom.2.2.q.10.artic.
10.11.& 12.& 3.p.q.68.art.10.ad 2.
& quolibeto.2.q.7.ad 3.& opuſcu.21.
in principio. Hæc obiter ac perfun-
ctoriè de illius Catholicorum Regum
edicti pietate, irreprehenſibili iuſti-
tia ac ſanctitate, à propoſito noſtro
paulùlum diuerſi, contra iniquos, ſi
qui fuerint, eius æſtimatores adno-
taſſe libuit. Nũc ad illud reuertamur.
Huic igitur edicto, conſtituendo in-
ter plura alia occaſionem non par-
uam dediſſe potuit illud, quod non
multò antè acciderat, non vulgare
10 miraculum. Cum Iudæi † cuiuſdam
Pagi (quod vulgò de la Guardia appel
latur) Sãctiſsimum Euchariſtiæ ſacra-
mentũ pretio comparaſsẽt, cum illud
impij illi enixè conati eſſent labefa-
ctare, tamen nullatenus potuerunt,
quod adhuc in Abulen. atq; in regali
cœnobio S.Thomæ aſſeruatur: aliud-
que accidit fama non obſcurum de
innocente, quem eius Pagi perditiſsi-
mi perfidiq; Iudæi Cruci in contem-
ptum Ieſu Chriſti Redemptoris no-
ſtri fixerunt; quæ quidem duo mira-
cula illis temporibus recentia incre-
dibilem Catholicorum Regum pie-
tatem mouere potuerunt, & debue-
runt, vt quàm citiſsimè de expulſio-
ne Iudæorum deliberarent.

Hoc edictum incredibilem eorum
animis terrorem attulit; ſed nec illud
ipſis minùs moleſtum ac graue acci-
dit, quod clariſsimus Inquiſitor Tho-
mas à Turre-cremata in Toletana
Vrbe, atque Diœceſi contra illorum
impietatem promulgauit, quo gra-
uiſsimis cenſuris ac anathematibus
edixit, ne Chriſtianorum quiſpiam
nouem diebus (quem illis terminum
pręfixit) emenſis, Iudęis communica-
ret, vel eis victui neceſſaria ſuppedi-
taret.

11 Eodem tempore † Iudæi, qui in
Cathalonia, Aragonia, Valentia, & Si-
cilia erant, expellũtur. Quoniam au-
tem in dictis prouincijs (Sicilia exce-
pta) communia priuataq; eorum bo-
na tam Regi, & Eccleſijs, quàm
alijs hypothecæ iure erant ſuppoſita,
ac etiam obligata, ne eorum credito-
res ſuo iure fraudarentur, terminus
dictus eſt peremptorius, in quo iudi-
ces ſummariè cuiq; ius ſuum petenti
redderent, maximaq; diligentia cau-
ſas expedirent, vt intra trimeſtre il-
lud Iudæis præfixum omnia ſua com-
ponerent. Proterui igitur ac perfidi
Iudæi, ſedibus relictis, qui primi om-
nium Caſtellæ exceſſere, circiter Ka-
lendas Auguſti anni prædicti, Luſita-
niam illius Regis (vt quidam aiunt)
permiſſu ingreſsi ſunt, eoq; (vt qui-
dam aſſerunt) octingenta millia con-
ceſſerunt, tranſmeantes alij Maliaca,
ſiue Beneuento Sentica, vulgò [Za-
mora, alij Mirobrega] vulgò [*Ciudad
Rodrigo*] Valentia Norbæ Cæſareæ, ſi-
ue Valentia de Alcantara, Alij Pacis
Auguſtæ, hodie Badajoz.

Hi autem, qui ex Iudaica gente
eam partem Caſtellę, quam veterem
appellant, & Riojam incolebant, Re-
gnum Nauarræ ingreſsi ſunt. Qui ve-
rò in confinibus Cantabriæ, Mõtium
radices occupabãt, Lareti naues cõ-
ſcendũt. Ex Prouincijs autem Gallæ-
cię, Toleti, Murcię, & ex vlteriori Hi-
ſpania, numero propemodum infini-
ti Gades ac S. Mariæ (ſeu vt antiqui
appellabant) Iunonis portum cepe-
rant, Africam transfretaturi, eaq; na-
uigatio Regna de Tremezen, & de
Fez, quæ incolunt Sarraceni, Iudæis
compleuit: complures Græciam, Ro-
maniam, Aſiam, alij Conſtantinopo-
lim, Soloniquem, Theſſalonicã, Cai-
rum, ſeu Babyloniam, in aliaſq; Turca
rum ditiones diſcedebant. Qui naues
conſcendebant, Regio Fiſco per ſin-
gula capita duos nummos aureos vl-
tro inferebant, eo ſignificantes ma-
gnam euadere tyrannidem ac perſe-
cutionem. Ex ijs igitur, qui Hiſpania
exceſſerunt, quidam in Italia, & Ger-
mania, alij in Gallia ſedes fixerunt,
quamplures in itinere in piratarum,
vel graſſatorum inſidias cum incidiſ-
ſent, vitam, vel ſaltem bona omnia
amiſère; alij, qui mari ſe commiſerant
peſte, fame, alij miſerrimè perierunt;
alij tandem ventorum vi in eos, vn-
de ſoluerant, alioſue Hiſpaniæ portus
repulſi fuerunt. Horum perfidia diui-
næ miſericordiæ cedẽte, ferè omnes
baptizati ſunt, quemadmodum Hie-
ronymus Zurita lib.1.ſuorum Annal.
12 capit.6.teſtatur. Iudæorum igitur, †
qui ab hiſce Regnis in alias prouin-
cias amandati ſunt, centum ſupra ſe-
ptuaginta millia, vt quidam referunt,
vel ex aliorum ſententia, ſuprà qua-
dringenta millia fuerunt, tantaq; ma-
la in expulſione hac paſsi ſunt, vt illa
Titi & Veſpaſiani tempora quibus in
omnes mundi angulos, magna priùs
edita ſtrage, diſperſi ſunt, eis reinci-
diſſe viderentur. Huius calamitatis
Ioannes Picus Mirandulę Comes lib.
5. aduerſus Aſtrologos, eleganter me
minit his verbis.

[Non minoribus verè poſt ea tem-
pora calamitatibus gens Hebręorum
obruta eſt, quàm aut ſub Tito aut ſub
Adriano pulſis nuper Iudęis omnibus
ex tota Hiſpania à Chriſtianiſsimo il-
lo Rege, nunquam certè ſatis laudato
vbi & numero, & diuitijs, & autorita-
te plurimùm poterant, qua eiectione
nihil vnquã ferè vel triſtius, vel acer
bius paſſos ipſi ſe non diffiterẽtur, ita
multi naufragio, peſtilẽtia quamplu-
rimi, fame maxima pars eorũ abſum-
pti: vt nobis etiam Chriſtianis in tan-
ta calamitate (in qua diuinæ iuſtitiæ
gloria delectabat) homines tamen ex
trema adeo patientes commiſeratio-
nem facerẽt] & ſatiùs Bernard. Diez
de Lugo in pract. Canon. & ibidem
Ignat. Lopez de Salzedo.c.23. nu. 8.
pag. 71. Frater Ferdinandus Caſtillo
lib.3.Hiſto.ſui ordinis cap.41.ſcripſit,
quoſdam illius temporis ſcriptores li-
teris prodijſſe centum & viginti qua-
tuor familias Iudæorum, ſicque ſupra
ſexcenta eorum capita, fuiſſe expul-
ſa. Illeſcas verò lib. 6. Hiſtor. Pontif.
cap.20.§.2. quatuor & viginti parum
plùs expulſorum Iudæorum familias
13 narrat. † Id quicquid ſit, maximam

verò & incredibilẽ voluptatem Ca-
tholicis Regibus, tum etiam omnibus
attulit Iudęorum expulſio vniuerſaq́;
Hiſpania tanta liberata peſte geſtie-
bat, ac etiam congratulabatur anno
humanæ ſalutis 1492. Illeſcas vbi ſu-
14 prà commemorat, Turcarum † eius
ſæculi Tyrannum Baiazetem, cùm ex
Iudæorum, qui in eas partes cõceſſe-
rant, vectigalibus, magnum com-
modum conſequeretur, dixiſſe Ca-
tholicorum Regum prudentiam, &
in gerendis rebus admirandum iudi-
cium pleriſq́; collaudantibus: neſcio
(inquit) quo pacto adduci poſsim, vt
credam eos Reges ſapientes eſſe, qui
ingentis vtilitatis mancipia ſuo Re-
gno expulerint. Quod Hercle lauda-
bilem Religioſiſsimorũ Regum pie-
tatem, ac zelũ nobis cõmendat, qui
præmiũ æternum, quod ex eo facino
re expectabãt, temporali commodo,
eo præſertim tempore prætulerunt,
quo maxima inopia laborabant. Ex
Iudæorũ illorum numero non pauci
huius ſoli amœnitate illecti in Hiſpa-
niam remeabant, aſſerebantq́; exte-
ros eſſe ac peregrinos, ne in edictum
15 incidiſſe viderentur. † Igitur, ne rur-
ſus illa gente hæc regna inficerẽtur,
ann. Dom. 1499. qui erat annus ſepti
mus poſt edictũ, pragmatica Sanctio-
ne declaratum fuit, vt eos quoq; com
prehenderet Iudæos aliarum regio-
num, qui in Hiſpaniam veniſſent, li-
cet cõuerſionis cauſam ſimularẽt, ſin
autem Iudæus aliquis cuperet religio
nis Chriſtianę cauſa in Hiſpaniam re-
meare, id ſine regia licentia non poſ-
ſet, tenereturq́; in primo poſt ingreſ-
ſum pago ſub eiſdem pœnis baptiza-
16 ri. Verum† cum hæc clariſsima geſta
Catholicorum Regum gloriam non
complerent, illud quoq; Chriſtianiſ-
ſima ſolitudine effecerunt, vt Rex
Chiquitus Sarracenus cum eius pro-
le, compluresq́; alij Almariæ (quæ ei
ciuitas regis liberalitate permiſſa
erat) Chriſtianam religionem recipe-
rent, baptiſmaliq́; vnda abluerentur,
quibus anno 1502. omnium, qui in
Caſtella ac Legione erant Sarraceni,
conuerſio maturata eſt, atq; feliciter
expedita. Sanè Sarraceni illi qui poſt
occupatum Granatæ Regnum in illo
vagabantur, regali cura iam antea ex
maiore Chriſti fidem ſua ſponte re-
ceperant; ſed quia nonnulli in Maho-
metica ſecta adhuc volutabãtur, qui
ea incolebant loca circa Bethim, quę
vulgò [Mudejares] appellabãtur, eo-
rumq́; contagione alij non multùm
in religione firmati ad ſuos relabãtur
errores, expedire Regibus viſum eſt
vt eſſet in Hiſpania nullus non Chri-
17 ſtianus. † Regali porrò cautum eſt
Sanctione, vt quicumq; in Caſtellæ
Bęticæ, Legioniſq́; prouincijs Sarrace
nus eſſet, ſub ſeruitutis pœna intrà
tres Martij, Aprilis, & Maij mẽſes vel
Hiſpania excederet, vel Chriſtiano-
rum fidem amplexaretur; miſsiq́; ſunt
plures cõcionatores, qui ad Chriſtia-
nam religionem pijs habitis concio-
nibus pellicerent, ac etiam hortaren-
tur: quo factum eſt, vt plures baptiſ-
mum ſponte ſuſceperint. Alij, qui in
ſua infidelitate permanſerant, expel-
lerentur: quamuis Laurentius à Ca-
rauajal in ſuis Annalib. falſò ſcripſerit,
eos qui conuerſi non eſſent coactos
fuiſſe in Hiſpania remanere; quod
maximum eſt commentum, & à rei
veritate longè alienum, vt annotauit
Zurita Anna. lib. 4. cap. 54. Mauri Hi-
ſpania eiecti fuerunt anno 1502. His
tam pręclarè ac glorioſè geſtis Catho
lici Reges Herculeo conflictu duo
illa mundi monſtra atq; portenta, Iu-
dæos, vulpeculas (inquam) illas, quæ
vineam Domini demoliebantur, ac
Mauros, religionis Chriſtianæ infe-
ſtiſsimos hoſtes immortali gloria
ſuperarunt, eiecerunt, & extirparunt,
fidemq́;



fidemq́; Catholicam tot ſordibus, er-
roribuſq́; implicitam, quam in baptiſ-
mate accepimus terſam ac limpidiſ-
ſimam effecerunt.

## *De ſacra Inquiſitione Toletana.*
## CAP. VII.

### SVMMARIVM.

1 *Toleti ciuitatis Hiſpan. deſcriptio.*
2 *Inquiſitio Toletana prius in Ci-
uitate Regia fuit inſtituta.*
3 *Inquiſitio Toleti quo anno translata.*
4 *Inquiſitio quoties Toleti mutauit ſitum.*
5 *Quot annos in ciuitate regia perdurauit*
6 *Inquiſitionis Ciuitatis Regiæ fructus.*
7 *Inquiſitionis Toletanæ fructus.*
8 *Inquiſitorum Toletanæ Inquiſitionis
nomenclatura.*
9 *Officialium Toletanæ Inquiſitionis ca-
talogus.*

IN medio ferè to-
tius Hiſpaniæ, & in
ea prouincia, quæ
olim Luſitania vo-
1 cabatur, Toletum †
Vrbs Imperatoria,
quondã Ciuitas Re-
gia nuncupata, ſita eſt, in edito atq;
aſpero loco, ambulatuq́; difficili ex-
ſtructa, de cuius conditore alij alia
ſentiunt, quæ neq; affirmare hoc lo-
co, neq; refellere in animo eſt. Vrbem
autem eſſe antiquiſsimam, apud om-
nes in confeſſo eſt: eius Plinius, &
alij Autores meminerunt. In primis
apud Titum Liuium lib. 5. Decadis
4. anno cẽteſimo nonageſimo primo
ante Chriſti Redẽptoris noſtri Incar
nationem, Toleti mẽtio reperitur in
hæc verba: [Toletũ parua vrbs, ſed lo
co munita.] Et quidem apud idoneos
autores antiquiorem Toleti mentio-
nem nõ reperies, quod indicium eſt,
multa ex ijs, quæ de eius fundatione
afferuntur, friuola planè & commen-
titia eſſe. Extat hodie antiquitatis ar-
gumentũ extra muros: ad partẽ enim
Septẽtrionalem magnũ priſcis tem-
poribus theatrũ erat, quod etiam ho-
die, etſi dirutũ, & quaſi complanatum
eſt, eius tamen forma cernitur:
qua Romani vſi ſunt in amphithea-
tris. Tota ferè vrbs Tago, amœniſ-
ſimo flumine cingitur. Septentriona-
li verò parte, qua non alluitur, muris
& propugnaculis firmiſsimis aduerſus
hoſtium incurſus munitiſsima. Ædifi-
cia publica & priuata, Regiarũ inſtar,
magno numero ciuitatem illuſtrat; prę
cipuè tamen Arx regia, quæ firmiſsi-
mo, & pulcherrimo opere, formoſaq́;
illa machina, quæ ſingulari artificio
ex flumine in altiſsimã arcem aquam
euehit, pro miraculo cernẽtibus eſt.
Ciuitas omnis in tribus tres & vigin
ti diſtribuitur, quas maximè nobilitat
& exornat tẽplum maximum ędificij
pulchritudine, & maieſtate Sacerdo-
tum, & miniſtrorum multitudine: ſu-
pra quingentos enim recẽſet, atq; di
tiſsimis ornamentis cætera vniuerſæ
Hiſpaniæ facilè cedũt. Huius templi
Antiſtes ſecũdus eſt à Rege, & Hiſpa
niarũ primas, non dignitate ſolùm, &
autoritate, ſed etiam redditibus, &
potentia; annui enim aurei trecento-
rum millium ſummam excedunt, Sa-
cerdotia alia numero & prouẽtu pro
portione reſpõdent. Quid dicam de
ſacro ærario, & Sanctorum reliquijs,
quæ in eo ſunt admirabiles? quid de
ſacellis, & altaribus huius templi or-
natiſsimis? quid de vaſis aureis &
argenteis ſummo artificio elabora-
tis? quid de veſtimentis, & ſacris au-
ro ſericoque intextis, quibus diuina
officia ſummo apparatu, & magnifi-
centia celebrantur? Singula referre
quid attinet in tãta copia & varieta-
te? Agri vbertas inclytã reddit vrbẽ,
& rerum omnium, quæ ad vitã pro-
pagandam neceſſaria ſunt, affluentiſ-
ſimam: nitor cultuſq́; ciuium præci-
puè: plurimorum enim & illuſtrium

virorum genere literis, & bellica glo
ria florentium ſplendore decoratur.
Erat annis proximis ſuperioribus mer
cium omnium, quę vndiq; huc aſpor-
tantur, celebre emporium, nūc com-
mercia magna ex parte diminuta.
Deniq; maximo eſt ornamento inſi-
gnis Academia, ex qua plurimi viri
omni genere eruditionis exculti pro-
dierūt. Reliqua legat, qui volet, apud
autores qui de his fuſius ſcripſerunt,
& in ſpecie Lucium Marinæum Sicu-
lum, de rebus Hiſpaniæ lib.2. titul. de
Luſitaniæ prouincia. fol.8. & 9.

2 His ergo † perpenſis adducti fue-
runt Catholici Reges Ferdinandus
& Eliſabetha, vt S. Inquiſitionis tribu
nal, quod mēſe Aprili ann. Dom. 1483
in Ciuitate Regia collocarant, Tole-
3 tum transferrent; mēſe enim Maio †
anni à Chriſto nato 1485. trāſlata eſt
Inquiſitio Toletum cum literis com-
mēdatitijs Catholicorum Regum ad
ciues Toletanos, vt ad omnia, quæ In
quiſitioni opus eſſent, fauorem &
4 auxilium præſtarent. Principio † tri-
bunali deſignata fuit domus, quam
habitant moniales S. Ioannis [vulgò
de la Penitentia] appellati. Poſteà lo-
catum fuit è regione cœnobij S. Vr-
ſulæ, in ędibus quę Regiæ Curiæ car-
cer fuerunt. Deinde trāſlatum in fo-
rum, quod eſt ad templum D. Marci,
in ædes, quas paulò pòſt Archidiaco-
nus Segobienſis coemit: vnde etiam
hoc tempore forum Archidiaconi
nuncupatur. Tandem anno 1530. po-
ſitum fuit iuxta S. Vincentij Eccleſiā,
vbi nunc eſt. Vberes fructus Eccleſię
Catholicæ Toletana reddidit Inqui-
ſitio, ſicut & reliquæ Hiſpaniarum,
non ſolùm Toleti, vbi multis ab hinc
annis ſita fuit, ſed etiam in Ciuitate
5 Regia, † vbi duos durauit annos. In
6 prædicta † enim Ciuitate Regia quin-
quaginta duo hæretici in erroribus
pertinaces, flammis fuère addicti, qui
ſua pernicie non contenti, alios in er-
rores inducebant: bis centum, & vi-
ginti abſentes damnati, centū octo-
ginta tres ex erroribus, & hæreſibus,
quibus erant infecti, Inquiſitorum
ſtudio & diligentia, ad fidei Catholi-
cæ veritatem reducti. Fungebantur
eo tempore Inquiſitorum Officio Li-
centiatus Petrus Diaz Coſtana, & D.
Franciſcus Sanctius à Fonte, qui pri-
mi & fuerunt Toleti Inquiſitores.

7 Ex his, † quę tam breui tempore in
Ciuitate Regia acta ſunt, conijcere
poſſumus, quantum tot annis Tole-
tana Inquiſitio Eccleſię Catholicę in
ſeruierit; longum eſſet recēſere, quos
ab erroribus euocauerit, quos puni-
uerit. Breuitatis ergò ſolum de qua-
tuor famoſis Hæreſiarchis mentio-
nem faciam, qui niſi comprehenſi,
& vita mulctati fuiſſent, dubium non
eſt, quin plurimos breui ſuis errori-
bus, & hæreſibus infeciſsēt. Sigiſmū-
dus Aiquer, doctor in vtroque iure
Aduocatus Fiſcalis Regij ſenatus Ara
goniæ, natione Sardus, Hæreſiarcha.
Gelaſius Dus, Belgicus, manicarum
opifex, qui Ocaniam inhabitabat,
hæreſiarcha. Doctor Hugo Celſus, Iu-
riſperitus, natione Gallus, hæreſiar-
cha. Franciſcus Rol ex ordine N. & in
ea Hiſpanię prouincia natus, quæ ho-
die Eſtremadura dicitur, Lutheranus
hæreſiarcha. Hos hęreſis criminis cō-
uictos S. Inquiſitio flammis addixit,
ne malum ſerperet: reliqua commu-
nia ſunt, ideo miſſa facio. Reſtat Ca-
talogus Inquiſitorum, quem adiun-
gere, operæpretium duximus.

Licētiatus Petr. Diaz Coſtana, Theo
logus, Canonicus Burgēſis, qui poſtea
Canonicus, & Decanus Toletanus
factus, in munere Inquiſitoris obijt. Se
pultus fuit in dicta Ciuitate Toleta-
na, in Eccleſia S. Eugenij: fuerat col-
lega in inſigni Collegio Salmāticen-
ſi S. Bartholomæi.

Doctor



D. Franciſcus Sanctius à Fonte, ex
Collegio Salmanticenſi S. Bartholo-
mæi eductus, vt Vicarij Generalis Za
morēſis munus obiret, Portionarius
Hiſpalenſis Eccleſiæ factus, poſt dum
Inquiſitionis Officio fungitur, Deca-
nus Toletanus creatur, mortuo Col-
lega Licentiato Petro Diaz Inquiſito
re & Decano Toletano, vt diximus.
Fuit etiā vnus ex auditoribus Inqui-
ſitionis generalis, qui eo tempore In-
quiſitores Generales appellabantur.
Expugnata verò Granatenſi vrbe, &
Archiepiſcopali Eccleſiâ erectâ, il-
lius Decan. fuit creatus, & paulò pòſt
Epiſcopus Abulenſis, & vltimò Cor-
dubenſis, vbi morbo fuit abſumptus.

D. Vaſcus Ramirez Ribera, Archi-
diaconus Talaueræ, & Canonicus To
letanus, vnà cum duobus prædictis
Inquiſitoris Officium exercuit, crea-
tus Epiſcop. Laurięſis, ſepultus in cœ-
nobio Regio Toletano S. Dominici.

D. Alphonſus Suarez Fuente Cātor
fuit Inquiſitor inſtitutus anno 1489.
pòſt, conſilio ſupremo Inquiſitionis
adſcriptus, deinde ad Mōdoneti Epi-
ſcopatū promotus, Lucenſis Antiſtes
paulò pòſt, & Bullæ Cruciatæ genera
lis commiſſarius; Epiſcop. poſtea Ma-
lacenſis electus, ante Bullarum expe-
ditionem Giennenſis Epiſc. fit. Tan-
dem conſilij Supremi Caſtellæ Præ-
ſes fuit creatus regnante Philippo
huius nominis primo, qui vitā functo,
curiæ valedicens, ad Eccleſiam ſuam
ſe reuocauit, vbi ſenectute confectus
inijt extremam viam, ſeptimo die
Octobris, ann. 1519. Conditur tumu-
lo in illius Eccleſiæ ſacello maximo,
quod ipſe à fundamentis erexit.

Didacus Paez à Villamuriel Bacca-
laureus, ex Collegio Salmanticenſi S.
Bartholomæi creatus auditor cauſa-
rum in Valliſoletano Prætorio, vxo-
rem duxit, ex qua filios legitimos ſu-
ſcepit: mortua coniuge, ſacris initia-
tus ad Mondoneti Epiſcop. euehi-
tur, & Granatēſis Prætorij inſtituitur
Præſes. Sepultus eſt in oppido Villa-
muriel Diœceſis Legionenſis in ſa-
cello à ſe annuo vectigali dotato.

Ferdinandus Rodriguez Varco na-
tus, Regis Sacerdos, Canonicus Gra-
naten. & primus huius Toletanæ In-
quiſitionis Fiſcalis, deinde Inquiſitor
fuit ann. 1492. & Canonicus Toletan.
Nunius Villalobos Inquiſitor creatus
anno 1493.

Licentiatus Monaſterio Inquiſitor
creatus eodem anno.

Licentiatus Ferdinandus Mazue-
cos ann. 1497. Inquiſitor fuit ex Ar-
chiepiſc. Toletani ſenatu, pòſt Cano-
nicus Doctoralis Eccleſiæ Toletanæ,
& ſupremi Inquiſitionis Prætorij Au-
ditor. Migrauit è vita Cæſarauguſtæ,
ann. 1522. quo tēpore ibi aderat Car-
dinalis Adrian. Sūmus Pontif. electus.

Licentiatus Ioannes Palacios In-
quiſitor fuit anno Domini 1508.

Rodericus Azeuedo, Baccalau-
reus, Toletan. Canonicus, Inquiſitor
ann. 1505.

Licentiatus Nebreda ex Collegio
inſigni Valliſoletano ſanctæ Crucis
viſitauit Toletanam Inquiſitionem,
& in locum Inquiſitoris antiquioris
amoti fuit ſuffectus.

Licentiatus Alphonſus Eſcudero
Inquiſitor fuit anno 1510. ipſe ſe ab-
dicauit officio, vt Abulenſi Epiſcopo
inſeruiret Prouiſoris officio, paulò
pòſt Canonicus Abulēſis fuit creatus

Licentiatus Alphonſus Arariana,
Canonicus Toletanus & ſancti Vin-
centij Abbas, fuit Inquiſitor anno
1510. antea Prouiſor in Epiſcopatu
Pacis Auguſtæ, vulgò *Badajoz*, & in
Carthaginenſi ac Segobienſi aliquot
annos Inquiſitoris munus exercuit,
poſtea officio priuatur, & rurſus ann.
1522. in priſtinum ſtatum cum Priori
antiquitate reſtituitur ann. 1527. Se-

nectute

nectute, & infirmâ valetudine cõfectus,ad priuatos parietes ſpõte redijt. Sepultus iacet in antiquiorum Regum Sacello templi Toletani.

Licentiatus Ochoa à Villanoua Inquiſitor fuit ann. 1512. Obijt Cuculluti,dum Toletanam Prouinciam luſtrabat.

Licentiatus Fracíſcus Herrera, Salmanticenſis Collegij D.Bartholomęi collega,Vicarius & Cenſor almæ Eccleſiæ Complutenſis,pòſt Inquiſitor, & Vicarius Generalis, deinde ſupremo Inquiſitionis Senatui adſcribitur. Tandem creatus Præſes Granatenſis Prætorij,& Archiepiſcopus.

Licentiatus Sanctius Velez,collega inſignis Collegij Valliſoletani,Inquiſitor fuit ab ann. 1515. vſq; ad ann. 1523 fuit etiam Prouiſor, & Canonicus Murcianus. Migrauit è vita Murciæ.

Licentiatus Ioann. Mendoça,Collegij S. Bartholomæi alumnus, ſe ipſum Inquiſitoris Officio abdicauit,& ſponſalia contraxit. Infantatus Duci à conſilio erat, cùm nondum matrimonio inito,finem viuendi fecit.

Licentiatus Alphonſus Mexia,Inquiſitor fuit ann. 1521. Toletanus Canonicus, & Viſitator Salmanticenſis Academiæ,anno 1528.

Licentiatus Antonius Gonzales, natione Gallus,Inquiſitor fuit. Huic conceſſum fuit vt officio cederet, & ad dignitatem Eccleſiæ Almeriæ,ſeu Gaudixij promotus fuit.

Licentiatus Balthaſar Caſtro Inquiſitor fuit anno 1527.

Licentiatus Ioannes Alphonſus à Naua fuit Inquiſitor anno 1527. Prius Inquiſitor Giennen. fuerat. Obijt Toleti: cauſa mortis (vt aiunt) fuere prunæ accenſę in cubiculo noctu relictę.

Licentiatus Ioann. Yañez,collega Salmanticenſis S.Bartholomæi, creatus fidei cenſor Toletanus ann. 1529. prius Inquiſitor fuerat Cõchenſis & Murcianus;necnon Granatenſis. Laborauit in hoc campo ad ann. 1544. quo ad Calagurritanam ſedem fuit euectus. Obijt Logronij in vigilia Natalis Domini eiuſdem anni. Sepultus eſt in eadem vrbe in æde Beatæ Mariæ Virginis.

Doctor Petrus Vaguer,collega Salmanticenſis S. Saluatoris, fuit factus Toletanus Inquiſitor anno 1532. pòſt Aragoniæ Regens, & tandem ad Algarenſem Epiſcopatum Sardinię fuit promotus.

Doctor Didacus Giron Loaiſa Inquiſitor fuit anno 1535. priùs Molinæ Archidiaconus,Toleti obijt.

Licentiatus Franciſcus Tello Sandoual,collega Salmanticenſis S. Bartholomæi, & Canonicus Doctoralis Hiſpalenſis Eccleſiæ, præpoſitus fuit huic Inquiſitioni anno. 1541. Hinc miſſus ad Mexicanum Regnum viſitandum iuſſu Senatus Indiarum, vbi fuit commoratus ad ann. 1557. quo factus Pręſes Granatenſis Prætorij in Hiſpanias remeauit anno 1560. Inſtitutus fuit Valliſoletani Prætorij Præſes, pòſt Senatus Indiarum, deinde Epiſcopus Oxomenſis: tandem Placentinus Epiſcopus obijt.

Licẽtiatus Beltranus Gueuara,Canonicus Canarienſis,& Mondonetanus, Inquiſitor fuit ab anno 1543. ad 1547. quo finem viuendi fecit.

Licentiatus Chriſtoph. Ferdinãdus Valtodano, Collegij Salmanticenſis S.Bartholomæi alumnus, Inquiſitor inſtitutus fuit anno 1543. menſe Decemb. & ann. 1546. Canonicatũ Doctoralis Eccleſiæ Pacis Auguſtæ obtinuit: anno deinde 1554. in Inquiſitionis ſupremum Senatum promotus;& anno 1561. ad Epiſcopatum Palentinum euectus. Denique ad Archiepiſcopatum Compoſtellanum.

D. Alphonſus Perez,Collegij Valliſoletani S. Crucis collega, & Tole-

tanæ



tanę Diœceſis moderator,viſitator in Matriti diſtrictu. Pòſt Cordubenſis Inquiſitor,Granatenſis Prouiſor,Fiſcalis ſupremæ Inquiſitionis,fidei cenſor Conchenſis,Valentinus, deinde Toletanus ab anno 1548. vſque ad 1552. quo anno migrauit è vita.

Licentiatus Franciſcus Horozco, Fiſcalis Inquiſitionis Corduben. pòſt Canonicus Murcianus,& fidei quęſitor Toletanus ab anno 1552. ad annũ 1555. quo factus fuit Siciliæ Inquiſitor,& paulò pòſt Archiepiſcopus Panormitanus.

Licentiatus Didacus Reinoſus,Canonicus Palentinus, & Portionarius Caurienſis,vbi etiam Prouiſoris munere functus fuit, donec anno 1555. Inquiſitor Toletanus fuit electus. Exceſsit è vita Toleti, anno 1557.

Licẽtiatus D.Didacus Ramirez, Legionẽſis Canonicus, & Theſaurarius Tudẽſis,Inquiſitoris muneri fuit præfectus ann. 1555. & paulò pòſt Canonicus Toletanus factus, vbi doctoris laureâ fuit inſignitus. Deinde anno 1561. ad Pampilonenſem Epiſcopatum fuit aſſumptus.

Doctor Salazar,Collegij Regij Granatenſis alumnus,& in eadẽ vrbe Canonicus Doctoralis, ad Inquiſitoris Murciani Officium miſſus,ad Toletanam pòſt Inquiſitionẽ fuit promotus ann. 1561. & eodẽ anno in ſupremum Inquiſitionis ſenatum fuit euectus.

Licentiatus Bricẽnius,collega Salmanticenſis inſignis Collegij S.Iacobi,quod Epiſcopus Conchenſis fundauit,fuit prius Conchenſis Diœceſis Prouiſor, pòſt Toletanus Inquiſitor ann. 1558. Deinde Granatenſis. Tandem Almeriæ obijt, Epiſcopus factus illius vrbis.

Licentiatus Martinus Coſcoxales, Inquiſitor Granaten. Toletum adductus ann. 1561. & ann. 1564. regio Inquiſitionis ſenatui adſcriptus, obijt anno inſequenti, dum Murcianam Inquiſitionem viſitaret.

Licentiatus Fracíſcus Soto Salazar, Canonicus Abulenſis, & Hiſpalenſis Inquiſitor, ad Inquiſitionem Toletanam fuit aſſumptus ann. 1562. ann. verò 1565. ſupremi ſenatus Inquiſitor fuit factus: fuit etiam Cruciatæ Bullæ Cõmiſſarius Epiſcopus Segobienſis, vltimò Salmanticenſis.

D. Antonius Maurigno Pazos, in pago Proteuedra Diœceſis Compoſtellanæ natus, collega Bononienſis Collegij Hiſpanorũ, Canonicus Doctoralis Eccleſiæ Tudẽſis, Inquiſitor Hiſpalenſis, deinde Toletanus anno 1565. fuit Romam miſſus ad cauſam D.Bartholomæi Carrázę Archiepiſc. Toletani diſcutiẽdam; inde Siciliam petijt,Patẽſis creatus Epiſcopus,pòſt in Hiſpaniam redijt, & Pręſes conſilij Regij Caſtellæ fuit inſtitutus, vltimò ad Cordubenſem Epiſcopatum euectus,ibidem ex morbo obijt.

Licentiatus Ioann.Beltranus Gueuara, ex Inquiſitione Granatenſi in Toletanam venit. anno 1565. Hinc Epiſcopus Mazaræ creatus fuit.

Licentiatus D.Petrus Velarde,Prouiſor in Epiſc. Salmanticenſi, Palentino,Giennenſi,Burgẽſi,& Conchenſi,factus fuit Inquiſitor Toletanus anno 1567. inde aſſumptus in ſupremũ Inquiſitionis Senatum anno 1571. ſimul etiam commiſſarius Cruciatę,& Canonicus Toletanus.

D. Antonius Vaca,Collegij Valliſoletani S. Crucis alumnus, Prouiſor Segobienſis: deinde fidei quæſitor Toletanus anno 1569.

D.Ioann. Llano Valdes,inſignis Collegij Valliſoletani collega,Inquiſitor Cæſarauguſt. & ann. 1572. Toletanus: hinc in ſupremum Inquiſitionis prætorium aſſumptus fuit. Obijt Matriti.

Licentiatus Antonius Matos à Noronia Luſitanus,ex oppido Santa-

ren.

ten. Collega ſancti Bartholomæi in Academia Salmanticenſi,Cordubenſis Inquiſitor,poſtea Toletanus anno 1572.deinde ad ſupremũ ſanctæ Generalis Inquiſitionis ſenatum fuit promotus, illinc ad Eluenſem Epiſcopatum,& Generalis Inquiſitionis dignitatem in Luſitania euectus.

Licentiatus Aluarus Reinoſo,Regij Collegij Granatenſis collega, Inquiſitor Conchenſis, pôſt Inquiſitor Toletanus,migrauit è vita.

Licẽtiatus Rodericus Gutierre de Paramo, in oppido Borox Toletanæ Diœceſis natus,& militiæ Calatrauæ Sacerdos,Prior Coronatæ;fuit primò Inquiſitor Lerenæ, deinde Hiſpali,& cenſor Inquiſitionis Cordubenſis, ac vltimò Toleti,vbi obijt, vir vndique literis,prudentia, & religione clarus. Et Frater D.Ludouici de Paramo Inquiſitoris Regni Siciliæ.

Licentiatus D.Ioann. Stunica,Inquiſitor Valentiæ, pôſt Toleti, nunc eſt ex ſupremo Inquiſitionis Senatu.

Licentiatus D.Franciſcus Dauila, Archidiaconus, & Inquiſitor Toletanus; hinc fuit aſſumptus in Senatum Inquiſitionis Generalis, & Cruciatæ Commiſſarius creatus, nunc ad Cardinalis dignitatem euectus, Romæ commoratur.

Doctor D.Lupus Mendoça,in Calcciæ Prouincia natus,Prior oppidi Caũiedo eiuſdem Prouinciæ,fuit Hiſpali Inquiſitor.Inde Toletum venit anno 1581. vnde cùm ad viſitandã Prouinciã(vt moris eſt) diſcederet,ciuitate Regia obijt 20.die Septẽb.1591.

Licentiatus D.Antonius Zapata,filius Comitis de Barajas Senatus Regij Pręſidentis,Capellanus Salmanticenſis Collegij D.Bartholomæi, Canonicus Toletanus Cõchenſis Inquiſitor,pôſt Toletanus decimo die Martij, anni 1584. Hinc ad Gaditanum Epiſcopatum fuit aſſumptus, nũc ſedem Pampilonenſem occupat.

Doctor D. Rodericus Mẽdoça,Hiſpanicæ Claſsis Vicarius Generalis,& ad res bellicas eiuſdem claſsis conſiliarius,Canonicus Toletanus,Inquiſitor Barcinonæ,pôſt in Lerenæ prętorio.Obijt Toleti,anno 1589.

D.Petrus Zenete, ex regio Collegio Granatẽſi, Inquiſitor Murcianus, Valentinus,vlt.Toletanus,ann.1589. deinde ann.1593. fuit creatus Parochus oppidi Alcaudete.

Licentiatus Andreas Alaba,Archidiaconus Hiſpalenſis Eccleſiæ, venit Toletum ann. 1591. Priùs Inquiſitor fuerat Granatę,Cordubæ,Valliſoleti, Hiſpali, & collega celeberrimi Collegij Salmanticenſis D.Bartholomæi.

Doctor Antonius Morexon Complutenſis Eccleſiæ Cãtor,& Cardinali Toletano Quiroga à Conſilijs,fidei quæſitor Cæſarauguſt. Toletum fuit miſſus 13.die mẽſis.Aprilis,ann.1591.

Licentiatus D.Gaſparus Quiroga, Capellanus Collegij Salmantenſis D. Bartholomęi,Canonicus & Archidiaconus Talaueranus,Inquiſitor Toleti fuit creatus anno 1592.

Doctor D.Didacus Mexia Laſarte, collega celebris Collegij Pincianæ Ciuitatis,fuit fidei quæſitor Granatæ &Barcinonæ, illinc Toletum venit menſe Iunio,anno 1594.

9 Nondum † Inquiſitorum Catalogum perlegeram, cũ ad manus meas peruenit omnium officialium Index, quem etiam placuit apponere,ſeruata eorum antiquitate.

*FISCALES.*

Licentiatus Ortega fuit Fiſcalis Toletanus.

Licentiatus Petrus Ortis de Funes, Portionarius Toletanus,primus Fiſcalis Toletanus,poſtea Canarienſis Inquiſitor in eadem inſula obijt, natus in oppido Villarobredo Manthæ Aragoniæ.

Licen-



Licẽtiatus Andreas Buſtamante,Promotor Fiſcalis fuit Toleti, poſtea Indiæ Inquiſitor.

Licentiatus Petrus Soto Cameno, Capellanus Regum recẽtiorum Toleti,Sanctillanæ Prior, Promotor Fiſcalis fuit.

*Iudices bonorum Confiſcatorum.*

Licentiatus Alphõſus Ortiz, Iuratus.
Licentiatus Gabriel Quemada.
Licentiatus Didacus Lopez Quemada,Canonicus Toletanus.
Licentia tusDidacus Pineda.
Doctor Didacus Tello Maldonado ex prætorio Archiepiſc. Toletani.

SECRETARII.

*Petrus Hermoſilla.*
*Ioannes Fernandes Obregon.*
*Fernandus Lunar.*
*Garcias Salinas.*
*Auguſtinus Illanus.*
*Alphonſus Leon.*
*Iulianus Alpuches.*
*Baptiſta Illanus.*
*Alphonſus Caſtellon.*
*Ioannes Vergera.*
*Sanctius Ordonius.*
*Ioannes Alphonſus Munozius.*
*Ioſephus Pantoja.*
*Petrus Valle Villamanan.*
*Ignatius Ordones.*
*Franciſcus Gomez Arce.*
*Licentiatus Ioannes Ricouaio.*

ALGVAZIRII.

*Gundiſaluus Coca.*
*Franciſcus Horozco.*
*Ioannes Ruis Dauila.*
*Don Antonius Egas.*

RECEPTORES.

*Ludouicus Arguello.*
*Franciſcus Lopez.*
*Alphonſus Caſtellon.*
*Ferdinandus Caſtellon,filius præcedentis.*
*Alphonſus Hernandes Pantoja.*

QVÆSTORES.

*Ioannes Baptiſta Oliuerius.*
*Sanctius Ordonius.*

ADVOCATI FISCI.

*Licentiatus Gaſpar Egas.*
*Licentiatus Franciſcus Gutierres.*
*Doctor Gomezius Velaſco.*

NOTARII IVDICATI.

*Didacus Mudaza.*
*Iulianus Alpuche.*
*Franciſcus Lopez.*
*Marcus Ayala.*
*Didacus Aguila.*
*Antonius Nauarrus.*
*Blaſius Munozius Velaſco.*

SEQVESTRORVM Notarij.

*Ludouicus Guerrero.*
*Alphonſus Cadahalſo,vrbis Iuratus.*
*Gaſpar Cadahalſo,eius filius.*
*Auguſtinus Aguila.*

CVSTODES CARCERVM interiorum.

*Bartholomæus Cabello.*
*Gaſpar Martinez.*
*Gabriel Quincoces.*
*Petrus Gomez Aſtremiana.*
*Franciſcus Mendes de Luna.*
*Gaſpar Soria.*

NVNCII.

*Chriſtophorus Maldonado.*
*Alphonſus Magan.*
*Franciſcus Gomez Arce.*
*Andreas Vargas.*

IANITORES.

*Gaſpar Martinez.*
*Ioannes Rodericus Xian.*
*Franciſcus Rodericus.*

## De Inquiſitione Regni Aragoniæ, & Cathaloniæ. CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Officium S.Inquiſitionis quo tempore, & à quo ortum habuit, in Regno Aragoniæ, & Valentiæ.*
2 *Sparragus Archiep. Tarraconenſis, & alij in cauſis fidei delegantur.*
3 *Guillelmus de Mongriu in Archiepiſc. Tarracon. Inquiſitionẽ introduxit.*

4 In-

4 *Introductio à Gregorio IX. data Archiepiſcopo Tarraconenſi ſuper expulſione hæreticorum.*

5 *Petrus de Albalat ſucceſsit in Archiepiſcopatu Tarraconenſi ob Guillelmi renunciationem.*

6 *Fratres Dominicani anno 1240. in Tarraconenſi contra hæreticos inquirebant.*

7 *Frater Pontius à Blanes Inquiſitor anno 1242. ab hæreticis interficitur.*

8 *Hæretici, qui Fr. Pontium interfecerũt, à Guillelmo vindicantur.*

9 *Sanctus Bernardus Traneſſer Inquiſitor in ciuitate Vrgellenſi martyrij palmam adeptus eſt.*

10 *Sanctus Petrus à Cadrieta in Diœceſi Vrgellenſi lapidibus occiditur.*

11 *Inquiſitores Generales in Regno Aragonum, qui fuerint.*

12 *Inquiſitio Balearium ab Inquiſitione Comitatuum Roſilionis, & Scritaniæ diuiditur.*

13 *Inquiſitores Coronæ Aragonum ſupremo Caſtellæ Inquiſitori ſubijciuntur.*

14 *Ioannes Epiſcop. Vicenenſis in Corona Aragonum, anno 1507. Inquiſitor Generalis creatur.*

15 *Leo decimus duos in regno Nauarræ, & Aragoniæ Inquiſitores creat.*

16 *Adrianus Epiſcopus Dertuſen. in Regnis Aragon. & Nauarræ Generalis Inquiſitor creatur.*

17 *Idem Adrianus anno 1518. etiam in Regno Caſtellæ Inquiſitor Generalis conſtituitur.*

18 *Inquiſitor Generalis Tarraconæ cum multis conuocatis anno 1484. de componendis rebus fidei deliberat.*

19 *Inquiſitores, ac alij ſancti Officij Miniſtri Cæſarauguſtæ ab Inquiſitione Generali creantur.*

20 *Iuramentum præſtitum à Regijs Officialibus, ac Dominis temporalibus in fauorem ſancti Officij.*

21 *Edicta ab Inquiſitoribus promulgata in Aragonia.*

22 *Iudæorum Cæſarauguſtæ obſtacula facta introductioni ſancti Officij.*

23 *Legatio à deputatis Regni ad Regem facta contra Inquiſitionem.*

24 *Inquiſitores Turolum miſsi, recepti non ſunt.*

25 *Iudæorum conſpiratio in mortem Inquiſitorum, Cæſarauguſtæ.*

26 *Petrus Arbues ab Epila, Inquiſitor, ab inimicis fidei interficitur.*

27 *Sancti Petri Arbues ab Epila, ſepultura, miracula, & alia, quæ circa eius martyrium contigerant.*

28 *Inquiſitores alij, mortuo ſancto Epila, Cæſarauguſtæ creantur.*

29 *Tribunal Inquiſitionis ad Regiam Aliaferiam transfertur.*

30 *Occiſorum ſancti Epilæ ſupplicium.*

31 *Sancti Epilæ Corpus in magna veneratione haberi cœpit.*

32 *Sancti Epilæ Regina Elizabetha monumentum magnificum conſtruxit.*

33 *Dubitatio quorundam circa venerationem corporis ſancti Epilæ, & quid inde ſequutum fuerit.*

34 *Paulus* III. *delegauit quibuſdam informationem faciendam ſuper miraculis ſancti Epilæ.*

35 *Criminis nefandi cognitio pertinet ad Inquiſitores in Corona Aragonum.*

36 *Vſurarum cognitio pertinet ad Inquiſitores Coronæ.*

1 IN Cathalonię† Prin
cipatu, ac Aragonię
Regno, priuſquàm
in alia qualibet Hi-
ſpaniæ regione, S.
Inquiſitionis Offi-
cium claruit. Eius
verò origo talis eſt. Cum Raimũdus
à Peñafort confeſſarius Iacobi Regis
vulgò dicti [*el conquiſtador*] qui poſteà
Barcinone extitit Inquiſitor, antea-
quàm Romam proficiſceretur, vbi de
Vniuerſali Eccleſiæ ſtatu benemeri-





tus fuit, tempore Gregorij IX. hære-
ticis quibuſdam vulgò dictis [los en-
cabats] qui, vt pragmatica ſanctione
Regis Petri patris Iacobi promulga-
ta, anno 1197. conſtat, ijdem erant,
quos Legione Valdenſes ac paupe-
res appellabant) Regna illa corrum-
pentibus, Iacobum huius nominis
primum Regem ſumma contentio-
ne rogauit, vt narrat Marſilius libr.
quarto cap. 47. vt delegatos Inqui-
ſitores ad ea mala ſedanda à Sum-
mo Pontifice in eas prouincias, ac in
nonnullas Galliæ Narbonenſis ciuita-
tes, quæ ad Regem, tanquam Mom-
pellerij Comitem ſpectabãt mitti cu-
raret. Rex itaque, quod ſibi ſuaſerat
Raimundus, eius curæ ac admirabili
fidei zelo commiſit, ille tamen vſque
ad ſextum Gregorij Pontificatus an-
num rem non impetrauit. Quo tem-
2 pore † S. Gregor. cum Spoleti ageret
26. Maij, an. 1233. ſuam direxit Apo-
ſtolicam Bullam, quæ incipit: [Decli-
nante iam mundi veſpere] Eſparraco
Barca Gallo, Tarraconen. Archiepiſc.
quâ tam ipſi, quàm eius Epiſcopis ſuf-
fraganeis, ac alijs fratribus Prædica-
toribus in ea ſpeciatim nominatis
mandat, vt aſſumptis alijs ad eam ex-
peditionem accommodatis, inquire-
rent, atque procederent contra hæ-
reticos, vel ſuſpectos ſtatuti ab eo
nouiter promulgati, quod incipit:
[Excommunicamus, & anathemati-
zamus] aliorumque ſtatutorum ab
Anibaldo Senatore Romano aduer-
ſus Patarenos promulgatorum veſti-
gijs inhærendo. Quæ Bulla in Eccle-
ſia Tarraconenſi cuſtoditur. Archie-
piſcopus itaque Eſparragus, cuius au-
toritatem muneris amplitudo, & Re-
gis cognatio plurimùm illuſtrabant,
Apoſtolicarũ literarum executionẽ
in Headenſi diœceſi aggreſſus eſt,
quòd forſan illa maiori neceſsitate
vrgeretur. Eſparraco autem defun-
cto, Guillelmus de Mongrin, eius in
Archiepiſcopatu ſucceſſor, in Archie-
piſcopatum Tarraconen. Inquiſitio-
nẽ introduxit, cui ſuper quibuſdã dif-
4 ficultatibus emergẽtibus† Sum. Pon-
tif. Gregor. binis literis dat. Peruſij, vl-
timo die Aprilis, ann. 1235. reſcripſit,
quibus tum Regis, tum etiã Archie-
piſcopi piam ſolicitudinem gratanter
laudat, quòd quibuſdam fratribus Prę-
dicatoribus, alijſque clericis, honeſtis
perſonis, inquirendi munere com-
miſſo, ſanctiſsimum Inquiſitionis Of-
ficium in ea prouincia confirmarent,
ac difficultatibus illis, quæ conſulta-
tionis cauſam dederant, ſatisfacit,
miſſa quadam inſtructione à S. Rai-
mũdo facta, quo tunc Pontifex Romę
familiariter inter paucos vtebatur,
eamque inſtructionem cuius initium
eſt: [Credo quod deprehenſi de hæ-
reſi:] ad amuſsim ſequi mandauit.
Æquum enim erat, vt quandoqui-
dem Raimundus fuerat in illius hæ-
reſis exſtirpatione verſatus, cuius
etiam inductione, atque diligentia
illud ſanctum Officium fuerat in ci-
teriori Hiſpania inſtitutum, illud
quoque eius iudicio perficeretur. Vo-
luit etiam Pontifex hominis ſanctita-
tem, prudentiam, ac rerum cogni-
5 tionem compertam haberi. Nam
poſteaquàm † Guillelmus Archie-
piſcopatui renunciauit, Petrum de
Albalat eius ſucceſſorem, cùm de
fundamentis ſanctæ Inquiſitionis in
Diœceſi Barcinonenſi iaciendis a-
geret (in qua ciuitate reuerſus iam
Roma Beatus Raimundus magno
ſanctitatis exemplo florebat) ex ijs,
quæ ad eam rem conſtituerentur,
plura cum Raimundo de Peña-
forti Summi Pontificis pœnitentia-
rio conſultaſſe, in Tarraconenſi ar-
chiuo ſcriptis proditum eſt. Ab eo
6 quoq; † tempore inceperunt fratres
Dominicani in Tarraconen. prouin-

cia hæreticam comprimere nequitiam, à quibus ad omnes Rectores, ac animarum curam habentes, dimiſſoriæ datę ſunt, vt eis pręſtarent auxilium & fauorem, vt efficaciùs finem propoſitum conſequerentur: Erant enim errores quã plurimi, ac pręſertim eorum, qui adeo inſaniebant, vt cum Saducæis animę immortalitatem, ac inde reſurrectionem negarent, qui omnia cum Epicuræis metiebantur, vt ex quodam Prouinciali Concilio Tarraconenſi, anni 1240. conſtat.

Porrò inter plures, qui eo tempore
7 fuerunt in Cathalonia Inquiſitores, † inſignis fuit frater Pontius à Blanes, Prædicatoriæ familię, ac Prior Cœnobij Hendenſis, quem Gregorius IX. Inquiſitorẽ creauerat. Is poſt plures, quos in vinea Domini vtiliter conſumpſerat annos, eam à noxijs, ac inutilibus palmitibus repurgando, in Vrgellen. Diœceſ. ab hęreticis veneno ſublatus eſt, anno circiter 1242. vt Stephanus à Salento eius temporis autor ſcripſit. Ad illiuſq; glorioſum martyrium referendum eſt, quod in vita ſancti Raymũdi recenſetur, Guil-
8 lelmum † ſcilicet de Mongrin, quem paulò antè diximus Archiepiſcopatui Tarraconenſi renunciaſſe, cum intellexiſſet hęreticos quoſdam petulantiſſimos in Caſtellobono Vrgellen. Inquiſitorem quendam ex Prædicatoribus veneno extinxiſſe, cõparata hominum manu Caſtello obſeſſo, ex eis plures igni tradidiſſe, alios perpetuis mancipaſſe carceribus. Idque effecit Guillelmus, vel Inquiſitorum, vel ſanè Regis ipſius Iacobi autoritate, quemadmodũ & ante Archiepiſcopatus renunciationem, Inſulam Ebuſum (quam modò Iuizam vocant) à Mauris occupatam expugnauerat, vel forſan poſt abdicatũ à ſe Archiepiſcopatũ, erat adhuc Inquiſitor: nam primis in ea regione Inquiſitionis exordijs, tametſi frequentiùs Inquiſitores ex dominicanis erant, fuerunt etiam nonnulli diuerſi ſtatus, quouſque Vrbanus IIII. in ſuo diplomate, cuius initium eſt: [Pręcunctis noſtræ mentis] quod in.2.p. Directorij habetur: omnibus alijs reuocatis, ſolis Prædicatoribus Inquiſitionis ſanctũ onus impoſuit. Sanctus Bernardus Traueſ-
9 ſer, † Tholoſatis conuentus alũnus, in ciuitate Vrgellẽſi eiuſdem Principatus, ab hæreticis, quos magnis affligebat prælijs, pro Chriſti gloria trucidatur, vt ſcribit Sorion in ſuis viris Illuſtribus: & quia Pręedicatorum Eccleſia ibi adhuc non erat, in Eccleſia maiori ſepultus eſt. Leãdrus Albertus, Bononienſis, libr. 5. virorum Illuſtrium, nonnulla recenſet miracula à Canonicis eius Eccleſiæ confirmata, quę à Deo in illa ciuitate ob eius ſancti honorem patrata ſunt. Eum tamen nec martyrem, nec Inquiſitorem vocat, quia non quemadmodum Sorion ex Aragonen. regno eum nouerat, ſed & in triumpho martyrum dictę religionis. Traueſſerus inſignibus martyris, & Inquiſitoris depingi ſolet.

Sanctus verò frater Petrus à Ca-
10 drieta, Inquiſitor Tholoſæ, † vbi plures ſeculari brachio hæreticos relaxauerat, cum in Diœceſi Vrgellenſi quoſdam inſectaretur hæreticos, ac pręſertim eos, qui Bonaſtri, vel in Caſtellobono erant, lapidũ ictibus ab illis è vita ſublatus eſt; qui plurimis floruit miraculis. Eius meminerunt Sorion in libro virorum Illuſtrium Aragonenſis Prouinciæ, & Eymericus in 2. ſermone ſancti Petri, eum inter ſeptem inſigniores Dominicanæ familiæ Inquiſitores illius tẽporis connumerando, qui etiam in triumpho Martyrum eſt depictus. Hunc B. Patrem commemorat Hieronymus Zu-

rita



rita lib. 3. Annal. Aragonenſ. cap. 75. vbi perueniendo ad annum 1270. ſic ait] frater Petrus de Cadrieta, & frater Guillelmus de Colonico Inquiſitores contra prauitatem hæreticam in Aragoniæ regno contra Albigenſium crimina, alioſque errores procedentes, menſe Nouembris anni prædicti 1270. intercedẽte Epiſcopo Vrgellen. Arnaldi Vicecomitis Caſtriboni, tanquam hæretici, ac hæreticorum receptatoris memoriam damnarunt, eiuſque oſſa concremarunt, eandemque ſententiam contra Ermeſendam eius filiam pronũciarunt. Hactenus Zurita. Eius mortem ſeuerè vltus fuit ille Guillelmus de Mongrin, qui fuerat (vt ſuprà diximus) Archiepiſcopus Tarraconenſis, vocant ruſticani hunc ſanctum, Petrum de Cadireta corrupta voce: Cadrieta verò eſt antiquiſsimæ familiæ in Regno Nauarræ cognomen, quod ad hunc vſque diem durat, vt in Hiſtorijs Nauarræ, ac Annalibus Aragoniæ conſtat.

11 Sed & aliquando † Generales etiam in Aragonum corona fuerunt Inquiſitores, nempe frater Ioannes à Longares, anno 1307. Cardinalis frater Nicolaus Roſel, eique proximus Nicolaus Eymericus ab anno 1358. vſq; ad 1393. ac etiam frater Ioannes de Lotgerio: aliquandiu verò vnus Aragoniæ præſidebat, Cathaloniæ alter, alius Balearibus ac Comitatibus Roſſilionis & Cæritanię, quæ Cathalonię pars eſt. Quia tamen Inquiſitor Fra. Bernardus Reges in Comitatibus reſidebat, Baleares verò per Vicarios adminiſtrabat, & hoc minus conue-
12 niens videbatur, † Benedictus Decimus tertius, Summ. Pontifex Apoſtolicis literis: Dat. anno 1413. prima die Aprilis, fratrẽ Bernardum Inquiſitorem Comitatibus reliquit, ſed fratrem Guillelmum Segarra Balearibus, ſubordinatione ceſſante, deſignauit, hoc addito, vt Prouinciales eorum quomodolibet mortuo in eius locum alium ſubſtituerent; nec tamen vnquam tam remota loca ad vnius Inquiſitoris curam pertinerent, quod ſanè inuiolabiliter vſque ad annum 1483. obſeruatum fuerat. Quo felici tempore, Catholicis Re-
13 gibus Ferdinando, ac Elizabetha apprimè deſiderantibus, † Sixtus quartus Pontifex Maximus, Thomam à Turre-cremata Caſtellæ ac Legionis Generalem crearet Inquiſitorem, Regum apud Pontificem orator illi ex eorum parte ſupplicauit, vt ſupremam illam Inquiſitionis Officij poteſtatem, quam Turre-crematæ indulſerat, ad Aragoniam, Cathaloniam, Valentiam atque Siciliam extendere dignaretur; cui annuens Pontifex, id ſua Apoſtolica Bulla confirmauit, data decimaſeptima Octobris, an. milleſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio. Porrò ex eo tempore, vſq; ad Elizabethæ obitum id ſeruatũ eſt. Ea tamẽ mortua Didaco Deza, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, propter ſenectutem Generalis In-
14 quiſitionis munus deponente, † Iulius ſecundus Summ. Pontif. Cardinalem Franciſcum Ximenem, Archiepiſcopum Toletanum, in Regnis Caſtellæ ac Legionis, quę ad Reginam Ioannam ſpectabant, ſuis literis Apoſtolicis, dat. quinta Iunij, milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Pontificatus anno quarto. Ioannem verò Epiſcopũ Vicen. in Aragoniæ regnis, quæ Catholicus Ferdinandus moderabatur, alijs Apoſtolicis literis dat. 4. die eiuſdem menſis & anni, Generales cõſtituit Inquiſitores. Verũtamen,
15 † Ioãne Dertuſano Epiſco. ac primario Inquiſitore mortuo Leo X. duos in regnis Aragoniæ atq; Nauarræ quod tunc primùm Ferdinando iure quęſi-

M 2 tum

tum erat, Ludouicum Epiſcopum Dertuſanum, & fratrem Ioannem Polo, Ordinis Prędicatorum creauit Inquiſitores, vt in eius Bulla data 15. Iulij, anno 1513. continetur. Mortuo verò Catholico Ferdinando, ac
16 Ludouico Epiſcopo Dertuſano, † Adrianus eiuſdem diœceſis Epiſcopus à Leone decimo in illud munus aſſumptus eſt, vt ex eius Bulla conſtat, quæ data eſt 14. Nouembris, anno
17 1516. Pontificatus quarto. Demum † idem Leo X. Franciſco Ximenez vita functo, ſuis literis Apoſtolicis dat. quarto Martij, ann. 1518. Pontificatus eius quinto, Adriani ſolicitudini Caſtellæ credidit gubernacula, ex quo ſanè tempore hæ omnes prouinciæ ſemper ad vnum Caſtellæ Generalem Inquiſitorem pertinuerunt.

18 Tempore igitur † primi Generalis Caſtellæ Inquiſitoris, anno à natiuitate Domini 1484. quo Tarazonę comitia habita ſunt, ac decimaquarta Aprilis ex illa corona grauiſsimi, ac religioſi viri cum primario Inquiſitore de ordine tribunalis ſancti Officij in procedendo contra hęreticos, atque ſuſpectos multa compoſuerunt, inter quos erant Alphonſus de la Caualleria, Vicecancellarius Aragoniæ, Alphonſus Carrillus, Andreas Sardus, Martinus Gomez à Pertuſa, ac Philippus Ponce Iuris
19 vtriuſque Doctores. † Quarta itaque die Maij Inquiſitor Generalis Apoſtolicos fidei cenſores, in hoc regno fratrem Gaſparem Inglar ordinis Prædicatorum, ac Petrũ Arbues ab Epila, Canonicum Cęſarauguſtanę Eccleſię Metropolitanæ, in ſacra Theologia magiſtrum creauit tamen 29. die Nouembr. cum Hiſpali Inquiſitores Cordubenſ. Ciuitatis regal. Giennenſ. ac Hiſpalen. cum generali coniuncti nouam ſancti Officij exercitio formam præſcripſiſſent, vt in cap. Inquiſitionis Caſtellæ dictum eſt; Officiales atque Miniſtri neceſſarij in Aragonenſi Inquiſitione creati ſunt, nempe Rodericus Sanches de Suaço, Canonicus Calagurritanus, Fiſcalis ſecreti ſancti Officij, Petrus Iordan, atque Ioannes ab Anchias Alguazirius, Didacus Lopez de Calatayut, Ioannes de Exea Receptor, Raymundus Murus Aduocatus fiſcalis electi ſunt, ac etiam confirmati: ac ſanctæ Inquiſitionis tribunal, vt commodiùs carceribus Eccleſiaſticis rei cuſtodirentur, Cæſarauguſtæ inter Eccleſiam maiorem, ac Archiepiſcopales ædes poſitum eſt.
20 Ante omnia itaq; prouiſum fuit, † vt Regij officiales regni deputati, alij denique domini temporales canonico iuramento promitterent, cauſam fidei, ac ſanctæ Inquiſitionis Officij dignitatem tueri, atque defendere. Porrò 19. Septembris eiuſdem anni Ioannes de la Nuça Iuſtitia (vt vocãt) Triſtanus à Porta, eius locum tenens, Michael Molon Salmedina, Martinus de la Raga Regni deputati, Petrus Franceſus, Ioannes à Fatas, Ioannes Caluus à Torla, ac Ægidius à Garcia Patres conſcripti, ſeu (vt ipſi dicunt) Iurati, Ioannes ab Algas Regens Cãcellariam, Sanctius de Paternoy, magiſter rationalis Regni, ac Ioannes de Embum Merinus Cæſarauguſtanus, iuramentum præſtiterunt in Eccleſia Cæſarauguſtana, quo in ſumma ſpondebant ſeruaturos ſe, ac inuiolabiliter defenſuros ſanctam noſtram Catholicam fidem, quemadmodum ſancta Romana Eccleſia eam doceat ac profiteatur, eamque obſeruari & cuſtodiri conaturos, contra quaſlibet perſonas, cuiuſcunque ſtatus, ita vt hæretici, eiuſque fautores, ac de illo enormiſsimo delicto infamati, atque ſuſpecti comprimi poſſent, & etiam coerceri, ac etiam eos denunciaturos, quos





ſciuerint ea labe eſſe contaminatos: item etiam iurarunt ſe officia ac miniſteria executionum ſancti Officij, aut alia publica de fide ſuſpectis, vel de hæreſi infamatis, aut alijs à iure prohibitis non commendaturos. Vertentibus deinde nonnullis diebus, eodem iuramento ſe obſtrinxerunt Ioannes Ferdinandes de Heredia, gubernatoris generalis locumtenẽs, & Ioannes de Burgos eius Alguazirius, Lopez à Gurrea Dominus Baroniæ de Gurrea, Galacianus Cerdan Dominus Vſoni, ac alij diuerſi ſtatus
21 plures. Quibus † executioni mandatis, Inquiſitores ſua fecerunt promulgari edicta, quos Rex cum omnibus eorum miniſtris, ſub regali protectione, vel (vt dicitur) ſaluagardia ſuſcipiens, à Regente generalis gubernatoris officium, à Iuſtitia Aragonum, ac alijs Regijs officialibus in eo ſancto miniſterio propter hæreſeos extirpationem iuxta canonica decreta adiuuari iuſsit. Interea nouiter ad fidem è Iudæis conuerſi, ac præter eos alij ex nobilioribus ciuitatis tumultuabantur, ac perturbabant multos, clamabantque nouam illam Inquiſitionis formam contra Regni prærogatiuas ac libertates eſſe, nimiſque aſperum atque iniquum, atteſtationes teſtium reis non publicari, ac propter hæreticam notam bona eſſe confiſcanda, quod non ſolum præter illius Regni ſtylum ac conſuetudinem, ſed contra omnem iuſtitiæ ordinem eſſe iactabant. Itaque ex Iudæis conuerſi in quibuſdam eorum domibus, qui doctrina & autoritate poterant, omniumque protectores erant, ſæpe conueniunt, omniaque ex auaritia penſantes, exiſtimantes confiſcatione bonorum, ſublata ſanctum Officium non diutius permanſurum, omnes in id intendere curas: quamobrem ingentem pecuniæ vim Regibus, ac præſertim Reginæ, quam illi exiſtimabant ſancti Officij rebus magis opitulari, offerunt, vt articulus ille confiſcationis abrogaretur, illaque regali ſanctione confirmaretur abrogatio, quam ab Aragoniæ iuſtitia impetrauerant, eoque colore magnam pecuniæ ſummam ab eis collectam ad Romanam Curiam, ac ad Regiam mittunt. Præterea quoniam populares libertatis ac priuilegiorum regni iactura, quæ amitti conuerſi iactabant, non parum
23 commouebantur, † conſecuti ſunt, vt quatuor ſtatus in deputationis domo, vbi de grauioribus regni cauſis diſceptatur conuocati, legatos ad Regem mittant, fratrem Petrum Michaelem, Priorem monaſterij ſancti Auguſtini Cæſarauguſtani, ac Petrum à Luna Iuris ciuilis Doctorem.

Interim Inquiſitores alij, qui Turolium miſsi erant recepti non ſunt, & à ciuibus impediti ſanctum Inquiſitionis miniſterium non exercuêre: ſicque ad locum de Celda cum ſuis officialibus, atque miniſtris ſeceſſerunt. Dum Regis auxilium expectabant, Rex. 7. die Februarij ex Hiſpalenſi ciuitate literis rem ita compoſuit, vt Inquiſitores ſuam Apoſtolicam iuriſdictionem iuxta decreta illius nouæ congregationis Turoli exercere liberè poſſent, ac nobilium plurium ſtudio, qui illius contagioſiſſimæ poſteritatis inimici erant, permulti, qui ad Iudaicam cæcitatem relapſi eſſe comperiebantur, condemnati ſunt.

Cæſarauguſtæ tamen, ac in alijs eius regni locis, qui conuerſi nuper ad fidem fuerant, non parum intumuerant illa deputatorum (qui Regnum repræſentant) conuentione, exiſtimantes eorum cauſam vniuer-
25 ſo Regno cõmunicari. Quare † alijs

habitis conuenticulis,quibus equites
nonnullos alioſque honeſtiores con-
iungebant , de occidendis Inqui-
ſitoribus decernebant, illud tamen
differendum eſſe , quouſque nullus
alius Inquiſitionis euertendæ ſuppe-
ditaretur modus.Sanè ante omnia il-
lud primum erat,vt à iuſtitia Arago-
niæ contra decretum Confiſcatio-
num impetrarent, quod Lope Xi-
menes deGurrea,Regni deputati,at-
que Barones interceſsione procura-
runt: nec tamen cõficere potuerunt.
Itaque quibuſdam proceribus , vel
pecunia, vel libertatis nomine cor-
ruptis, plurimiſq; facinoroſis ac ſedi-
tioſis hominibus accitis , iura armis
commiſcere cõtendunt, interea quã-
plures ex conuerſis, qui vltra Regni
oratores ad Regem,qui tunc Cordu-
bæ agebat,miſsi erant , nullum præ-
termittebant ſubornandi modum,
quo Regem ab inito conſilio defle-
ctere poſſent : cumq; nihil efficerent
iactabant tamẽ bonam eſſe ſpem rei
conficiundæ, ac diabolica inſtigatio-
ne (quod ſæpius in eorum conuenti-
culis ventilatum fuerat , nempe , vt
Inquiſitorem Petrum Arbues de Epi-
la, Martinum de la Raga aſſeſſorem
ſancti Officij, & Petrum Frances, vel
ex ijs,quos poſſent, occiderent deli-
berarunt, eo munere cuidam Ioanni
de la Abadia,ſeditioſo ac petulãtiſsi-
mo homini demandato: qui eius fla-
gitij miniſtros ſibi ſimillimos copula-
uit, Ioãnem Sperandæum, filium Sal-
uatoris Sperandæi infimi hominis,
(qui pro fidei cauſis in vinculis cuſto-
diebatur) ac Vitalem Vranſum, Gaſ-
conem quendam , Triſtanicum Leo-
nis,duoſque alios eiuſdem farinæ ho-
mines,& inſignis temeritatis.Hi Mar
tinum de Raga die quadam cùm in
flumen conijcere deſtinaſſent , effi-
cere tamen auſi non ſunt , quia cum
Lope Ximenes de Gurrea, ac Philip-
po à Caſtro congrediebatur. Tam-
demque rei exequendæ cauſa eum
ſæpius in Eccleſiam ad S. Engra-
tiam, & B. Mariam del Portillo con-
ueniſſent , conſtituunt Inquiſitoris
internecionem ampliùs non differri.
Itaque in Prioris domum noctu im-
petum faciunt, à familiaribus tamen
domus detecti, re infecta diſcedunt;
ac eadem nocte ea hora,qua in maio-
ri Eccleſia ad Matutinam pſalmo-
diam Inquiſitor eſſe ſolebat, mutato
habitu Eccleſiam circuunt , quem
cũ ea nocte non inueniſſent,ſequen-
ti ad Eccleſiæ portas ſe conſtituunt.
Sanctum Inquiſitorem expectanti-
bus in porta clauſti, Reuerendus In-
quiſitor occurit,in alia manu lanceo-
lam, in alia lãternam portans, Eccle-
ſiam ingreditur , atque ſub ſugge-
ſtum ad latus Epiſtolæ genibus fle-
xis procumbit ante altare , quem vt
viderunt ſanguinoſiſsimi homines
procurrunt omnes , ac duobus icti-
bus corpore transfixum,ac capite ma
lè vulnerato ſemiuiuum reliquerunt.
26 Ferunt † ſanctum Inquiſitorem ma-
gna animi alacritate, dum confodie-
batur , dixiſſe : Benedictus ſit Ieſus
Chriſtus , qui mihi conceſsit , vt
pro eius ſancta fide procumbam. Nec
tamen breuiculo temporis ſpatio,
quo fuit ſuperſtes, quicquam , niſi in
Ieſu Chriſti ac Deiparæ Virginis
laudem,ab eo auditum eſt. Sequenti
27 tamen nocte † diei Iouis 14. Se-
ptembris ſanctus ille martyr ſpiritum
Deo reddidit , ac poſtea die ſabbati
magna veneratione ac pompa in
eo loco,in quo occubuerat , ſepultus
fuit : vbi illud prætereundum non
eſt,ſanguinem multum , qui ex vul-
neribus profuſus eo in loco cerne-
batur , ſancti illius corporis acceſſu
mirabiliter referbuiſſe , idque Ioan-
nes de Anchias , Anticus de Bages,
alijque notarij qui præſentes erant,
publicis



publicis inſtrumentis in fidem & te-
ſtimonium receperunt.
Tam inaudito ac teterrimo faci-
nore perpetrato,adeò vniuerſa ciui-
tas illius rei nouitate ea nocte ad-
uerſus conuerſorum nequitiam ex-
arſit , vt niſi Alphonſus ab Arago-
nia Archiepiſcopus Cæſarauguſta-
nus equo vectus , vniuerſam cir-
cumiens ciuitatem Catholicos con-
tinuiſſet , conuerſos omnes delen-
dos fore crederetur. Illuceſcente ita-
que die , Archiepiſcopus cum om-
nibus Regijs officialibus , ac nobi-
lioribus ciuitatis in domo deputatio-
nis congregati , omnibus officiali-
bus Eccleſiaſticis , & ſecularibus in-
iunxerunt,vt aduerſus facinoris illius
noxios rigoroſe , nullis regni foris,
ſeu conſuetudinibus obſeruatis pro-
cederent, quo facto conſcij omnes
turbati , ac ſummo mærore affecti
ſunt , cernentes eas libertates , ac
iura ſibi eſſe ſublata , in quorum
tuitione omnis eorum ſpes poſita
erat.
Poſt tranſitum itaque illius S.Mar-
28 tyris , † Cæſarauguſtano Tribunali,
Apoſtolici dati ſunt Inquiſitores, fra-
ter Ioannes Coliuera ex Prædicato-
rum familia , Frater Ioannes de Cul-
minares, Abbas Aguilarenſ. Ciſter-
cienſ. ordinis , Magiſter Alphonſus
ab Alarcon,Canonicus Palentin. qui
29 Regis † & Generalis Inquiſitoris iuſ-
ſu tribunal ad Regiam ( Aliaferiam
vocant ) tranſtulerunt , quò magis
omnibus teſtatum eſſet, ad Regis tu-
telam ſanctum illud Inquiſitionis mi-
niſterium pertinere , quod illius glo-
rioſi Inquiſitoris martyrio funda-
menta receperat.
30 Nec quidem multò pòſt † perdi-
tiſsimi illi omnes capti ab Inquiſi-
toribus , brachio ſeculari traditi gra-
uiſsimas ſacrilegij pœnas dedêre ,
quorum memoria in Eccleſia maio-
ri , & in Eccleſia Prædicatorum di-
ctæ ciuitatis damnata eſt. Sancti au-
31 tem † Petri Arbues de Epila corpus
ea reuerentia ac cultu adorari ince-
pit , quæ cuilibet Eccleſiæ ſancto ex-
hiberi ſolet: Et vigeſimaoctaua men-
ſis Septembris ſequentis anni eius
exequiæ ita celebratæ ſunt , vt cui-
libet videretur magis ſolenne ali-
cuius ſancti feſtum . Ac Pſalmus ille
decantatus eſt , qui incipit : [Deus
laudem meam ne , &c]. Porrò anno
milleſimo quadringenteſimo nona-
geſimo Petro Torrellas , Laurentio
Molon , & Alberto de Oriola , eius
ciuitatis iuratis , decreto publico ſta-
tutum eſt , vt ſicut in honorem Dei,
ac ſanctorum reuerentiam lumina-
ria continenter , in eorum ſepul-
chris arderent , ſic etiam in huius
ſancti Martyris ſepulchro lampas
die , noctuque inceſſanter arderet:
32 ac Elizabetha † Catholica Regi-
na , cuius erga Inquiſitores ſemper
ſingulare fuerat ſtudium , ſolenne
ſancto martyri monumentum con-
ſtruxit , vt refert D. Martinus Gar-
cia , in funerali Reginæ.
33 Sed enim † quidam ex ijs , qui de
malis operibus nunquam , de bonis
autem atque ad Dei cultum dire-
ctis ſcandalizari ſolent , hæſitare
ceperunt , an quod ſanctus iſte in
ſanctorum numerum relatus non eſ-
ſet , deceret ſatis tam celebri in
loco eius inuiſi ſepulchrum , quo-
rum ſcrupulus eò creuit , vt ſini-
ſtris informationibus ad illud mu-
tandum à Romano Pontifice Bul-
lam Apoſtolicam impetraſſent. Ve-
rùm cum id Martinus Garcia E-
piſcopus Barcinonenſis reſciuiſſet,
quem ſanctus Epila prophetizaue-
rat futurum Cæſarauguſtæ Inquiſi-
torem , Apoſtolicas illas literas tan-
quam obreptitias declarari fecit : il-
læque ſimul cum ſaccis benedictis
 con-

conuerſorum, qui eum occiderant, eius ſepulchro ſuperimpoſitæ ſunt, quos Doctor Toribius de Saldaña, ac Licentiatus Lopez de Vgarte Inquiſitores Cæſaraugustan. renouarunt, lata ſententia, quæ incipit [Noueritis, quòd reuerendi Patres Inquiſitores, prædeceſſores noſtri, à quibus condemnati fuerunt N. & eius complices, tanquam hæretici, & interfectores glorioſi, atque beati Inquiſitoris magiſtri Epila, &c.]

34 Hunc ſanctum, † deſiderante Carolo V. Imperatore, Hiſpaniarum Rege, Paulus III. Pontifex Maximus, quibuſdam iudicibus demandauit, vt de eius miraculis (quæ plura ſunt) atque martyrio reciperent informationem, eum cupiens in Sanctorum numerum cooptare.

35 Inquiſitores † in Aragoniæ ac Valentiæ regnis, & Cathaloniç Principatu de Sodomitico crimine cognoſcunt, ex ſpeciali Clementis VII. Pontificis Max. conceſsione, cuius breuis tenor talis eſt.

Clemens Papa VII. Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Si vlla de pluribus, quibus ex noſtro paſtorali officio tenemur, nos cura remordet, illa cor noſtrum potiſsimum pulſat, vt quos ſummus rerum opifex, cuius licet immmeriti, vices in terris gerimus, pretioſo dignatus eſt ſuo redimere ſanguine, ab eorum pręcipitijs, malorum omnium ſatore inſtigante, vigilanter eripere, eorumque animas Chriſto Saluatori, qui eas nobis ſua benignitate commiſit, præſeruare curemus illæſas, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire, ſanè non abſque animi noſtri diſplicentia, dilecto filio, nobili viro, Ludouico de Corduba, Duce Sueſſę, chariſsimi in Chriſto filij noſtri Caroli Romanorum & Hiſpaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi apud nos Oratore nobis referente, intelleximus in Aragonum ac Valentiæ regnis, & Principatu Cathaloniæ, mundo in deteriora iugiter dilabante, horrendum deteſtabileque Sodomiæ crimen, in aliquibus prô dolor! diffidentię filijs pullulare incepiſſe, & niſi ferum hoc hominum genus reſcindatur, ſinceram poſſe partam putredinem trahi. Quare idem Ludouicus orator nobis humiliter ſupplicauit, vt in præmiſsis de opportuno, & celeri remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ne tam nefandum ſcelus, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, vlterius ſerpat, ſed vt penitus extirpetur, vt de mentibus hominum deleatur, prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ, & veſtrûm cuilibet, de quorum fidei zelo, integritate, dexteritate, & ſolertia in ijs, & alijs magnam in Domino fiduciam obtinemus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per vos, vel alium, ſeu alios, quos duxeritis ad id deputandos, in regnis & Principatu prædictis contra omnes, & ſingulas perſonas ſeculares, ſeu clericos, aut cuiuſcunque ordinis, regulares cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis; aut ſi in ſacris ordinibus conſtituti exiſtant, quos huius horrendi criminis vobis reos eſſe conſtiterit per denunciationem, accuſationem, inquiſitionem, aut mero officio, ſeu procuratoris, quem ad hoc duxeritis eligendũ, aut cuiuſuis alterius inſtantiam, vel (prout aliàs) iuxta leges ſeculares, vel municipalia ſtatuta fuerit de iure faciendum, procedatis, & veſtrûm quilibet procedat. Nos enim vobis, & veſtrum cuilibet, vt in huiuſmodi cauſa

cauſa



cauſa contra huius deteſtabilis criminis reos coniunctim, vel ſeparatim procedere, & teſtes, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia veritati teſtimonium perhibere, omniaque alia & ſingula, quæ in præmiſsis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna circa ſententiam, quam vnà cum Ordinario loci proferre teneamini, facere & exequi valeatis, Apoſtolica autoritate licentiam, & facultatem concedimus per præſentes, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac felicis recordatio. Bonifac. Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis de duabus diætis, ac ſtatutis, & ordinationibus, etiam in Conuentibus generalibus editis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris die vigeſimoquarta Februarij 1524. Pontificatus noſtri anno primo. Euangeliſta I. Subſcriptio Breuis. Dilectis filijs, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Aragonum, ac Valentiæ regnis, & Principatu Cathaloniæ conſtitutis, & eorum cuilibet. Alia etiam extat Leonis decimi Bulla, directa Ludouico electo Epiſcopo Dertuſen. in

36 qua † Inquiſitoribus Aragoniæ, Cathaloniæ, Valentiæ, ac vtriuſque Siciliç vſurarum cognitionem ſpecialiter demandauit, quæ Bulla in archiuo ſancti Officij Inquiſitionis Barcinonę obſeruatur, & eſt ſequentis tenoris.

Leo Papa decimus Dilecto filio Ludouico electo Dertuſen. hęreticæ prauitatis in Aragoniæ & vtriuſque Siciliæ Regnis, & dominijs chariſsimi in Chriſto filij ſui Ferdinandi Regis Catholici Inquiſitori generali per ſedem Apoſtolicam deputato, & ab eo in Regnis, & dominijs prædictis ſubdeputatis pro tempore, contra quoſcumque vſurariam prauitatem exercentes inquirendi, & culpabiles repertos puniendi, & alia circa id tunc expreſſa faciendi & exequendi per Regnorum principatus, & Dominiorum prædictorum ſtatu proſpero ad fidelium in illis habitantium animarum ſalutem, certis modo & forma, & tunc expreſsis, facultatem, & autoritatem conceſsit, prout in ipſius prædeceſſoris deſuper confectis literis plenius continetur. Tamen poſtea, tam tunc Generalis, quàm nonnulli ab eo ſubdeputati Inquiſitores præfati ad preces, ſeu requiſitionem incolarum & habitatorum Regnorum, Principatus, & dominiorum prædictorum, vel aliquorum ex eis, ſeu aliàs de crimine vſurarum huiuſmodi ex tunc de cætero non cognoſcere, & facultatem tunc, & pro tempore exiſtentes dictæ hæreticæ prauitatis in ciuitate Barcinonę Inquiſitoris in cauſis hæreſim, & à fide apoſtaſiam ſapientibus, certis etiam tunc expreſsis modo & forma reſtringere, & præfatus Rex ſe, quod dicti Inquiſitores id obſeruarent, cum effectu curare, medio iuramẽto promiſerunt, prout in quibuſdam publicis inſtrumentis, aut alijs authenticis ſcripturis inde confectis dicitur plenius contineri. Nos igitur attendentes, nullum his duobus criminibus pernicioſius virus in terris gigni, quorum alterum Dominicam aſsiduè Maieſtatem offendit: alterum, cum ſpiritualis ſalutis exitio, pauperes & egenos in extremam deducit inopiam, & tãquam tinea conterit & exedit; & obſeruandum non eſſe iuramentum, quod in

æternæ ſalutis diſpendium, & contra ſanctiſsimos mores noſcitur eſſe præſtitum, expedireque propterea, vt in illorum reos non rara vel limitata vindicta, ſed eo frequentiùs acriuſque inſurgant vndique animaduerſionis aculei, quo cæteris ſunt Deo magis infenſa, & humano generi peſtilentiora criminibus, motu proprio non ad tuã, vel præfati Regis, aut alicuius alterius pro vobis oblatæ ſuper hoc petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia te & Regem hac in ciuitate Barcinonæ pro tempore reſidentem, & alios Inquiſitores præfatos, & veſtrũ quemlibet à promiſsionum per vos reſpectiuè factarum huiuſmodi obſeruatione, & præſtiti deſuper iuramenti vinculo, manifeſtam in ſe iniquitatem continente harum ſerie abſoluimus, & abſolutos fore nunciamus, decernentes vos, & veſtrùm quemlibet ad illarum obſeruationem nequaquam teneri, ipſumque in ciuitate Barcinonæ pro tempore reſidentem Inquiſitorem ſuper crimine hæreſis ſecundum ſanctorum Canonum inſtituta liberè contra quoſcumque poſſe, & debere procedere. Et nihilominus diſcretioni tuæ de qua in his & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, in virtute Sanctæ obedientiæ, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſuper crimine vſurarum huiuſmodi per te & ſubdeputatos à te, quot fuerint opus, bonæ famæ & timoratæ conſcientiæ viros inquiras, & contra illos reos procedas, ac inquiri & procedi facias, & alia omnia circa id neceſſaria, & quomodolibet opportuna, exequaris: aliàs vix tradita per prædeceſſorem præfatum, dicto tunc Generali Inquiſitori deſuper facultatem & autoritatem; non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Dat. Romæ apud ſanctum Petrũ ſub annulo Piſcatoris, Die. 2. Septembris 1513. Pontificatus noſtri anno primo. Petrus Bembus.

## *De Inquiſitione regni Valentiæ.* *Cap. IX.*

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores Aragoniæ, & Cathaloniæ olim ſanctum Officium Valentiæ exercebant.*

2 *Frater Andreas Ros, Valentiæ Inquiſitor ſpecialis deſignatur, anno 1420.*

3 *Frater Chriſtophorus Gualbes, Inquiſitor Valentiæ, inquirendi & prædicandi munere propter delicta priuatur.*

4 *Inquiſitor Generalis Caſtellæ poteſtatem creandi Inquiſitoris in regno Valentiæ, à Romano Pontifice accepit.*

5 *Diſſenſio brachij militaris contra ſanctum Officium.*

6 *Inquiſitorum nomenclatura regni Valentiæ.*

IN Valentino regno, ab illis fere temporibus, quibus à Mauris recuperatum eſt, ſanctæ Inquiſitionis Officiũ fuit. Quãuis enim peculiares illi Prouinciæ
1 cenſores fidei non præerant, † ab Inquiſitoribus tamen Aragonum, vel Cathaloniæ, occurrentibus caſibus, exercebatur, quemadmodũ Hugonẽ Fenoletum ſeptimũ Epiſcopũ Valentinũ, natione Cathalanũ, filiũq; Vicecomitis de Illa, vnà cũm Inquiſitore Nicolao



Nicola Roſello teterrimum illum ac impudentem hæreſiarcham, Fratrem Iacobum Iuſt. Bigardorum caput, damnaſſe legimus in 2. part. Directorij Inquiſitor. quæſt. 11.

Multis † tamen ab hinc labẽtibus annis Martinus Papa V. in quadam Bulla, quæ incipit: [Romanus Pontifex.] Data Florentiæ, 6. Kal. Aprilis, Pontificatus eius anno 3. à Chriſti tamen natiuitate 1420. ad inſtantiã & ſupplicationem Alphonſi V. ac eius Reipub. conſcriptorum; quia abſurdum videbatur in tam celebri Prouincia peculiarem Inquiſitorem deſiderari, Dominicanorum Prouinciali mandauit, vt quemadmodum in Aragoniæ Regno, & in Cathaloniæ Principatu, ſic etiam illo Regno proprium ac Prouincialem Inquiſitorem deſignaret, qui Apoſtolico mandato morem gerens, Magiſtrum Fratrem Andream Ros in Valentinum Inquiſitorem nominauit, vt Valẽtiæ teſtantur Annales. Ab eo tempore Inquiſitio vſque ad vniuerſalem eius renouationem, quæ Catholicorum Regum Ferdinandi & Elizabethæ temporibus facta eſt, in eo ſtatu permanſit; quorum quidem Regum inſtantia Frater Thomas à Turre-cremata Generalis Caſtellæ ac Legionis Inquiſitor creatus fuit. Deinde verò, cum Rex Cordubæ eſſet, 20. die Maij eiuſdem anni, commendatæ Gundiſaluo Baeza (eius apud Romanum Pontificẽ oratori,) præceperat, vt eidem Põtifici ſupplicaret, quatenus Fr. Chriſtoph. Gualbes, & Mag. Ortes ordinis S. Dominici hæreticæ prauitatis in Regno Valentiæ Inquiſitoribus abrogatis, prædicto Inquiſitori primario Caſtellæ indulgeret facultatem in Regnis Aragonum, Cathaloniæ, Valentiæ, & Siciliæ Inquiſitores ſubdelegandi, qui tamen ex Prædicatorum eſſent familia, eoſque reuocare poſſet, niſi tales eſſent, qui fideliter ac dignè ſuum munus obi-
3 rent. † Gualbes ille (quem ſuperiùs nominauimus) ita Prouinciam ſibi creditã adminiſtrabat, vt Pontifex Maximus eum nedum ab Inquiſitoris Officio, ſed à concionandi miniſterio abdicaret. † Necnon Generali Inquiſitori, quod ſupplicabatur, conceſsit, eum non adſtringendo, vt ex Dominicanis Inquiſitores deberet eligere, ſed cuiuſque ordinis viros, qui tamen in ſacra Theologia Magiſtri eſſent, nominare poſſet. Idemque confirmauit poſtea Sixtus IIII. ſuis Apoſtolicis literis. Dat. 17. Octob. anno 1483. Eodem igitur tempore, quo Aragonenſes, Cathalani, ac Valentini Inquiſitionis iugo capita ſubmiſerunt, ac 17. die menſis Nouembris proximè ſequentis, fidei concionem perorauit religioſus vir ordinis Prædicatorum Petrus de Epila, qui vnà cum Martino Inigo eius regni Inquiſitor crea-
5 tus erat, † conſuetaque fidei edicta promulgata ſunt. Interea maxima diſſenſio militaris brachij fuit, contendentis ſanctæ Inquiſitionis Officium non eſſe admittendum, quæ tribus circiter menſibus perdurauit. Sed cum Dei ac Eccleſiæ negotium ageretur, tandem agnouerũt omnes in Regno illo eſſe plures de fide ſuſpectos incolas, nec maius beneficiũ illi præſtari poſſe, quàm ſi ſanctæ Inquiſitionis Officio, veluti fidei quodam tutiſsimo propugnaculo, communiretur. Sic igitur conſenſione omnium, ac incredebili voluptate ſanctæ Inquiſitionis tribunal in eo Regno, maximo ipſius commodo ac beneficio poſitum eſt, quod (eo tempore cuius ſuprà memini excepto) ſemper Generali Caſtellæ Inquiſitori ſubiacuit.

In ſanctum illius Regni Inquiſitionis Officium plures tum literis, tum virtute

virtute inſignes viri incubuerunt, tam ab eius incunabulis, quàm poſtea quàm Generali Caſtellæ Inquiſitori ſubordinatum eſt, quorum nomina hîc attexere dignum iudicauimus, non ſolùm priuatâ propter omnium merita, ſed etiam quia eorum ſinguli literarum præſtantia, vitæque ac morum integritate de vniuerſa Valentinorum Repub. benemeriti ſunt. Eorum numerus ac ſeries partim ex regiſtro ſancti Officij, partim verò ex pluribus Apoſtolicis literis ac capitularibus actis celeberrimi Dominicanorum Cœnobij illius ciuitatis decerptus eſt.

Primus itaque eius Prouinciæ (quē
6 ſcimus) inquiſitor † fuit, frater Andreas Ros, ex Dominicanorum ordine, qui ab anno. 1420. vſque ad annum. 1434. in eo munere laudabiliter verſatus eſt.

Frater Arnaldus Corio, ſacræ Theologiæ magiſter, in Baſileæ Cōcilio Eugenij Papæ IIII. iuſſu, anno humanæ ſalutis. 1434. Inquiſitor creatus eſt, vt ex eius Canonica inſtitutione conſtat, quæ in dicto Cœnobio aſſeruatur. Hic vſque ad annum. 1443. quo diem ſuum clauſit extremum, illius regni fuit fidei Inquiſitor. Fuit etiam in Eccleſia Valentina vltimus ordinis lector, vt ex eius Eccleſiæ veteribus conſtitutionibus videre eſt, fol. 87.

Magiſter Frat. Martinus Trillus, Cœnobij S. Dominici ac eius Regni Inquiſitor, anno. 1449.

Magiſter Frat. Michael Iuſtus anno ſalutis. 1458.

Magiſter Frat. Raphael Garcia reperitur Inquiſitoris Officio functus ante annum. 1461. & vſque ad annū. 1467. quo ab humanis deceſsit.

Magiſter frater Franciſcus Pinetus, primùm Vicarius, deinde Prior Cœnobij ſancti Dominici Ciuitatis Valentiæ eodem anno proximè dicto in hoc munere ſucceſsit; quod exercuiſſe probatur vſque ad annū. 1469. De vlterioribus verò annis vſque ad. 1474. nihil planè legimus.

Magiſter frater Didacus Borrellus anno. 1474.

Magiſtri Fr. Ioannes Ortes, & frater Chriſtophorus de Gualbes hæreſeos Cenſores fuerunt vſque ad annum Domini. 1482.

Eodem anno primarius ac Generalis Hiſpaniæ Inquiſitor, frater Thomas à Turre-cremata duos ſequentes creauit Inquiſitores, Magiſtrum Martinum Enigum Theologum, ac Canonicum Valentinum, Magiſtrum prædictum fratrem Ioannem de Epila familiæ Prædicatorum, qui ſimul cum fratre Ioanne eiuſdem ordinis primarius Aragoniæ fuerat Inquiſitor, anno Domini. 1481.

Anno tamen. 1487. ſuperiùs nominatis tres ſubſtituti ſunt, Licenciatus Petrus Sanctius à Calancha, Canonicus Palentinus. Licenciatus Ioannes Lupus à Cigales, Theologus, Canonicus Conchenſis, qui poſtea fuit Inquiſitor Abulenſis. Internecionem ac mortem glorioſi ſancti Chriſti martyris Chriſtophori (quem vulgò ſanctum Innocentem è Guardia appellamus) teſtatam inſtrumentis reliquit.

Doctor Franciſcus Soler Iuriſperitus Ilerdenſ. Canonicatus an. 1488. Inquiſitor electus eſt frater Michael de Monte rubeo, ordinis ſancti Dominici, Prior ſancti Petri [de las Dueñas] vt vocant.

Magiſter frater Didacus Madaleno ex eadem familia, Prior ſancti Ilephonſi Taurini, qui priùs Prouincialis Caſtellæ reformationis fuerat, in eam Inquiſitionis dignitatem cooptatur, anno. 1489.

Licentiatus Ioannes Monaſterius Iuriſ-



periſperitus, Canonicus Burgen. anno. 1492.

Licentiatus Rodericus Sāctius à Mercato, Canonicus Zamoren. ann. 1500.

Doctor Iuſtus à ſancto Sebaſtiano, Canonicus Palentinus, anno 1504.

Doctor Toribius à Saldaña anno 1505. poſt Inquiſitor Cæſarauguſtanus creatus.

Magiſter Gaſpar Puteus Theologus, eodem anno. 1505.

Doctor Giſbertus Ioannes Remolius, Canonicus ac præpoſitus Ilerdēſis anno 1510.

Doctor Andreas à Palatios anno 1510. fidei cenſor fuit vſque ad annum 1520. Sed quoniā ordinibus ſacris initiatus non erat, eo munere relicto ſtatum matrimonij elegit, quem deinde Cardinalis Adrianus, Generalis Hiſpaniæ Inquiſitor, quoniam diligenter ac rectè in eo munere fuerat verſatus aſſeſſoris illius ſancti Officij munere eum cohoneſtauit.

Ioannes Caluus, vtriuſque Iuris prima corona laureatus anno 1514.

Licentiatus Ioannes à Churruca, Cantor Almeriæ 1520.

D. Arnaldus Alberti Canonicus Maioricenſis anno 1527. qui poſtea fuit Epiſcopus Patinen. & Maioricenſis.

Frat. Antonius de Calcena in Aragonum Regnis Franciſcanorum vicarius Generalis, fuit Inquiſitor Valentiæ anno. 1534. poſtea Epiſcopus Dertuſanus.

Magiſter Antonius Ramirus de Haro Abbas de Arbas eodem anno, quo magiſter Caliena Inquiſitor deſignatur cum ambo propter Maurorum ad fidem conuerſorum negotia eò miſsi fuiſſent.

Licentiatus Sanctius Peretius ab Spelunca, Canonicus Pacis Auguſtæ eodem anno 1534.

Licentiatus Gundiſaluus à Munebrega anno 1535. qui Epiſcopus Tarraconenſis non multis ab hinc annis mortuus eſt.

Doctor Blaſius Ortitius, villa Robredo natus Canonicus Toletanus anno 1540. poſtea Archiepiſcopi Toletani Vicarius Generalis, qui priùs collega ampliſsimi collegij ſanctæ Crucis Pincianæ, ac poſtea Referēdarius fuerat Adriani VI. Pontificis Maximi.

Antonius Ramirius ab Haro, electus Epiſcopus Mirobregen. vel Ciudad Rodrigo eodem anno 1540. cum Inquiſitoris poteſtate Valentiam remeauerat, vt de negotijs nouiter conuerſorū ad fidē ageret, poſtea fuit Epiſcop. Calagurritanus, & Segobienſis.

Licētiatus Petrus Gaſca ex ignobili vico in Abulenſi tractu ortus, ad res omnes peragendas expeditus, in Senatum Inquiſitorum aſcitus, & ad Mauricæ gentis tumultus ſedandos Valentiam miſſus fuit: & poſteà varios noui orbis motus contra Piçarrum conſilio ſuo & prudētia pacauit.

Doctor Azebeus Canonicus Burgenſis eodem etiam anno 1540.

D. Ferdinandus Loazes, Epiſcopus Helnenſis anno Domini 1541. poſtea Epiſcopus Ilerdēſis Dertuſenſis, deinde Archiep. Tarraconēſis, ac demum Archiepiſcop. Valentinus, ac Patriarcha Antiochenus, qui obijt ann. 1568. in Collegio ab eo conſtructo, atque dotato ordinis Prædicatorum de quo optimè meritus ſemper fuerat.

D. Franciſcus à Nauarra, Canonicus regularis ordinis Beatę Mariæ de Roncesualles, electus Epiſcopus Mirobregen. vel Ciudad Rodrigo, qui Valentiam miſſus eſt anno 1541. vt de nouiter conuerſis à fide deficientibus cognoſceret. Hic fuit poſtea Archiepiſcopus Valentinus. Eius præſtantiſsimi viri nobilitas, comitas, moderatio, ac egregia erga ſubditos beneuolentia adhuc recens eſt.

Doctor Alphōſus Peretius, an. 1544.

Doctor

Doctor Martinus Peretius ab Ortega, eodem anno 1544. qui poſtea Inquiſitor Lerenæ obijt.

Licentiatus Gregorius à Miranda, anno 1548. in eam prouinciam deſtinatur. Poſtea cõuerſorum ex Mauris indiſſolubilia negotia illi commiſſa ſunt. Demũ Abbas ſancti Iſidori Legionenſis creatur, cuius regulam profeſſus, viam vniuerſæ carnis Valẽtiæ ingreſſus eſt. Fuit vir pius, ac ordinũ SS. Dominici & Franciſci apprimè deuotus.

Doctor Ramiretius, qui antea Lerenæ Inquiſitor fuerat, Valentiã cum eodem munere migrauit, anno 1562. ibique deceſsit electus Epiſcopus de Cuſco, in ea Indiarum prouincia, quæ vulgò dicitur Perú.

Doctor Alphonſus à Soto Mayor, Gallecus, anno 1562. qui dignitate Eccleſiæ Granatenſis cohoneſtatus Valentiæ obijt, anno 1564.

Licentiatus Bernardinus ab Aguilera, Canonicus Corienſis. ann. 1564.

D. Hieronymus Manrique, qui Murciæ ſanctæ Inquiſitionis Officio operam dederat, Valentiam eidem officio vacaturus venit anno 1566. qui poſtea primus triremium cenſor ac ſupremi Inquiſitionis Conſilij fuit ſenator, & ſanctę Cruciatæ generalis Cõmiſſarius, ac tandem Epiſcopatu Abulenſi, & generalis Inquiſitionis officio cohoneſtatus eſt.

Licentiatus D. Ioannes à Rojas, vir ſanè literis religione & prudẽtia clarus Valentiæ Inquiſitor fuit, anno 1567. & poſtea in regno Siciliæ Agrigentinus Epiſcopus deceſsit.

Licentiatus Andreas Sanctus, qui fuerat Inquiſitor Maioricenſis, ac Cordubenſis, fuit etiam Valentię Inquiſitor anno 1568. poſtea verò Cæſarauguſtæ, poſtea Epiſcopus Turolenſis, ac demum Archiepiſcopus Cęſarauguſtanus: vir equidem egregia comitate, ac humanitate inſigni adeò omnibus gratus, vt ad ampliorem dignitatem euehendus abſque dubio fuiſſet, niſi fato in Comitijs Montiſonæ anno 1585. celebratis ab hac luce ſubtractus eſſet.

D. Sotus Calderon, priùs Murcię deinde Valentiæ Inquiſitor, an. 1569. vbi Canonicus & Archidiaconus Paci Auguſtæ mortuus eſt, anno. 1573.

Licentiatus Martinus à Saluatierra antea Lerenæ Inquiſitor, poſtea Valentiæ anno 1575. mox fuit Epiſcopus Albarraſin, & deinde Epiſcopus Segobienſis.

Licentiatus Didacus ab Ahedo, anno 1572. poſtea Epiſco. Agrigentinus & nũc Archiepiſcopus Panormitanus.

Licentiatus Petrus à Zarate, eximia pietate cõſpicuus Inquiſitor Murcienſis ciuitatis, & Valentiæ an. 1573. qui Inquiſitionis muneri prudenter grauiterque incubuit.

Licentiatus D. Ioãnes à Stunica Valentiæ Inquiſitor anno 1574. deinde Toleti, electus Epiſco. Inſularum Fortunatarum: vulgò [Canariæ] nunc verò ſupremi Inquiſitionis Cõſilij ſenator, ac commiſſarius ſanctæ Cruciatę eſt, & fuit Salmantinę Academiæ moderator.

Licentiatus Ferdinãdus Cortes, Inquiſitor Valentiæ anno 1579.

Licentiatus Alphonſus Ximenez à Reynoſo anno 1580.

Licentiatus Ioannes Llano de Valdes, ann. 1581. Inquiſitor Cæſarauguſtæ, nunc verò Hiſpali eidem officio nauat operam.

Doctor Franciſcus ab Argãda priùs Conchenſis poſteà Valentiæ Inquiſitor, ann. 1582. moxq; Cõchen. reuerſus eſt, qui literis & prudentia pollet.

D. Petrus Gutierrez à Flores, ordinis Alcãtarę, ſacerdos cõuẽtualis, an. 1584. Inquiſitor Valẽtinus, inde ad ſupremũ ſenatũ Indiarum aſsũptus eſt.

Licen-



Licentiatus D. Petrus Giron antea Lerenæ, nunc verò ob ſingularia virtutum ac literarum ornamenta Valẽtinus Inquiſitor creatus fuit.

D. Philippus à Taſsis è Barcinonenſi Inquiſitione iàm ad Valentinam tranſlatus, qui non minus literis ac pietate quam prudentia pollet.

Licentiatus Gordazar id munus Valentiæ diligenter ac prudenter executus eſt, & inde ad Pincianam Inquiſitionem euectus fuit.

## *De Neapolitana Inquiſitione.*
## *CAP. X.*

### SVMMARIVM.

1 *NEapoli Inquiſitio fuit ante annum 1274.*

2 *Petrus Belforatus Archiepiſcopus Meſſanenſis, ab Inquiſitore Generali Caſtellæ Inquiſitor Neapolis creatur.*

3 *Literæ Ferdinandi in fauorem Neapolitani Inquiſitoris.*

4 *Didacus Obregon, receptor ſancti Officij Siciliæ, creatur receptor bonorum confiſcatorum Neapolis.*

5 *Ferdinandus non potuit Inquiſitionem Neapolin introducere.*

6 *Caroli quinti ſtudium in introducenda Inquiſitione, & Neapolitanorum motus, & contradictio.*

1 NEAPOLI, † ante obitum Diui Thomæ Aquinatis, qui fuit anno humanæ ſalutis 1274. hæreticæ prauitatis tribunal fuiſſe, ex illius vita, quæ in initio ſuorum operum poſita eſt, apertè conſtat. In ea enim recenſetur, D. Paulum Apoſtolum Paulo Aquiliano Neapolitano Inquiſitori illius Angelici Eccleſiæ Doctoris mortem prænunciaſſe. Porrò anno Domini 1504. opera atque induſtria ſtrenui illius Ducis, qui per excellentiam Magnus cognominatur; recuperato à Ferdinando Regno illo; atque pacato, cum plures hæretici labe, ac Iudaicis ſuperſtitionibus contaminati, qui Hiſpania exceſſerant in illud Regnum, quod rebellauerat, tanquam in tutiſsimum portum diuertiſſent, nihil, eo ſubiugato, Regi prius fuit, quàm ſpurcorũ hominum ſocietate contaminatam ditionem il-
2 lam expurgare. † Quamobrem Didacus Deza Epiſcopus Palentin. ac Generalis in omnibus Regnis, & ditionibus Catholicorum Regum Inquiſitor, Petrum Belforatum Archiepiſcopum Meſſanẽſem, Inquiſitoris ei delegata poteſtate ad illud Regnum miſit, cui Ferdinandus literas ad Pręſidem, proceres, ac Vniuerſitatem illius ciuitatis ac Regni dedit, vt omni auxilio ac fauore illi in omnibus pręſtò eſſent: quarum literarum exemplaria hîc inſerere placuit.
3 Ferdinandus, & Elizabetha, &c. † Illuſtri, Magnifico, dilectoq; conſiliario, magnoque Capitaneo noſtro, Gonzalo Ferdinando de Corduba, Duci Terre-nouæ, Comitique ſancti Angeli, ac Viceregi in dicto noſtro Siciliæ citra Pharum Regno, ſacroq; noſtro conſilio, & eius Præſidenti, locumtenenti, & Pręſidentibus Cameræ noſtræ ſummariè etiam alijs quibuſuis officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus, quibus officio, titulo, autoritate, dignitate, & poteſtate fungentibus, dictorumq; officialium locumtenentibus, ſeu ipſa officia regentibus, ad quem, ſeu quos ſpectet, præſenteſque peruenerint, ſeu fuerint quomodolibet præſentatę, ſubſcriptaque pertineãt, vel pertinere quouis modo dignoſcãtur, ſalutem & dilectionem. Noueritis,

quod

quod Reuerendus in Chriſto pater,
dilectuſq; Conſiliarius & cõfeſſor no-
ſter,Fr.Didac. Deza, Epiſcop. Palen-
tin. Comeſq; Perniæ, ac in omnibus
Regnis & terris ditionis noſtræ con-
tra hæreticam & apoſtaticam praui-
tatem Generalis Inquiſitor, animad-
uertens,velut Catholicus,& ſui offi-
cij ſtudioſiſsimus, elapſis temporibus
Regno ipſo Siciliæ citra Pharum non
dum à nobis recuperato, ingentem
hæreticorum cateruam ſeu multitu-
dinem ab his noſtris Hiſpaniarum Re
gnis metu ſancti Officij Inquiſitionis
profugam illuc ſeſe tanquam in tu-
tam manſionem recepiſſe, quorum
ſtatuæ (culpis tamen & criminibus
eorundem id iuſtè expoſcentibus)
poſt ipſorum abſentiam, igni traditæ
ſunt, pro ſuæ, noſtręque conſcientiæ
exoneratione: quandoquidem Re-
gnum præfatum(Deo propitio)ad no
ſtras iam peruenit manus, noſtræque
tandem ditioni omnino ſubiecimus,
ſanctum Inquiſitionis Officium iſt-
huc tranſmittere deſtinauit, Regnũ
idem hæreſis & apoſtaſiæ infando
ac deteſtabili crimine purgaturum,
exſtirpaturumq; ad laudem, cultum
& honorem ſummi rerum omnium
conditoris,noſtræq; fidei orthodoxæ
decus,augmentum,& exaltationem,
& Chriſti nominis ſublimationem.
Huiuſmodi munus Reuerẽdo in Chri
ſto Patri, dilectoque conſiliario no-
ſtro fratri Petro de Belorado Archie-
piſcopo Meſſanenſi, & in Regno no-
ſtro Siciliæ vltra Pharũ iam modo hæ
reticę prauitatis Inquiſitori, viro quip
pe doctiſsimo,& integerrimo ſuis cõ-
miſsionibus ſubeundum commiſit,
à noſtriſque petijt Serenitatibus, vt
præfatum Reuerendum Archiepi-
ſcopum Inquiſitorem ſtatim in re-
gnum ipſum profecturũ, noſtri bra-
chij Regij decenti opportunoque
auxilio & fauore,pro dicto(videlicet)
ſancto Officio liberè exercẽdo hęre-
ticiſque ipſis capiendis,& eorum cri-
minibus puniendis, boniſque confiſ-
candis,ac cæteris agẽdis, quæ ad eius
officium ſpectent,& incumbant, vti
Reges & Principes Catholici, Chri-
ſtianæque Reipublicæ zelatores, pro
ſequi & ſuffragari mandare dignare-
mur. Nos verò,quos Domini cultus
augendi Chriſtianæque Religionis
amplificandæ ingens cura ſolicitat,
eiuſdem Reuerendi Epiſcopi, & Ge-
neralis Inquiſitoris iuſtiſsimis peti-
tionibus ſpontaneâ voluntate an-
nuentes, deſiderantesque Regnum
ipſum nuper nobis à Deo redditum,
ijs quæ Deo grata ſunt, manu noſtra
muniri ac decorari, omnique hæreſi
ac infidelitate purgari, & Inquiſito-
rem prænominatum in tam ſancti Of
ficij miniſterio fauore debito exorna
ri,præſentium tenore ſciẽter, expreſ-
ſe,& conſultò vobis,ac vnicuique ve
ſtrûm dicimus diſtricteque præci-
piendo mandamus ſub noſtræ gratiæ
& amoris obtentu, pœnaque vn-
ciarum decem millium,à bonis cuius
ſlibet contrà facientis exigendarum,
noſtroque applicandarum ærario, vt
adueniente præfato Reuerendo Ar-
chiepiſcopo Inquiſitore, pro dicto
officio exercendo in Regnum illud
prædictum, ,ſeu in quaſuis illius par-
tes, & loca iuriſdictionum veſtra-
rum, eundem, eiuſque familiam,
ac officiales, & miniſtros dicti ſancti
Officij,quos ſecum adduxerit, cum
debito honore & reuerentia recipiẽ-
tes decẽter hoſpitemini,& inde ſuum
Inquiſitionis Officium liberè, & abſ-
que aliquo impedimento facere &
exercere ſinatis & permittatis: nec
non quotieſcumque ſeculare bra-
chium inuocauerit eidem Inquiſito-
ri,& miniſtris,ab eiſdem requiſiti om
ne auxilium, conſilium, & fauorem
petitum & neceſſarium continuò ac
in-



incunctãter præſtetis & impendatis,
præſtarique & impendi faciatis, ca-
piendo,ſeu capi faciendo,& carceri-
bus mancipando, vinculiſque ſeu
compedibus alligãdo omnes,& quoſ-
cunque,per ipſum Inquiſitorem vo-
bis deſignatos ſeu nominatos,captoſ-
que detinẽdo & cuſtodiendo, nec nõ
à locis iuriſdictionis veſtræ in alia lo-
ca vel partes ab eodem Inquiſitore
deſtinatas,mutãdo ſeu transferendo
& eius Alguazirio ſeu miniſtris eoſ-
dem tutò liberando ac relinquendo,
& facinoroſos eis,ſeu de hæretica la-
be apoſtaſiæ conuictos dum Inquiſi-
tor ipſe brachio ſeculari eos relaxa-
uerit, vel tradiderit condemnatos,ac
pœna puniẽdos,pœnis debitis afficia-
tis,& plectatis nõ obſtantibus in præ-
miſsis aut aliquo præmiſſorũ quibuſ-
uis pactis,cõuentionibus,aut capitula
tionibus per vos,præfatũ illuſtrẽ Du-
cem,aut aliũ quemcunq; nomine no-
ſtro vel veſtro in deditione ciuitatis
Neapolis,aut alias quãdocumque, &
quomodocumq; factis conuentis vel
iuratis,cum ea quæ contra fidem fa-
ciunt,nullo pacto à Catholicis obſer-
uanda ſint:quinimò eaſdem, ſi tales
ſunt,quæ prædictis aliquatenus ob-
uiare cenſeantur cum præſentibus,
quo ad hæc reuocamus,taxamus,an-
nullamus,& irritamus,pro caſsiſq;,ir-
ritis,ac nullis,nulliuſq; roboris ſeu mo
menti haberi volumus, & habemus:
cæteris autem ad hæc non tangenti-
bus in ſuo robore permanẽtibus. Prę-
tereà, vt Inquiſitor præfatus, mini-
ſtrique & officiales prædicti dictum
ſanctum Inquiſitionis Officium li-
berius atq; tutius exercere valeant,
quo plenius ſe nouerint præſidio &
fauore noſtro ſuffultos: eoſdem cum
tota eorum familia, iumenta, res, &
bona quæcumque ſub noſtro ſpeciali
guidatico, cuſtodia, protectione, &
ſaluagardia, mittimus, ponimus, atq;
ſuſcipimus: mandantes inſuper vobis
ſub pœnis prætaxatis, vt guidaticum
noſtrum huiuſmodi eiſdem,& rebus
eorum inuiolabiliter obſeruetis,nullũ
eiſdem grauamen, moleſtiam, iniu-
riam,damnum,detentionem, vel of-
fenſam in perſonis,vel in bonis infe-
rẽdo,vel faciendo,aut à quopiam fie-
ri,ſeu inferri permittendo. Verumta-
men(ſi neceſſe erit,& requiſiti fueri-
tis)eiſdem de ſecuro tranſitu condu-
ctoq; prouidebitis. Cauti verò à con-
trario faciendo aliqua ratione vel cau
ſa,quantò gratiam noſtram charã ha-
betis,iramque & indignationem no-
ſtram,ac pœnam pręappoſitam vere-
mini incurrere. Dat. in oppido Me-
tinæ del Campo die 30. menſis Iunij,
7. Indictione, ann. à Natiuitate Dñi
1504. Yo el Rey. Yo la Reyna. Domi
ni Rex & Regina ex deliberatione
facta in conſilio Generalis Inquiſitio-
nis mandarunt mihi Ioanni Roiz de
Calcena,& iuſſerunt vt nullus eam
videret.

Rex & Regina Caſtellæ, Aragonũ
Siciliæ citra & vltra Pharũ, &c. illu-
ſtris Dux Armorũ, magnæ capitaneæ
Vicerex, & locumtenens, &c. Ge-
neralis conſiliarie noſter fidelis, dile-
cte. Non ignoratis, quàm vtile ac ne-
ceſſariũ fuerit Regnis ac ditionibus
noſtris ſanctæ Inquiſitionis Officium
ex quo, quantum Eccleſia S. exaltata
fuerit,diuinus cultus reformatus, quã
ta denique commoda in Chriſtianam
remplublicam fluxerint, experientia
nouimus, ita vt piè, firmiterq; creda-
mus plures victorias ac beneficia, quę
nobis Deus præſtitit, hanc ſancti Of-
ficij inſtitutionem, quę nobis ſemper
cordi fuit, ea à Diuina clementia im-
petraſſe, impetraturãq; vt eã nobis in
poſterũ ad ſuam gloriam cõcedantur.
Et quoniã(vt ſatis ſcitis)in ipſum Re-
gnum plures hæretici S. Officij me-
tu,ac propria conſcientia perculſi ac

 fu-

fugerũt, quorũ ferè omniũ ſtatuę propter enormiſsima eorũ delicta in Hiſpania cõbuſtę ſunt, cui malo vt mederetur, reuerẽdus Epiſc. cõfeſſarius noſter, ac Generalis in omnibus Regnis ac ditionibus noſtris Inquiſitor, pro ſuæ & noſtræ cõſciẽtiæ exoneratione reuerend. Archiep. Meſſan. Inquiſitorẽ ad iſta regna delegauit, eiq; mandauit, vt in ipſum regnũ trãsfretaret, & in hęretici criminis noxios, vel quorũ ſtatuę igni traditę hîc ſunt debitis ſupplicijs ſtatuat, quod nullatenus fieri potuit, quantumvis vos de eorum indemnitate ac ſecuritate eo tẽpore quo ipſa ciuitas vobis tradita eſt, pepigeritis, cum tale pactum contra fidẽ noſtram factum nõ teneamini adimplere. Et quoniam niſi ſumma prudentia atq; ſolertia prouideatis de dictorum hæreticorũ cuſtodia omnes abſq; dubio ex ipſo regno in alias prouincias nobis non ſubditas tranſmearent, eorumque delicta impunita remanerent, quod maximè Dei Opt. Max. volũtati repugnare credimus, ac ea de cauſa dictus Archiep. Meſſanenſ. itineri ſe committit, eo colore quaſi Romam ſit appulſurus: idcirco noſtro congruit ſeruitio, ſicq; vobis dicimus & mandamus ſub fidelitatis pœna quatenus confeſtim atq; præſentes literæ vobis redditę fuerint omnes ipſius regni portus ac exceſſus ſufficiẽti cuſtodia cõmuniatis, ne quiſquam dictorum hæreticorum prædicto regno poſsit excedere, ac dicto Archiepiſcopo eiuſque officialibus & miniſtris in omnibus præſtò ſitis, eiſq; auxilium conſilium, & fauorem pręſtabitis. Dat. Metinæ del Cãpo, die 30. Iunij. 7. Indict. an. à Natiu. D. 1504. Ego Rex. Ego Regina, &c. Alię extant Catholicorum Regum ad Proregem regni Neapolis Epiſtolæ, ad eundem ferè effectum. Dat. 8. & 24. Iulij. Alia Ferdinandi extat ad Franciſc. de Rojas, eius apud ſedem Apoſtolicam oratorẽ, qua eum iubet prædicto Archiepiſcopo Meſſan. Neapolitano Inquiſitore apud Pontif. intercedere, ſi quid ei negotij in Romana curia contingeret, quas omnes literas breuitatis ſtudio libenter omittimus.

4 Eodẽ anno † Rex Ferdinãdus Didacum Obregon receptorẽ bonorũ cõfiſcatorũ S. Officij in Regno Sicilię, eorũ quoq; bonorũ, quę ex S. Officio tũc primũ Neapoli inſtituto ad Regiũ fiſcũ deuoluerẽtur, receptorem fecit.

5 † Verùm licet inclytus ac Catholicus Ferdinandus impenſè ac ſtudioſè curaret S. Inquiſitionis Officiũ quemadmodũ cum Eccleſię fructu exercebatur Neapoli inſtituere, quamplurimis ſuboriẽtibus negotijs ac difficultatibus, rẽ perficere pręperditus eſt, Ann. ſanè à Natiu. D. 1546. Carolus V. Imperator cupiens de competẽti remedio regno Neapolitano prouidere, illiq; aduerſus Lutheri peſtẽ, quæ Alemaniam latè populabatur, certiſsima antidota pręparare; ac etiam, ne ſi quiſq; illius impoſtoris impius ſectator in illo regno verſaretur, impunè ageret D. Petro Toleto Proregi Neapol. ſemel iterũq; imperauit, curaret vt S. Inquiſitionis Officium in eo regno reciperetur. Prorex verò omnibus neruis tentabat, vt propoſitum finem conſequeretur; cum autem matura hominum ac rerum ſtatu penſatis animaduerteret, difficilem rei exitum fore, munera publica credenda curauit optimis ac moratis viris, qui Inquiſitionis introductionẽ adiuuarẽt, deinde publicè propoſuit, quantũ è diuino cultu ac è republica foret, quàm gratũ etiã Imperatori accideret, ſi Hiſpanorum ac Siculorũ exẽplo S. Offic. reciperent. Neapolitani verò ita rei nouitate repẽtè commoti ſunt, vt publicè dicerẽt, priùs vitã amiſſuros, quam illam Inquiſitionis normã per-



perferrent clamabãtq; hęreſum extirpationem ad Pontificẽ & iudices Eccleſiaſticos nõ ad temporalem Principẽ ſpectare. Intereà cũ ea cognouiſſet Paul. Põt. Max. ſua Apoſtolica Bulla expoſuit ad ſe, ſuoſq; iudices, & non ad alium Inquiſitorem cõtra hæreticos pertinere. Nihilominus tamen Prorex, ne populari illi furori cedere videretur, Inquiſitores ac Officiales ſancti Officij conſtituit, quo adeò Neapolitanorum animi iam irritati exarſerunt, vt quadam die cum duo ad cuſtodiã ducerẽtur, exclamarẽtq; ex Inquiſitionis cauſa capi, repente publico ſuborto tumultu, arma feſtinãter capiunt, ſe iureiurando omnes obſtringunt, ac eo vſque deuẽtum eſt, vt ex tribus arcibus Regijs tormẽtis igneis Neapolitana ciuitas magna ędificiorum deformatione fuerit expugnata, ac ciues cum Regijs militibus pedem contulerint, manum conſeruerint, ac tanquam capitales hoſtes conflixerint re tandem infecta Carolus ſua ſolita benignitate veniam precantibus conceſsit.

## *De Inquiſitione regni Siciliæ.*
## CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Philippus II. Hiſpaniarum Rex Ludouicum de Paramo autorẽ decidendarum controuerſiarũ inter Proregẽ & Inquiſitores Siciliæ cauſa euocauit.*

2 *Controuerſiarum illarum deciſionem, quibus Rex commiſerit.*

3 *Cardinalis Quiroga, & D. Hieronymus Manrique, Generales Inquiſitores, autori mandarunt, vt hunc librum ſcriberet.*

4 *Tribunal S. Inquiſitionis in Sicilia Panormi eſt.*

5 *F. Nicolaus Miſmus, Inquiſitor Siciliæ, Cardinalis creatur, anno 1378.*

6 *Inquiſitor quidã Siciliæ capellanũ Papæ excommunicauit, & reprehẽſus eſt.*

7 *Inquiſitionem Siciliæ ex antiquioribus Eccleſiæ eſſe probatur.*

8 *Priuilegium Frederici Imperatoris à Rege Alphonſo confirmatũ traditur, quo tertia pars bonorum hæreticorũ Inquiſitorib. applicatur, & tenentur Iudæi ſemel in anno trãſeuntibus Inquiſitoribus neceſsitates ſuppeditare pro viatico, quilibet in groſſum.*

9 *Priuilegium idem Frederici à Catholicis Regibus confirmatur.*

10 *Inquiſitionis Tribunal in Regno Siciliæ valdè neceſſarium eſt.*

11 *Inquiſitio Siciliæ ampliora habet priuilegia, quàm aliæ Inquiſitiones Hiſpaniæ.*

12 *Literæ Caroli V. Imperatoris, quibus dicta priuilegia confirmauit.*

13 *Priuilegia alia, quæ Carolus Inquiſitioni Siciliæ conceſsit, commemoratur.*

14 *Literæ Caroli V. Imperatoris, in fauorẽ Inquiſitionis regni Siciliæ.*

15 *Prouiſio Proregis Siciliæ, in fauorem S. Officij eiuſdem regni.*

16 *Priuilegia S. Officio regni Siciliæ à Carolo V. ſuſpenduntur an. 1535.*

17 *Incõmoda, quæ Inquiſitioni contigerũt ex ſuſpenſione priuilegiorum.*

18 *Carolus V. Imperator an. 1543. priuilegia Inquiſitionis ſuſpẽſa ei reſtituit.*

19 *Confirmatio priuilegiorum S. Officij facta à Carolo V. Imperatore.*

20 *Philippi Principis in ſanctum Officiũ Siciliæ munificentia, & fauor.*

21 *Magnatum & Baronum Siciliæ in Inquiſitionem magnum obſequium, & deuotio.*

22 *Vtilitas magna ſancto Officio obuenit, quod Barones eius familiares ſint.*

23 *Contentiones inter Proregem & Inquiſitores de iuriſdictione Siciliæ ſubortæ ſunt.*

24 *Concordia & Saluagardia inter Proregem & Inquiſitores Regni Siciliæ inita 1580.*

25 *Prouiſio in fauorē conſultorū S.Officij.*
26 *Literæ Philippi II. Regis ad Proregem Siciliæ, in fauorem S.Officij.*
27 *Nobilium Familiarium diligentia in rebus fidei.*
28 *Incommoda, quæ ſequuntur, ſi nobiles prohibeātur eſſe Familiares S.Officij.*
29 *Inquiſitores regni Siciliæ ex ſpeciali priuilegio cognoſcere poſſunt de vſurarum cauſis.*
30 *Inquiſitorū regni Siciliæ nomēclatura.*

TAM inteſtinæ ac
graues de iuriſdi-
ctione contentio-
nes inter Proregē
vel iudices ſecula-
res, & Inquiſitores
regni Siciliæ inter-
1 uenerunt, vt † Philippus II. Rex no-
ſter Catholicus, eas ſedare atque ex-
tinguere cupiens, me ad ſe venire
iuſſerit, vt pleniùs atque ſpecialiùs
de vtraque Proregis ac Inquiſitionis
iuriſdictione, ac de alijs illius Regni
negotijs à me, qui vndecim annis in
illis verſatus fuerim, audire poſſet. Sa
nè octauo menſis Iulij 1594. cum me
pro ſua innata naturæ bonitate beni-
2 gnè exaudiſſet, † ad difficilem illam
Iuriſdictionum controuerſiam deter
minandam congregare iuſsit, Licen-
tiatum D. Ioannem ab Stunica, &
D. Ioannem Aluarum à Caldas, ſu-
premi ſanctæ Inquiſitionis ſenatus cō
ſiliarios, ac Licentiatum Didacum ab
Eſcudero, ac Doctorem Brugnolum
in Italij Conſilio primario Regentes.
viros hercle & prudentia & literis
ſingulares, quorum Doctorum voto
Rex negotium totum determinauit.
Hinc itaque ſumpta occaſione il-
luſtriſsimus Cardinalis Gaſpar à Qui-
roga, Toletanus Archiepiſcopus, ac
Generalis Inquiſitor mihi demanda-
uerat, vt inſignia aliqua de Inquiſitio
ne, ac præſertim de Sicula (cuius ego
indignus ſum alumnus) cogerē, quod
nemo in tam præclaro argumento
hucuſq; elaboraſſet. illuſtriſsimo Car-
dinale vita functo, Reuerendiſsimus
Dominus Hieronymus Mārique eius
in generalis Inquiſitionis cura ſuc-
ceſſor, cum meū ſciret occupationis
genus, diſtrictè præcepit, vt incepto
labori imponerem colophonē, quod
in D E I O P T. M A X. ac ſancti Offi-
cij honorem, atque ſeruitium verge-
re videbatur: quibus ego (licet inge-
nij imbecillitate parū fretus) non po-
tui non parere, & ad hanc Siciliæ In-
quiſitionem, eiuſque partes (iā Deo
annuente) perueni, in qua longior
quàm in alijs eſſe debeo, tùm ob eius
ſitum, reſque alias plures commemo-
ratione ac laude perdignas, tum etiā
propter ampliſsima eius Inquiſitio-
nis priuilegia, tam à Catholicis Regi-
bus, quàm ab Imperatore Carolo V.
ac Rege noſtro ei indulta, atque con
ceſſa: quæ cum fere omnia in concor
dia, quæ Paci Auguſtæ anno 1580. à
Rege decreta eſt, contineantur, eam
concordiam ideo ſuo loco quambre-
uiſsimè explicabo.

4 Sancti † Officij Inquiſitionis Tri-
bunal in Regno Siciliæ Panormi, quę
ciuitas caput Regni eſt, vbi Prorex &
Conſilium eſſe conſueuerunt, ſitum
eſt. Huius Tribunalis originem inue-
ſtigans, reperio in libro, quem de
Cardinalium creatione Onuphrius
Panuinus ſcripſit, Vrbanū VI. Pontifi-
cem Max. Nicolaum Miſmū ordinis
Prędicatorum, ac Siciliæ Inquiſitorē
in Cardinaliū numerū cooptaſſe, an.
Domini 1378. ſed tamen multò an-
tea Inquiſitionem in eo regno fuiſſe
6 certū eſt, cum † Ioānes XXII. in Ex-
trauag. quæ incipit. [Cùm Matthæus
de Pontiniano, ordinis Prædicatorū
Inquiſitor hæreticæ prauitaris in re-
gno Sicilię autoritate Apoſtolica de-
putatus, &c.] Inter cōmunes tit. de hę
reticis, in Matthęū de Pontiniano fa-
miliæ



miliæ Dominicanorū acerbè inuehi-
tur, quod in regno Sicilię, vbi Inquiſi-
toris munere fungebatur, capellanū
quēdam Sum. Pontif. (& ideo ab eius
iuriſdictione exemptū,) excōmunica-
uerat, cum tamen id efficere nequiſ-
ſet, ſed Papæ cuius erat officialis, eius
crimina intimaſſe. Sed & antiquior
eſt illis temporibus in hac inſula In-
quiſitionis memoria, cum Alexander
Rex Aragonū atq; Siciliæ die 17. Au-
guſti, an. 1491. priuilegium, quod Fre-
dericus Imperator Inquiſitioni Sici-
liæ, an. 1224. Panormi conceſſerat, cō-
7 firmaſſe legatur. Ex quo † Imperato-
ris priuilegio manifeſtè deducitur,
Siciliæ Inquiſitionem inter antiquio-
res Eccleſię Inquiſitiones exiſtere. Nā
cum delegata Inquiſitio, an. 1215. in-
troducta ſit, & priuilegiū Inquiſitioni
Siciliæ in an. 1224. cōceſſum inuenia-
mus, credendū eſt ante eum annū In-
quiſitionē in ea inſula cōſediſſe. Illud
obiter notandum eſt, in Alphonſi Re-
gis priuilegio, Inquiſitoris cuiuſdā Fr.
Henrici Lugardi Panormitani, ordi-
nis Prędicatorum, in ſacra Theologia
magiſtri, mentionem haberi, qui ann.
1451. Alexandro Regi Aragonum ac
Siciliæ ſupplicauit, vt dictum priuile-
giū Inquiſitioni conceſſum confirma-
ret, quam ſolam inueni in illo regno
fratrum Inquiſitorum memoriā. Quę
omnia vt curioſiùs indaganti cōſtare
poſsint, priuilegium Frederici, ab Al-
phonſo Rege confirmatum, ac à Pro-
rege Sicilię executioni mandatū, an.
1452. hîc tranſcribēdum curauimus.

ALphonſus, &c.
8 Vicerex, &c. † Nobilibus viris,
vniuerſis & ſingulis officialibus, &
perſonis alijs dicti regni Siciliæ, ad
quos ſpectat, præſentibus & futuris
conſiliarijs, & fidelibus regijs dilectis
Salutē. Pro parte venerabilis religioſi,
& dilecti Regij F. Henrici Lugardi de
Panormo, ordinis Prędicatorū, ſacræ
Theologię magiſtri, & hęreticę praui
tatis in hoc regno Inquiſitoris, fuit no
bis nouiter exhibitum, & reuerenter
pręſentatū quoddam Regium priui-
legium, debita ſolēnitate vallatū, te-
noris ſequentis. Alphonſus Dei gratia
Rex Aragonum, Sicilię, &c. Vniuerſis
& ſingulis pręſentium ſeriē inſpectu-
ris, tam pręſentibus, quàm futuris. Li-
cet adiectione plenitudo non egeat,
nec firmitatē exigat, quod eſt firmū,
confirmatur tamen interdum, quod
robur obtinet: non quod neceſsitas
id expoſcat, ſed vt confirmantis ſin-
cera benignitas clareat, & rei geſtā
abundantioris cautelę robur accedat
Sanè nouiter per venerabilem & re-
ligioſum virum fratrem Hēricum Lu-
gardi de Panormo, ordinis prædica-
torum, ſacræ Theologiæ profeſſorem
& Inquiſitorem prauitatis hæreticę in
dicto regno vltra Pharum Siciliæ, fide
lem oratorem noſtrum dilectum, fuit
nobis reuerenter præſentatum tranſ-
ſumptum cuiuſdam priuilegij Impe-
rialis bonæ memorię Imperatoris Frē
derici, tenoris ſequentis. Fredericus
Dei gratia Romanorū Imperator ſem
per Auguſtus, & Rex Siciliæ, Vniuer-
ſis & ſingulis noſtro Imperio, & ditio
ni ſubiectis gratiā noſtram, & bonam
volūtatem. Dignū arbitramur, & om-
ni conſonū ęquitati, vt qui ſubditos ha
bere meremur in terris, eius ſubiecti
ſimus: qui omni creaturę pręſidet emi
nētiùs, quia tātò celſius ſublimabimur
quantò eius obſequijs humiliùs nos
reddiderimus ſubſequentes, & eò nos
ſibi fatebimur digna obediētiā famu-
lari, quò eiuſdem cultus, velut fidei ſa
croſanctæ primarij zelatores, obſe-
quia famulatus & aſsiſtētię dignis eius
ſeruulis prę ſtiterimus vt tenemur. Cū
igitur fidei Orthodoxę negotia ſint
vndiq; omni penitus proſequenda fa-
uore, pro eo quòd ex eis ſalus perue-
nit vniuerſorū ac hominis vtriuſque,
quibus ne dū contemptis, verumetiā

neglectis, parũper tẽdit, ędificiũ quod
libet in gehennã. Propterea his vigi-
lanti cura intendentes, propẽſius ſin-
gulis veſtrũ cuiuſcunq; fulſeritis tituli
claritate, ſiue officij poteſtate, noſtro
tamen Imperio & ditioni ſubmiſsis,
maximè in regno noſtro Siciliæ citra
Pharum noſtris præſentibus in perpe
tuum & futuris fidelibus prædilectis,
ſub noſtræ indignationis fulmine pręſenti
edicto diſtrictius præcipiendo
mandamus, quatenus Inquiſitoribus
hæreticæ prauitatis, vt ſuum liberè
officium proſequi, & exercere va-
leant, prout decet, omne quod pote-
ſtis impendatis auxilium, conſilium
& fauorem, quia tantò nobis præſta-
bitis aſsiſtentias promptiores, quan-
tò vbi & quando tanti negotij vtili-
tas perſuadet noſtris & proprijs po-
ſtergatis agendis) eorum fauoribus
intendetis, qui Dei negotia ſatagunt
exercere feruentiùs digna laude.
Quia verò bona ſciſmaticorum, Pa-
tarenorum, & à fide Apoſtatantium
hæreticorum ſtatutis quibuſdam fi-
ſco communiter applicantur, fiſcus
enim gaudet õmnibus bonis prædi-
ctorum, nil de bonis ipſis Inquiſitori-
bus prælibando, pro parte eorum me
rito laborem proſequentium: quod
tanquam alienum à ratione ducimus
cum vario ſe exponant diſcrimini, tã
periculorum, quàm etiam laborum
& expenſarum: propter quod digna
mercede totum eiſdem meritò debe
ret aſcribi, cùm nemo teneatur pro-
prijs ſtipendijs militare, & licet hoc
opus Dei propter ſpem retributionis
æternæ eſſet principaliter peragen-
dum, tamen volumus, & præſenti edi
cto perenniter ſtatuimus; vt attribu-
ta fiſco tertia ſolummodò parte bono
rum huiuſmodi, & tertia Apoſtolicæ
ſedi reſeruata, alia pars tertia abſque
obſtaculo cõtradictionis cuiuſquam
eiſdem Inquiſitoribus aſsignetur, ne
ſua mercede ſpiritualis agricola de-
fraudetur; & propter neceſſariorum
carentiam Inquiſitio tam ſalubris ex
inopia noxiè omittatur, quibus etiam
propter eorum vigilantem ſolertiam
vitæ modeſtiam, nec non & affluen-
tiam literarũ: quoniam noſtra inter-
eſt, & Eccleſiæ nobis iura permittũt,
committimus inquirere diligentiùs
Iudęorum exceſſus, atque infidelium
aliorum, non ſolùm contra noſtram
ſanctiſsimam fidem exiſtẽtes, ad quos
tenentur ex debito delegationis eo-
rum, verum etiam damnatos concu-
bitus eorundem cum perſona fideli,
exueſſus eorumdem qui ſunt contra
bonos mores, & quibus Chriſtiano-
rum religio ſcandaloſè videtur of-
fendi, quorũ correctionem prædictis
concedimus per præſentes pœnâ tan
tummodò ſanguinis ipſis totaliter in-
terdictâ, cum ſint diuino cultui per-
petuò mancipati, & ſanguine plenæ
manus à Dei ſacrificio ſint excluſæ:
mandantes propter eà præfatis infide
libus & Hebręis ſub noſtræ indigna-
tionis curſu quatenus Inquiſitoribus
ſupradictis & ſocijs corundem totiẽs
quotiẽs fuerint in proſequutione ip-
ſius Inquiſitionis Officij, & ipſos trã-
ſire contigerit per eoſdẽ, de omnibus
neceſſarijs perſonarum & animalium
de proprijs prouideant pariter & diſ-
ponant ſemel tantùm in anno, pro-
uidẽtes eiſdem de aliquo ſubſidio cõ-
petenti, iuxta qualitatem & quãtita-
tem degentium perſonarum in locis,
per quæ tranſitum fecerint inquiren-
tes: ita tamẽ quòd nemo ex prædictis
Iudæis ad amplius teneatur eiſdem,
quàm ad vnum groſſum communem
per quemlibet exoluendum. Dat. in
noſtra felici vrbe Panormo, ann. Do-
minicæ Incarnationis 1224. an. verò
Romani noſtri Imper. in Germania
octauo, & in Sicilia vigeſimotertio, fe
liciter. Amen. Fuitq; proinde per eũ-
dem fratrem Hẽricum Inquiſitorem
nobis humiliter ſupplicatum, vt dictũ
præ-



inſertum Imperiale priuilegiũ cum
contentis in eo approbare, laudare,
acceptare, & confirmare benigniter
dignaremur. Nos verò ipſius Fratris
Hẽrici Inquiſitoris iuſtis petitionib[9],
eò maximè quòd orthodoxæ fidei cõ
ſeruationem, & inſurgentium aduer-
ſus eam errorum extirpationem cõ-
cernit, benigniùs annuentes; Impe-
riale priuilegium præinſertum, & cõ-
tenta in eo, ſic, & prout ipſe Inquiſi-
tor ſuique in dicto officio prædeceſ-
ſores eo meliùs hactenus vſi ſunt, de
certa noſtra ſcientia, tenore præſen-
tium approbamus, laudamus, accepta
mus, & confirmamus, noſtræq; confir
mationis & approbationis munimine
roboramus. Mãdantes præterea vni-
uerſis & ſingulis officialibus, & ſubdi
tis noſtris maioribus & minoribus in
dicto Regno præſentibus & futuris
ſub noſtræ iræ, & indignationis in-
curſu, quatenus forma dicti priuilegij
& præſentis noſtræ confirmationis
per eos, & ipſorum quemlibet dili-
genter attenta illam obſeruent, &
obſeruari faciant per quoſcumque,
ſicut ſuperiùs continetur, & contra-
rium non faciant, nec contraueniri
permittant aliqua ratione, ſeu cauſa,
pro quanto gratiam noſtram charam
habeant, iramque & indignationem
noſtram cupiant euitare, in cuius rei
teſtimonium præſentes fieri, & no-
ſtro ſigillo communi impẽdenti iuſ-
ſimus cõmuni. Dat. in Turriri-Octa-
uię, die 17. Auguſt. 14. Indictio. 1451.
Regni huius Siciliæ citra Pharum an.
17. aliorum verò regnorũ noſtrorum
26. Rex Alphonſus. Dominus Rex
mãdauit mihi Bartolomæo de Reus,
viſa per conſeruatorem Generalem,
& conſil. Siciliæ, & proinde humiliter
ſupplicatum, vt priuilegium ipſum
ſibi teneri, & obſeruari noſtris exe-
cutorijs mandaremus. Propterea cu-
pientes priuilegia & mandata regia
eorum debitum conſequi effectum,
vobis dicimus & mãdamus expreſſe,
quatenus attenta per vos forma pręinſerti
Regij priuilegij, ipſũ iuxta ſui
ſeriẽ, continẽtiam & tenorem, prout
ad vnumcumq; veſtrũ ſpectabit, exe-
qui, tenere, & inuiolabiliter obſerua-
ri debeatis, ac teneri, & obſeruari, per
quos decet, faciatis, & contrarium
nullatenus attẽtetis, pro quãto dictas
iram & indignationem regias cupitis
euitare. Dat. Panormi die 17. Ianua-
rij 15. Indiction. anno à Natiuitate
Domini 1452. *Lupetius de Vrrea.*

*Dominus Vicerex mandauit mihi Ioanni de Vincentio. Ex regiſtro Regiæ Cancellariæ Regni Siciliæ extracta eſt.*

*D. Antonius Aurellus noſter Notarius.*

9 ANno ſalutis 1477. † Ferdinandus
ac Eliſabetha cùm eſſent Hiſpali,
Reges Siciliæ ſe appellantes, cùm ta-
men Ioannes Aragonum Rex, ac Ca-
tholici Regis pater ſuperſtes eſſet,
hoc ipſum priuilegium à Frederico
Inquiſitioni Siciliæ anno 1224. con-
ceſſum confirmarunt, de qua confir-
matione conſtat in libris archiui Ge-
neralis Inquiſitionis fol. 131.

10 In Inſula hac † ſi eius ſitus, homi-
num concurſus, ac incolarum mores
conſiderentur, ſanctæ Inquiſitionis
tribunal impenſè neceſſarium iudi-
cabitur, maximè propter vicinitatem
magnam, qua Calabriæ adhæret, vbi
in rebus fidei nõ parum viuitur licen-
tioſè, cùm non multis abhinc annis
peſtifera Lutheri ſecta publicè cole-
retur, aliquantulũ Sicilia contamina-
ta, cùm huius inſulæ incolæ nouitati-
bus naturâ ſeruiant, non eſt dubium,
quãtum ſanctum in ea officium fru-
11 ctum fecerit. Quamobrem † tantis Si-
ciliam periculis expoſitam animad-
uertentes Catholici Reges, eius In-
quiſitionem eorũ opera reformatam
amplioribus priuilegijs, iuriſdictione,
ac prærogatiuis, quàm aliàs Hiſpaniæ


co-

cohoneſtarunt, quibus etiã adductus Carolus Romanorũ atq; Hiſpaniarum Rex, ann. 1525. omnes immunitates, exemptiones, ac prærogatiuas, quas Ferdinandus eius auus Siciliæ Inquiſitioni conceſſerat, pleniſsimè cõfirmauit, vt ex ijs quæ annectimus, conſtat.

*Literæ Caroli Romanorum Regis, proregibus Siciliæ.*

12 Illuſtris Prorex, † ac Capitanee generalis. Renunciatũ nobis eſt, nonnullos officiales noſtros ſe de cauſis officialiũ S. Inquiſitionis iſtius regni cõtra eius priuilegia, libertates, prærogatiuam, ac antiquã conſuetudinẽ intromittere. Quod ſi ita eſt, nobis multùm diſplicet, cùm noſtra voluntas, quam vobis per alias declarauimus, iuſtitiæ conſona ſit, vt S. Officium, ac eius miniſtri ab omnibus officialibus noſtris adiuuẽtur, ac etiam foueantur quo nullum accipiant detrimentum. Quare vobis dicimus, ac expreſsè mandamus, vt illico prouideatis, ne officiales noſtri directè vel indirectè de rebus ad S. Officium pertinẽtibus ſe aliquatenus intromittant, ſed ea Inquiſitoribus iuxta iuſtitiæ ordinem decidendo remittant, vt liberè tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, omnibus prærogatiuis, exemptionibus, ac gratijs perfrui poſsint, quibus feliciſsimi Catholici Regis Ferdinandi aui ac domini mei (cuius anima in gloria requieſcat) perfruebantur.

Inſuper ſummę vobis ſolicitudini eſſe mandamus, vt Inquiſitores, officiales, atq; miniſtri S. Officij liberè, ac ſine alicuius cõtradictione ſua valeãt munera exercere, quemadmodũ vobis confidimus, facietiſq; decretum ſecuritatis, ac regalis protectionis, quod in fauorem S. Officij, ac eius officialium conceſsimus in omnibus & per omnia, ſub pœnis in eo contentis cuſtodiri, omni tergiuerſationibus aditu præcluſo, ſic enim Dei cultui, noſtroq; ſeruitio, ac bonæ Iuſtitiæ adminiſtrationi cõducere exiſtimamus, contrariumq; nobis (quod non credimus) vos facturos accederet permoleſtum. Dat. Toleti vigeſimoſecundo menſis Octobris, ann. 1525.

*EGO REX.*

13 Idem † Carolus Imperator deinde anno 1534. Inquiſitorum priuilegium confirmauit, ſpecialiterque Inquiſitoribus induſit, vt Inquiſitores, vt primùm in Inſulam appellunt, non teneantur literas ſuæ poteſtatis in ordinarijs regiſtris inſerere facere: imò ſtatim poſsint ſuam iuriſdictionem exercere. Inquiſitores namque qui de nouo accedunt, conſueuerunt ſemper ſecum ducere regias literas executoriales commiſsionis, & poteſtatis Apoſtolicę ſibi attributę. Exſtat quoque alia eiuſdem Cæſaris prouiſio executoriata in prædicto Siciliæ regno de an. 1534. & 1562. cuius hic eſt tenor. Quod officiales, & familiares S. Officij gaudeant omnibus & quibuſcumq; immunitatibus, quibus clerici gaudent, & eodem modo à iudicibus ordinarijs ſint exempti; quod etiam de iure comprobatur in c. ſignificaſti. & c. ſi diligenti. de foro competent. & latè tradit And. Gail. in practica obſeruatio. 37. & Ferdinandus Bõiorũs conſ. 92. lib. 4. Quod etiam ab eodem Carolo confirmatum eſt in capitulo quodam iſtius Regni, quod eſt in ordine 131. Idem etiam inuictiſsimus Imperator Carolus V. anno Domini 1535. dum eſſet Panormi, ſpeciatim plura S. Officij priuilegia corroborauit, nempe armorum prærogatiuam, vt officiales S. Officij quacunque cauſa incarcerati ſint, ad ſanctum Inquiſitionis tribunal remittãtur, vt etiam commenſales officialium



ſalariatorum, quacunque cauſa à ſæcularibus iudicibus capiantur, ad ſanctum tribunal remitti debeant, vt ex authentico exẽplari executoriato à Duce Mõteleonis, Siciliæ Prorege, anno 1535. decimo octauo Ianuarij, quod hic tranſcripſimus, apparebit.

Carolus & Ioanna.

14 Magnifice † vir, Regie dilecte, fidelis. Prouidimus vt in omni ciuitate & terra Regni Siciliæ officiales omnes Regij exequi teneantur id omne, quod in ſequentibus capitulis continetur.

Imprimis, vt officiales omnes atq; Familiares ſancti Officij Inquiſitionis ſint ab omni alia iuriſdictione exẽpti, & poſsint omnes eius perſonæ arma portare, non obſtantibus quibuſlibet bannis de armorũ prohibitione promulgatis, vel quæ anno quolibet promulgantur.

Item, ſi contingeret aliquẽ ex iſtis officialibus & familiaribus delictum perpetraſſe, quod pro bono iuſtitiæ talis S. Officij miniſter ſeu officialis debeat incarcerari, incarceretur, & tradatur cuſtodiæ Caſtellani, ſeu carceris cuſtodi, ſpecialiter iniungendo, vt ad inſtantiam reuerendi Inquiſitoris incarceratum cuſtodiat, ac omne quod ei Inquiſitor ordinauerit exequatur, ac arma quæ delinquenti ablata fuerint, illi debeant conſeruari, ac reſtitui ad inſtantiam dicti reuerendi Inquiſitoris, vt ſupplicatur.

Item, vt informatio quæ de dicto delicto à ſeculari iudice recipietur, cum omni elogio, ſeu eius copia dicto Inquiſitori mitti debeat: quod ſi prædicti officiales & Familiares vltra caſum prędictũ ciuiliter vel criminaliter corã ſæcularibus Iudicibus conueniãtur, nullatenus cognoſcere pręſumant, ſed prędicta ad reuerendum Inquiſitorem remittere debeant.

Item, quod omnes officiales ac Familiares ſancti Officij debeant in catalogo quodam à reuerendo Inquiſitore ſcribi facere, ac propria manu ſubſignatus dictus catalogus officialibus Regijs tradatur, ne poſsint ignorantiam allegare, quod prædictos Familiares aut officiales nõ cognoſcũt. Quod ſi de nocte Capitanei, vel alij Regij officiales eos cum armis poſt ſecundam noctis horam inuenerint, eis arma auferre non poſsint, attento quòd ea nõ geſtant delinquendi, ſed defendendi cauſa; ſed ſi frequenter aliquis portans arma inueniatur, debeant prædicti officiales Regij prædicto reuerẽdo Inquiſitori denũciare, qui eis arma prohibeat; ſi autem aliqua eſſet ſcandaloſa ſuſpicio, vel prædicti Familiares ſeu Officiales cum perſonis ſcandaloſis graderentur, poſſint tali caſu Regij officiales ad inſtantiam reuerendi Inquiſitoris eos in cuſtodiam tradere, dum tamen nec arma, nec quidpiam pro captura ab illis exigant.

Item Commenſales ac ſalariati officialium S. Inquiſitionis ſint ſimiliter remiſsi ac tractati, vt ſuprà.

Item Familiares dicti ſancti Officij ſoli ipſi gaudeant immunitatibus ſupradictis, non verò eorum ſalariati, vel commenſales.

Quare vobis dicimus, & commendamus, vt ſuprà ſcripta capitula, & omnia in ipſis contenta exequamini, & obſeruetis, & per quos decet, exequi, & obſeruari faciatis iuxta eorum ſeriem & tenorem, & à contrario caueatis ſub pœna florenorum mille fiſco Regio applicandroum. Officialium ac Familiarium dicti ancti Officij, qui ad præſens ſunt in iſta ciuitate, & aliarum perſonarũ memoriale, & catalogus vobis mittitur præſentibus incluſus. Datũ Panormi die 18. Ia-

18. Ianuarij 8. indiction. 1535. Et copiã huius authenticã retineat magnificus Capitaneus. Nomina officialiũ ſunt ſequentia, videlicet, magnificus Alferi de Leofante officialis egregius notarius Antoninꝰ Recagna notarius S. Officij. Familiares verò ſunt, magnificus Leonardus Lumedicus & magnificus Cęſar Licamari. Datum vt ſuprà. Prædictus Reuerendus Inquiſitor prouidebit de perſona iuſtitiam in cauſis ciuilibus adminiſtratura contra magnificũ de Leofante, ſi quis eũ in ciuilibus conuenire vellet, vt ſupr. Et ſi de Racagna, vel alij familiares cõueniantur, prædictus Leofante officialis partibus iuſtitiã adminiſtret. Datum vt ſuprà. *Dux de Monteleone.*

Dirigitur magnifico Capitaneo Ciuitatis Saccæ, & conſimiles fiant pro officialibus regni.

*Prouiſio Proregis Siciliæ Ioannis à Vega Straticoti Meſſanæ, in fauorem S. Officij expedita circa cognitionem ac remiſsionem officialium, & familiarium eiuſdem.*

Carolus & Ioanna.

ILluſtres & magnifici viri, conſiliarij & fideles Regij dilecti. Quoniam prouidimus, vt in omni ciuitate ac terra pręſentis regni, à Regijs officialibus exequi debeat, quod in ſequentibus capitulis continetur.

In primis, vt officiales, &c. de quibus vide ſuprà ſub nu. 14. verſ. in primis, quos breuitatis cauſa non repetimus.

Quare vobis dicimus & commendamus, vt ſuprà dicta capitula, & omnia in ipſis cõtenta exequamini, & obſeruetis, & per quos decet exequi & obſeruari faciatis, iuxta eorũ ſeriem, continentiam, & tenorem & à contrario caueatis, ſi Cæſareæ Maieſtatis gratia vobis chara eſt. Catalogus officialium & familiarium, qui in iſta ciuitate ſunt, vobis pręſenti incluſus mittitur manu prædicti reuerendiſsimi Inquiſitoris Patẽſis Epiſcopi ſubſignatus, & quando continget ab ipſo Inquiſitore vel dictos familiares & officiales mutari, vel eorũ numerũ augeri, catalogus etiam manu dicti Reuerẽdiſsimi Epiſcopi Inquiſitoris ſubſcriptus vobis mittetur, cuius Catalogi ſeriem obſeruabitis. Dictus etiã Reuerendus Epiſcopus Inquiſitor prouidebit, in ipſa nobili ciuitate ſit, qui in ciuilibus contra magnificum Marcum de Spuches iuris vtriuſque doctorem ſi ab aliquo conueniatur, iuſtitiam adminiſtret, in alijs verò ciuilibus aliorum officialium vel familiarium cauſis dictus de Spuches, qui iudex ciuilium eſt, iuſtitiam adminiſtrabit. Dat. Panormi die 24. Aprilis 7. Ind. 1549. *Ioannes de Vega &c.*

IStis prærogatiuis, ac etiam exemptionibus ſanctæ Inquiſitionis Tribunal in Regno Siciliæ ſuffultum felici ſucceſſu vſque ad annum 1535.
16 floruit: quo† tempore Imperator falſis atq; ſiniſtris informationibus ductus, ea priuilegia ad quinquennium ſuſpendit, quibus finitis dum in ciuitate Gandauenſi eſſet, in aliud quinquẽnium ſuſpenſionem prorogauit.
17 Quamobrem† ſanctę Inquiſitionis officium, cuius antea ampliſsima erat in eo regno autoritas demptis eius prærogatiuis, ita debilitata, eneruataque eſt, vt valida hęreſis contagione quamplurimis & nobilioribus illius Regni viris coninquinatis, Inquiſitores nihil ad eam comprimendam valerent, eius decreta impudenter aſpernarentur. Nam cum Inquiſitor Bartolomeus Sebaſtianus, qui Epiſcopus Patenſis demortuus eſt, viſitandi ac cenſendi regni cauſa Panormo egreſſus eſſet: ac in ciuitate Xacca fidei edictum promulgare feciſſet, impudẽtiſsima hominũ colluuies domum, in qua ipſe Inquiſitor ac eius familia recepti erant, obſederunt, & aduoluto igne iã iam illã erant incẽſuri, niſi Baroniſſæ de Florita, ex gẽte Leofante, diligentia multis ex eius familiaribus ac neceſſarijs opem ferentibus, Inquiſitor vrbe feſtinanter exceſsiſſet. Propter quod pietatis ac religionis inſigne factũ prædictæ Baroniſſæ, ac omnibus eius illuſtris familiæ fœminis ſingulariſsima prærogatiua conceſſa eſt, vt omnes foro ſancti Officij gaudeant in perpetuum.



Eodẽ etiam anno Ceruera Inquiſitore exiſtẽte, Panormitani ciues cõtra S. Officiũ Inquiſitionis ita tumultuati ſunt, vt etiã autorante F. Hieronymo Veronenſi ſaccos omnes benedictos, qui in Eccleſia S. Dominici ad perpetuã memoriam in hęreticorum ignominiã appendebant, magno Inquiſitionis dedecore, nemine reſiſtere valente amouerint, nec poſtea vnquam permiſerint illos in prædicta vel alia Eccleſia illius regni inſtaurari.

Non multò pòſt illud etiam accidit, quod miſſum ab Inquiſitoribus Alguaziriũ ad oppidum ſancti Marci, vt quoſdam caperet hæreticos, impijſsimus quidam Matthæus Garruba cum alijs eiuſdem farinæ hominibus eum ita aggreſſus eſt, vt plures ex Alguazirij familia occiderit, ipſum verò Alguazirium humi procumbentem ſemimortuum, multiſq; vulneribus confoſſum pro mortuo reliquerit. Tum mala malis continuando nobiles Panormitani, alijq; Regnicolæ Inquiſitorem Ceruera in fugam minis coniecerunt, ac in nauim, quæ è portu ſoluta erat, conſcendere compulerũt, chartophylacium ſiue archiuum S. Inquiſitionis cum omnibus ſcripturis incenderunt, pluraq; ſimilia petulanter in ſancti Officij dedecus, ac ignominiam ſtudio liberæ vitæ perpetrarunt. Propter quæ ſanè damna, quæ ex huiuſmodi iuriſdictionis ſuſpenſione ſecuta ſunt, ab eius temporis Inquiſitoribus in ſancti Officij monumentis proditum eſt hoc elogium. Notãdum eſt, quòd quando in anno 1535. fuit limitata ſeu ſuſpenſa iuriſdictio temporalis huius ſancti Officij in aliquibus caſibus per inuictiſsimum Imperatorem Carolum V. felicis memoriæ, iuriſdictio ſpiritualis cauſarum fidei fuit in ſuſpenſo, & quaſi mortua. Et ſic anno 1543. ipſe Imperator per ſuam prouiſionem reſtituit Inquiſitioni omnẽ iuriſdictionem, quam antea habebat, & idem decreuit inuictiſsimus Rex noſter Philippus, cùm eſſet Princeps, vt apparet per ſuam prouiſionem factam Matriti die 16. Iunij 1546. in qua aliæ ſunt incluſæ: & per alias literas dat. Bruxellis 23. Maij 1558. prouidet quod obſeruetur dicta prouiſio, anni 1543. non obſtante capitulo inſtructionis quod Proregibus datur, quando veniunt ad regnum.

Attendens itaque ad grauiſsima damna, quæ tum ſancto Inquiſitionis Officio, tum vniuerſis fidei cauſis, ea iuriſdictionis ſuſpenſio importauerat, eaque eſſe (quamuis ab initio leuia viderentur) ita corroborata, vt promptum ac efficax reme-
18 dium poſtularent, Carolus † Cæſar cum ſui Conſilij decreto, anno 1543. edicto conſtituit, vt decennio ſuſpenſionis, ac prorogationis finito, Inquiſitores liberè de omnibus cauſis, quæ ſuorum officiorum cauſa ab eis ſint determinandæ, decernant, omnibuſque priuilegijs, quibus antea vtebantur, perfruantur, quæ etiam maiora ac locupletiora effecit Princeps Philippus II. Regnorum Aragoniæ Gubernator mandans, vt eo decennio lapſo, Prouiſio ab Imperatore 1543. ſuper priuilegijs Inquiſitionis facta ſeruaretur, quæ priuilegia confirmauit anno 1546. vt ex ſubiecto dicti priuilegij documento conſtabit, cuius tenor talis eſt.

*Confir-*

*Confirmatio priuilegiorum S.Officij Inquiſitionis regni Siciliæ, facta a Carolo V. Imperatore.*

Carolus & Ioanna,&c.

19 PRæſidens † in Regno Siciliæ Illuſtri, ſpectabilibus, magnificis & nobilibus Regni eiuſdem, magiſtro Iuſtitiario, eiuſq; in officio locumtenẽti, Iudicibus magnæ Regiæ curiæ, Magiſtris, Rationalibus, Theſaurario, & conſeruatori Regij Patrimonij, Aduocato quoque & Procuratoribus fiſcalibus, cæteris demum & ſingulis Regni prædicti officialibus, & perſonis, quocumq; officio, autoritate & dignitate fungentibus, maioribus & minoribus, præſentibus & futuris, cui vel quibus præſentes præſentatę fuerint, ſpectabunt, aut quomodolibet peruenerint, conſiliarijs & fidelibus Regijs dilectis Salutem. Fuit nobis pro parte ſancti Officij Inquiſitionis huius Siciliæ Regni, exhibita, & reuerenter præſentata quædã prouiſio ſereniſsimi Domini Principis Hiſpaniarum, & Generalis Gubernatoris regnorum Coronæ Aragonum, omni, qua decet, ſolennitate expedita, ſigilloque regio ſecreto, & ſanctæ Inquiſitionis à tergo munita, tenoris ſequentis.

Nos Philippus Dei gratia Princeps Aſturiarum, atque Gerundæ, primogenitus Regnorum Caſtellæ Aragonum, Legionis, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Gubernator Generalis Regnorum Coronæ Aragonum. Dux mõtis Albi, ac Dominus Ciuitatis Balaguerij, Intimamus vobis illuſtri Proregi ac capitaneo Generali in Sicilię regno, ac ſpectabilibus magnificis ac dilectis cõſiliarijs Cęſareę maieſtatis, ac magiſtro Iuſtitiario noſtro, ac locum tenentibus. Iudicibus magnę curiæ rationalibus iudicibus Cõſilij patrimonij Regij, Theſaurario, & conſeruatori, Aduocato, ac Procuratoribus, Fiſcalibus, ac omnibus quibuſcumq; alijs Regijs officialib. cuiuſcunq; conditionis, cuilibet veſtrûm, qui cũ pręſentibus fueritis requiſiti: noueritis mihi factã fuiſſe relationẽ, quod præterito proximo an. 1543. Imperator Rex ac Dominus meus dedit prouiſionẽ quandã ſequentis tenoris.

NOs Carolus diuina clemẽtia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Alemanię, Ioãna eius mater, ac ipſe Carolus Reges Caſtellæ, Aragonię, Legionis, duarum Siciliarũ, Hieruſalem, Granatæ, Toleti, Valentię, Galitię, Maioricę, & Minoricę, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corcegę, Murcię, Iaenij, Algarbium, Algezirę, Gibraltaris, Inſularum Canarię, Indiarum Inſularum ac Terræfirmę maris Oceani, Archiduces Auſtrię, Duces Burgundię, ac Brabantię, &c. Comites Barcinonę, Flandrię, Tiroli, &c. Domini Cantabrię, Molinæ, &c. Duces Athenarũ ac Neopatriæ, Comites Roſsilionis ac Leritanię, Marchiones Oriſtanni, ac Goziani, &c. Quoniã diebus elapſis, cùm in regno Sicilię eſſemus, ad ſupplicationem trium brachiorũ aut ſtammentorum dicti regni, qui nobis humiliter ſupplicarunt, mandauimus ac prouidimus, ne Inquiſitores dicti regni intra quinq; annorum curriculum de aliquibus cauſis, in quibus pœna mortis infligenda eſſet, contra regnicolam dictæ Inſulæ cognoſcere poſſent, atq; deinde cum eſſemus in ciuitate Gandauenſi, alia noſtra Prouiſione decreuimus dictã gratiã ad aliud quinquẽniũ prorogare ad prædicti regni petitionẽ, vt latiùs in dictis Prouiſionibus cõtinetur, ad quas habeatur relatio. Et quoniã exercitium S.Officij in dicto regno ita impeditũ eſt, vt propter hanc cauſam delinquentes remaneant impuniti, & noſtrę volũtatis eſt, vt Inquiſitores qui ſunt, vel deinde fuerint in dicto regno de cauſis omnibus cognoſcant, quę familiares

res



res, officiales atque miniſtri dicti ſancti Officij pertingunt, iuxta inſtructiones, quæ ſuper hoc Inquiſitoribus datæ ſunt, ita vt liberè ac ſine alicuius contradictione iuſtitiã adminiſtrare, & ſua valeant vti iuriſdictione, in quo officiales noſtri Regij huius regni aliquatenus nõ ſe intromittant. Idcirco cum decreto & deliberatione noſtri Regij Conſilij, tenore præſentium ex noſtra certa ſciẽtia, ac autoritate Regia mandamus illuſtri Ferdinando à Gonzaga Principi Malfette, cognato noſtro, Proregi ac capitaneo generali in prædicto regno, ſpectabilibuſq; & magnificis conſiliarijs noſtris Regijs, magiſtro Iuſtitiario, ac eius locumtenenti, iudicibus noſtræ magnæ curiæ, magiſtris, rationalibus, Theſaurario, ac cõſeruatori noſtri Patrimonij, Aduocato & procuratoribus fiſcalibus, ac omnibus, & quibuſcunque Regijs officialibus noſtris, cuiuſcunque ſint conditionis, ſub iræ ac indignationis noſtræ incurſu, ac pœna duodecim millium vnciarum exigendarum, ac noſtris Regijs ærarijs inferendarum, à quocunq;, qui contrariũ facere attentauerit, vt tranſacto termino in dicta noſtra prorogatione contento permittatis, ac conſentiatis liberè Inquiſitores prædictos cognoſcere, ac determinare ſupradictas cauſas, ac quaslibet alias, quarũ cognitio ad eos ratione ſuorũ officiorum ſpectat, cõtra omnes & quaſcunq; perſonas dicti regni iuxta inſtructiones quas ſuper his habent, nec ſuper eis ſe intromittant, nec intromittere valeãt noſtri Regij officiales, ita vt poſsint dicti Inquiſitores iuſtitiam adminiſtrare, ſic & quemadmodum ante dictas noſtras prouiſiones fecerunt. In hoc nãque Dominus noſter coletur, ac ſanctum Officium conſeruabitur, cauendo attentè, ne faciatis aut permittatis contrarium aliquatenus fieri, nec vos intromittatis in aliquo, quod huic noſtræ prouiſioni contrarietur, ſi gratiam noſtram charam habetis, ac cupitis ſupradictam pœnam euitare: in quorum omnium fidem ac etiam teſtimonium præſentes fieri mandauimus noſtro ſigillo ſecreto, ac ſanctæ Inquiſitionis in earum dorſo ſignatas. Dat. Matriti 27. Februarij 1543. [Ego Rex] Ac attentè penſantes, quantum diuino ſeruitio ac ſanctæ Catholicæ fidei augmento, ac propagationi conueniat S.Inquiſitionis Officium, eiuſq; officiales miniſtros ac familiares, fauoribus proſequi atque ornari, Regiamque voluntatem id ita fieri poſtulare, cum ex eius exercitio ac executione tanta in religionem noſtram Chriſtianam vtilitas emanet, ac ideo expediat dicti S.Officij priuilegia abſque aliquo impedimẽto obſeruari, & ad euitãda incõuenientia quæ ſequi poſſent, ac fortaſsis ſequerẽtur, ſi cõtrarium fieret. Meaq; voluntas eſt, vt id obſeruetur, ac opere impleatur, proinde pręſentiũ tenore ex mea certa ſcientia, Regia autoritate ac pleniſſima poteſtate, qua fungor, vobis dico ac mãdo, vt dictam Cæſareæ Maieſtatis prouiſionẽ ſuprà inſertã videatis, obſeruetis, ac cuſtodiatis in omnibus, & per omnia, quemadmodũ in illa cõtinetur, & poſthac non vos intromittatis in caſibus atq; negotijs officialiũ, miniſtrorũ, ac familiariũ S.Officij, quorũ cognitio ad venerabiles iſtius regni Siciliæ Inquiſitores pertinere dignoſcitur, iuxta inſtructiones quas ſuper his habẽt, ac iuxta ſeriem & tenorẽ dictę prouiſionis, eaq; liberè remittatis, vt in illis procedãt, ac iuſtitiam adminiſtrẽt iuxta iurium S. Officij, ac inſtructionũ diſpoſitionẽ, quoniã ita ſeruitio ſuę Cęſareę Maieſt. & noſtro ac optimo, & libero exercitio S. Officij congruit. In quorũ omnium teſtimoniũ pręſentes ſigillo Regio ſecreto,

& in

& in dorſo ſigillo ſanctæ Inquiſitionis munitas expediri iuſsimus. Dat. Matriti 16. Iunij, anni à Natiuitate Domini 1546. *Ego Princeps.*

Sereniſsimus Princeps mãdauit mihi Gonçalo Perezio.

ET ſupplicat nobis, pro parte dicti S. Officij Inquiſitionis, vt prę inſertã prouiſionẽ eiuſdem dñi noſtri Principis Hiſpaniarũ noſtris executorialibus literis ſibi exequi, & obſeruare mãdare dignaremur; cõmiſimus, vt infrà videlicet. Præſentatæ illuſtriſsimo D. Præſidenti Meſſanæ, die 13. Septẽbris, quintæ Indictionis 1546. Et mandat illuſtriſsima dominatio ſua, quod ſacrum Regium conſilium videat & referat. Petrus Carbonus pro officio protonotarij in eadem ciuitate Meſſanæ, die 20. eiuſdem facta relatione per dictum Regium Conſilium ſua illuſtriſsima dominatio prouidet & mãdat, quod expediantur executoriæ: idem Petrus Carbonus. Idcirco volentes nos (vt tenemur) dicti ſereniſsimi Principis obedire mandatis, cum voto, & deliberatione eiuſdem ſacri Regij conſilij prouidimus, & ita harũ ſerie vobis, & veſtrûm cuilibet dicimus, & mandamus expreſſè, quatenus præinſertam prouiſionem pręfati ſereniſsimi Dñi noſtri Principis, & Generalis gubernatoris regnorum Coronæ Aragonum, omniaque & ſingula in ea contenta eidem ſancto Officio Inquiſitionis exequamini, compleatis & ad vnguẽ obſeruetis, ac exequi, compleri, & inuiolabiliter obſeruari, per quos decet faciatis, iuxta eius ſeriem, continentiam, & tenorem pleniorem, & non ſecus agatis, agiúe permittatis ratione aliqua, ſiue cauſa, pro quanto gratiã ſuæ Cæſareę Maieſtatis charam habetis, & ſi pœnã præcontentam euitare cupitis. Dat. in nobili ciuitate Meſſanæ, die 23. menſis Septembris, quintę Indictionis 1546. *Ambroſio Santapao.*

Vidit Antonius de Anſalone pro Theſaurario.

Dominus Pręſidens mandauit mihi Petro Carbono pro officio Protonotarij, & viderunt eum omnes de ſacro regio conſilio præſentes in Curia.

*Andreas Arduinus.*
*Ioannes Sollima.*
*D. Ioſeph Sanchetta.*
*Balthaſar Saccanus pro conſ.*
*Ioannes de Andrea de Saccano index.*
*Paulus de Auolia index.*
*Ioannes Thomas Daynollus index.*
*Fredericus Campixanus index.*
*Saluus Robba pro fiſci patrono.*

20 PHilippus † Princeps, quantũ Chriſtianæ religionis ſinceritati congrueret, vt S. Officium ampla iuriſdictione, ac etiam prærogatiuis fulciretur, ratus ſuæ in illud munificentiæ limites prædictæ confirmationis non continuit, ſed etiã prælatis iuſtitię ad miniſtratoribus titulatis, vel magnatibus ac Baronibus eius regni ſigillatim ſcripſit, mandans vt honore, fauore, atq; omnibus modis S. Officij Inquiſitoribus miniſtris, ac rebus auxiliarentur, ad id eos diſtrictiùs vrgens
21 atq; propellens: quo † illud feliciter conſecutus eſt, vt magnates, Barones ac illuſtriores regni, quibus antea S. Officij res omnes, & miniſtri nomen inuiſa erant, odiũ illud in incredibile ſtudium eius, ac obſeruantiam verterent; ac nihil felicius aut grauius ducerent, quàm vt eius Officiales aut Familiares eſſe poſſent, ab eoq; tempore eximia nobiliorum in S. Officiũ munificentia ac liberalitate, carceres accõmodatiſsimi reorũ cuſtodia fuerint cõſtructi, qui alioquin exilibus ac tenuibus



tenuibus vectigalibus & redditibus S. Officij, quales modo ſunt, & ſemper fuerunt, cõſtrui nõ potuiſſent, fidem quoque in diebus illis quibus edicta proponuntur, vel fidei acta viſuntur, magna maieſtate illic aſsiſtant, ac Inquiſitores comitẽtur per inſulam incedentes, ſuis domibus hoſpitaliter ac peramanter recipiant, ac graſſatorum ac aliorum ſancti Officij nominis parum deuotorum periculis libe-
22 rent, atque tueãtur. Planè ex eo † ſanctum Officium in Sicilię Regnum feliciter conſeruatur, iuſtamq; & neceſſariam retinet dignitatem, quod Regni magnates atque Barones eius ſint familiares, atque æditui. Namque cum ann. 1562. Inquiſitor Horoſcus fidei edictum Panormi eſſet publicaturus, populi obſtrepitu atq; tumultu impediebatur, accedentibus tamẽ familiaribus titulatis, ac Baronibus ea ſeditio tã facilè pacata eſt, vt inſequenti die magno omnium applauſu ac populari aura edictum fuerit publicatum; quod ſi nobiliores Regni familiares non fuiſſent, tumultus proculdubio ſedatus non eſſet: nec tamen in rebus fidei ſolummodò Titulatorum ac Baronum familiarium tutela ſancti Officij reſplendet autoritas, ſed in alijs quoque quæ ad Regiæ Coronæ ſeruitium pertinent, quẽadmodum eo tempore, quo Illuſtris Hugo à Montecateno illius inſulæ erat Prorex, contigiſſe comperimus, cum propter impoſitam farinę gabellam regnum vniuerſum deſciuiſſet, generali eius ſocietatis duce electo Notario Cataldo Tarſino, Prætor ac Iurati Panormitani cum Titulatis, ac Baronibus familiaribus ex ædibus Inquiſitionis Regnum pacarunt, ac eorum opera ingens pecuniæ vis, libriq; & ſcripturæ publicæ, quæ in ærario illius ciuitatis erant ſeruata ſunt.

23 His † ita conſtitutis, ac priuilegijs ſancti Officij confirmatis, multa de Iuriſdictione diſsidia inter Proregem Iudices ſeculares ac Inquiſitores Regni ſuborta ſunt, Inquiſitoribus priuilegijs ſuis ac fori prærogatiuis ac ſtylo communi, quam cõſuetudine ſancti Officij cognoſcendi de omnibus, & quibuslibet cauſis officiales, miniſtros, & familiares eiuſdẽ contingentibus nixis: iudicibus verò ſecularibus, atque Prorege in contrarium iuris communis diſpoſitionem allegantibus. Quapropter Philippus II. Rex noſter iuſsit, vt ſua vnuſquiſque mitteret documenta: & allegationes, quibus ex Regali commiſsione diſcuſsis à Licentiato Temino, ac Licenciato Salazar Inquiſitoribus Cõſilij ſupremi Generalis Inquiſitionis, à Doctore Raymundo Ramundetta, ac Doctore Carauajal in conſilio Italiæ regẽtibus, ac omni re maturè ac diligenter perſpecta, conſultationibuſq; finitis an. 1580. cum Rex in oppido Pacis Auguſtæ eſſet, cõcordiã ac Regiam ſuam Saluam-gardiam conceſſit, qua omnes S. Officij prærogatiuas quemadmodum ad Dei gloriam felicem dicti officij adminiſtrationem, ac eius regni ſalutẽ pertinere videbatur, liberaliter confirmauit. Cuius Saluæ-gardiæ tenor ſic ſe habet.

*Saluagardia, ſiue cõcordia inter Proregem & iudices ſeculares ex vna, & Inquiſitores regni Siciliæ ſuper iuriſdictione, an. 1581.*

24 PHilippus Dei gratia † Rex Caſtellę, Leonis, Aragoniæ, vtriuſq; Sicilię, Hieruſalẽ, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarrę, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Balearum, Hiſpalis, Sardinię, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algaruiorum, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularũ Canariæ Indiarũ, Inſularũ, & continentis maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgũdiæ, Brabantiæ,

Brabantiæ, & Mediolani, Comes Barcinonis, Flandriæ, & Tirolis, Dominus Biſcaiæ & Molinæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, Comes Roſsilionis, & Caritaniæ, Marchio Oriſtanni, & Gotiani, &c. Illuſtri Marco Antonio Colonna conſobrino noſtro, Proregi, locumtenenti, & Capitaneo Generali in noſtro Siciliæ Regno vltra Pharũ, & cuicumque alteri Proregi noſtro aut Præſidi, qui ad tempus in Regno Siciliæ fuerit, ſalutem & dilectionem. Notæ tibi ſunt diſcordiæ, & contentiones quę inter te, & venerabiles Inquiſitores Apoſtolicos iſtius Regni excitatę ſunt, de diuerſis articulis ad iuriſdictionem ſpectantibus; præcipuè autem diſsidium eſt de executioni mandandis ſchedulis, & prouiſionibus ad officia exercenda Inquiſitoribus conceſsis, nec non de ſedibus, quibus conſidet tempore quo in æde ſacra fidei edictum promulgatur, tum quos caſus & cauſas, tã ciuiles, quàm criminales poſsint Inquiſitores cognoſcere, vel magiſtratus noſtri contra officiales, & illorum locumtenentes atque familias, familiares, & reliquos ſancti Officij miniſtros. Deinde controuerſia eſt, vtrùm in eiſdem caſibus & cauſis poſsint Inquiſitores per cenſuras procedere contra iudices noſtros, qui ſe in illorum iuriſdictionem intrudunt, illoſq; perturbãt; ſi autem per cenſuras proceſſerint, ſitne locus appellationi, aut aditus pateat ad iudicem Monarchiæ in eodem Regno reſidentem, qui eos de cenſuris abſoluat. Has ergo, & alias id genus cupiens diſcordias componere, iuſsi Licentiatum Temino, & Licentiatum Salazar ex noſtro ſanctę Inquiſitionis Senatu, tum Regentem Ramondeta, & Regentem Carauajal ex Italiæ cõſilio de hoc inter ſe conferre, qui poſtquàm diu de his diſſenſionibus conſultarunt, ad me plures ſententias retulerunt. Quibus etiam atque etiam conſideratis, & diligenti animaduerſione perpenſis, cum ſemper in optatis habuerim ſanctæ Inquiſitionis Officium honore afficere, ac ornamentis augere, propter vtilitates & commoda, quæ ex eo in Dei Seruatoris noſtri honorẽ & gloriam, in obſequium meum, in communem vtilitatem, in ſanctæ fidei Catholicæ & Chriſtianæ religionis augmẽtum, & conſeruationẽ deriuãtur, & vt diſſenſiones, quę ad hanc diem excitatę ſunt, & deinceps poſſent emergere, funditus dirimantur; vt iuſtitiæ in Regni adminiſtratione abſque impedimento exerceatur, denique vt tu, & iudices ſæculares cum Apoſtolicis Inquiſitoribus ſumma ſitis (vt decet) animorum conſenſione; placuit prouidere, præcipere, & ſtatuere quæ ſequuntur.

Primùm Prorex, locumtenens, & Capitaneus Generalis Regni, cum primùm ad exercendum officium acceſſerit, teneatur vt minimum ſemel in Eccleſia, vel in actus fidei publica celebratione præſtare iuramentum ſacris Canonibus ſtatutũ, de auxilio S. Officio, & eius miniſtris ferendo in rebus ad fidem Catholicam, & Romanam Eccleſiam ſpectantibus in hæreticis inſectandis, puniendiſque: illis etiam ex certa ſcientia officia publica non committendo, adminiſtrationem officij publici, ſi quam habeant, cum iuribus ſit prohibita, interdicendo domi non retinendo, iuxta rationem, & modum ab ipſis Inquiſitoribus præſcriptum.

Item, quando Inquiſitores edictum fidei voluerint publicare, Prorex dummodo legitimo impedimento non ſit occupatus, intereſſe curet in Eccleſia Metropolitana, honorem ſancto Officio deferat permittens Inquiſitores in Sacello maiori collocare ſedes





re ſedes à latere Epiſtolæ, è regione ſuæ ſedis in ſtrato à terra eminenti: humiliore tamen eo, quod tibi Proregi à latere Euangelij erigitur; erit etiam ſtratum (ſi Inquiſitoribus placuerit) te præſente vel abſente tapetibus, puluinis, & ſedibus ea autoritate & apparatu, qui ad populi exemplum in ſimili actu requiritur, & deſideratur.

Item in executoriandis titulis, ſcedulis, & prouiſionibus, teneantur Inquiſitores, antequàm ſua officia exercere aggrediantur, dare aut mittere Proregi ſcedulam & literas meas, quæ ſolùm & nullæ aliæ prouiſiones vel tituli, executorientur. Ipſe autem Prorex gratis abſque vllo emolumento earum excutionem expedire debet (ſi commoretur in oppido & portu, vbi Inquiſitor è naue deſcenderit) intra quatuor & viginti horarum ſpatium. Si verò abſit, inter proximos octodies ſequentes, ex quo literæ ei datæ fuerint. Quod ſi Prorex intra terminum præſcriptum executioni literas mandari non iuſſerit elapſo termino aſsignato, Inquiſitor aut Inquiſitores ſtatim officio ſuo fungantur. Et quia accidere poteſt Proregem velle à nobis conſilium de aliqua re & ſententiam exquirere, & ob lõgam dilationem, negotijs periculum immineret, Prorex quacumq; dilatione poſtpoſita executionem expediat, & liberum Officij vſum Inquiſitori concedat, nos verò poſtea conſulat.

Item, nullus caſus in cauſis criminalibus officialium, familiarium, & miniſtrorum ſancti Officij ab eius foro, & priuilegio ſit exemptus ſed generatim, & abſq; diſtinctione Inquiſitores cognoſcant vniuerſas cauſas, & caſus quãtumuis graues, & atroces ſint, tam officialium, qui ſtipendium merentur, & perpetuorum (id eſt) à ſecretis, qui ſunt aut erunt ab Inquiſitore Generali titulo decorati, & omnium ſuorum miniſtrorum & familiarium; nec non locumtenẽtium, & reliquorum S. Officij familiarium. In his tamen quæ ad familias tenentium locum officialium ſpectant, vxores, patres, filij & fratres dũtaxat, dummodo ſint verè domeſtici, & cõtinui commenſales, nullique alij foro & priuilegio gaudeant.

Item ſi cæteris omnibus caſibus & cauſis ciuilibus & mixtis, generatim etiam & abſque diſtinctione, foro, & priuilegio ſancti Officij Inquiſitorumque iuriſdictione gaudeant; omnes relati officiales cum ſuis familijs, eorumq; locumtenentes & familiares, denique familiæ locatenentium, ſeruata tamen forma ſuperiùs dicta, excepta exactione quorumcumq; reddituum & vectigalium, quæ officiales aut familiares cõmemorati mihi aut regio patrimonio debeant, tam de gabellis & alijs vectigalibus, quæ vulgò [taxas] & [talliones] vocantur, quàm de quacunque pecuniæ contributione, quæ ad me pertineat, & in meum ſeruitium conferatur.

Item in omnibus cauſis feudalibus tam de proprietate quàm poſſeſsione, aut interim feudorum.

Item in cauſis ad bellum ſpectantibus, tam quoad excuſationem, ſi ea contendunt, ne nomina militiæ dare cogantur; quàm in quibuſcumq; caſibus, & delictis, quæ, dum in expeditione bellica ſunt, in rebus ad expeditionem pertinentibus admiſerint.

Item in caſibus peſtis, ſi deliquerint contra præconia & ordinationes ad peſtẽ repellendam promulgatas.

Item in caſibus & delictis commiſſis inquibuſcũq; officijs & muneribus publicis gerendis, in his quæ ad illa & illorum executionem pertinent;

in quos caſus, & cauſas Inquiſitores ne ſe vllo modo inferant, & intromittant; ſed ſi officiales, & familiares deliquerint, à Prorege iudicibuſque ſæcularibus mulctentur & puniantur.

Item in ijs quæ ad idoneam & commodam regni adminiſtrationem attinent, omnes officiales & familiares quæ legibus pragmaticis, Sanctionibus, prouiſionibus, ſtatutis, aut quomodolibet prouiſa, & ſtatuta fuerint, obſeruent; & faciant ſimiliter cæteri regni incolæ, pœniſq; iuxta pragmaticas, Sanctiones, conſtitutiones, & ſtatuta puniantur. Cognitio verò & executio tantùm & in ſolidum ad Inquiſitores pertineat aduerſus officiales, & eorum familias atque familiares & familias Locatenentium iuxta formam explicatam; qui ſummo iure & ſeueritate pœnas per leges & conſtitutiones aduerſus illos, & eorum bona impoſitas executioni mandent iuxta formam legibus præſcriptam. Hæc autem vt commodiùs præſtentur, iudicibus, gubernatoribus, aut Iuratis populorum liberum ſit creare ſyndicum monitorem, aut Fiſcalem, quibus & illorum ſingulis, Inquiſitores aures præbeant, ſyndicationes, informationes, probationes, actus, & teſtes admittant, donec iudiciali proceſſu confecto, ſententia diffinitiua proferatur, & executioni mandetur.

Item in commemoratis caſibus, & cauſis ciuilibus criminalibus, & mixtis ſpectantibus ad iuriſdictionem officialium & locũ-tenentium atque familiarium (vti declaratum eſt) & familiarium ſancti Officij, poſſint Inquiſitores per cenſuras procedere aduerſus quaſcumque perſonas, iudices, & magiſtratus, qui contraierint ac perturbauerint illorum iuriſdictionem: & in illius cognitionem ſe introduxerint, tumque iudex Monarchiæ ad illarum cauſarum cognitionem nec accedat, nec à cenſuris abſoluat ex officio vel ad partis inſtantiam, nec appellationis cauſa recurſus aut nullitatis, iniuriæ, vel iniuſtitiæ prætextu, nec quouis alio quæſito colore. Quod ſi iuſſu tuo aliquæ informationes, aut proceſſus ante te, aut alterum iudicem ſæcularem pendeant, de aliquo ex caſibus, & cauſis prædictis (exceptis quæ ſuprà reſeruata ſunt) aduerſus officialem aut officiales, vel eorum familias, aut aduerſus Loca-tenentes vel familias ſuas (vti declaratum eſt) aut contra alios ſancti Officij miniſtros, & familiares, ſtatim Inquiſitoribus remittas, vlteriùs nullomodo in eis procedendo. Si verò aliquis ex iudicibus ſæcularibus aut alijs quibuſcumque perſonis excommunicatus ab Inquiſitoribus, & publicè denunciatus fuerit, ſe ad Inquiſitores ſiſtat, ad debitam (vti decet) obedientiam, & petendam abſolutionem, non obſtante, quod à iudice Monarchiæ fuerit illi abſolutio impenſa. Verùm enim verò interdum dubitari poteſt, numerenturne caſus qui ſe offerunt in caſibus ciuilibus ſuprà in hac prouiſione expreſsis & declaratis illoſque iuxta illam poſsint, & debeant iudices ſæculares cognoſcere, necne, aut ſi illorum cognitio ad Inquiſitores pertinet, aut ad quem generatim ſpectet cognoſcere prædictas cauſas ciuiles criminales, & mixtas aduerſus officiales & familiares, & officialium familias, vt explicatum eſt. Ad viam igitur controuerſiarum & diſſenſionum penitus intercludendam, & diſcordiarum





rum occaſiones præſcindendas, decernimus & mandamus; vt ſi inter iudicem ſæcularem, qui cauſam cognoſcere contendit, & Inquiſitores non conuenerit, iudex ſæcularis remittat informationes & proceſſum Proregi & iudicibus magnæ curiæ. Ex quibus duo à Prorege electi, cum duobus Inquiſitoribus in aulam ſancti Officij conueniant, qui ſummariè negotium cognoſcant, omni ſtrepitu iudiciali ſemoto, illudque decernant, quod in cauſa iuſtitiæ conſentaneum iudicauerint, & quod omnibus aut eorum pluribus viſum fuerit, illud fiat & executioni mandetur. Quòd ſi conſenſio inter eos nulla fuerit, huic curiæ remittatur cauſa, vt duo ex Inquiſitionis ſenatu, aut duo alij ex Italiæ conſiliarijs habita conſultatione decidant. Si verò hi etiam diſcordes ita diſceſſerint, vt nec plures eorum eandem ſententiam amplexi fuerint, mecum, de me conſultetur; vt quid agendum ſit, decernam, & mandem, ſimiliter atque in Caſtella fit. Interim autem dum caſus deciditur, nihil innouetur, nec vlteriùs in eam procedatur. Quæ omnia ſic declarata, firma & ſtabilia ſint pro tempore quo, & nobis, & Regibus ſucceſſoribus noſtris viſum fuerit. Volumus igitur, & mandamus hæc omnia iuxta modificationes & declarationes appoſitas integrè, & inuiolatè ſeruari à te, & à quocũq; Prorege aut Præſidente, qui ad tẽpus regni adminiſtrationem ſuſceperit, ſimiliterque ea obſeruari, & opere compleri curent Magiſter iuſtitiarius Præſidens, & iudices magnæ curiæ præſidentes patrimonij, & ſacræ conſcientiæ, iudices præfatorum tribunalium, iudex Monarchiæ, Aduocatus Fiſcalis, Theſaurarius & conſeruator noſtri Regij patrimonij, cæterique demum vniuerſi & ſinguli iudices, officiales, & miniſtri, tam præſentes, quàm futuri, & quicumque alij ſubditi, ad quos executio, & obſeruantia hic contentorum pertinet. Similiter etiam iniungimus, & mandamus venerabilibus Inquiſitoribus, tam præſentibus quàm futuris, vt reſpectiuè teneant, & firmiter obſeruent, prout ad eos obſeruantia & executio ſpectat, iuxta formam, & capitula huius prouiſionis; & contra eorum ſeriem, tenorem, & formam vtrique nec venire, nec facere audeant, nec quenquam contra facere vel venire ratione aliqua, ſiue cauſa permittant; alioqui pœna mille vnciarum Fiſco noſtro applicanda quilibet contrafaciens mulctetur. Ita verò ſinguli à caſibus reſeruatis abſtineant, & reliquos cognoſcant & iudicent, vt iuriſdictionum contentiones penitus extinguantur, & ſenſibus & voluntatibus conſentientibus pariter ſitis in Rempub. & regnum animati; ſic enim à DEO OPT. MAX. debitum honorem, & cultum impendendum, & iuſtitiam rectè adminiſtrandam neceſſarium eſt. Hæc nobis cordi ſunt. Is qui contraierit, iram & indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. Dat. in Vrbe Pacis Auguſtæ vulgò [Badajoz] 4. die menſis Iulij, anno 1580.

EGO REX.

*Dominus Rex mandauit mihi*
*Matthæo Vazquez.*

Licentiatus Temiño.
Licentiatus Salazar.

*Vidit Ramondettus Regens.*
*Vidit Carauajal Regens.*

SEquenti anno 1581. cum hæſitaretur an ſancti Officij conſultores eius foro ac priuilegio gauderent, illi præſertim, qui vel eſſent iudices magnæ curiæ, vel alijs publicis, Regiſque Officijs vacarent, vacaturiue in poſterum eſſent, & an tanquam officiales, an tanquam familiares illam haberent fori prærogatiuam, alia non leuior controuerſia naſcitur. Quamobrem ex Regio mandato ab ijſdem qui præteritas ſopierant contentiones, conſultationibus, ſicut præterito anno, habitis, in fauorem ſancti Officij Rex prouidit, atque decreuit, vt conſultores ſancti Officij in omnibus ciuilibus, & criminalibus cauſis, tam ipſi, quàm eius familiares, tamquam Locumtenentes officialium ſalariatorũ, S. Officij præeminẽtijs ac foro fruerentur, quæ prouiſio ſequitur in hũc modum.

## PROVISIO IN FAVOREM CONSVLTORVM S. OFFICII Regni Siciliæ à Philippo II. Rege noſtro emanata.

PHilippus Dei gratia Rex Caſtellæ, &c. † Illuſtri Marco Antonio Colonna, cognato noſtro, Pro-
25 regi, Locumtenenti, ac Capitaneo Generali in noſtro Regno Siciliæ citra Pharum, ac cuilibet noſtro alij Proregi, Præſidenti ac Locumtenenti, qui pro tempore erit, ac vobis venerabilibus Inquiſitoribus Apoſtolicis, qui in dicto regno eſtis, vel pro tempore fueritis, ſalutem ac dilectionem. Non vos præterit, quòd intellectis diſſidijs atque iuriſdictionis controuerſijs, quæ inter vos, dictum Proregem, ac reliquos noſtros ſæculares iudices atque miniſtros iſtius regni prædicti, cum vobis Inquiſitoribus ſupradictis ſuper officialibus, familiaribus, atque miniſtris ſancti Officij, ac alijs, vt hæc omnia (ſicut æquum eſt) ceſſarent, ac inter vos illa pax atque conformitas, quæ decet, reperiretur; mandauimus perſonis tam Generalis conſilij Inquiſitionis, quàm alijs Italię regentibus congregari, ac hæc omnia conſultari: quo ab illis facto, ac à nobis viſo, & approbato die 4. menſis Iulij, anni proximè elapſi 1580. Mandauimus dari, ac dedimus prouiſionem noſtram, ordinando & mandando in ea, quod ſuper prædictis obſeruandum in poſterum eſſet, quemadmodum in dicta prouiſione fuſiùs continetur. Poſteà verò nobis expoſitum eſt adhuc inter vos aliam eſſe contentionem, vel potiùs hæſitationem, quâ ſcilicet formâ conſultores ſancti Officij eius fori priuilegio vti debeant, & an expediat vt illo conſultores gaudeant, qui ad præſens ſunt, vel poſthac fuerint, qui iudices magnæ curiæ eſſe, vel alia publica munera habere reperiantur, & ſi dicto foro, tanquam familiares, an tanquam officiales gaudere debeant, vobis dicto noſtro Prorege allegante non debere, nec poſſe conſultores prædictos maiori prærogatiua, quàm alios ſimiliter ſancti Officij familiares honorari: ſcilicet pro ſuis tãtùm perſonis. Eos verò conſultores, qui iudices magnæ curiæ eſſent, vel alia officia regia haberent, non debere illius fori gaudere præeminentia, ne iuriſdictiones confunderentur. Et quoniam pro parte dictorum Inquiſitorum prædictos conſultores (cum ſint tam inſignes atque præcipui dictæ Inquiſitionis miniſtri) tanquam officiales ſalariatos illius, cum omnibus ſuis

fami-



familiaribus debere vti, & quamuis alia publica munera aut miniſteria haberent, vel iudices magnæ curiæ eſſent, non idcirco iuſtum videri, vt dicto priuilegio, ac foro priuarentur, cum nec ob id iuriſdictionum confuſio, nec aliud inconueniens ſequeretur, & alia allegabantur: ſuper quibus pariter eaſdem perſonas generalis conſilij Inquiſitionis, & Italiæ iuſsimus congregari, quæ antea fuerant congregatæ. His itaque ab illis conſultatis, ac diligenter ſuper omnibus habito tractatu, à nobis viſo, & approbato, quoniam noſtræ intentionis ac voluntatis eſt, vt ſanctæ Inquiſitionis officium honoretur, ac reuerenter colatur, cùm id Dei cultui, noſtro ſeruitio, ac communis noſtræ Religionis bono apprimè conueniat, & vt poſthac dubitationes omnes, ac controuerſiarum occaſio ceſſet, debito amore mutuo conformes ſitis, prout æquum eſt, dari mandauimus, ac dedimus præſentem, cuius ſerie ac tenore declaramus, volumus, & mandamus, vt prædicti ſancti Officij conſultores, qui modo ſunt, & in poſterum fuerint, gaudeant eodem priuilegio, quod officiales non ſalariati habent, & habere conſueuerunt, iuxta id quod à nobis prouiſum eſt, atque mandatum in vltima prouiſione atque concordia, de qua ſuprà diximus. Quod etiam ſit, & procedat quantumuis prædicti conſultores ſint iudices magnæ curiæ, vel alijs publicis officijs fungantur, dum tamen circa illorum exercitium non delinquant, quod obſeruetur ac cuſtodiatur pro libito voluntatis noſtræ, & Regum ſucceſſorum noſtrorum. Quocirca mandamus omnibus, ad quos dicta prouiſio fuerit directa, eam obſeruẽt, cuſtodiãt, ac exequãtur, ſub pœnis in ea contentis, perinde ac ſi hæc noſtra declaratio in illa fuiſſet inſerta, omni obice ac impedimento ceſſante. Dat. Vlyſsiponæ 27. Iulij. 1581.

EGO REX.

VLtra quod certiſsimum Regij in ſanctum officium ſtudij atque amoris argumentum, vt inſignem ac pijſsimum amorem, quod dictum officium ſacrum proſequitur, teſtatiorem faceret, ſtrictiſsimè Proregibus imperauit, vt eo honore hac obſeruantia, quibus tam ſanctum miniſterium dignum eſt, illud proſequerentur, vt ex eius Regijs literis apparet. Dat. in S. Laurentio 18. Septembris 1587. quarum tenor talis eſt.

REX.

26 ILluſtris Comes, † Conſobrine noſter Vicerex, Locumtenens & Capitanee Generalis. Honos & fauor qui ſancto Officio eiuſque miniſtris, & appendicibus exhiberi debet, adeo veſtra religione ac zelo condignus eſt, vt minùs nobis neceſſarium videatur vobis commendare, quanti eius officij obſeruantia & amplitudo interſit. Nam vltra ipſius miniſterij momentum ac etiam dignitatem, quanti apud nos ſit, ſatis videri poſsit ex dignitate ac autoritate, quibus in iſto noſtro regno conualuit. Cum tamen quædam controuerſiæ, quæ inter vos, & ipſius Officij Inquiſitores his propè elapſis interceſſerunt, nobis delatæ fuerint, viſum nobis eſt has ad vos literas dare, vobiſque mandamus, & dicimus, vt ſtudioſè ac diligenter omni fauore atque præſidio in omnibus publicis, & priuatis occaſionibus iſtius Regni Inquiſitoribus præſtò ſitis, omnemque exhibeatis honorem, ac ſpecialiter cum ad ve-

O 3 ſtrum

ſtrum prætorium eos vocabitis, non per apparitorem, ſed per familiarem veſtrum honoratum, aut per ſcedulam vocetis, quemadmodum veſtri in ipſo munere prædeceſſores feciſſe noſcuntur, eodem modo abſtinendo à guidaticis cōcedendis perſonis illis, quæ ciuiliter vel criminaliter in S. Officij tribunali cauſas defendunt: ac præſertim ſtudebitis, vt ea quæ in veſtra præſentia, vel vobis interuenientibus cum dictis Inquiſitoribus conferenda erunt, ſub æqua ac debita cautela quemadmodum talia poſtulant, pertractentur; ita vt ne dum in hoc, ſed in alijs omnibus, in quibus dictis Inquiſitoribus autoritas noſtra ad ſuum miniſterium (quod tantùm è Dei cultu, ac Chriſtiana religione eſt) confert, illis non deeſſe appareat, quod à vobis (quia nobis gratiſsimum eſt) fieri ſperamus. Dat. apud ſanctum Laurentium 18. Septembris. 1581.

EGO REX.

TAnto itaque Philippi Regis noſtri in ſanctum Officium amore, & beneuolentia titulati, ac Barones regni quoties ab Inquiſitoribus accerſuntur, libenter veniunt, non ſolùm fidei rebus, ſed alijs quoque communibus negotijs
27 laturi opem, quemadmodum † ſex annis retroactis cum ex Geneua (quę ſpurciſsima eſt iniquitatis hæreticæ arx) quida pſeudodidaſcali (quos ipſi miniſtros vocant) ad labefactandam ac penitus euertendam religionem illius inſulæ, quam ſibi accommodatam ſedem ac appoſitiſsimam autumabant, miſsi eſſent; cum occultam illam contagionem Inquiſitores præſenſiſſent, totum negotium prædictis titulatis atque Baronibus commiſſum eſt, quorum adeo inſigne fuit in impoſtoribus perſequendis officium, vt Iacobus Brutus inſignis nequitiæ concionator, qui maxima clade ac religionis incommodis per inſulam graſſabatur, ad ſanctum tribunal fuerit perductus ac reconciliatus, ac demum in ſua cæcitate pertinax viuus rogo fuerit impoſitus, eiuſque diſciplinâ tincti fuerint reconciliati.

28 Hæc † & plura alia commoda dictorum magnatum familiarium auxilio atque ſtudio in ſancti Officij ac commune Eccleſię commodum ſunt ſecuta, cum alioquin niſi dicti nobiles familiares eſſent, longè aliter eueniſſet, quemadmodum experientiâ conſtitit ex anno 1592. in hæc vſque tempora, quo Comes Albæ, illius regni tunc Prorex publicauit edictum, quo continebatur dictis magnatibus, familiaribus fori ſancti Officij prærogatiuam ſuſpenſam eſſe. Ex eo namque edicto, dicti titulati, nec edictis, nec ſolennibus fidei actibus aſsiſtunt, nec Inquiſitores regnum viſitantes concomitantur; nec ſicut ſolebant recipiunt & amplectuntur, nec proprijs impenſis reos ad carceres Inquiſitionis deducunt, nec curant vt eorum Vaſſalli ordines à ſancto Officio præſcriptos obſeruent: quæ omnia diligenter ac ſtudioſè præſtant, ſi eius fori eſſe permittantur. Ac planè compertum eſt hac prohibitione immēſa ac propemodū irreparabilia damna Inquiſitionem contrahere, eiuſque exercitium, quod antea expeditiſsimum erat, protinus impediri. Porrò cum famoſis graſſatoribus, atque latronibus inſula confertiſsima ſit, ſine temporalium dominorum patrocinio, ac eorum cohortibus, nec per illam ſine magno diſcrimine iter fieri poteſt, nec Alguazirius, alijue ſancti



ſancti Officij miniſtri aliquem capere, vel incarcerare audent ſine dominorum tutela atque auxilio. Quapropter cum propè præteritis annis Inquiſitores ad viſitandum, cenſendumque regnum Panormo exceſsiſſent, reuerti coacti ſunt eo auxilio quod neceſſarium eſt, & eis conſueuerat exhiberi deſtituti. Hæc planè mouere poterunt Philippi II. pietatem, quâ erga ſanctum Officium ſibi ſemper conſtitit, vt tantis incommoditatibus ac detrimentis illius ad reſtituendam magnatibus fori ſancti Officij preęminentiam adducatur.

Licet ex Bulla Alexandri IIII. edita anno Domini 1258. Inquiſitoribus omnibus interdicatur, ne de vſuris cognoſcant vel decidant, vt attentiùs negotijs fidei incumbant;
29 tamen † Leo X. Summus Pontifex, ſua Bulla Ludouico electo Dertuſenſi Epiſcopo, & Generali coronæ Aragonum Inquiſitori deſtinata Inquiſitoribus Cathaloniæ, Aragonum, Valentiæ & Siciliæ ſpeciali indulto conceſsit, vt poſsint de vſurarum cauſis cognoſcere, quam Bullam ſuprà in Inquiſitione coronæ Aragonum tranſcripſimus.

In hac nobiliſsima, & antiquiſsima
30 Inquiſitione plures fuerunt inſignes fidei cenſores, non ſolùm eo tempore, quo ex Dominicana familia creabantur, ſed etiam modò, quo ſemper ſunt clerici ſæculares; eorum non extat memoria, quod ſcripturæ in illo Archiui Inquiſitionis incendio, de quo ſuprà diximus, conſumptæ ſint: ſæcularium tamen Inquiſitorum Catalogum ex Carthophylacio dictæ Inquiſitionis excerpſi in hunc qui ſubſequitur modum.

Anno Domini 1490. fuit Siciliæ Inquiſitor Ioannes de Scalambro Siculus, ciuitatis Leontinorum, & ex clarioribus ortus.

Anno Domini 1500. Dominus Petrus de Belforado, Archiepiſcopus Meſſanenſis.

Eodem anno eius collega Inquiſitor Epiſcopus Chefaludenſis, cuius cognomen ignoratur.

Anno 1512. Doctor Alphonſus Bernal.

Eodem anno Doctor Melchior de Ceruera.

Eodem tempore Doctor Didacus de Bonilla.

Anno 1520. Inquiſitor fuit Doctor Triſtanus Caluette.

Anno 1526. Doctor Auguſtinus Comargus, ſcholaſticus Caroſanenſis.

Anno 1537. Arnaldus Albertinus, Epiſcopus Patenſis, fuit Inquiſitor, & Præſes in Regno Siciliæ.

Eodem anno 1537. Doctor Didacus de Oron.

Anno 1546. Bartolomæus Sebaſtianus regni Aragonum, qui fuit Epiſcopus Patenſis & Præſes regni, quo tempore Dux Medinæ-Cæli fuit Prorex, deinde ad expeditionem contra Gelues profectus, ac creatus Archiepiſcopus Tarraconenſis vbi deceſsit.

Ann. Dom. 1555. Licentiatus Frāciſcus Orozcus ab Arce Carthaginēſis, ac beneficiatus Iumillæ, qui cùm Toleti Inquiſitionis Officio vacaret, in Siciliam tranſlatus eſt, in locum ſupradicti Bartolomæi Sebaſtiani ſubſtitutus. Anno Domini 1558. Fuit Archiepiſcopus Panormitanus, ac ſolus ſine vllo collega in ſancto Officio aliquandiu fuit, vt apparet ex quadam Epiſtola Philippi II. ad eum Bruxellis miſſa, data 28. Ianuarij. 1558.

Anno 1562. Ioannes Orozcus ab Arce, ex fratre filius dicti Archiepiſco-

piſcopi Panormitani, villa de Eſcalona oriundus, vno anno Inquiſitor fuit, inde Epiſcopus Syracuſanus creatus, vbi decennio vixit. Poſtea ad Epiſcopatum Cataniæ tranſlatus eſt, vbi poſt triennium conceſsit in fata.

Ann. 1563. Licētiatus Ioān. Bezerra in oppido de la Quadra de Martos, in Beturia, vulgò Eſtremadura oriundus, de Abbātia ſacræ māſionis Panormi prouiſus, ac collegialis, & Rector inſignis Collegij ſancti Bartholomæi Salmanticenſis, nouem annis huius ſancti Officij quæſitor, poſtea Matritum reuerſus, Cathaloniam eius Prouinciæ Inquiſitionem viſitaturus, cū honeſtiſsimo munere mittitur, vbi breui tempore deceſsit.

Eodem anno 1563. Doctor Ioannes de Ratana Victorianus, ex prouincia Cantabricenſi, Collegialis Bononiæ, ſexennio Inquiſitor fuit, inde Archiepiſcopus Meſſanenſis moritur.

Anno 1569. Licentiatus Ioannes Quintanilla, Bæticus, qui Inquiſitor, ac Inquiſitionis cenſor ſimul creatus eſt, intra biennium Panormi fati munus impleuit.

Anno 1572. Licentiatus Bernardus Gaſcus in oppido Corrallio Almaguerenſi in Marchia oriundus, primùm Inquiſitor Barcinonæ, deinde Panormi, qui Epiſcopus Mazeriēſis demortuus eſt.

Eodem anno Doctor Gomez de Carauajal, Theſaurarius Eccleſiæ Cathedralis Segobienſ. ac habitum ſancti Iacobi Spatiferi in Conuentu de Valez profeſſus, naturalis oppidi de Valtanas, collega Licentiati Gaſci, fuit prouiſus Inquiſitor Cordubenſis, inde Regens in ſupremo Italiæ Conſilio.

Anno 1574. Antonius Marinus à Pazos, Gallecus, Canonicus Tuy, viſitator, vel cenſor ac Inquiſitor Siciliæ creatur, inde Toletanus. Tandem Epiſcopus Cordubenſis, vbi poſt inſignia monumenta in honorem ſanctorum Martyrum Cordubenſ. extructa è vita diſceſsit.

Anno 1577. Licentiatus Ioannes à Rojas, oriundus in oppido Rotæ ſancti Clementis, primùm Inquiſitor Valentinus, in Siciliam electus Epiſcopus Agrigentinus venit; vbi Inquiſitor vno anno fuit: qui plures tractatus ſcripſit ad materiam hæreſis ſumma eruditione confertos.

Eodem anno Licentiatus Didacus de Haedo, oppidi de Carranza, Cantabricenſis, collega dicti D. Ioannis de Rojas, primùm fuerat Inquiſitor Valentinus, ac Cæſaraugustanus, poſteà Siculus, deinde Epiſcopus Agrigentinus, ac tandem Archiepiſcopus Panormitanus, vbi nunc reſidet.

Anno 1579. Ioannes de la Peña Villæ-nouæ de Loreto Capellanus Regis, Burgen. præbendatus, Abbas ſancti Philippi Aragon. mortuus eſt electus Archiepiſcopus Meſſanenſis.

Anno Domini 1580. Licentiatus Ioannes de Coruonero, villæ de Bauilla-fuente, præbendatus Cordubenſ. fuit Nouennio Inquiſitor Siciliæ, inde Epiſcopus Catanæ creatur.

Anno Domini 1584. Doctor Ioannes de Aymar Regni Aragonum, qui primùm fuerat Barcinonæ Inquiſitor.

Anno Domini 1586. Ego Ludouicus de Paramo, Archidiaconus, ac Canonicus Legionenſis, oppidi de Borox Toletanâ Diœceſi oriundus huic muneri deputatus fui.

Anno Domini 1587. Doctor D. Lopez de Varaona, Theſaurarius ac Canonicus Ciuitatenſis.



Anno Domini 1591. Doctor Martinus de Olloqui, Collega Bononiæ, Decanus Eccleſiæ cathedralis Pacis Auguſtæ vulgò [Badajoz] nuncupatæ.

Anno Domini 1591. Licentiatus Dominicus de Llanes, Canonicus Aſturicenſis. Hi duo viri eruditionis ac virtutis dotibus conſpicui collegæ mei ſunt, qui commiſſo ſibi muneri vigilantiſsimè, prudenterque incumbunt, ac creditam ſibi prouinciam ab omni hæretica peſte immunem ſaluamque feliciter præſeruant.

Poſt mortem prædicti D. Martini Olloqui, eius loco ſuffectus eſt Licentiatus Petrus de Hoyo, anno Domini 1598. vir ſanè literis ac virtute præditus.

## *De Balearium Inſularum Inquiſitione.*

## *CAP. XI.*

### SVMMARIVM.

1 *Officium Inquiſitionis paulò pòſt annum 1232. in Balearibus inſulis poſitum eſt.*

2 *Inquiſitionem Maioricæ ab Inquiſitione Comitatuum Roſsilionis, & Ceritaniæ Benedictus* XIII. *diuiſit.*

3 *Quo tēpore in Belearibus inſtaurata ſit Inquiſitio.*

4 *Inquiſitores propter rebelliones Maioricæ coacti ſunt ea inſulâ excedere.*

5 *Conſpiratio quorundam hæreticorum contra ſanctum Officium Inquiſitionis, Epiſcopi Maioricenſis operâ atque induſtriam ſedulò ſedata eſt.*

1 BALEARES † Inſulæ
à Iacobo. Rege Aragonum, anno 1230. ex
Maurorum tyrannide
liberatæ in Aragonenſem coronā reciderūt.
Cum autem anno 1232. Sanctum Officium Inquiſitionis in Principatu
Cathaloniæ atque Aragoniæ inſtitu-
2 tum eſſet, † paulò pòſt ad Baleares
dilatatum eſt, quemadmodum ſuprà in cap. de Inquiſitione Aragoniæ dictum eſt. Aliquando tamen Generalis erat coronæ Aragonum Inquiſitor, aliquando in Cathalonia vnus, alter in Aragonia erat, alij Baleares inſulæ cum Comitatibus Roſsilionis, & Ceritaniæ obtingebant. Quia verò frater Bernardus Pages, Inquiſitor Generalis in
Comitatibus reſidebat, Maioricam
3 inſulam per Vicarios gubernans, †
Benedictus Papa XIII. quia hoc inconueniens videbatur, diſtinctam voluit eſſe Inquiſitionem Maioricæ à Comitatibus. Et idcirco Guillelmum Segarra in inſula Inquiſitorem creauit, iuſsitque, vt eo defuncto in eius locum Inquiſitorem alterum, qui eis ſolummodò inſulis incumberet, prouinciales Cathaloniæ conſtituere curarent.

4 Sed quando † in Aragoniæ, Valentiæ, ac Cathaloniæ Regnis Inquiſitio reformata refloruit, in Balearicis quoque inſtaurata eſt: ab eoque tempore Generalibus Aragoniæ Inquiſitoribus ſubiacuit.

Communibus † illis Hiſpaniæ re-
5 bellionibus, qui Maioricæ erant rebelles, tanto odio ſanctum Inquiſitionis Officium ſunt proſequuti, vt Inquiſitores illud Euangelicum conſilium ſequuti, ſcilicet [Si in vna ciuitate vos perſequentur, diſcedite ad aliam;] illinc ſeceſſerint, Inquiſitionis rebus cuſtodiæ cauſâ com-

mendatis Petro Ponti Epiſcopo Eluēſi, rebellionum, ſeu (vt dicebantur) communitatum decurioni: hic patres habuerat à ſanctæ Inquiſitionis officio caſtigatos, opportunamque (vt ſibi videbatur) nactus occaſionem parentes vlciſcendi, communiſta, ſiue rebellis ſuggerebat, vt ædes ſancti Officij demolirentur: omneſque proceſſus, atque ſententias, quæ inibi aſſeruabantur, igni traderent. Epiſcopus Maioricenſis † zelo domus Dei commotus, apparitorem miſit, qui in eius conſpe-
5 ctu coram ſanctæ Inquiſitionis tribunali ſiſteret: tunc ex perditorum illorum numero permulti, qui cum eo erant, ſponte ad Epiſcopum qui pro tribunali ſedebat, perducunt, ac impudentior omnium qui eius militiæ Decanus erat, telo balliſta diſpoſito, Epiſcopo per inſignem petulantiam minitari cepit; ſi hominem illum ampliùs infeſtaret. Epiſcopus autem nihil perterritus; apparitori inſtat eum vt caperet, cui petulantiſſimus homo: caue (inquit) Epiſcope, ne balliſta ſoluatur. Tunc verò Epiſcopus Chriſti ſimulacrum manibus ſubleuans ad prætereuntes per viam; ſi eſt (inquit) aliquis, qui Ieſu Chriſto militet, conſcendat citò, ne cunctetur. Cumque aliqui, eo dato ſigno, per medios hoſtes penetrarent, Epiſcopus depoſito Crucifixo Balliſtarium & Conuerſum fortiter tenuit, eumque cuſtodiæ tradidit, Balliſtario aliquorum interceſſione ignoſcens, ad craſtinumque conuocatum in Eccleſia populum confirmauit, pluraque de fide, ac ſancti officij inſtituto concionatus eſt, quibus communiſtarum aduerſus ſanctum officium debacchatio cōpreſſa eſt. Strenuus hic, atq; fortiſſimus Epiſcopus poſt plures annos Valentiæ in Monaſterio Beatæ Mariæ de Remedio ſepultus requieſcit.

## *De Inquiſitione Regni Sardiniæ.* CAP. XII.

### SVMMARIVM.

1. *Sardiniæ inſula aeris peſtilentiæ maximè obnoxia eſt.*
2. *Sardinia doctrinæ inopia olim laborabat.*
3. *Sanctum Inquiſitionis officium inſtauratum fuit in Sardiniæ inſula, anno 1492.*
4. *Inquiſitores Sardiniæ procedebant ſummariè ad annum vſque 1562.*
5. *Sardinia vanis ſuperſtitionibus abundat.*
6. *Hæreticum damnatum è cuſtodia extrahunt Locumtenens, & Archiepiſcopus Callarenſis.*
7. *Ferdinandus Rex* Catholicus *carceris effractionem iniquo animo tulit.*
8. *Ferdinandi Regis Epiſtola ad Inquiſitorem.*
9. *Ferdinandi Regis literæ ad eius Locumtenentem Sardiniæ.*
10. *Ferdinandi Regis literæ ad Archiepiſcopum Callaritanum.*
11. *Ferdinandi Regis Epiſtola ad Vicarium ciuitatis Callaris.*
12. *Ferdinandi Regis literæ ad conſiliarios Caſtricallaris.*
13. *Hæreticus Saſſari capitur & ad fidem Catholicam traducitur.*
14. *Officium ſanctæ Inquiſitionis Sardiniæ, tenues habet redditus.*
15. *Inquiſitorum Sardiniæ catalogus.*

SARDINIA Inſula † maris Mediterranei, aeris peſtilētię maximè obnoxia eſt, quo nomine etiā olim tam malè audiuit, vt Marcus Cicero Quintū fratrem moneat, etiam tum, cùm optimè valeret, meminiſſe debere in Sardinia ipſum eſſe: & alibi Tigellum quendam Sardum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſsimam, opponit.

*Nullo fata loco poſſis excludere: cùm mors*
*Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt.*

Noſter autem Damaſus Papa, ſcriptor Eccleſiaſticus, peſtilentem inſulam appellat in vita ſancti Pontiani Summi Pōtificis: inquit enim ab Alexandro Imperatore propter Chriſtianæ fidei confeſsionem in Sardiniam peſtilentem inſulam fuiſſe relegatū. Rem etiam eandem teſtatur Martinus Polonus in vita eiuſdem Pontiani: ſed addit in eâdem Sardiniæ inſula Maximum hunc Pontificem martyrio fuiſſe coronatum, nec tamen ibi ſepultum, at naui inde fuiſſe exportatum quò viuus deportatus fuerat, idque factum Fabiani curâ qui illi in Pontificatu ſucceſsit. Denique ipſâ experientiâ, & legibus municipalibus illius inſulæ docemur, nullum hominem ex aliquo territorio in alterum migrare, quin aeris inſalubritate extinguatur. Hinc etiam ſactum eſt, vt cùm multæ ſedes Epiſcopales in hac inſula numerarentur, ad minorem numerum fuerint redactę, tum propter tenues prouentus, tum etiam propter cæli inclementiam, & aeris intemperiem, quæ in cauſa erant, vt Epiſcopi æſtatis tempore reſidere non poſſent. Do-
2 ctrinæ † inopia laborabat hæc inſula, donec religioſi viri ſocietatis Ieſu anno 1559. in vrbe Saſſaro domicilium erexerunt, aliaque deinde fuerunt adiuncta collegia, cum Philoſophiæ, & Theologiæ ſcholis, ex quibus multi iuuenes literarum cognitione florētes ſingulis annis prodeūt, quorum ſubſidio Sardi in maiorem Chriſtianæ religionis cognitionem deuenerunt.

Incertum ſanè eſt, quo tempore in hac inſula ſanctæ Inquiſitionis officium conſtitutum eſt; certum tamen eſt ante annum 1307. conſtitui non potuiſſe, cùm anno 1306. Fredericus Siciliæ Rex eam à Sarracenis occupatam expugnauerit. Multis tamen ab eo tempore vertentibus annis, cùm ad Catholicorum Regum petitionem in Hiſpania Inquiſitio renouata eſt, comperimus paulò pòſt etiā in Sardinia inſtauratam, reformatamque eſſe à Generalibus iiſdem Inquiſitoribus, quibus Aragonia, Valentia, ac Cathalonia ſubiacebat.

Saſſari, † quæ vrbs eſt Archiepiſco-
3 pali ſede nobilis, ſanctæ Inquiſitionis tribunal inſtauratum fuit anno Domini 1492. vt conſtat ex literis commendatitijs Cardinalis D. Petri Gonçalez à Mendoça, Archiepiſcopi Hiſpalenſis, miſsis ad Sanctium Marin primum Sardiniæ Inquiſitorem, qui ſolus hoc munere functus fuit ad annum 1498. Principio enim multis annis vnus dumtaxat Inquiſitor Sardiniæ præerat: iam aliquot abhinc annis duo præſidēt. Quamquam autem omnes Inquiſitores ab Hiſpaniarum regibus, & Inquiſitoribus generalibus miſſi ſunt, ſummariè tamen & ſecundum antiquam praxim in cauſis procedebant, donec ab Inquiſitore
4 † Caluo anno 1562. nouum proceſſum faciendi ſtylus fuit introductus. Et licet primis annis ſancta Inquiſitio exceſsibus, & erroribus, ac hæreſibus extirpandis occupabatur, iam hæreſis nulla formalis in vni-

5 in vniuerſa inſula reperitur, † & ſi vanis ſuperſtitionibus abundat.

Porrò anno Domini 1498. cùm
6 eius inſulæ Inquiſitor † quendam Dominicum ſanctæ Crucis de hæreſi condemnatum in cuſtodiam tradidiſſet, Regis Locum-tenens, ac Archiepiſcopus Callarenſis illum à vinculis exemerunt, aſſerentes ab iiſdem pro rebus ad regale ſeruitium ſpectantibus Dominico guidaticum ac ſaluamentum fuiſſe conceſſum. Inquiſitor tamen Ferdinando ſcripſit carceris effractionem, ac contumeliam ſancto Officio illatam. Quamobrem† Rex factum miratus, ac ægrè
7 rem ferens, Inquiſitori reſcripſit, vt iterum hæreticum illum in carcerem conijceret, ac in cuſtodia haberet, donec aliud ei ordinaretur. Scripſit etiam Generali Locumtenenti, & Archiepiſcopo, eos tacitè reprehendens, ne eius hæretici carcerem deturbarent, quinimò ſancto Officio omne præſtarent officium, ac fauorem: quod etiam Vicario ac conſiliarijs iniunxit, vt ex ſequentibus li-
8 teris apparet †.

*Epiſtola Catholici Ferdinandi ad Inquiſitorem Sardiniæ.*

FERDINANDVS REX, &c.

INquiſitor. Legimus Epiſtolam veſtram, & ægrè ferentes, quod circa carceres Dominici ſanctæ Crucis à noſtro Locum-tenente in iſto Regno, ac etiam ab Archiepiſcopo Callarenſi factum eſt, eis ſcribimus, quod ex exemplaribus in his incluſis videre poteritis. Expedit ſancti Officij dignitati conſeruandæ, vt Alguazirius veſter de veſtro mandato dictum Dominicum ſanctæ Crucis carceribus emancipet, vbi eum diligenter cuſtodietis, donec maturo à nobis habito conſilio vobis aliud iniungamus; quæ omnia cautè, atque prudenter ſine vllo tumultu exequi curabitis; iam enim Vicario ac conſiliarijs dedimus in mandatis, vt vobis in omnibus præſtò adſint. Primùm itaque ſecretè ac ſine ſtrepitu curabitis dictum Dominicum ſanctæ Crucis in vincula conijci, ac è veſtigio dabitis literas, quas vobis cũ præſentibus mittimus. Quod ſi à Locum tenente, vel alio in veſtra iuriſdictione fueritis impediti, legitimè proteſtabitis, ac ad cenſuras declarandas à iure in illos ſtatutas procedetis, ac dictæ proteſtationis exemplum nobis mittetis, vt inde, quod iuſtum fuerit, prouideamus: in omnibuſque ſumma cum rectitudine, ac conſcientiam exonerando, procedere curabitis, ac nos de omnibus certiores facite. Dat. Cæſarauguſtæ 18. Septembris, anno 1498.

EGO REX.

*Epiſtola Ferdinandi ad eius Locumtenentem Sardiniæ.*

LOcum-tenens Generalis. Nobis in hac curia renunciatum eſt, Inquiſitorem contra hæreticam prauitatem in iſto Regno pro ſuæ conſciẽtiæ exoneratione incarceraſſe Dominicum ſanctæ Crucis de hæreſi condemnatum, quem dicunt publicè per iſtam Ciuitatem deambulaſſe, voſque ac Archiepiſcopum Callaren. irreuerenter, abſque cenſurarũ à iure cõſtitutarum metu, de facto illum à carceribus Inquiſitionis liberaſſe, aſſerentes eũ pro rebus ad ſeruitium noſtrum ſpectãtibus in guidatico poſuiſſe. Quod ſi ita eſt, nõ parũ miramur, cùm vobis permiſſum nõ ſit hæreticos ac pro hæreticis cõdemnatos in ſaluamento ac guidatico

co



co noſtro ponere, & quoniam nullo pacto permittimus tales hæreticos in noſtris ditionibus à quoquã adiuuari, pro Dei gloria, ac noſtræ Regiæ conſcientiæ exoneratione, dicto mandamus Inquiſitori, vt incontinenti dictum Dominicum ſanctæ Crucis, quemadmodum antea erat, carceribus reſtituat, atque cuſtodiri faciat, quouſque aliud diſponamus: vobis item expreſsè mandamus, vt nullo vnquam ſitis dicto ſancto Officio, & eius miniſtris impedimento, imò illis opitulemini, ac faueatis (quantum opus fuerit) miniſtros, ac neceſſarias perſonas illis ſuppeditetis, vt ſupradictum, & quicquid ad ſancti Officij exercitium ſpectat, commodè valeat adimpleri. Ita enim diuino ſeruitio, ac veſtræ conſcientiæ exonerationi congruit, non obſtantibus quibuſlibet conſultationibus nobis miſſis, quibus poſteà reſpondebimus, atque poſthac attentiùs magis, ac ſtudioſiùs ſancto Officio faueatis, nam contrarium nobis non parum diſplicet. Dat. Cæſarauguſtæ 18. Septembris, anno 1498.

EGO REX.

*Ferdinandus Rex Catholicus, Archiepiſcopo Callarenſi.*

REuerẽde in Chriſto Pater Archiepiſcop. Miramur non parum, quòd vos cùm præſul ſitis, ac ratione veſtri paſtoralis officij teneamini magis res fidei, ac miniſtros ſanctæ Inquiſitionis adiuuare, non hæſitaueritis Dominicum ſanctæ Crucis de hæreſi condemnatũ à carceribus Inquiſitionis iſtius veſtræ Diœceſis eximere, prætendentes quod vos, & noſter Locũtenens ei ſaluamentum feceritis. Quod ſi ita eſt, exemplum graue videtur in tam inſigni Præſide. Quoniam autem nullatenus patimur hæreticos declaratos ab vllo in noſtris ditionibus adiuuari, Inquiſitori mandamus, quatenus dictum Dominicum de ſancta Cruce carceribus reſtituat, eumque cuſtodiri faciat, donec à nobis aliter ſit prouiſum. Mandamus vobis, quatenus ita fiat, omni impedimento ac dilatione ceſſante; ita enim Diuino ſeruitio, & veſtræ conſcientiæ quieti conuenit. Declarantes nihil aliud à nobis diſpoſitum iri, non obſtante conſultatione quacumq; ad nos miſſa, cui aliàs ſumus reſponſuri. Accepimus etiam vos reuocaſſe ordinariam iuriſdictionem, quam dicto Inquiſitori demandaueratis, quod nobis valdè diſplicet, quare illam dicto Inquiſitori reſtituite, ac delegate pro noſtro ſeruitio, ac poſthac dicto Inquiſitori in eo quod opus fuerit, meliùs opitulemini, ne poſſit vobiſcum iure expoſtulare, quod permoleſtè feremus. Dat. Cæſarauguſtæ 18. Septembris, 1498.

EGO REX.

*Ferdinandus Rex, Vicario ciuitatis Callarenſis.*

11 VIcarie, moleſtè tulimus † Locumtenentem Generalem iſtius noſtri Regni carceres Inquiſitionis effregiſſe: quare Inquiſitori ſcribimus, vt mox in carceres retrudat Dominicum de ſancta Cruce, hæreticũ, qui ab iis dicitur extractus. Et quoniam officium veſtrũ ac fauor ad noſtrũ mandatum exequẽdum illi eſſe poterit vtilis vel neceſſarius, ideo ſub pœna priuationis officij vobis dicimus & mandamus, vt quotieſcumq; à dicto Inquiſitore,

vel

vel eius alguazirio fueritis requiſiti, omni eis auxilio & fauore dilatione poſtpoſita, præſtò ſitis,nec per viam directam, ſeu indirectam permittatis de iure vel de facto, nec alio modo vt aliquod ei impedimentum, vel obſtaculum opponatur in eius officij exercitio, quia ita Deo, & nobis gratum ſeruitium impendetis, cauebitiſque ne contrarium aliquatenus faciatis. Dat. Cæſaraugustæ 18. Septembris.1498.

EGO REX.

*Ferdinandus Rex Aragon. &c. Conſiliarijs caſtri callaris.*

12 CONſiliarij, † noueritis noſtræ voluntatis eſſe, ne de hæreſi condemnati noſtris in Regnis, ac ditionibus ab aliquibus foueatur: quare mandamus hæreticæ prauitatis Inquiſitori iſtius Ciuitatis ac Regni,vt in continenti Dominicum de ſancta Cruce de hæreſi condemnatum, quem Locum-tenens noſter Generalis carceribus liberauerat, in eiſdem reponat. Et quoniam officium veſtrum ac fauor illi vſui eſſe poterit, vobis ſub fidelitatis nobis debitæ pœna dicimus & mandamus, quatenus, ſi ab Inquiſitore dicto requiſiti fueritis, cum omni auxilio & fauore (in quantum opus fuerit) adiuuetis: caueteque,ne contra hanc noſtram voluntatem faciatis,ſi nobis obtemperare deſideratis. Dat. Cæſaraugustæ 18. Septembris 1498.

EGO REX.

13 MVlta † quidem geſta ſunt ab Inquiſitoribus huius inſulæ digna quę literis mandētur; quia tamen de illis nihil ferè hactenus accepi, ſilentio inuoluentur. Illud tantùm apponam, quod accidit anno 1590. Quo ab Inquiſitoribus occurſum fuit malo tumenti, (niſi adhibita cunctatio eſſet) magnam perniciem allaturo. Venerat in hanc vrbem ex Allobrogum regione adoleſcens annorum ſeptemdecim, nomine Ambroſius Berardus, manu & artificio ægrè vitam tolerans, (erat vitriarius, deformi corpore, verùm eo acumine ingenij, tantaque facundia, in tenui licet panno) Dæmone vim ſuggerente, & verba, vt omnibus fermè miraculo eſſet. Dum cupidè à multis audiretur, & conciliaſſet ſibi amorem vulgi illa profluentia loquendi interiaciebat quædam à Chriſtianæ religionis puritate aliena, callidè quidem & aſtutè, vt Lutheri diſcipuli facere conſueuerunt. Verùm diu non latuit ſcelus, vna enim ex ijs, quæ aures dabat garrienti, muliercula (vt ſunt ferè omnes faciles ad credendum inanibus) in Sacerdotem ſocietatis Ieſu incidit; in ſermone fudit verbum paulò inſolentiùs, quàm vt exiſtimares fortuito lapſum. Latere anguem ſuſpicatus prudens Sacerdos, nec res eum fefellit: requirendo enim cognouit arcanam doctrinam, atque magiſtrum. Illico, vt exitio imminenti obſtaretur, egit cum muliercula, vt res ad fidei cenſores deferretur. Continuò Inquiſitores, maxima adhibita diligentia, reum comprehendi iubent, & in carcerem detrudi: hæreticus non ſolùm conſilium ſuum de inſula inficienda confeſſus fuit, ſed & pœnitentiam liberè complexus, ſicque Inquiſitorum induſtria non ſolùm peſti adhibitum remedium ne ſerperet, ſed etiam ad fidem Catholicam traductus, qui eam expugnatum temerarius venerat.

Hæc



14 Hæc Inquiſitio à fundationis tempore ſemper valdè tenues redditus habuit: & quamquam Philippus II. Rex noſter Catholicus aliquot ei pẽſiones aggregauit,non ſufficiunt pro uentus ad ſumptus, qui neceſſariò quotannis fiunt. Facta ergo reddituum, & penſionum ſummâ numerantur 15195. denarij,ſeu nummi argentei Caſtellani. Tandem Inquiſitorum,qui à ſanctæ Inquiſitionis inſtauratione præfuerunt, adponam catalogum.

15 Primus † ergo Inquiſitor fuit Sanctius Marin, qui hoc munus obijt ad ad annum 1498.

Secundus fuit Magiſter Gabriel Corduua, Theologus qui breuiſſimo tempore munere functus eſt.

Tertius Nicolaus Vaguer,qui duos annos nempe ad annum 1500.Inquiſitionem adminiſtrauit.

Quartus fuit anno 1500. Inquiſitor inſtitutus, Magiſter Farris Theologus,qui poſt duos annos ad Epiſcopatum Bonebollæ fuit promotus,quę ſedes Archiepiſcopatui Calaritano adiuncta nunc eſt.

Quintus eſt, D. Petrus Pariente, Giennenſis, & Maiorienſis Canonicus, qui præfuit tribunali ad annum vſq; 1513.

Sextus, D.Antonius Ioannes Aragal qui ad Archiepiſcopatum Arborenſem fuit promotus, anno 1515.

Septimus, D. Ioannes Sanna, eodem anno quo creatus fuit Inquiſitor D.Andreas Sanna. Hi ad annum 1534. officium executi ſunt.Poſt hos fuit creatus D. Petrus Vaguer, & præfuit ad ann. 1562. In cuius locum fuit ſuffectus Licentiatus Didacus Caluo,qui nouum modum efficiendi proceſſum introduxit.

Poſtea anno 1567. hæc Inquiſitio à Licentiato Martinez Villar viſitata fuit, & quidem tam ſummo in iure viſitatione ſe geſſit, vt plurimùm exiſtimationi tam Inquiſitoris, quam Inquiſitionis fuerit detractum. Viſitatione finita,Inquiſitor factus eſt, & intra annum ad Calaritanum Archiepiſcopatum euectus. In eius locum ſubrogatus fuit D. Alphonſus Lorca, qui priùs Saſſaris fuit Archiepiſcopus factus, nunc in Calaritana ſede præſidet.

Doctor Zurita eligitur anno 1576. Anno 1578.

Doctor Iacobus Perez.

Doctor Raia anno 1582.

Doctor Benitus Moles anno 1586. eligitur.

Doctor Didacus Oſorio anno 1590. creatur.

Licentiatus Alphonſus Peña,in oppido Aſtudillo natus,vir literis & prudentia clarus, & in decidendis negotijs diligens, cum Vicarius Generalis eſſet Epiſcopi Agrigentini,& eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, factus fuit Fiſcalis Inquiſitionis Siciliæ. Deinde Sardiniæ Inquiſitor creatus anno 1591. Vltimò miſſi ſunt ad hanc Inquiſitionem adminiſtrandam Doctor Petrus Gamarra, Promotor Fiſcalis Valentinæ Inquiſitionis, & Licentiatus Petrus Axpe Fiſcalis Inquiſitionis Logronij.

## *De Inquiſitione triremium.*

## CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Philippus Rex Inquiſitionem in naualibus bellis introducere curat.*

2 *Philippus Rex ad nauale bellum anni 1571. Inquiſitorem miſit.*

3 *Cultus hominum varij in hoc bello ſunt reperti.*

4 *Bellis*

4 *Bellis naualibus ſæpe interſunt homines facinoroſi.*

5 *Inquiſitor Hiſpaniæ ad naualia mittitur, quem Generalis Inquiſitor eligit.*

6 *Inquiſitor naualium præſidet in omnibus tribunalibus, & vbiuis loci publicos actus fidei celebrat.*

7 *Inquiſitor naualium ex facultate Pij V. Generali Inquiſitori conceſſa inſtituitur.*

8 *Pius V. diplomate Apoſtolico Didaco de Spinoſa Cardinali commiſit inſtitutionem Inquiſitoris in naualibus.*

9 *Roderico à Mendoza primo Inquiſitio Triremium commendatur.*

10 *Hieronymus à Manrique, ſecundus naualium Inquiſitor inſtituitur, multoſque Meſſanæ de hæreſi conuictos punit.*

11 *Ioannes Baptiſta à Cardona duobus annis hoc munus obiuit, ſub titulo commiſſarij S. Officij in triremibus.*

12 *Inquiſitio triremium ceſſauit poſt diuiſas triremes.*

INTER alia, quæ Phi-
lippi II. Regis Catholi-
ci zelum, ac ardentem
fidei Chriſtianæ amorẽ
magis ac magis com-
mendãt, duo illaq; præcipua, intuen-
tibus luce clariora apparebunt. Hic
fidei clypeus tutiſsimumq; religionis
noſtrę propugnaculum, tot tantiſque
neruis adhibitis huic negotio incu-
buit, vt poſt inductam Inquiſitionem
in vniuerſis ſuis Regnis ſumma cura
ac ſolicitudine ſanctiſsimum hoc tri-
1 bunal † vt in triremibus Sũmi Ponti-
fices inſtituerent, procurauerit ac
effecerit. Sed cùm conſentaneum,
valdeque rationi conforme eſſet, vt
cui terra obedit, etiam & mare ſub-
deretur, propterea maturo conſilio
egit, vt Summi Pontificis autoritate
adhuc in naualibus conflictibus, &
congreſsionibus ſanctum Inquiſitio-
nis Officium ſuam manum apponе-
ret: quod ſanè non obſcurè digno-
2 ſcitur ex ijs, † quæ in cruento illo
maris Mediterranei bello, in quo
Italiæ Potentatus ac Senatus, inito
fœdere, ſeſe adiunxerant ad Sarra-
cenorum propulſandas iniurias, vni-
uerſis Chriſtianorum Principum di-
tionibus illatas feliciter acciderunt.
Tunc enim circa annum 1571. 7.
Octobris, cum ingentes triremium
copiæ in Adriatico ſinu in vnum con
uenirent, varij hominum cultus, ac
valdè diuerſæ nationes nauigationis
miniſterio deputatæ, ibi fuerunt re-
3 perti, † Armenij, ſcilicet, Græci, Gal-
li, Britanni, Flãdri, Germani ſciſmati-
ci, aliæq; exteræ nationes tot ritibus
inter ſe diſsidentes, & in noſtra reli-
gione tam ſuſpectæ, (de quibus infe-
riùs dicemus) vt meritò Rex noſter
Philippus ad purgandos errores, ſi
fortè ſuborirentur, ac vt alia vitia
impunita non manerent, Inquiſito-
res ad id obeundum munus, Roma-
no Pontifici Pio V. felicis recordatio-
nis priùs conſulto, deputauerit. So-
4 let enim peſtis hęc † inter ſeditioſos,
ſceleratiſsimoſque ad exercitus, &
bella confugientes, ibique blaſphe-
mantes facillimè ſerpere. Ad repri-
mendum ergo virus eorum errorum,
qui vineam Domini ſabbaoth exter-
5 minare tentauerint, vnus † ex Inqui-
ſitoribus Hiſpaniæ, quem Generalis
6 Inquiſitor elegerat, † delegatur &
mittitur, qui hoc munus exerceat,
data & conceſſa ei facultate præſi-
dendi in omnibus tribunalibus, &
actiones fidei exercendi in quibuſuis
locis & Ciuitatibus, ad quas eum ap-
pellere contigerit. Quibus confert
Alberici doctrina in l. Præſes. l. 2. ff. de
officio præſidis, vbi cauit, quòd pote-
ſtas



ſtas in exercitu extra territorium in
tranſitu vltramarino ſubditos delin-
quẽtes poteſt punire: ergo cùm huiuſ
modi Inquiſitores non habeant terri-
toriũ deſignatũ, ſed neceſſariò debeãt
per varias prouincias diſcurrere, vbiq;
poterunt inquirere: qui etiam titulo
Vicarij generalis inſigniũtur ex Sum.
7 Pont. poteſtate. Quæ ſanè † Inquiſito-
ris inſtitutio in bellis naualibus ſatis
liquet ex Pij V. Pontif. Max. diplomate
conceſſo illuſtriſsimo ac reuerendiſsi-
mo D. Didaco de Spinoſa, Epiſcopo
Saguntino, Cardinali tit. S. Stephani in
Cælio monte, Inquiſitori Generali in
regnis Hiſpanię: cuius tenor talis eſt.

Dilecto filio noſtro Didaco, tituli
S. Stephani in Cælio monte Cardina-
li de Spinoſa nuncupato, hæreticæ
prauitatis Generali Inquiſitori Re-
gnorum Hiſpaniarum.

## *Pius Papa V.*

8 DIlecte fili noſter † ſalutem & Apo-
ſtolicã benedictionẽ. Nuper cha-
riſsimus in Chriſto filius noſter, Phi-
lippus Hiſpaniarum Rex Catholicus,
prouidè cõſiderans exponi nobis fe-
cit quòd in exercitu, quem ipſe Rex
nuper contra infideles ſub dilecti filij
nobilis viri Ioannis ab Auſtria ductu
comparauit, facilè eſſe poſſet, vt di-
uerſa crimina quæ hæreſim ſapiant
perpetrentur, & à ratione alienum
eſſe iudicans, vt illa impunita omnino
remaneant, ac propterea his incon-
uenientibus (prout bonum, & Catho-
licum decet Principem) occurrere ſa-
tagens, enixè deſiderat, vt inibi vnus
Inquiſitor per te deputetur, qui de
hæreſi, & alijs ad illam ſpectantibus
ſpecialiter cognoſcat, ſi tibi ad id ſe-
dis Apoſtolicę ſuffragetur autoritas.
Nos ipſius Philippi Regis in hac par-
te ſupplicationibus inclinati, tibi vt
quando & quoties tibi videbitur,
vnum Inquiſitorem ad effectum præ-
dictum per te nominandum, illumq;
quoties neceſſarium & opportunum
tibi videbitur, mutandum, & amo-
uendum, aliumque illius loco etiam
nominandum tam cò, quàm ad alios
quoſcumque exercitus prędicti Phi-
lippi Regis, qui tam terreſtres, quàm
maritimi ſub dicti Ioannis ductu, &
obedientia hactenus ſunt comparati,
& in poſterum comparabuntur, de-
ſtinare, ipſique ſic deſtinato, vt tam
de hęreſi, quàm omnibus & ſingulis
alijs hæreſim ſapientibus, in omnibus
dictis exercitibus cognoſcere demũ
& ſingula, quæ ad Inquiſitoris huiuſ-
modi officium, ac curam & regimen
pertinent, facere, gerere, & exequi
liberè & licitè valeatis, reſpectiuè fa-
cultatem, & autoritatem concedi-
mus per præſentes, ſicque per quoſ-
cunque iudices & commiſſarios qua-
uis autoritate fungentes, & cauſarum
Palatij Apoſtolici auditores, ac ſanctæ
Romanę Eccleſiæ Cardinales, ſublata
eis, & eorum cuilibet, quauis aliter
iudicandi facultate, iudicari & inter-
pretari debere, ac quicquid ſecus ſu-
per his à quoquã quauis autoritate ſciẽ-
ter, vel ignoranter contigerit atten-
tari, irritum & inane decernimus.
Non obſtantibus præmiſsis, ac qui-
buſuis Apoſtolicis, necnon in Prouin-
cialibus & ſynodalibus concilijs edi-
tis ſpecialibus, vel generalibus con-
ſtitutionibus, & ordinationibus, ac
quibuſuis etiam iuramento, confir-
matione Apoſtolica, vel quâuis fir-
mitate alia roboratis ſtatutis & con-
ſuetudinibus, priuilegijs quoque in-
dultis, & literis Apoſtolicis quibuſ-
uis perſonis ſub quibuſcunque te-
noribus, & formis, ac cum quibuſ-
uis etiã derogatoriarũ derogatorijs,
alijſq; efficacioribus & ſolitis clauſu-
lis, irritãtibuſq; & alijs decretis in ge-
nere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodo-

libet cōceſsis,cōfirmatis, approbatis,
& innouatis:quibus omnibus, etiā ſi
de illis,eorūq́;totis tenoribus ſpecialis
& ſpecifica,& expreſſa mētio habēda,
ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc
ſeruāda foret,tenore huiuſmodi præ
ſentibus pro expreſsis habentes, il-
lis aliàs in ſuo robore permāſuris,hac
vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè
derogamus, cæteriſq́; contrarijs qui-
buſcūq́; Dat.Romę apud ſanctum Pe-
trum ſub annulo Piſcatoris die 27. Iu-
lij 1571.Pontificatus noſtri anno 6.]
Cæſar Glorierius.

Noſtris tēporibus huic muneri In-
quiſitoris exercituum & bellorū Do-
9 minū Rodericum à Mendoça † antea
Inquiſitorem Barcinon. & Leren. &
Toletan.iure optimo ob eximia & ſin
gularia tā literarū, quàm virtutū inſi-
gnia Catholicus Rex noſter Philippus
II. adiunxerat. Huic proximus fuit
illuſtriſsimus ac reuerēdiſsim. D.Hie-
10 ronymus Manrique, † antea Inquiſi-
tor Apoſtolica autoritate Murcienſis,
vir certè præſtanti prudētia, ac in gu-
bernandi peritia ſatis cōſpicuus. Hic
Nauale ab erroribus ita continuit,
vt poſt habitam actionem publicam
fidei in ciuitate Meſſana, & poſt mul-
tos de hęreſi conuictos palā varijs pœ-
nis caſtigatos, nullus fidei Catholicæ
quouis modo auſus fuerit inſultare.
Idcirco Epiſcopus Carthaginenſis, &
deinde Abulenſis ac tandem meritò
ſummus Præfectus Generalis Inquiſi-
tionis conſtituitur & deſignatur.

Tandem poſt hæc Doctor Ioannes
11 Baptiſta à Cardona, † Canonicus Va-
lentinus, poſtea Epiſcopus Vicenſis,
ac demum Dertuſenſis, ſub titulo cō-
miſſarij S. Officij in Hiſpaniæ trire-
mibus duobus ferè annis officiū illud
exercuit; qui proceſſus fidei, ac in-
formationes receptas ad Siculos In-
12 quiſitores remitteret: ſed † quoniam
triremes Sicilię, Hiſpanię, Neapolis,
& Portugalliæ, diuiſæ in diuerſas claſ-
ſes ſunt,huic muneri nullus de cętero
ſuffectus eſt.

## *De Inquiſitione Luſitaniæ.*
## *CAP. XV.*

### SVMMARIVM.

1 *Frater Vincētius à Lisboa,Prouin-
cialis Caſtellæ,Legionis,& Por-
tugalliæ, in illis Prouincijs Genera-
lis Inquiſitor creatur.*

2 *Regnum Luſitaniæ diu fuit ſine Inqui
ſitoribus.*

3 *F. Didacus à Sylua ordinis Minorū,an.
1535. Inquiſitor Luſitaniæ creatur.*

4 *F.Didaco à Sylua, & alijs Inquiſitori-
bus ſuſpenſa eſt inquirendi poteſtas,
& hæretici abſoluti ſunt.*

5 *Ioannes III. Rex Luſitaniæ, à Paulo
Papa III. impetrauit Inquiſitionem
ad normam Caſtellæ in Luſitania.*

6 *Inquiſitionem in Luſitaniā alio modo,
nempe à Sahabedra introductam
eſſe narratur.*

7 *Inquiſitionis Luſitaniæ ſtatus.*

8 *Inquiſitorum Generalium Luſitaniæ
Nomenclatura.*

9 *Infans Henricus quadraginta annos
fuit Generalis Luſitaniæ Inquiſitor,*

10 *Albertus Archidux Auſtriæ Princeps
Cardinalis, Archiepiſc. Toletanus.
fuit Generalis Inquiſitor Luſitaniæ.*

11 *Maria Monialis Monaſterij Annun-
ciationis pro ſimulata ſanctitate à S.
Officio publicè pœnitentiæ adiudica-
ta, & tradita eſt.*

Regnante Ioanne I. in
Luſitania, in Caſtella
verò Henrico III. an.
ſalutis noſtræ 1408.
Bonifacius IX.Pontif.
Max.cupiens, ſicut in
Caſtellæ, pariter & in Portugalliæ re-
gnis (quæ ſimul ad vnam prædicato-
rum familiam pertinebant) ſanctæ In-
quiſitionis Officiū inſtituere, Gene-
ralē eius prouinciæ creauit Inquiſito-
rem



1 rē F. Vincentiū de Lisboa prouincia-
lem,vt tam ipſe,quàm eius in illa pro
uincia ſucceſſores,Inquiſitores poſsēt
ad libitum delegare. Huius priuilegij
Bulla in celeberrimo Monaſterij B.
Mariæ de Prælio in Luſitania aſſerua-
tur: qua in prouincia idē Prouincialis
Vincētius de Lisboa prędicta poteſta
2 te vſus eſt. Poſtea verò † S. illud Offi-
cium interpolatum fuit,quoúſq; Cle-
mēs Papa VII.à Ioanne I. Portugalliæ
Rege de ſpurcis criminibus ac ſacrile
gijs,quę tum à Lutheranis, quorū nō
nulli in illud regnū confugerant,tum
à maleficis ac alijs impijs,qui Iudęorū
velamine fuerant obcæcati, impunè
cōmittebātur,certior factus,ad ea re-
3 primenda atq; curanda, Fr. Didacū †
Syluā ordinis Minimorum S.Franciſci
à Paula,eo in regno conſtituit Inqui-
ſitorē, quemadmodum recenſet Pau-
lus III.in quibuſdā ſuis Apoſtolicis li-
teris,quarū initium eſt: [Illius vices.]
4 Dat.an. 1535.12.Octobris.† Illū tamē
Didacū de Sylua S.Officij exercitium
iam aggreſſum, omneſq́; in illo regno
ab eo delegatos Inquiſitores Pōtifex
ſuſpendit, ac Marco Epiſcopo Seno-
galienſi, ſimulq́; Nuncio atq; Legato
abſolutiones criminatorum commi-
ſit, quod etiā Paul.III. in ſuprà relatis
literis confirmauit,Henrico Meneſes
Regis oratore id ei ſuo nomine ſup-
plicante.Horum ſanè cauſa fuit,quòd
multi ex his, qui eo crimine fuerant
inuſti, generoſi ac primarij erant, ijq́;
multis lacrymis cum Inquiſitorū ani-
mos efferatæ ſæuitiæ & tyrannidis
inſimularent,ſic Regis animum com-
mouerant,circumſcripſerantq́ue, vt
ipſi Pontifici ſignificarit Inquiſitionis
Officium contra ærarij commodum,
&(quod magis eſt)cōtra publicā illius
regni,ac forſan Chriſtianæ Reipubli-
cæ vtilitatē eſſe, quare pro illis inter-
ceſsit.Regis igitur facilitate, ac Pon-
tificia autoritate effectum eſt, vt illi
omnes,qui fuerant de atrociſsimis cri
minibus cōtra fidem Catholicam ac-
cuſati,benignè abſoluerētur,ſuis gra-
dibus ac honoribus reſtituti, ac con-
fiſcationis bonorū formidine liberati.
Hac tamen ingenti liberalitate ac in-
dulgentia deliris, ac obcæcatiſsimis
hominibus in priuatum eorum & pu-
blicum Eccleſię detrimentū abuten-
tibus, illius facti Ioannē tertium eius
5 nominis Regē ægrè pœnituit,† ac in-
ſtantiſsimè ab eodem Paulo III. po-
ſtulauit, vt eâdem formâ ac ratione,
quibus in Caſtella Inquiſitionis Offi-
cium conualuerat, illud in Portugal-
lia atq; Algarbijs collocaret. Quod vt
citiùs conſequeretur, Balthazarium
Faria Regium ſenatorem ad Pontifi-
cem orandum miſit, qui tanta diligē-
tia atq; ſucceſſu rē exequutus eſt, vt
quod peteret Regis pietati ſtatim
fuerit à Pontifice condonatum: ex
quo ſanè tempore in hoc regno S.Of-
6 ficij tribunal erectum, prouida puta-
tione vineā Domini ſic procurarūt,vt
fœcūdiores longè fructus protulerit.

Sed hæc erat quaſi quædam imago
verę & genuinæ tantùm Inquiſitio-
nis, quæ potius typum haberet ex In-
quiſitione Dominicana inſtituta ab
Innocentio III.an. Dei nati 1216. Sæ-
pius Sum.Pont.& Cęſares à Luſitanię
Regibus efflagitauerant, vt eâdē ra-
tione,qua in Caſtellę regnis,hęretico
rū peſtes(quæ Chriſtianū illud regnū
infeſtare iampridē ceperant) maturè
ſanarentur ſæpius repulſam paſsi fue
rant, tametſi quod ad pietatem re-
gum adderetur,deſiderari nihil pote-
rat. At cū id vitij ferè omnibus Prin-
cipibus inditum ſit, vt in conſilium
illectos ſiue rectæ, ſiue prauæ mentis
conſultores ęquè audiant,multorum
hominum fallacibus artibus irretiti,
nunquam adduci potuerant, vt ſan-
ctam Inquiſitionem Chriſto,Eccleſię,
& ſuæ tranquillitati cōdonarent. Mi-
rabilis in factis ſuis Dominus. Quod
Sedi Apoſtolicę concedere noluerāt,

hoc tãdem homini verſuto ac improbo ſponte obtulit Ioannes Luſitaniæ Rex. Improbum dico, cuius tamen opera Deus vſus eſt (vt par eſt credere) ad Inquiſitionis inſtitutionem. Verè enim Deus improborum vtitur opera, ſed à ſe improbos arcet, & propulſat. Vnde apud Matthæum cap. 7. [Multi dicent mihi in illa die: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo Dæmonia eiecimus? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunquam noui vos, diſcedite à me, qui operamini iniquitatẽ.] Diſertè verò, & appoſitè comprobantur, & admittũtur bona illorum opera, Marc. 9. [Reſpondit Ioannes, dicens: Magiſter vidimus quendam in nomine tuo eijciẽtem Dæmonia, qui nõ ſequitur nos, & prohibuimus eũ. Ieſus autem ait: nolite prohibere eũ; nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſsit citò malè loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt.] Ecce è Luſitaniæ Regno vir improbus Sahabedra, vt eijceret Dæmonia tam inuſitatam, inauditamque viam commentus eſt, vt etiam ſcribẽdo de his, quæ ſcio, dubitem, nec animo complectar, an cuiuſquam hominis tanta vnquam fuerit calliditas, & ſagacitas. Nam quis credat in quenquam præſtigiatorem tantùm incidiſſe ingenij, vt Reges, Imperatores, Principes, ipſum denique Pontificem Maximum, ac tot hominum millia ludificari potuerit? Fabula tamen ea non eſt. Nos Latinè ſcribemus, quod ipſius Sahabedræ autographo Hiſpanico continetur, cuius quidem videndi nobis facultas non fuit, ſed à F. Michaele à ſancta Maria, S. Hieronymi Regalis Matritenſis, viro cùm prudenti, tum pietate celeberrimo, quale deſcriptũ eſt ex Bibliotheca S. Laurentij Scuriali, tale proferemus.

### *Compendioſa de Sahabedra narratio pro Inquiſitione Luſitaniæ.*

N. Sahabedra, filius Ioannis Perez à Sahabedra, & Annæ à Guzmã, fr. Ioann. Perez à Sahabedra, vnius ex vigintiquatuor viris Iaennenſibus & Cordubẽſibus, Cordubæ natus, poſtquam D. N. Regis Philippi II. & Senatorum Palatinorum chirographos multoties multis de cauſis adulteraſſet: tum ob id præcipuè, vt ea ſe chlamyde & ſtemmate indueret, quibus ſoli milites Ordinis S. Iacobi ſolent inſigniri, & commendam inuaderet, quam reuera annos ſeptemdecim obtinuit adeo vt ex ea quotannis aureos ducatos ter mille & quinquaginta corraſerit, tum etiam vt ingentem ducatorum ſummam à quæſtoribus regijs (quod ſæpe fecerat) extorqueret, anno 1539. egreſſus ex Algarua venit in Bæticam. In ea prouincia cũ fortè incidiſſet in hominis cuiuſdam (vt videbatur) cordati conſortium, eum excultum doctrina & ingenio præditum ſagaci deprehẽdit, & cum eo cepit de rebus multis verba facere, ſe non penitus imperitum, ſe ad ſcribendi facultatem manus dexteritate præſtantẽ iactitabat. Tandẽ homo ille Breue Apoſtolicũ exhibet Sahabedræ, quo ſibi indultũ diceret, vt in Luſitania religioſam domũ inſtauraret: ſed ad votũ ſuum parũ facere, conquerebatur, tametſi erat annulo Piſcatoris obſignatũ. Cum enim tam ſocij, quàm ſui rationẽ habitã eſſe oportuiſſet, de ſe tantùm, omiſſo ſocio, ſtatuiſſe Sum. Pontif. aduertebat. Legit Sahabedra illud Breue, cuius ſtatim tranſumptũ deſcripſit ſic adornatũ, vt tam homo ille, quàm eius ſocius magno ſibi adiumẽto futurũ illud ducerẽt. Hos Sahabedra cum ob id vnũ geſtire lætitia videret, vt ſibi aurẽ præberent, facilè perſuaſit. Tum ille, rẽ ſe magni põderis animo cõplexum eſſe,





nempe vt Inquiſitionis Officiũ in Luſitaniã inducant: ſe in id libenter operam, curam, omnẽ deniq; diligentiam collaturum; ſe pecunias quibus opus eſſet, chirographos Imperatoris, & Principis habere dictitabat, nec magis ſibi defuturos cæteros chirographos, quandoquidem Romæ ſic ad res gerendas mentem appuliſſet, vt earũ peritia nemini ceſſurus eſſet. De his perinde cogitent, ac ſi ad manus omnes eſſent, nimirum quia poſſet eos vbi vellet tam eleganter fingere, vt ipſiſsimi dominorum chirographi vbique videantur. His erectus alter ille homo: fortaſsis (inquit) ne ſi vel vniuerſum orbem circumeas: alterum offendas, cuius opera tibi ad hoc peragendũ negotium pluris eſſe poſſit. Cardinalis aliquis Legatus à Latere nobis opus eſt, qui Bullis ampliſsimis ſuffultus Sum. Pontif. vices gerat, & literas cum à Sum. Pontif. tum ab Imperatore ad Ioannem Regem Portugalliæ ferat, quibus ab ipſo Rege vehementer illud efflagitent de admittenda Inquiſitione. His dictis homo ille Bullæ formã aperit, eam Sahabedra digerit, & in mundum redigit. Eo confecto in Algaruã redit, & quodam vico (vulgò Tabilla) ſigilla eaque omnia, quæ ad rei progreſſum ſpectarent, conficienda curat. Quæ cum peracta breui temporis ſpatio recepiſſet, & in Caſtellam mouiſſet, ſe in quẽdam alium viculũ contulit (vulgò Aiamonte) quo loco reſciuit Prouincialem ex ordine Minorum S. Franciſci illic agere, quem partim vt ſibi conſuleret, partim vt de Bullæ forma certior fieret, an germano & verè Romano ſtylo concepta eſſet, ſtatuit conuenire. Sed ne quid imprudenter euulgaret, cum ad hoc colloquium nullius interuentu aut gratia vti vellet, palliato ſermone ſic illum aggreditur. Nouerit paternitas veſtra me aliquot milliaribus iter habentem quodam itinere obuios nactum eſſe homines quinos aut ſenos, qui vnà more curſorum euolantes ſtatim ex oculis euanuerunt. Non longè à loco illo quo mihi facti ſunt obuiam, ſcriptum hoc pergamenum inueni, quod ego quidem Pat. veſtræ repentè obtuli, ſciſcitaturus quæ res illa ſit. Nam ſi cuiquam in pretio eſſe poſsit, confeſtim illos curſores ſubſequi decreui: nec impendio centum aut quinquaginta ducatorum parcam, quominus eos quamcitiſsimè concipiam, & ſuum illis reſtituam. Ad hæc Prouincialis, perpenſo eius ſermone & conſpecta literarum ſerie, iubet atque obſecrat, vt quamprimùm in equos inſiliat, ne tanti momenti tantæque vtilitatis diplomata, quibus illo maximè tempore nihil iucundius & optabilius, ſua deſidia deperirent. Bullam eſſe addidit, quæ ſi admitteretur Inquiſitionis Officium per Luſitaniam breui propagaret, cuius hactenus non modò Pontifices Maximi, ſed etiam Reges orbis Chriſtiani poteſtates, atque inprimis Reges Caſtellæ maximo flagrabant deſiderio. Sed Regibus Luſitaniæ rem hanc fuiſſe ſemper faſtidio. Eſſe porrò Cardinalem rei conficiundæ delegatum à Summo Pontifice eorum vnum, qui tam propero volatu curſorijs equis feſtinarent. In ea ſe eſſe opinione, vt ille Cardinalis nõ admodum prouectæ ſit ætatis, itaque tam incitato curſu illum properaſſe. Denique illum Hiſpalim aut Pacem Auguſtam, vulgo Badajoz, proficiſci, vbi ſtandum haberet ad domus & familiæ ſuæ diſponendos ornatus, vt inde in Luſitaniam pergat, ibique ex præſcripto literarum & Bullæ muneri incumbat. Continuò his attentè, vt optabat, auditis Sahabedra Hiſpalim contendit, ac ſecum defert triginta quinque millia ducatorum, quos per ſimulata & adul-

terata nomina contraxerat ; aſciſcit
ſibi congerrones duos , quos pro-
priè magis dixerim præmiatores,
imò prædones , quorum vni magi-
ſtri domus ſuæ,alteri ſecretarij titulũ
dedit.Illi igitur inuigilant, vt quãpri-
mùm hero ſuo argentata ſupellex cõ-
ficiatur,lectica ſternatur,& ad Inqui-
ſitionis decus capellæ ſacerdotalis ve
ſtes ornẽtur. At eum ſeparatim cuiq;
ſuum eſſet domiciliũ,nihilominus vt
ſenſibus,ſic & mutuo cõcurſu in eũ-
dem locũ,quò vellet cõueniebant.Il-
lic Sahabedra rationẽ omniũ inibat,
vt ſi quid illi gratum eſſet,id demum
admitteret ; iuberet id cõquiri,quod
deeſſe perpenderet. Hæc cũ fuiſſent
ab eo in vnum congeſta,magiſtrũ do-
mus & ſecretariũ,alterum Cordubã,
alterũ Granatam mittit. Imperat vt
homines vndiq; cõquirant , quos po-
tuerint cõducãt etiã liberali pretio,
ducant in familiã & admittãt,ne fre-
quenti famulitio deſtitutus per Luſi-
taniã incederet:verũtamen ne rei fi-
des deſit,ipſi palã oſtendant & profi-
teantur ſe familiares, & præcipuos
Cardinalis illius eſſe ſeruos,qui Inqui
ſitionis promouendæ cauſa miſſus ſit
in Luſitaniam : & quia per naturã &
ætatẽ corpore minùs fatigari , quàm
viribus recreari cõſueuiſſet,equis cur
ſorijs iter illũ ſuſcepiſſe. Quodcunq;
familiaribus iſtis imperatũ fuerat, ſe-
dulò illud exequũtur.Collectos & cõ
ductos homines centũ & viginti ſex
Hiſpalim adducũt in eum locum vbi
iam erat adornatus & cõpoſitus cul-
tus totus Cardinalitius. Hos omnes
Sahabedra ſigillatim inſpiciebat,cum
per eius cœnaculũ alter poſt alterum
introductus ad præſtitutũ locum trã-
ſiliret, nec ſui videndi copiam illis fa-
ceret.Tũc igitur indicit illis ſuis atriẽ
ſibus,vt collectis ſarcinis,apparatu,&
familiæ cõmeatu exeant Hiſpali,cui-
uis ſignificent ſe Pacẽ Auguſtã ire,vt
illic aduenientẽ dominũ operiantur,
& excipiant:attamẽ ipſi duodecimo
milliari cõſiſtãt aliquo hoſpitio,ſe ve-
rò illuc noctu venturũ curſoris in mo
dum, quo loco ſe defeſſum ſuorũ cõ-
ſpectu velle recreari fingat, facerent
autẽ tum magiſter domus, tum ſecre
tarius, quaſi domino ſuo vultu hilari,
cõplexu,& ſalutatione gratificarẽtur,
alióſq; famulos cõmoneant, identidẽ
vt præſtẽt.Nihil ab illo iuſſum & prę-
fixũ eſt , quod ab omni parte non ſit
obſeruatũ & peractũ : omnes ob eius
aduentũ magnam animo lætitiã con-
cipere præ ſe ferũt:noctẽ illic tranſe-
git & quieuit. Poſtero die Hiſpalim
venit,vbi magno cõcurſu & applauſu
tã cleri, quàm populi excipitur. Erat
tum tẽporis Hiſpali Licentiatus Te-
minius Prouiſoris ſiue Vicarij genera
lis dignitate conſpicuus, à quo dedu-
ctus eſt in ędes Archiepiſcopatus.His
dierũ viginti morã fecit, atq; interea
ducatorũ nũmorum millia tredecim
ab executoribus teſtamẽtarijs & he-
redibus Marchionis à Tariffa mirum
in modũ extorſit.Eam pecuniã dice-
bat mutuo ſumptã Romæ,dum idem
Marchio viueret : deberi ſcripto &
chirographo cõfirmabat.Nominis ta
bulã, qui magiſter domus Marchioni
fecerat cum diu cõtrectaſſet, & attẽ-
tiùs inſpexiſſet; non potuit non con-
fiteri quin ipſius Marchionis manu &
chirographo ſcripta & ſubſcripta eſ-
ſet;annuebat quoq; Marchionẽ tum
Romã,tum Ieruſalẽ profectũ aliquã-
do,qui cũ & ipſe ſciebat ſe perpetuò
fuiſſe,nec tamẽ vnquam intellexiſſe
tanti mutui pondus , quo pacto in ſe
dñs ſuus inſumpſerit. Deniq; cũ inter
teſtamẽtarios executores Marchionis
quatuor eſſent viri Eccleſiaſtici , eos
cenſuris & fulminationibus ad ſolu-
tionem illius falſi debiti compulit,
nec ita multò pòſt cũ exijſſet Hiſpali,
Pacem Auguſtam verſus iter inſti-
tuit.Lerenam ingreditur , vbi forma
quædam extabat antiquæ Inquiſitio-
nis.



nis. Vix dũ ſalutatus erat & hoſpitio
magnifico ſuſceptus,cùm ſe viſitandi
Officij deſiderio flagrare demonſtra
uit. Viſitat , & ex eo cœtu , qui vni-
cus erat tota Luſitania tres iſtos ſum-
mouet, Licẽtiatum Petrum Aluarez,
Becenam,& Ludouicum de Carde-
nas.Inde quoque pedem effert, & tã
dem Pacem Auguſtam venit , vnde
per Secretarium literas illas, quas ip-
ſe cõcinnauerat, quaſi à ſummo Pon-
tifice & Imperatore acceptas ad Re-
gẽ Luſitanię Ioannẽ miſit. Huius rei
nouitate Rex obſtupefactus , & qua-
ſi graui affectus iniuria penitus obmu
tuit.Secretarius eius conſpectu per-
territus,nullo accepto reſponſo,ad Sa
habedrã redit:vt conſiliũ mutet,hor-
tatur.Nullo enim pacto id perfici poſ-
ſe ſentiebat , quod hactenus tã anxio
conatu tentaſſet. Monita iſta graui-
ter & infenſo animo excepit Sahabe
dra, in Secretarium excanduit, nec
verbis aſperis pepercit,quominus illi
metum adimeret:contrà Secretarius
frigidè obteſtatur , vt maturè quis
huius rei futurus eſſet exitus,conſide
raret:nec tamen à propoſito ſe diſceſ
ſurum,niſi iubeat ille,aſſerit,quinimo
ſcire ſe cum vitæ diſcrimine non ſe-
gniùs quàm ille ſubire periculũ. Nec
plura locutus,quantùm in eo fuit di-
ligentiæ & celeritatis adhibuit , vt in
aula Regia ſteterit,ac ſi pedem ex ea
non mouiſſet,ne regem deliberaſſe,
contingeret,priuſquam ab eo reſpon
ſum habuiſſet.Inſtat igitur apud Re-
gem Secretarius,poſtulat aliquem ne
gotio exitum.Legatum herum ſuum
eius eſſe ætatis vt confeſtim accepto
reſponſo,qualecunq; illud foret, Ro-
mam reuerteretur. Quamobrẽ quid
ſtatueret,& ſcriberet,conſultò priùs
examinet,vt decebat pijſsimum prin
cipem.Rex ad Sahabedram ſcribit tã
quam ad Legatũ,oratq; , vt tantiſper
res viginti diebus comperendinetur,
dum in ea re quod ſtatuat,diligentiùs
inquirat:Cum verò ſciret Sahabedra
tam paucis diebus quenquã adire Ro
mam,& redire non poſſe,Regi hoc aſ
ſentitur , ipſoſque viginti dies expe-
ctat.His elapſis Rex ad Sahabedrã tã-
quam ad Legatum pro Legato ſuo du
cem ex ſuis vnum miſit,vt illi aditum
paret in Luſitaniam. Sed & in man-
datis habuit: cum à Pace Auguſta no-
uem tantum milliaribus diſtet ciuitas
Yelbẽſis in finibus Luſitanię;vt ſimul
atq; Legatus illuc venerit , de Inqui
ſitione ex animi ſententia componat.
Veruntamen ſe iucundiſsimo illius cõ
ſpectu frui magnopere deſiderare,ita
que imperat,vt in omnibus quæ vel-
let Sahabedra dux illi adiumẽto eſſet,
& per viam illũ ne comitatu ſuo de-
ſtitueret.Venit igitur ad Regẽ,à quo
ſupra quàm dici poſsit,regiè & huma
niſsimè receptus eſt. Aulicus fuit
tres menſes.Tres quoq; alios menſes
in Inquiſitionis curã,per regnũ viſitã
do,examinãdo & reſtituendo iuri In-
quiſitionis inſumpſit.Tandẽ verò ſub
finẽ anni dimidij cepit illud Euãgelij
verũ illi videri[Nihil occultum,quod
nõ reueletur]Res vti accidit eiuſmo-
di eſt.Erat ætate illa Vicarius à Mora,
qui feſto D. Ildephõſi die Sahabedrã
ad conuiuiũ vocauit ſumptuoſis qui-
buſdã & magnificis ędibus.Illuc vt ve
niret inſolito itinere de induſtria vi-
carius obtinuit,ne,ſi cõſueto,pedibus
hominum & equorum ſegetes con-
tererẽtur. Lecticâ igitur ſublatus Sa-
habedra traductus eſt trans fluuium,
quo ſeperantur ab inuicẽ Caſtella &
Luſitania , ac tum Marchio Villano-
uẽſis à Barcarrota, cui vicarius iuraue
rat in caput Sahabedræ, cũ militibus
quinquaginta,tã peditibus quã equi-
tibus traiecto flumine irruit in homi-
nem , eumque inermem capit. Pa-
cem Auguſtam ſine mora duci-
tur, inde Matritum , vbi Rex erat,

Siſtitur coram Domino Ioanne à Tauera Archiepiſcopo Toletano D. N. Principis optimo inſtitutore, generali Inquiſitore & Prorege ſiue gubernatore Hiſpaniarum, qui magna motus admiratione, cauſę totius acta ad Summum Pontificē Paulum III. miſit, vnà cum actis, quæ Sahabedra confecerat, vt ſuæ Sanctitati notum eſſet permultos ab illo in Luſitania iudicatos & damnatos; quorum alij relapſi, alij reconciliati, quidam etiam pœnitentes illius Inquiſitionem ſubierant. Summus quoque Pontifex nō potuit quin id pro miraculo duceret, & diuinæ prouidentiæ (neque hoc immeritò) adſcriberet, adeò quidem vt ad Cardinalem ſcripſerit, ne ſummo iure in illum animaduerteret, quia vidēdi hominis ſtudio teneretur. Cæterùm inter Senatores Regij Conſilij & Cardinalem à Tauera magna contentio coorta eſt. Vtrique enim ambibant huiuſce criminis cognitionem. Quicquid illud fuerit, in vincula Regij carceris Matriti coniectus eſt; cum ab eo repeteretur tricies centena millia ducatorum, quæ falſis & confictis nominibus, vnà cum falſi crimine in perniciem ſuam conflauerat. Iam quoq; Sahabedra ſenſerat Cardinalis animū à ſeueritate nimia temperaturum. Quamobrem dedit operam, vt Breui Apoſtolico ſibi liceret iudices & iudiciū accipere. Hos ille dicebat optare ſe, quos eruditio & æquanimitas, non aſperitas & inclementia cōmendaret. Poſtremò ad Lerenę Inquiſitorem miſſus eſt. Is in reum ſententiam tulit, quâ damnatus eſt in decēnium ad remigia. Sed ad pœnam, Regium Conſilium hanc addidit, ne vnquam manu ſua quicquam ſcribat: ſi ſecus faxit, vitam interminatur. Ex iudicato ad pœnam ductus, inter remiges exegit annos duodeviginti, in quibus non computantur anni illi duo quos in carceribus ęgrè traxit, partim in aula, partim in Cardinalis manu & poteſtate. At tandem Paulus IV. hominis miſertus, Breue Apoſtolicum ad Inquiſitores dedit, vt illum è vinculis & remigatione liberaret. Breue quidem oblatum eſt Hiſpalenſi Archiepiſcopo, qui de illo ad Regē impenſiòs retulit. Rex annuit, atq; ociùs imperat remigiorum præfectis, vt Sahabedram ſolueret, at ea conditione illi edicta, ne vllo loco moram faceret, neúe aliquid ſcriberet priuſquam in conſpectum S. M. veniſſet. Hæc ſunt quæ Sahabedra de ſeipſo literis mandauit, in quo mihi videtur Lucianicum Alexandrum ſapere, niſi quod ſibi maculam falſi vt perperam aſpergeret, adduci non poſſum vt credam.

7 Poſtquam igitur † Inquiſitio in Luſitania conſedit, ad eam normam quæ in Caſtellæ tribunalibus fidei ſequitur conformata, in hunc vſque diem conſeruata. In ea enim, ſicut in regno Caſtellæ, primarium eſt ſanctæ Inquiſitionis Conſilium, ac Inquiſitor Generalis. Nec tamen hodie licet Luſitania, quæ Philippo II. feliciſsimo Regi noſtro iure hereditario obtigit, in formam prouinciæ redacta ſit, quidpiam ab ea forma immutatum eſt: ſed in ea ſupremum conſilium, & Inquiſitor Generalis diſtincti ſunt. Inquiſitores verò primarij, qui illi conſilio præfuerūt, ab eius primordijs quinq; fuerunt.

8 Primus † Didacus de Sylua, frater Decalciatus, Ordinis ſancti Franciſci Aſiſienſis, Ioannis Regis III. confeſſarius, Epiſcopus Ceutenſis in Africa Inquiſitor Generalis creatus eſt anno ſalutis 1536. de menſe Octobris, quo munere tribus circiter annis functus, ad Bragarēſem Archiepiſcopatū promotus, ſe abdicauit: erat vir iſte & ſanguine & virtute clarus, qui antequam humilem Diui Franciſci habitum ac in-



ſtitutum profeſſus eſſet, ampliſsimis muneribus à Rege fuerat cohoneſtatus.

9 Secundus fuit Generalis Inquiſitor clariſsimus Infans Henricus, frater Ioannis III. Portugalliæ Regis, Archiepiſcopus Eborenſis, qui dictūm Inquiſitionis Officiū ex renuntiatione Didaci de Sylua obiuit, an. ſalutis 1539. in eoque præclarè verſatus eſt quadraginta annos, hoc eſt, ab ann. 1539. vſque ad annum 1579. Hic Cardinalis ſub titulo Sanctorum quatuor Coronatorū an. 1545. creatus eſt, ac tandem mortuo Sebaſtiano eius ex fratre filio Portugallię Rege, ad Regale faſtigium ſublatus eſt, nec tamē ideo Inquiſitoris Generalis Officium ſanctum per aliquod tempus depoſuit; nam in fidei cauſis eius hæc erat inſcriptio, [Rex Henricus tanquam Inquiſitor Generalis, &c.] Fuit Princeps hic inſignis Paſtor, qui vitiorum odio, virtutis ſtudio, literarum præmio, ac omnibus regalium virtutum ornamentis præclaram, inimitabilem, & immutabilem ſui memoriam poſteritati conſignauit.

Hērico proximus fuit Georgius de Almeida, Archiepiſcopus Vlyſsiponen. qui ab anno 1579. vſque ad mēſem Martij, anni 1585. quo in fata cōceſsit, Generalis Inquiſitoris munere functus eſt. Is vetitorum voluminum catalogum doctum, atque curioſum Catholicorum codicum expurgatorium elaborauit.

10 Quartus † fuit Inquiſitor Generalis, ſereniſsimus Princeps Cardinalis Albertus, tituli ſanctæ Crucis in Ieruſalem, Archidux Auſtriæ, qui eo tempore illi regno moderator ac Præſes pro Philippo II. Rege noſtro Catholico datus fuit, qui citra Regis præſentiam ipſe ſolus ſufficere videretur ad ſeditiones, ac bella ciuilia extinguenda, quæ in illa prouincia diu exarſerunt, eamq; ab Anglorum excurſionibus propugnari, qui plura dāna illi prouinciæ attentarunt inferre: eos namque compulit ſumma cum ignominia retrocedere. Huius religioſiſsimi principis præclariſsimas laudes, quas in hunc locum cogere non eſt
11 neceſſe, conſultò prętereo. † Illud tamen prætermittendum non eſt, optimè de Chriſti Eccleſia fuiſſe meritū, qui Mariam de Annunciatione, atq; Prioriſſam Monaſterij Annunciatæ Vlyſsiponenſis, virginē triginta duorum annorum, quæ vanę ac falſæ gloriæ bacchata cupidine, inauditæ hypocriſis verſutijs diu, multumq; ſub ſpecie ſanctitatis vniuerſum orbem decepit.

Hypocrita illa quidem commenta fuerat vulnera Chriſti ſpeciali Dei gratia ac priuilegio ſibi fuiſſe impreſſa, oſtendebatq; triginta duo vulnera capiti inflicta, eorum veſtigium, quæ ex ſpinea Chriſti corona diſpuncta fuerunt, adumbrantia; in manibus cruorem reſperſum ad modum roſæ, cuius medium ad trianguli ſpeciem clauorum ſciſſuram ex altera parte aliquantulum contractiorem demonſtrabat: eadem cernebantur in pedibus. Latus reſeratum velut ictu lanceæ videbatur. Quæ omnia cum in apertum oſtenderentur, mirum eſt, quàm grauiſsimos ac ſanctos homines in admirationem ac deuotionem raperent, ſimulq; caperēt ac circumuenirent. Nam & conficta illa vulnera non aliter quàm ex cōfeſſarij iuſſu videri patiebatur. Et vt abſentes eius venerationem imbiberent, affirmabat ſe feria quinta linteolum vulneribus adigere, eiſque quinq; vulnera ad modum Crucis, quarum media maiuſcula erat, impreſſa remanere. Tum ſanè illa linteola per incredibilem fidelium deuotionem Sum. Pontifici, grauiſsimiſque quibuſcunq; ac reli-

religioſis totius orbis viris ſumma cum veneratione miſſa ſunt. Porrò cum in Regno Siciliæ cauſarum fidei Prouinciam ipſe adminiſtrarem, vidi ex illis linteolis plura, ac eius mulieris ſimulacrum ad viuum expreſſum, ac de illius vita, ſanctitate atque miraculis librum à magnæ autoritatis viro conſcriptum, quæ veluti piacula quædam, reuerebatur nobiliſſima D. Maria ab Vrrea vxor Domini Didaci Henriquez de Guzman, Comitis de, Alba qui tunc illi regno præſidebat. Tandem vt rem expediamus, quam vt nihil omittamus ſcribimus, Gregorius XIII. Pontifex Maximus illi mulierculę literas deſtinauit, quibus illam, vt incepto itinere eâdem conſtantia perſiſteret, ceptum perficeret, hortabatur: vt narrat Villegas in additi. 3. partis de vitis ſanctorum editæ anno 1587. in vita Mariæ à Ioſrin, monialis ſancti Pauli Toletani fol. 63. qui Autor bona fide cũ alijs deceptus eſt. Nam eiuſdem Gregorij XIII. iuſſu quidam ſanctæ Inquiſitionis Officiales, cũ fratre Ludouico Granatenſi, ac alijs ordinis prædicatorum Antiſtitibus eius hypocritæ dolos, atque diabolicas calliditates detexerunt, vt titulo decimo huius libri capite quinto refertur.

Hic hercle Princeps tam ſingulare Reipublicæ gubernandæ beneficium à Deo accepit, vt ad eius commodum natus videatur. Quapropter Philippus II. Rex noſter, vt cum eo ſimul, tanti Regnorum ponderis clauum ſuſtineret, ex Portugallia euocauit, eumque mortuo D. Gaſpare Quiroga, Toletano Archiepiſcopo, locupletiſsima ac primate illa orbis Eccleſia cohoneſtauit, moxque in Batauiam Gubernator magno illius regionis commodo ac voluptate miſſus eſt, maioraque ex heroicis illius virtutibus, pręclariſsimis animi dotibus, ac omnis generis ornamentis, quæ in ſummo viro deſiderari poſſunt, omnes expectant.

Huic ſequens &(vel in eo ſolo felix) eſt D. Antonius Matos à Noroña, Epiſcopus Eluenſis qui his honeſtiſsimis honoribus, veluti gradibus ad illud faſtigium peruenit. Fuit enim auſpicatiſsimi Collegij ſancti Bartholomæi in Salmantina Vniuerſitate alumnus, hinc Inquiſitor Cordubæ creatus eſt, illinc cum eodem munere Toletum venit, vnde à Philippo II. in Luſitaniam honeſtiſsima delegatione mittitur, vt eius prouinciæ negotia quædam grauiora componeret, quod tanto ſucceſſu perfecit, vt in ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Generalis conſilium fuerit cooptatus, nec multò pòſt ipſi Antiſtiti Eluẽſi creato Generalis Portugallię Inquiſitionis Officium commiſſum eſt, in quo ſanè pręclariſsimo viro, an virtutem, litterarum doctrinã, eximiam prudentiam an gubernandi artem admiremur magis, neſcio.

## *De expulſione Iudæorum à Luſitaniæ Regno.*
## *CAP.* XVI.

SVMMARIVM.

1 *EDictũ Emmanuelis Regis Luſitaniæ, de expulſione Iudæorum.*

3 *Iudæi & Mauri Luſitaniæ cõpelluntur Christianam fidem accipere.*

PRIVSQVAM Ioannis III. eius nominis, Regis Portugallię ſolicitudine ſanctæ Inquiſitionis Officium ad normam Caſtellæ in illud Regnum inductum eſſet, D. Emmanuel eius pater tanta fuerat pręditus pietate, ac religionis



religionis ſtudio tenebatur, quantùm
Iudæorum perfidiam, ac Maurorum
1 feces execratus eſt. † Nam Catholicorum Regum imitatione, ann. Domini 1496. 25. Septembris, edicto præcepit intra ſtatutum certum temporis curriculũ omnes Iudæos ac Mauros ſuo Regno exilire, exceptis eorum filijs, qui decimum tertium annum non exceſsiſſent, quos in regno detinuit, qui inuitis parentibus baptiſmalibus aquis loti ſunt. † Deinde
2 verò idem Rex ſuorum conſiliariorum decreto de Maurorum ac Iudæorum conuerſione, quorum plures ex ijs, qui à Caſtellæ regno fuerant amandati, in Luſitania erant, ſententiam mutauit, &(vt quidam referunt) narrante Garibay libr. 25. ſuæ Hiſtoriæ, cap. 27. anno ſequenti 1497. ſub grauiſsimis pœnis omnes cõpulit baptizari, ex quo plura mala orta ſunt: nam ab illis qui inuiti atque coacti ad fidem acceſſerant (quo nihil magis à fide abhorret) neophytorum more ſecreta ſcelera quàm plurima contra fidem, quam fuerant profeſsi, commiſſa ſunt.

## *De Inquiſitione Coimbricenſi.*
## *CAP.* XVII.

SVMMARIVM.

1 *SErenifsimus Cardinal. D. Henricus, Inquiſitionem* Coimbræ *inſtituit.*

2 *Inquiſitores Coimbræ ob tenues redditus vltro diſceſſerunt.*

3 *Henricus iterum eam Inquiſitionem inſtaurauit.*

4 *Nomina Inquiſitorum, qui Coimbræ fuerunt.*

5 *Redditus, ex quibus miniſtri huius Inquiſitionis aluntur.*

CIRCA annum Domini 1541. ſe-
1 reniſsimus † Cardinalis D. Henriquez, Inquiſitor Generalis in Luſitaniæ Regno, qui poſtea defuncto Rege Sebaſtiano, Regiam dignitatem iure ſanguinis obtinuit, in ciuitate Coimbricenſi tot literarum ornamentis redundãte, D. Bernardum à Cruce Coimbricenſis Academiæ meritiſsimum Rectorem Epiſcopumq́; ſancti Thomæ Orientalium Indiarum, & Baccalaureũ Gomecium Alphonſum, Eccleſiæ oppidi de Guimaraes Priorem, & Ludouicum Pinerium egregium Euangelicæ veritatis, diſertiſsimumq́; præconem, qui poſtea Epiſcopus Mirandæ, magna poſteris literarũ admiratione, & virtutis exemplo relicto deceſsit, primos in illo diſtrictu creauit Inqui-
2 ſitores. † Qui tamen cùm mala habitationis commoditate, ac redditũum penuria premerentur, coacti ſunt eius ſancti Officij exercitium intermitte-
3 re, donec anno Domini † 1566. idem D. Cardinalis ſanctum Inquiſitionis Officium, quod iam penè in dicta ciuitate Coimbrę conciderat, reſtaurauit, in eamq́; formam, quam in hunc vſq; diem obſeruat, compoſuit. Huius ſecundæ inſtitutionis primus Inquiſitor, Licentiatus Emmanuel de Coadros, Iuris Pontificij peritiſsimus, deſignatus fuit, qui poſtea ad ſummum Generalis Inquiſitionis Luſitanię Cõſilium, aſſumptus, Epiſcopus de la Guarda iure optimo creatus eſt. Cui ſequentes Inquiſitores † poſtea ſubſtituti fuêre.

4 Licentiatus Ludouicus Aluarez de Oliueyra Iuris Canonici ſtudioſiſsimus.

Doctor Sebaſtianus Vaaz eiuſdem facultatis, & Canonicus Doctoralis præ-

præbendæ in Cathedrali dictæ ciuitatis Eccleſia Doctor Didacus de Souſa ab hac in ſupremam Generalem Inquiſitionem promotus, nunc verò Epiſcopus Mirandæ multis virtutum ornamentis præfulget.

Reuerendus P.F. Emmanuel à Vega, ſacræ paginæ magiſter, Ordinis Dominicani, prædictis additur.

Doctor Ludouicus Gonzalez de Ribafria, ſacrorum Canonum peritia ſatis laudatus, Inquiſitor, ſcholaſticus Cathedralis Eccleſię Pragę his annectitur.

Doctor Bartholomæus à Fonſeca, Canonicus Doctoralis Coimbricenſis Eccleſiæ, nunc verò Generalis Inquiſitionis Inquiſitor Vlyſsiponæ.

Licentiatus Antonius Diaz Cardoſo, Canonicus Pragenſis iuris Canonici ſapientiſsimus.

Licentiatus Ruis Perez à Vega, eiuſdem profeſsionis Eborenſis Eccleſię Canonicus, nunc verò ob ſingularia virtutum & literarum ſtemmata Eboræ Inquiſitor.

Licentiatus Hieronymus Teyreira Cabral, Canonicus doctoralis in Cathedrali Eccleſia de Lamego, nũc Eborenſis Inquiſitor, vir certè magni nominis, & huius autoritatis meritiſſimus.

5 Huic Inquiſitioni † ex fructibus & redditibus Coimbricenſis Epiſcopatus aſsignata ſunt duo millia, & ſexcenta ducatorum, & ex penſionibus canonicatuum Coimbræ, Pragæ, Portus, Mirãdæ, Lamegi, & Viſei mille aurei, quibus ſumptus iſtius Inquiſitionis & eius miniſtri commodè ſubleuantur.

## *De India Orientalis Inquiſitione.*

## *Cap. XVIII.*

SVMMARIVM.

1 *Goæ vrbis, & Inſulæ Orientalis deſcriptio.*
2 *Goæ Crux reperta, indicat olim à Chriſtianis habitatam.*
3 *Goam expugnauit Alburquetius, rei militaris peritiſsimus.*
4 *Goa Indici Imperij caput.*
5 *Inquiſitionis inſtituendæ in Goa occaſio, facinus Cocini editum.*
6 *Goæ Regio Iudæis referta.*
7 *Tribunal ſanctæ Inquiſitionis Goæ collocatur.*
8 *Inquiſitorum Goenæ Inquiſitionis Catalogus.*

1 GOA † vrbis eſt & Inſulę cõmune nomẽ in India Oriẽtali, quam anguſto inter fuſum euripo effecit mare: illa quidem & ſoli vbertate, & egregij portus amplitudine, & ædificiorum, incolarumque frequentia in primis Indiæ totius viſenda. Et quidem Inſula (vt refert Hieronymus Oſorius libr. ſeptimo de rebus geſtis) multò maiorem, quàm pro illius magnitudine, hominum multitudinem ſuſtentare poteſt. Eſt enim denſis arboribus valdè fructiferis veſtita abundat varijs frugibus, pecora innumerabilia nutrit, variaq; alimenta profundit, & aquas multas atque perennes habet. Acci-
2 dit porrò, † poſtquàm Inſula in Luſitanorum poteſtatem peruenit, vt dum Luſitanus quidam domus altiora fundamẽta iaceret, crucem ex ære factam reperiret, quod maximo argumento fuit eam fuiſſe olim à Chriſtianis habitatam. Eam Alburquetius
3 † rei militaris præſtantia nobiliſsimus, & Luſitaniæ claſsis præfectus, expug-



expugnauit anno à Chriſto nato milleſimo quingẽteſimo decimo, quam propter eximiam agri bonitatem, &
4 opportunitatem loci, caput † ac ſedem Indici imperij deſtinauit. Miſsi à Luſitaniæ Rege viri, cùm literis, tum virtute & religione inſignes, vt gentem illam Mahumetanis ſuperſtitionibus implicitam ad Chriſtianam religionem exhortationibus traducerent: quod maxima cum incolarum illius regionis vtilitate factum eſt: & (vt ad inſtitutum accedamus) labenti
5 bus annis atrox † facinus fuit editum Cocini ea vrbs eſt Indiæ celebris. In capſa, quæ piorũ collationibus in maximo vrbis templo proſtabat, nefariæ ſcedulæ à cuſtodibus repertæ, cum horrendis in Chriſtum ſalutis humanæ parentem maledictis, ac iurgijs. Huius tam ſacrilegæ, tamque infandę audaciæ crimen haud obſcuro indicio hæſit in falſis è circunciſione fratribus, qua ex fæce aliqui ex Europa ſubinde pretio à limenarchis, aut nauium magiſtris furtim admiſsi, mercatorum habitu in Indiam peruehũtur: ibi cum Ægyptijs ac † Iudęis (quo
6 rum in ijs locis numerus ingens) aliarumque nationum & ſectarum hominibus, in Chriſtiani nominis damna, perniciemque cõſpirant. De his certior factus Luſitaniæ Rex, de inducenda in illas regiones ſacra Inquiſitione agere cepit, quâ hodie per idoneos, probatoſque Iuris diuini conſultos iudicia Goæ magno rei Chriſtia-
7 næ bono exercentur. Erectum † autẽ fuit ſanctæ Inquiſitionis Tribunal in vrbe Goa anno à Chriſto nato milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo primo iuſſu Ioannis III. Luſitaniæ Regis.
8 Inquiſitores, † qui ad hanc diem præfuerunt hi ſunt.

Alexius Diazius Falconius.

Franciſcus Marquez Botello.

Bartolomæus Fonſeca, qui cùm eſſet deputatus (officij nomen eſt) in Coimbricenſi Inquiſitione, creatus eſt Indiæ Inquiſitor anno 1570. & mẽſam conſcientiæ (vt vocant) ex præſcripto Regis cęteris Conſilijs, quibus regiones illæ gubernantur, adiunxit.

Garpar Mello ex ordine Prædicatorum.

Rodericus Sodrino Meſquita.

Thomas Pinto ex ordine Diui Dominici.

Hæc habui, quæ de hac remotiſsima Inquiſitione dicerem, quæ ſubiecta eſt Inquiſitori Generali Luſitanię. De regni Braſilię Inquiſitioni & Inſularum, quas Terceras vocant, nihil hactenus accepi.

## *De Inquiſitione, quæ eſt in imperio Preſti Ioannis.*

## *CAP. XIX.*

SVMMARIVM.

1 *Fratres Dominicani octo, magnos fructus in ditionibus Preſti Ioannis ab anno 1316. ediderunt.*
2 *Sancti Philippi ex ordine Prædicatorum, ac Inquiſitoris martyrium, & miracula.*

1 ANNO † Domini 1316. Ioãne XXII. Pontifice maximo, octo Dominicani fratres ad viſendũ ſanctum ſepulchrũ ardenti ſalutis animarum ſiti Roma egreſsi ſunt. Ij per Ægyptum magnis ac laborioſiſsimis itineribus penetrarunt ad Æthiopes & Abiſsinos, vbi famigeratiſsimus eſt Imperator: quẽm presbyterũ Ioãnem vulgus appellat, cum tamen nullo ſit ſacerdotali ordine inſignitus. Apud eam gentem, quę iamdiu Chriſtianam imbiberat religionem, tam magno

magno omnium, ac præſertim Abiſ-
ſinorum commodo laborarunt, vt
plures ad eius ordinis habitum &
inſtitutum aſſumpti, ſanctè ac lau-
2 dabiliter vitam traducerent. † Inter
quos vnus, qui ſolus ad noſtrum pro-
poſitum pertinet, eſt ſanctus Inquiſi-
tor Philippus filius cuiuſdam ex Re-
gibus, qui Presbytero Ioanni ſub-
ſunt. Is cum tenera ætate Dominica-
nam elegiſſet diſciplinam, magnum
bonitatis atque virtutis edidit ſpeci-
men, fuit etiam Prior magni Cœno-
bij Blurimanorum; ac cùm ob plura
miracula, quibus eius ſanctitas reſplē-
debat, ab omnibus apprimè venera-
retur, anno circiter 1366. Inquiſitor
Generalis in illis Regnis creatus eſt:
aliquibus deinde voluentibus annis,
cùm ipſe ſimul cum Patriarcha prin-
cipem quendam, qui duas ſibi copu-
lauerat vxores, & cenſuris & armis
perſequeretur, ſub pacis fœdere ab il
lo Rege, ſimulata pœnitentia accerſi
tus verberibus ad internecionem pe
nè cæſus eſt: ac tandem cùm à ſuis cu
raretur, fuſtium ictibus ſanctiſsimum
ſpiritū exhalauit, die 4. Nouembris,
anni prædicti. Rex tamen ille impius
ob perpetratum facinus miſerabili pę
nâ à Deo caſtigatus eſt, ac ſancti Mar
tyris Philippi corpus magna omnium
veneratione, ac miraculorum viſitur
fama.

## *De Inquiſitione Inſularum Fortunatarum, vulgò Canariæ.*

## CAP. XX.

### SVMMARIVM.

1 *INſularum Fortunatarum deſcriptio.*
2 *Canariæ breuis deſcriptio.*
3 *Epiſcopatus ac Præbendarum valor.*
4 *Inquiſitionis tribunal in Canaria reſidet.*
5 *Sex Inſulæ minores enumerantur.*
6 *Inſularum minorum cauſæ in Canaria terminantur.*
7 *Inquiſitio non longè poſt inſulæ expugnationem inducta fuit in Canaria.*
8 *Primus Inquiſitor in Canaria inſula creatur Licentiatus Funes.*
9 *Licentiatus Zayas viſitat illam Inquiſitionem, & ſolus munus Inquiſitoris obiuit.*
10 *Licentiati Funes obitus.*
11 *Didacus Oſorius de Sexes, & Licētiatus Ioannes Laurentius vocātur ab Inquiſitore Geneanli.*
12 *Licentiatus Madalenus decem annis Inquiſitor fuit in Canaria, ibique obijt.*
13 *Claudius de la Cueua creatur Canariæ Inquiſitor.*
14 *Licentiatus Caminus, collega Claudij, in eo Tribunali eſt.*
15 *Actiones fidei publicæ ibi celebratæ ſunt.*

FORTVNATÆ
Inſulęnonaginta ab
1 hinc † annis expu-
gnatæ ſunt à Barba-
ris: qui eas incole-
bant: quarum circū-
ferentia viginti dua
bus leucis conſtat. Duo millia &
quingenti circiter incolæ ſunt in quin
2 que pagos diuiſi. Canaria † ſexcentis
habitatoribus conſtat, parum plus, mi
núſue, vbi Cathedralis eſt Eccleſia,
quæ paſtores habuit plures pietate ac
que doctrina præclaros. Epiſcopa-
3 tus † prouentus ad quatuordecim
millia aureorum producuntur. Præ-
bendarum redditus quingentis du-
catis æſtimantur. Hæc inſula qua-
tuor tribunalibus, nempe, Inquiſitio-
4 nis † ſancti Officij, Regio, Epiſcopali,
5 prætorioque condecoratur. Sex † In-
ſulæ minores Canariæ ſubiectæ, quæ
appellantur Teneriffe, Palma, Gome-
ra, el Yerro, Lançarate, Fuerteven-
tura,



tura, iuriſdictioni Inquiſitionis in
temporalibus & ſpiritualibus ſubdū-
tur: cauſæque † appellationum vſque
6 ad trecenta millia dipondiorum in
tribunalibus Canarienſibus vltimo
fine terminantur.
Sanctæ Inquiſitionis Officium †
7 paucis poſt eius inſulæ expugna-
tionem annis ad eam inſulam pe-
netrauit, ſed ab initio tribunal ere-
ctum non eſt: nam Inquiſitor qui-
dam commiſſarius ſubdelegatus ad
proceſſus fulminandos, ac cauſas
proſequendas delectus eſt, Inquiſito-
ribus Hiſpalēſibus ſubordinatus, qui
proceſſus actitatos ad Hiſpalenſem
8 Inquiſitionem remitteret. † Sed an-
no milleſimo, quingenteſimo ſexage
ſimo ſexto Licentiatus Funes cū po-
teſtate Inquiſitoris in eam inſulam
transfretauit, qui eam delegationem
9 vſque ad annū 1573. † ſolus obiuit:
quo anno Licentiatus Zayas ad illam
Inquiſitionē viſitandā miſſus eſt, qui
illic Inquiſitoris munus exercēs obijt
10 Ann. 1575. Ann. verò † 1577. Licen-
tiatus Funes, in fata conceſsit. His In-
11 quiſitoribus † ſucceſſere D. Didacus
Oſorius de Sexes, ac Licētiatus Ioan.
Laurētius quibus à ſupremo Senatu
generalis Inquiſitionis in Hiſpaniam
accerſitis, proximus fuit Licentiatus
12 Frāciſcus Madalenus, † qui ſolus ſan-
ctum Officium per decēnium admi-
niſtrauit, hoc eſt vſque ad ann. 1592.
13 quo obijt. Hoc eodem anno † Inqui-
ſitor in eam inſulam deſtinatur Do-
ctor Claudius de la Cueua, qui ad
præſens ſimul cum Licentiato Ca-
14 mino † ſanctum Officium admini-
ſtrat.
Hæc inſula pulcherrimo portu ce-
lebris, à plurimis nationibus fre-
quentatur, præſertim ab Anglis,
Gallis Britannis, Luſitanis, ac Canta-
bris, qui in eam merces adſportant,
indeque ſaccarum & vinum, quorum
illa inſula ferax eſt, referunt; quia de
cauſa portus ille non ſine hæreticæ
peſtis periculo ob Anglorum præ-
ſertim aſsiduam ac frequentiorem
nauigationem eo fidei propugnacu-
lo opportunè defēditur. Quibuſcum
fidei negotium ſæpius geritur plu-
reſque fidei † actiones in ea inſula ha-
bitæ ſunt notâ digniſsimæ; quas nos
breuitatis ſtudio, & quòd à propoſi-
to noſtro longè alienæ ſint, libenter
prætermittemus.

## *De Inquiſitionibus Indiarum.*

## CAP. XXI.

### SVMMARIVM.

1 *INquiſitionis Officium in Perù prouincia reſidet Limæ.*
2 *Inquiſitores Cardinalis Spinoſa in Peruuium mittit.*
3 *Inquiſitorum, & officialium Peruuij nomina.*
4 *Inquiſitio Mexicana, & eius iuriſdictio ampliſsima.*
5 *Inquiſitorum nomina, & officialium Mexici.*
6 *Iuramentum præſtat D. Minius Enriquez Prorex Mexici.*
7 *Actus fidei celeberrimus in ciuitate Mexicana celebratur.*
8 *Pœnitentiati plures in hoc actu fidei.*
9 *Crimen Polygamiæ frequens in eo Regno.*
10 *Encomium huius actus fidei.*
11 *Inquiſitores Lamiam puniunt.*
12 *Inquiſitores puniunt Garciam Gonzales Iudaizantem.*
13 *Garcia Gonzales Iudaizans in Hiſpania detegitur.*
14 *Inquiſitores ſtatuam Franciſci Rodriguez adurunt, & filios ac vxorem reconciliant.*
15 *Filiæ huius memoria fœcunda oſtenditur.*
16 *Inquiſitores Ludouicum à Carauajal publica*

*publica pœnitentia puniunt, & Regijs officijs priuant.*

17 *Inquiſitor Moya de Contreras, Archiepiſcopus Mexicanus, & in Hiſpania Indiarum Præſes creatur.*

18 *Inquiſitorum nomina, & dignitates.*

19 *Inquiſitor Bonilla Regias Cancellarias Peruuij viſitat, & Archiepiſcopus creatur.*

20 *Qualificatores S. Officij Mexicani.*

21 *Sancti Dominici Patribus qualificatio, & librorum expurgatio committitur.*

22 *Diligentiſsima examinatio fit in hac Inquiſitione Mexicana.*

TRADITIS iam Hiſpaniarum, atq; Europæ vniuerſæ Inquiſitionibus, earumque initijs, atque ſtatu, in quo ad præſens ſunt, iam nos ſcripturæ ordo ad noui orbis & Indiarũ Inquiſitiones meritò euocauit.

Duæ ſunt apud Indos Occidentales Inquiſitiones. Alia in prouincia del Perú, quæ in ciuitate Regum (vel vt
1 alio nomine Lima † appellatur) ſita eſt: de qua Inquiſitionem, ob locorum diſtantiam immenſam, illud tan-
2 tũmodò ſcimus, † à Cardinali illuſtriſſimo D. Didaco de Spinoſa, Epiſcopo Seguntino, Generali Inquiſitore, ac ſupremi Caſtellæ ſenatus Præſide, (cuius ob inſignia de Chriſtiana Republica merita, ac integerrimam gubernandi rationẽ apud omne æuum laudes recentes erunt) Inquiſitores in eam prouinciam, quamprimùm fuiſſe deſtinatos, & in hunc vſque diem ſanctum Inquiſitionis Officium in ea ciuitate, atq; prouincia magno illius commodo exerceri cœpit. Noſtris temporibus Inquiſitorum Offi-
3 cio vacant † Doctor Ioannes Ruiz à Prado, Canonicus Tarraconenſis, cui de mandato Regis ac ſupremi Inquiſitionis ſenatus illius Inquiſitionis viſitatio commiſſa eſt, & poſt id munus fideliſsimè adimpletum, iterum ex Hiſpania ad Indos illi nauigare mandarunt, eiuſque collega fuit Licentiatus Petrus Ordoñez Flores, Licentiatus Thomas de Solarana fiſcalis, Alguazirius maior D. Petrus Spinoſa, Notarius ſecreti Hieronymus de Eguy, Iulianus à Iulianus à Tudela notarius ſecreti, & bonorum confiſcatorum Receptor Ioannes Saraxo, Quęſtor Ioannes de Cadahalſo Salazar, commentarienſis Chriſtophorus Rodriguez, Nuncius Ferdinandus Ruizius de Pena, Ioannes de Spino Cariaga Notarius iudicati.

4 Aliud † Inquiſitionis tribunal in ea Indorum parte, quæ noua Hiſpania appellatur, in famigeratiſsima Mexicana ciuitate poſitum ac conſtitutum cernitur, ſub cuius iuriſdictione Archiepiſcopatus Mexicanus, ac Epiſcopatus Ilaxcalen. Meckucanus, Oaxacanus, Xaliſcanus, Guatimalen. nunc Antequerenſis, Verapacen. Nicaraguanus, ac Campegen. ſiue (vt modo aiunt) Iucatanenſis continentur: quæ ſanè diœceſes pluſquam per trecentas leucas extenduntur: in illis enim prouinciæ quæ appellantur de Honduras, Tabaſco, & Tampico, ac omnia litora Oceani, tam Occidentalis, quã Orientalis comprehenduntur.

Hanc Inquiſitionem ab Illuſtriſſimo Domino Cardinali Didaco de Spinoſa, Generali Inquiſitore Hiſpaniarum, anno 1571. miſſam eſſe com-
5 perimus; ac † eodẽ an. die 12. Septembris, Inquiſitores Licentiatus Cõtreras, ac Licentiatus Moya de Contreras, qui antea in Fortunatis Inſulis eo munere fungebatur, & Licentiatus Alphonſus Fernandez de Bo-





nilla, Promotor fiſcalis, qui hodie Archiepiſcopus Mexicanus eſt, Mexicanam opulentiſsimam ciuitatem ingreſsi ſunt, quibus à ſecretis ſancti Officij additus eſt Petrus de los Rios, vir propter eius dexteritatem atque prudentiam in rebus fidei pertractandis valdè laudandus, qui poſt viginti tres annos, quibus munus illud diligenter ac maximâ Inquiſitorum approbatione exercuit, eo munere ſe abdicauit. vt potè quia propter aduerſam valetudinẽ, & quia ſolus in eo officio erat illi nõ ſufficere ſibi videbatur, Alguazirius maior fuit primus D. Antonius Velazquez de Baçã; Quæſtor Petrus ad Arriaran. Notarius bonorum confiſcatorum Hieronymus de Egui, qui modò e idem officio in Prouincia Perú vacat. Nũcius Didacus Ordoñez. Commentariẽſis verò Ioannes Ferrõ, eius filius Ludouicus Ferron huic muneri vacat, Ianitor ſiue Porterius Petrus Fonſeca. Aduocatus fiſci fuit doctor Fulgentius de Vique, vir ſanè doctrinâ, nobilitate, atque virtute plurimùm commendatus. cauſarum verò aduocatus fuit Licẽtiatus Melchior de Aualos. Eodem anno, quar-
6 to Nouẽbris D. Minius † Enriquez, illius Prouinciæ Pręſes, ſolita ſolennitate Iuramentum à magiſtratibus ſęcularibus pręſtari ſolitum in fauorem fidei, in Eccleſia maiori prædictæ ciuitatis magno omnium applauſu & præſtitit, & ab omnibus præſtari diligenter curauit.

Intra breue temporis ſpatium ab incunabulis huius ſanctæ fidei Tribunalis vberes fruges, quæ ab eo in omnibus Prouincijs, vbi illud reſidet, colliguntur, editæ ſunt. Nam anno 1574. qui tertius erat poſt eius initia, actus
7 † primus fidei noua ac admirabili celebritate in foro Marchionis (vt vocant) ad latus Eccleſiæ maioris habitus eſt, magno erecto theatro, qui vniuerſam propè fori aream occupans Eccleſiæ contiguum erat: vbi aſtiterunt Prorex ac Regius ſenatus, Capitulum, ac Religioſorum conuentus, Proregis, ſenatus Regij, aliorumq; pluriũ concomitantium caterua ſtipati, ad forum vſque progreſsi fuêre, quippe ſolennibus ſupplicationibus, in quibus octoginta pœnitentes circiter erant ſolennis hic fidei actus ab hora ſexta de mane vſq;
8 ad quintam veſperi durauit. † In quo duo hæretici, alter Anglus, Gallus alter, relaxati ſunt, nonnulli Iudaizãtes reconciliati, fueruntque plures polygamia laborãtes, ſiue bis vxorati, illicitis ac maleficis artibus, & præſtigijs
9 ſtudẽtes dediti. Sanè Polygamiæ † crimẽ in eis Prouincijs ob locorũ diſtantiã, ac frequẽtiores, longinquaſq; hominũ peregrinationes (opinãtibus illis in tãta diſtantia haud detegi poſſe) plerumq; cõmittitur. In hoc actu Dominus Antonius Morales de Molina ſancti Iacobi Spatiferi Religioſus, ac Epiſcopus Tlaxalenſis concionem habuit, ac tam celebris fuit hominũ conuentio, actuſque ſolennitas, vt qui vi-
10 derãt † Pincianum famigeratiſsimum fidei actum, habitũ 21. Maij, an. 1559. dixerint hunc illi non maieſtate, ſed Regiarum perſonarũ, qui in illo interuenerunt, præſentia eſſe inferiorem. Ab illis temporibus quotannis ſolennes fidei actiones celebrantur, in quibus frequẽter ſunt Luſitani Iudaizãtes, inceſtis ac nefarijs nuptijs polluti ſtrigeſque ac lamiæ multæ.
11 In hoc fidei actu † mulier quędam lamia oſtenſa eſt, quæ virum ſuũ Guatimalę ducentis leucis Mexico diſtãtis degentem, magicis incantationibus Mexicũ, vbi ipſa erat, duorũ dierum ſpatio venire fecit. Ab hac dum ſciſcitaretur Inquiſitor, quare id effeceret: vt viderem (reſpondit) ac frueret ſpecioſiſsima viri mei fronte, ac

ore, cum tamen hoc ille ſpurcus ac fœdiſsimus eſſet, ac ſupra modū abominabilis. Illud autem fuit ab omni-
12 bus inſigniter demirandum, † quod in vna actione contigit, in qua relaxatus eſt quidam Garcia Gonzalez Bermejero, qui quinquaginta annis Mexici Iudaicis ſuperſtitionibus nefarijs miſerè volutabatur: qui tandem cōuictus, fictus & impœnitens in miſerrimum fatum conceſsit. Alius Caſtellanus appellatus, duo de quinquaginta annis, qui Mexici non detectus iudaizauerat, miſericordiâ ei conceſſâ, fuit reconciliatus: & valdè miror, quî fieri potuit, vt tantū ſcelus rituū, & cæremoniarum Iudaicarum, quæ naturâ ſuâ rumorē ac ſtrepitum prǽſe ferūt, tam lōgo temporum curriculo, etiam in opulentiſsima ciuitate, ſummaque hominum frequentia exculta occultū ſub tenebris latuerit eò vel maximè, quòd agnum Paſchalem comedebant & eius ſanguine domorum vmbracula linirent: nec ob id detectum ſcelus fuit, donec quidam
13 fidei noxius † in Hiſpaniæ Inquiſitionibus eiuſdē criminis reus, prædictū Garciam Gōçalez cōplicem, qui tunc Mexico degebat, caſu hanc cæremoniarum congeriem patefecit.

Anno 1592. familia quędam Iudęorum tabe polluta ad pœnitentiam eſt exhibita: & Franciſci Rodriguez Ma-
14 tos Luſitani, † eius familiæ capitis, & ſcelerum autoris, iam demortui ſtatua, igni iure tradita eſt, quia dogmatizator ac Rabinus Iudæorum ſectæ fuerat: eius vxor ac filiæ quatuor in pœnitētiam publicam ſaccorum benedictorum reconciliatæ ſunt. Ille filium vniuerſorum ſcelerū heredē ac ſucceſſorē habuit, cuius ſtatua (quia aufugerat) ſequenti anno in quadam publica fidei actione in Eccleſia Mexicana habita, incenſa eſt.

Illud verò prætereundum non eſt,
15 illius profligatiſsimi hominis † filiam natu minorem, ſeptēdecem annis natam, illarum quatuor, quas ſuprà commemorauimus, Dauid Pſalterium vniuerſum per inſignem memoriam abſque hæſitatione recenſuiſſe, orationē autē Heſther ac alia nonnulla Iudęorum cantica inuerſo ordine ab vltimo verſu vſque ad primum repetentem facilitate eadem recitaſſe: harum
16 quatuor mulierum † auunculus Ludouicus de Caruajal in publicam pœnitentiam prodijt, quod illius familiæ ſcelera non denunciaſſet, imò potius cōtexiſſet. Is erat Gubernator ac Generalis Dux Prouinciæ Tampicij ac Panucij ac qui paulò antè Præſidis titulo ſalutabatur, ſuam ignominioſam ſententiam publicè exaudiuit, ac perpetuò Regijs officijs priuatus eſt, & in ſummā miſeriam deductus, mœrore ac vitæ tædio breui ſpatio viā vniuerſæ carnis ingreſſus eſt.

17 Inquiſitor † Moya de Cōtreras electus fuit Archiepiſcopus Mexicanus qui poſt viſitatum Regium Mexicanum ſenatum, Hiſpaniam veniēs, prǽſes ſupremi Indiarum cōſilij obijt. Licentiatus Aualos Granero, ſtatim atque Moya de Contreras Archiepiſcopalem cōſcenderat ſedem, fiſcalis
18 † promotor creatus eſt: ac Moya de Contreras Inquiſitore Archiepiſcopo conſecrato, in eius locum ſubſtitutus eſt Licentiatus Bonilla. Et fiſcalis officium quod dictus Granerus reliquit, Licentiato Franciſco Sanctos Garcia ceſsit, Licentiatus Bonilla Epiſcopus Xaliſci creatus: eā Eccleſiam acceptare noluit. Licentiatus Aualus Granero electus fuit Epiſcopus de las Charcas, ac in eius locum Licentiatus Frāciſcus Sanctius Garcia fiſcalis, ad Inquiſitionis munus euehitur. Poſt hæc D. Lobo Guerrero, fiſcalis Promotor poſt tredecim annos Inquiſitor conſtituitur, vir ſanè doctus ac legalis philo-



Philoſophiæ cognitione non mediocriter imbutus, qui antea in Collegio ſanctæ Mariæ de Ieſu, vulgò de Maſtre Rodrigo Hiſpalen. publicè iura fuerat interpretatus, & eiuſdem Collegij publicus moderator, qui poſteà Archiepiſcopus noui Regni Granaten. anno 1596. creatus eſt. Li-
19 centiatus † Bonilla ex Regiæ Maieſtatis iuſſu in prouintiam Peruuij, Regias Cācellarias, ac earū officiales atq; miniſtros viſitaturus appulit: in quo negotio diſtentus, Archiepiſc. Mexicanus creatus eſt per mortem Petri Moya de Contreras ſupremi Indiarum Præſidis. Licentiato Sanctos Garcia Inquiſitore, Xaliſcano Epiſcopo creato, Alphonſus à Peralta Arequipe in peruuio oriundus in eius locum ſufficitur, ac fiſcalis Licentiatus Martos de Bohorquez in ciuitate Sāctę fidei in nouo Granaten. Regno natus conſtituitur. Nunc autem Inquiſitionis miniſterio funguntur Inquiſitor Licentiatus Alphonſus Peralta, ac fiſcalis Licētiatus Martos de Bohorquez, Secretarius Petrus Saez de Mañoſca, Queſtor Petrus à Vega, Receptor Martinus de Biruieſca, Roldanus Aduocatus fiſci, Doctor Garcia de Carauajal, Nuncius Petrus à Fonſeca, qui duplici officio vacat.

20 Qualificatores † libros exquirunt atque ab erroribus expurgant, vt eos ab Hiſpania in Indiam miſſos præuideant, quorum primus qualificator eius Inquiſitionis fuit ex Prædicatorum familia frater Dominicus de Salazar, qui Archiepiſcopus Philippinarum mortuus eſt. Secundus, frater Bartholomæus de Ledeſma, ſacræ Theologię magiſter, nunc Oaxacaēſ. Epiſcopus. Tertius, frater Petrus de Prauia, magiſter in ſacra Theologia, qui fuit electus Epiſcopus Panamaēſis. Quartus Magiſter frater Ioannes Ramirez. Quintus Magiſter frater Auguſtinus de Auila Padilla, ſacræ Theologiæ peritiſsimus, vir Euangelicâ eloquentiâ & oratione diſertiſsimus, ac doctrinâ & morum probitate conſpicuus, ac ſuper omnia diligentiſsimus Indicarum rerum indagator, qui librum Hiſtoriæ Prouinciæ ſancti Iacobi Mexicani ſtylo felici conſcriptum edidit: quique nobis lumen attulit ad Inquiſitionis Peruuienſis ſcriptionem. Huic frater Chriſtophorus Guerrerius à Gōgora, ſacrę Theologiæ Præſentatus, proximè ſubſtitu-
21 tus eſt. † Hi omnes ex Dominicana familia ſemper fuerunt, quibus librorum omnium cenſura frequentius
22 cōmiſſa eſt. † Nec me præterit, quāto ſtudio ac ſolicitudine in hac Inquiſitione, propoſitionū qualificatio, librorumq; examen exerceatur: vti enim ex animaduerſionibus & cenſuris à Mexicana Inquiſitione ad ſupremū Generalis Inquiſitionis tribunal denuo deſtinatis accepimus, adeò ſolicitè huic operi incūbunt, vt præter huius ſupremi tribunalis approbationē, quæ ſanè valdè perpendenda eſt, extent recentes notæ, quibus libri quidam in Hiſpania valdè recepti, poſſint ac debeant omnino expurgari.

## *De Inquiſitione Regni Nauarræ.*
## *Cap. XXII.*

SVMMARIVM.

1 *Gregorius IX. in Nauarra, ann. 1230. creauit Inquiſitores, vt contra Albigenſes hæreticos inquirerent.*

2 *Inquiſitio quo tempore in hoc Regno renouata ſit, & Iudæi pulſi, incertum eſt: & autoris de ea re iudicium.*

1 THEOBALDO † II. Nauarræ Rege, ſex ab eo decurrentibus annis, quo in Aragonia, ac Cathaloniæ Inquiſitionis autoritas adoleuerat Gregorius IX. anno ſalutis 1239. ab eius verò Pontificatus initijs duodecimo, die 23. menſis Aprilis, in Nauarra creauit fidei cenſores, Magiſtrum (vel forſan miniſtrum) fratrum Minorum ſuppreſſo cognomine, ac fratrẽ Petrum de Leodegaria, ordinis Prædicatorum Pampilonæ degentem, quibus iniunxit, vt iuxta veterũ canonum diſciplinam, ac iuxta nouiter ab eo condita ſtatuta, plurimorum hæreticorum, qui non ſecretè, ſed palàm, per inſignem eorum impudentiam, contra Eccleſiaſticam libertatem, ac Beati Petri claues debacchabantur, petulantiam, atque dementiam ſeuerè comprimerent, ac grauiſſimè vindicarent, cuius delegationis reſcriptum in Vaticano repertũ eſt. Dat. nono Kal. Maij anno 12. vt refert Petrus Rodulphus lib. 12. Hiſtor. Minorum titulo de cuſtodia Nauarræ.

Hic fuit Albigenſium error, qui cùm radices Pyrenæorum ab ea parte, quà in Galliam vergunt occupaſſent, contagio illa vicinitatis commercio per Nauarram breui curriculo ſe dilatare potuit, ac ſerpere. Hinc clarum relinquitur in Nauarra ab anno 1238. ſanctæ Inquiſitionis Officium fuiſſe inductum. Gregorius namque Pontifex Maximus anno 1227. de menſe Martij creatus eſt, à cuius Pontificatu duodecimus annus connumerabatur, à Natiuitate Domini milleſimus duceteſimus triceſimus octauus.

Quo tempore in eo Regno Inquiſitio renouata ac reformata ſit, apud neminem literis conſignatum reperi. Verùm Leonis X. Pontif. Max. Bulla Data 15. Iulij. 1513. poſt mortem Ioannis Epiſcopi Dertuſani duo Generales Inquiſitores in Aragoniæ atque Nauarræ Regnis, quæ ad Ferdinandum Catholicum ſpectabant, creati ſunt: nempe Ludouicus Epiſcopus Dertuſanus, ac frater Petrus Ioannes Pol ex Dominicana familia. Cum etiam Ferdinandus anno 1512. regnum illud rite expugnatum poſſidere ceperit, conijcere licet anno ſalutis 1513. in regno Nauarræ inſtauratam fuiſſe Inquiſitionem, cum ei prouinciȩ Inquiſitor Generalis datus ſit.

Eadem quoque ratione conijcimus ab eo regno Iudæos ac Mauros quibus plenum erat, ex ijs qui à Cantabria ac Hiſpania exulabant, quemadmodum à reliquis Hiſpaniæ regionibus pulſos eſſe, cum ad eius regis deuenerit poteſtatem, cui antiquius nihil erat, quàm omnia eius regna ab ea caligine ſerenare, Sanctum eius Prouinciæ Tribunal Inquiſitionis diu Calaguriæ conſedit, nunc verò Logronij reſidet.

## *De Inquiſitione Galliæ.* CAP. XXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Sanctus Dominicus primus fuit Inquiſitor, in Gallia Narbonen.*

2 *Frater Lambertus Tholoſæ Inquiſitor creatur, anno 1233.*

3 *Frater Gullielmus Arnaldus, & quinque alij anno 1242. illius prouinciæ Inquiſitores martyrij gloriam conſequuntur.*

4 *Iacobo Rege Aragonum gloria prædictorum martyrum reuelata eſt.*

5 *Epiſtola conſolatoria collegij Cardinalium, ad fratres Prædicatores Aquitaniæ.*





6 *Frater Petrus Sylanus anno 1233. Tholoſæ Inquiſitor creatur.*

7 *Tholoſæ à tempore ſancti Dominici vſque ad hæc tempora fuerunt Dominicani Inquiſitores.*

8 *Lutetiæ Pariſiorum Inquiſitores.*

9 *Rhemenſis prouinciæ ſpeciales habuit fidei cenſores.*

10 *Fratres Dominicani anno 1233. à Gregorio IX. Inquiſitores creati ſunt in Prouincia Galliæ Gallicè, vulgò [Prouence] Hiſpanicè [Prouenza.]*

11 *In Pedemontana Prouincia, & Sabaudia probatur fuiſſe Inquiſitores.*

12 *Frater Raimundus Inquiſitor anno 1530. à Tholoſa quare fuerit relegatus.*

13 *Sanctus Pontius, Tholoſanus Inquiſitor Tholoſæ quo tempore floruit.*

ANTIQVISSIMA eſt apud Gallos omnium, quæ in Dei Eccleſia extiterunt, ſanctæ Inquiſitionis Officij inſtitutio delegata. Ab Innocentio namq; III. vſque ad Honorij etiam III. tempora in Narbonenſi Gallia Inquiſitio continuata eſt, magnâ eius prouinciæ felici-
1 tate, † eò præſertim, quòd primus ipſius Inquiſitor D. Dominicus clariſſimi ordinis Prædicatorum pater ac inſtitutor creatus fuerit. Sanè Gregorius IX. ea delegatione Inquiſitorum morte finitâ illam inſtaurauit, ac de nouo conſtituit anno ſalutis 1233.
2 21. Aprilis † Tholoſanæ prouinciæ cauſas fidei committens fratri Lamberto, viro ſtrenuo, atq; grauiſſimo. Poſtea † verò an. Dom. 1242. 28. Maij
3 in inſignis eius diei Vigilia, qui Aſcẽſioni Dominicæ feſtus eſt, martyrij gloriã adepti ſunt frater Guillelmus Arnaldus ſupremus in ea prouincia Inquiſitor, ſimul cum quinque alijs Collegis, quorum duo ex Prædicatorum familia Fr. Bernardus à Peñaforti, ac Fr. Garcia ab Auria, duo ex Minorum ordine frater Stephanus, ac frater Raimundus Carbonerius erãt: alter Raimundus Scriptoris, Canonicus Tholoſæ, Archidiaconuſq; Lecacenſis. Cum ijs etiam Prior Auinioneti, Monachus Cluniacenſis ac tres Clerici; Bernardus Fortanerius, Ademarus, ac Petrus Arnaldus ſancti Officij Secretarius, ſublati ſunt, qui omnes Chriſto vitam reddentes, quam pro nobis omnibus in Cruce obtulit Patri ouantes, & lætitia geſtientes exultarunt in canticum [Te Deum laudamus] decantantes. Horum itaq; martyrum pro Chriſti gloria extinctorum dignatus eſt Deus gloriam quamplurimis reuelare, nãq; (vt cæteros conſultò prætermittam)
4 † Iacobus Aragonum Rex glorioſo expugnatoris nomine cognominatus, cùm ex ſuo more excubias iuxta hoſtes faceret, cælum vidit apertum, ex quo mirifici ſplendoris radij dimanabant. Petrus Marſilius, qui illius inclyti Regis vitam ſcripſit, cap. 58. lib. 3. refert eum illo tempore in obſidione Xatiuæ, vel alterius oppidi in Regno Valentiæ exiſtentem, luminiſque illius cæleſtis admiratione captum dixiſſe impoſsibile eſſe, quin ea nocte Deus mirabile aliquod facinus patraret. Iſta tamen viſio quid portenderet, quouſque Barcinonem veniſſet, non intellexit, vbi Dominicani Patres feliciſsimũ ſucceſſum Guillelmi Arnaldi ſupremi illius prouinciæ Inquiſitoris qui monte Peſſulanâ oriundus erat (vnde & Rex originem traxerat) aliorumque Chriſti Martyrum ei renunciauerunt.

In quorum omnium honorẽ quàm multa miracula fecerit Deus breuitati ſtudentes omittimus; ſed cùm Beatorum Inquiſitorum (quos ſuprà diximus)

diximus) Martyrij forma Romam peruenisſet, ſede Romanâ vacante, Cardinalium Collegium Aquitaniæ re-
5 ligioſis, eos his verbis conſolando. † Non vos præterit (chariſsimi in Chriſti filij) religionem veſtram ad fidei tutelam, bonorum morum plantationem, fidelium ædificationem atque ſolatium, hæreſeos exſtirpationem, vitiorumque euulſionem in iſtis Tholoſæ partibus à Diuo Dominico patre veſtro inſtitutam eſſe, cui quidem inſtituto vt abſque hæreticorum calumnia integriùs atque perfectiùs incumbere poſſetis, reiectis agris, omnibuſque mundi bonis libenter ſpretis, ceruices veſtras voluntariæ paupertatis iugo ſuppoſuiſtis, veſtraque omnia deſideria ad legem & teſtimonium dirigentes, impetraſtis à Domino linguas à cælo edoctas: nonnulli tamen, phreneticorum more, mente abalienati in ſuos ſpirituales medicos, hoc eſt, Chriſti ſeruos, Inquiſitores, eorumque ſodales atque miniſtros truculenter ac horribiliter ſæuierunt, quod non ſine dolore percepimus. Porrò non potuiſſent hæretici illis tantum officio prodeſſe, quãtùm perſecutionibus atque internecione profuerunt, quibus credimus, ne dũ Martyrij cauſa penſata, ſed tempore, modo, qualitatibus, ac alijs circumſtantijs, quæ in alijs Chriſti athletis interceſſerunt glorioſam Martyrij palmam comparaſſe.

Sanè Beatus frater Petrus Silanus,
6 vel (vt alij vocãt) Celanus, † cuius ſanctitas apud diuerſos autores commẽdata, teſtataque eſt à Gregorio IX. anno Incarnationis 1233. quo pluribus patribus Tholoſarum fidei cauſas delegauit, Inquiſitor creatus eſt, deceſſitque anno 1257.

7 Ab eo † itaque rerum ſtatu vſque ad hæc noſtra calamitoſa tempora in Antiquiſsimo Prædicatorum Cœnobio Tholoſano, quod olim ſancti Romani, modò verò ſancti Thomę Aquinatis appellatur, ſemper fidei Inquiſitores extiterunt.

8 Lutetiæ † quoque Pariſiorum, ac in eius territorio fuerat Inquiſitio, vt comprobant Apoſtolicæ Alexandri IIII. literæ dat. Viterbij anno ſalutis 1258. Eaque diutiùs in pia illa & religioſa ciuitate ſtetiſſet, niſi occulto Dei iudicio Reges ij ſtatim occubuiſſent, quorum ſtudium in euertendis hæreticorum machinationibus omnino propendebat. Sed & Rhemẽſis
9 Prouincia † ſpecialis habuit fidei cenſores: Iacobus namq; Mexerus in Annalibus Flãdrię refert an. ſalutis 1419. Fratrem Petrum Floreum Dominicanum illi prouinciæ in cauſis fidei prę-fuiſſe.

10 In prouinciã verò Galliæ quę κατ᾽ ἐξοχὴν id nomen habuit quã etiam Delphinatus hodie continetur, Gregorius IX. ann. Domini 1233. (vt narrat Stephanus Salanocus) quoſdã Dominicanę familiæ ad cauſas fidei delegauit, cuius meminit etiã Laciardus Monachus Cæleſtinus. In ea prouincia Inquiſitores aliquãdiu Frãciſcani fuerunt, licet nunc Dominicani ſint.

11 In † Pedemontana verò prouincia, ac Ducatu Sabaudiæ S. Inquiſitionis tribunal cernitur extitiſſe, cùm Fr. Petrus Rufienſis ex Prædicatorum Cœnobio Taurinen. pro Chriſti gloria mactatus eſt, quem inter ſeptem inſigniores fidei Inquiſitores Eymeric. ſermo. 2. S. Petri Martyris commemorat. Inquiſitor de Vercelli affirmat glorioſum hunc martyrem Inquiſitorẽ Taurinen. fuiſſe; Suſæ tamen pro fide cecidiſſe, quam poſtea euertit alia de cauſa Fredericus II. Imperator. Sed cum Imperator idem deceſſerit, ann. Domini 1250. fortaſsis auſit aliquis ex eo tẽpus præfigere, quo martyrio coronatus eſt ſanctus ille Inquiſitor



Inquiſitor ac ſeruus Dei Rufienſis. At falli id ẽ poterit, nam Suſa etiam poſt obitum Frederici aliqua ex parte reſtituta eſt, vnde nec certò poteſt id temporis deſignari.

Ann. circiter † 1530. F. Raymundus,
12 qui Adrianus VI. Pont. Max. propter eius egregia fidei ac aliarũ virtutum ornamẽta, Tholoſam cum Inquiſitionis poteſtate miſerat; quoniam rectè ac ſine hominum diſcretione in credita ſibi prouincia nauabat operã, ab ea relegatur, ab illoq;, & huius vallis lacrymarũ exilio ad eam gloriã tranſmigrauit, quam repromiſit Deus diligẽtibus ſe. Huius meminit Felix Caſtel Francus in ſuo Chronico: Inquiſitor de Vercelli eum ann. ſalutis 1545. deceſsiſſe narrat.

13 Beatus verò Poncius Tholoſanus † temporibus Clementis Papæ fuit vigilantiſsimus S. Ægidij Inquiſitor, qui cùm eo loco natus eſſet, maiori hominum notitia magna edidit hæreticorũ ſupplicia, honorificentiſsimamq; memoriam pietatis, auſteritas vitę, ac ſanctæ parſimonię, quibus inſignis fuit, in omnem poſteritatem ſibi comparauit. Inquiſitor Vercelli Leandrus lib. 5. fol. 195. huius pij viri in Inquiſitorum loco odoriferã recolit memoriam: narratq; S. Ludouico Frãcorum Regi intimum, neceſſariumq; fuiſſe, cuius vita functi 17. Iunij ſepulchrum multis claruit miraculis. Quod verò in Leandri lib. dicitur eum viam vniuerſę carnis fuiſſe ingreſſum, an. 1263 id impreſſorum vitio verti oportet.

## *De Inquiſitione Flandriæ, Atrebati, ac vicinarum Inſularum.*

## *Cap. XXIIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Frater Robertus Dominicanus in Flandria, & Atrebato, multos hæreticos combuſsit.*

2 *Cameraci vulgo Cambray, antiqua Inquiſitionis memoria fuit.*

3 *Frater Ioannes Omach, Inquiſitor in Hollandia & Zelandia, quoſdam hæreticos perſequutus eſt.*

4 *In Anglia, Scotia, & Hibernia, non conſtat fuiſſe Inquiſitores.*

IN Gallia Belgica, in qua Flandri, Atrebates (vulgò Arteſiẽs), alijq; vicini continentur, antiquiſsimus eſt S. Inquiſitionis vſus: nam Mexerus in ſuis earum regionum Annali-
1 bus meminit, fratrem Robertum † Prædicatorum in Flandria, & Atrebati plures hæreticos cõbuſsiſſe, quã nis alij (ſed perperam) ad Sodomitarum potius, quàm ad hæreſeos crimẽ
2 illud referant. † Cameraci autem multo abhinc tempore Inquiſitores fuiſſe ex Thoma Brabantino, qui fuit ſancti Thomæ Aquinatis condiſcipulus, in fine in libri ſecundi de apibus luculenter colligitur, dum ſcribit Eligium quendam illius temporis impoſtorem, vt rogum, in quem timebat à Dominicanis imponi, euaderet, ab immundo ſpiritu ſe diuexari ſimulauit. At certum eſt, niſi patres illi Inquiſitores extitiſſent, nec ipſum metu perculſum, nec ab illis hæreticos igni mulctatos eſſe.

In Hollandia, & Zelandia, certa etiam eſt Inquiſitorum opera: Inquiſitionis tamen in eis Inſulis principium eò magis incertum eſt, quòd
3 apud Bernardum de Luxemburgo, † commemoratur Hermãnum Riſuich hæreticum à fratre Ioanne Ommach, ex Dominicana familia compreſſum eſſe: Annus quo id contigit impreſſorum vitio (vt credimus) deſideratur. Nunc verò tantum abeſt, vt in eis Inſulis prſideat Inquiſitio, vt à vera religione,

ligione, & Rege noſtro Philippo II. Principe ſuo deficientes, impuræ mulieris imperio, dæmonis iugo, & turpiſsimæ ſectæ legibus ſe ſummiſerint.

4 In Anglia, Scotia, atq; Hibernia, † nulla ſunt Inquiſitionis veſtigia, imò in vita Cardinalis Poli innuitur ante infelicem illarum Inſularum caſum iudices ſęculares crimen hęreſeos caſtigare ſolitos, quod forſan magna potuit eſſe occaſio, vt in tam miſeros laberentur errores.

## *De Germaniæ Inquiſitione.*

## *CAP. XXV.*

### SVMMARIVM.

1 *Carolus Magnus Imperator in Saxonia Officium S.Inquiſitionis inſtituit, formamq; procedendi Inquiſitoribus præſcripſit.*

2 *Conradus, Maſpurgẽſis, Dominicanus, autoritate Apoſtolica in vniuerſa Germania fere 20. annis varias hæreſes & hæreticos condemnauit.*

3 *Idem Conradus ab Innocentio III. in quibuſdam diœceſibus Inquiſitor conſtitutus fuit, & tandem Inquiſitor Generalis creatus ab Honorio III. vel Gregorio IX.*

4 *Inquiſitores Dominicani maximè commendati fuerunt in vniuerſa Germania, ab Imperatore Frederico II.*

SAcroſanctũ Inquiſitionis Officium quantis retro ſęculis in Germania extiterit, quantaq; antiquitate polluerit, ex his quæ Trithemius monachus S. Benedicti in Polygraphia ſcribit, haud difficilè dignoſci poteſt, vbi de Carolo Magno, qui cũ bellũ Saxonũ, quod annos fere 34. cũ Francis durauerat (quãuis interpolatum) proſecutus eſſet, tandẽ ſub iugũ eos miſit, & eam gentẽ omnẽ ad Chriſti cultũ redegit. Ac poſtremò veritus ne denuo, ſicut pluries, apoſtatarent à fide, ſecretos quoſdã cõſtituit exploratores, quibus Iudiciariam contulit poteſtatem, qui totam Saxoniam peragrãtes, de fide, & moribus gẽtis ſecretè inquirerẽt, & diligẽter: & quos cumque reperiſſent à fide apoſtataſſe, raptores, adulteros, blaſphemos, Chriſtianam rempublicam perturbantes, aut populum ad Paganiſmum reuocantes, vel ſolicitantes, ſine dilatione Imperiali & Regali autoritate impunè laqueo ſuſpẽderent, vel aliàs vt poſſent, necarent. Vt autẽ hæc inſtitutio perpetuò maneret incõuulſa, dedit eiſdẽ viris poteſtatẽ ſubſtituẽdi alios ſub certis cõditionibus idoneos, qui memorata facultate gaudẽtes, Officiũ Inquiſitionis, & mortis exercerẽt. Leges deniq; ſecretas, & notas occultas, & iuramenti formã eis præſcripſit, quibus in iudicãdo, & puniẽdo iuſtè procederẽt, ſibiq; mutuò noti alios laterẽt, & neceſſariũ in terra Saxonica iudiciũ ſecretiùs perpetuò conſeruarent. Alphabetis etiam certis inter ſe vtebãtur ad tẽpus, quæ tamen abuſu tandẽ penitus defecerunt. Inquiſitionis tamẽ huiuſcemodi officiũ ad pręſens vſq; permanet tempus, cuius miniſtri Feimeri vulgò nuncupantur.




Tãtam Regis, & Imperatoris Magni pietatẽ, ſi mihi flumen eſſet eloquentiæ, laudibus ad cælos efferre ſummopere



pere deſiderarem. Cum enim ſuis tẽporibus Sum. Pontif. à Gotthis, & Barbaris nationibus tantopere vexari, & agitari cõſpiceret, vt eorũ autoritate religio niti non poſſet, iudices eos victis & domitis nationibus dabat, qui Põtificis rebus eſſent pręſidio, & Chriſtianã religionẽ in Saxonia Germanię prouincia ſtabilirẽt. Tũ eo iure vtebatur pius Imperator, quaſi ceſſo ab antiquis Põtificibus. Siquidẽ legimus in Chronic Martini Poloni de Pelagio I. Sum. Pont. in hęc verba [Hic conſtituit vt hęretici, vel ſciſmatici per ſęculares poteſtates punirẽtur] inde mirari deſinet, ſi quis hæreticos ab an. 555. vſq; ad Caroli Magni tempora iudicio ſæculari dãnatos legat. Non enim id ſolùm obtinuit, ſed etiam quidã Principes id ſibi priuilegij tribuunt, ex illa Pelagij conſtitutione. Veruntamen vbi ſedi Romanæ ſua vis, & autoritas redijt, Inquiſitionis Eccleſiaſticæ decus penè labefactatum Sum. Pontifex recepit, & reſtituit in ijſdem prouincijs, vt Chriſti regnum in illis, quamſtudioſiſsimè fieri poſſet, ſartum tectum conſeruaretur. Idem enim Trythemius in Chronic. Hirſaugẽſi, quod felici ſtylo exarauit, cũ Hiſtorię progreſſum ad ea, quæ circa annũ 1254. gerebantur, deuolueret, apertè fatetur Conradũ Maſpurgẽſem Dominicanæ familiæ alumnum priorem autoritate Apoſtolica, in vniuerſa Germania conciones habuiſſe aduerſus illius tempeſtatis hæreſiarchas eorumque ſectatores, ex quibus plurimos decem annorum circulo & nouem, quo prædicto muneri flagranti, ac penè diuino zelo vacauerat, ardentibus flammis pro virili tradidit: & alibi: circa annum 1215. dum ingentem hæreticantium numerum, quos ſuos errores clam, & veluti per occultos calles diſſeminantes, palàm adinueniſſet pręnominatus fidei cenſor, ſimili ſupplicio octoginta fere exterminauit in ciuitate Argentina. Poſtea verò anni 1253. geſta enarrãs, ſic autumat: Idem frater Conradus, totius Germanię Generalis fidei cenſor, nobiles plurimos, clericos, monachos, moniales, ciues, & ex humili plebe nõ paucos de hæreſi conuictos igne conſumpſit. Quamobrem quibuſdam ex maioribus natu id intuentibus, dum nollent ſuis erroribus abrenunciare, eum interimere propoſitum fuit, ſicque glorioſo, ac felici exitu vitam concluſit, cuius corpus in Maſpurgenſi ciuitate veneratur.

Ex quibus, & alijs quæ Trithemius interſerit, colligi proculdubio poteſt, ſupradictum ab Innocentio III. ſub annum 1219. Inquiſitoris Officio in quibuſdam diœceſibus eſſe donatum, ac tandem dum Honorius III. vel Gregor. IX. Innocentij legitimi ſucceſſores eum aduerſus hæreticos ſæuientem, ac conantem cernerent, Generalem fidei quæſitorem feliciter creauerunt in Germania.

Et quidem quàm ſit veritati conſonum, quod nuper dicebamus, liquet clarè ex Imperatoris Frederici II. edicto edito Paduæ, anno 1221. nõ longè ab Imperatoris corona promulgatũ, eoque decernit vniuerſis Germaniæ prætoribus, ac iudicibus, benignè ordinis ſancti Dominici religioſos recipiant, eiſque debitum præſtent obſequium, quatenus Summi Pontificis ſanctionibus & ſtatutis Inquiſitorum munus obirent, fideique gubernandę ac tutandæ cura eſſet demandata: quod ſanè, vbi Catholicę Reipub. gubernacula tractant, hactenus durare certò cõſpicimus. Tenor autẽ talis eſt.

FRedericus Dei gratia Romanorũ Imperator, & ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex dilectis Principibus ſuis, venerabilibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijſq; Prælatis

 Eccle-

Eccleſiarum Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Sculcetis, Burgarijs, Aduocatis, iudicibus, Miniſterialibus, officialibus, & omnibus per totum Imperium conſtitutis, præſentes literas inſpecturis fidelibus ſuis, Gratiam ſuam, & omne bonum.

Commiſſi nobis cælitus cura regiminis, & Imperialis, cui (dante Domino) præſidemus, faſtigium dignitatis, materialem quo diuiſim à ſacerdotio fungimur, gladium aduerſus hoſtes fidei, & in exterminium hereticę prauitatis exigunt exercendum, vt perfidiæ vipereos filios contra Deũ & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni vteri corroſores in iudicio & iuſtitia perſequamur: maleficos viuere non paſſuri, per quorum ſcientiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauius infligitur corruptela. Statuimus itaq; ſancientes vt heretici quocumque nomine cenſeantur, vbicumque per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia & ſeculari iudicio aſſignati, animaduerſione debita puniantur. Si qui verò de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas ſanctiones, ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudãtur. Præterea, quicũq; heretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, ſeu alijs locis Imperij, per Inquiſitores ab Apoſtolica ſede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores, hi qui iuriſdictionem ibidem habuerint, ad Inquiſitorum & aliorum catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos artiùs cuſtodire; donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta, & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem, callidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè quòd facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum: eos præterea, qui conuicti in vno loco de hæreſi, ad alia loca ſe transferunt, vt cautiùs poſſint effundere virus hæreticę prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: vt ſuper hoc per viros ab eodem errore conuerſos ad fidem, nec non & per alios, qui eos de hæreſi conuicerunt (quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum) euidens teſtimonium habeatur. Item mortis ſententiæ ducimus addicendos, ſi quos hæreticorum ad Iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæreſim abiurantes, poſtmodùm de falſo iuramento conſtiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuam, vt ſibi damnabiliùs iniquitas ſit mentita, & pœnã debitam mendacium non euadat, omne inſuper proclamationis, & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus, volentes, vt de finibus Imperij, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur. Cæterùm, quia quantò maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tantò deuotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcit autoritas: Si reos læſæ Maieſtatis in perſonis eorum, & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multò fortiùs iuſtiuſq; contra Dei blaſphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores prouocamur, eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum & aduocatorum ſuorum, hæredes, & poſteros, vſque ad ſecundam progeniem beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus imperiali autoritate priuantes, vt in paterni memoria criminis continuo mœrore tabeſcãt, verè ſcientes, quòd Deus Zelotes eſt, peccata patrum in filios potenter vlciſcens. Nec quidem à miſericordiæ finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacumque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceat innocentia filiorum. Ad hæc notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum pro fidei negotio in partibus imperij noſtri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque, qui ad hæreticos iudicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo, ſub noſtri Imperij ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope, ac recommendatione fidelium imperij eſſe volumus inoffenſos: Vniuerſitati veſtræ mandantes, quatenus quócumque, & apud quemcumq; veſtrum peruenerint, benignè recipiatis eoſdem, & perſonas ab incurſu hæreticorum eis inſidiantium conuerſantes, indemnes conſeruetis, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis corã Deo negotijs exequendis. Hæreticos verò, quos & oſtenderint ipſi vobis, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinendos, donec poſt Eccleſiaſticæ damnationis iudiciũ, pœnam ſubeant quam merentur: ſcituri quòd in executione ipſius negotij, gratum Deo, & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri imperij nouam, & inſolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vnà cũ iiſdem fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis foret exinde negligens, & remiſſus, ac etiã inutilis, coram Domino, & conſpectu noſtro poterit meritò culpabilis apparere. Dat. Paduæ xxij. Februarij, xij. Indictione.



## *De Inquiſitione Auſtriæ.*
## CAP. XXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Dominicani fratres, anno 1315. circa Cremam magnum hæreticorum numerum cremarunt.*

2 *Inquiſitio in editionibus Auſtriæ nunc eſt.*

IN Archiducatu Auſtrię S. Inquiſitionis veſtigia remanſerunt: nam cùm an. Domini 1315. magnũ hæreſeos mõſtrum obortum eſſet, cuius hæreſis propoſitiones refert Trithemius in Hiſtoria Hirſaugenſi, cùmq; aliqua hominum millia Cremam verſus, quæ ad Archiducatum pertinebat eius cõtagio cecidiſſent,
1 à Dominicanis Inquiſitoribus † eis
quamplurimis concrematis, igne peſtis ſopita eſt, ac in eo ſtatu † ſanctum
2 Inquiſitionis Officium hoc tempore, quo tam neceſſarium eſt, perſeuerat, vt conſtat ex quadam Epiſtola Antonij Groſupti alterius ex Theologis Concilij Tridẽt. quę ante aſſertiones Catholicas Feliciani Ninguarda, à Martinio poſita eſt, ac in fine Epiſtolæ ſe ſubſcribit commiſſarium Generalem ſanctæ Inquiſitionis per totam Auſtriam.

De

### *De Inquiſitione Vngariæ, & Poloniæ.*
### *Cap. XXVII.*

SVMMARIVM.

1 *Martyrium ſancti Nicolai, & S. Ioannis Epiſcoporum, & Inquiſitorum Vngariæ, & Poloniæ.*

2 *Frater Ioannes Eſchenfeld, Inquiſitor Pragæ à quodam hæretico occiſus eſt.*

A PRIMIS Inquiſitionis cunabulis legimus ſanctũ Nicolaum, & ſanctum Ioãnem Epiſcopos & Inquiſitores † in illis prouincijs al-
1 terum excorticatum, ac pelle exutum, vti fuit S. Bartholomæus Apoſtolus: alterum lapidibus obrutum, martyrij palmam reportaſſe: de quibus Chronica de Vſusmaris, atque Leandrus libr. 2. virorum illuſtrium meminêre.

In Poloniæ † Regno fuit, & eſt In-
2 quiſitio; nihil tamen de eius progreſſu atque ſtatu legimus; niſi quòd frater Vincentius Iuſtinianus ſcripſit, anno 1580. in capitulo generali Romæ audiſſe, fratrem Ioannem Eſchenfeld Inquiſitorem Pragæ, non multis ab hinc annis martyrio ſublatũ eſſe. Hunc die Veneris ſancto, in ſuo Cœnobio concionaturum conuenit hæreticus, quaſi ei peccata confeſſurus, quem cum peramanter ſanctus Inquiſitor in ſuam cellulam perduxiſſet, poſteà à ſodali ad concionem accerſitus, inuentus eſt quamplurimis vulneribus confoſſus.

### *De Inquiſitione Dalmatiæ, Boſnæ, Raguſiæ, Croaciæ, & Iſtriæ.*
### *Cap. XXVIII.*

De

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio olim fuit apud Dalmatiam, Boſnos, Raguſos, Croacos & Iſtros; & Bullæ quædam Apoſtolicæ ad eam rem facientes referuntur.*

1 APVD † Dalmatas, Boſnos, Raguſos, Croacos & Iſtros, vetus nobis videtur ſancti Officij inſtitutio: Nã (prout refert F. Franciſcus Gonzaga in ſua Hiſtoria de Origine Seraphicę Religionis Franciſcanę, eiuſque progreſsibus, de regularis Obſeruantiæ inſtitutione) in prouincia Dalmatię, in titulo de conuentu ſancti Franciſci Iadere 12. in ordine, pagina 434. aſſeruãtur in eius Chartophylacio ſequentes Apoſtolicæ literæ plumbeo ſigillo communitę. Prima Bulla Benedicti Papæ XII. ad hęreticę prauitatis Inquiſitores per Dalmatiam directa, quâ Fraticellorum vita cõdemnatur. Alia Bonifacij VIII. vt Prouincialis miniſter prouinciæ Boſnæ, vel eius Vicarius, duos ſibi ſubditos fratres hęreticę prauitatis Inquiſitores ſuper Raguſiam, Boſnam, Dalmatiã, Croatiam, atque Iſtriam inſtituere valeat. Alia Ioannis XXII. quâ Inquiſitorum hęreticę prauitatis munus per Dalmatiam ſtabilitur; & alia eiuſdem, quâ idẽ munus confirmatur: & alia eiuſdẽ ne Dominicani Patres ad huiuſmodi munus in eadem prouincia aſſumpti, fratres Minores ſibi in coadiutores aſciſcant. Itẽ alia eiuſdem, vt Rex Vngarię ab Inquiſitoribus fidei pręmonitus ſibi contra hęreticos Dalmatas opitulari teneatur, ac ſuppetias ferre. Alia Nicolai Papæ IIII. qua fidei Inquiſitores per Boſnam inſtituuntur, præcipiturque, vt qui eo munere in Dalmatia fungũtur, Illyricum idioma calleant. Refert Franciſcus Diacetus

in



in cap. finali vitæ ſancti Dominici, in Dalmatia ſanctum Paulum eius prouinciæ Inquiſitorem ab impijs hæreticis igne fuiſſe conſumptum.

### *De Inquiſitione Armeniæ, Georgianæ, Græciæ, Tartariæ, Ruſsiæ, ac duarum VValachiarum.*
### *Cap. XXIX.*

SVMMARIVM.

1 *Bullarum quarundam Gregorij IX. anni 1378. tenor ad Inquiſitionem harum prouinciarum pertinentium.*

ALBERTVS Caſtellanus inter Põtificias Bullas, quas impreſsit Venetijs ann. Domini 1516. octo aut nouem à Gregorio XI. ab anno Pontificatus eius quarto, vſque ad octauum, hoc eſt, à Natiuitate Domini 1378. à confirmato autem prædictorum ordine 162. expeditas tradidit; quibus inter alia continetur, fratres Dominicanos magnis laboribus, ac perſecutionibus verbum Domini infidelibus, qui ad Orientem, Auſtrum, & Septentrionem incolunt annũciare, ac in VValachia, Tyri ſiue Trapizundæ, & alijs remotiſsimis regionibus cœnobia conſtruxiſſe, pluresque à Gregorio prædictæ familiæ mitti; eorum Antiſtite conſtituto, Venerabili Frat. Heliâ Petit Gallo. Aliâ item Vrbani Sexti Bullâ conſtat, Gregorium XI. Inquiſitorem Generalem in illis partibus, fratrem Ioannem Gallum eiuſdem ordinis delegaſſe; cum tamẽ is mortuus eſſet, Vrbanus ea Bulla Prędicatorũ Generali mandat, quatenus tres in eius locum nominet Inquiſitores; Alterum in Armenia, ac Georgiana, alium in Gręcia, & Tartaria; Tertium verò in Ruſsia; ac ambabus VValachijs. Ergo latiſsimè patet S. Officij autoritas, magnaq; ſunt Dominicanorũ in Inquiſitionem merita, qui eius fructum in abditiſsimos mundi angulos propagauerint.

### *De Inquiſitionibus Lombardiæ.*
### *Cap. XXX.*

SVMMARIVM.

1 *Sanctus Dominicus primus fuit Inquiſitor Lombardiæ.*

2 *S. Dominico mortuo hæreſes reuixerunt.*

3 *Fratres Dominicani Inquiſitores creantur.*

4 *Sanctus Petrus Martyr, Inquiſitor Mediolani primus fuit.*

5 *Cardinalis Godofredus Legatus, anno 1229. ſtatuta fecit Mediolani contra hæreticos.*

6 *Mediolani ordinarij contra hæreticos, vſq; ad annum 1232. proceſſerunt.*

7 *Edictum S. Petrus promulgauit contra hæreticos, an. 1233.*

8 *Pœna capitis, quæ hæreticis debetur, quare à S. Petro Martyre illis iniuncta non ſit.*

9 *S. Petrus Martyr 27. annos natus, Inquiſitor creatus eſt, & 20. annis illud S. Officium præſtitit.*

10 *Guidotus à Sexto in Lombardia primus Inquiſitor fuit, & in ea prouincia Dominicani ſemper ſunt Inquiſitores.*

11 *S. Petrus Martyr an. 1251. ab Innocẽtio IIII. iterum Inquiſitor creatur.*

12 *S. Petri Inquiſitoris Martyrium.*

13 *Parmæ conſpiratio contra Florium Inquiſitorem oritur.*

14 *Raynerij Sacon Inquiſitoris Lombardi geſta, & perſecutiones.*

15 *Ala-*

15 *Alexandri IIII. Bullæ Reynerio Inquiſitori directæ.*
16 *Frater Michael Giſlerius, qui fuit poſtea Papa Pius V. fuit Inquiſitor Comi, anno 1550. & eius geſta in illo diſtrictu.*
17 *Fratris Michaelis Giſlerij ſententia ſapientiſsima.*
18 *Frater Michael Giſlerius Inquiſitor ab illuſtriſsimis Inquiſitoribus Cardinalibus ad Euorianos hæreticos mittitur.*
19 *Pius V. anno 1564. Philippo II. Hiſpan. Regi perſuaſit, vt ad normam Hiſpaniæ Inquiſitionem in Mediolanen. Ducatum introduceret.*
20 *Rex Hiſpaniæ voluit Inquiſitionem Mediolani ad formam Hiſpaniæ introducere, & eius rei ſucceſſus.*

IN Lombardorum prouincia, quã continentur Inquiſitiones Medіolanenſ. Patauina, Bercellina, Mantuana, Ferrarien. Brexen. Bononien. Turinen, ac Veronen. omniũ
1 primus † Beatus Dominicus ſanctum Inquiſitionis officium Honorio III. Põtif. Max. exercuit, quo tempore Catarorum iam penè ſopita deliria ita rebellarunt, vt neceſſarium Honorio videretur in eam prouinciam talem Inquiſitorem, qualis Dominicus eſſe poterat, delegare, qui & doctrinâ & igne ſceleratiſsimarum hæreſum ſpineta conſumeret, quæ inimicus homo tum Mediolani, tum in alijs Lombardiæ partibus diſſeminauerat. Sanè D. Dominicus ſuorum familiarium, ac præſertim eorum, qui tertiæ Regulæ nuncupantur, operâ ac diligẽtiâ vſus, ita peſtem illam latè iam graſſantem compreſsit ac profligauit, vt breuiſſimo ſpatio partim ſublati, partim in miſerrimam fugam fuerint coniecti; paucisſimi verò qui ſupererant, ignominioſè latitarent, vt Robertus Epi-
2 ſcopus refert. † Mortuo verò B. Dominico, in illa prouincia Inquiſitionis Officio interrupto, ex paucisſimis radicum fibris ita mala illa herba multiplicata, dilatataq; eſt (vt Trithemio referente) anno Domini 1230. eorum conuenticula, quæ Mediolani habita ſunt, cum hæreticis Alemaniæ ac Frãciæ pepigerint, vt ſibi quotãnis certa pecuniæ ſumma ſuccurrerent. Quia tamen ignem ſemper indicat fumus, non tandiu ſceleſta hominũ conuerſatio latere potuit, quin etiam intra biennium ex Catholicorum notione ad Gregorium IX. Pontificem Maximũ perueniret. Quamobrem † Gre-
3 gorius ratus, quàm bene D. Dominicus in ea prouincia Honorij eius prædeceſſoris tẽpore de Chriſtiana Republica meritus fuerat, eius familiæ plures Inquiſitores per diuerſas eius
4 regiones diuiſit. Contingit † ſtrenuo Chriſti Athletæ S. Petro Martyri Mediolanum, ac eius diſtrictus, ann. 1232. vt ex inſtrumẽtis ac publicis ſcripturis eius ciuitatis, quæ poſteà latiùs referemus, apparet. Ex quibus itidem infertur ſanctum Petrum Martyrem primum fuiſſe in illa vrbe Inquiſitionis iudicem. Nam Bernardinus Corius eques Mediolanen. qui diligẽtiſſimè hæreticorum eius temporis exceſſus cõſcripſit, refert ad eorũ audaciam refrænandã Godofredũ † tituli
5 S. Marci Cardinalem, cum poteſtate Legati de latere, ann. Domini 1229. à Gregorio IX. Mediolanum miſſum, qui ſtatuto cauit, ne tẽporales gubernatores Archiepiſcopo Mediolane. in hæreticos inquirenti obicẽ ponerent, quinimò illi officio atq; fauore opitularentur. Item ſtatutum ab eo erat quod poſtea in vniuerſa Italia pro lege cuſtoditũ eſt ad ſancti Officij meliorem



liorem expeditionem ex Innocentij IIII. & Alexandri IIII. præſcripto) videlicet, vt ex Archipræſulis illius ciuitatis, duorum inſuper ex familia Prædicatorum, totidemque Minorum voto, duodecim Catholici viri eligerentur, ac ſinguli per ſingulas vrbis portas diſpoſiti hæreticos perſequerentur, ac Archiepiſcopi cuſtodiæ traderent: ſubditque idem Corius ſtatuta hæc fuiſſe condita, primum votum in Conſilio emittente Fratre Guaca Prædicatorũ ordinis, tanta animi magnitudine prædito, vt in ſequenti anno 1250. (cum adhuc Epiſcopus Brixiæ eius patriæ non eſſet, ſicut poſtea fuit) Mediolani ſedis Apoſtolicæ legatus fuerit conſtitutus: fuitque hic (vt Diu. Antoninus, ac alij referunt) cui Deus ſancti Dominici gloriam paulò poſt eius tranſitum oſtenderat.
6 † Mediolani igitur eo tempore Archiepiſcopi, tanquam ordinarij, aduerſus hæreticos procedebant, vſque ad annum 1232. quo Gregorius IX. ſanctum Petrum Martyrem Inquiſi-
7 torem Mediolani creauit. † Bernardinus Corius, qui eius ciuitatis chartophylacia perluſtrauerat, cum ad annum 1233 perueniſſet recenſet edictum, quod S. Petrus Martyr eo anno in eius Inquiſitionis exordio promulgauit, quod tamen lenius erat cæteris, quæ ſequentibus annis promulgata ſunt, vt inferiùs commemorabimus. Fuerunt igitur tunc Mediolani contra hæreticos plura ſtatuta lata, quæ autor ille ex publico inſtrumento, in hanc quæ ſequitur formam elicuit.

In nomine Domini anno 1233. eius Incarnationis, die Veneris 17. Septẽbris, Indictiõ. 7. ſub regimine Oldradi à Treſco Gubernatoris Mediolanen. Fra. Petrus à Verona ordinis Prædicatorum, Apoſtolica, qua cõtra hæreticos fungitur autoritate de qua conſtat inſtrumento publico recepto penes Obizum Scazago Notarium Mediolanen. ann. 1232. autoritate etiam dicto F. Petro à communi Mediolanen. conceſſa in quodam Generali Conſilio, vt alio publico Inſtrumento continetur eodem anno, penes Singinbaldum à Turre Notariũ Mediolanẽſis Reipub. recepto & teſtificato: ſequentia capitula contenta in quadam Pontificis ſummi Bulla data dicto fratri Petro de Verona, in qua excõmunicati ac anathematizati ſunt hæretici omnes Cathari Patareni, Pauperes de Lugduno, Paſſagini, Ioſephini, Arnaldiſtæ, Eſperoniſtæ, ac aliorum nominum alij, qui quamuis diuerſas facies ac inſtituta habere videantur, omnium tamen vna radix, vnum peſtiferum cenſetur eſſe ſementum, ac quos cùm à Ieſu Chriſti Eccleſia damnati ſint, æquum erat à ſeculari iuſtitia rapi ad pœnam, ac etiã in perpetuos carceres detrudi, niſi à ſuis erroribus reſipiſcerent. Item etiam receptores, defenſores, fautores dictorum hæreticorum habeantur pro excommunicatis, qui ſi poſteaquàm pro excommunitatis denuncientur, non emendentur, ipſo facto infamiæ ignominiam incurrant, ac inhabiles habeãtur, ac ſint ad comitia, officia, teſtimonia, hæreditates capeſſendas, tum etiam ad agendum in iudicio proſe, vel pro alijs, vel ſe vel alios defendendum, & ſi fortè Iudex aliquis in eorum fauorem ſententiam tulerit, talis ſententia ipſo iure nullitatem incurrat. Item, quod nullus aduocatus ac cauſarum patronus pro illis audeat poſtulare, neúe tabelliones in eorum fauorem inſtrumenta conſcribere; quod ſi contrarium fuerit attentatum, ſit irritũ, caſſum, atq; inane, ac aduocati ipſi, atq; Notarij eandem pœnam incurrant: Si verò clerici fuerint, ab omni officio & bene-

&beneficio priuentur, qui ſi Eccle-
ſiæ aſpernati fuerint fulminationes, à
ſæculari poteſtate iuxta eorũ deme-
rita caſtigentur. Item, ſi iſtorum ali-
quis notabiliter ſuſpectus fuerit, eius
qualitate penſatâ, ſi canonicam pur-
gationem deſideret, ad eam ſedulò
admittatur: ſi tamen per annum in
ſua excommunicatione perſtiterit,
ab ea non ſatagens abſolui, tanquam
hæreticus caſtigetur, omni appella-
tione remota. Nec ab alijs iudicibus,
vel tabellionibus ad ſuorum officio-
rum exercitium admittatur, ſi con-
trarium quiſpiam facere attentaue-
rit, ſuo quoq; officio meritò priuetur.
Nec nõ quòd clerici ac Cruce-ſigna-
ti hoſpitalarij Hieroſolymitani, atque
templarij, tales iam dictos ad Eccle-
ſiaſticam non recipiant ſepulturam,
nec eorum oblationes, vel eleemoſy-
nas recipiant, ſub pœna priuationis
ſuorum officiorum, quibus abſq; ſpe-
ciali ſedis Apoſtolicę facultate reſti-
tui nequeant. Quòd ſi pertinaciter
eos ſepelire contenderent, excom-
municationis vinculo ſubiaceant, do-
nec hęreticorũ corpora proprijs ma-
nibus ac publicè, à ſuis Eccleſijs amã-
dent. Item etiam, quòd nullus ſęcula-
ris publicè, vel ſecretè de fide Catho-
lica ſine excommunicationis metu
audeat diſputare. Item, qui intellexe-
rit hæreticos ſecreta habere con-
uenticula, vel curare in communem
fidelium conuerſationem extraordi-
narios, ac ab alijs conſuetis diuerſos
mores, vel conſuetudines introdu-
cere, curet citò ſuo deferre confeſſa-
rio, vel alteri, qui illud Antiſtiti no-
tum faciat, ſuppoſita confitentis vo-
luntate, atque licentia. Vlteriùs quòd
hæreticorum filij, eorumq; recepto-
res aut defenſores vſq; ad ſecũdam ge
nerationẽ, nullius officij aut beneficij
Eccleſiaſtici ſint capaces. Itẽ, quòd do
mus, quibus temerè hæretici recipiũ-
tur, vel recepti ſunt, debeant demo-
liri, nec vlterius reædificari valeant:
ac demum non ſolùm hæc contra hę-
reticos, ſed contra eos, qui illorum
erroribus crederent, locum habeant.
Inſuper qui hæreticum nouerit, nec
eum detulerit, vel manifeſtauerit, vi-
ginti libris mulctetur: quod ſi ſoluen-
do non ſit, in exilium mittatur. Tan-
dem ſtatutum eſt, vt bona receptato-
rum ac defenſorum hæreticorũ vſq;
ad tertiam eorum partem confiſcen-
tur pro prima vice, pro ſecunda rele-
gentur, donec integrè ciuitati fuerit
ſatisfactum, ac pro coronide, quòd ci-
uitatis gubernator iuret obſeruare ac
cuſtodire facere dicta ſtatuta, ac præ-
dictum iuramentum à ſuis exigat ſuc-
ceſſoribus, ſub pœna 200. librarum
argenti, ac etiam incapacitatem in-
currat, inhabiliſq; reddatur ad publi-
cas dignitates, & munera obeunda.
Hæc omnia apud Bernardinum Co-
rium habentur.

8 Nec quiſpiam † ſanè miretur in eo
edicto capitis pœnam non proponi
contra hæreticos, qua adeò condigni
ſint de iuſtitię ęquitate, vt luculenter
apparet ex epiſtola D. Hieronymi
53. ad Riparium contra Vigilantium,
ac ex D. Auguſtino in epiſtola 48. ad
Vincentium, & in epiſtola 50. ad Co-
mitem Bonifacium, ac in tractatu 11.
ſuper Euangelio Ioannis. Quibus in
locis præter plura, quę huic propoſito
appoſita narrat, Nabuchodonoſor
Regem laudat, quod edidiſſet in bla-
ſphemos mortis pœnam, ac eorum
domus funditus euerti. Age verò cõ-
cilium Chalcedonẽſe, cum in actione
eius prima in reuerendiſsimorum Pa-
trum cõſpectu Eutychis hæreſiarchæ
liber lectitatus eſſet, Dioſcorus Ale-
xandrinus Epiſcopus, ac eius iam an-
tiquus patronus ac fautor, nonne è
veſtigio proſiluit in hęc verba? con-
feſſus Eutychẽ, ſi aliud ſentiret, quàm

Eccleſia



Eccleſia decerneret, non ordinaria
pœna, ſed igne eſſe vindicãdum? Ber-
nardinus verò ſermone 66. de qui-
buſdam agricolis locutus, qui ſine iu-
dicis autoritate quoſdam hæreticos
confixerant: ego verò (annectit) ze-
lum ruſticorum laudo, factum tamen
non conſulo; quamuis proculdubio
ſanctiùs ac æquius iudicarem hære-
ticos illos competentis iudicis auto-
ritate fuiſſe ſublatos, quã quod mul-
ti eorum verſutijs caperentur. Nec
tamẽ neceſſum nobis eſt ſanctorum
autoritate niti, cum in Deut. 13. cap.
Deus id ipſum conſtituerit, nec ſolũ-
modò tamen hæreſiarchas necan-
dos eſſe præcipiat, ſed quemlibet
etiã ſibi adſtrictiſsimo ſanguinis vel
conſuetudinis vinculo coniunctum
qui quidpiam aduerſus fidem pro-
nunciaret, ſine vlla miſericordiæ ſpe
ad iudicẽ debere deferri, vt eius ſen-
tentia vitã amitteret, ac cui eius de-
lictum priùs conſtitiſſet, iubebatur,
vt poſt ſententiam primus noxio in-
ferret manus. Nec id tantùm aduer-
ſus hæreticos conſtituitur; ſeuerius
illud eſt, quod ibi ſequitur, nẽpe hac
pœna in hæreticos nedum, ſed etiam
in ciuitates, per quas eorum ſerperet
lues, eſſe animaduertẽdum, vt hære-
tici, qui in illis reperti fuerint, non
tantùm illi pœnæ ſubiaceant, ſed vt
ædificia, & omnia quæ in eis ſunt, de-
populentur, ac etiam incendantur,
eorumque reædificatio ac reparatio
interdicatur. Ergo hoc mortis ſuppli-
cio, ac ſanè grauiſsimo omnium, quod
excogitari poſsit, hæreticorum ne-
quitiam compẽſari oportet. Pruden-
tia tamen, quæ iuſtitiæ, ac omnium
moralium virtutum anteſignana eſt
ac mater, cogit iudices quandoque,
quorum autoritas nõ ſatis confirma-
ta eſt, vt diſsimulato aliquantulum
rigore legum, paulatim ſibi vendicẽt
poteſtatem. Ita ſapientes Hieruſa-
lem Roboamo Salomonis filio con-
ſuluerunt, cuius ſanè dictis ſi obtem-
peraſſet, non ita maiori regni portio-
ne decidiſſet, nam & Iehu Rex Iſrael
vt vnctus eſt ita populo imperabat,
vt eum magis rogare ac ſuadere vi-
deretur, ſicq; Deo intentatas iniurias
vltus eſt.

Cum igitur (vt ad edictũ noſtrum
regrediamur) eo tempore necdum
Mediolani conualuiſſet Inquiſitio,
vbi hæretici ab anno 1230. ſuas col-
locauerant ſedes, caſtraque metati
fuerant, vt in Hiſtoria Hirſaugenſi
narratur, quibus cum alij Germani,
Galli, ac Itali eiuſdem farinæ confœ-
derati erant, eoſq; maxima pecuniæ
ſumma confirmabant: nõ ita à naſcen
tis Inquiſitionis exordijs potuit S. Pe-
trus in eos capitis pœnã ſtatuere, præ
ſertim quia Frederici Imperatoris
(qui eo tempore obediens Eccleſiæ
non multùm erat) ac aliorum Italiæ
Principum in deuotione non ita Ec-
cleſiæ autoritas conualuerat, vt Ec-
cleſiæ Romanæ Põtifices quoad cor-
poris pœnas, id quod modò, vel tem-
pore Caroli Magni, aliorũq; piorum
Imperatorum tempore poſſent. Sanè
non multò poſt, Oldrado à Tereſco
etiam Mediolanen. gubernatore (vt
Corius refert) hæretici igne crema-
bãtur, ſicut & in alijs Italiæ partibus.
Idem quoque Corius de anno 1242.
ſcribens alia proſequitur, quæ D.
Petrus cõtra hæreticos expediuit, ac
poſtea de anno 1252. de eius marty-
rio ſcripſit, quod ex adminiſtratione
illius S. Inquiſitionis officij hæretico-
rum conſpiratione ſecutum eſt. Hic
9 glorioſus Inquiſitor † in eo munere
Mediolani viginti annis continuis
verſatus eſt, vel ſanè tempore inter-
calato, quod eſſe potuit, extirpatis ab
ea prouincia hæreſibus, ac Gregorij
morte, delegata illius poteſtate fini-
tã, quam poſtea hæretica peſte re-

R uiuiſcen-

uiuiſcente Innocentius IIII. illi rein-
tegrauit, illudq; (vt obiter dicam) non
vulgare eſt eius ſanctitatis indicium,
quod 27. nato annos tantum pondus
atque prouincia committeretur.

10 Primus † tamen in Lombardia fidei
cenſor fuit Fr. Guidotus à Sexto, qui
infinitos propemodũ hæreticos igni
tradidit, ac iuxta canonicas ſanctio-
nes perplura hæreticorum bona æra-
rio copulauit; hic tantum terrorem
in ea prouincia hæreticis incuſſerat,
ac tam egregiè eo munere perfun-
ctus eſt, vt ab eo in hæc tempora ex
prædicatoribus ſemper mittantur ad
illam Inquiſitores.

Innocentio IIII. communi Eccle-
ſiæ paſtore hæretica prauitas, quæ in
Lombardiæ cõfecta ac ſopita videba-
tur, iterũ pullulabat, ac etiam per non
11 nullas Italiæ ciuitates graſſata eſt. †
Quamobrem Pontifex cũ ann. 1251.
à 17. Iulij vſq; ad 8. Septẽb. Mediolani
ageret, animaduerteretque plures in
ea ciuitate eſſe hæreticos, potẽtiâ ac
temeritate pernicioſiores, S. Petrum,
cuius virtutem Inquiſitionis officio
appoſitiſsimam experiẽtia commo-
ſtrauerat, ei muneri reſtituit. Porrò ſi-
mul atq; Inquiſitor creatus eſt, hære-
tici non pauci ſibi fugâ proſpexerũt,
ſuperſtites verò, anathematis mucro-
ne, alijſque corporalibus pœnis S. Pe-
trus feriebat, eoſq; ita diuexabat, vt
in illius feliciſsimum martyrium cõ-
12 ſpirarent. † Cum itaque à Como Vr-
be, cui etiam Inquiſitor datus erat,
Mediolanum veniret, anno 1252. die
6. Aprilis, qui erat Sabbatũ ante Do-
minicam in Albis, medio cõfecto iti-
nere teterrimus quidam hæreticus
pretio quadraginta librarum ab alijs
militibus ſubornatus, ei obuiã factus,
multis vulneribus eum cõfodit, quo
aſſaſsinio eam gloriam, quam in vtra-
que Eccleſia poſsidet, conſecuta eſt.
Demortuo itaque ſancto Petro mar-
tyre, eius prouinciæ Inquiſitionis of-
ficium fratri Roboaldo obuenit. Ab
anno tamen ſalutis 1252. vſque ad
annum circiter 1258. Mediolani flo-
ruit Fr. Petrus de Arcanaño, ordinis
Minorum, ſanctus ac ſtrenuus hære-
ſum debellator, cuius mortis tempus
incertum eſt. Erat Arcanañus hære-
ticis infeſtiſsimus, quapropter cum
aliquando in eorum inſidias incidiſ-
ſet, monitus eſt vt eorum nomina ex
libris Inquiſitionis educeret, quibus
cum ſanctus Inquiſitor ſe nullo pacto
id facturum renunciaret, cum ſodali
ſuo, Fr. Cathalano, crudeliſsimè ab
hæreticis pro Chriſti gloria Vmbrai-
dæ mactatus eſt, vnde in Viennen.
Valentiã ad ſepulturam traducti ſunt,
vt atteſtantur Gonzaga atq; Rodul-
phus Neoterici ex Minorum familia
ſcriptores: ille in martyrum Cate-
goriæ, quam ſcripſit conuentus Me-
diolanenſis: Alter verò in ſuo ſancto-
rum Alphabeto, atque in cuſtodia
Viennenſi, vbi cuiuſdã errorem dam-
nat, qui ſcripſerat illorum ſanctorum
corpora Valentiæ in Hiſpania fuiſſe
ſepulta.

13 Tempore † Martini Papæ IIII. Par-
mæ quiddam accidit admirandum,
quod Honorius IIII. in Bullario ſan-
cti Officij, ac Bernardinus Corius in
Hiſtoria Mediolanenſi commemo-
rant. Florius quidam in Lombardia
diligentiſsimus prauitatis hæreticæ
Inquiſitor, de quo in additionibus
Campegij ad Zanchinum perplura
celebrata ſunt: hic (inquam) inter in-
numeros, quos combuſsit hæreticos,
quandam mulierem relapſam Parmę
rogo imponendam dum curat, ecce
hæreticorum, qui in pellibus ouium
erant, conſpiratione facta, excitato-
que tumultu, magna ſeditio repen-
te orta eſt, & à multiplici ſacrilego-
rum hominum grege ad cœnobium,
vbi Inquiſitor erat, concurritur, vbi





ipſe, reliquique eius fratres capitali-
bus iniurijs, ac diuerſis vulneribus af-
fecti ſunt, nonnulli etiam fuſtigati,
quorum vnus ex contractis vulneri-
bus non multò poſt exſpirauit. Tan-
dem direpto, expilatoque cœnobio,
eius alumni ab illius ciuitatis termi-
nis eliminati ſunt. Quod ſanè flagi-
tium Honorius Papa nõ inultum re-
liquit, ac fratres illos ſuo reſtituit poſt
liminio.

14 Floruit † eodem tẽpore Raynerius
Sacon, Placentinus, qui cum hæreti-
corum Dux decem & ſeptem annis
fuiſſet, ex eorũ caligine ad fidem con
uerſus, religioſam vitã profeſſus, tan-
tùm virtutibus creuit, vt ei Inquiſi-
tionis munus in Lombardorum pro-
uincia creditum ſit. Nam poſt tranſi-
tum S. Petri Martyris, ac Roboaldi
eius in ſancto Officio ſucceſſoris, Me-
diolanum cum Inquiſitoris poteſtate
legatur, vbi plures brachio ſæculari
relaxauit, & eius diligentia, quæ per
ſanctum Petrum prędeceſſorem hæ-
reticis prophetico ſpiritu prædicta
erant, opere ſunt adimpleta: nam ar-
cem ac Pagum Catam, quæ hæreti-
corum erat propugnaculum, ad ce-
menta deleuit, ac in quadam ſolenni
actione Nazarij ac Deſiderij eius loci
Epiſcoporũ oſſa, quæ ibi propter in-
ſignem illorum impietatem venera-
bantur, igni credidit per ignominiam
comburenda. Hoc tamen illius eſt
opus, qui ex Auguſtino hæretico Au-
guſtinum Eccleſiæ noſtræ decus, ac
ex Paulo Iudęo ac perſecutore Gen-
tium magiſtrum effecit. Præclarus
hic Inquiſitor graues etiam ſubiuit
perſecutiones, nam vt refert Corius
11. Nouembris, anni Incarnationis
Dom. 1259. Vbertus Chriſtiani no-
minis parum ſtudioſus, qui eo tem-
pore Mediolani gubernacula inuaſit,
Raynerium relegauit, ac ſequenti
quoque anno fratrem Aycardum
ſancti Euſtorgij alumnum, quòd pu-
blicè in hęreticorũ inueheretur exi-
tia, in exilium miſit. Leandrus lib. 4.
virorum Illuſtrium commemorat,
Vberti contra Raynerium odij cau-
ſam fuiſſe, quòd Raynerius de ſcele-
ribus atque delictis Vberti ad Roma-
num Pontificem ſcripſiſſet: quamob-
rem illum Pontifex excommunica-
uerat, quo facto illi valdè ſuccenſuit,
miſitque ex eius amicis quoſdam ad
ſancti Euſtorgij domum, vbi erat
Raynerius, qui eum rigoroſè ac aſper
rimè tractarunt, quibus Raynerius,
omni internecionis formidine libera
tus, reſpondit. Illi autem ſanctum vi-
rum occidere auſi non ſunt, ſed in-
dicto banno receſſerunt, quod Ray-
nerius patienter pro Chriſti nomine
tulit. Sed enim iuſtus Deus non per-
miſit Vbertum diu impune agere,
nam cum ille pluribus ſe nequitijs
coinquinaret, nec permitteret hæ-
reticos Mediolani, Cremonæ, atque
Placẽtiæ ad ſupplicia peti, Papa eum
ab excõmunicationis vinculo abſol-
uere nunquam voluit, ac tandem ad
extremam reductus inopiam, vt inde
ſuppliciũ naſceretur, vnde proficiſce
batur iniquitas, Inquiſitorum Domi-
nicanorũ poteſtati traditus, ſuæ im-
pudentiæ cauſam eſſe, non quòd hæ-
reticorum ebrioſis dogmatibus cre-
deret; ſed quòd eorum largitionibus,
ſuæ auaritiæ ſatisfaceret, publicè pro-
feſſus eſt.

Huius præterea Inquiſitoris me-
moriam recolunt Franciſcus Pegna,
in quadã ſui Directorij parte ac Lean-
drus Inquiſitor Vercellenſ. illiq; tan-
quam eo tempore Inquiſitorum in-
ſigniori diplomata duo Alexandri
IIII. directa ſunt, quorum tenor eſt in
hunc qui ſequitur modum.

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruo-
rum Dei, dilecto filio Raynerio, nec-
non alijs fratribus ordinis Prædicato-

rum, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum autoritate felicis recordationis Innocẽtij Papæ prædeceſſoris noſtri, in Lõbardia Inquiſitionis officium contra hęreticos fueritis hactenus executi: nos deſiderantes tã nociuam peſtem prauitatis hæreticæ, quæ pullulare in illis partibus cõſueuit, cum omni ſolicitudine exſtirpare, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſecundùm à Deo vobis datam prudẽtiam, autoritate noſtra in eiuſdem Inquiſitionis officio procedatis, iuxta ipſius prædeceſſoris directarum cõtinẽtiam literarum; ſtatutis cõtra hæreticos editis; quæ idem prædeceſſor in capitularibus ciuitatũ & locorum Italiæ annotanda, & ſeruanda mãdauit: ac literis Eccleſiarum prælatis, & alijs Lombardiæ ſuper negotio ipſo directis, in ſuo robore duraturis. Dat. Neapoli, 6. Kalend. Maij Pontificatus noſtri anno primo.

Idem Alexander IIII. Summus Pontifex ampliat, & declarat nõnulla capita conſtitutionum Innoc. IIII. contenta in Bulla.

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Fr. ordinis Prædicatorũ, Inquiſitoribus hęreticorum in prouincia Lombardiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cũ ſecundùm tenorẽ conſtitutionum felicis recordationis Innoc. Papæ prędeceſſoris noſtri, quas in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiæ annotari mandauit, cõtineatur; quòd quælibet poteſtas, ſeu rector, cuiuſcũq; ciuitatis ſeu loci, infra tertium diẽ poſt introitum regiminis ſui, duodecim viros probos & Catholicos, & duos Notarios, & duos ſeruitores, vel quot quot fuerint neceſſarij, inſtituere teneantur, quos Diœceſanus ſi præſens extiterit, & intereſſe voluerit, & duo fratres Prędicatores, & duo Minores, ad hoc à ſuis ſuperioribus, ſi conuẽtus ibi fuerit eorundem ordinis deputati, duxerint eligẽdos, per quos inquirantur hæretici, & etiam capiantur. Teneãtur inſuper idem Poteſtas, vel Rector intra decẽ dies ſui regiminis, ſyndicare præcedẽtem proximo Poteſtatem vel Rectorem; & eius etiam aſſeſſores per tres viros Catholicos, & fideles electos ad hoc per Diœceſanum, ſi fuerit præſens, & per fratres Prędicatores, & Minores, de omnibus quæ in conſtitutionibus præfatis, & legibus, contra hæreticos & eorum complices edictis continentur. Et ſicut ad audientiam ipſius noſtri prædeceſſoris peruenit, quòd earundem conſtitutionum ſuper his plerumque impediatur effectus: pro eo (ſcilicet) quòd interdum illi, qui prædictos viros debẽt eligere, electioni huiuſmodi non poſſunt intereſſe, vel nolunt. Nos ad inſtar prędeceſſoris eiuſdem, ſuper his, ſicut conuenit, prouidere volentes, ſtatuimus, vt ſi Diœceſanus & fratres Minores, prædictæ electioni prædictorum virorum noluerint, vel non potuerint intereſſe, per aliquem veſtrûm, ſeu illos, quibus id duxeritis committendũ, in locis, in quibus Inquiſitionis officium exercetis, eligere perſonas, ſeu viros huiuſmodi liberè valeatis, vobis, & veſtrũ ſingulis autoritate præſentiũ indulgemus; non obſtante iuramẽto, quod prædicti Poteſtates, & Rectores, de obſeruandis præfatis conſtitutionibus, exhibere tenẽtur, à quo ipſos, & quantum ad hos articulos ſine caſu duximus abſoluendos. Nulli ergo omnino hominũ, &c. Dat. Neapoli, 2. Kal. Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Idem Alexãder IIII. vt Inquiſitores procedant in negotio Inquiſitionis, iuxta ordinationes Innocentij IIII.

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum



uorum Dei, dilectis filijs Fratri Raynerio Placẽtino, & alijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, & Marchia Ianuẽſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum felicis recordationis Innocentius Papa, prædeceſſor noſter, cõtra hæreticos prędicationem Crucis vobis duxerit per ſuas literas cõmittendam, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in negotio procedatis eodem, iuxta literarum continentiam earũdem. Datum Anagniæ 5. Idus Auguſti Pontificatus noſtri
15 anno primo. † Quibus conſtat iam ante ab Innocentij IIII. temporibus Raynerium in Lombardia Inquiſitorem ac S. Cruciatæ fuiſſe Prædicatorem.

16 Michael Ghiſlerius, † ex Prædicatorum familia clariſsimus Pater, qui poſtea ad Pontificale culmen ſublatus, Pius V. appellatus eſt Comi, quæ Lõbardiæ ciuitas eſt, Inquiſitor fuit oppoſitus quibuſdam erroribus, quæ in ea Diœceſi à Griſonibus quibuſdam Lutheranæ ſectionis diſſeminabãtur, Barlaſinæ præſertim, ac Valde-Chiauennæ, quos pagos barbaræ quædam atque feroces incolunt gentes. Hæc loca magno vitæ diſcrimine aliquandiu Michael, ſtrenuus Chriſti miles, perluſtrabat, vt hęreticorũ olfaceret fallacias atq; conuentus. Anno itaq; 1550. quo hæc agebãtur, Griſones illi ſarcinas duodecim damnatorum codicum Comum cuidam mercatori mittunt, vt eis per diuerſa loca diſtributis vniuerſam Italiam contaminarent. Quod vt Ghiſlerius reſciuit, apud ſequeſtrum ſarcinas retineri iubet, mercator autem ad Vicariũ capituli, ſede vacãte, recurrit, cuius autoritate atq; permiſſu ex ſequeſtro domum librorum faſces exportat. Inquiſitor tamen in viam iuris Vicariũ ac Canonicos requiſiuit, quatenus ab aliena meſſe manum retraherent, cui cum ne dum morem gererent, ſed etiam mortem cõminarẽtur, eos nexui anathematis innodauit, ac Illuſtriſsimis Cardinalibus, Romæ Inquiſitoribus, rem omnem per literas intimauit, qui cauſam illam ad ſuam audientiam euocarunt, eoſq; ad ſe venire iuſſerunt. Tum verò magna aduerſus Michaelẽ ſeditio orta eſt Comi, cui cũ grauiores iniuriæ inferrentur, illis tamen Chriſti pro gloria perpeſsis ſummopere delectabatur. Itaq; quadã die illius ciuitatis verſutorum puerorum examen, inter quos procaciores erant adoleſcentes, poſt atroces iniurias, lapidibus eum ad mortem impetunt. Ille tamen in domum Bernardi Odeſcalci equitis Comẽſis, ac S. Officij familiaris receptus, illud periculum euaſit. Canonici prædicti territorij Mediolanenſis Gubernatori plura de Fr. Michaele detulerunt aſſerentes eum Reipub. illius pacem perturbare, ciuitatemq; omnem peruertere, inhibitioniſq; quandam ſcedulam conſecuti ſunt, quibus gubernator cauſam illam ſub grauioribus pœnis euocabat. His tamen ille ſpretis minis, maiori animi contentione, totiſq; viribus Dei negotium procurabat. Quamobrem Gubernator Mediolanum, vt ad diem craſtinũ compareret, vocauit in ius. Hic de Michaele actum eſſe, Canonici exiſtimarunt. Nam cum ille, qui pro eius regulæ obſeruãtia pedibus iter faciebat, vt intra breuiſsimum terminum Mediolanum peruenire poſſet, non alio itinere, quàm breuiori, quod Barlaſinæ eſt (quo in loco trecentis antea annis ſanctus Petrus Martyrij palmam fuerit conſequutus) tranſiturum iri credebatur, inſidias in eo loco illi præpararunt, vt prætereuntem perditi quidam homines

aggrederentur. Cæterùm Michael,
quem Deus ad maiora Eccleſię com-
moda pręſeruabat,per aliam viam li-
cet longiorem,tantum contendit,vt
(quod incredibile videbatur)dilucu-
lo,ante citationis terminum,Guber-
natoris ſe præſentia ſiſteret:à quo in-
humaniter tractatus eſt. Nam pluri-
bus,Michaele aſtante, expeditis ne-
gotijs inaudito tandem eo Prætorio
indignabundus exceſsit,ac nuncium
Michaeli miſit, qui eius in illum iram
exponeret, ac carcerem minaretur,
ſed cum ille prædictorũ Canonico-
rum peccato, atque proteruia pluri-
mùm afficeretur, ac Dei gloriam ap-
primè zelaret, pedibus Mediolano
egreſſus, magnis rigentis frigoris, ac
alijs incommodis ſuperatis, eodem
anno in vigilia Natalis Domini Ro-
mam peruenit,tantoque animi ardo-
re Illuſtriſsimis Cardinalibus, ſanctæ
Inquiſitionis primatibus rem omnem
expoſuit,vt (non obſtãtibus eius am-
pliſsimi ordinis nonnullis, qui Cano-
nicorum agebant partes) diſcuſſa cau
ſa,victoriam,magnamq́ue apud om-
nes religionis exiſtimationem ex fla-
17 granti fidei zelo reportauerit. † Cui
cum quidam diceret,non impruden-
ter ab eo actum fore,ſi cum illo capi-
tulo ob reuerentiam ac obſeruãtiam
leuiùs egiſſet; hanc fertur protuliſſe
ſententiã,quæ inter ſapientium apo-
phthegmata connumeranda eſt: In-
quiſitor (inquit) qui in S. Officij ne-
gotijs ex perſonarum qualitate rem
18 penſat,ei muneri impar eſt. Is † Euo-
riana Eccleſia viduata paſtore, cùm
duo ad eam electi eſſent,quorum al-
ter votis maior Catholico, de hæreſi
ſuſpectus diceretur;cùm à Cardinali-
bus Inquiſitoribus ad illam Griſonũ
regionem veritatis inueſtigandæ er-
gò mitteretur, rogatus eſt habitum
vt mutaret,quoniã hæretici illi Præ-
dicatorũ familiæ eſſent inimiciſsimi.
At ipſe: Non mutabo (inquit) quin
imò maximũ reputabo beneficium,
ac Dei gratiam,ſi cũ hac veſte pro fi-
de mori mihi condonetur: mirus ta-
men fuit eius delegationis ſucceſſus,
namq; Griſones,licet impij viri,tamẽ
ſanctitatem, ac conuerſationem eius
admirati,hæretici inquiſitionem per-
ficere, illumq́; condemnare permi-
ſerunt.
19 Anno autem Domini † 1564. cum
Michael ipſe Ghiſlerius ad Pontifica-
le faſtigiũ eleuatus eſſet, qui Pius V.
appellatus eſt,tanquam expertus In-
quiſitionis in Eccleſia fructum, ratus
periculum, quod ardente in vicinio
peſte, Italiæ prouincijs imminebat,
Philippum II. Hiſpaniarum Regem
noſtrum,Eccleſię Atlantem,hortatus
eſt, vt Mediolani Inquiſitionis offi-
ciũ poneret,ſicut in Hiſpania, maxi-
mo ipſius fructu conſtitutum erat.
20 † Rex itaq; pro eius negotij executio
ne ſenatui Mediolanen.mandauit,vt
omnibus viribus in hanc rem cõten-
deret. Planè Mediolanen. vulgus (vt
cõmuniter fit)commoueri ac obſtre-
pere cepit,paulatim ad arma concur-
ritur, vniuerſaq́; ciuitas valdè tumul-
tuata eſt.Clamabatur paſsim, tyran-
nidem illud ſapere,ac à tam religioſo
Rege longè abhorrere Inquiſitionis
ſereniſsimam normam,quæ in Hiſpa-
nia Maurorum ac Iudęorum peſsimę
gentis eruendæ cauſa introducta eſ-
ſet, eam ingenuæ ciuitati impingere,
præſertim cum ex antiquiſsimo ſedis
Apoſtolicæ more in eam prouinciam
Inquiſitores delegarẽtur;quibus col-
loquijs ita vniuerſa ciuitas ſeditione
illa exarſit, vt difficillimum ſenatus
iudicaret vlteriùs progredi. Quam-
obrem Regis oratori reſpondit, pa-
ratos omnes eſſe ac promptos ad Re-
gis nutum viuere, cuilibet minimo
etiam illius decreto parere, eaq́; om-
nia pro viribus facere obſeruari,illud





tamen Reipublicæ inconueniens vi-
deri, cũ quòd ſeuerius Inquiſitionis
in Hiſpania inſtitutum, Mediolano
multis ex cauſis incõmodaret, maxi-
mè verò quòd iuriſdictio Mediola-
nenſis poteſtatis, quæ tot legibus ac
conſtitutionibus ſtabilita erat, nouis
S.Officij priuilegijs ac eius familiari-
bus fori prærogatiua extenuaretur,
vel ſaltẽ debilitaretur impenſè; tum
etiam quòd ea ciuitas ac vniuerſa
Italia ab ea Inquiſitionis forma pluri-
mum abhorreret: nec ſanè ſatis tutũ
cenſeri tam turbulentis temporibus
effrænatam plebem ſtimulare, ac ad
12 ſeditiones† cõcitare ſui naturâ noui-
tatibus ſtudẽtem, præſertim cum ex
eo negotio parum,aut nihil vtilitatis
aut dignitatis Regali coronæ eſſet
acceſſurum.

Hoc accepto ſenatus reſponſo,
Philippus Rex aliquibus motus ra-
tionibus,rem ſilentio contexit,vt re-
fert Natalis Comes in Italica Hiſto-
ria lib. 14.anno 1564.

## *De Inquiſitione Hetruriæ.*
## CAP. XXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Sanctus Petrus Martyr Inquiſitor Florentiæ Manichæos fudit.*

2 *Fratribus Franciſcanis in Hetruria,ob honorem S.Frãciſci Aſsiſien. anno 1258.Inquiſitio commiſſa eſt.*

3 *S. Petrus Martyr ſigno Crucis Dæmonem in forma equi ferociſsimi in foro Florentiæ fugauit.*

ANNO Domini 1244.
† vt ſcribit Michael
1 Florentinus in Chro-
nico Patrum Seruita-
rum, S. Petrus Martyr
cum Inquiſitoris po-
teſtate ab Innocentio IIII. Summo
Pontifice Florẽtiam mittitur Mani-
chæos hæreticos expulſurus:quorum
hæreſis in ea ciuitate rebellauerat,&
reuixerat, quos fudit ac ſuperauit S.
Petrus eâdem facilitate atq; ſucceſſu
quo Mediolani rem geſſerat:nam nõ
ſolùm Eccleſiæ, ſed & temporalibus
adminiculis vſus eſt. S. Antoninus
Archiepiſcopus eius ciuitatis,alijq́ue
referunt plures ex nobilioribus ciui-
tatis,inter quos gens Roſi clarior vi-
debatur, ſe contra hæreticos coniun-
xiſſe, eoſq́; duplici comparata victo-
ria à ciuitate depuliſſe, ſancto Petro
concionibus,ac pijs monitis eos con-
firmãte: earumq́; victoriarum monu-
mẽta ſunt iuxta S. Felicitatẽ, ac iux-
ta conuentum ſanctæ Mariæ Nouel-
le,in cuius rei memoriam ac S. Petri
Martyris gloriam quotannis die ſan-
cto Martyri dicato vexillum,quod il-
lę Chriſti militibus contra hęreticos
dederat per ciuitatem Florentiam
cũ proceſsione ſolenni geſtatur. Quo
2 tempore † S. Petrus Martyr Florẽtiæ
fuit, accidit quadam die dum iuxta
forum vetus è ſuggeſto ad populum
concionem haberet, Diabolus ſpiri-
tualibus fructibus,qui eius operâ ede
bantur,inuidens,ferociſsimi ac effrę-
nati equi formam ſumẽs, incredibili
furore audientes perturbans,atq; de-
terrẽs, eorum animos inquietare ſa-
tagebat:ſed S.Petrus,cognita fraude,
ſigno Crucis Dæmonem fugauit,ſic-
q́ue callidi, & veterati hoſtis doloſæ
artes nihil omnino profecerunt;nam
aſsiſtentes tanto prodigio permoti,
attentiores ad verbum Dei audien-
dum ac alacriores redditi ſunt, Dæ-
mon autem eluſus atq; confuſus eſt.
3 In hac prouincia † ob D.Franciſci
Aſsiſienſis honorem Inquiſitionis of-
ficium Franciſcanis ann.1258.ab Ale-
xandro IIII. conceſſum eſt, quod in
hunc vſq; diem conſeruarunt.

## De Inquiſitione Marchæ Anconitanæ, olim Piceni.

## CAP. XXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Dominicani fratres ann. 1253. in Marcha Anconitana iam erant Inquiſitores.*

2 *S. Paganus Bergamenſis Inquiſitor, & duo ſcribæ ſancti Officij anno 1277. pro Christi gloria occubuerunt, & nonnulla de eodem S. Pagano traduntur.*

3 *Frater Michael Ghislerius fuit Inquiſitor Bergami, & quid ibi ſtrenuè geſſerit.*

1 ANNO Domini † 1253. qui erat decimus Pontificatus Innocentij IIII. in Marcha Anconitana iam erãt Inquiſitores ex familia S.
2 Dominici. Inter quos † prçclarus lõgè fuit S. Paganus Bergam. qui Apoſtolica autoritate in ea prouincia Inquiſitoris munus exercens, viriliter pro Chriſti gloria cũ duobus ſancti Officij ſcribis occubuit, anno 1277. in eo die qui S. Stephani Martyrio dicatus eſt; tumulatus tandẽ fuit in ciuitate Como, vbi octo diebus eius corpore inſepulto, recentia quæ videbantur, vulnera, ac cruor continenter manãs inſignem eius Martyrij gloriam deſignauit; cuius etiam meminit Diacetus Epiſcopus in loco ſuperiùs allegato, ſuppreſſo Inquiſitoris nomine. Leandrus verò, & Seraphinus Rabi eum Inquiſitorem fuiſſe commemorant. Idem etiam Ioannes Antonius Flaminius ſcripſit in lib. 2. vitæ S. Dominici; vbi annectit ſanctum iſtum Inquiſitorem ac martyrem habitum S. Dominici per eius manus recepiſſe Bergami admodùm adoleſcẽtem, tantumque virtute profeciſſe, vt Summus Pontifex eius inſigni pietate agnita, illius diſtrictus creauerit Inquiſitorem.
3 Michael autem Ghiſlerius, † qui
poſtea (vt diximus) creatus Papa Pius V. eſt cognominatus, poſt Comum, Bergami etiam fuit Inquiſitor: vbi inter alia laude digniſsima, Gregorium Medolacum, virum nobilem, de hæreſi ſuſpectum perſequutus eſt, tandemq; neceſſarijs ac coniunctis Medolaci, qui multum in ea vrbe poterant contranitentibus comitis Ioannis Hieronymi patrocinio ad carceres perduxit, neceſſarios tamen, qui Medolacum ſub noctem vinculis liberauerant, abiurare compulit, recuperato reo: qui tamen poſtea Venetiam miſſus, in carceribus miſerè demortuus eſt. Sanè hoc facto Michaelis fama, quæ in dies augebatur, ita Romæ apud ſupremũ S. Inquiſitionis tribunal confirmata eſt, vt nõ multò pòſt Iulio III. Pontif. Max. cum Victor Soranzus, nobilis Patritius Venetus, Epiſcopus Bergamen. vehemẽter de hæreſi ſuſpectus eſſet, iterum Bergamum miſſus ſit, vt aduerſus dictum Epiſcopum inquireret. Negotium ſanè periculoſum, atq; difficile propter Epiſcopi illius gratiam atq; autoritatem, quibus plurimùm in ea ciuitate poterat, ſed Michaeli appoſitiſsimũ, qui Dei gloriam nullo periculo compenſabat. Itaq; ſtrenuè teſtes recepit, fecit proceſsũ ac munus exequutus eſt. Sed cum à communibus inimicis detectus eſſet, in id omnem intendũt curam vt Michelem cum fulminato proceſſu delerent; quod ipſe præſentiens, proceſſu fratri cuidam Franciſcano commendato, vt re magis diſſimulata, proceſſus inſidias poſſet euadere; quemadmodum Paulus à Damaſceno Præſide ita Ghiſlerius à

conci-



concitatiſsima hominum manu, ſpeciali Dei tutela liberatus eſt, recuperatoq; extra diœceſim illam proceſſu, Romam illũ ad Illuſtriſsimos Inquiſitores Cardinales aſportauit, Epiſcopuſque ille fuit Epiſcopatu priuatus, quem deinceps apertè conſtitit hæreticum eſſe, curaſſeque eius Diœceſim ſuo morbo contaminare, atq; inficere; quod (vt timendum eſt) ad exitum perduxiſſet, niſi ea ſancti ac admirandi Inquiſitoris Ghiſlerij prudẽtia ac ſolicitudine, annuente Deo, fuiſſet liberata.

## De alijs Italiæ Inquiſitionibus.

## CAP. XXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Dominicani Fratres anno 1251. in Marcha Treuiſana, ac Romaniola inquirebant.*

2 *Inquiſitionis officium anno 1253. in Genuenſi Senatu exercebatur, & quis fuerit primus in ea Inquiſitor.*

3 *Franciſcani Fratres in Ducatu Spoletano ab anno 1258. contra hæreticos ſolent inquirere.*

4 *Franciſcani Fratres in quibus Italiæ regionibus ſanctum Inquiſitionis officium exerceant.*

1 ANNO † 1251. qui fuit nonus Põtificatus Innoc. IIII. Fratres Dominicani aduerſus hæreticos in Marcha Treuiſana ac Romaniola, Inquiſitionis gladiũ diſtrinxiſſe com-
2 perimus. Sed & anno † Domini 1253.
in Genuenſi Senatu S. Inquiſitionis officiũ florebat, cuius primus Inquiſitor fuiſſe videtur Frater Anſelmus, de quo loquitur Auguſtinus Iuſtinianus, Epiſcopus Genuen. anno 1256.
3 In Spoletano Ducatu, † in quo ſancta
Inquiſitionis cura Frãciſcanis Fratribus incumbit, iam anno 1258. Alexander IIII. eam prædictis Fratribus impoſuerat. In Sauinienſi autẽ, Cam-
4 paniæ atque Reate diſtrictibus, †
anno 1260. erat Inquiſitio: nam in quibuſdam Bullis eo anno expeditis legitur inquirendi munus in Romano diſtrictu apud patrimonium ſancti Petri in Tuſciæ territorijs, in Sauinien. Campania, atque Reate Franciſcanis Fratribus fuiſſe commiſſum. Poſtea verò Clemẽs Papa IIII. Franciſcanorum iuriſdictionem Spoleto, Folgino, Aſsiſio (quæ ſancti Franciſci patria eſt) ac Montibus Apenninis, quæ Tuſciæ affines ſunt, quibuſdam quaſi limitibus coercuit.

## De Inquiſitione Veneta.

## CAP. XXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Frater Ludouicus Donatus Franciſcanus, Inquiſitor Venetijs anno 1378. Cardinalis creatus eſt.*

2 *Pius V. Summ. Pontif. voluit ad normam Hiſpaniæ Inquiſitionem Venetijs inſtituere, & quis fuerit eius rei ſucceſſus.*

3 *Pius V. quam formam dederit Inquiſitioni Venetæ, quæ nunc eſt.*

4 *Frater Felix Peretus, qui fuit Papa Sixtus V. fuit Venetijs Inquiſitor.*

IN Veneta Republica difficile admodùm eſt ſcire, quo tempore ſanctę Inquiſitionis tribunal erectum fuerit: illud tamen conſtat †
1 temporibus Vrbani VI. Summi Pont.
cuius Pontificatus initia fuerunt ann. 1378. Fratrem Ludouicum Donatũ, ordinis ſancti Frãciſci Inquiſitorem



Venetijs

Venetijs extitiſſe, qui ex eo munere in ampliſsimum Purpuratorum Collegiũ cooptatus eſt; ex quo ſanè tempore in hunc vſq; diem ſanctum inquirendi munus in ea clariſsima ciuitate continuatur.

2 Multis† deinde annis à Natiuitate Domini anno 1564. Pius V. Pontifex Maximus, immenſos eſſe fructus atq; optimam rationem Hiſpanicę Inquiſitionis ratus, ad eam normam in Republica Veneta inſtituere impenſè deſiderauit. Quamobrem ad eius ſenatum ſcripſit, rogãs atq; ſuadens, vt ad eam formã locupletatam Inquiſitionẽ reciperent. Hæc res plurimùm ancipites atq; ſuſpẽſos Venetos reddidit: nam recenti Neapolitanorũ ac Mediolanenſium exemplo ingenter commoti ſunt: exiſtimabant enim ſine magna vulgi perturbatione, ac armorum ſtrepitu rem cõfici non poſſe. Nec tamen Summum Põtificem, cui alia de cauſa inuiſi videbantur, contradicẽdo, ad maiorem iram impellere audebãt. Quare cum diu hærerẽt Veneti Legati, Põtificis tamen ſolicitudine ſententiã dicere cõpulſi, humiliter Pontifici reſpõderunt: ſcilicet, ſanctiſsimum, ac è Chriſtiana Republica valde eſſe, eos, qui à vero Eccleſiæ tramite deſciſcerent, ac hæreticis coinquinarentur erroribus, ſeueriſsimis ſupplicijs vindicari: minus tamen cõueniens ac durum omnibus videri, pro paternis peccatis filios ad extremam reduci inopiã, præſertim Venetijs, quę ciuitas religiõne & Eccleſiæ obediẽtia nemini ſecunda videretur. Curaturos ſeſe ſumma adhibita diligentia, eam ditionem ab omni hæreſeos macula tergere, ac etiam ſerenare, omnes falſas opiniones extirpando neceſſarijs remedijs diligenter conquiſitis, ac pertinaces pœna mortis occidendo, iuxta antiquam Inquiſitionis conſuetudinem: in cuius rei executionem cõfeſſarijs omnibus Venetijs mandatum eſt, vt ſub grauiſsimis cenſuris pœnitentes ad hæreticos reuelandos vrgerent.

3 Poſtquàm † Pius V. cognouit, non ſatis Venetis probari quæ rogabãtur, Inquiſitionem, quæ apud eos erat, quia autoritate ac grauitate (quibus ea potiſsimùm nititur) deſtituta erat, ita ordinauit. Vnus eſt in ea Republica Inquiſitor, qui ſimul cum Patriarcha Veneto, & Nuncio Apoſtolico, duobus etiam ex grauioribus illius inclyti ſenatus fidei cauſas determinaret. Senatores duo votum habent conſultiuum, reliqui verò deciſiuum, Secretarij ac Officiales ſancti Officij, Reipublicæ etiam ac ditionis Venetæ miniſtri cenſentur. Igitur Pius V. quòd ad eam formã, quæ Hiſpaniam fortunauit Inquiſitionem conſtituere non potuerit, ea tamen autoritate communiuit, atque firmauit Inquiſitionis arcem, qua ab hæreticorũ excurſionibus auguſtiſsima illa Reſpublica defenditur, & munitur.

4 Inter plures, † qui in ea Republica fuerunt Inquiſitores, clariſsimus fuit Fr. Felix Peretus Picenus ex oppido Montealto, ordinis Minorum cõuentualium, naturæ bonitate, ex plurimo doctrinæ ſtudio Theologus, ac inſignis concionator, qui Venetijs in Inquiſitionis munere fuit eximia cum laude verſatus: poſtmodũ Romę eius ordinis Generalis procurator à Pio IIII. Legationis in Hiſpania munere cohoneſtatus, & à Pio V. Vicarius generalis religionis, deinde Epiſcopus ſanctæ Agathæ, tum Presbyter Cardinalis tituli S. Hieronymi Illyricorum factus, tãdem anno ſalutis 1585. 8. Kal. Maij in locum Gregorij XIII. demortui Summus Pontifex creatur, & Sixtus V. appellatus eſt, vt in eius vita ſcribit Fr. Petrus Rodulphus lib. 2. Seraphicæ religionis S. Franciſci.

TITV-



# TITVLVS TERTIVS.

## De dignitate, vtilitate, & fructu ſacroſanctæ Inquiſitionis.

### *De amplitudine, & excellentia ſanctæ Inquiſitionis.* CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas officij ſanctæ Inquiſitionis in omne hominum genus animaduertit.*

2 *Cenſores Romani in omnes ciues, & magiſtratus poteſtatem habuerunt.*

3 *Cenſores Romani, quos ſemel dignitate priuabant, nunquam ad illam admittebant.*

4 *Inquiſitores, quos vt infames condemnant, nũquam ad honores aſcendũt.*

5 *Inquiſitorum inſtitutum eſt fidem propugnare, atque defendere.*

6 *Hæreſis labes non ſolùm homines beatitudine priuat, ſed etiam vita, honoribus, & bonis.*

7 *Summus Pontifex vt priuatus, propter hæreſim deponitur.*

8 *Inquiſitores multi pro fide tuenda martyrij lauream ſunt conſecuti.*

9 *Tribunal ſancti Officij ea rectitudine, & ſanctitate pollet, vt nullis humanis reſpectibus flecti poſsit.*

10 *Officium ſanctæ Inquiſitionis ſumma pietate ægrotis, & incarceratis omnia neceſſaria largitur.*

11 *Officium ſanctæ Inquiſitionis maturè reorum cauſas decidit.*

12 *Officium ſanctæ Inquiſitionis innocentes lauro, & palma decorat.*

13 *Inquiſitores hæreticos puniunt, non vt eos perdant, ſed vt conuertantur, & viuant.*

15 *Officiales ſancti Officij cæterorum tribunalium officialibus antecellunt.*

16 *Officium ſanctæ Inquiſitionis nullum familiarem recipit, qui antiqua familia, & claro ſãguine nõ ſit natus.*

17 *Officium ſanctæ Inquiſitionis Eccleſiæ Dei maximos fructus attulit.*

18 *Inquiſitores plusquàm quadraginta Cardinales effecti ſunt.*

19 *Inquiſitores ex Imperatoris, & Regis familia extiterunt duo, & quinque Summi Pontifices.*

20 *Officij ſanctæ Inquiſitionis poteſtati reſiſtere nemo valet.*

21 *Inquiſitores fidei maximis ornamẽtis et honoribus ab omnibus afficiẽdi ſunt*

22 *Inquiſitores quaſi quædam vigiliæ ſunt cunctis in locis conſtitutæ, vt Chriſtianis dies ſemper clarus illuceſcat.*

INTER multa, quę in Dei Eccleſia magna cum admiratione celebrantur, perilluſtre eſt ſanctę Inquiſitionis officium, tũ potentia, ſanctitate, vtilitate, & dignitate: tum etiã origine ac felici progreſſu ſũmo-
1 pere demirandũ. † Tãta enim eſt eius poteſtas, vt in omne genus hominũ, in plebeios, primarios, principes & magnates regnorũ, in Eccleſiaſticos omnes, etiam ſi exẽptis ſint ſiue præſentes ſiue abſẽtes, iuſtiſsimè animaduertat, neque ſolùm de viuis, ſed de
2 mortuis etiam inquirit. † Nam (vt à primordio repetam Inquiſitionis illa fundamẽta, quæ à ſummo iacta ſunt opifice, Deus non ſolũ è plebe idololatras puniẽdos Moyſi præſcripſit, ſed ipſos etiam principes, in quorum caput vitæ, & necis poteſtatẽ ſeruo ſuo dedit, Num. 25 [Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos cõtra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.] Fuerunt olim apud Romanos cenſores, quibus in vnumquemq; ciuem Romanũ poteſtatem

leges

leges permiſerunt, ita vt ſubſcriptio
cenſoria non minus calamitatis ci-
uibus, quàm acerbiſsima Syllæ pro-
ſcriptio afferre poſſet. Neque ſolùm
in priuatos, ſed in magiſtratus omnes
ſummam ſemper animaduertēdi po-
teſtatem habuerunt; quippe qui mo-
res publicos corrigere & emendare
poterant, quæ iacebant, excitare, quę
3 fluxerant, reuocare debebant. † tra-
dita ſibi ſumma poteſtate cenſoria,
multi ſenatores per cenſores à Sena-
tu mouebantur, qui poſtea neq; po-
puli Romani, neq; Reipub. guberna-
cula tractare poterant: qui turpi iudi-
cio damnati in perpetuum omni ho-
nore atq, dignitate priuantur. Tan-
quam hominibus ignominiâ notatis,
neq; ad honorem aditus, neq; in cu-
riam reditus erat. Si quem cenſores
furti condemnabant, is omnibus or-
namentis amiſsis, nunquam vllā ſuæ
honeſtatis partē recuperabat. Quam
obrem ſemper homines cenſorium
ſtylum, cuius mucronem multis præ-
rogatiuis Principes Romani acuerūt,
æquè quidem, atq; ipſum dictatorium
4 gladium, pertimeſcebant. † Quæ po-
teſtas cēſoribus noſtræ fidei iure op-
timo contigit, non ad antiquam Ro-
manorum diſciplinā conſeruandam,
ſed ad Chriſti Ieſu doctrinam, ad fi-
dem Catholicam retinendam, ad im-
mortalis Dei gloriam augendam, &
amplificādam; quorum poteſtas ma-
ximum timorem hominibus affert.
Nullus enim eſt in orbe terrarum iu-
dicialis actus, qui æquè, atque ſanctè
Inquiſitionis actus formidabilis ſit.
Neque mirum: quos enim cenſores
fidei damnauerint, infames in perpe-
tuum intelligimus, neq; hi ad hono-
res vllos aſcendēt, neque honoribus
ſemel priuati, ad rempublicā redeun-
di tempus, aut locum vllum habe-
bunt. Nulli magis turpes, nulli magis
infames, nulli maioribus dedeco-
ris, & ignominiæ maculis cooperti
quàm hæreſeos dānati, Inquiſitorum
ſententijs addicti ad infamē habitum
gerendum, vel abiurata ſemel hæreſi,
vel qui pertinaces, aut magiſtri con-
demnati fuerint ad flāmas perferen-
5 das. † Et quidem ſi pij atq; Catholici
homines Inquiſitorū inſtitutum at-
tenta animi cogitatione perpendāt,
non ſolū terrore non afficientur, verū
maximo gaudio, & lætitia exultabūt:
eò enim hæc omnia dirigūt, vt fidem
Catholicam, quā tot machinis adhibi
tis hæretici labefactare conātur, for-
tiſsimè propugnēt, atq; defendāt, quę
virtutū omniū ſupernaturalium baſis
atq; fundamentū eſt, noſtræ iuſtifica-
tionis principiū, in tētationibus fide-
liū clypeus, in laboribus, & calamitati
bus ſolatiū: hac deniq; deuij, & erran-
tes ad verum veritatis tramitem du-
cūtur, quæ eò vtilior ac magis neceſ-
ſaria eſt ad Chriſtianæ Reipub. con-
ſeruationē, quò maiores calamitates,
atq; maiorē perniciem affert horrēda
6 ac deteſtabilis hæreſis, † quæ adeò fu
neſta ac pernicioſa eſt, vt nō ſolū bea
titudinis iure, ſicut cætera peccata le
thalia, priuet, ſed etiam in cauſa ſit, vt
hæretici capite & bonorum iactu-
ra atque tam ipſi, quàm eorum po-
ſteri officijs, & honoribus & iuriſdi-
ctione priuentur, libri ab eis cōpoſiti
prohibeātur, & (vt ſuprà diximus) in-
fami veſte à cæteris diſtinguantur.
7 Deniq; † tam deteſtabilis eſt, ac Deo
odioſa, vt nullius facinoris ſceleratiſ-
ſimi, nullius horrēdi flagitij cauſa niſi
tantū hæreſis, poteſtatē Eccleſiæ ſuæ
conceſſerit, vt Pontifex Maxim. ſe-
de deponatur, nimirū ſi tāquam pri-
uatus homo (quod nunquam euenit)
in hæreſim pertinaciter laberetur, vt
ſcripſit Bonifacius Martyr Archiepi-
ſcopus Maguntinus capit. ſi Papa.
40. diſtinctione, & Pius quintus in
Epiſtola ad Regem Galliarum deſti-
nata: quod octingentis retro annis
Adrianus Papa II. noſcitur deciſiſſe,
cuius



cuius decretum extat in actione ſe-
ptima octauæ Synodi Oecumenicæ,
Conſtantinopolitanæ quartæ. Sancti-
8 tas † autem huius tribunalis ex eo ma-
ximè innoteſcit, quòd multi Inquiſi-
tores pro fide Catholica tuenda ſan-
guinem profundentes, martyrij lau-
rum honorificè adepti ſunt: multi
confeſſores in ſanctorum numerum
ſolenni ritu relati, aut facultate à Pō-
tifice Maximo impetratâ, in aliquot
prouincijs ſumma cum pietate co-
luntur: alij miraculis claruerunt; alij,
quòd in illos Deus OPT. MAX.
virtutum omniū ornamenta congeſ-
ſit, Beatorum cognomen adepti ſunt.
9 † His tam conſpicua accedit in iudi-
ciali ordine ſanctitas, vt odio, fauori,
ſubornationibus, amori interceſsioni
bus, alijſue humanis reſpectibus om-
nino aditus præcludatur, tantâq; reli-
gione, & æquitatis & iuſtitiæ legibus
geruntur omnia, tanto ſilentio, &
taciturnitate cauſæ aguntur, tacitis
& occultis iudicijs, vt vel ſummum
illud ſilētium parietes illi interiores,
atq; tecti receſſus, intra quos priuata
& remota luce communi procul à
conuentu & frequentia mortalium
Inquiſitores ipſi de rebus quærūt, vt
de criminibus delatis in iudicium In-
quiſitionis inijciant metum homini-
bus, & religionem afferant incredibi-
lem in illo ſilētio. Teſtium dicta, qua-
litas atq; conditio ad amuſsim exa-
minantur, qui falſum teſtimonium
dixiſſe deprehenduntur ſeueriſsimè
10 vindicantur. † Rei qui in carceribus
S. Officij detinentur, benignè & libe-
raliter iuxta vniuſcuiuſq; conditionē
tractantur, pauperibus & ægrotis ci-
baria atq; medicamenta neceſſaria,
erogātē fiſco (quemadmodum in in-
ſtructionibus Toletanis anni 1561.
cap. 75. diffinitum eſt) copioſè ſatis ac
11 peramanter ſubminiſtrantur. † Nec
in his tantùm, ſed & in omnibus reo-
rum fauori conſulitur. Nam præter-
quam quòd teſtiū dictis haud ita fa-
cilè creditur, quoniam tempus inda-
gator eximius eſt veritatis, non con-
ciſè, neq; abruptè cauſæ deciduntur,
ſed iniecto temporis tractu prudēter
maturātur, quemadmodum talē bo-
norum, vitę ac famæ, nō ſolùm rei, ſed
omnis eius familiæ periculū poſtulat.
12 Quod † ſi rei innocēs conſcientia cō-
iectetur, omnibus neruis viribuſque
contenditur in eius innocentię pate-
factionē, eaq; probata omne in id ſtu-
dium intēdunt, ne ex accuſati exiſti-
matione quidpiā detrahatur, ac triū-
phantiū more, lauro ac palmâ decora
tus innocens, equo omnium gratula-
tione vehi conſueuit, quo ſpectaculo
timidorum animi ſuppliciorum ſeue-
ritate affecti valdè recreātur. Ij verò,
qui ita ex tanto periculo priſtino ſta-
tui reſtituti ſunt, Deum nūquam col-
laudare deſinunt, qui illud in terris
tribunal poſuit, quod innocentium
honori maximè conſulat.
13 Cùm autē † Inquiſitores hæreticos
puniunt, non eo animo id faciunt, vt
eos funditus perdant, ſed vt conuer-
tantur & viuant, iuxta illud Ezechiel.
cap. 33. inquit enim: [Nolo mortē im-
pij, ſed vt cōuertatur impius à via ſua,
& viuat.] Idem deducitur ex cap. 18.
eiuſdem Prophetæ, & habetur in c.
agnouimus. & in c. his qui. & c. ſi preſ-
byter. 26. q. 6. & ſic debet intelligi do
ctrina D. Auguſt. Epiſt. 48. & 50. vbi
docet hæreticos puniēdos eſſe. [Phre
neticus ligādus (inquit) & corripien-
dus eſt, ne præcipitetur] Deus quo-
que nos omnes flagellat & corrigit,
vt pater filios: & paſtor errantia pe-
cora flagello reuocat ad gregem.
14 † In iudicando enim & corrigendo
hoc ſanctum Officiū obſeruat vt eum
quem punit emendet, aut pœna eius
cæteros meliores reddat, aut ſublatis
malis ſecuriores cæteri viuant: hæc
enim

enim eſt Eccleſiæ intentio vt cõuer-
tat hæreticos,& vt hæreticorum pœ-
na ſit metus hominum, vt quos Dei
timor à malo non reuocat, tempora-
lis ſaltem pœna cohibeat. l. locatio.§.
illicitè. de publican. & vect. c.famæ.
de ſententia excommunicat.quia (vt
inquit Propheta) iuſtus lætabitur, cũ
viderit vindictam impij, manus ſuas
lauabit in ſanguine peccatoris. Non
lætabitur iuſtus,quòd inſultet pecca-
toris calamitati,ſed quòd videat glo-
riam Dei illuſtrari,& omnes à malefi-
cio deterreri, dum improbi pœnas
luunt. Pſal. 58.Chryſoſt. ad populum
Antiochenũ Homil. 50.& tex. in l.1.
C.ad leg.Iuliam repetũdarum.Deut.
13.19.& 21.& Prouerb.19.& 21.

Vnde ſapienter admodum Ariſto-
teles in fine vltimi libri Ethicorũ in-
quit: [ Multitudo neceſsitati potiùs
quàm rationi, & pœnis quàm hone-
ſtati paret: idcirco aduerſus inobe-
diẽtes,& hebetiores ingenio caſtiga
tiones,pœnaſque inſtituere oportet:
eos verò, qui curari & emendari ne-
queunt extrudere & exterminare.]
Improbus enim dolore afficiẽdus eſt,
perinde atq; iumentũ;nam(vt Fabius
ait)qui ratione traduci ad meliora nõ
poſſunt,ſolo metu cõtinentur:& Pla-
to lib. 12. de legibus, pœnis maligni
vexantur,vt & ipſi, & qui puniri ini-
quitates & iniuſtitiam oderunt, aut
non omnino, aut ſaltem minùs in ſi-
mili vitio peccent.Theodoſius quoq;
& Valentinus hæreticos puniebant,
additâ ratione,vt ab errore perfidiæ,
ſi ratione retrahi nequeunt,ſaltẽ ter-
roribus reuocẽtur c.factę autem.diſt.
4.[Factæ autem (inquit Iſidorus)ſunt
leges, vt earum metu humana coer-
ceatur audacia,tutaque ſit inter pro-
bos innocentia, & in ipſis improbis
formidato ſupplicio refręnetur auda
cia,& nocendi facultas.] Et Demo-
ſthenes in oratione contra Ariſtogi-
tonem[Duæ res(inquit) ſunt propter
quas omnes feruntur leges : vt ij
qui ius violarunt puniãtur, alijq; me-
liores reddantur]& refert Fabius lib.
12. cap. 7. l. 54 tit.4.lib. 16. C. Theo-
doſiano. Hoc idem ſanctiſsimè ſanci-
tum eſt,vt dicit Cyprianus in ſermo-
ne de Paſsione Chriſti : facilitas nãq;
veniæ peccatis laxat habenas, & in-
centiuum tribuit delinquendi. Et
Chryſoſtomus in ſermone de Abſalõ
[Semper (inquit)ſcelera dum non re-
ſecantur increſcunt : & in augmenta
facinorum proſilitur, quoties ſecura
impunitate peccatur.] Vbi autem ex
perimentum docet, quantùm hoc
vtilitatis afferat, quid illic opus eſt
ſpeculationibus? vt dixit Dionyſius
lib. 11. antiquit. Rom. & ſecuti Cle-
mens Alexandrinus libr. 1. Stromat.
inquit; [eſt vel maximè fide digna
probatio,quæ cũ experientia eſt con-
iuncta]quia nihil ferè diſtat à demõ-
ſtratione,vt probatur ex tex.in c. eſt
iniuſta.23.quæſt.4. huius autem affe-
ctus teſtis eſt Auguſt. in ea Epiſtola,
quam ſcripſit ad Vincentium : teſtis
religioſiſsima Hiſpania, quæ hoc vni
co remedio ab hęreſibus & prauis do
gmatibus immunis, & pura ſeruatur.

15 Sed & huius inclyti† tribunalis in-
tegritas vel ex eo maximè commen-
datur,quòd officiales habeat familia
res & miniſtros,qui in ſuis exequẽdis
officijs ita ſe integros & incorruptos
præſtãt, vt longè reliquis officialibus
cæterorum tribunalium antecellant.
Nec mirum, cum omni commodo
temporali, vel odio, vel amore poſt-
poſito, grauiſsimis etiam pœnis
trãſgreſſoribus propoſitis, ad rectum
iudicium faciendum procedere co-
gantur. Sic Clemens V. in Clemen-
tin.multorum.§.verum.de hæreticis.
vbi contra facientibus Epiſcopis ſu-
ſpenſionis per triennium ab officio,
Inquiſitoribus alijs maioris excom-
munica-



municationis imponitur pœna, Sum-
mo Pontifici reſeruata abſolutione:
cuius ſanè. §. verba, vtpote elegan-
tiſsima, hic deſcribenda curauimus:
ea ſic ſe habent: [ Verùm quia nimis
eſt graue ad exterminationem pra-
uitatis prædictæ non agere, quod ip-
ſius contagioſa enormitas agendum
requirit, graue eſt quoque & dam-
natione digniſsimum malitioſè inſon
tibus eandem imponere prauitatem.
Epiſcopo & Inquiſitori prædictis, ac
alijs ad dicti executionem officij ſub-
ſtituendis, ab eis in virtute ſanctæ
obedientiæ, & ſub interminatione
maledictionis æternæ præcipimus,vt
ſic diſcretè & promptè contra ſuſpe-
ctos vel diffamatos de huiuſmodi pra
uitate procedant,quòd malitioſè aut
fraudulenter tantã labem, ſeu quod
ipſos in executione officij Inquiſitio-
nis impediat, falſò alicui non impo-
nant:quod ſi odij gratiæ, vel amoris,
lucri,aut commodi temporalis obtẽ-
tu contra iuſtitiam, & conſcientiam
ſuam omiſerint contra quenquã pro-
cedere vbi fuerit procedendum, ſu-
per huiuſmodi prauitate aut obtentu
eodem, prauitatem ipſam vel impe-
dimẽtum officij ſeu alicui imponen-
do cũ ſuper hoc præſumpſerint quo-
quo modo vexare(pręter alias pœnas
pro qualitate culpæ imponendas eiſ-
dem) Epiſcopus aut ſuperior ſuſpen-
ſionis ab officio per triennium, alij
verò excommunicationis ſententias
eo ipſo incurrant, à qua quidem ex-
communicationis ſententia,qui ean-
dem incurrerint, niſi per Romanum
Pontificem nequeant,præterquam in
mortis articulo, & tunc ſatisfactione
præmiſſa, abſolutionis beneficiũ ob-
tinere, nullo in hac parte priuilegio
ſuffragante.]Hæc ibi.

Quare mirum non eſt,ſi huius ſan-
cti tribunalis integritas omnibus alijs
facilè præluxerit,tam grauiſsima pœ-
na contra corruptos iudices indicta,
quæ etiã ad Aduocatos Fiſcales, Of-
ficiales, ſiue Alguazirios, Notarios,
apparitores ſiue portarios; ac alios
quocũq; nomine cẽſeantur,officiales
ampliatur, vt in inſtructione Hiſpa-
len. anni 1484.cap.1.& 9.continetur.

16 † Porrò huius ſacroſancti Officij di-
gnitas atque præſtantia ex eo non
mediocre accipit incrementũ, quòd
nullus ad Inquiſitoris,familiaris, aut
aliud aſſumitur miniſterium,qui non
ſit antiquâ Chriſtianorum familiâ
natus,& claro ſanguine ſatus, ex qua
nullus fuerit in S. Officio pœnitẽtia-
tus, aut ex Iudęis aut Saracenis oriũ-
dus:Ex quo & illud cõſequitur, quòd
cum ij qui honeſtis parentibus nati
ſunt,in hoc ſancto tribunali ſe in Dei
ſeruitio exercere contendant, atque
exoptent impijs hæreticorum pręua-
ricationibus ſe opponere, ſicq; maxi-
mâ animi voluptate, optimoq; diuini
cultus zelo id munium ſuſcipiant, fi-
deliter ac rectè illud exequantur. Nã
ſi diligenter id conſideretur, vtiq; re-
periemus S.Officij officiales, familia-
res,reliquoſq; miniſtros moribus, vi-
tæ puritate,atq; virtutibus lõgè alijs
17 antecellere. Sed quamuis † ex tota
huius noſtri operis Hiſtoria maximi,
immenſiq; fructus,qui tũ in vniuerſa
Dei Eccleſia,tum in primis in Hiſpa-
nia noſtra S. Inquiſitionis munere &
beneficio conſecuti ſunt, luculenter
atq; apertè demonſtrantur, ſpecialis
tamen eius rei in ſequẽtibus capitu-
lis nobis inſtituendus eſt ſermo. Ve-
18 rùm huius † officij amplitudo atque
maieſtas maxima eſt : quamuis enim
ante annum 1500.ſi qui ex Inquiſito-
ribus Cardinales crearentur,cum ta-
men perpauci eſſent,illud ſtatim mu-
nus deponerẽt,ab anno tamen 1500.
vſque ad 1596. pluſquam quadra-
ginta Inquiſitores in ampliſsimum
purpuratorum numerum aſſumpti,
Inquiſitio-

Inquiſitionis officio perfuncti ſunt:
19 † ex quibus vnus Imperatoris frater, alter Luſitaniç Rex, quinq; etiã Summi Pontifices creati ſunt. Quæ cum ita ſint, maiori tamen admiratione penſanda videntur, quod ab humilibus principijs, qualia in Sãcto Dominico, eiuſque ac ſancti Franciſci egenis filijs ſanctũ Inquiſitionis officium ortum, per tot tantaſq; hæreticorum
20 procellas eductum, † ad tantam poteſtatis ac dignitatis peruenerit ſummitatem, vt nemo ſit qui illi reſiſtere valeat, ſed eius nominis terrore omnes cõcutiantur, ac etiam contremiſcant; præſertim verò in pacatiſsimi Catholici noſtri Regis prouincijs, vbi propter ſingularem ipſius Regis pietatem, ob incredibilẽ propè eius dilectionem, quã Inquiſitionem proſequitur, inſignes, immenſoſque fructus atque vtilitates Hiſpaniæ noſtræ ſacrum Inquiſitionis officium ſuppeditauit, incendia extinguendo, quorum ardore ſine dubitatione partes Hiſpaniarum quamplurimæ conflagraſſent, niſi cæleſtibus aquis cenſorum fidei incendia tot extincta fuiſſent.
21 † Vnde ſi magno in honore fuerunt illi, qui conſeruatores patriæ dicebãtur, quia faces ad vrbium incendium excitatas extinxerunt, ſi Metellus ille, cognomento Pius appellatus, Romanorum literis celebratur, qui Mineruam periculo vitæ ſuæ flammis è medijs eripuit; ſi maxima laus, & honos iure optimo debetur conferentibus operam & ſtudium ſuum, in gloriam, & honorem maieſtatis æternæ: quibus laudibus quæſitores ſacræ fidei proſequemur? quibus Inquiſitores honoribus & ornamentis afficiemus, qui non parietes, mœnia, atque adeo tecta ciuitatis ex ferro & flammis hoſtilibus eripiunt, ſed ipſam religionem ex impijs manibus, & ore ſacrilego noſtrorum hoſtium ſua vigilantia tuentur, atq; defendunt: non corpora, ſed animos Chriſtianorum: non opes atque diuitias, ſed ipſas virtutes & ornamenta cæleſtia conſeruant; non has flammas, igneſq; manibus hominum accenſos, ſed flãmas & incẽdia inferorum extingunt: non vt Metellus, ſimulacrum Mineruæ, ſed ipſas imagines ſanctorum, ſtemmata virginis Mariæ, Sanctuarium Chriſti Ieſu, aras & templa ſanctiſsima, tot opera & monimenta ſanctorum ſalua, & integra conſeruant? Factum quidem eſt dono ac munere Dei O P T. M A X. vt nullos magiſtratus magis homines metuant atq; reformident, nullos honoribus eximijs magis proſequantur, & omni genere complectantur officiorum; ſic (inquam) eos colunt, venerantur, ſuſpiciunt, vt venerandos, & colendos intelligant inſtar alicuius numinis, quod veluti de cælo delapſum ad cõſeruationem fidei, & ad decretorum, & morũ inſtaurationem Deus O P T. M A X. generi Chriſtianorum dede-
22 rit. † Vigiliæ quidem ſunt per Inquiſitores conſtitutæ, quas poſiti cunctis in locis diligenter agunt, vt dies ſemper clarus ſit & illuceſcat cultoribus Chriſtianæ fidei, neq; ſint aliqui, qui arbitrantes parum noſtros vigilare præfectos religionis, vt immanes lupi in medijs tenebris, & in noctis obſcurç profunda caligine in ouile Chriſtianorũ inuadant, & oues ore inhiãtes deuorent, atq; diſcerpant. Angeli verò cuſtodes dicendi, qui in animorum noſtrorum cuſtodia poſiti, non homines ſolùm ſingulos cuſtodiunt, ſed aditus omnes Dæmoni præcludendo, nos ſaluos & incolumes conſeruant. Sint prætores ciuitatum in magna gloria qui clauum, & regimen ciuitatum tractant ſtudio & vigilantiã: maximè floreant in omnibus regnis & Imperijs florentiſsimis auditores



ditores Regij, qui legibus Iuriſconſultorum, & regnorum ſanctionibus reſpublicas moderantur atque gubernant: omnes denique Magiſtratus laudibus & honoribus maximis afficiantur, per quos factum eſt, vt ſcelera vindicẽtur, & tuta ſit ab hominum improborum audacia reſpublica: ſed Inquiſitores ipſi pręferantur magiſtratibus vniuerſis: merita ſunt eorum maiora, laus & honos altiùs aſcendunt: nõ de corporibus, non de diuitijs, non de ſtatu rerum humanarum, ſed de ſalute animarũ, de dignitate fidei, de gloria diuinę Maieſtatis conſilijs ſuis maximis, atque ſereniſsimis agunt atque decernunt.

## *De viris Illuſtribus, qui de ſanctæ Inquiſitionis Officio, aut egregiè ſenſerunt, aut præclarè locuti ſunt.* CAP. II.

### SVMMARIVM.

1 *Officium S.Inquiſitionis mirũ in modũ extollit F.Ludouicus Granatenſis.*

2 *Officio S.Inquiſitionis Philippus Meneſius attribuit fidei conſeruationem in Hiſpania.*

3 *P.Ignatij fundatoris Societatis Ieſu, ſingularis affectus in ſanctæ Inquiſitionis Officium.*

4 *P.Petri Ribadeneyra de S.Inquiſitionis vtilitate honorificum teſtimonium.*

5 *Officium S. Inquiſitionis Hiſpaniæ Papyrius Maſſonus, vir natione Gallus, & pius mirificè laudat.*

6 *De Officio ſanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum, Staniſlaus Hoſius Cardinalis honorificam facit mentionem.*

7 *S. Petrus Martyr Epiſcopatum refugit, non autem ſanctæ Inquiſitionis Officium.*

8 *Officium Inquiſitoris Generalis, libenter F. Thomas Turre-cremata ſuſcepit, Epiſcopus autem Hiſpalenſis creari renuit.*

9 *F. Franciſcus Ximenius, Archiepiſcopus Toletanus, publicatio teſtium ne fieret, pro virili parte defendit.*

10 *Reges Catholici parui facientes vectigalium iacturam, modum procedendi S.Inquiſitionis non immutarunt.*

11 *Fr. Gaſpar à Corduba, confeſſarius ſereniſsimi Hiſpaniarum Principis, quædam de ſancto Officio meditatus.*

12 *Fr. Vincentius Antiſt. Iuſtinianus, de ſancto Officio ſcribendo plurimùm meruit.*

13 *Fr. Alphonſus Giron, de vtilitate S. Officij multa prodidit.*

14 *Fr. Dominicus à Mendoça quantum S.Officio antiquitas debeat, ſuapte diligentia perfecit.*

15 *Officium S.Inquiſitionis Papa Paulus IIII. vltimis verbis moribundus Cardinalibus commendauit.*

16 *Pius Papa V. S. Inquiſitionis Officium plurimis priuilegijs decorauit.*

17 *Sixtus Papa V. magni fecit ſanctum Inquiſitionis Officium.*

18 *Officium ſanctæ Inquiſitionis Carolus V. Imperator, tam in teſtamento, quàm in codicillo filio ſuo Philippo II. commendauit.*

TOT commoda & ſingularia bona ex ſanctiſsimę Inquiſitionis Officio, tanquam ex perenni fonte, in Eccleſiã Catholicã dimanant, vt quãquam omnibus perſpecta

perſpecta & cognita ſunt, ſilẽtio prætetire non poſsim. Si enim agri fertiles, qui non quieſcunt, ſed quotannis ferunt fructum, maximi ſunt pretij, & ab agricolis expetuntur: quãti ducendum S.Inquiſitionis Officium eſt, ex quo non ſingulis annis, ſed ſingulis menſibus & horis vberrimi fru-
1 ctus decerpuntur? Callebat † hæc optimè F. Ludouicus Granatẽſis, in quo cognitio diuinæ ſapientiæ mirum in modum illuxit, dum vltimam dictans concionem, quam paucis diebus ante mortem in lucem edidit, in hæc verba prorupit [Sanctæ Inquiſitionis Officium murus eſt Eccleſiæ, columna veritatis, fidei cuſtodia, Chriſtianæ religionis theſaurus, arma aduerſus hæreticos, cõtra omnes dæmonum fallacias, & technas, lumen fulgentiſsimum, lapis Lydius ad doctrinæ veritatem dignoſcendam & examinandam. Qui animo & cogitatione luſtrauerit Britãniam Gallias, Germaniam, cæteraſq; Septẽtrionales regiones, quæ veritatis luce nõ illuminantur, inueniet earum nationes denſiſsimis tenebris circũfuſas, à rapidis canibus, & furentibus belluis diſcerptas atque dilaceratas: adeoque abſurdis erroribus contaminatas, vt Religionem Catholicam, vel labefactauerint vel funditus deleuerint. Quid Hiſpaniâ futurum erat, ſi incendium, quod Pintiæ, & Hiſpali vires acquirere & iam diffundi latenter ceperat, ſumma vigilantia atque diligentia Inquiſitorum non fuiſſet extinctum. Huius enim ſancti Tribunalis eſt rapaces lupos à grege Dei abigere atque deterrere, perditorum hominum conſilia detegere, hæreticos hoſtiliter irrumpentes cõprimere, ne de veritate & religione triumphum agere procaciter glorientur.] Hæc ille.

2 Philippus Meneſius † ex eadem Prædicatorũ familia, & in Theologica facultate Magiſter clariſsimus, dum damna atque incommoda deplorat, quæ rerum fidei ignorantia Hiſpaniarum Regnis inuexit, dum eâdem de cauſa in ſummum fidei periculum adductas Hiſpaniæ prouincias lamentatur in aureo illo Catechiſmo (quẽ ad huiuſmodi igno antiam expellendam ſcripſit) in hæc verba prorupit: [Hæc omnia quæ hactenus coniectaui, ipſa nos docuiſſet experientia, niſi DEVS OPT. MAX. (quæ ſua eſt miſericordia & clementia) Hiſpaniarum prouincias igneis ſacroſanctæ Inquiſitionis mœnibus cinxiſſet, quæ hos lupos rapaces arcent, & remorantur.] Quid? nonne ſi tam altiſsimo muro Hiſpaniarum Regna non eſſent circumuallata, pernicioſiſsima hæreticorum doctrina fuiſſet vbique diſſeminata? nonne omnia à perfidis hæreticis fœdata, & contaminata fuiſſent? proculdubio. Tanta enim eſt illorum audacia, adeo omnes in hac re animi atque induſtriæ ſuę vires effundũt, vt animas in fide Catholica firmas atq; ſtabiles euertant, prorſuſq; diſturbẽt, vt cum ipſi pedem in Hiſpanias inferre non audeant, ne ſupradicto incendio comburantur, ſcripta ſua miris modis excogitatis ſumma aſtutia & calliditate ſubmittant, vt ipſis ſaluis, venenata conſilia ad exitum optatũ deducantur. Verùm enimuero, ſi rem attenta animi cogitatione perpendamus, inueniemus non ſolùm ſcripta, ſed autores etiam ingreſſos, quanquam optatis ſuis fruſtrati, in vincula & in rogum inciderunt; quod in cauſa eſſe debet, vt ſanctiſsimæ Inquiſitionis Patres ſumma vigilantia excubias agant, & inſtar animalium Ezechielis vndique proſpiciãt, ne



ne huiuſmodi homines graſſentur per Hiſpanias.] Hactenus Meneſius.

Nouerat † optimè hæc omnia, quòd
3 attenta animi cogitatione perpenderet, Pater Ignatius Loyola, vir nũquã ſatis pro dignitate laudatus, ſiue vitam eius admirabilem, ſiue ipſum à Deo Opt. Max. electum ad inſtituendam religionem illuſtrem, literarum eruditione & vitæ exemplo celeberrimum, ſiue Eccleſiæ Catholicæ vtiliſsimum conſideres. In hoc ergo patre tam inſigni (vt refert P.Petrus de Ribadeneyra, vir eiuſdem Societatis literis & religione grauiſsimus lib. 5. vitæ P.Ignatij) viſus fuit maximus pietatis affectus, & incenſum valdè S. Inquiſitionis Tribunali omnibus in rebus obſequendi, ſeruiendique deſiderium: nam cum animaduerteret auitam religionem & Catholicam fidem Chriſti ſanguine & Apoſtolorũ doctrina fundatam, à truculentis, ſacrilegiſque fidei hoſtibus noſtra ætate, omnibus machinis pertinaciter oppugnari, & grauiſsimos atque ſapientiſsimos viros, qui conſilio ſupremo fidei præſunt, quaſi in vigilia quadam ſtare, luporum rabiẽ arcere, & ſanctiſſimæ fidei propugnationẽ ſuſcipere, dabat operam vt eius tribunalis autoritatem ad fidem ipſam tuendam apprimè neceſſariam, quam maximè poſſet per ſe, & per ſuos conſeruaret. Quamobrem quæcumq; ipſi negotia ſeſe offerebant ad Inquiſitionis Officiũ pertinentia, tametſi à Sum. Pont. ea impetrare minimo negotio poterat, ſemper tamen ad ipſos fidei quæſitores reiecit, per eoſq; confici voluit, quemadmodum multis exemplis explicare non eſſet difficile, quæ breuitatis cauſa omitto.

Idem Petrus Ribadeneyra libr. 2. vitæ eiuſdem P.Ignatij c.18. hæc obiter dicit: Debemus etiam eniti quantùm poſſumus, & dare operã, vt vitia
4 noſtra corrigamus: † ne ſingulare donum fidei noſtris peccatis perdamus quod aliæ nationes ſuis peccatis perdiderunt. Et dies nocteſq; Deum noſtris placare, atq; fatigare precibus, vt Philippum Regẽ Catholicũ incolumẽ, feliciſsimumq; quàmdiutiſsimè tueatur: qui pro ſua auita atq; eximia pietate, ſumma prudẽtia, incredibili vigilantia, maxima inter omnes, qui vnquã fuerũt Reges potentia, ſe mũrum pro domo Dei opponit, vt Catholicã fidem protegat & defendat: Quod quidem præſtat, nõ ſolùm armis inuictis, & cõſilijs ſalutaribus, ſed etiam ijs ſacrorũ Patrũ excubijs, qui fidei Catholicæ ſenatui pręſunt, & in perenni quadã vigilia ſedẽtes, hæreticorũ furorem ab noſtris ceruicibus, & certiſsimã peſtẽ ab Hiſpaniæ finibus auertũt. Quod quidẽ ſanctiſsimæ fidei tribunal, ad conſeruationẽ atq; defenſionem fidei Deus Opt. Max. admirabili prouidẽtia, in Caſtellæ ac Legionis regnis inſtituit, an. ab ortu Filij ſui 1481. In Aragonia verò, Valentia, Catalonia, ann. 1483. quo ipſo anno monſtrum illud Martinus Lutherus in lucem editum eſt: vt vel ex hac ipſa tã opportuni tẽporis cõiunctione, Dei conſiliũ fiat manifeſtum, fidei tribunal, hoſtibus fidei, antidotùm veneno, prouidentiſsimè opponentis. Nam tametſi cùm primùm hoc fidei ſanctiſsimæ conſilium eſt inſtitutum, exiſtimabant homines futurorum inſcij atque improuidi, propterea ſolùm inſtitui, vt per illud Hiſpania Iudæorum atque Sarracenorum ſpurcis ſuperſtitionibus repurgaretur; Deus tamen, qui immutabili præſciẽtia ſua præterita, pręſentia, & futura ab omni æternitate ęqualiter complectitur, profligatiſsimos atq; peſtilẽtiſsimos noſtris temporibus, hęreticos exorituros proſpiciẽs, ſanctiſsimę fidei ſenatũ in Hiſpa-

nia conſtituit, ad arcendos hæreticorum impetus, & nequiſsimorum hominũ fraudes diſcutiendas. Optimus quoq; Iuriſconſultus, & vir pius (tametſi Gallus) Papyrius Maſſonus in vita Sixti IIII. planè cõcedit ex ea autoritate, quam Reges Catholici atq; eorum ſucceſſores S. Inquiſitionis Officio detulerunt, & honore quo iudices illos affecerũt, fieri nõ poſſe quin Hiſpaniarum Regna feliciſsima pace, & vita tranquilla perfruantur, liberaq; ſint, & remota à magnis incendijs, quæ vicinas in prouincias inuaſerunt: quin deniq; Hiſpani ſint immunes à ſæuiſsimis tempeſtatibus & procellis, quibus non ſolùm ferè omnes Europę nationes iactatæ Catholicæ fidei, ſed & patresfamilias vexati rei familiaris, & reliquorum temporalium bonorum naufragium infeliciter fecerunt.

6 Doctiſsimus Cardinalis Staniſlaus Hoſius, Epiſcop. Vuarmienſis, natione Polonus lib. 3. quem cõtra Brentiũ hæreticũ in lucem edidit, maximis laudibus celebrat, & in cęlũ tollit Hiſpaniarũ felicitatẽ, quas omniũ bonorũ abundantia affirmat circũfluere, propter ſummã curam & diligẽtiam, cui ad fidẽ Catholicã conſeruandam, & hæreſes extirpandas incumbunt.

7 Hæc omnia D. Petri Veronenſis cõfirmantur exẽplo, qui ad Epiſcopatũ electus, nulla ratione adduci potuit, vt tantã dignitatem admitteret. Verùm qui totis viribus munus Epiſcopale refugit, quoties aduerſus hęreticã prauitatem Inquiſitor Apoſtolicus fuit creatus libenter officiũ ſuſcepit, vt potè qui optimè noſſet magiſtratum hũc ſibi eſſe laborioſum, Eccleſię Catholicæ vtiliſsimum, & ad diuinã gloriam amplificandam aptiſsimum.

8 Hoc idẽ † ſuo illuſtrauit exemplo F. Thomas à Turre-cremata, nunquã ſatis pro dignitate laudatus, qui poſtquàm omnes induſtriæ ſuæ neruos in eo intẽdiſſet, vt Reges Catholici Ferdinandus & Eliſabetha S. Inquiſitionis Officiũ in Hiſpaniarum regnis inſtituerent, ad Inquiſitoris Generalis dignitatem euectus, nequaquam reluctatus eſt: vbi autem Catholici Reges ad Archiepiſcopatũ Hiſpalenſem eum nominare decreuerunt, cõtinuò illorũ voluntati obſiſtere, preces & lacrymas fundere, nec à ſua vnquã voluntate dimoueri potuit. Quin intelligentiâ & ratione optimè cõprehenderat, nullã adinuentionẽ ad hæreſes radicitus exſtirpãdas Inquiſitione firmiorẽ excogitari poſſe. Quamobrem vir diuinæ gloriæ ſtudioſiſsimus, cum ab omni honore, & dignitate maximè abhorreret, eã tamẽ, in qua Dei Opti. Max. honos inſtitiſſet, vt ſubterfugeret, à ſe impetrare nõ potuit, præſertim cũ ipſa experientia cognoſceret ex modo procedendi S. Inquiſitionis, & Iudęorum exſtirpatione maximam ad fidem conſeruandam & augẽdam vtilitatem decerpi.

9 Maximam huius S. tribunalis penitùs ſpem animo cõplexus fuerat D. Franciſcus Ximenius, ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, vir de Hiſpaniarum Regnis præclarè meritus, qui celeberrimam Compluti Academiã erexit, & alia pietatis monumenta condidit. Inter alia ergo clariſsima facta, quæ de eo cõmemorantur, illud eſt perpetuâ recordatione digniſsimũ, quo impetus & conſilia cõfregit eorũ, qui ad fidẽ Catholicã ſe recenter adiunxerant. Cum enim octingẽta millia aureorũ Carolo regi obtuliſſent, ſi in S. Inquiſitionis Tribunali teſtes publicari iuberet, timens ne regẽ adoleſcentẽ & parũ expertũ in ſuam ſententiam adducerent literas continuò miſit ad regẽ, qui in inferiori Germania ea tẽpeſtate degebat, ſummis illum



illum precibus obteſtans, ne rem Hiſpaniarũ regnis vtiliſsimam euerteret: teſtes ſi publicarentur, fieri non poſſe, quin denunciationes retardarẽtur, & delicta impunita manerent: indeque euenturum, vt tam ſanctũ Tribunal à Catholicis regibus ſuis prędeceſſoribus erectum breui tẽpore corrueret. Re diligenter perſpecta, tantique auri ſumma contempta, Conſilium Cardinalis Rex Carolus complexus eſt, atque inde illud factum eſt vt toto vitæ ſuę tempore ſanctam Inquiſitionem magno fuerit fauore proſecutus. Intelligebat enim nulla tam munita mœnia reperiri poſſe ad regna ſua conſeruanda, quàm S. Inquiſitionis Officiũ, quo commotus tã ſanctum Tribunal in regnũ Neapolitanũ inducere conſtituit, vt in cap. de Neapolitana Inquiſitione refertur.

10 Nec ſilentio † inuoluẽdus eſt ſanctus ille Catholicorum regum affectus, qui poſt inſtitutum in Hiſpaniarũ regnis S. Inquiſitionis Officium, nulla ratione adduci, nec oblata ingẽti auri ſumma commoueri, nec maxima vectigaliũ iactura frangi potuit, vt benigniùs cum eis, qui in fidem Catholicam deliquerant ageretur, ne vires S. Officij eneruarentur, vt in c. de Caſtellæ S. Inquiſitione memorauimus. Cuius zelũ in fide Catholica cõſeruanda Deus Opt. Maxi. multis præclaris victorijs illuſtrauit, ac remuneratus eſt: quod ipſe Rex Catholicus agnoſcens, omnes ſuas victorias ac felices euẽtus referre ſolebat in zelum, quo diuinitus excitatus fuerat ad Catholicam religionem amplificandã & S. Inquiſitionis Officium inſtituendum, vt refert Hieronymus Zurita libr. 20. Annaliũ c. 49. & Petrus Ribadeneyra libr. 1. de virtutibus Principis Chriſtiani c. 16.

11 P. Fratrem Gaſparem † à Corduba gente ortũ nobili, & Dominicanæ regulæ alumnũ tacitus nulla ratione prętererire poſſum, cuius ingeniũ ſcientiarũ encyclopedia venuſtatũ hoc apud omnes doctos obtinuit, vt eloquẽtiæ & doctrinæ quoddã ſit aſylũ. Ego quidẽ illi credulus, lucubrationes haſce meas à me paſſus ſum exire, cum ſcirem optimũ illum & candidũ ſcriptorũ eſſe iudicẽ. Meo non eget ille præconio. Ipſe ſibi ſuę laudis teſtis eſt locupletiſsimus. Nam eò ſua virtute venit, vt Principis noſtri cõfeſsionibus aurẽ præbeat, ordinis ſui Dominicani prefecturã in ſua prouincia moderetur, & Conſultoris titulo in Officio Cordubenſi fulſerit. Sed & ipſe lucubrationes in Officij ſancti ſplendorem cumulat.

12 P. Fr. Vincentius Antiſt Iuſtinianus, Valentinus, † Ordinis S. Dominici, paginæ ſacræ Magiſter præſtantiſsimus, & Philoſophiæ cognitione maximè excultus: idemque in Hiſtoricorum ſcriptorum lectione magnopere verſatus, vir pietate & prudentiâ ornatiſſimus; ſtylo ſcripſit luculento de S. Officij dignitate, eaque in vnum contulit quæ de illo ordine ſparſa paſsim apud autores circumferebãtur, vt nõ immeritò plurimum illi deberi ab eodem Officio exiſtimem.

13 P. Fr. Alphonſus Giron, † magiſter in ſancta Theologia ex Dominicana familia, qui multos annos exſtitit à ſecretis Officij ſancti, manum ad rem eandem admouit, & eruditionis theſauris apertis, in tantum euexit decus illius ſancti tribunalis maieſtatem, vt illam vnam poſsimus iam dicere, plus ad ſtabiliendum, & confirmandum Reipub. cuiuslibet ſtatum conferre, quàm alias vllas politicæ diſciplinæ inuentiones.

14 P. Fr. Dominicus à Mendoça, † inter Dominicanos nominis vir celeberrimi, cuius ſinceritate, pietate, & doctrina Dominicana illa familia nobilitatur, magna & admirãda ex antiqui-

tatis ruderibus monumēta quaſi ſepulta & obliterata edidit,maxima illa deuotione,qua S. Officium proſequitur.

15 Nouerat † optimè hæc omnia,atq; attenta animi cogitatione perpenderat Paul.IIII.Pont.Max.qui quanti faciēdum eſſet ſanctæ Inquiſitionis Officium, vltimis verbis moribundus ſignificauit. Vt enim conſtat ex actis conclauis,quo Pius Papa IIII. creatus eſt, cum ingraueſcente morbo deficere ſenſim cepiſſet, vt iā iam diſceſſurus videretur: paulò recreatus accerſiri ad ſe Cardinales de more iuſſit,eos extremis verbis allocuturus, cuius ea oratio fuit, vt primò ſic exorſus:Ingredimur viam vniuerſæ Carnis;eos ad pacem & concordiam cohortaretur,tum vt de Pontifice maximo deligendo etiam atque etiam cōſiderarent,diligenter admonuit,illud etiam eos obteſtatus eſt, vt Inquiſitionis Officium, quod vnum remedium labenti religioni præſens eſſe videbatur,commendatum haberent.

16 Pium V.Pontificem maximum nefas eſſet prætermittere, cuius omnes conatus non ſolùm ad conſeruandam ſed etiam ad propagandam fidem tā auſpicatò inuigilarunt, vt ſuo (quod proprio vocant,ſed magis propriè diuino dixerim) motu ſanctiones, ſeu bullas ſanctas tres ediderit. Earū duæ ſunt anni 1566. quarum altera vetuit rei Iudicatæ prærogatiuam ne ſumerent ſententiæ latæ contra formam Inquiſitionis à iudicibus quibuslibet in eorum gratiam,qui hæreſeos criminibus eſſent obnoxij. Altera,qua ſtatuit ne beneficia per hæreſim vacantia cōferantur ab alio, quàm à Sum. Pontif. neúe inter cæteros vacādi modos hæreſeos crimē veniret,niſi expreſſa cauſa eiuſmodi impetrationis expoſita, aut qui impetraret,crimen in Iudiciū deduxerit,aut lata fuerit ſentētia. Tertia verò an. 1569. qua cōſtituit, vt quicumque Inquiſitorē Officij miniſtrū, accuſatores,denunciatores,aut teſtes offenderit,reos hæreſis liberauerit,capi vetuerit,occultauerit,anathemate percuſſus omni dignitate & dominio exuatur,eius eorūq; filij notētur infamia,& hęreditatis iure priuētur. Idq; omne vt obtineat vbiq; terrarū,Reges & poteſtates ſæculi Pontifex idē obſecrat & obteſtatur,in quibus omnibus quāta ſit Officij S.dignitas, quàm neceſſaria ſit orbi vniuerſo, vbi hęretici inſurgunt,huius inſtitutio mirifico ac vere Pōtificio ſtylo & Maieſtate edicit.

Hoc idē cū compertū & exploratū haberet Sixtus Papa V. cōgregationē Cardinaliū pro S. Inquiſitione confirmauit, appellans prædictā congregationem, firmiſsimum Catholicæ fidei propugnaculū. Et in fine Bullę, confirmationis, honorificā facit mētionē de S. Inquiſitionis Officio in Hiſpan. regnis inſtituto,vt videri poteſt in pręcicta Bulla,quę deſcripta eſt ſuperiùs.

Carolus etiā V. Imperator ſemper Auguſtus, pro ea qua in Deū pietate flagrabat, hæc amantiſsimo filio ſuo Philippo II. moriēs in mādatis dedit, & huius ſtudij,quo erga S. Inquiſitionis Officiū ardebat,heredē teſtamento reliquit. Cuius teſtamenti clauſulam,quæ tanti Principis pietatem ſtudium & amorē erga Chriſtianā Religionem maximè teſtatur, libet hic ex Hiſpano in Latinum ſermonem conuerſam inſcribere.

Pro eo quo omnipotēti Deo,officio, obſtrictus teneor; & pro eo,quo erga ſereniſsimū Principem Philippum II. chariſsimū filiū amore ſum accenſus, plus illū virtutum præſidio munitum, quàm diuitiarum amplitudine decoratum, cupiens & affectans, hæc qua poſſum animi affectione in mandatis do; vt tanquam Catholicę Religionis ſtudioſiſsimus Princeps, & diuinorum mandatorum obſeruantiſsimus





mus omnium rerum ad eius decus,& honorem ſpectantium ardentiſsimè curam ſuſcipiat, & ſanctæ matris Eccleſiæ dictis ac præceptis ſemper ſit audiens,& inter alia hoc præcipuè,& obnixè illi commendo, vt ſanctæ Inquiſitionis Officium contra hæreticam prauitatem diuinitus inſtitutum illiuſque miniſtros & officiales omnibus fauoribus atque honoribus proſequatur,eò quòd hoc vno remedio grauiſsimis in Deum offenſionibus obuiam itur. Item illi præcipio,vt omnibus Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis ſuas immunitates ſeruandas curet, Religionibus faueat, illarum augmēto & reformationi inuigilet. Itē, vt diuini cultus & honoris ſe ſe ſtudioſiſsimum ſemper oſtendat, ſectetur iuſtitiam,illiuſque adminiſtrationi,abſque perſonarum exceptione,vigilanter incumbat: vſque Regnorum omnium paci, & tranquillitati proſpiciat erga ſubditos, & gētiles benignitatis & humanitatis ſtudia colat, neque eos aut vexari,aut iniurijs affici patiatur. Præcipuè verò illi præcipio,vt viduas,pupillos,ac pauperes ſuo patrocinio amplectatur, & diuitum & potentum extorſiones, ac iniurias ab illis repellendas( quod maximè Regium officium eſt)ſedulò curet.

Neque ijs religioſiſsimus Imperator contentus arctiori vinculo chariſſimum Philippum ad horum obſeruationem obſtrinxit. In ipſa oculorum tetra caligine,in crebro anhelitu atque ſingultu, in totius corporis ſudore,in intercluſi ſpiritus anguſtijs hanc ſuam pietatem & animum erga ſanctum Officium propenſum teſtatum eſſe voluit. Et ſic in ſuo Codicillo hanc clauſulam adiunctam eſſe voluit,in qua hæc verba referūtur.

Quamquam vbi primùm de illis qui hæreſeos inſimulati fuerāt, & cōprehendi aut comprehenſum iri ſperabantur, certior factus ſum, ſtatim ad chariſsimam filiam Principem, quæ ad noxiorum punitionem & ad huius rei remedium pertinere videbantur, ſcripſi. Idemque præſtiti per Ludouicum Quixadam, quem meo nomine ad huius rei cognitionem cum imperio delegaui,& quamquam certo ſcio Regem Philippum, cæteroſque miniſtros ( ad quos tantæ rei negotium ſpectat) ſedulò curaturos, vt tantum malum penitus exſtirpetur,& ea ſeueritatis ſignificatione,& ea breuitate puniatur,quam tantum facinus requirit: & quamquam certò ſcio fore vt Princeps filia huic negotio totis viribus incūbat, quouſq; executioni mandetur; nihilominus pro mea erga diuinum obſequium, fidei exaltationem , erga Eccleſiæ conſeruationem , & Chriſtianæ Religionis augmentum voluntate propenſa,pro cuius defenſione propriæ incolumitatis diſpendio (pro vt vniuerſo orbi notū eſt)tot,tantoſque labores exātlaui, & pro eo quo teneor deſiderio, quo Philippus tanquā Catholicus Rex idē pręſtet,quod ego de illius pietate probitate,& ſtudio erga Chriſtianā Religionē confido ab ipſo obnixè peto,& cum qua maxima poſſum contentione obteſtor, & tanquā pater amantiſsimus, pro illius erga me obſeruantia præcipio vt huius rei ( in qua totius Hiſpaniæ ſalus agitur)ardentiſsimè curam ſuſcipiat , vt ſcilicet, omnes hæreſis labe infectos debita ſuis flagitijs pœna excipiat, nulla habita cuiuſquam conſideratione , neq; vllius perſonam aut preces admittat: ad cuius effectum ſanctæ Inquiſitionis Officium omnibus fauoribus proſequatur,cuius vigilantia in his Regnis Catholica fides augetur, & Chriſtiana religio conſer-

uatur, & quam plurimis malis ac damnis occurritur, quæ antequam oriantur, ſedulò comprimuntur, prout latiùs in meo teſtamento illi præcepi. Nam pręterquam quod ſi hoc pręſtiterit, Chriſtiani Principis officio ſatisfaciet, Diuinam clementiam hac tam inſigni probitatis & pietatis ſignificatione deuinciet, vt eius conſilijs adſit, ipſumque ab hoſtibus tueatur; & in periculis ac rebus dubijs ſui numinis declaret pręſentiam; me etiam ingenti gaudio cumulabit.

## *De ſtudio, & vigilantia Inquiſitorum, qua vnitas Religionis Catholicæ, atq; concordia, & pax Reipublicæ conſeruantur.*

## *CAP. III.*

### SVMMARIVM.

1 *Religione nulla vnquam gens caruit.*

2 *Religio omnibus nationibus neceſſaria viſa eſt ad rempublicam conſeruandam.*

3 *Numa Pompilius melius meritus eſt de ciuitate Romana, quam Romulus.*

4 *Religio ſi paruipendatur, eſt certiſſimum indicium ruinæ alicuius Reipublicæ.*

5 *Atheiſtæ nihil efficacius religione atteſtantur ad Rempublicam conſeruandam.*

6 *Status omnis Reipublicæ pendet à religionis obſeruantia.*

7 *Reſpublicæ celebriores mundi potiſsimā curam Religionis habuerunt.*

8 *Socrates iudicium mortis ſubijt, quia receptam Religionem damnabat.*

9 *Religionis noſtræ Catholicæ conſeruationis maiorem curam habere debemus.*

10 *Principes omnes Chriſtiani ob inſignē religionem à Deo fuerunt fortunati.*

11 *Conſtantinus Imperator omnes ſuas victorias in religionis cultū referebat.*

12 *Theodoſij Magni Imperatoris nouella de Iudæis.*

13 *Theodoſius Magnus Imperator, moribundus fidei conſeruationem filijs commendauit.*

14 *Religione creſcente Imperium dilatatur, ea declinante, decreſcit.*

15 *Religio Catholica baſis, ac fundamētum Romani Imperij.*

16 *Reges priuſquam Regiam ſedem conſcendant, iureiurando polliceri teneri, ſe fidem Catholicam conſeruaturos, ſtatutū fuit in Concilio Toletano VI. & in VIII. & nu. 17.*

18 *Forma iuriſiurandi, quam Reges præſtant in ſua coronatione.*

19 *Reges, & magiſtri militum, ac prouinciarum Præfecti antiquis temporibus, fidei Catholicæ iureiurando promittebant.*

20 *Deus impunitam non relinquit Principum ſocordiam in conſeruatione religionis.*

21 *Principibus, qui conſeruandæ religioni ſtudent, omnia feliciter accidunt.*

22 *Principi deſidioſo in religione conſeruanda naſcuntur diſsidia, rebelliones, & aliæ calamitates.*

23 *Religionis Chriſtianæ effectus eſt, voluntates ſubditorum inter ſe, & cum Principe deuincire.*

24 *Religionis Chriſtianæ Lex, non ſolùm quæ agenda ſunt, præſcribit, ſed vires etiam ad agendum ſuppeditat.*

25 *Vnitas & concordia ſubditorum cum Principe, omnigenam felicitatē importat in regnum.*

26 *Officio S. Inquiſitionis debentur fidei conſeruatio & alia bona, quæ inde naſcuntur, in Hiſpaniarum regnis.*

27 *Ratio bene gubernandi exigit, vt ſanctum Inquiſitionis Officium à Principe protegatur & honoretur.*

28 *Officium*



28 *Officium ſanctæ Inquiſitionis regnorum pacem & concordiam conſeruat.*

29 *Reipublicæ bonum primarium concordiam eſſe, dixit Socrates.*

30 *Græciæ vrbes non aliud iuſiurandum à ciuibus exigebant, quàm de concordia conſeruanda.*

31 *Religionum diſsimilitudo atque diuerſitas, maximas ſolet in Republica excitare tragœdias.*

32 *Religio Catholica nihil niſi cæleſte, diuinumque admittit.*

33 *Deus imperauit populo Iſraelitico Ægypto egreſſo, ne cum infidelibus communicaret.*

34 *Deus iratus fuit Regi Ioſaphat, quia cum inimicis eius amicitiam inierat.*

35 *Deus caſtigauit Amaſiam & Aſa, quòd amicitia copularentur cum impijs.*

36 *Amicitia cum ſerpēte, inimicitia cum Deo eſt.*

37 *Impietas eſt communicare cum illis, qui propter commiſſa ſcelera à diuinis officijs arcentur.*

38 *Concilia ſacra clamant, ne cum hæreticis aliquatenus commiſceamur.*

39 *Hæretici per dulces ſermones ſeducūt corda innocentium.*

40 *Hæreticos omnes, ac Arianos, & Manichæos Diuus Antoninus maximè deteſtabatur.*

41 *Ioannes, quæ docuit de hæreticis vitandis factis comprobauit.*

42 *Polycarpus Marcioni ſibi occurrenti quid reſponderit.*

43 *Hæreticis multa interdicuntur iure ciuili.*

44 *Theodoſius imperauit, vt hæretici procul à ciuitatibus amandarentur.*

45 *Hæretici cum Catholicis in eadem Republica pacificè viuere non poſſunt.*

46 *Officio ſanctæ Inquiſitionis debetur pax & tranquillitas Hiſpaniarum.*

47 *Officium ſanctæ Inquiſitionis viam intercludit regnorum diſſenſionibus & calamitatibus.*

48 *Machiauelli doctrina de regnorum conſeruatione falſa & inſana.*

49 *Bodini & aliorum impiorum doctrina de pace conſeruanda, ſtulta; ibidem.*

NVLLA vnquam
1 gens † fuit tam barbara aut efferata,
quæ religione caruerit.
2 Hæc † enim
vnica conſeruandæ
Reipublicæ ratio
omnibus viſa eſt. Vnde Plutarch. lib.
aduerſus Colotem [Ego (inquit) credo
faciliùs eſſe ſine area ædificare,
quàm ſine religione poſſe rempublicam
optimè gubernari.] Machiauellus
homo inſigniter impius,
ac politicorum huius temporis anteſignanus
lib. 1. ſuorum diſcurſuum
cap. 11. religionem neceſſariam eſſe
ad rempublicam gubernandam affir-
3 mat, meliùſque meritum fuiſſe † Numam
Pompilium de ciuitate Romana
ob inductam religionem, quàm
Romulum, qui prima eius fundamēta
iecisset, armiſq; propagaſſet. Duodecimo
autem cap. eiuſdem libri ait,
4 certiùs indicium † ruinæ alicuius reipublicæ
non eſſe, quàm ſi religio, &
cultus diuinus paruipendātur. Ioannes
Bodinus lib. 4. cap. 7. de Reipu-
5 blica † cōmemorat etiam Atheiſtas,
qui Deum eſſe negant, omnique religione
carent, atteſtari nihil efficacius,
aut potentius religione inueniri
poſſe ad rempublicam conſeruandam;
in eaque præſertim
Principum potentiam, ſubditorum
obedientiam, ac in ſuperiores ob-
6 ſeruantiam, peccandi metum, amicitiam,
ac hominum commercia ſita
eſſe, ob idque † magnum ſtudium ad-

 hiben-

hibendum eſſe ad illius inuiolabilem
obſeruantiam, à qua omnis reipubli-
7 cę ſtatus pendeat, ac proficiſcatur. †
Quapropter Ægyptij, Lacedęmones,
Athenienſes, Romani, ac alię inſignes
Reſpublicæ, quas breuitatis ſtudio
prætermitto, potiſsimam ſemper re-
ligionis curam ac rationem habue-
8 runt. Socratem, † cum eſſet ab inimi-
cis accuſatus, nulla res magis iudi-
cium mortis ſubire coegit, quã quòd
nouam religionem moliri atque in-
uehere, receptamque damnare dice-
retur; cumque & Xenophon & Pla-
to cauſam illius agerent, nulla magis
in parte totius accuſationis, quàm in
hac quæ religionem ſpectabat, labo-
rarunt. Iſocrates quoque celebris in-
ter Græcos orator ſcribẽs de inſtitu-
tione Principis, hunc ſedulò; ne ma-
iorum religionem & ſacra mutet, ad-
hortatur: propterea quòd rerum hu-
manarum inuerſiones ſolent cum il-
la mutatione eſſe coniunctæ. Quod
9 ſi † Reſpublicæ ſapientia toto Orbe
celebres ſuam religionem tanti fece-
runt, tantoque ſtudio Deorum falſo-
rum cultui incubuerunt, multò nos
maiorem curam atque ſtudium adhi-
bere debemus ad veram ac ſacratiſ-
ſimam religionem Chriſtianam co-
lendam ac conſeruandam, quam nos
Deus ipſe edocuit: ac multò profectò
Chriſtiani ferre debemus iniquius,
ſacris noſtris inſidias ſtrui, nouaq; ſtu
dia ſuſcipi cõtra eam religionẽ quam
ab ipſius ore Dei ſcimus eſſe profe-
ctã, cuiuſq; adeò veritatem exploratã
habemus, vt ſi vel angelus Dei deſ-
cendat de cælo, & aliud quam tradi-
tum ſit annunciet, anathemate de-
beat abire perculſus. Exemplo ſunt
10 omnes Chriſtiani † Principes, qui, ob
inſignem religionem mirum in mo-
dum à Deo ipſo fortunati ſunt. Con-
11 ſtãtinus Imperator, † qui primus Chri
ſtianam religionem in Romano im-
perio protexit, in Epiſtola quadam
quam ad Epiſcopos Paleſtinæ deſti-
nauit, luculenter clareque profite-
tur omnes eius victorias in Deum ac
eius ſanctæ ac verę religionis cultum
referendas eſſe, vt refert Cæſar Ba-
ronius tom. 3. anno Domini 318. Ma-
12 gnus Theodoſius † Imperator in ſua
nouella de Iudæis in hæc verba exor-
ditur, [Inter cæteras ſolicitudines,
quas amor publicus peruigili cogita-
tione nobis indixit, præcipuam Im-
peratoris Maieſtatis curam eſſe per-
ſpicimus, veræ religionis indaginem,
cuius ſi cultum tenere potueris, iter
proſperitatis humanis aperimus ince
ptis: quod vſu longæ ætatis exper-
ti, piæ mentis arbitrio ad poſteros
vſque perennitatis iure fundare de-
creuimus cæremonias ſanctitatis.
Quis enim tam mente captus, tam
nouæ feritatis immanitate damna-
tus eſt, vt cum videat cælum diuinæ
artis Imperio, incredibili celeritate
intra ſua ſpatia metas temporum ter
minare, cum ſyderum motum, vitæ
commoda moderantem, dotatã meſ-
ſibus terram, mare liquidum, & im-
menſi operis vaſtitatem, finibus na-
turæ concluſam, tanti ſecreti, tantæ
fabricæ non quærat autorem? quod
ſenſibus excæcatos Iudæos, Samari-
tas, Paganos, & cætera hæreticorum
genera portentorum audere cogno-
ſcimus? Quos ſi ad ſanitatem mentis
egregiæ lege medica reuocare cone-
mur, ſeueritatis culpam ipſi præſta-
bunt: qui duræ frontis obſtinato pia-
culo locum veniæ non relinquunt.
Quamobrẽ cum ſententia veteri de-
ſperatis morbis nulla ſit adhibenda
curatio, tamẽ ne ferales ſectæ in vitã,
immemores noſtri ſeculi, velut indi-
ſcreta confuſione licentiùs euagen-
tur, hac victura in omne æuum lege
ſancimus: neminem Iudæum, nemi-
nem Samaritam, neutra lege conſtã-
tem,



tem, ad honores & dignitates acce-
dere; nulli adminiſtrationem petere
ciuilis obſequij; nec defenſoris fun-
gi ſaltem officio. Nefas quippe cre-
dimus, vt supernæ maieſtati, & Ro-
manis legibus inimici, vltores etiam
noſtrarum legum ſubreptiuæ iuriſdi-
ctionis habeantur obtentu, & ac-
quiſitæ dignitatis autoritate muniti,
aduerſum Chriſtianos, & ipſos ple-
13 rumque ſacræ Religionis Antiſtites,
velut inſultantes fidei noſtræ, iudi-
candi vel pronunciandi quod ve-
lint, habeant poteſtatem. Illud etiam
pari conſideratione rationis arcen-
tes, neque Synagoga in nouam fa-
bricam ſurgat, fulciendi veteres per-
miſſa licentia, quæ ruinam præſenta-
neam minitantur. His adijcimus, vt
quicumq; ſeruum ſeu ingenuum in-
uitum vel ſuaſione plectenda ex cul-
tu Chriſtianę religionis in nefandam
ſectã ritumue traduxerit, cũ diſpen-
dio fortunarum, capite puniendum.
Vt quiſquis igitur vel infulas cepe-
rit, acquiſitis dignitatibus non po-
tiatur, vel Synagogam extruxerit,
compendio Eccleſiæ Catholicæ ſe
nouerit laboraſſe. Imò quia ad ho-
nores irrepſerit, habeatur, vt an-
te, conditionis extremæ, etiam ſi
honorariam promeruerit dignitatẽ.
Et qui ſynagogæ fabricam cepit,
non ſtudio reparandi, cum damno
quinquaginta librarum auri fraude-
tur auſibus ſuis. Cernat præterea
bona ſua proſcripta, & pœnæ mor-
tis ſanguinis deſtinandus, qui fidem
alterius expugnauit peruerſa doctri-
na. Et quoniam decet Imperatoriam
Maieſtatem ea prouiſione cuncta
complecti, vt in nullo publica læ-
datur vtilitas, curiales ciuitatum
omnium, nec non cohortalinos one-
roſis, quin etiam militiæ, ſeu diuer-
ſis officijs facultatum, & perſonalium
munerum obligatos, ſuis ordinibus,
cuiuſque ſectæ ſunt, inhærere cenſe-
mus, ne videamur hominibus exe-
crandis contumelioſo ambitu immu-
nitatis beneficium præſtitiſſe; quos
volumus huius conſtitutionis auto-
ritate damnari. Hac exceptione ſer-
uata, vt apparitores memoratarũ ſe-
ctarum in priuatis dumtaxat nego-
tijs, nullius iudicis ſententias exe-
quantur, nec carcerali præſint cuſto-
diæ, ne Chriſtiani (vt fieri adſolet) nõ-
nunquam obſtruſi cuſtodum odijs al-
terum carcerem patiantur incer-
tum, an iure videantur incluſi. Hinc
proſpicit noſtra clementia, Pagano-
rum quoq; & gẽtilis immanitatis vi-
giliam nos debere ſortiri, qui natura-
li veſania & licentia, pertinaci veræ
religionis tramite diſsidentes, nefa-
rios ſacrificiorum ritus, & funeſtæ ſu-
perſtitionis errores occultis exerce-
re quodammodo ſolitudinibus dedi-
gnãtur, niſi ad ſupernæ maieſtatis in-
iuriam, & temporis noſtri contem-
ptum eorum ſcelera profeſsionis ge-
nere publicentur, quos non promul-
gatarum legum mille terrores, non
denunciati exilij pœna compeſcunt,
vt ſi emendari non poſsint, mole ſal-
tem criminum, & illuuię victimarum
diſcerent abſtinere. Sed prorſus ea fu-
roris peccatur audacia; ijs improbo-
rum conatibus patientia noſtra pulſa-
tur, vt ſi obliuiſci cupiat, diſsimulare
non poſsit. Quamquã igitur amor re-
ligionis numquã poſsit eſſe ſecurus,
quamquam Paganorũ dementia cun-
ctorum ſuppliciorũ acerbitates expo-
ſcat, lenitatis tamen memores nobis
innatæ, trabali iuſsione decreuimus,
vt quicũq; pollutis, contaminatiſque
mentibus in ſacrificio quolibet in lo-
co fuerit comprehenſus; in fortunas
eius, in ſanguinem ira noſtra conſur-
gat. Oportet enim dare nos hanc vi-
ctimam meliorem, ara Chriſtianita-
tis intacta ſeruata. An diutius perfe-
rimus

timus mutari temporum vices, irata cæli temperie? quæ Paganorum exacerbata perfidia, neſcit naturæ libramenta ſeruare. Vnde enim ver ſoli-
4 tam gratiam abiurauit? Vnde æſtas meſſe ieiuna laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? Vnde hiemis intemperata ferocitas, vbertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnauit? niſi quod ad impietatis vindictam tranſit lege ſua Naturæ decretum. Quod ne poſthac ſuſtinere cogamur, vt pacifica vltione (vt diximus) pianda eſt ſuperni numinis veneranda maieſtas; ſupereſt, vt quæ in Manichæos, Deo ſemper offenſos, quæ in Eunomianos, hæreticæ fatuitatis autores, quæ in Montaniſtas, Cataphrygas, Photinianos, Priſcillianiſtas, Aſcodrogos, Hydroparaſtatas, Borporitas, Ophitas, innumerabilibus cōſtitutionibus lata ſunt, ceſſante deſidia celeri executioni mandentur. Florenti Præfecte chariſsime Auguſtorum, Illuſtris igitur, & magnifica autoritas tua, cui cordi eſt cum diuinis, tum principalibus adhibere iuſsionibus famulatum, quæ inſatiabili Catholicæ Religionis honore decreuimus, propoſitis excellentiæ ſuæ ſolenniter edictis, in omnium faciat peruenire notitiam. Prouinciarum quoque moderatoribus præcipiat intimari, vt & eorum pari ſolicitudine cunctis ciuitatibus atque prouincijs, quæ neceſſariò ſancimus, innoteſcant. Dat. Prid. Kal. Febr. Conſtantinopol. Theod. A. xvij. Coſ. & qui fuerit nunciatus. Eodem exemplo viro illuſtri Præf. P. Illyrici.] Et vt ait † Nicephorus lib. 13. Hiſtoriæ Eccleſiaſt.
13 cap. primo, dum in extremis ageret, nihil aliud filijs commendauit, quàm vt ſanctam Catholicam fidem in ſua integritate atque nitore retinerent, vt pacem obtinerent, inimicos ſuperarēt, ac feliciter omnia, annuente Deo, perficerent. Imperatores Theodoſius ac Valentinianus † ad
14 Cyrillum ſcribentes, firmitatem inquiunt ac ſtabilimentum Imperij à religione Catholica dependere, quæ duo adeò inter ſe cohærent, vnitaq; ſunt, vt creſcente religione, neceſſariò imperium dilatetur, eaque declinante, decreſcat. Id ipſum quoque autoritate Leonis Papæ confirmatur, qui ad Pulcheriam Imperatricem ſcribens Epiſtol. 31. relata in c. res autē omnes, vigeſimatertia quæſtione quinta, ſic ait. [Non poſſunt tutæ humanæ res eſſe, niſi regalis poteſtas Eccleſiaſticæ coniungatur, ac vnà ſimul religionem tueātur, at-
15 que defendant.] Zeno Imperator † (teſte Euag. lib. tertio cap. atque Nicephor. libr. 16. cap. duodecimo,) in ſuis conſtitutionibus, atque decretis Religionem Catholicam vocat baſim, fundamentum, atque præſidium Romani Imperij, matrem perpetuam ac immortalem eius ſceptri. Iuſtinianus Imperator ait [nos omni ſtudio ac prouidentia Eccleſiarum curam gerimus, ob quas credimus Deum noſtrum Imperium ſuſtinere, ac rempublicam pro ſua cle-
16 mentia defendere.] Iam verò † in Toletano Concil. ſexto cap. 3. decretum eſt in hæc verba: [Inflexibilis Iudęorum perfidia, deflexa tandem videtur pietate & potentia ſuperna. Hinc enim liquet, quòd inſpiramine ſummi Dei excellentiſsimus & Chriſtianiſsimus Princeps ardore fidei inflammatus, cum regni ſui ſacerdotibus præuaricationes, & ſuperſtitiones eorum eradicare elegit funditus: nec ſinit degere in Regno ſuo eum, qui non ſit Catholicus: ob cuius feruorē fidei gratias omnipotenti Domino cælorum agimus,



agimus, eò quòd ei tam illuſtrē creauerit animā & ſua repleuerit ſapiētia: ipſe quoq; donet ei & præſentis æui diuturnam vitam, & in futuro gloriā æternam. Illud autem prouida nobis cura, & valdè eſt decernendum vigilanti ſolertia, ne eius fidei calor, & noſter labor, quandoque in poſteris tepefactus liqueſcat. Quocirca conſonam cum eo corde & ore promulgamus Deo placiturā ſententiam, ſimul etiā cum ſuorum optimatum, illuſtriumq; virorum conſenſu & deliberatione ſancimus, vt quiſquis ſuccedentium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante cōſcendat Regiam ſedem, quàm inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit, hāc ſe Catholicam non permiſſurum eos violare fidem: ſed nullatenus eorum perfidiæ fauēs, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus, tendentibus ad pręcipitia infidelitatis aditum prębeat pręuaricationis: ſed quod magno perè noſtro eſt tēpore conquiſitū debeat illibatū perſeuerare in futurum. Nam incaſſum bonū agitur, ſi nō eius prouideretur perſeuerantia, &c.] Et in Concilio Toletano VIII. cap. 10. ſi-
17 militer decretum eſt † in hæc verba: [De affinium ſucceſsione vel munere, quamuis inordinatè relicta ſint, aut primò tantùm filijs; aut hæredibus ſequenter proficiant, vel propinquis, atque ita in eorum cunctis actibus, moribus, ac rebus præfatæ legis autoritas erit valitura, vt & perenniter maneat inconuulſa, & non priùs apicem regni quiſquam percipiat, quàm ſe illa per omnia ſuppleturum iuriſiurādi taxatione definiat.] Ad hæc etiā pertinet iuſiurandum illud, quod à Regibus in eorum coronatione exigitur, vt defendant atque tueantur Catholicam fidem, iuxta formam traditam in Pontificali Romano, quæ ſic
18 ſe habet. † [Rex electus accedit ad Metropolitanum, & coram eo detecto capite genu flexus, oſculatur eius manum, & facit hanc profeſsionem: dicens [Ego N. Deo annuente, futurus Rex H. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis eius, deinceps legem, iuſtitiam & pacem Eccleſiæ Dei, populoq; mihi ſubiecto, pro poſſe & noſſe, facere, atque ſeruare: ſaluo condigno miſericordię Dei reſpectu, ſicut in conſilio fidelium meorū melius potero inuenire. Pōtificibus quoque Eccleſiarū Dei cōdignū, & canonicū honorē exhibere: atq; ea quæ ab Imperatoribus & Regibus Eccleſijs collata, & reddita ſunt, inuiolabiliter obſeruare. Abbatibus, Comitibus & vaſſallis meis congruum honorem ſecundùm conſilium fidelium meorum præſtare] deinde ambabus manibus tangit librum Euangeliorum, quem Metropolitanus ante ſe apertum tenet, dicens [Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia]
19 Nec tantum antiquis temporibus † ſoli Reges ac Principes prædicto iuramento adſtringebantur, ſed ducibus etiam ſuis, atque præfectis præcipiebant, vt Catholicam fidem obſeruare atque defendere iureiurando promitterent, iuxta formam, quæ eſt in nouell. conſt. 8. quod ſanè præſtabant, exiſtimantes religionem, ac ea omnia, quæ ad eius cultum ac venerationem pertinent, præcipuè Regi-
20 bus curæ eſſe debere, hancque † ipſorum tam adſtrictam obligationem eſſe, vt ipſa clamet contra malum ac infidelem Dei miniſtrum, qui id nō pręſtet, eumque rationem redditurum, ac ob id grauiſsimas pœnas in alio ſæculo daturum, cum tamen nec in hoc talem principum ſocordiam impunitam Deus relinquat, imò ſoleat illam plurimis calamitatibus vindicare, vt
21 infrà dicemus. E cōuerſo † autem videmus reges ac Principes, qui conſeruandæ

uandæ religioni ſtudent, à Deo inſi-
gniter adiuuari, fortunarique, eiſque
omnia feliciter accidere, quemadmo
dum plurimorum regum exēpla oſtē
dunt: quorum Hiſtoriæ refertæ ſunt.
22 Calamitoſis † his noſtris temporibus
videmus, principe in vera religione
conſeruanda deſidioſo, ac varijs reli-
gionum monſtris in regno naſcenti-
bus, è veſtigio conſequi diſſidia, diſ-
cordias, rebelliones, ac alias magnas
in gubernandi arte difficultates: cō-
tra omnia effloreſcunt, vbi integri-
23 tas religionis conſeruatur. Eſt enim †
peculiaris Chriſtianæ religionis effe-
ctus, corda, ac voluntates ſubditorum
inter ſe ac cum principe deuincire:
24 eſt enim lex noſtris cordibus † inſita,
quæ non ſolùm docet ac mandat, vt
inuicem per amorem coniungamur;
ſed ad id quoque propenſionem ac
25 vires ſuppeditat. Hæc vnitas ſi † re-
periatur, facilè eſt Reipub. clauum
gerere, atq; omnia bona, ac omnige-
nam felicitatem, quæ in regno deſi-
derari poteſt, importat. Hæc omnia
breuiter repetita qui attentè perpen
derit, inſtitutumque ac effectus ſan-
ctæ Inquiſitionis florentis in Hiſpa-
26 niarum regnis † conſiderauerit, in-
genuè fatebitur fidei ſinceritatem,
obſeruantiam, aliaque inde conſequē
tia innumera bona, quibus Hiſpania
Dei beneficio exultat, poſt noſtri Ca-
tholici regis laudabilem prouidentiā
omnia ſanctę Inquiſitionis Officio de
beri, cuius primarius effectus, eſt fi-
dem orthodoxam defendere, eamq;
illibatam, puram ac ſine errorum, &
hæreſum mixtura conſeruare, ac fir-
miter retinere: quod primū eſt prin-
cipium, atque origo aliorum bono-
rum, quibus Hiſpaniam alijs prouin-
cijs præeminere omnes cognoſcunt:
de quibus infrà (Deo dante) dice-
mus.
27 Ex prædictis † conſequitur bene

gubernandi rationem exigere, vt ſan
ctum Officium ſumma contentione
foueatur & conſeruetur, cum ab eo
defenſio ac conſeruatio fidei Catho-
licæ potiſsimùm ſuſtineantur, vnde
tot bona deriuantur, vt ſuprà tetigi-
mus, & in capitibus ſequentibus la-
tiùs demonſtrabimus: ratioque ipſa
poſtulat, vt defenſores ac propugna-
tores fidei magno ſtudio conſtituan-
tur, qui in muro ſanctæ Inquiſitionis
magna vigilantia ac fidei ardore, ex-
cubias pro religione faciant, eamque
ab hæreſum incendio tueantur, atq;
defendant.
Verùm non ſolū S. Inquiſitionis Of
ficium puram religionem Catholi-
28 cam: † ſed pacem etiam regnorum &
concordiam conſeruat, quas adeò è
Republica eſſe omnibus conſtat, vt
ſine illis diutiùs conſeruari non poſ-
29 ſit. Vnde † Socrates (vt eſt apud Xe-
nophontem de dictis & factis Socra-
tis) primarium bonum Reipublicæ
concordiam eſſe dixit: vſque adeò vt
30 Græciæ † vrbes non aliud iuſiuran-
dum à ciuibus exigerent, quàm dę
concordia conſeruanda. Hæc autem,
niſi omnes in vna religione conſen-
tiant, ſtare non poteſt, nec peregrina
aliqua introducta manere, cùm reli-
31 gionum diſsimilitudo, † atque diuer-
ſitas ſoleat turbas maximas atque tra
gœdias excitare. Quæ cùm vera ſint,
longè tamen magis in Chriſtiana re-
publica locum habent, cùm Catho-
licæ fidei religio, quę ſola veritate in-
32 nititur nec opiniones contrarias, †
nec quidpiam niſi cæleſte, diuinum-
que patiatur, atque admittat. Non re-
ctè poſſunt (vt Tertullianus ait de co-
rona militum) vexilla Chriſti Satha-
næ vexillis coniungi: nec lucis radius
tenebrarum caligine copulari, nec
vnica anima duobus dominis debe-
ri, & (vt ſanctus Cyprianus de vnitate
Eccleſiæ ait) Amaro dulce, luci tene-
bręs



bræ, paci bellum quid interſunt? ſe-
renitati imber, ſterilitati fœcunditas,
fontibus ſiccitas, quid præſtant? Hinc
eſt, quod Deuteronom. 7. & 31. cap.
Iſraelitico populo ex Ægypto † e-
33 greſſo Dominus imperauit, ne Ca-
nanæis, Gebuſęis, & Amorrhęis, alijſ-
úe infidelibus communicarēt, matri-
monijs, commercijſúe coniungeren-
tur, quinimo illis bellum inferrent,
eorum ciuitates popularentur, fal-
ſoſque Prophetas occiderent, vt hoc
exemplo edoceamur, quanto odio
proſequi debeamus omnes Dei ini-
micos, puriſsimæque religioni no-
ſtræ contrarios: quæ eſt enim (vt dixi-
mus) Dei & Sathanæ communicatio?
quę participatio Chriſti & Belial? quę
fidelis cum infideli communio? Quiſ-
úe ſimul Chriſti & Dæmonum cali-
cem bibere poteſt? Nam, vt diui-
num Chriſti cecinit oraculum [Qui
non eſt mecum, contra me eſt, & qui
nō cōgregat mecum, ſpargit] Matth.
34 cap. 12. Propterea Iehu † Regem Io-
ſaphat his verbis commonuit, dicēs.
[Impium adiuuas, ac cum inimicis
Dei amicitias copulaſti, propter pec-
catum hoc iratus eſt tibi Dominus]
Nec aliam ob cauſam, quàm ob has
35 ſacrilegas amicitias, Amaſias † & Aſa
à Deo caſtigati fuerunt. Paralip. 16. &
25. Nā, vt eleganter Cyrillus Patriar-
36 cha Hieroſolymitanus ſcribit: † Ami-
citia cum ſerpente, inimicitia cum
Deo eſt. Marſilius autem Ficinus in
commentarijs in Platonē, in Argum.
Dialog. 10. de Legibus, non minus gra
uem de hac re ſententiam protulit,
37 dicens impietatem † eſſe, familiari-
ter communicare cum illis, qui pro-
pter commiſſa ſcelera à diuinis offi-
cijs arceantur; ij enim infecti cum
ſint, non poſſunt hos ſecum commu-
nicantes non inficere. D. Ambroſius,
Quamobrem ad S. Vigilem Epiſco-
pum Tridentinum glorioſum Mar-

tyrem Epiſtol. vigeſimaquarta libr. 3.
editione Roman. libr. 9. Epiſtola 70.
editione communi, ſcribens de mu-
nio ac Officio ſancti præſulis, cùm
ante omnia commonefacit, vt in pri-
mis totis viribus contendat, ne Ec-
cleſia corpus commune fiat ex Chri-
ſtianorum atq; Gentilium commix-
tione. Iam verò S. Gregorius Na-
zianzenus Nectarium eius in Con-
ſtantinopolitana ſede ſucceſſorem
grauiter reprehendit, quòd illam ab
hæreticis aliquibus non purgaret.
38 Tandem ſacra omnia † Cōcilia cla-
mant, ne cum hæreticis oremus, co-
medamus, aut aliquatenus commiſ-
ceamur. Vnde Fabianus Papa Epi-
ſtola ad Epiſcopos Orientis: Segre-
gatos nobis eſſe (inquit) à oportet
omnes, qui extra Eccleſiam ſunt;
quibuſcum nec cibos capere, nec
communicare nobis permittitur.
Nam colloquia hæreticorum ſunt
periculoſiſsima, & ideo diligen-
ter vitanda. Ita Paulus ad Roman.
16. [Rogo autem vos (fratres) vt ob-
ſeruetis eos, qui diſſenſiones & of-
fendicula præter doctrinam, quam
vos didiciſtis, faciunt, & declinate
ab illis.] Huiuſcemodi enim Chriſto
Domino noſtro non ſeruiunt, ſed
39 ſuo ventri: † & per dulces ſermo-
nes & benedictiones ſeducunt cor-
da innocentium. Sanctus Irenæus
lib. tertio. cap. tertio. Tantùm (inquit)
Apoſtoli, & horum diſcipuli habue-
runt timorem, vt neque verbote-
nus communicarent cum aliquo eo-
rum, qui adulterauerant verita-
tem. Sanctus Cyprianus libr. primo
Epiſtol. tertia ad Cornelium [De-
clinent (inquit) fortiter, & eui-
tent dilectiſsimi fratres noſtri ver-
ba, & colloquia eorum, quorum
ſermo, vt cancer ſerpit.] Et paulò in-
fra: [Nulla cum talibus commer-
cia, nulla conuiuia, nulla colloquia
miſcean-

miſceantur: ſimuſque ab eis tam ſeparati, quàm ſunt illi ab Eccleſia profugi: ſanctus Athanaſius de ſancto Antonio in eius vita, nunquam (inquit)
40 † Manichæis, aut alijs hæreticis, ſaltem amicabilia verba largitus eſt, denuncians talium amicitiam atque ſermones perditionem eſſe animæ: ſic etiam Arrianos deteſtabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem eſſe accedendum: & ipſe Beatus Antonius iam moriturus: Hæreticorum (inquit) & ſciſmaticorum venena vitate, meumque circa eos odium ſectamini: ſcitis ipſi, quod nullus mihi nec pacificus quidem ſermo cum eis vnquam fuerit, ſanctus Auguſtinus in Epiſtola. 62. Hæreticum (inquit) ſicut vitandum monemus, ne infirmos & paruulos fallat: ita non abnuimus, quibuſcunque modis poſſumus corrigendum. Sanctus Leo ſermone 18. de Paſsione Domini, viperea (inquit) hæreticorum vitate colloquia, nihil vobis commune ſit cum eis, qui ſolo ſunt nomine Chriſtiani: igitur omnes hæretici vitandi ſunt. Nam, vt inquit Beda per dictam Epiſtolam ſecundam Ioannis 1. & habetur in c. omnes. 24. q. 1. Omnis (inquit) qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, hic Deum non habet, qui permanet in doctrina Chriſti, hic & filium & patrem habet: ſiquis venerit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim illi dicit aue, communicat illius operibus
41 malis. Hęc Ioãnes de ſciſmaticis † ſiue hæreticis vitãdis; quæ verbis docuit, & factis exhibuit. Narrat enim de illo auditor eius, ſanctiſsimus vir, & martyr fortiſsimus Polycarpus Smyrneorũ antiſtes, quòd tẽpore quodam, cùm apud Epheſum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cherintum exire, continuò diſceſſit non lotus, dicens: Fugiamus hinc ne & balneæ ipſæ nos corrumpant,
in quibus Cherintus lauatur inimicus veritatis. Idem etiam Polycarpus
42 † Marchioni cum aliquando occurriſſet, dicenti ſibi: agnoſce nos: reſpondit: agnoſco primogenitum Sathanę eadem ſententia probatur ex cap. Ad
43 uocauit. 24. q. 1. Iuri autem † ciuili hæreticis teſtimonium, omnis teſtamenti factio, actiua & paſsiua, muneraque omnia publica & honores interdicuntur, vt vtroque tam Iuſtinianeo, quam Theodoſiano codice conſtat, vt latius dicitur in quæſtione de pœnis hæreticorum.

Theodoſius & Valentinus in l. 64.
44 tit. de hæreticis in. C. Theodoſius. † imperant vt hæretici procul à ciuitatibus amandentur, ne illorum peſsima contagione inficiantur, eorumue præſentia contaminentur. Et in l. 65. præcipiunt, ne eis locus aliquis relinquatur, in quo etiam elementis ipſis iniuria irrogatur. In alia verò ſanctione præſcribunt, vt illis ciuitatum aditus, ac honeſtarum perſonarum familiaritas præcludatur, portæ claudantur, nec etiam ipſos Principes adire poſsint. Quæ cum ita ſint, qua ratione poterunt hæretici in eadem
45 republica † cum Catholicis pacificè atque quietè viuere, qui diuino & humano iure reijciuntur, ac etiam condemnantur quo demum pacto vnitatem, concordiamque poterunt retinere, qui tantis rationibus diſconueniunt? Si ſola diſsimilitudo linguarum, quæ minor eſt diſsimilitudo, animos aliquando diſſociat, atq; multum ſępè adducit auerſionis vnius ab alio, vt ſi duo eſſe ſimul aliqua fortè neceſsitate cogantur, quorum neuter alterius calleat linguam, faciliùs inter ſe bruta animantia etiam diuerſi generis, quàm illi, cum ſint homines ambo, ſocientur: multò magis



gis neceſſum erit alienari alios, ab alijs diuerſitate atque aduerſitate religionum. Quemadmodum enim vbi vnus eſt Deus, vna fides, vnaq; religio, nihil obeſt mutuis amoribus locorũ diſtantia: ita ſi alius atq; alius eſt Deus, aut eius non vna religio, nihil ad concordiã vicinitas, ſimilitudoq; locorũ, nihil eadem mœnia, nihil menſa, lectuſue communis profuerint. Diſsidetur enim ea in re, quæ maximam habet vim ad humanæ ſocietatis direptionem. An tu (ait Cic[illegible]br. tertio in Verrem. act. 4.) m[illegible]res vllas inimicitias putas eſſe, quàm contrarias hominum ſententias, ac diſsimilitudines ſtudiorum & voluntatum? Vbi autem grauior eſſe poteſt ſententiarum contrarietas, quàm in re omnium maxima, hoc eſt, in Religione? quę ſtudiorum diſsimilitudo maior, quàm ea quæ in ipſo ſita eſt ſtudiorum, bonorum, ac morum fundamento? Omnis caro (inquit ſapiens Eccleſiaſtici cap. decimotertio) ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Sicut communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? Aduerſi enim qui eos poſſident, ac velut animant ſpiritus, vnà viuere non ſinunt: nec fieri poteſt, vt is qui amat errorem, non idem oderit veritatem: Ex odio verò veritatis, cum nihil obſtiterit, naſcitur eius extinguendæ libido, quod quia fieri nequit, niſi ijs oppreſsis vel fugatis, à quibus veritas aſſeritur, ad hos protinus è medio tollendos voluntas omnis, conatuſque conuerti ſolet. Hinc factum eſt, vt innumerabiles atque atrociſsimæ calamitates ex noua hæreticorum religione conſecutæ ſint, quæ Chriſtianam rempublicam noſtris temporibus acerbiſſimè afflixerunt atq; deformarunt, vt capitib. ſequentib. 4. & 7. latiùs dicemus. Documento etiam ſunt Arrianæ factiones aduerſus Catholicos, quorum nullis Imperatorum decretis potuêre perſecutiones inhiberi. Hoc enim quadam in epiſtola queruntur Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus de Arrianorũ rabioſiſsimis furoribus; ſed nec tunc Orthodoxos cum illis ſocietate & amicitia iungi potuiſſe, omniaque eorum potiùs conſortia refugiſſe, ac deteſtatos fuiſſe, ex illorum temporum hiſtoria cognoſcitur. Eſt enim, quod Prouerb. 29. ſapiens dicit, veriſsimum. [Abominatur iuſti virum impium, & abominantur impij eos, qui in recta ſunt via] atq; vti alteros vtriq; abominantur, ita & cùm facultas adeſt, perſequuntur. Quæcumque deniq; ſit vel perſequendi cauſa, vel perſecutionis modus, certè vel ob hoc, quòd alij alios abominantur, iuxta Scripturæ certiſsimam veritatem non poteſt inter eos concordia eſſe vera atque durabilis: Omninoque duas religiones diuerſas (quoniam eaſdem inter ſe inimicas eſſe neceſſe eſt) in eadem velle Repub. cõiungere, nihil aliud eſſe videtur, quàm operam dare vt aliquando lupus & agnus, aqua & ignis, veritas & falſitas, pietas & impietas, poſitis inimicitijs, tanquam inito fœdere vnà cohabitent, eandemq; in familiam coaleſcant. Quod vt fieri nullo modo poteſt, ita ij qui duas inter ſe pugnantes religiones conciliare nituntur, fruſtra ſibi pacem, & concordiam in ſua republ. promittunt, niſi fortè iam langueat aut frigeat potiùs ex vtraque parte religionis ſtudium. Quocirca qui diuerſas ſequi ſe religiones profitentur,

tur, amici eſſe non poſſunt. Quòd ſi inter huiuſmodi homines in re omnium maxima diſsidentes amicitiæ ratio locum non habet, fieri non poſſe videtur, vt inter eos vna conſiſtere reſpub. poſsit, vt ſatis appareat primarium hoc eſſe vinculum amicitię pręcipuumque ac primum ciuilis inter homines ſocietatis fundamentum, ſi vna inter ſe religione, ſacrorumque ſimilitudine colligentur:

46 Prædicta † autem omnia non ſolũ euidenti ratione euincuntur, ſed ipſa quoque rerum experientia edocentur in magnis his ac latiſsimis Hiſpaniarum regnis, eorumque prouincijs finitimis. Cum enim Septentrionalis plaga poſt receptas varias hæreſes diſſenſionibus ac bellis miſerrimè exardeat, in his tamẽ regnis, pro Dei clementia infinita, feliciſsima pace ac trãquillitate perfruimur, quæ omnia demirantes pij ac grauiſsimi viri, omnia ſancto Inquiſitionis Officio deberi exiſtimant, cuius miniſtri perpetuis excubijs vigilant pro religione Catholica in ſuo nitore

47 conſeruanda, ex quo † magna pacis, concordiæque tranquillitas hæc regna conſequitur, omniſque via diſcordijs, diſſenſionibus, alijſque plurimis malis intercluditur, quę alioquin imminebant, vt cap. ſequenti videbimus.

48 Oſtenduntur prædicta † quoque, quàm delira, falſa, atque inſana ſint Machiauelli Bodinique ac aliorum impiorum hominum eius farinę pręcepta, quæ pro conſeruanda inter ſubditos pace ediderunt: ij enim dũ paci atque quieti reipublicæ ſtudent, impudenter ſtatuunt laxandas eſſe omnibus habenas, vt pro ſuo arbitratu quilibet in ea quam elegerit, ſecta vel lege viuat, ſed (vt demonſtrabimus.) hac via tantum abeſt, vt pax, concordia & reipublicæ conſeruatio ſequatur, vt ad diſcordiam, diſſenſiones, ac infeliciſsimum reipublicæ ſtatum neceſſario ſit perueniendum, quemadmodum ſequentibus capitibus oſtendemus.

## *Altiſsima Dei Prouidentia ſacroſanctæ Inquiſitionis Officium inſtitutum fuit ad hæreſes exſtirpandas.*
## *Cap. IIII.*

SVMMARIVM.

1 *DEI OPT. MAX. conſilio ſanctæ Inquiſitionis Officium in Eccleſia inſtitutum eſt.*

2 *Tribunal ſanctæ Inquiſitionis, ad defenſionem, ac propagationem fidei, & hæreſum exſtirpationem fuit erectum.*

3 *Albigenſium hæreſibus & diſſenſionibus impulſus fuit Innocentius III. ad officium ſacroſanctæ Inquiſitionis inſtituendum.*

4 *Iudæi vniuerſam Hiſpaniam peſtiferis ſuis ſuperſtitionibus & ritibus contaminabant.*

5 *Luthero in Saxonia nato, Catholici reges ſanctæ Inquiſitionis officium in Hiſpaniarum Regnis inſtaurant.*

6 *Proprium eſt diuinæ prouidentiæ, cum primum calamitas in Eccleſia naſcitur, excitare illico fortiſsimum defenſorem.*

7 *Quo die Pelagius in Anglia natus eſt eo ipſo die in Africa D. Auguſtinus in lucem editus.*

8 *Eutychianorum tempeſtate, Studius, Sabas, & Euthymius floruerunt.*

9 *Quo tempore Albigenſes Eccleſiam vexabant Dominicus & Franciſcus, duo mundi lumina, quaſi de cœlo lapſi ſunt.*





10 *Religiones militares inſtitutæ ſunt, quãdo Eccleſia Catholica armis infidelium vexabatur.*

11 *Huſsitarum tempeſtate Bernardinus Senenſis, & Vincentius Ferrer claruerunt.*

12 *Quo tempore Lutheri peſtis ſerpere incepit Franciſcus Paulanus, & Ignatius Loyola fundator Societatis Ieſu floruerunt.*

13 *Sanctæ Inquiſitionis auxilio multæ hæreſes radicitus ſunt exſtirpatæ.*

14 *Albigenſium hæreſis ab Inquiſitoribus deleta.*

15 *Manichæorum Patarenorum ſecta extincta.*

16 *Enſabatatorum incendium reſtinctum.*

17 *Multa hæreticorum millia in Archiducatu Auſtriæ concremata.*

18 *Hæretici qui Apoſtolorũ nomẽ vſurpabant, penitus extincti.*

19 *Geraldi Sagarelli hæreſis exſtirpata.*

20 *Margarita de Trento Dulcini concubina, & dogmatiſtes interimitur.*

21 *Nulla prope fuit hæreſis, quæ non habuerit fœminam adiutricem.*

22 *Beguinorum & Bigardorum hæreſis extincta.*

23 *Fratricellorum hæreſis euulſa.*

24 *Templariorum crimina detecta.*

25 *Falluntur, qui Templarios excuſare conantur.*

26 *Lamias acerrimè inſectatum eſt ſanctæ Inquiſitionis Tribunal.*

27 *Lamiarum triginta millia vt minimum ſunt concremata centum quinquaginta annis.*

28 *Lamiæ non ſolùm in Religionem, ſed in bona etiã temporaliũ pernicioſæ.*

29 *In Siciliæ regno annis proximis ſuperioribus plurimæ Lamiæ deprehenſæ.*

30 *Error qui contra Chriſti ſanguinem Barcinonæ doceri cepit, à ſummo Põtifice reprobatur.*

31 *Laurentius Valla in carcerem Neapolitanum detruditur, & flagellis cæditur.*

32 *Mantuæ doctrina cuiuſdam concionatoris de Chriſti incarnatione reprobatur.*

33 *Sartor hæreticus perpetuo carceri addictus.*

34 *Ioannellus ſcholarus inſignis hæreticus & dogmatiſtes in Sicilia combuſtus.*

35 *Iacobus Brutus, hæreticus dogmatiſtes, relapſus in Sicilia viuus crematur.*

36 *Sancti officij Inquiſitione aliquorum hominum detecta flagitia, quos populi venerabantur.*

37 *Gulielmi Cornelij hæretici oſſa concremata.*

38 *Armanni cuiuſdam hæretici oſſa effoſſa, & combuſta.*

39 *Gulielmæ fœminæ oſſa aduſta fuerũt.*

40 *Guidonis Lachæ hæreſiarchæ oſſa ex ſepulchro eruta, & combuſta.*

41 *Hiſpaniarũ regna vberiores fructus percipiunt ex ſancta Inquiſitione.*

42 *In Hiſpania ſacroſancta Inquiſitio in maiori honore à Dynaſtis & Regibus habetur.*

43 *Sanctæ Inquiſitionis officium in Hiſpania maiori autoritate, & potentia viget, quam in alijs Regnis.*

ILLVD hoc loco
non videtur præ-
1 termittendũ. † Nõ
ſine Dei cõſilio ac
ſapientia, quę attingit
à fine vſq; ad finẽ
fortiter, & diſponit
omnia ſuauiter. Sapiẽ. c. 8. Sanctæ Inquiſitionis officium in Eccleſia Catholica inſtitutũ eſſe; qui quidẽ quaſi pater quidã familias vigilantiſsimus nunquam nõ operarios cõducit in vineam ſuam, Matth. c. 20. ſed tunc maximè, cùm illa magis inculta videtur atq; deſerta, & tanquam Rex regũ, & Dominus dominantiũ, Apocalypſis

c.19.vt omnium potentiſsimus atq;
ſapientiſsimus,regnum Eccleſiæ ſuæ
ampliſsimum munire non ceſſat, &
munitiſsimas in ea arces ac propu-
gnacula collocare, ac fortiſsimorum
militum præſidijs cingere, & armis,
commeatu,rebuſque ad defenſionē
neceſſarijs inſtruere,ne vitiorum,hę-
reſum,atque errorum monſtra hoſti-
liter irrumpant, bellumque virtuti,
ac veritati impunè indicent,& de ſan
ctiſsima religione noſtra triumpha-
re videantur:nihil enim temerè facit
Deus, nihil fortuitò, nam ſi foliū ar-
boris abſque ipſius nutu non cadit, ſi
omnes capitis noſtri capillos nume-
ratos habet,quantò magis in tam ſan
cta,ac prope diuina Inquiſitionis for-
mula,hanc ſuam admirabilem proui-
dentiam Deus prodere, atque illu-
ſtriùs debet proferre. Et vt minùs
dubijs coniecturis Dei conſilium aſ-
ſequamur, ponamus ante oculos fi-
nem, cuius gratia ſanctum hoc offi-
2 cium eſt inſtitutum: is † enim fuit,
quem Catholicæ Eccleſiæ ſtatus re-
quirebat. -ſt igitur tribunal fidei (vt
res ipſa declarat) ad defenſionem ac
propagationem fidei & hæreſum ex-
ſtirpationem potiſsimùm erectum.
Videamus ergo, quid opus illis tem-
poribus fuerit fidem Catholicam ab
hæreticorum oppugnatione defen-
dere,ac etiam ab eorum irruptioni-
bus propugnare.Nam ex hoc ipſam
Dei Optimi Maximi mentem licebit
3 coniectare.Et ne actum agamus † ea
dem ſæpius referendo, conſulantur
quæ de Albigenſibus diximus tit.5.c.
1. ex eis enim, quæ ibi ſcripſimus,
apertè deducitur luctuoſus Prouinciæ
Narbonēſis ſtatus plurimis erroribus
& hæreſibus,atque blaſphemijs infe-
ctus: quibus adde non ſolùm hæreſi-
bus,ſed diſſenſionibus etiā ac tumul-
tibus, & bellis ciuilibus (vt hæreticis
omnibus ſolemne eſt) Eccleſię pacem
perturbaſſe,de quibus etiā ibi aliqua
perſtrinximus. Eo ipſo igitur tēpore
quo homines impudentiſsimi Eccle-
ſiā ſanctam Romanā delere funditus
conabantur, nullumq; remediū adhi-
bitum illorum inſolentiā compeſce-
bat, Dei Opt. Max. ſpiritu, Innocen-
tius Papa III. afflatus, præſentiſsimū
ſanctiſsimæ Inquiſitionis excogitauit
antidotum, quo non ſolùm hæ hære-
ſes, ſed multæ etiam aliæ, vt inferiùs
in hoc capite dicemus, funditus ſub-
latæ & exſtirpatæ ſunt.
4 Similiter ad hunc modum † de in-
ſtauratione ſanctæ Inquiſitionis in
Hiſpaniarum regnis à Regibus Ca-
tholicis facta ſentiēdum eſt: eo enim
tempore Iudæi,qui erant in Hiſpania
propemodum infiniti, Chriſtianos ad
ſuas feces,atque cæcitatem traduce-
re omnibus modis tentabant, vniuer-
ſamque Hiſpaniam peſtiferis ſuis ri-
tibus ac ſuperſtitionibus ineptiſsimis
contaminabant, affligebant, vexa-
bant, hæreſumque ac errorum por-
tenta, quæ in eo infelici ſæculo pul-
lularunt, Catholicorum Reſpublicas,
regna, ac prouincias quamplurimis
malis affecerunt, atque vexarunt.
5 Anno etiam ſalutis humanæ † 1483.
natus eſt in Saxonia ſuperioris Ger-
maniæ prouincia, humani generis
pernicies, ac totius orbis incendium,
Martinus Lutherus. Ann. verò 1517.
in indulgentias peccatorum, ac re-
miſsiones à Romano Pontifice con-
ceſſas impiè debacchari cepit. Fu-
rijs autem illum agitantibus, anno
1521. palàm Catholicæ Eccleſiæ per
ſummū ſcelus bellū indixit. Vt ergo
tot malis aditus in Hiſpaniarum re-
gna intercluderetur, Catholici Re-
ges à Deo Opt. Max. excitati, ſum-
ma prudentia, ac eximia vigilantia
murum pro domo Dei conſtruxerūt,
& ad Catholicæ fidei defenſionem,
ſanctū Inquiſitionis propugnaculum,
atque



atque præſidium iamiam ferè extin-
ctum inſtaurarunt. Strenuum præte-
rea fratrem Thomam à Turre-cre-
mata, pijſsimoſq; alios ac fortiſsimos
in eo milites collocarunt, qui veluti
in perenni quadam vigilia aſtantes,
hæreticorum furorem ab noſtris cer-
uicibus, & certiſsimam peſtem ab
Hiſpanię finibus auerterent.
6 Hoc enim maximè proprium eſt †
diuinæ prouidentiæ ac bonitatis, qua
Eccleſiā ſuam tutatur atq; defendit:
nunquam enim Eccleſiā ſuam deſerit
Deus: ſed vbi maximè oppugnatur,
fortiſsimos excitat defenſores, & vbi
calamitas naſcitur, ſtatim Eccleſiæ
propugnatorē opponit. Sic enim Si-
moni Mago, Simonem Petrum Apo-
ſtolorum Principem, Arrio, Athana-
ſium, Antonium illum Magnum, &
Baſilium: Neſtorio, Cyrillum, Iouinia-
no, Vigilātio & Eluidio, Hieronymū,
Manichæo & Pelagio, Auguſtinū. Ex
quo, prudenter eſt ab Eccleſiaſticæ
Hiſtorię ſcriptoribus animaduerſum,
7 quo, die † Pelagius in Anglia natus
eſt vt tenebras errorū mundo effun-
deret, eodem ipſo die Eccleſiæ lumē
Auguſtinum in Africa emicuiſſe, vt
impij ac nefarij hominis caliginē de-
pelleret, & vniuerſam Eccleſiam luce
ſua colluſtraret. Eutychianorum tem
8 peſtate, † quæ maximè conturbauit
Orientem, Conſtantinopoli florebat
Studius autor Studitarū: in Palęſtina
Sabas ille magnus, & Euthymius, qui
plurima cœnobia conſtruxerūt. Quo
9 tempore † VValdenſes, Albigenſes,
alijq; peruerſæ doctrinæ magiſtri im-
portuniùs Eccleſiæ pacem turbabant
& ſuccreſcentes ſpinæ vitiorum, ſe-
mē à cæleſti ſatore ſparſum malignè
ſuffocabant, non ſolùm Summus Pō-
tifex Innocentius III. diuino ſpiritu
excitatus ſacroſanctæ Inquiſitionis
Officium inſtituit, ſed etiam duo illa
mundi lumina atq; ornamenta, Domi
nicus & Franciſcus, quaſi de cælo
lapſi ſunt, vt per ſe, & per filios ſuos
hæreticorum frænarēt impetum, er-
rorum radices euellerent, vitia tolle-
rēt, mores componerent, deniq; vni-
uerſum terrarū orbē admirabili vita,
atq; doctrinâ illuminarēt, atq; ad Dei
amorem accenderent, quemadmodū
à ſanctiſsimis illis Patribus factū fuiſſe
legimus, & ab optimis eorum filijs
quotidie fieri videmus. Religiones
10 eæ, † quę militares vocantur, ijs tem-
poribus cōſtitutę ſunt, quibus ſancta
Eccleſia armis infidelium mirum in
modum diuexata atq; oppreſſa, vir-
tute etiam Chriſtianorum militum
erat defendenda, & in libertatē vin-
11 dicanda. Rurſus † cum ſæculo ſupe-
riori Huſsitæ ex inferis erupiſſent,
floruerunt Bernardinus Senenſis, &
Vincentius Ferrerius Hiſpanus, ille
Franciſci, hic Dominici inſtituta in
antiquam, ſanctamque formam reſti-
tuerunt.
12 Noſtro autem ſęculo, † quo collu-
uies omnis, & omnia monſtra hære-
ſum vetuſtarum ſunt à Proteſtātibus
renouata, miſſus eſt Franciſcus Paula-
nus religionis Minimorum fundator,
& cōtinuò Ignatius à Loyola, Socie-
tatis Ieſu inſtitutor, quem (vt anno-
tauit in eius vitæ Hiſtoria diligentiſ-
ſimus ſcriptor Petrus Ribadeneyra)
anno 1521. glorioſus Deus in Pom-
peiopolitana arce vulnerauit, vt ſa-
naret, & ex vanitatis vili mancipio
Ducem fortem efficeret, & Luthero
tanquam acrem Eccleſię ſuę propug-
natorem opponeret. Quo enim tem-
pore Martinus Lutherus, quaſi furia
quædam exitialis, cum ſceleratorum
atq; perditorū manu ex Orco emer-
ſit, vt Catholicæ Eccleſiæ ſtatum la-
befactaret atque conuelleret, eodem
ipſo tempore Deus, qui Eccleſiæ ſuæ
curam vel maximam habet, alterum
virum excitauit Luthero diſsimilem,

 peni-

penituſque contrarium, Eccleſiæ de-
fenſorem, acerrimum hæreticorum
hoſtem, Chriſti imperij amplificato-
rem.

Sed cum vberrimos fructus, qui
ex hoc Tribunali, tanquam ex radice
pullularunt, non ſolùm Hiſpaniarum
regna, ſed aliæ etiam prouinciæ & na
tiones decerpſerint, multiſque an-
nis, antequam in Hiſpania inſtaura-
retur, in Eccleſia Catholica hoc tribu
nal extiterit, altiùs repetito principio
obſeruandum eſt, à S. Inquiſitionis
13 Patribus, ex quo † Deus optimus hoc
S. Inquiſitionis Officium in Eccle-
ſia ſua conſtituit plurimas hæreſes,
quæ in diuerſis regnis longè, lateque
ſe diffuderant, radicitus fuiſſe euulſas
& exſtirpatas: quæ ſpectanda propo-
nere, nihil aliud eſt, quàm pulcherri-
ma trophæa ſanctæ Inquiſitionis vi-
ctoriâ ex hęreticorũ ſpolijs compara-
ta ſurſum erigere, & in ſingulis, velu-
ti quibuſdã metis inſculptis, & ſignis
præfixis, Dei gloriam de Eccleſiæ pa-
14 trocinio prædicare. Primùm † enim
Albigenſium Eccleſię pacem pertur-
bantium hæreſis deteſtabilis, de qua
ſuprà mentionem fecimus, funditus
deleta eſt.

Manichæorum, ac Patarenorum
15 ſecta † quæ cùm altas radices in Lom
bardia & Hetruria egerat, diligentia
& effuſione ſanguinis Beati Petri
Martyris extincta fuit.

16 Enſabatatorum † incendium, quod
ingentem in Catalonia ſtragem edi-
derat, ſanctus Raymundus, & eius
ſocij atq; ſucceſſores penitus extin-
xerunt.

In Hiſtoria Hirſaugenſi refert Ab-
17 bas Trithemius ann. 1315. † multa hę
reticorum millia in Cremenſi vrbe
diœceſis Paduanæ & alijs in oppidis
Archiducatus Auſtrię emerſiſſe dete
ſtabiles errores, & inſana dogmata
prædicantes in Chriſtum redempto-
rem noſtrum, in Beatiſsim. Matrem,
atque immaculatam, ſemperque Vir-
ginem Mariã, omnia Eccleſiæ ſacra-
menta peruertentes, in Virginitatis
ſtatum impudenter perbacchatos, à
fidei verò cenſoribus comprehenſos
fuiſſe, atque concrematos.

18 Sceleratiſsimi hæretici, qui ſibi au-
ſi ſunt Apoſtolorum nomen vendica
re, multos ſimplices & imprudentes
non ſolùm nomine in errorem addu-
xerunt, ſed peculiarem etiam religio
nem & ſui ſtatus ordinem impuden-
ti audacia fundantes, multorum ani-
mas peſtilenti doctrina perdiderunt.
Et quamuis Concilium paulò poſt
Lugduni à Gregorio Decimo cele-
bratum illorũ inſtitutũ reprobarit,
& ab eo diſcedere iuſſerit, nunquam
tamen deſtiterunt, donec ab Italiæ
Inquiſitoribus penitus extincti ſint,
de quorum erroribus fuſè ſatis & co-
pioſè agit Cardinalis Turre-cremata
libr. 4. de Eccleſia, cap. 35. & S. An-
toninus Archiepiſcopus Florentinus
4. p. tit. 10. c. 7 in principio.

19 Alia hęreſis † in Lombardia exor-
ta fuit, cuius præcipuus autor & an-
teſignanus fuit Geraldus Segarelus
Parmeſanus, qui eximia ſanctitate,
quam ipſe atque eius ſocij ſimulabãt,
multos ad ſuum vitæ inſtitutum at-
traxit, eum tamen ann. 1300. decimo
quinto Kalend. Auguſti Epiſcopus
Parmenſis, & Inquiſitor frater Man-
fredus publicè concremarunt: ſecta
verò non fuit continuò penitus ex-
ſtirpata, quia Dulcinus Nouara ſo-
cius eius tam pertinaciter in ea ſte-
tit, vt exercitum ex tribus hominum
millibus ad eam defendendam coe-
gerit: verùm Inquiſitores Lombar-
diæ iuſſu Clementis V. Pontificis nu-
meroſam Cruce-ſignatorum multi-
tudinem cõflantes, in montibus ob-
ſeſſos hæreticos partim trucidarunt,
partim comprehenſos publicè cum





Dulcino Duce combuſſerunt: & ab-
ſurdos horum errores refert Eymeri-
cus in 2. part. Director. quæſtione 12.
& ibi Franc. Pegna, Bernardinus Co-
rius in Hiſtoria Mediolanen. anno
20 1307. & anno 1308. vbi etiam † men-
tionem facit de obſtinatione & per-
tinacia Margaritæ de Trento, eiuſ-
dem Dulcini concubinæ & dogma-
tiſtæ, quæ exquiſitis tormentis flagi-
tiorum grauiſsimorum meritiſsimas
pœnas perſoluit. Vbi obſeruare pla-
cet cum D. Hieronymo ad Cteſiphõ-
tem, qui aduerſus Pelagianos agens,
qui præſidio nobiliũ mulierum valla-
bantur, diligenti habita perueſtiga-
21 tione † conſiderat nullã prope fuiſſe
hæreſim, quæ non habuerit fœminam
adiutricem: [Simon (ait) Magus hære-
ſim condidit, Helenæ meretricis ad-
iutus auxilio. Nicolaus Antiochenus
omnium immunditiarum repertor,
choros duxit fœmineos. Marciõ Ro-
mam præmiſit mulierem, quæ deci-
piendo ſibi animos præpararet. Apel-
les Philomenem ſuarum comitem
habuit doctrinarum. Montanus im-
mundi ſpiritus prædicator multas Ec-
cleſias per Priſcam, & Maximillam,
nobiles & opulentas fœminas, pri-
mùm auro corrupit, deinde hæreſi
polluit. Dimittã vetera, ad viciniora
tranſcendam. Arrius vt orbẽ decipe-
ret, ſororem Principis antè decepit.
Donatus per Africam vt infelices
quoſque fœtentibus pollueret aquis,
Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpa-
nia Agape Elpidium, mulier virum
cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſ-
ſoremq; ſui Priſcillianum habuit Zo-
roaſtes Magi ſtudioſiſsimum, & ex
Mago Epiſcopum, cui iuncta Galla,
nõ gente, ſed nomine, germanã huc,
illucq; currentem alterius & vicinæ
hæreſeos reliquit hæredem.] Hæc ex
multis Hieronymus exempli cauſa
pauca collegit, cuius rei etiam (vt ad
noſtra tempora deueniamus) extat
famoſum exemplum in Eliſabetha
Anglię Regina inſigni Caluiniſtarum
patrona. Exempla plurium fœmina-
rum dogmatizantium conſultò bre-
uitatis cauſa prætermitto.

Eandem Inquiſitores adhibuerũt
diligentiam ad Beguinorum, & Bi-
22 gardorum hæreſim † ex orbe terra-
rum relegandam, quorum errores
condemnati ſunt in Clement. ad no-
ſtrum. de hæreticis.

23 Fratricelli, † qui quandam præ ſe fe-
rentes ſanctitatem cum ſumma pau-
pertate coniunctã omnium ad ſe ani-
mos facilè alliciebant, Ioannẽ Papam
XXII. in magnas anguſtias compule-
runt, & ſciſmate excitato, vniuerſam
Dei Eccleſiam perturbarũt, ſummum
enim Pontificem Dei O P T. M A X.
Vicarium hæreticum & Apoſtatam
incredibili audacia appellabant. Al-
terum de ſuo ordine Pontificem, ſeu
potius Antipapam creari ſumma in-
duſtria & diligentia curarunt. Cui in-
cendio vt remedium adhiberetur,
opus fuit Ludouicum Bauiera, quem
hæreſiarchæ præcipitem in errores
ſuos agebant, Imperatoria dignitate
priuare, & Antipapam ad hæreſim
abiurandam cogere, multis denique
illius ordinis viris, & fœminis ab In-
quiſitoribus concrematis, radicitus
hęreſis euulſa fuit. De ſeditione à Fra
tricellis in Eccleſia Dei excitata tres
Bullæ Ioannis XXII. extant in S. Of-
ficij Bullario, & Robertus Cenalis in
lib. de vtroque gladio, aliam Bullam
eiuſdem Põtificis deſcripſit, qua Fra-
tricellorum, Antipapę, & Ludouici
de Bauiere proteruia declaratur.

24 Templi † Hieroſolimitani milites,
ſeu tẽplarij, qui diuitiarũ affluentia &
militari exercitio tantùm poterãt, vt
Europę regnum aliquod facilè expu-
gnare poſſent, Inquiſitore Pariſienſi
eorum crimina detegente, & ſecreta

arte adhibita,eodem tempore ab In-
quiſitoribus comprehenſi ſunt, & in
Viennenſi concilio à Clemente Papa
V.publicè damnati.Bullam ſententiæ
& condemnationis,vbi fuſè Templa-
riorum crimina referuntur, vidit &
perlegit Pater Vincentius Antiſt Iu-
ſtinianus, ex ordine Prædicatorum,
vir in diuinis Scripturis eruditiſsi-
mus, & mirabili hiſtoriarum ſtudio
flagrans,ingenio promptus, & clarus
eloquio, vita quoq; & conuerſatione
inſignis, ſcripſit perdoctè & accuratè
vitas S. Vincentij Ferrer, Ludouici
Beltran, ac S. Petri Gonçalez Telmi,
quæ in lucẽ editæ ſunt; multa etiã de
origine Inquiſitionis nondũ typis ex-
cuſa. Prædicta Bulla aſſeruatur in ſcri
nio Caſtelli ordinis Militaris Mõteſę,
qui ex Templariorũ ſpolijs in Arago-
niæ regno cõſtitutus & fundatus eſt,
de qua Bulla non dubito, quia nihil
25 cognouerint Hiſtoriographi, † qui
vulgi ſententiam probantes,illos de-
fendere & excuſare conantur.
Nec ſilentio inuoluendum arbi-
26 tror, † quàm bene meritũ de huma-
no genere ſit ſanctę Inquiſitionis Of-
ficium, quòd ingentem lamiarũ mul-
titudinem adtulerit. Vbi animaduer-
tendum eſt, ſermonem nõ ſolùm eſſe
de vulgaribus,& communibus ſtrigi-
bus, quales in aliquot Hiſpaniarum
prouincijs ſuperioribus annis reperie
bantur(quæ dæmonum inſtrumenta
ſunt, & cum illo ſimul in æternum
rogum imponendę) ſed etiam de pe-
culiari quodam lamiarum genere,
quæ in Germania & Italia, ab anno
1404.cuidam religioni à Diabolo ex-
cogitatæ mancipantur, contra quas
adeò acerrimè ab Inquiſitoribus de-
27 pugnatum eſt, vt † centum quinqua-
ginta annis, ad hanc diem triginta
lamiarum millia, vt minimum fuerint
concremata; quę ſi impunitę abirent,
facilè totum terrarum orbem ad exi-
28 tium,& vaſtitatem vocarent. Non †
ſolùm enim in veram religionem,ſed
in bona etiam temporalia pernicio-
ſiſsimę ſunt.Sic enim refert Innocen-
tius Papa VIII.in Bulla edita ann.Do-
mini, 1484.cuius hæc ſunt verba:[Cõ
plures vtriuſq; ſexus perſonæ proprię
ſalutis immemores, & à fide Catholi-
ca deuiantes,cũ Dęmonibus incubis,
& ſuccubis abuti, ac ſuis incantatio-
nibus,carminibus, & cõiurationibus,
alijſq; nefãdis ſuperſtitionibus,& ſor-
tilegijs,exceſsibus, criminibus,& de-
lictis,mulierum partus, animaliũ fœ-
tus,terræ fruges, vinearũ vuas, & ar-
borum fructus,nec nõ homines, mu-
lieres,pecora, pecudes, & alia diuer-
ſorum generũ animalia, vineas quo-
que,pomeria,prata,paſcua,blada,fru-
menta,& alia terræ legumina,perire,
ſuffocari, & extingui facere, & pro-
curare: ipſoſque homines, mulieres,
iumenta, pecora,pecudes, & anima-
lia diris,tam intrinſecis,quam extrin-
ſecis doloribus,& tormentis afficere,
& excruciare,ac eoſdem homines,ne
gignere, & mulieres, ne concipere,
vtroſque viros ne vxoribus, & mu-
lieres ne viris actus coniugales red-
dere valeant, impedire: fidem præ-
terea ipſam, quam in ſacri ſuſceptio-
ne baptiſmi ſuſceperunt, nomine ſa-
crilego abnegare, aliaq; quampluri-
ma nefanda,exceſſus,& crimina, in-
ſtigante humani generis inimico,cõ-
mittere & perpetrare nõ verentur in
animarum ſuarum periculum,diuinæ
Maieſtatis offenſam, & pernicioſum
exẽplũ,ac ſcandalũ plurimorũ.] Hæc
Innocentius. Has truculentiſsimas
furias, quæ omnẽ exuerunt humani-
tatẽ,acerrimè Inquiſitores proſequũ-
tur,præcipuè tamẽ † in Siciliæ regno;
29 vbi cum Inquiſitoris munus proxi-
mis ſuperioribus annis obirem, plu-
rimæ huius generis lamiæ apoſtatæ
deprehenſæ,& punitæ ſunt.

Barci-



30 Barcinonæ anno circiter 1348 †
error quidam cõtra ſanguinem Chri-
ſti redemptoris noſtri publicè doce-
ri cepit, & continuò Nicolaus Roſel
Inquiſitor in Aragonia generalis,ſum
mo ſtudio & diligẽtia egit cum Cle-
mente Papa VI. vt doctrinam & er-
rorem reprobaret. Laurentius Valla
31 † quædam Neapoli non ſenſit ſolùm,
ſed publicè etiam aſſeruit, in quibus
deprehendebatur hæreticus mani-
feſtus,res ad Inquiſitorem hæreticæ
prauitatis defertur,in carcerem Val-
la detruditur,cauſam perfidiæ in vin-
culis dixit: damnatur pro hæretico,
ſed regis beneficio,ignis ſupplicio li-
beratur:ea tamen conditione,vt pu-
blicè ab eo prolata cum reuocaſſet,
& dãnaſſet ſcopis crimen lueret.Itaq;
in Prędicatorũ Cœnobio (erat enim
Inquiſitor ex Dominicana familia)
manibus reuinctis ductus per clau-
ſtra, & ſpatulas & tergum religioſis
viris ſcopis cædẽdas præbuit. Pogius
in 2.inuectiua.
32 Mantuæ † anno Domini 1503.Ca-
nonicus cuiuſdã ordinis, dum ſtudet
aliquid ingenioſum pro concione af-
ferre; vt ſibi animos audientium con-
ciliaret,doctrinam nimis ſubtilem de
Chriſti Redemptoris noſtri in vtero
Beatiſsimæ Virginis Incarnatione ad-
duxit, multùmq; negotij viris doctis
faceſsiſſet,niſi pater Hieronymus Fa-
uentinus Mantuanæ vrbis Inquiſitor
ſtatim contradixiſſet & repugnaſſet.
Hæc autem diligentia non obſtitit,
quò minùs contentiones de doctrina
ad annum vſque 1511. perſeuerauc-
rint,quo anno (vt refert Lucerna In-
quiſitorum in verbo Hęreſis, nu.23.
pag. mihi 48.) doctrina prædicta &
hæretica damnata eſt, autoritate ſe-
dis Apoſtolicæ ad inſtantiam Patris
Inquiſitoris Mantuani.
33 Noſtra ferè ætate † ſartor ingenij
ſui acumine fiſus, ad nouã legem cõ-
dendam æmulans Mahumetum ad-
ſpirabat: induſtria tamen Thomæ Ia-
comeli Inquiſitoris Turonenſis com-
prehenſus fuit, & perpetuo carceri
addictus,vbi magna cõtritionis ſigna
prębens migrauit è vita.
Anno à Natiuitate Domini 1558.
34 † Ioannellus Scholarus Siculus, inſi-
gnis hæreticus, in vico Mauroxanæ
prope oppidum Rocæ natus, dum
ſacerdotij munus in nobiliſsima ci-
uitate Meſſanæ obiret, comprehen-
ſus fuit: fictum tamen in vinculis
doloris, & pœnitentiæ ſpecimen
præbens, Eccleſiæ fuit reconcilia-
tus, miſericordiæ tamen præſtitæ
paulò poſt Inquiſitores pœnituit, ad
priſtinos enim errores redijt homo
ambitioſus, ſuperbus, inſolens, &
ſupra quàm dici poteſt, arrogantiſ-
ſimus, ita in luxuriam propenſus,
ita omni luxu diffluens, ita in tur-
piſsimis flagitijs volutatus, vt ex
omnibus vitijs conglutinatus, & ex
omnium ſcelerum & libidinum fœ-
diſsima colluuione natus videre-
tur; qui vt maiori licentia & audacia
liberiori ſe totũ libidini & luxui mã-
ciparet, pręter alios execrabiles erro-
res,& horrendas blaſphemias,quibus
multos vtriuſque ſexus à via verita-
tis auerterat. Illud etiam docere au-
ſus eſt, fœminas, quæ turpiter cum
viris coirent, peccati labem non
contrahere, ſi autem cum ipſo, qui
ad ſummam ſanctitatem iam perue-
nerat, ac deificatus erat, fœdè mi-
ſcerentur, non ſolùm peccatum non
incurrere, imò opus meritorium,
& laude ſumma digniſsimum præ-
ſtare, atque ex eius acceſſu ſanctas
& beatificatas reddi. Itaque quaſi
clibanus igne ſucenſus æſtuans, mu-
lierculas multas deceptas, & virgines
etiam, quę voto caſtitatis ſe Deo cõ-
ſecrauerant, per ſummum ſcelus con-
ſtuprauit. Et quoniam Deus OPT.

M A X. mala eius grauiter punire decreuerat, in dies compluribus malis, & erroribus atque hæreſibus inuolui permittebat, eò enim amentiæ progreſſus eſt, in tot errores & hæreſes præcipitatus, vt nullam religionem, aut fidem, aut ſectam eum reuera coluiſſe exiſtimes, ſed vt alterum quendam Mahumetum profanum quoddam Alcoranum ex diuerſarum opinionum atq; ſectarum erroribus, ingenio proprio voluiſſe conſtituere. Tandem, poſtquàm multos, tam viros, quàm fœminas ad ſuum vitæ inſtitutum aggregauit, in ſanctæ Inquiſitionis carcerem fuit coniectus, & ibi confeſſus errores & blaſphemias adeò execrandas, vt eas recenſere conſultò tacitus prætermittam, ne piæ & Catholicæ aures offendantur, & exhorreſcant. Ne autem incendium ab hoc truculentiſsimo monſtro excitatum florentiſsimum regnum abſumeret, pridie Idus Nouembris anni 1564. tanquam hæreticus dogmatiſta impœnitens relapſus combuſtus eſt.

Anno Domini 1591, quo tempore ego in regno Siciliæ cum Doctore Martino de Olloqui ſanctæ Inqui-
35 ſitionis Tribunali præeram, † comprehenſus fuit Iacobus Brutus ſacerdos in Allobrogibus natus, ingenio, aſtutijs, vafritie & ſagacitate plurimùm valens, & omnium hæreſum contagione contaminatus, qui Hiſpanias & cæteras omnes Europæ prouincias eo conſilio peragrauerat, vt ſi occaſionem nanciſceretur, errores ſuos diſſeminaret; ſed cum vndique viam ſibi interclusam ad hæreſim docendã animaduerteret; in patriã remeauit; inde in Siciliã proficiſcitur, quod nationem illam nouarum rerum ſtudioſam agnoſceret; certò ſibi perſuadẽs futurum, vt breui inſulam illam nobiliſsimam ad Lutheri, & Caluini impiam ſectam aggregaret, vbi cùm primum pedem fixit, cepit in familiaribus colloquijs, & circulis venenum ſenſim effundere, verùm eius mente cognita conatus eius illico ſunt repreſsi: in carcerem enim ab Inquiſitoribus coniectus, ac teſtibus conuictus, & confeſſus miſericordiam implorans reconciliatus fuit, ac triremibus addictus: verùm cum inſtar canis rediret ad vomitum; in carcerem rurſus detruditur, & tandem tanquã impœnitens & pertinax dogmatiſtes brachio ſæculari traditus, viuus combuſtus eſt.

36 Aliud etiam † beneficium maximũ Eccleſia Catholica huic Tribunali acceptum referre debet, multos, videlicet populos errore liberatos circa venerationem aliquorum hominum flagitioſorum, quibus dæmon verſutia ſua ſanctitatis opinionem conciliauerat.

In Ducatu Brabantino Guillelmus
37 Cornelius, † famoſus hæreticus, qui paupertati tantum tribuebat, vt impudenter doceret peccata omnia tã admiſſa, quàm admittenda paupertate ſola remitti, adeò callidè & aſtutè ſimulatam ſanctitatis ſpeciem retulit, vt eum in tẽplo maximo Antuerpienſes, ſimiliter ac ſi in Sanctorũ numerum receptus eſſet, quatuor annos venerati fuerint. Nicolaus tamẽ Inquiſitor, & Epiſcopus Cameracenſis ſumma cura & diligentia eius delicta inquiſiuerũt, & publicè oſſa concremarunt. Ita refert Thomas Cantipratenſis, ſiue Brabantinus, Doctoris Angelici ſocius lib. 2. de bono vniuerſali cap. 47.

38 Anno 1296. Bonifacio VIII. † Pontifice Maximo, cum Inquiſitores Lõbardiæ cognoſcerent Harmannum quendam, à cuius morte trigeſimus agebatur annus, vt ſanctum à Ferrarienſibus coli, Inquiſitione

de



de vita illius facta, hæreticum fuiſſe declararunt, & oſſa illius effoſſa cõbuſſerunt.

Anno 1300. Inquiſitor Ducatus
39 Mediolanenſis effodi iuſsit Guillelmã fœminam, quæ ficta, & ſimulata ſanctitate tantam ſibi apud vulgus opinionem conciliauerat, vt à fide Catholica numeroſam, tam virorũ, quã mulierum multitudinem auocauerit, quorum præconijs factum eſt, vt poſt mortem omnes tanquam ſanctam venerarentur: ſed veritate comperta prędictus Inquiſitor Guillelmæ oſſa iuſsit aduri, & virum ſuum Andream Saramitam brachio ſæculari relaxauit.

40 Bernardus de Luxemburgo † in Catalogo hæreticorum commemorat Guidonem Lacha famoſum hæreſiarcham ita ficta ſanctitate ſcelera, & flagitia ſua occultaſſe vt Breſenſes eum tanquam ſanctum cultu & veneratione multos dies proſecuti fuerint: Inquiſitorum tamen ſtudio & diligentia factum eſt, vt eius nefarijs hæreſibus detectis, oſſa etiã ex ſepulcro eruta cõburerentur. Multa alia id genus breuitatis cauſa prætermitto, quæ ſi recenſere vellem, tempus me potiùs quàm materia deficeret. Hi ſunt aliquot ex pulcherrimis fructibus, quos in omnibus regnis, vbi impedimenta non obijciuntur Eccleſiæ fœcundiſsimus ſancti Officij ager effundit.
41 Verùm † inter omnes prouincias & regiones, Hiſpaniarum regna vberiores in dies fructus percipiunt. In
42 his † enim regionibus cum ſanctum Inquiſitionis Officium maiori ſeueritate ſit inſtitutum, atque maiori in
34 honore & veneratione † à Dynaſtis & Regibus habeatur: maiori etiam autoritate & potentia vigeat, vnde fidei cenſores diligentiùs in hæreſes inquirunt, & efficaciùs eas radicitus euellunt.

*Inquiſitorum diligentia, ab Hiſpaniarum Regnis, hæreticorum incurſus propulſantur.*

*Cap. V.*

SVMMARIVM.

1 *Doctor Cazalla Pinciæ Lutheri hæreſim pro concione docebat, anno* 1558.
2 *Doctor Cazalla cum matre, & quinq; fratribus in carcerem Pinciæ detruſus.*
3 *Doctoris Cazallæ ædibus peſtifera Lutheri doctrina docebatur.*
4 *Doctor Cazalla, cùm multis alijs tam viris, quàm fœminis Pinciæ concrematur, anno* 1559.
5 *Doctor Cazalla, cum deductus fuit in publica actione fidei, maxima præbuit contritionis documenta.*
*Doctor Cazalla antequàm duceretur ad rogum, lacrymis perfuſus perſuaſit ſocijs exhortatione pia, vt hæreſes abiurarent, ibidem.*
*Imbecilles multi Cazallæ contritionem admirati, in fide fuerunt efficaciter confirmati, ibidem.*
6 *Carolus Princeps & Ioãna, fidei actui interfuerunt Valliſoleti.*
7 *Moniales Valliſoleti in ſuggeſtum aſcendebant, & concionabantur.*
8 *Familiare eſt omnibus hæreticis, vt quamuis illiterati ſint, ſcripturam ſacram interpretentur.*
9 *Iure Pontificio prohibitum eſt laicis, & fœminis officium prædicationis.*
10 *Ægidius & Conſtantinus, doctores Theologi, hæreſes Hiſpali diſſeminabant.*
11 *Ægidius & Conſtantinus, in carcerem detruſi.*

12 *Hære-*

12 *Hæretici omnes ſanctitatem, & pietatem ſimulant.*
13 *Conſtantinus ſibi ipſi in carcerẽ mortem conſciuit.*
14 *Ægidij & Conſtantini oſſa cum decem & octo hæreticis Hiſpali combuſta.*
15 *In oppido Lurena Sacerdotes, qui Illuminati vocabantur comprehenſi.*
16 *Maria Viſitationis, monialis Dominicana, adulterinis Chriſti ſtigmatibus inſignita deprehenditur Vlyſſiponæ, & punitur.*
17 *Michael Piedrola Viamõte pſeudopropheta punitur.*
18 *Iudaizantes triginta circiter comprehenſi in oppido Quintanar Diœceſis Conchenſis.*
19 *Iudaizantes quinquaginta in vrbe Granatenſi, in vincula coniecti.*

NVLLVS eſt qui du
bitet quin magnum
incendium in Hiſpa
niarum regnis ætate
noſtra excitatũ fuiſ-
ſet, niſi huius ſacro-
ſancti Tribunalis vi-
gilantiſsimi Patres illud ſumma dili-
gentia adhibita, penitus reſtinxiſ-
ſent. Quid Hiſpaniã futurum erat, ſi
illico antidotũ oppoſitum non fuiſ-
1 ſet? cum Pinciæ † latenter cepit ſer-
pere venenum; anno enim 1558. Do-
ctor Auguſtinus Cazalla, Canonicus
Salmanticenſis, & Caroli V. Impera-
toris Capellanus, & concionator, fa-
cundia, & eloquentia celebris, homo
reuera ſe ipſum amans, ſuperbus, ela-
tus, & rerum nouarum cupidus, qui
cum infirmis oculis clariſsimam reli-
gionis Catholicæ, in qua viuebat, lu-
cem ferre non poſſet, vt maiori cum
libertate libidini fræna laxaret, & in
turpiſsimarum voluptatum cœno vo
lutaretur, Lutherũ ſequutus, liberta-
tẽ cepit prædicare, vt homines pecca
ti ſeruos efficeret, annunciare voce
Chriſtum Crucifixum, re autem verâ
Antichriſtũ, deniq; perſuadere fide-
libus, vt pœnitẽtiam, crucem, veram
Chriſti imitationem abijcerẽt, & per
omne flagitij ac turpitudinis genus
præcipites agerentur. Secuti ſunt
eum D. Carolus Cæſar, vir nobilis,
Lucronij natus, & magiſter Perez, Pa-
lentinus, atque alij infimioris notæ:
multæ etiam moniales blanditijs, &
verborũ technis fuerunt allectæ, ad-
eoq; ſe diffundere ceperat hoc incẽ-
dium, vt in periculoſiſsimam inter ſe
coniurationem Hiſpaniarum regnis
breuiſsimo tempore ruinam allatu-
ram conſpirarent, † cum hęreſiarcha
2 mente illius, & cogitatione detecta à
fidei cenſoribus fuit cum matre &
quinque fratribus Pincię comprehẽ-
ſus, & in carcerem detruſus: Tauri
etiam Baccalaureus Herrezuelo, &
plures alij Zamoræ ac Pedroſæ; multi
vtriuſq; ſexus, virgines etiam nobi-
les, demum moniales aliquot, quæ
vnà cum pudore, Dei timorem exue
rant, & ſacrilegas atque inceſtas nu-
ptias cum hominibus perditiſsimis
impudentiſsimè celebrauerant. Facta
ergo diligentiſsima diſquiſitione de
horrendis flagitijs, quibus ſe pollue-
3 bant in ædibus † prædicti Cazallæ,
cum ad conuenticula nocturna con-
fluebãt, vbi doctrinæ Lutheranæ ha-
bebantur ſcholæ; tandem duodeci-
4 mo † Kalendas Iunias, anni 1559. in
forum Maximum cum multis alijs
hæreticis, quos ipſe Cazalla ſuis ex-
hortationibus à fide Catholica auer-
5 terat, deductus fuit: vbi † tanto animi
ardore inflammatus, ita lacrymis to-
tus perfuſus, piam ad ſocios exhorta-
tionẽ habuit, vt multi errores & hæ-
reſes abiurarent, atq; fidem Catho-
licam complecterentur, adeoque in-
gemiſcens dolebat ſe honoris ambi-
tione, cui in primis ſtudebat dece-
ptum, alios tot erroribus infeciſſe, vt
multi



multi imbecilles, qui vndique ad ſpe-
ctaculum confluxerant, admirati do-
ctoris huius pœnitentiam & contri-
tionem, in fide fuerint efficaciter cõ-
firmati. Tandem cum tredecim in
hæreſi pertinacibus, maxima prębens
contritionis documenta, publicè cõ-
crematus fuit. Cæteris pœnitentiæ
fuerunt iniunctæ, prout cuiuſq; deli-
6 cti grauitas exigebat. Interfuerunt †
huic ſanctæ Inquiſitionis actui Caro-
lus Princeps, & eius amita Princeps
Ioãna, quæ ea tempeſtate Hiſpania-
rum regna feliciter adminiſtrabat; ex
7 ijs qui igni fuerunt traditi aliquot †
fuerunt moniales iuuentute, & pul-
chritudine florentes, quarum eò
progreſſa eſt impudentia, & auda-
cia, vt abſterſa illa, quæ illis innata,
& propria eſt fœminarum verecun-
dia, & neglecto Apoſtoli Pauli præ-
cepto, mulierem domi ſuæ in ſilen-
tio diſcere iubentis & in Eccleſia
loqui prohibentis, in ſuggeſtum aſ-
cenderent, verbum Dei explicarent,
& in concione de ſacra ſcriptura diſ-
8 ſererent. Quod † omnibus hæreti-
cis familiare & ſolẽne eſt, vt ſumma
arrogantia, quãuis illiterati, Scripturã
ſacrã, illotis (vt aiunt) manibus inter-
pretari aggrediantur, vt videre licet
in his, qui Lutherum ſunt ſequuti:
fuerunt enim multi è fece Reipubli-
cæ, ſutores, cerdones, tinctores, la-
nij, homines facinoroſi & vulgò in-
fames, & publicè damnati, & igno-
miniæ notis inuſti, qui noui Lutheri
Euangelij, noui magiſtri, atque con-
cionatores extiterunt. Immò verò eò
progreſſa eſt aliquarum mulierculа-
rum garrularum, atque impuden-
tiũ procacitas, vt de ſacra Scriptura
diſputarent, doctiſsimos Theologos
ad certamen prouocarẽt, aſſertiones
aniles, & theſes ſeu potiùs deliramẽta
quædam publicè defendẽda propo-
nerent, vt verum ſit illud D. Hiero-
nymi in Epiſtola ad Paulinum. Quod
medicorum eſt promittunt medici,
tractent fabrilia fabri: ſola Scriptura-
rum ars eſt, quas ſibi paſsim omnes
vendicant: ſcribimus indocti, doctiq;
poemata paſsim: hanc garrula anus,
hanc delirus ſenex, hãc ſophiſta ver-
boſus, hanc vniuerſi præſumunt, la-
cerant, docent, antequàm diſcant,
alij adducti ſupercilio grandia ver-
ba trutinantes inter mulierculas de
ſacris literis philoſophantur, alij di-
ſcunt (proh pudor) à fœminis, quod
viros doceant. Et ne parum hoc ſit,
quadam facilitate verborum, imò au-
dacia ediſſerunt alijs, quod ipſi non
intelligunt.] Hæc D. Hieronymus.
9 Vnde meritò † iure Pontificum pro-
hibitum eſt laicis & fœminis, ne vllo
modo officium prædicationis verbi
diuini aſſumant, id enim doctoribus
omnino relinquendum eſt. cap. cum
ex iniuncto. de hæreticis. c. noua. de
de pœnit. & remiſſ. cap. quicumque
§. 1. de hæret. lib. 6. & cap. mulier. 23.
diſtinct. concordat. cap. ſicut in vno.
de hæret. Eandem prædicationem
laicis prohibuit Leo Papa I. Epiſtola
60. ad Maximũ Epiſcopum Antioche-
num. Idem ſanciuit concil. Carthag.
IIII. can. 99. vbi iubet fœminis, vt quã
uis doctæ & ſanctæ, viros in Conuẽtu
docere non præſumant. Quem cano-
nem refert Gratianus in cap. mulier.
23. diſtinct. Experientia etiam ipſa
comprobatum eſt mulierum doctri-
nas fragiles, & ſuſpectas eſſe, quod
etiam docet Gerſon tract. de exami-
ne doctrinæ part. 2. conſiderat 2. in 11
quo, vt in reliquis omnibus, turpiter
errant Lutherani, verbi Dei prædica-
tionem laicis, reprobis, faſcinatori-
bus; illiteratis, atque mulierculis gar-
rulis, & impudentibus indifferenter
permittentes.

Sed ad inſtitutum reuertamur; Hi-
ſpali Ægidius deinde Conſtantinus
ex

ex oppido S.Clemente diœceſis Cõ-
chenſis Doctores Theologi,& Hiſpa
len.Eccleſię Canonici, ita in hæreſes
ruerunt pręcipites,vt venenum hau-
rirent ſuauiter, & tanquam medica-
mentum ſalutare alijs etiam propina-
rent:eoſdem enim errores,quos Val-
liſoleti Cazalla,Hiſpali Conſtantinus
& Ægidius ſummo artificio & arte
pro concione publicè, diſsimulanter
tamen, edocebant, humilitatem &
modeſtiam ſummam cum rerũ om-
nium humanarum contemptu pręſe-
ferebant: intus tamen erant ſuperbi,
arrogantes, elati, ſimulabant ſe eſſe
vigilantes paſtores gregis, intus au-
tem erãt lupi rapaces,crudeliſsimam
ſtragem in Dei ouile machinantes,
non quæ Dei ſunt,ſed ſua quærentes.
11 Cognitis autem eorum cõſilijs,† à fi-
dei cenſoribus ſumma diligentia in
carcerem ſunt detruſi: factaque ſum-
mo ſtudio in illorum vitas Inquiſitio-
ne,inuentus eſt Conſtantinus ex his,
vtraque coniuge viua,matrimonium
contraxiſſe, & in eo ſtatu ad ſacrum
presbyteratus ordinem fuiſſe pro-
motus. Cumque immenſa eſſet vo-
rago & gurges vitiorum, turpitudi-
numque omnium,vt omnibus hære-
ticis ſolemne eſt ab exordio naſcen-
tis Eccleſiæ, qui cum vita factiſque
ſint deteſtabiles,ipſa tamen peccan-
di licentia incredibili, atque impudi-
citia,& libidine ſunt longè etiam de-
teſtabiliores: adeò tamen ſanctitate
ficta vitia ſua,& flagitia occultauerat,
vt in maxima veneratione ab omni-
12 bus haberetur. Omnes enim † hære-
tici (vt ſæpe in ſuis Annalibus obſer-
uat Cardinalis Baronius, & nos ha-
ctenus vidimus) ſanctitatem & pie-
tatem ſimulant, ita loquentes, vt ni-
hil præterea niſi puram fidem, mo-
rumque ſanctitatem ſpirare credas,
vt magno planè periculo eos quiſque
fideliũ audiat, vel eorum ſcripta le-
X 3

gat. Vnde meritò clamat Apoſtolus
ad Philip. c. 3. [Videte canes, videte
malos operarios, videte cõciſionem.]
Verùm cum ſe in carcere incluſum,
cum omnia ſua conſilia atque cogita-
tiones fruſtratas in irritum cecidiſſe
animaduerteret, cum de honore &
gloria vana,& futili, ad quam aſpira-
bat,actum eſſe cognoſceret,grauiſsi-
mo mœrore afflictũ, atq; ſumma tri-
ſtitia cõfectũ,& ſpe melioris fortunæ
13 abiecta, † ſibi ipſi ſuis manibus mor-
tem conſciuiſſe perhibent, vt vitæ
deteſtabili tam ſcelerato facinore, &
horrendo flagitio infelicem finẽ im-
poneret. Celebratus fuit fidei actus
Hiſpali in foro ſancti Frãciſci die Do-
minico, vndecimo Kalend. Ianua-
rij, anno 1560. quo Ægidij & Con-
14 ſtantini oſſa † flammis tradita ſunt,
cum decem & octo hæreticis,quibus
de medio ſublatis, Babylonicũ etiam
comprehenſum fuit incendiũ, quod
ſi tam breui tempore non fuiſſet ex-
tinctum, breui Hiſpaniarũ regna cõ-
flagratura eſſe nemo eſt qui dubitet.
15 Poſt aliquot annos † in oppido Le-
rena ſacerdotes inſurrexerunt ambi-
tioſi,impuri,libidinoſi,aurem popula-
rem aucupantes, qui ſe à Deo illumi-
natos prædicando,deteſtabiles erro-
res diſſeminabant. Inquiſitorum ta-
men vigilantia deprehenſi,meritiſsi-
mas pro grauitate criminum pœnas
luerunt, & Hiſpanias à grauiſsimo,
quod imminebat, periculo libera-
runt.
16 De Dominicana illa moniali † mẽ-
tionẽ faciã,quę nõ ſolùm in Luſitania,
vbi degebat, ſed etiam in omnibus
Hiſpaniæ & Italiæ regnis & prouin-
cijs, & vſque ad vltimos Orientalis
Oceani receſſus magnam ſibi ſancti-
tatis opinionem conciliarat, præſtan-
tiſsima enim documenta virtutum
ſimulãter præbens, & adulterinis ſtig-
matibus, quibus Chriſtum referebat,
inſignita,



inſignita. vt tit. de Inquiſitione Luſi-
taniæ cap. 13. num. 11. fuſius comme-
moratur,ita omnium animos allexit,
atque eam de ſua religione opinio-
nem concitauit,vt non ſolùm dece-
perit confeſſarium ſuum F. Ludoui-
cum Granatenſem, virum illum, in
quem Deus Opt. Max. literarum &
virtutum omnium ornamenta con-
geſſit: verùm etiam congregationem
multorum Patrum grauiſsimorum,
ex Dominicana familia ad Inquiſitio-
nem faciendam de ſtigmatibus coa-
ctam, cui etiam Generalis Prior in-
tererat,in errorem induxerit: Verùm
quæ tot Patres grauiſsimos ac reli-
gioſiſsimos fefellit,Inquiſitores Apo-
ſtolicos fraudare non potuit, ſtigma-
ta enim non vera,ſed minio depicta,
deprehenderunt;ex quo apparet ſan-
ctæ Inquiſitionis Patres, cæleſti dono
à Deo O P T. M A X. cumulari ad
doloſa conſilia à Dæmone ſuggeſta,
& fraudulentas cogitationes dete-
gendas. Eò autem ſua conſilia hæc re-
ligioſa fœmina dirigebat (quæ Maria
viſitationis nuncupatur, & Abbatiſ-
ſa erat Cœnobij Annunciationis in
vrbe Vlyſsiponẽſi erecti) vt ſi ad exi-
tum deduceret,fieri non poſſet,quin
feliciſsimam Hiſpaniarum pacem per
turbaret. Moliebatur enim,cùm ſatis
autoritatis & fidei ſimulata ſanctita-
tẽ comparaſſet, Luſitanum Regnum
quod iure legitimo in Philippi II. Re-
gis poteſtatem deuenerat, in priſti-
num ſtatum reuocare. Hypocriſi ta-
men detecta,audaciæ ſuæ pœnas di-
gnas perſoluit, & ſtratagema, quod
ad commouendum Regnum adinue-
nerat, in riſum recidit.
Placet autem hic ſententiam ſum-
matim adijcere, quæ Vlyſsiponę pro-
lata fuit octauo die menſis Decem-
bris. anno 1588. ab Archiepiſcopis
Vlyſsiponenſi, & Bracharenſi, atque
Epiſcopo Guardienſi, Apoſtolicis
illius regni Inquiſitoribus, quòd ſan-
ctitatem ſimulauerat, & ſtigmata
adulterina geſtaret, aliaque figmen-
ta,quæ dicere & facere ſolebat.
Primùm iuſſa eſt in Cœnobio alte-
rius ordinis deſignando extra vrbem
Vlyſsiponẽſem reliquum vitę inclu-
ſa tranſigere.
Itẽ, vt die latæ ſententiæ per quin-
que annorum ſpatium Euchariſtiæ
ſacramentum non ſumat, triplici pa-
ſchate, & articulo mortis exceptis,
aut ſi neceſſum fuerit, ad Iubileũ ali-
quod conſequendum interim à ſum-
mo Pontifice conceſſum.
Item, vt ſingulis diebus Mercurij
& Veneris totius anni, palàm in locũ
conueniat, vbi illius Cœnobij fœmi-
næ religioſæ capitulum celebrare ſo-
lent, ibiq; dũ recitatur pſalmus, Mi-
ſerere mei Deus, flagelletur.
Item, ne tempore refectionis mẽ-
ſæ accumbat,ſed publicè in pauimẽ-
to comedat,interdicendo ne aliquis
veſcatur reliquijs, quæ illi ſuperflu-
xerint, debet etiam ad refectorij ia-
nuam ſe protẽdere, vt ingrediẽtium
monialium,& egredientium pedibus
conculcetur.
Item, vt ieiunium Eccleſiaſticum
perpetuò obſeruet, & Abbatiſſa nũ-
quam creari poſsit; nec ad vllum aliud
officium domus, quam habitauerit,
deligatur, ſemperque omnium infi-
mæ ſubdita ſit.
Item, vt nulla cum moniali, nec cũ
aliqua externa, abſque Abbatiſſæ fa-
cultate poſsit miſcere colloquium.
Item, vt lintea omnia, quæ ſangui-
nis depicta guttis diſtribuerat,& adul
terinæ reliquiæ, nec non effigies eius
vultum exprimentes ſanctæ Inquiſi-
tioni vbiq; tradantur: quod ſi alicu-
bi Inquiſitionis Tribunal non fuerit,
ad prælatum, aut eum, qui deſignatus
fuerit, deferantur.
Item, vt ſacro velo caput nõ tegat,
ſin-

ſingulisque Mercurij & Veneris diebus totius anni à cibis abſtineat, pane duntaxat, & aqua vitam toleret, tum quoties in refectorium conuenerit, peccatum ſuum in monialium omnium conſpectu elata voce pronunciet.

17 Michael † Piedrola, Viamonte natus in oppido Maragnon, non procul à Lucronio Matriti, vbi Philippus II. Hiſpaniarum Rex potentiſsimus degit, habitabat. Hic poſtquàm multos annos Prophetæ nomen ſibi aſſumpſit, & vendicauit, multaque futura callidè, & verſutè prædicabat, tádem à ſacroſanctæ Inquiſitionis Patribus comprehenſus, in carcerem cõiectus eſt, detectaque eius arrogantia & fallacijs dãnatus eſt, quòd ſeditioſus, & officij cæleſtis ac diuini vſurpator, arrogans, ſcandaloſus, illuſor, & fallax eſſet, nec non & Vidétis, & prophetæ Dei ſibi nomen aſciuiſſet, ſeque ſanctum appellari, os veritatis, doctorem, & magiſtrum æquo animo ferret: referenſque inſomnia & reuelationes, affirmaret diuina voce illa ſibi reuelari. Abiurauit, de leui: perpetuò interdictũ illi lectione Bibliorum, aliorumque ſacrorum librorum, priuatus papyro & atramento, prohibitus tam ſcribere, quàm accipere literas, niſi de re familiari agentes, interdicta etiã diſputatione de ſacra Scriptura, tam ſcripto, quàm voce, deniq; iuſſus fuit reliquum vitæ ſuæ tempus in carcerem detruſus tranſigere.

18 Anno † ſuperiore in agro Laminitano vlterioris Hiſpaniæ vulgò, Mãcha de Aragon, in oppido Quintanar, viri & fœminæ triginta circiter inuenti veteris Teſtamenti ritus, & cęremonias obſeruantes; eorum Iudæorum pronepotes atq; proneptes, qui tempore Ferdinandi, & Elizabethæ Catholicorum Regum ſe fictè, & ſimulatè ad Catholicam Eccleſiam aggregarunt. Omnes ergo, vbi detecta fuit eorum perfidia, in carcerem ſunt cõiecti, pauci pertinaces tandem combuſti, cęteri (vt moris eſt) infamiæ veſte notati, multorũ etiam, qui è vita in Iudaica perfidia deceſſerãt, effoſſa oſſa, & concremata, vt S. Inquiſitionis beneficio hæc ferax, & bellicoſa prouincia à Iudaica prauitate omnino iam repurgata videatur.

Anno ab orbe Redempto 1595.

19 † Idibus Octobris, cum fidei actus in inclyta Granatẽſi vrbe celebraretur, quadraginta quatuor fœminę, & quinque viri eiuſdem vrbis habitatores, quòd Iudæorum ritus exercerent, in publicum fuerunt educti, atque more ſolito infamia notati: ſtatuæ quatuor abſentium in rogum impoſitæ. Hi omnes paulò antea fuerãt eodem tempore, & in prædicta vrbe cõprehenſi, quòd magnam Hiſpaniarum regnis admirationem concitauit, potuiſſe multos annos tot fœminarum, & virorum Iudaicam perfidiã celari in eadem vrbe, vbi ſacroſanctę Inquiſitionis tribunal reſidet. Verùm Deus OPT. MAX. qui vrbem hanc nobiliſsimam ſeptem & viginti abhinc annis à Saracenorum ſpurcitia omnino expurgauerat, nunc (media ſancta Inquiſitione) ab incendio, quod in viſceribus habebat, liberauit.

His omnibus fit, vt fides Catholica pura, inuiolataque iam pridem apud nos cuſtodiatur: quòd ſi pari diligentia, autoritate, & poteſtate in cæteris Chriſtianorum regnis, prouincijſq; factum eſſet, longè alia profectò nunc eſſet Chriſtianæ reipublicæ facies, quam quę hodie in Germania, Gallia, Anglia, Hibernia, Scotia, & alijs nationibus fœdiſsima cernitur; vbi innumerabiles atque atrociſſimæ calamitates ex nouis hæreticorum erroribus conſequutæ ſunt, quæ Chriſtianam rempublicam acerbiſsi-





mè afflixerunt, atque deformarunt; quarum expertes eſſent omnes illæ prouinciæ, modòque ſaluę, & incolumes ſtarent, integræ atque florentes cernerentur nulla in his partibus eſſet de religione diſſenſio, nulla diſcrepantia volũtatum, nullum diſsidium vitæ neque morum, non ita Brutiani hæretici amentia ſua furoreque præcipites turbulentis ac ſeditioſis clamoribus maximas reipub. Chriſtianæ partes diſtrahere ac diſcerpere conati eſſent, non congregatos diſsipando, & concordantes in multas diſsimiles, atque inter ſe pugnantes opiniones diſtrahendo, ſacra prophanis miſcere, & conturbare niterentur.

Sed iam finem huic capiti imponamus, omnia enim beneficia, quæ à ſancto Inquiſitionis officio in Chriſtianam Rempublicam conferuntur, recenſere immenſi, ac penè infiniti laboris eſſet.

## *Sanctæ Inquiſitionis Officium multis calamitatibus aditum intercludit.*

## CAP. VI.

### SVMMARIVM.

1 *Officium ſanctæ Inquiſitionis nõ ſolùm hæreſibus, ſed multis etiam calamitatibus aditũ intercludit.*

2 *Hæreticorum ſpiritus qualis ſit.*

3 *Diſſenſiones, ac mala omnia ſemper vnà cum hæreſi ſubintrant.*

4 *Deus offenditur peccatis omnibus, ſed ijs maximè, quibus vera ſui colendi ratio corrumpitur.*

5 *Principes, qui Deo illatas iniurias non curant, digni ſunt qui in proprijs calamitatibus à Deo negligantur.*

6 *Hæreſis non ſolùm hæreſiarchis, ſed Principibus, etiam vrbibus, prouincijs, regnis, & nationibus deſolationem, & excidium affert.*

7 *Hæreſiarcharum interitus inglorius, & infelix.*

8 *Simonis Magi infelix mors.*

9 *Menandri Samaritani interitus.*

10 *Ebionis è vita diſceſſus.*

11 *Cerinthus Balneis opprimitur.*

12 *Mõtani Priſcillæ, & Maximillæ exitus*

13 *Manes viuus excarnificatur.*

14 *Arrius inteſtina effudit.*

15 *Balatius ab equo corroſus, & laceratus.*

16 *Priſcillianus capite plectitur.*

17 *Neſtorij linguam vermes corroſerunt.*

18 *Olipius tribus fulminibus ictus corruit.*

19 *Gallus quidam ſe Chriſtum profitens in fruſta conciditur.*

20 *Goslarius quidam Manichæi errorem inſtaurans ſuſpenditur.*

21 *Donatiſtæ ſe ipſos præcipitabant.*

22 *Photius omni dignitate ſpoliatus obijt.*

23 *Petrus de Bruis concrematur.*

24 *Tandemus occiditur.*

25 *Almaricus exuritur.*

26 *Dulcini, & Margaritæ ſupplicium.*

27 *Tympaniſta quidam exuritur.*

28 *Supplicium complurium, qui in Bohemiam irrepſerant cum peregrina religione.*

29 *Picardus quidam vita priuatur.*

30 *Gregorius Cyprius Patriarcha infeliciter è vita migrauit.*

31 *Marci Epheſini interitus.*

32 *Michael Seruetus capitis damnatur.*

33 *Martini Lutheri obitus.*

34 *Oecolãpadius infeliciter è vita diſceſſit.*

35 *Caroloſtadius ſtrangulatur.*

36 *Bucerus à Dæmone percuſſus obijt.*

37 *Caluinus pediculis exeditur.*

38 *Zuinglius in prælio interimitur, & concrematur.*

39 *Conſtantij Imperatoris infelix exitus.*

40 *Iuliani Apoſtatæ obitus.*

41 *Valens Imperator concrematur.*

42 *Traianus Magiſter militum ſub Valente victus, ac confuſus, rediens quid dixerit Imperatori.*

43 Iſacius Monachus, virtutis nomine clarus, Imperatorem Valentem egredientem ad pugnam reprehendit.
44 Zeno viuus ſepelitur.
45 Baſiliſcus interficitur.
46 Anaſtaſius fulmine ictus interijt.
47 Iuſtinianus ſubito morbo è vita migrauit.
48 Heraclius infelix moritur.
49 Heracleoni naſus præſectus, & Imperium ereptum.
50 Conſtans in balneo necatur.
51 Iuſtinianus ab hæreſi reſipiſcens, recepit Imperium.
52 Philippus Iconomachus oculis, & imperio priuatur.
53 Leo Iconomachus infelix.
54 Conſtantinus Copronymus miſerabiliter moritur.
55 Leo Conſtantini filius infeliciter è vita diſceſsit.
56 Nicephorus interficitur.
57 Leo Octauus occiditur.
58 Michael Balbus miſerabiliter excruciatus deceſsit.
59 Theophilus acerbiſsimo morbo interijt.
60 Monomacho imperante, totus Oriens vſq; ad oram Conſtantinopoli continentem ſubactus à Turcis.
61 Græci ope noſtrorum Aſiam receperūt.
62 Godofredus Bullionus Hieroſolima cepit.
63 Conſtantinopolitanis imperantibus rurſus ad hæreſim ſuam reuerſis, omnia paulatim ad Turcas deuoluuntur.
64 Andronicus crudeliſsimè pereptus fuit.
65 Iſacius oculis, & imperio priuatur.
66 Alexius interficitur.
67 Alexius nepos occiditur.
68 Murzuflus vita priuatur.
69 Michael Palæologus deponere imperium cogitur.
70 Andronicus Imperio deijcitur.
71 Andronico nepoti omnia Aſiæ loca, multa Europæ, erepta.
72 Ioannes quaſi miniſter comitabatur Amurathē, & oculis priuatur à filio.
73 Andronicus Imperio, & oculis orbatus.
74 Emmanuel luminibus priuatur.
75 Conſtantinus vltimus Imperator Conſtantinopoli trucidatur.
76 Henricus III. Imperator Occidētalis Imperij in ſumma calamitate deceſsit.
77 Fredericus Imperator à filio ſuffocatus.
78 Ludouicus Bauarus veneno perijt.
79 Gunderius Rex à Dæmone vexatus interijt.
80 Genſericus ſpectro exanimatus interijt.
81 Hunericus effuſis viſceribus obijt.
82 Victor Vticenſis vermibus exeditur.
83 Hildiris Rex occiditur.
84 Gilimer, vltimus Rex Vandalorum, victus mittitur ad Imperatorem.
85 Athaulphus VViſigothorum Rex interficitur.
86 Reges omnes VViſigothorū interfecti fuerunt ita vt è tredecim vnus tantùm gladium inimici effugerit.
87 Theodoricus Oſthrogothorum Rex ſpectro exanimatus occubuit.
88 Athalaricus Rex tabe conſumptus, & nouem alij Reges Oſtrogothorum Arriani ab inimicis interfecti.
89 Longobardorum Reges Arriani veneno aut ferro extincti.
90 Chilpericus Arrianus Francorum Rex interficitur.
91 Henricus III. Rex Gallorum iuſto Dei mucrone percuſſus interimitur.
92 Ladislaus IIII. Hungariæ Rex trucidatur.
93 Georgius Podebrachius ærumnis confectus deceſsit.
94 Suintilla Hiſpaniæ Rex regno deturbatur.
Rhechimirus Hiſpaniæ Rex, regno deijcitur, ibidem.
95 Vitiza Hiſpaniæ Rex à Roderico peremptus.
Rodericus Rex Hiſpaniæ à Saracenis iugulatur, ibidem.
96 Chriſternus Daniæ Rex veneno interficitur.
97 Henricus VIII. Angliæ Rex miſerabiliter deceſsit.





98 Henrici VIII. Angliæ Regis nullus filius memoriam patris aliquo monumento cohoneſtauit.
99 Edoardus Rex Angliæ Henrici VIII. filius veneno creditur ſublatus.
100 Deus OPT. MAX. in Principes Catholicos inuehitur, qui cum hæreticis benignè ſe gerunt.
101 Theodoſius Imperator diuinam iracundiam expertus eſt.
102 Neſtorius permiſſus fuit cum omnibus colloqui.
103 Neſtorij hæreſis cùm defendebatur, luctuoſiſsima clades inflicta eſt Romano Imperio.
104 Conſtantinopolitana ciuitas incendio magna ex parte conſumpta.
105 Saul, quòd idololatras non occiderit, punitur à Deo.
106 Valētinianus Iunior Mediolanum deſerere cogitur.
107 Vinceslaus XII. Bohemorum Rex à ſuis ſubditis affligitur.
108 Hæreticos oppugnare Deo gratiſsimum opus.
109 Hæretici cùm expugnantur, Deus pro nobis contra hæreticos bellare ſolet.
110 Honorij Imperatoris pietas.
111 Theodoſio hæreticos expellenti Deus fuit propitius.
112 Theodoſius multa aduerſus hæreticos ſanciuit.
113 Theodoſius celeberrimam de Maximo reportauit victoriam.
114 Theodoſius, exturbando hæreticos cæleſtes ſibi conciliauit exercitus.
115 Multi Imperatores aduerſus hæreticos leges tulerunt, ea mente vt Deus ſuum illis imperium conſeruaret.

NON ſolùm † hoc S. In-
1 quiſitionis tribunal hæ
reſum peſtem à noſtræ
Hiſpaniæ finibus auer-
tit, ſed etiam depopu-
lationes agrorum, di-
reptiones vrbium, oppidorum euer-
ſiones, templorū incendia, cœnobio-
rum ſpoliationes, populorum ſtrages,
quibus noſtris tēporibus multæ pro-
uinciæ, & regna conquaſſata & affli-
cta ſunt. Hæreticorum enim noſtræ
ætatis ſpiritus non ſolùm in Catholi-
cos, veramq; religionem, ſed in vni-
uerſas ipſas prouincias, Reſpublicas,
regna, in omne deniq; hominū genus
pernicioſiſsimus & calamitoſiſsimus
eſt. Diciq; verè poteſt orbis terrarum
incendiū. Eſt enim Sathanæ ſpiritus à
quo inſtigantur, impellūtur, & exagi-
2 tātur. Vnde fit vt tales ſint, & fuerint
ſemper hæretici, † quales depingit
eleganter Hieronymus Oſorius Epi-
ſcop. Algarbienſis lib. 8. de Iuſtitia in
2. tom. Operū, ſcribēs eſſe genus ho-
minum arrogās, elatum, dirum, fune-
ſtum, & exitioſum, opinione doctrinę
tumidum, multiſq; erroribus exceca-
tum, in ſimulatione pietatis ſceleſtū,
in ſanctitatis ſpecie ſacrilegū, obten-
tu benignitatis immane, pacē oſten-
dens, bellum comparans, otij & tran-
quillitatis inimicum, ad turbulenta
diſsidia concitatum, honoris & lucri
gratia nouis rebus ſtudens, nullius
iudicio cedens, & in inſtituto ſemel
errore inſigni cōtumaciâ perſiſtens.
3 Verùm † obſeruādum eſt commu-
ne eſſe ciuitatibus, prouincijs, atq; re
gnis omnibus, vt cùm ſemel hæreti-
cis aures præbent, mox vnà cū hæreſi
diſſenſiones, rixę, ac mala omnia, fuga
ta recta fide paceque ſubintrent. Ne-
que hæc immeritò accidūt ob negle-
ctam, contēptamúe religionem; offen
ditur enim Deus peccatis quidē om-
nibus, ſed ijs magis, quæ aliquam ha-
bent læſionē violationemq; pietatis.
At his maximè, † quibus tanquam ex
profeſſo vera, germanaq; cultus ſui
ratio corrumpitur. Hoc namq; perin-
de eſt agere, atq; ſi quiſquam regium
apertè oppugnet honorem, & eum,
vel in dubium reuocet, vel neget eſ-

ſe deferendum. Quâ profectò nulla
grauior iniuria videri, nulla maior
Regibus exiſtere ſolet offenſio. Quo-
niam igitur Deo in primis ſuus cõſta-
re debet honos; ſi autem gratus eſſe
non poſsit, imò verò nec ſit quidem
honos, ſed moleſtum onus iniuriæ,
niſi vera religio deferatur; efficitur
vt principes ij, qui ad ſuę quidem ma
ieſtatis læſæ crimina punienda exer-
citiſsimum gladium gerunt, † aures ve-
5 rò ad multas, graueſq; diuinę Maieſta
tis iniurias clauſas habẽt vel linguas
etiam ipſi aut manus ad inferendum
prõptas, digniſsimi ſint, qui viciſsim,
& in proprij honoris regniq; pericu-
lis, à Deo negligantur. Hinc ſæpenu-
mero ſubditorum rebelliones, aut fi-
nitimorum inuaſiones & eiectiones,
vel cædes principum, euerſioneſque
regnorum extiterunt; vt paſsim ob-
ſeruat Cardinalis Baronius in Anna-
libus Eccleſiaſticis. Abominationem
enim hæreſum poſt ſe ſolere ducere
deſolationem; † tũ hæreſiarchis, tum
6 Regibus, & principibus hęreticis, de-
niq; vrbibus, prouincijs, regnis, & na-
tionibus, non ſolùm ſacris literis, ſed
etiam exemplis omnibus ſæculis fre-
quentibus admonemur. Referta ſunt
enim literarum monumenta exẽplis,
tum hæreſiarcharum, qui infeliciter
ex vita diſceſſerunt, tum Regum &
Imperatorum hæreticorũ, qui regnis
& ditionibus priuati, multiſq; calami-
tatibus afflicti, vel infeliciter interfe-
cti, vel crudeliter tractati, vltimũ tan
dem vitæ ſuæ diem obierunt. Videa-
mus an ita acciderit, & ſingula breui-
ter perſtringamus. Hæreſiarcharum
interitus † inglorius & infelix extitit,
7 vt adimpleatur illud quod ſacra ſcri-
ptura teſtatur [Finis illorũ mors eſt]
& alibi [mors depaſcet eos.] Horum
miſerabiles exitus libenter percur-
ram, vt ſingulorum caſus inſolitos al-
ta mente, & cogitatione boni con-

templentur, qui quaſi è porta naufra-
gium ſpectãt, vt à fluctibus hæreſeos,
& periculis nouitatum abſtineant.
Primus † autem omnium ſe of-
8 fert nobis Simon, cognomine Ghi-
tæus, à Pago ſic dicto, Samaritanus,
qui magicam artem profitebatur.
Hic ſacro baptiſmate luſtratus, ab
Apoſtolis ſpiritum ſanctum pecuniá
emere voluit. Qua de cauſa cùm à
Petro Apoſtolo malè verbis accipe-
retur, pudore ſuffuſus, à fide Catho-
lica ad impias & magicas artes defe-
cit. Hunc hiſtoriæ primum hæreti-
cum fuiſſe perhibent: Irenæus om-
nium hæreticorum patrem appellat.
Qui ergo primus fuit infidelitatis au-
tor, omnibus etiam interitus infe-
licitate præceſsit. Is enim (teſtibus
Egeſippo, Irenæo, Iuſtino martyre,
vetuſtiſsimis ſcriptoribus, Euſebio,
Pamphilo, atque alijs præſertim Cle-
mente Romano huius nominis Pon-
tifice Maximo primo, lib. 6. Apoſto-
licarum conſtitutionum, cap. 9. (cu-
ius verba placet deſcribere) cùm Ro-
mam veniſſet, Eccleſiam magnopere
vexabat, multos ſubuertendo, & ſibi
conciliando. Gentilibus autem ma-
gicæ artis vſu & exercitatione, ad-
mirationem ſui mouebat, ita vt ali-
quando cùm in theatrum meridie
prodijſſet, iuſsiſſetque populo vt Pe-
trum quoque in theatrum raperet,
promittebat ſe per aerem volaturũ:
cùm verò cuncti promiſsi huius ex-
pectatione ſuſpenſi eſſent, Petrus
apud ſe precabatur: iamq; à Dæmo-
nibus in altum ſublatus, volabat ſub-
limis per aerem, dicens ſe in cælum
aſcendere, vt inde bona ipſis ſup-
peditaret; cunctis verò illum tan-
quam Deum concelebrantibus, Pe-
trus manus in cælum pariter cũ men-
te tendens, Deo ſupplicabat, vt illam
peſtem per filium ſuum Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum rumperet,
& vires



& vires dæmonum, quibus ille ad fal-
lendum perdendumq; homines vte-
batur, amputaret, ita tamen illũ rum-
peret, vt non occideret, ſed confrin-
geret. Itaque reſpondens ad illud,
quod de aſcenſu in cælum pollicebã-
tur, & intuens in eum Petrus dixit;
ſi ego homo Dei ſum; & verus Apo-
ſtolus Ieſu Chriſti, ac Doctor pietatis
in Deum, & non ſeductor, vt Simon;
iubeo malis poteſtatibus Diaboli
Apoſtatæ, quæ Simonem Magum ve-
hũt; vt eum dimittant, & ex alto præ-
ceps feratur cum riſu eorũ, quos de-
cepit. Hæc Petrus cùm dixiſſet, Si-
mon Magus à poteſtatibus dimiſſus
cum magno fragore, & ſonitu deci-
dit, & vehementer eliſus, coxam &
anteriores partes in plantis pedũ frã-
git. Et multitudo vulgi: Vnus tãtũ ve-
rus Deus (inquit) quẽ Petrus iuſtè præ
dicat: ac multi quidem defecerũt ab
eo. Hæc Clemens de Simonis obitu.
Sed paulò aliter Martin. Polonus in
Petro, qui miſeriore mortis genere, &
crudeliore fato concidiſſe illum nar-
rat. Ait enim Magum hũc diuerſis il-
luſionibus dæmonum Neronis ani-
mã ſic obtinuiſſe, vt eum ſalutis ſuæ
præſulem, & vitæ ſuæ cuſtodem eſſe
cõfiteretur. Nam & bellorũ victorias,
& ſubiectionem Gentium, & proſpe-
ritatem rerum ſe per eũ in omnibus
habiturum eſſe credebat. Sed Petrus
vniuerſas eius vanitates, & flagitia
detexit, vt qui in Iudęa per ipſum Pe-
trum de his quæ gerebat ſceleribus
confutatus, tranſmarinam aggreſſus
eſſet fugam. Cumq; maxima populi
pars iam Simoni crederet, Simon in
cęlum exaltatus, dicebat Petrum eſ-
ſe magum, & ſeductorem; cui crede-
bant, & eius ſigna admirabantur. Fa-
ciebat enim ſerpentem æneum ſe
mouere, & lapideas ſtatuas ridere &
mouere, & ſeipſum currere; & ſubitò
videri in aere. Cumque quadam die
volare ſe diceret ad cælum, conuoca-

to populo Petrus orat, Simon corruit:
Nec tunc exanimatus eſt, ſed fracto
ac debilitato cruce Aretiam ſeceſsit,
atque ibi mortuus eſt.
9 Menander † Samaritanus, Impij
Simonis diſcipulus, Saturnini Antio-
cheni, & Baſilidis Alexandrini pręce-
ptor, ac inſtitutor fuit. De quorum in-
teritu ſic Euſebius lib. 4. capit. 7. [His
igitur Diabolus, qui ex maleficijs ca-
pit lætitiam, tanquam ſuæ nequitiæ
miniſtris fortè vſus eſt; quò qui fidem
receperant, illorum ſuaſu non ſolùm
in fraudem inducti, ad acerbum adeò
& miſerabilem interitum quaſi con-
ſtricti abriperentur; verùm etiã Gen-
tibus, quę erant à fide alienæ, copiam
& tanquam anſam præberent, ſacro-
ſancto Dei verbo petulanter, impie-
que obtrectandi] Hæc ille. Et libr. 2.
cap. 1. ait idem, [Sectatores Simonis,
adhuc ſuo tempore viuentes, nõ alias
ſolitas pœnas perſoluêre, quàm quas
parens eorum ſoluerit olim.] Ac ſpe-
ciatim narrat Euſebius idẽ quod ac-
cidit Simoni, accidiſſe hæretico cui-
10 dam Theodoto.
Ebion, † cuius ſectatores Ebionitę
nuncupabantur, balnei improuiſa
ruina oppreſſus, & contritus fuit, te-
11 ſte Epiphanio.
Cerinthus † Ebioni coætaneus
ſectam nouam orſus eſt: in hunc &
Ebionem D. Ioãnes Euangeliũ ſuum
ſcripſit. Cùm eſſet Epheſi Cerinthus
in Balneo, D. Ioannes diſcipulos ſuos
egredi iubet, mox balnea corruerũt,
& Cerinthum cum ſuis oppreſſerũt,
vt teſtatur D. Irenæus lib. 3. aduerſus
12 hæreſes, cap. 3.
Mõtanus † (à quo Cataphrygæ hæ-
retici orti ſunt ann. Domini 174.) vnà
cum Priſcilla & Maximilla princeps
fuit hęreſum. Hos, laqueo ſibi iniecto,
mortem ſibi conſciuiſſe, teſtatur Eu-
ſebius lib. 5. cap. 15.
Manes, † ſiue Scyth. ſiue è Brachma-
norum gente, ſiue Perſa Probo Im-

peratore ann.Chriſti 276. dæmoniacus naturâ,& inſanus fuit. Ab hoc Manichæorum ſecta ſumpſit initiũ, quam vt propagaret, filium Regis Perſiæ ſe curare poſſe promiſit, verùm magica arte malè ſuccedente, eum vita priuauit: quamobrem viuus à Rege Perſarum fuit excoriatus.

14 Arrius, † qui maximas in orbe terrarũ turbas atq; tragœdias excitauit, cũ Conſtantinopoli in publicum conuentum, cui Conſtantinus cum multis alijs aderat, hilaris procederet, maximâ hominum ſtipatus cateruâ, cõpulſus naturali neceſsitate, de via ſeceſsit, aluum exoneraturus, diuinoq; ſupplicio correptus, inteſtina effudit, & protinus obijt.

15 Priſcillianus Hiſpanus, ſiue Galata, monſtrũ hæreticum ex Manichæorũ & Gnoſticorũ inſania conflatũ, anno Chriſti 383. Hiſpaniã & Gallias inuaſit, à Damaſo Summo Põtifice Romæ pro hæretico dãnatus, ad Maximum Imperatorem appellauit, cuius iuſſu capite plexus eſt. Paulò aliter Sulpitius Seuerus in Hiſtoria ſacra, qui ætate illa Bituricenſis antiſtes, ſanctitate, doctrinâ, & virtute clarus erat, de hac re ſcripſit. Hæreſim Gnoſticorum ab Ægyptijs prodijſſe, eamq; Marcum quendam ex Ægypto in Hiſpanias intuliſſe, cuius auditores extiterint Agape quædã mulier & Rhetor Helpidius. Ab his Priſcillianum inſtitutũ, familiâ nobilẽ, diuitem, acrem, inquietum, facũdum, multa lectione eruditum, differẽdi ac diſputandi prõptiſſimum, qui vigilare multùm, famem ac ſitim ferre poterat, minimè habẽdi cupidum, vtendi parciſsimũ, ſed eundem vaniſsimum, & plus iuſto inflatiorem, rerum profanarum ſcientia, magicis etiam imbutũ, hunc (cum tãtum laicus eſſet) Epiſcopos ſecutos Inſtantium & Saluianum, quibuſcũ perperam in arenam deſcenderint Adyginus Epiſcopus & Idacius Sacerdos. Hæc cogẽdæ Synodo Cæſaraugustanæ cauſam dediſſe, in qua Inſtãtius & Saluianus Epiſcopi, Helpedius & Priſcillianus laici dãnati ſunt. His inflammatos Priſcillianum & Helpidium Epiſcopum aliquem inſtituiſſe factionis ſuæ ad confirmandas vires ſuas, tum Idacium & Ithacium Soſſubenſem Epiſcopũ, cui decreti Synodalis cura commiſſa fuerat, malè ſano conſilio à iudicibus ſæcularibus popoſciſſe, & obtinuiſſe, vt hæretici pellerentur vrbibus. Tum Gratiani Imperatoris iuſſu non tantũ Eccleſijs & vrbibus, ſed ex omnibus terris hæreticos exulare iuſſos. Inſtantium, Saluianum, & Priſcillianum Romã profectos, vt apud Damaſum Papam obiecta purgarent: Pariter Burdegalæ multos prædicationibus peruertiſſe: Romæ cùm fuiſſent, ne in conſpectũ quidẽ Damaſi admiſſos, nec Mediolani quo venerãt, Ambroſio acceptos. Exinde ab Imperatore decretum extorſiſſe, emendicatâ muneribus Magiſtri Officiorum gratiâ, vt ſuis Eccleſijs reſtituerẽtur: Reſtitutos illos quidem, ſed paulò pòſt cùm Maximus ad Imperium veniſſet, Ithaciũ apud Imperatorem detuliſſe Priſcillianum & ſequaces, qui iuſſerit omnes ad Synodum Burdegalenſem duci. A Synodo Inſtantiũ Epiſcopatu indignum eſſe iudicatum, Priſcillianum priuſquàm accepiſſet iudiciũ, prouocaſſe ad Imperatorem, qui Magno, Rufo, Idaco, & Itachio, Epiſcopis inſtantibus, cauſam præfecto Euodio commiſit. At is Priſcillianum gemino iudicio auditũ, conuictũq; maleficij, nec diffitentem ſe obſcœnis ſtuduiſſe doctrinis; nocturnos etiam turpium fœminarum egiſſe conuentus, nudumq; orare ſolitum, nocentem pronunciauit, redegitq; in cuſtodiam, eo verò referente ad principem, eius ſentẽtiâ Priſcillianum, & cum eo prauè ſentiẽtes damnatos gladio cõcidiſſe. Hæc ann. 387. fuerunt





fuerunt in ciuitate Treuerenſi.

16 Balatius † (vt autor eſt D. Athanaſius in vita S. Antonij Eremitæ) fuit Dux Ægypti Arrianæ perfidiæ ſtudioſiſsimus fautor circa annũ Domini 352. Hic cum Neſtorio Alexandriæ præfecto vrbem egreſſus, cũ equis manſuetiſsimis ambo veherentur, & equi mutuò colluderent, mitior quo Neſtorius ſedebat morſu repentino Balatium decuſsit in terram, eiuſq; femora dentibus lacerauit & corroſit. Sicq; in vrbem relatus poſt tertium diem è vita diſceſsit, iuxta D. Antonij vaticinium; magnum profectò hæreticis præbens exemplum ſuæ perfidiæ, & temeritatis, diuinæq; vltionis patentiſsimum miraculum.

17 Neſtorius † ex Germaniæ oppidulo ortus, & per fraudẽ Conſtantinopolitanus Epiſcopus effectus, Anaſtaſij errorem impudentiùs propagauit anno Chriſti 429. damnatus à Synodo Epheſina, & Chalcedonẽſi ſub Theodoſio Imperatore ad Thebæorum ſolitudines fuit deportatus in oppidum Panos. Vermes linguam eius corroſerunt; ipſe tamen alliſus humo perijt. Zeno Imperator ſcholã Edeſſenam, quam Perſicam vocabãt, quia Neſtorij dogma doceret, funditus euertit.

18 Olipius, † (vt refert Prateolus lib. 13.) Arrianæ hæreſis apud Carthaginem Epiſcopus, vixit circa ann. Dom. 505. Hic cum in Balneis aliquando ſanctiſsimam Trinitatem blaſphemijs execraretur; tribus igneis fulminibus ab Angelo viſibiliter miſsis, miſerabiliter decidit, & eius cadauer penitus exuſtum eſt. Placuit hæc afferre de Olipio, etſi non fuerit hæreſiarcha, vt terrorem hæreticis incutiat horrendum ſupplicium.

Quidam ex Biturigibus (hi Galliæ
19 prouinciam faciunt) † Gabalitanam regionem ingreſſus, ſe Chriſtum profitebatur, aſſumptâ ſecum muliere quâdam, quam Mariam vocabat. Seduxit immẽſam populi multitudinẽ, non ſolùm ruſticorum, ſed etiam Sacerdotum ſupra tria millia: à circunſtantibus ſe adorari iubebat: at cum ſe quidam inclinaſſet quaſi oſculaturus genua eius, diſtricto gladio in fruſta concidit pſeudochriſtum, diſperſique ſunt omnes, qui cum eo erant. Maria tormẽtis ſubiecta omnes præſtigias illius publicauit. Gregorius Turonenſis lib. 10. Hiſtoriæ, cap. 24.

20 Goſlariæ † quidam falſò ſanctitatis prætextu, Manichæorum quendam errorem conati ſunt ſtabilire anno 1052. Henricus IIII. Natalem Domini Goſlariæ celebrãs autores à patibulis ſuſpendit, vt hac pœnæ ſeueritate credulum vulgus ab iſta hæreſi deterreretur.

21 Donatiſtæ † Circumcelliones turribus, rupibus & locis huiuſmodi ſemetipſos præcipites dabant, aliâ ratione mortem ſibi conſciſcebant, vt Auguſtinus ſcribit.

22 Photius † autor diſsidij inter Catholicos, & Græcos omni dignitate ſpoliatus à Leone Philoſopho, & in Armeniorum Monaſterium relegatus, miſerrimè obijt. Ambitioſo autem nihil poteſt accidere infelicius, quàm vt ſine honoribus viuat. Ambitioſum verò fuiſſe Photium, conſtat ex eius geſtis.

23 Petrus de Bruis † multas hæreſes docebat in Gallijs, vt Petrus Cluniacenſis teſtatur: damnatus tamen, & concrematus fuit.

24 Tandemus † Antuerpianam turbauit Eccleſiam circiter annum Domini 1124. occiſus autem eſt à quodã presbytero, dum vnà nauigarent, capite vſque ad cerebrum ſauciato. Sigisbertus.

25 Almaricus, † natione Gallus, patria Carnotenſis, Lutetiæ Pariſiorum Doctoratus lauream aſſecutus, emerſit anno Domini 1204. hic hæreticus, & eius

eius ſequaces Lutetiæ Senatus cõſulto fuerunt damnati, & coram vniuerſo populo exuſti, & eorum cineres per ſterquilinium diſperſi, anno Domini 1208. ex Prateolo lib. 1. de vitis hæreticorum. Mirum eſt in Gallijs, præſertim hoc tempore Senatum illum deeſſe.

26 De Dulcino & Margarita, qui Fraterculorum hæreſim inſtaurabāt, dictum eſt in capite de vtilitate & fructu ſacroſanctæ Inquiſitionis.

27 Tympaniſta quidam bubulcus mentitus ſanctitatem, in Franconia audacter concionabatur in clerum & Principes, quòd vita eorum peruerſa Deum auerteret à populo, nec audiret preces ſacerdotum, nec reciperet ab his ſacramenta plebi diſtributa: principes errare, & populo ſine cauſa & contra iuſtitiam vectigalia imperare, ea vt publicaret, ſibi per Beatam Virginem Mariam eſſe mandatum; Rodulphus tamen Epiſcopus Herbipolenſis eum in vrbe iuſsit exuri. Crancius lib. 12. Metropoleos, cap. 16.

28 Sub Othocaro Bohemorum Rege irrepſerant ex Saxonia complures in Bohemiam cum peregrina religione, Lupercali haud multum diſsimili; magnus ad illos ſicariorum, adulterorum, & aliorum perditorum vtriuſq; ſexus hominum fiebat concurſus, ſed habitum omnes, non mores mutabant, imò multa prioribus peiora committebant. Rex alios igne combuſsit, alios aqua ſubmerſit, plures regno exturbauit.

29 Quo tempore Huſsitæ in Bohemia tumultuabantur, Picardus quidam ex Gallia Belgica, tranſmiſſo Rheno, per Germaniã in Bohemiam penetrauit, qui præſtigijs quibuſdam fidei ſibi concilians breui tempore non paruam mulierum, virorumque plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit, & naturæ ductum ſequi in omnibus iubebat. Ioãnes Ziſcha, vel Ziſco Huſſitarum Dux, expugnatâ inſulâ quam occupauerant, Adamitas omnes vitâ priuauit, duobus tantùm reſeruatis, ex quibus geſtorum ſuperſtitionem cognoſceret: quinquaginta præterea viros, Fœminaſque, & inter has duos Presbyteros de cœtu illo comprehenſos ad pagum Klokot comburi iuſsit.

30 Gregorius Cyprius, † Patriarcha Conſtantinopolitanus, cum rurſus Andronico Imperante Græcanicas hæreſes ab inferis euocaſſet, gradu deiectus infeliciter è vita migrauit, vt ſcribit Gregoras lib. 5.

31 Marcus Epheſinus, † qui Concilio Florentino ſemper obſtitit, cholico morbo laborans (ex ore enim eructabat ſtercora) diris cruciatibus afflictus interijt.

32 Michael Seruetus Hiſpanus, multos in lucem edidit libellos, præſertim de Trinitate, à ſententia vniuerſalis Eccleſiæ prorſus alienos. Is cum anno 1553. Geneuam veniſſet, in carcerem coniectus eſt. Cum autem de ſententia non modò non decederet, ſed conuitijs, & maledictis etiam ſua defenderet, capitis damnatus eſt. Vt ad locum ſupplicij venit, Chriſtum æternum Dei filium inuocare noluit, & cùm pœnitentiæ ſignum nullum daret, cauſam tamen ad populum minimè defendit: Surius in Hiſtor. In quo etiam deprehendent Catholici mirum non eſſe, ſi Geneuæ id Iudicium ab hæreticis in hæreticum prodierit, cùm ipſi quoque latrones Sathanâ ſuggerente in ſyluis ſuo iure vtantur; vult enim hæreticorum verſipellis pater, tanquam improbus falſæ monetæ adulterator, vt omnes ſui ſpecie recti decipiātur.

33 Verùm his miſsis, ad autores hæreſum noſtri temporis deſcendamus. Ex quibus primus occurrit nobis Martinus



tinus Lutherus, cuius infelicem obitum, datâ operâ prętermitto, quòd de eo in tit. 8. cap. 1. fuſam fecimus mentionem.

34 Oecolampadius † ante Lutheri interitum noctu dum dormiret, improuiſâ morte eſt ſuffocatus. Quod cùm percepiſſet Lutherus, Oecolampadio infeſtiſsimus, quòd ab ipſo deceſsiſſet, atque hæreſim nouam excogitaſſet, editis ſcriptis exclamabat ſibi eſſe exploratiſsimũ Oecolampadium
35 igneis Diaboli telis confoſſum. † Nihilominus hodierno die Lutheri, & Oecolampadij diſcipuli amiciſsimi ſunt vbi agitur in Catholicos, eo more quo Epicuri, & Ariſtippi ſcholæ in oppugnandis Stoicis, aut vt melius dicam eâ formâ quâ Pilatus & Herodes amici facti ſunt in ruinam Chriſti. Eundem caſum ſubijt Caroloſtadius, vt affirmat miniſter quidã Lutheranus in Epiſtola Typis excuſa, cuius nomen honoris cauſa reticebo, ſi quis honos hæretico inhæreat.

36 Bucero animam penè agenti memoriæ proditum eſt horrendum Dęmonem aſtitiſſe, qui circumſtantes omnes timore exanimarit, Bucerũq; percuſſerit, vt illius infelicem animam in Tartara ſecum deueheret. Nam lecto deturbatus, effuſis per cubiculum paſsim huc illuc viſceribus, multiſque cruciatibus exanimatus exſpirauit anno. 1551. 27. die Febr.
Caluinus cùm quatuor annos nouē
37 morbis diriſsimis excruciaretur atq; tabeſceret, vt Beza teſtatur homo ille probus diſcipulus eius primarius ac ſtudioſiſsimus in illius vitâ ſcripta Gallico ſermone, nempe cholicâ, dolore articulorum, calculo, hæmorrhoidibus, febri iaſthmate, capitis dolore, pituitâ, ſanguinis vomitatione, denique pediculis vndique ſcatentibus exeſus, infeliciſsimè ac fœdiſsimè obijt.

38 Zuinglius nouarum hæreſum princeps in prælio ducens agmen, ab Heluetijs Catholicis eſt interemptus & concrematus: & cum ſatellites eius iterum atque iterum coactis innumeris copijs vlturi necem doctoris impij manus conſeruiſſent cũ iiſdem multò paucioribus, profligati ſunt ſemper, ac cæſi.

39 Hi fuerunt exitus hæreticorum, qui primi omnium poſteris ſuis impia inuenta tradiderunt: exitus (ſcilicet) inglorij atque infelices diuinâ prouidentiâ in eos à Deo præſtituti.

Nunc ad Reges & Imperatores hæreticos, & hæreticorum fautores, gradum faciamus, illorumq; calamitates atque exitus in memoriam reuocemus.

40 Primus ex Imperatoribus hæreticus fuit Conſtantius, de quo quidem conſtat, quàm ſæpe fuerit turpiter à Perſis victus, vt inter alios Ammianus qui militabat & ſcribebat illius temporibus, teſtatur. Hic cùm victus à Perſis audiſſet Iulianum à militibus Auguſtum creatum tendere aduerſum ſe cum exercitu, dolore horribilis nuncij oppreſſus interijt tam diris cruciatibus, vt carnes eius inſtar foculi arderent, nec manus poſſent illis admoueri.

41 Iulianus Apoſtata, qui peſtiferis conſilijs Eccleſiam Dei grauiſsimè afflixit, breui tempore cum imperio, tum vita priuatus eſt: in prælio enim aduerſus Perſas ſagittâ, incertum à quo emiſſâ, percuſſus occubuit. At credere fas eſt ſagittam illam diuinitus vibratam eſſe: nec fides deerit Martino Polono, qui diligens ſcriptor eſt: Nam (vt ait ille) cùm contra Perſas ad bellum proceſſiſſet, tranſiens per Cæſareã Capadocię multa opprobria B. Baſilio illius ciuitatis Epiſcopo, & Chriſtianis fecit, & comminationes futuras inſerens,

B.Baſilius orans & ieiunãs cum Chri-
ſtianis vidit B.Virginẽ præcipientem
militi Mercurio cuidã dudum antè in
quodam monaſterio ſepulto, vt ſe &
filium de Iuliano vindicaret. Quod
& factum eſt. Et blaſphemando, expi-
rans clamauit: viciſti Galilæe, viciſti:
hic finis apoſtatã dignus.

41 Valens Arrianus ex hæreticis fuit
ſecundus Imperator Eccleſię Catho-
licæ famoſus hoſtis, à quo cum Traia-
42 nus magiſter † militũ (vt habetur lib.
8. trip. cap. 13.) aduerſus barbaras Got
thorum gentes miſſus eſſet, victuſq;
ac confuſus rediiſſet, ob eamq; rem,
mollitiem ei Valens ac timiditatem
obijceret, ille ingenti libertate: non
(inquit) Imperator ego ſum victus,
ſed tũ victoriam perdidiſti, quia Deo
reſiſtis, & illius auxilia barbaris po-
43 tiùs facis opportuna. Iſaacius † etiam
monachus eã tempeſtate virtutis no
mine clarus, cum egredientem vide-
ret ad pugnam Imperatorem: Quo
vadis (ait) Imperator, qui pugnas ad-
uerſus Deum, quem non habes adiu-
torem? ipſe enim contra te Barbaros
mouit, quoniam & tu aduerſus eum
blaſphemas linguas plurimas incita-
ſti, & qui ei ſacra pſallũt, domibus ex
pulisti. Quieſce ergo bellare contra
Deum, & ipſe faciet bella ceſſare.
Denique à Gotthis, quos ipſe ſibi fœ-
dere impietatis hæreticæ vinxerat,
toto exercitu fuſo atq; profligato, fu-
ga ſibi conſulens in tugurium ſe abdi-
dit, ibiq; ab hoſtibus fuit concrema-
tus, inde Gotthi in Græciam ſeſe ef-
fundentes, flammis ac ferro cuncta
vaſtarunt.

44 Zeno & hæreticus, & nullis nõ fla-
gitijs coopertus ſummo cum dedeco
re à Baſiliſco imperio fuit exactus, eo
quę regnãte (vt Euagri. ſcribit lib. 3.)
in Oriẽte, Barbari Scenitę loca omnia
populati ſunt, Hũni verò Maſſagetæ
Thraciã nemine reſiſtente. Quomo-
do obierit, refert Nicephor. lib. 16.
cap. 24. his verbis. [Fertur etiam, cùm
eum Ariadna coniux odiſſet, cum
epilepſiæ doloribus diſtenderetur, vt
ſpeciem defuncti præberet viuum ad
huc ab illa ſepulcro incluſum eſſe.]
Alij verò tradunt, cum ex ebrietate
ſenſum omnem amiſiſſet, in tumulũ
coniectum eſſe: & poſtquàm ad ſeip-
ſum per ſobrietatem rediiſſet, in ipſo
monumento exclamaſſe, vitam ſe ſo-
lam, non etiam imperium petere, pa-
ratumq; eſſe cuiuis, iureiurãdo inter-
poſito, eo cedere: neminem autem il-
lum ea dicentẽ, propterea quòd con-
iux Ariadna id prohibuiſſet, miſera-
tum eſſe. Porrò teſtis eſt tũ Nicepho-
rus, tum Euagrius, ac Zonaras, Zeno-
nem varijs ſeditionibus, quas ipſius
propinqui continenter excitabant,
ſemper agitatum.

45 Baſiliſcus ſimiliter hæreticus Im-
perator cum viginti menſes in Ro-
mano Imperio Tyrãnus fuiſſet, à Ze-
none in Capadocia moriturus miſ-
ſus eſt, atq; in manſione quãdam ſeu
militari diuerſorio, cui Acuſi nomen
eſt, cum vxore & liberis fuit interfe-
ctus, vt refert Nicephorus. lib. 16. c.
8. Tempore quo hic imperauit, ait
Euagri. lib. 3. à Theodorico Gottho-
rum Rege multas clades Græciæ, re-
gionibuſque propinquis illatas.

46 Anaſtaſius, cui fuit vxor Ariadna
Zenonis coniux, ab eadem (vt Zona-
ras ait 3. par. Hiſtoriæ) in Eutychij &
Dioſcori ſectã eſt impulſus, extinctuſ-
que fuit (vt creditur) fulmine cælitus
demiſſo: nam cũ tonitrua horrẽdum
in modum reſonarent, atq; ipſe per-
territus munitiſſimas domus partes
percurreret, in quodam regio cubi-
culo eſt mortuus inuẽtus, vt Zonaras
3. part. refert. Illo imperante Hunni
Hauares (vt ſcripſit Paulus Diaconus)
è Caſpijs portis erũpentes, Armeniã
Capadociam, Galatiam, Pontumq; la-
tè ſunt



tè ſunt depopulati, neq; minora per-
peſſus eſt à Vitaliano Anaſtaſius in
Græcia. Zonaras 3. par. Hiſtor. addit à
Bulgaris Illyricum vaſtatum, copijs
Anaſtaſij miſerrimè trucidatis.

47 Iuſtinianus primis decem annis be-
ne de rebus diuinis ſenſit, quo tempo
re ſecundis maximè rebus eſt vſus;
mox impias manus in Siluerium, Vi-
giliumque iniecit. Deniq; in hæreſim
Apthartodocitarum incidit; iamque
promulgandum erat edictum, cùm
Deus Eccleſiæ ſuæ conſultum voluit.
In inſaniam enim Iuſtinianus verſus
(vt ait Socrates) ſubitoq; morbo per-
culſus, è vita migrauit, poſt illatam
vim Siluerio, & Vigilio, omni calami-
tatis genere exagitatus.

48 Heraclius quandiu perſtitit in ve-
ritate doctrinæ, plurima feliciſsimè
aduerſus Perſas geſsit. Vbi Monothe-
litarum ſententiæ adhæſit, à Mahu-
meto ac Saracenis Syria & Ægypto
eſt ſpoliatus.

49 Heracleonæ Heraclij filio, & impie-
tatis hæredi, naſus præſectus eſt, &
eius matri Martinæ lingua abſciſſa:
ambo denique priuati imperio, & in
exilium miſſi.

50 Conſtans Monothelita in Sicilię ab
Andrea domeſtico ſuo, dum lauare-
tur in balneo, eſt necatus. Illi dum
viueret Saraceni eripuerũt Africam,
Aradum Inſulam prorſus inhabitabi-
lem reddiderunt, Cyprum vaſtarũt,
Iſauriam ferè cultoribus cunctis vi-
duarunt, quamplurimis in ſeruitu-
tem abreptis.

51 Iuſtiniano minore Imperãte Sara-
ceni Armeniam ceperunt, neque vn-
quam Oriẽtem vniuerſum deforma-
re incendijs (vt ait Zonaras lib. 3.) &
Chriſtianos abducere in ſeruitutem
deſtiterunt. Fuit Iuſtinianus Mono-
thelita naſoq; præſecto in exiliũ fuit
eiectus, verùm ab hæreſi reſipiſcens,
recepit imperium.

52 Philippus Iconomachus Iuſtinia-
no ſucceſsit, quo rerum ſummam te-
nente Bulgari (inquit Zonaras) vni-
uerſam Thraciam populati ad ipſam
vſque vrbem cuncta incurſarũt, ma-
gnâque prædâ, & captiuis ferè innu-
meris abductis, domũ ſe receperunt.
Sed & Agareni Oriẽtem eodem mo-
do tractarunt. Tãdem à Senatoribus
nonnullis Imperio & oculis fuit pri-
uatus.

53 Leone Iconomacho Imperante,
Maſalmas Arabum Dux, igni ferroq;
Thraciam fœdans, ipſam Conſtanti-
nopolim obſidione cinxit, & plurimas
Chriſtianis locis vaſtitates induxit,
Cæſaream Capadociæ cepit. Tulbi-
min etiam Saracenorum ſimiliter
Dux, multis cladibus Aſiaticas pro-
uincias afficiens, innumeros captiuos
abduxit. Mortuus eſt infeliciter ex
inteſtinorum morbo.

54 Conſtantino Copronymo regnan-
te, Gizid Sarracenorũ Princeps Cy-
prios omnes in Syriã tranſtulit; Tur-
cæ è Caſpijs portis erumpentes Ar-
meniam prædati ſunt. Sardiniã præ-
terea Saraceni occuparũt. Hic inimi-
cus Imaginũ ſacrarum (vt refert Hi-
ſtoriæ miſcellæ Autor) diuinitus in
cruribus fuit plagâ percuſſus, quæ
Græcè ἄνθραξ appellatur, & hinc fe-
bri validiſsimâ detentus Adrianopo-
lim rediit, ſubiectis humeris in lecto
delatus, & veniens Sylimbriã nauim
ingreſſus eſt, cumque ad Rotundum
perueniſſet Caſtellum, miſerabiliter
in Chelandio moritur, clamans ac di-
cens. Viuens adhuc ſum igni inextin-
guibili traditus.

55 Leo Conſtantini filius, flagitiorũ,
imperijque ſucceſſor, cùm coronam
gemmis, auroq; fulgentem quã Mau-
ritius Deo dicarat, capiti appoſuiſſet,
protinus carbunculo enato illud in-
tumuit, ipſeque ardentiſsima fe-
bri correptus expirauit. Huius tem-
pore

pore (vt Landulphus Sagax ſcripſit)
Saraceni quædam loca Armeniæ in
ſuam poteſtatem redegerunt.
56 Nicephoro regnante, multas Aſiæ
regiones Saraceni occuparũt: copias
Imperatoris ſæpe fũderunt, donec
annuum tributũ illi impoſuiſſent. Bul
gari præterea varijs incurſionibus
Thraciam deformarũt, tandemq; eo-
rum princeps Chũno, ſiue Chrumus
ipſum Imperatorem obtruncauit,
exercitum fudit, plurimoſque in ſer-
uitutem abduxit.
Leone Armenio rerum potito, Bul-
57 gari occupatis trans Iſtrum cunctis
iam regionibus, Cõſtantinopolim ob
ſederunt, Hadrianopolim verò vrbẽ
Thraciæ celeberrimam ceperunt, à
Michaele Balbo, quem multis bene-
ficijs amplificauerat, eſt occiſus.
58 Michaele Balbo Imperante, Maho-
metani Cretã, Siciliamq; in ſuam po-
teſtatem redegerunt; ac nonnulla
Apuliæ, Calabriæ, finitimarumq; re-
gionum loca. Retentione vrinæ, in-
teſtinorumque dolore miſerabiliter
excruciatus deceſsit.
59 Theophilus Balbi Soboles, hoſtis &
ipſe imaginum ſacrarum, ter cum ma
ximis copijs, maximaq; ſuorum cæde
à Saracenis eſt profligatus, ita vt vix
ipſe incolumis effũgere poſſet. Amo-
rium ipſius patria captũ. Quãtus ve-
rò populus (inquit Zonaras) fuerit ab
ductus, dici non poteſt. Multa profe-
ctò mulierum, puerorumque millia
abrepta. Acerbiſsimo dyſenteriæ
morbo confectus interijt.
60 Monomacho regnante, totus Oriẽs
vſq; ad oram Conſtantinopoli conti-
nentem ſubactus à Turcis. Pazinacæ
omnia trans Iſtrũ rurſus occuparunt.
61 Poſtea Græci ope noſtrorũ Aſiam
receperunt in illa expeditione nobi-
liſsima, quam indixit Vrbanus II. in
62 Concilio Claremõtano, cùm † Gotto
fredus Bollionus Hieroſolymã cepit.
63 Imperatores autem Conſtantinopo-
litani, † Græciq; anno milleſimo, cen-
teſimo, octogeſimo primo, Androni-
co Comneno ſummam rerum tenẽ-
te cùm rurſus à nobis diſceſsiſſent, ad
hæreſim ſuam reuerſi, contigit vt rur
ſus omnia in poteſtatem Turcarum
64 paulatim adducerẽtur. Ab hoc † An-
dronico tot cædes Græcorum cuiuſli
bet generis factæ ſunt per ſummam
crudelitatẽ, vt eas enumerare vix vl-
lus poſſet. Qui volet hæc cognoſce-
re, ſcripta Nicetæ legat. Sed ipſe ad
extremum peremptus crudeliſsimè
operâ Iſaacij Angeli, ſimiliter ipſius
duo filij, Ioannes & Manuel, excæca-
ti, & miſerrimè interfecti.
65 Iſaacius ab Alexio fratre, & impe-
rio & oculis fuit priuatus.
66 Alexius hic ab Alexio, qui ex Iſaa-
cio fratre nepos erat, eſt occiſus.
67 Alexius nepos ab Alexio Ducâ (qui
dictus eſt cognomento Murzuflus)
per ſummum ſcelus & inſidias miſer-
rimè laqueo eſt ſuffocatus, vt Nice-
tas ait.
68 Murzuflus à noſtris (vt meruerat) è
turri præceps actus obijt, quæ omnia
latè perſequitur idem Nicetas in An-
nalibus ſuis, vitiſq; Imperatorum, &
Sigonius libris de regno Italiæ. Ex
hoc Imperiũ Conſtantinopolitanum
69 noſtri tenuêre vſq; † ad Michaelem
Palæologũ qui & hæreticus fuit. Hic
varijs ſeditionibus è Nepote Andro-
nico ætate totâ exagitatus, tandem
deponere Imperium coactus eſt, ac
monachum profiteri.
70 Andronicus eius filius, ab Andro-
nico nepote deiectus imperio, in mul
tis ærũnis viuens miſerrimè deceſsit.
71 Andronicus Nepos varijs Turca-
rum bellis ſic eſt exagitatus, vt illi
omnia Aſiæ loca, multaq; Europæ oc-
cuparint, ipſe autem ſeptem dies al-
tiſsimâ lethargiâ oppreſſus, animam
efflauit.





72 Ioannes à tutore Cantacuzeno eſt
Imperio priuatus, mox illud ope Tur
carum recepit, Cantacuzenumque
profiteri monachum coegit. Ipſe ini-
ta cum Turcis ſocietate quâcumque
eorum Rex Amurates iter faciebat,
quaſi miniſter eum ſequebatur. Quo
circa cum traieciſſet in Aſiam, illum
73 ſecutus eſt, & † Andronico filio Impe
rium adminiſtrandum reliquit. Sed
hic aduerſus Turcas arma ſumpſit, à
quibus victus & captus, iuſſu Amu-
ratis à Patre Ioanne eſt omni pote-
ſtate vnà cum oculis orbatus. Poſtea
verò recepit aliqua ex parte vſum il-
74 lorum, Ioannemq; patrem, † & Em-
manuelẽ fratrem in vincula cõiecit,
& luminibus priuauit. Poſt hæc deie-
ctus iterum Andronicus fuit, & Em-
manueli Imperium commiſſum, qui
Turcis illud tributarium fecit. Hæc
Chalcocondylas lib. 2. refert.
75 Conſtantinus hæreticus à Turcis
captâ Cõſtantinopoli, eſt trucidatus,
finiſq; factus Imperio Orientali anno
1453. Ex his liquidò patet, quàm infe
lices hæretici Imperatores Græcorũ
fuerint, quàm etiam eorũ prouinciæ
bellis, & calamitatibus afflictæ.
Hactenus dictum eſt de Impera-
toribus Orientis. Ex Imperatoribus
autem Occidentalis Imperij primus
76 ſe offert Henricus † III. hic ab Henri-
co IIII. filio ſuo turpiter acie victus, &
Imperio ſpoliatus, & ab omnib. dere-
lictus, in ſumma calamitate deceſsit,
ac multos annos iacuit inſepultus.
Fredericus II. à Parmenſibus, quos
77 obſederat, fœdè profligatus ac fuga-
tus, in Apuliam ſe recipiens, à pro-
prio filio Manfredo eſt ſtrangulatus.
Vltimus eſt Ludouicus Barbatus;
78 qui cùm multa molitus eſſet in Italia,
reſcindi cũcta viuens vidit: & ab ali-
quo ex aduerſarijs ſemper eſt exagi-
tatus in Germania, donec equo repẽ-
te deiectus, humiq; grauiſsimè alliſus
animam reddidit. Refert Bozius to-
mo. 2. lib. 23. cap. 4. hunc dato veneno
à muliere quam maximè adamabat,
perijſſe, & ob id ex equo lapſum.
79 De Regibus etiam hæreticis men-
tionem faciamus, quorum euẽta me-
moriæ prodita fuerint. Et primùm de
Vandalis, inter quos primus Gunde-
ricus à Dæmone correptus, & diu ve-
xatus (Iſidoro teſte) interijt.
80 Genſericus ſpectro quodam in
ſomnis, quo ſibi eripi regnum viderat
perculſus & exanimatus, paulò pòſt è
vita migrauit, vt Gregorius in dialo-
go tradit.
81 Hunericus (vt Iſidor. refert) effuſis
viſceribus inſtar Arrij è vita diſceſsit.
82 Victor Vticenſis vermibus exeſus,
& in fruſta diſcerptus, ita vt partes
corporis tantùm, non integrum cor-
pus ſepeliri potuerit.
83 Hildiris à Gilimere occiſus; Gili-
mer vltimus Vandalorum Rex à Bel-
84 liſario victus, † & captus, ad Impera-
torem Iuſtinianum eſt miſſus.
85 Ad Vviſigotthos tranſeamus. Horũ
primus Rex Athaulphus poſtquam
Gallias primùm occuparunt, deinde
Hiſpanias, & reliqui qui ei ſucceſſêre
vſque ad Leouigildum Arriani fuê-
re, excepto Athanagildo (vt Lucas
Tudenſis tradit) & Vualia, vt Iorda-
nes affirmat.
86 Omnes tamen † Arriani præter
Henricum, vel ab hoſtibus, vel ple-
rumq; à ſuis interfecti, ita vt ex tre-
decim Regibus Vviſigotthorũ vnus
dumtaxat inimici gladium effugerit.
87 Ex Oſtrogotthis regnarunt in Ita-
lia nouem Arriani omnes, ex quibus
Theodoricus ſpectro horribili percul
ſus & exanimatus (vt refert Iordanes
libr. de rebus Gotthicis) occubuit.
88 Athalaricus tabe eſt conſumptus; cæ-
teri omnes ab alijs interempti.
89 Longobardorum Reges, qui Ar-
rianas partes ſecuti ſunt, fuerunt:

Alboinus, Autharis, Rotharis, Ro-
doaldus, Gundebertus, omnes ve-
neno aut ferro extincti, excepto
Rothari: ſuperiores his aliquot alij vi-
dentur hæretici fuiſſe, antequàm fi-
gerent in Italia ſedes.

90 Ex alijs etiam regnis Reges aliquot
hæretici numerantur. Chilpericus
enim Francorũ Rex Sabellianus fuit,
vt ex Gregorio Turonenſi liquet, &
hic à Suinſigillo ſicario apud Calam
(hodie Cheles) vicum Pariſiorum, cũ
ex venatione rediret, confoſſus eſt.

91 Henricus III. vltimus ex Valæſijs
Francorum Rex, cum in regni ad-
miniſtratione ſibi propoſuiſſet vnius
Machiaueli hominis athei præce-
pta contrectanda (quæ falſò quibuſ-
dam politica exiſtimãtur) per annos
quatuordecim turpiter, impurè, &
maleficè Catholicæ religionis cul-
tum ſimulauit, cùm tamen ab anno
ætatis duodecimo, regnante Carolo
IX. eius fratre, pijſsimo & Chriſtia-
niſsimo Principe, inſciâ matre (ſedulâ
alioquin & prudentiſsimâ matronâ)
inimicis Caluiniſmi fabulis initiatus
fuiſſet. Neq; tamen Catholicos illius
regni Epiſcopos & proceres omnino
fefellit, qui ab eius hypocriſi nihil vn-
quam præter omnium rerum confu-
ſionem expectarunt. Nam vt religio-
nem eneruaret, prouentus Eccleſiæ
quos decimarũ titulo, & ſubuẽtionis
nomine ab Eccleſiaſticis exigebat;
hæreticis, eorumq; fautoribus clãcu-
lum erogabat: ex nobilibus, religio-
nis Catholicæ columnis, multos in
Portugalliam, plures in Brabantiam,
& Flandriam, paucos aduerſus hære-
ticos mittebat, eóſque omnes con-
fictis dolis & proditionibus, quas ipſe
compingebat; & per interpoſitas
perſonas detegebat, interimendos
expoſuit. Ipſe quoque inanibus con-
fictis inter ſe & Proteſtantes Germa-
niæ ſimultatibus, magnum ex illis
exercitum in Gallias quaſi contra ſe
vocauit, quem Catholicorum Prin-
cipum armis exiguo tempore fra-
ctum, & diſsipatum, ſaluum (quâ ex
parte potuit) exire iuſsit. Tandem
eos Principes tollere de medio decre-
uit, in quorum viribus Catholico-
rum ſpes omnis hærebat. Sed cùm in
eam rem iam multi conatus eum eſ-
ſent fruſtrati, hos ad Regni Comitia
vocauit Bleſas [vulgò Blois] vbi ma-
gna animi in eos ſimulata propenſio-
ne, & promiſſâ per Euchariſtię ſacra-
tiſsimę veritatem ſecuritate, Carolus
Borbonius Cardinalis Legatus Aui-
nionenſis in vincula coniectus eſt,
Henricus à Lotharingia Dux Guiſię,
& Ludouicus à Lotharingia Cardina-
lis Catholici & acerrimi ſanctæ Ec-
cleſiæ propugnatores interempti
ſunt iuſſu illius, ac ſtatim cum hære-
ticis fœdus inijt, ijſque vrbes quam-
plurimas dedit, vt ſe ad delendas Ca-
tholicarum virium reliquias adiuua-
rent. Eorum omnium pœnas Deus
iuſtus iudex diu non diſtulit; nam re-
gno ille ſuo priuatus, priuſquam an-
nus ab illa proditione fluxiſſet, ho-
munculi vnius manu (cui nomen Fr.
Iacobus Clemens) Dominicani, pij &
vehementis ſpiritus impulſu ducti
percuſſus miſerrimè interijt, cum ex
tanto regno ne quidem oppidulum
haberet. Poſt tot, tantaſque cum hæ-
reticis aduerſus Eccleſiam initas cõ-
uentiones, ex eo quod ſacramentum
ex maximo ſacramento præſtitum
violarit, è duobus Cardinalibus alte-
rum interfecerit alterum in captiui-
tate miſerrima confecerit, plurimos
Monachos, Sacerdotes, & Laicos Ca-
tholicæ fidei cultores (quorum Cata-
logus breui Typis mandabitur) cru-
ciatibus, & ſupplicijs horrendis la-
niauerit; vniuerſus terrarum orbis
inter hæreticos illum recenſuit.

91 Ladiſlaus IIII. Hungariæ Rex à fi-





de noſtra defecit, & à Cardinali Fir-
mano Legato Pontificio ob id eſt ex-
communicatus, & paulò pòſt à Cu-
manis Tartaris interemptus, vt tra-
dit Bonfinius.

93 Georgius Podebrachius, Huſsita,
Bohemiæ Rex, hanc pœnã effugit, nõ
enim ab alijs eſt necatus, multis tamẽ
ærũnis cõfectus ignobiliter deceſsit.

94 Suintilla & Rhechimirus Hiſpanię
Reges ob hæreſim ſuo regno detur-
bati infeliciter obierunt.

95 Vitiza à Roderico peremptus, Ro-
dericus à Saracenis: qui duo tum ſciſ-
matici, tum hæretici videntur fuiſſe,
vt ex Roderico Toletano, Vaſco, atq;
cæteris Hiſpaniarum rerum ſcripto-
ribus apparet. Roderico regnante,
Saraceni Hiſpaniâ ferè totâ ſunt po-
titi, maximo eius exercitu ad inter-
necionem conciſo.

96 Chriſternus Daniæ Rex, à Catho-
licis hoc ſęculo diſceſsit, qui ob nimiã
crudelitatem regno expulſus, mox
captus, & caueâ ferreâ incluſus, vene-
no ſumpto perijt, vt ſcribit Surius.

97 Henricus VIII. Angliæ Rex, hære-
ticus & ſciſmaticus fuit: hic duabus
vxoribus adulterio notatis, & ob id
iuſſu ipſius publico ſupplicio iugula-
tis, tertiã ad partus cõmoditatẽ laxan-
dam (ex quo etiã mortua eſt) curauit.
Duas repudiauit, ſextam ſuperſtitem
reliquit, quam animo tamen ad cæ-
dem, ſi vixiſſet, deſtinauerat. Mirabi-
le eſt dictu in quantas animi, vitęque
perturbationes inciderit. Poſtquam
enim è recto Chriſtianę vitę tramite
egreſſus, voluptatibus carnis ac pec-
catis ſe implicuit, nunquam ſibi aut
alijs gratus, nunquam aut mẽte ſerẽ-
nus, aut conſcrẽtia ſecurus videbatur:
præceps ferebatur in omnes vitiorũ
gurgites. Tandem in lecto decũbens,
cum morti proximus eſſet, nonnullis
cùm amicis de ſua cum Eccleſiâ Ca-
tholicâ recõciliatione egiſſe dicitur:
verũ (iuſtiſsimo Dei iudicio) permiſ-
ſum eſt, vt à tam ſancto & ſalutari
Conſilio ab aulicis ſuſurronibus de-
terreretur. Ex quo factũ eſt, vt cùm
de inſtãti iamiam mortis articulo ab
amicis admoneretur, pateram vini al-
bi poſcens, ad vnum ex ſuis con-
uerſus, dixerit: Omnia perdidimus;
paulò poſt maxima mæroris atq; tri-
ſtitiæ ſignificatione vltimum effudit
ſpiritum. Quæ omnia elegãter refert
P. Petrus Ribadeneyra lib. 1. de Hiſt.
Eccle. Anglicanæ. cap. 47. Illud etiam
eſt animaduerſione digniſsimũ, tres
eius liberos omnes ordine regnaſſe,
98 tamen nullum eorum memoriã † pa-
tris aliquo monumẽto cohoneſtaſſe.
Maria quidem cupiebat id facere, ni-
ſi quod religione impediebatur, ne
Catholica ſciſmatici nomen poſteris
cõmendaret. Edoardus autem & Eli-
zabetha, quibus Henrici defectio, &
ſciſma probatum fuit, omnẽ ſenſum
humanitatis in hoc officij genere prę-
termittendo exuiſſe viderentur, niſi
quòd manifeſta Dei vindicta ſit, vt
qui tot ſanctorũ cineres diſsipauit, &
tã eximia martyrũ ſepulcra diripuit,
ipſe omni honore ſepulcri careat.

99 Edoardus † eius filius qui ſucceſsit,
veneno creditur ſublatus à Duce
Northfolkienſi Socero; qui regni hæ-
redem curauit inſtituendam filiam.
Elizabetha adhuc viuit, & dabit Deus
vt exemplo ſit nõ minimo apud eos,
qui ſuperſtites eius impietati fuerint.
100 En qui fines hæreticorũ Imperato-
rũ & Regum. En fructus, quos ex hæ-
reſi collegerũt. Non ſolùm autẽ Deus
OPT. MAX. in Principes hæreſibus
contaminatos inuehitur, ſed in eos
etiam, qui licet Catholici ſint, cùm
hæreticis tamen benignè ſe gerunt,
& quodammodo ad hæreſes con-
niuent. Hæreticis enim parcendo,
Deus in iram concitatur, idq; exper-
101 tus eſt † Theodoſius Imperator,

vt refert Cardinalis Baronius tomo
15. ſub anno Chriſti 433. quia cũ Ne-
ſtorio mitiùs actum eſt. Nã apud An-
tiochiam in monaſterio S. Euprepij
nominato liberè agere, ac cum om-
102 nibus, † quos vellet, conſuetudinem
habere permiſſus eſt, qui ob execra-
bilem hæreſim longè extra Romanũ
orbem deportandus erat, vt factum
eſt poſtea, ſerò tamen poſt inflicta à
Deo flagella. Quia enim iſta poſtre-
mis votis monentem ſanctæ memo-
riæ Cæleſtinum non audierat, Theo-
doſianus Imperator de relegando in
inſulas lõginquas Neſtorio, diuinam
103 in ſe iracundiam concitauit. † Sicut
enim cùm huiuſmodi hæreſis defen-
deretur, luctuoſiſsima clades illa in-
flicta eſt Romano Imperio, cùm Ro-
manus exercitus in Africa magno de
decore Romani nominis, & Catholi-
cæ fidei penitus profligatus eſt, cùm
vicerint Barbari Orientales, & Occi-
dentales Romanos exercitus, & Ar-
riani Catholicos ſub iugum miſerint.
Ita quoque, ô mirandum! cùm ſine-
retur damnatus Neſtorius liber inter
Catholicos agere, Conſtantinopoli-
104 tana † ciuitas portentoſâ affecta eſt
clade hoc ipſo anno, cum triduano in
cendio magnâ eſt ex parte conſum-
pta.
Sub huius enim anni Conſulibus
(hæc Proſper in Chronico) maxima
Vrbis Regiæ pars Septẽtrionalis per
tres dies incenſa, collapſaq; eſt, mẽſe
Auguſto. Eadẽ quoq; & Marcellinus
in Chronico, vt diximus Socrates lib.
7. capit. 38. idipſum affirmat ſub iiſ-
dem anni huius Cõſulibus accidiſſe,
incendium quidem tale, quale nun-
quam antea viſum, auditumúe fue-
rat: ſed ait biduo perduraſſe, cùm (ſci-
licet) vehemẽtioribus graſſaretur au-
gmentis.
105 Libro primo Regum, cap. 28. Con-
ſuluit Saul Dominum, quia videns
caſtra Philiſthijm extimuit, & expauit
cor eius nimis, & non reſpondit ei
Dominus, neq; per ſomnia, neq; per
Sacerdotes, neq; per Prophetas. Cum
autem interrogaret Samuelem (qui
ei iuſſu Dei apparuit) de belli euen-
tu [Quid interrogas me (ait Samuel)
cum Dominus receſſerit à te, & trã-
ſierit ad æmulum tuum. Faciet enim
tibi Dominus, ſicut locutus eſt tibi
Dominus in manu mea, & ſcindet re-
gnum tuum de manu tua, & dabit
illud proximo tuo Dauid, quia non
obediſti voci Domini, neque feciſti
iram furoris eius in Amalech. Idcir-
co quod pateris, fecit tibi Dominus
hodie: & dabit Dominus etiam Iſrael
tecũ in manus Philiſthijm, cras autẽ
tu & filij tui mecũ eritis, ſed & caſtra
Iſrael tradet Dominus in manus Phi-
liſthijm] Ex hoc capite apertè dedu-
citur vltimo ſupplicio punitũ fuiſſe à
Domino Regem Saulem, quòd idolo
latras non occiderit. Vbi obſeruandũ
eſt maximâ profecto admiratione
multa ſcelerata flagitia fuiſſe cõmiſſa
à Saule, tum tantam adhibente cru-
delitatem in Dauidem, tũ tot Sacer-
dotum occiſionibus, & iuramentis
violatis, & tamen nullo horum pec-
catorum Dominus dicit ſe fuiſſe cõ-
motum, vt Sauli ſe tam inexorabilem
præberet: ſed illud ſolùm memorat,
quòd Amalech non interfecerit, vt
ſignificaret Dominus nobis, quanto
odio idololatras proſequatur, & quã
grauiter Reges puniendi ſint, qui ad
hæreticorum errores, & blaſphemias
conniuent, & negligentes ſunt in il-
lorum coercenda petulantia.
106 Valẽtinus † Iunior (vt autor eſt Mar-
tinus Polonus in Gratiano) acquie-
ſcens Iuſtinæ matri iam Arrianæ, par-
tes Arrianorum adiuuit, Diuoq; Am-
broſio fuit infeſtus. Ex quo factum
fuit, vt fugâ arreptâ Mediolanum
deſerere cogeretur Maximo rebelli
perſe-



perſequente, cui poſt fugam ſcri-
bens laudatiſsimus Theodoſius, hanc
ob cauſam ſcilicet, propter hæreſim,
negauit eſſe mirum, ſi cum Impera-
tore ſtrenuo tyrannus viribus impar.
de Imperio dimicandum habuerit.
107 Adiungam & aliud ex Ænea Syl-
uio Hiſtoriæ Bohemicæ cap. 35. 36. &
37. Venceſlao duodecimo Bohemo-
rum Regi nunciabatur creſcere in
dies hæreticos, & conciones ac cœ-
tus frequentes contra auitam Reli-
gionem haberi: ſed his ille, neque in-
iurijs Dei, neque periculis Eccleſiæ
commouebatur: patiebatur inſolen-
tiſsimos ſectarios cuncta in cauſa re-
ligionis pro ſua libidine gerere. Et
quanquam ſubinde multitudine ter-
rebatur, tamen cum exploratum ha-
buiſſet, ſe ab illis in concione hoc no-
mine commendatum, quòd com-
modus ipſis Rex ac perfacilis eſſet,
qui eorum noua in religione ſtudia
minimè perturbaret, ideoque nec
ad eum è regno deturbandum ſuſci-
pi conſilia oportere, id quod iam fie-
ri, & agitari cœperat, tum ſecurus
omnem cogitationem depoſuit de
ſumendis armis ad eorum conatus
reprimendos: planeque ex tepido fri-
gidus euaſit. At cum poſt ſignificare-
tur, prævalentibus hæreticis, peti atq;
interfici magiſtratus, ſubuerti Rei-
pub. ordinem, eius quoque coronæ
proximum periculum impendêre,
tum demum commoueri, & de vin-
dicta cogitare cœpit: verum ſerò ni-
mis, mox enim dirâ paralyſi reſolutus
eſt, paucíſque poſt diebus fruſtra im-
ploratis contra regni ſui hoſtes auxi-
lijs amicorum, è vita exceſsit. Hæ-
retici verò Bohemiam maximis cla-
dibus affecêre. Ita profectò fit, vt
cum Religio, Deuſque negligitur,
vnà cum religione & regnum, cuius
retinẽdi cura præcipua eſt, amittatur.
108 E contrario verò hæreticos † op-
pugnare Deo gratiſsimum opus.
109 Hinc cùm hæretici † expugnantur,
Deus pro nobis contra hæreticos bel-
lare ſolet. Hac de cauſâ Honorij Im-
peratoris pietas mirificè commenda-
110 tur, † quòd profligando hæreticos
Barbaros à Deo propulſari ſperaret:
quod quidem magno miraculo ipſe
ſine armis Deus impleuit. Poſsidius
in vita ſancti Auguſtini c. 13. refert:
Cardinalis Baronius tom. 5. Annaliũ,
anno Chriſti 410.
111 De Theodoſio ſcriptum reliquit
Socrates lib. 9. Hiſtoriæ, c. 7. cùm pri-
mùm aquâ Baptiſmatis expiatus fuit,
vt Eccleſiæ Arrianicis hæreſibus affli-
ctæ conſuleret, Demophilum Epiſco
pum expuliſſe, alioſque, qui ſe ad fi-
dem Catholicam reducere nolue-
runt. Et hac de cauſa Deum propi-
tium fuiſſe, ipſiq; Athalaricũ Gottho-
rum Ducem ſubieciſſe. Deinde cùm
periculoſam expeditionem contra
Maximum pararet (vt refert Baronius
tom. 4. Annaliũ) multa Theſſalonicæ
112 aduerſus † hæreticos ſanciuit, ad bel-
licam expeditionem plurimùm con-
ferre exiſtimans, & ad futurã victo-
riam, ſi viam præuiâ pietate muni-
ret. Primum expugnando impieta-
tem, eius ſectatores exagitans ipſis
113 legibus. † Et quidem proſperè, felici-
terq; Theodoſio accidit, cùm manu
alterâ aduerſus hæreticos pugnans,
alterâ Maximum debellauit. Hæc vi-
ctoria maxima atq; celeberrima, bre-
uiſsimo tempore habita, quâ Gallia,
Hiſpania, Britannia, Italia, & omne
denique Occidentale Imperium re-
cuperatum fuit, & Orientale totum
redditum, ore omnium decantata
fuit, vt quæ nutu planè diuino intelli-
geretur obtenta, fauentibus Theo-
doſio (vt ſcribit Baronius tomo 4.
Annalium) precibus ſanctorum Mo-
114 nachorum, † pietateque in extur-
bandis hæreticis pro ipſo pugnante,

quibus cæleſtes ſibi conciliauit exercitus.

115 1 Denique † Imperatores Conſtantinus, Theodoſius, Valẽtinianus, Archadius, Honorius, Iuſtinianus, alijq́; pij & ſapientes Imperatores, cùm pietatis & prudentię fouerentur igniculis, multas leges aduerſus hæreticos condiderunt pro rato habentes, hæreticis punitis, Deum Imperiũ conſeruaturum, & amplificaturum.

*De eodem argumento, quo oſtenditur hæreticos ſuis erroribus non ſolùm religionem, ſed ſtatum politicum euertere.*

## *CAP.* VII.

### SVMMARIVM.

1 *Hæretici non ſolùm religionem, ſed etiam ſtatum politicum euertunt.*
2 *Gotthi antiquitus loca quæ ſunt ſupra Germaniã & Danubiũ, occuparunt.*
3 *Vlphilas Gotthorum Epiſcopus Concilio Niceno interfuit.*
4 *Gotthi, Arriana tabe infecti ſuis ſedibus expulſi fuerunt ab Hunnis.*
5 *Daciam, Myſiam, & Pannoniam, poſtquam decreta Arriana ſequutæ ſunt, Hunni occuparunt.*
6 *Dalmatiam hæreſi Arriana infectam ferro, ac flammis Gotthi vaſtarunt.*
7 *Gallias innumera hæreticorum multitudine refertas Franci ſubiecerunt.*
8 *Galliæ, cùm rurſus labente tempore in hæreſim laberentur, à Northmannis ferro ac flammis afflictæ.*
9 *Britannia Pelagij, Iuliani, & Cæleſtij hæreſibus contaminata ab Anglis fuit ſubacta.*
10 *Hiſpanias, cùm ab hæreticis Priſcillianiſtis conturbabãtur, Gotthi ſubegerũt.*
11 *Africam Vandali in ſuam redegerunt poteſtatem, eo tempore quo hæreticis Donatiſtis referta erat.*
12 *Gallia Ciſalpina multis erroribus erat infecta, cùm Longobardorum Rex Alboinus illam inuaſit.*
13 *Heraclio Imperatore, Oriens varijs hæreſibus afflictabatur.*
14 *Choſroes Oriẽti plurimas clades intulit.*
15 *Mahumetus quo tempore Dux Sarracenorum factus.*
19 *Hæreſes omnes temporum ſuperiorum ab hæreticis noſtri temporis denuo excitantur.*
17 *Pontificum decreta publicè à Luthero concremata.*
18 *Libri ſanctorum Doctorum ab hæreticis deprauantur.*
19 *Sectæ multæ ex Luthero prodierunt.*
20 *Sectæ duodecim emerſerunt ex Anabaptiſtarum ſecta.*
21 *Hæretici in ſuis ſectis inconſtantiſsimi.*
22 *Hæretici acerbiſsimo odio ſe inuicem proſequuntur.*
23 *Hæretici in corpora Catholicorum immaniter graſſantur.*
24 *Hæretici Catholicos exquiſitis tormentis interimunt.*
25 *Hereticorum feritas Deo, Diuis, ſacris omnibus bellum infert.*
26 *Eccleſiæ Septentrionales inducũtur ad Meridionales ſcribentes de calamitatibus, quas patiuntur.*
27 *Literæ accommodantur Septentrionalibus, quas Maletius, Euſebius, & Baſilius, nomine Orientalium Eccleſiarum ſcripſerunt.*
28 *Calamitates plurimæ ſummatim recenſentur, ab hæreticis in pacatiſsimas prouincias illatæ.* 54
29 *Hæreſum eſt homines reddere penitus inhumanos.*
30 *Luthero autore, ruſtici contra Dominos ſuos arma ſumpſerunt.*
55 31 *Ruſticorum centum millia occiſa.*
32 *In prouincia Franconia ſupra ducenta Caſtella, & cœnobia euerſa.*





33 *Heluetiorum Cantones Catholici parua manu Cantones hereticos tribus prælijs fuderunt.*
34 *Zuinglius hæreticorum magiſter & Dux, à Cantonibus comburitur.*
35 *Germani contra Carolum V. Imperatorem conflarunt exercitum.*
36 *Galliarum calamitas.*
37 *Henricus Borbonius in miſerabiles calamitates Franciæ regnum iniecit.*
38 *Sixti Papæ V. Conſtitutio contra Henricum Borbonium.*
39 *Henricus Borbonius ad fidem Catholicam conuertitur.*
40 *Hugonoti hæretici rebellantes Galliarum regis imperium nefariè detrectarunt.*
41 *Hugonoti Turcarum Imperatorem per literas incitant ad bellum Chriſtianis inferendum.*
42 *Hugonoti in Catholicam reginam Angliæ Mariam conſpirarunt.*
43 *Hugonoti in Ducem Allobrogum Philibertum moliti ſunt inſidias.*
44 *Hæretici Reginam Scotiæ Mariam in cuſtodiam coniecerunt.*
45 *Regina Scotiæ Maria, iuſſu Elizabethæ Angliæ obtruncata eſt.*
46 *Elizabetha Angliæ Regina, vniuerſæ Anglicanæ Eccleſiæ caput ſe dici & haberi vult.*
47 *Germaniæ inferioris calamitates.*
48 *In Gallia anno 1567. ſupra ſexcenta Monaſteria euerſa, & quinque ſacerdotum milia mactata.*
49 *Anabaptiſtæ hæretici quid fecerint in Vueſtphalia prouincia.*
50 *Hæretici omnem humanitatem & rationem abiecisse videntur.*
51 *Hæretici ipſam naturam corrumpunt.*
52 *Hæreticis omnibus libido familiaris.*
53 *Hæretici pro virtutibus vitia venditant.*
54 *Eccleſiæ Carpocratianorum & Gnoſticorum lupanaria erant.*
55 *Hæreſes Iouiniani multas libidines in vrbem Romam inuexerunt.*
56 *Hæreticorum mores Hieronymus deſcribit.*
57 *Manichæorum obſcœnitas.*
58 *Arriani impudici.*
59 *Hæretici Imperatores & reges obſcœni & libidinoſi.*
60 *Lutheri decretum obſcœnum, & libido.*
61 *Lutheranorum libido.*
62 *Hæretici infideles.*
63 *Hæretici ignaui & imbelles.*
64 *Hæretici literarum ignoratione laborant.*
65 *Religionem veram, quaſi comites quædam, potentia & ſapiẽtia ſequuntur.*
66 *Græcia bonarum artium mater, nunc ignorationis caligine horret.*
67 *Græcis edocendis collegium erexit Romæ Gregorius Papa XIII.*
68 *Epiſcopi omnes Græcorum illiterati & indocti.*
69 *Ægyptus, & Aſiæ prouinciæ imperitæ.*
70 *Arriani indocti.*

1 TALIS eſt hæreticorum natura †, vt niſi ab humano conſortio penitus auferantur, non religionem tantùm, ſed & ſtatum ipſum politicum funditus euertant & perdãt, vt apertiſsimis euentis, & (quod maximè dolendum eſt) frequentibus clariſsimè comprobatum videmus in ijs regionibus quas hæreſes peruaſerunt.

2 Gotthi † antiquitus cuncta ferè loca, quæ ſunt ſupra Germaniam, Danubiumq́ue occuparunt, vt Iordanes eorum Gentilis tradit. Hi Catholicæ veritatis ab initio ſtudioſiſsimi
3 fuerunt, & Vlphilas † ipſorum Epiſcopus Concilio Nicæno (vt ex eius actis apparet) interfuit, ac ſubſcripſit.

ſcripſit. Verùm Arriana tabe infecti fuerunt opera Eudoxij & Acacij, qui Vlphilam dolo circumuentum traduxerūt ad ſuas partes, & vt idem Gothis perſuaderet, effecerunt. Quod
4 vbi contigit, † & inteſtinis cęperunt diſcordijs inter ſe conflictari, Hunni, gens effera, è ſuperioribus locis erūpẽtes, impetu facto ſuis ſedibus Gotthos expulerunt.

5 Daciæ tunc, Myſia, & Pannonia ſimiliter Arriana decreta ſequebantur. Hunni igitur haud cõtenti è terris trãs Iſtrum poſitis Gotthos expuliſſe, admixtis multis nationibus Pannoniam, Myſiam, Daciamque occuparunt. En igitur quem fructum retulerit Scythia minor, Myſia, Dacia, Gotthia, Pannonia, & indigenæ horū locorum ex hæreſi Arriana, diſceſſioneque, quam fecerunt ab Eccleſia Catholica, vt poſt multas clades Chriſti cultus in iis locis extingueretur.

6 Dalmatiam conſtat hæreſi Arriana ſimiliter infectam fuiſſe, tum ex alijs, tum ex Concilio Aquileienſi. In eas oras Gotthi ſeſe effuderunt, & omnia ferro ac flammis vaſtarunt, & maximo rei Chriſtianæ detrimento vicinas regiones ſunt populati, quod late D. Hieronym. deplorat Epiſt. 3.

7 In Gallijs innumera fuit hæreticorum multitudo, vt ait Saluianus Maſſilienſis, quo tempore Frãci è ſuis ſedibus mouentes, poſt annum 449. Gallias totas occuparunt, magnumque rei Chriſtianæ factum eſt detrimentum, donec illi, Rege Clodoueo, nobis ſe adiunxerunt. Rurſuſque
8 cum à ſciſmaticis & impijs † (qui vel hęretici, vel hęreticis affines eſſe ſolent) res ſacræ proculcarentur (vt apparet ex Concilio Pariſienſi habito temporibus Ludouici & Lotharij Imperatorum, & Aquiſgranenſi, celebrato ann. 833. & Meldenſi, ann. 845. Sueſſionenſi, 853. Valentino, 855. Colonienſi, 887.) factum eſt vt Northmanni ex Aquilonaribus oris erumpentes omnia ferro, flammiſque vaſtarint, neque à vaſtitatibus ceſſatum, niſi ex quo verè illi Chriſto ſe addixerint anno nongenteſimo.

9 In Britannia Pelagius indigena, Iulianus, & Cæleſtius hæreſim ſuam latiſsimè ſparſerūt. Quamobrem cõtigit, vt Angli qui fuerant euocati à Britannis, vt eſſent eis auxilio aduerſus Pictos & Scotos, redigerent in poteſtatem loci incolas, & magna fieret rerum cum Religione commutatio, quod Gildas maximè deplorat.

10 In Hiſpanijs cùm Priſcillianiſtæ hæretici omnia conturbaſſent, & plurimum poſſent (vt apparet ex hiſtoria Sulpitij Seueri lib. ſecundo ſacræ Hiſtoriæ) Gothi totas Hiſpanias ſubegerunt Athaulpho Rege, vt ſcribit etiam Iſidorus, Regnante Roderico hæretico, Saraceni (vt ſupra diximus) tota ferè Hiſpania ſunt potiti.

In Africa tempore Diui Auguſtini
11 † adeò poterant Donatiſtæ hæretici in varias diuiſi ſectas, vt nulla fere ciuitas eſſet, in qua non foret aliquis illorum Epiſcopus, vt conſtat ex ſcriptis D. Auguſtini, quo tempore accidit, vt Vvandali totam illam prouinciam redigerent in ſuam poteſtatem.

12 Cum Alboinus Longobardorum Rex impetum in Italiam fecit, vt Vincentiam, Veronam, Tridentum, Brixiam, Bergomum, Laudem, Comum, Mediolanum, & alias vrbes in Gallia Ciſalpina occupauit, multis erroribus loca illa infecta erant contra Concilium Conſtantinopolitanum, & Chalcedonenſe.

Temporibus Heraclij Imperatoris
13 † totus Oriens fuit hæreſibus varijs afflictatus, fœdiſsimeque diſſidentium



tium opinionum quæſtionibus in cõtrarias partes diſcerptus: ob hoc con-
14 tigit, vt Coſroes † & Hieroſolimis captis, & alijs proximis regionibus, cæſiſq; hominum nonaginta millibus, plurimas Orienti clades & vaſtitates intulerit. Per hæc tempora ex inferis erupit Tartareum illud monſtrū Ma-
15 hometus, † qui Saracenorum Dux factus, ſpurciſsimas in orbem terrarum ſuperſtitionis impię leges, & malorū Dæmonum tenebris euocatas induxit, & Syria capta, profligatoq; Heraclij hæretici exercitu, ſupremã veritati peſtem, quãtum potuit, eſt machinatus. Paulò poſt Syriam & Ægyptum Saraceni occuparunt, & Meſopotamiam, ex quo res Orientis in deterius labi cęperunt, donec tandem (vt diximus) Conſtantino Imperante Conſtantinopoli expugnata, Orientali Imperio finis eſt datus.

16 Verùm † vt ad ea, quæ noſtra ætate acciderunt, deueniamus: ex multis calamitatibus, quas hæreſis in prouincias inter Hiſpaniam & Septentrionem poſitas inuexit, nonnullas referam: omnes enim percenſere eſſet opus immenſi laboris. Principio omnes penè errores atque peſtilentes hæreſes, quæ ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio hactenus extiterunt iam diu ſepultæ, ab inferis ſunt reuocatæ: vix enim ex omnium præteritorum ſæculorum memoria vlla fuit, vel opinio tam abſurda, vel blaſphemia tam impia, vel doctrina tam pernicioſa, vel dogma tam inſanū, quod infeliciſsimo noſtro tempore non reuixerit, & à Luthero, eiuſque diſcipulis ab Orco excitatum ſit. In ſanctiſsimam Trinitatem, in Chriſti D. N. diuinitatem, in Spiritus ſancti perſonam, in Beatiſsimam Matrem, atque immaculatam, ſemperque Virginem Mariam: in puriſsimas Angelorum mentes, in Sanctos, in animas, quæ purgatorij igne expiantur, impuro ore perbacchati ſunt, in ipſo denique inferno, quod mentirentur ac blaſphemarent, inuenerunt. Nullum eſt in Dei Eccleſia ſacramentum, quod non peruertant, nulla ceremonia, cui non irrideant, nulla Apoſtolica traditio, quam non conuellant: nulla diuinæ Scripturæ pars, quam vel nõ excludant, vel inuptis, ac pernicioſis trãſlationibus, annotationibus, interpretationibus, nõ deprauent & corrumpant. Quid dicam de ſacroſanctis Concilijs, Spiritu ſancto autore atque inſpiratore cele-
17 bratis? quid † de ſanctiſsimorū Pontificū decretis publicè à Luthero igne conſumptis? Quid de doctiſsimorum
18 atque beatiſsimorum Patrum † monumentis, qui cæleſtis vitæ exemplo atque admirabili doctrina vniuerſam Dei Eccleſiã illuminarunt, & ad Chriſti Seruatoris noſtri imitationem inflammarūt: quæ tanquam antidota & medicamenta ſalutaria, & eorum venenatis erroribus omnino contraria impoſtores iſti mutilãt, lacerant atq; deprauant? Omitto quæ moliuntur contra Summi Rom. Pontif. Chriſti in terris Vicarij, ac Petri ſucceſſoris poteſtatẽ. In ſumma nihil eſt tam ſanctū, quod non profanent, nihil tam firmū, quod non labefactare conentur: nihil tam certum, tam ſtabile, tam omnium ſæculorum, nationū, Patrum conſenſione in Eccleſia Catholica receptū atq; cõmunitū, quod in dubiū non vocẽt, quod non quantū in ſe eſt infirmẽt atq; cõuellant. Et quoniã veritas vna ſemper eſt, falſitates multæ ſunt, & ſibi aduerſantes atque con-
19 trariæ, tot † ex Luthero, quaſi ex Lernæa Hydra capita extiterunt, tot ſectæ atq; hæreſes prodierunt, vt enu-
20 merari non poſsint. Nam vel † ex vna Anabaptiſtarum ſecta duodecim aliæ ſectæ emerſerunt tam inter

ſe pugnantes,vt quibus in vrbibus il
læ aliæque ſimiles peſtes graſſantur,
vix domum inuenias, vbi quod ma-
ritus credit,credat vxor,& quod pa-
ter familias amplectitur, filius ac fa-
21 mulus ſequatur:& quidem † tanta eſt
eorum inconſtantia, vt in hoc ſolùm
ſint conſtantiſsimi quòd Euripo,om-
niq; vento mutabiliores ſint. Gerunt
22 præterea † inter ſe grauiſsimas inimi
citias,& acerbiſsimo odio ſe inuicem
proſequuntur, In eo tantùm conue-
niunt,vt Catholicis omnibus bellum
inferant,& Chriſti Eccleſiam cunctis
viribus pertinaciter oppugnent. Ne-
que verò ſatis ijs fuit pernicioſos er-
rores excitaſſe,& obſcuriſsimas offu-
diſſe tenebras mortalibus,eorumque
animas peſtilenti doctrina perdidiſ-
23 ſe,ſed etiam † in corpora graſſati im-
maniter ſunt , & infinitis penè Ca-
tholicis vitam hãc mortalem violen-
ter eripuerunt,quod æternam aufer-
re non potuiſſent.
24 Sanctiſsimi Epiſcopi,† Monachi re-
ligioſsimi,ſacerdotes ſancti, virgines
honeſtiſsimę,atque Deo dicatę,pue-
ri innocentes, ſenes ætate & canitie
venerandi,ab ijs trucidati ſunt:& qui
dem tam atrociter, tam truculenter
ac dirè, vt noua atque exquiſita tor-
menta excogitarent, & omnium ty-
rannorum,de quibus fortiſsimi atque
beatiſsimi Martyres olim triumpha-
runt, ſæuitiam atq; inhumanitatem
ſuperarent. Legat qui volet noſtro-
rum temporum Hiſtorias,quas innu-
merabilibus reperiet refertas inau-
ditę crudelitatis exemplis.Quot Vir-
gines caſtiſsimæ,quibus ab hæreticis
vis eſt illata,quod fidem Catholicam
eiurare nollent,mammillis deinde in
tra arcarum ſeras vel torcularia com-
preſsis,miſerrima lentaque morte pe
rierunt? quot ſacrarum familiarum,
viri & ſacerdotes hæreticorum tru-
culentam barbariem experti ſunt?
Alij viri in terrã defoſsi,alij de Turri-
bus præcipites deiecti, alij excoriati,
alij elixi,aut viui aſſati, alij craneo cla
uis transfixi,alij in os iniecto puluere
tormentario,& inceſo combuſti atq;
in minutiſsima fruſta diſcerpti? Quo-
ties Catholicorum ventribus diſciſ-
ſis, atque inter ipſa gementium pio-
rum viſcera iniecto hordeo,equis ip-
ſis inſolens pabulum horreſcentibus
cibus eſt propoſitus? Quoties mulie-
rum prægnantium & viuentium vte-
ri ſecti? eorumque ob oculos palpitã-
tes fœtus extracti,ſaxis illiſi, aut in
ignem iniecti,aut verubus alligati,lẽ
to igne toſti ſunt? Quis credat vſque
adeo hæreticos furijs agitari,omniſq;
ſenſus atque humanitatis expertes,
vt ſacerdotibus,Deiq; miniſtris nares
atq; aures præciderint, eiſq; ſuorum
equorũ fręna ornarint,& quaſi in pu-
blica lætitia magna pompa pro ſua fe-
ritate,& triumpho geſtarint? Quis re
ligioſiſsimis atque ſanctiſsimis ſeni-
bus pudenda membra amputaſſe,co-
xiſſe,in os ingeſsiſſe, manducare eos
incredibili impuritate atque violen-
tia coegiſſe? Hæc tamen,& alia his pe
iora à Caluiniſtis in Gallia noſtra æta
25 te perpetrata ſunt. Quod † ſi hæc per-
ditorum hominum feritas atq; inſa-
nia in homines tãtum ſæuiret, noſtro
tantùm ſanguine ſuam inſatiabilem
rabiẽ exſaturaret, grauiter quidem,
ſed minùs tamen eſſet dolendum: ſed
prò nefas! Deo diuinis ſacris omni-
bus bellũ infert,cælũ terræ miſcet,&
Gygantum more pugnat cum Deo.
Templa in diuorũ honorẽ Deo dica-
ta profana fecerũt, calices, veſtes ſa-
cras,Baptiſmi aquam,ſacræ vnctionis
oleũ,ſanctorũ virorũ oſſa polluerunt,
violarunt, diſsiparunt. Quis poſsit
narratione complecti, aut enume-
rando percenſere templa incenſa,
& ſolo æquata? monaſteria virorum
& fœminarum direpta, atque euerſa?
ſacrarum



ſacrarum rerum omnium inſtrumen-
ta proculcata atq; per ſummam igno-
miniam irriſa? Beatiſsimorum viro-
rum, atque in cælo cum Deo iam
regnantium reliquias diſiectas &
conculcatas,quo furore ac rabie ſan-
ctorum Epiſcoporum corpora,Irenæi
Hilarij,Martini,Thomę Cantuarien-
ſis, Bonauenturæ, & aliorum exuſ-
ſerunt,in cineres redegerunt, in flu-
men præcipitarunt, diuorum imagi-
nes demoliti ſunt, Cruces etiam, &
Chriſti in Cruce pendentis ſimula-
crum flammis tradiderunt. Sed quod
omnem pietatem infinitis partibus
ſuperat, & vel dæmon ipſe cogitare
perhorreſceret,illud eſt, quod augu-
ſtiſsimam atque diuinam hoſtiam, in
qua veriſsimum Domini noſtri Ieſu
Chriſti corpus continetur, ſæpenu-
mero indigniſsimè tractarũt. Quis eſt
tam ſtupidus,qui hîc non excitetur?
tam à ratione atque humanitate alie
nus,qui hæc non ſentiat? quis, qui vel
ſcintillam habet fidei, cuius ad hæc
mens non ſtupeat? lingua hæreat?
ſenſus non deficiat? ô immenſa boni-
tas! ô clementia,& patientia Dei in-
finita! quæ expectat,vt corrigat: præ-
ſtolatur peccatores, vt ſanet, vt vel
pœnitentia emendentur, vel perti-
nacia & obſtinati animi peruicacia,
tardiùs quidem, ſed grauiùs punian-
26 tur. Equidem † tot,tamque lamenta-
biles calamitates Septẽtrionales Ec-
cleſiæ hoc tempore paſſæ ſunt vt iu-
re optimo mittere ad Meridionales
Hiſpanos queant literas illas mæro-
re & lacrymis refertas , quas olim
Orientales Eccleſiæ ſimillimis tem-
peſtatibus iactatæ ad Occidentales
ſcripſerunt,quarum exemplum,pau-
cis mutatis, hîc inſerere placuit; vt
Catholicorum animi ad tantorum
malorum condolentiam, & hæreti-
corum deteſtationem excitentur.
Sunt verò literæ huiuſmodi; quas
Meletius, Euſebius, & Baſilius ſcri-
pſerunt nomine Orientalium Ec-
cleſiarum, vt refert Cardinalis Cæ-
ſar Baronius tom. 4. Annal. Eccleſ.
ſub anno 371. pag. 276. [Sæpè etiam
27 † ſuſpirium ex alto cordis editum
ſolatium aliquod animis indoleſcen-
tibus affert, atque lacrymæ erum-
pẽtes afflictionis copiam diſcutiunt;
nobis autem, quòd affectus noſtros
vobis aperimus, nõn tantùm ſolatij
experimur, quantùm gemitus & la-
crymæ exhibent, verùm quædam
nos ſpes etiam melior fouet. Nam
forſan ſi vobis ea quæ moleſta ſunt
nunciemus, incitabimus vos ad no-
ſtrum auxilium, quod iam dudum à
vobis pro Septentrionalibus Eccle-
ſijs expectauimus, ſed nondum ſu-
mus aſſecuti, Deo planè noſtra gu-
bernante ſecundum inuiſibilia ſua
iudicia, qui nos longiori tempore
his infeſtari tentationibus voluit:
Non enim ignoratis noſtra negotia
(fratres honore præcipuo digni) vt
quæ extremi orbis fines auditu per-
ceperint,neque omninò alienos ab
affectu fratrum vnanimorũ vos autu-
mo,cùm ſitis diſcipuli Apoſtolici di-
centis: perfectionem legis eſſe pro-
ximi dilectionem: ſed verum; quod
diximus iuſtum, Dei iudicium im-
petum veſtrum cohibuit, qui pro
peccatis æquam afflictionem inſti-
tuerit. Atqui nunc vos adhortamur,
vt viſcera miſerationis induatis,
omnique depoſita ſegnitie, dilec-
tionis ſtudium recipiatis, neque
viæ longitudinem, neque domus
negotia, neque aliud quid huma-
num cauſemini: neque enim vna Ec-
cleſia, neque duæ vel tres in grauem
hanc tẽpeſtatem elapſæ periclitãtur,
ſed à finibus Hiſpanię ad Septentrio-
nem vſq; hæreſeos malum depaſcitur:
cuius praua ſemina priùs quidẽ auſpi-
catus Lutherus ſparſit, radicitus autẽ
X 4 fixa

fixa à multis in medio viris impietatē ſtudioſè colentibus, nunc pernicioſos fructus generarunt. Euerſæ ſunt pietatis doctrinę, confuſa, ſolutaque pietatis vincula, dominandi libido eorum, qui non timent Dominum, præfecturas inuaſit, & ex propatulo præmium impietatis præfectura propoſita eſt. Qui in grauiorem blaſphemiam relapſus eſt, is in populi Epiſcopatum præ alijs eligitur, perijt grauitas Pontificum, Paſtores cum ſcientia gregem Domini reliquerunt, canonū exacta obſeruatio peſſumiuit, multa peccādi libertas patet, iuſtum iudicium perijt, quiſq; cordis ſui deſiderio ambulat; malitia immodica; populi immorigeri, præfecti non liberè loquuntur; nam qui per homines poteſtatem acquiſiuerunt, ſerui ſunt eorum, quorum fauore adiuti ſunt. Alij verò ob turpiſsima, reprehenſionem à ſe declinantes, populum in contentionem accendunt, vt communibus malis vitia ſua adumbrent, abſcondantque. Ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo eſt, ignorantia animis offunditur, quòd adulterantes verbū in malitia, veritatem videantur imitari. Taceo enim impiorum ora: omnis blaſphemia lingua ſoluta eſt, profanata ſunt ſacra: ex populo qui ſanæ mentis ſunt, deprecatorias domus, ſiue oratoria fugiunt, tanquam impietatis ſcholas, in ſolitudine verò ad cæleſtem Dominum cum ſuſpirijs, & lacrymis manus attollunt. Quæ deploratio his calamitatibus digna, aut par eſſe poſsit? quales lacrymarum fontes his malis ſufficiunt? præſens naufragium inſtat iam nobis, inſtat (inquam) integerrimi fratres. Porrigite manus; genua inclinate, commoueantur in vobis fraterna veſtra viſcera, profundatis lacrymas condolentiæ, & negligatis dimidium oris ab erroribus abſorptum.

Scripſit & tunc ſuas priuatim Baſilius literas, ſed ſicut præſtabat cæteris in ſcribendo Baſilius, ita eiſdem literis eloquentiùs atque neruoſius calamitoſus Orientalis Eccleſiæ ſtatus ab ipſo deſcribitur, quas & nomine Septentrionalium Eccleſiarum hic intexere, operæpretium exiſtimamus: ſunt huiuſmodi, nonnullis demptis.

[Perſecutio nos apprehendit (fratres colendiſsimi) perſecutionū omnium grauiſsima: abiguntur enim paſtores, vt greges diſpergātur, & (quod omnium eſt duriſsimum) neque qui affligūtur per martyrij certitudinem illatas paſsiones tolerant, neq; plebs martyrum loco athletas habet ac veneratur, propterea quòd Chriſtianorum nomine tecti ſunt perſecutores. Vnum iam crimen eſt, quod vehementer punitur, ſi paternas quis traditiones diligenter obſeruet. Ob hāc cauſam paternis ſedibus abiguntur pij, & ad ſolitudines migrare coguntur. Nulla eſt apud iudices iniquos cani capitis reuerentia; nulla iam cōſpicitur religioſę pietatis exercitatio, nulla conuerſationis initur ratio quæ ad Euangelij normam ab adoleſcentia ad ſenectam vſque legitimè perficiatur. Sed cùm nemo ſceleratus ſine certis indicijs condēnetur, Epiſcopi, ſola intercedente calumnia, damnantur, & nulla euidenti probatione aſſertis & corroboratis criminationibus ſupplicijs tradūtur. Nonnulli nec nouerunt quidem accuſatores ſuos, neq; tribunalia viderūt, neq; delati ſunt primùm, ſed morte intempeſta abrepti, in exilium fugati ſunt, ſolitudinis calamitatibus ad mortem vſq; traditi. Quæ verò iſta concomitentur, neminem latent, etiam ſi nos ſileamus: exilia presbyterorum, exilia diaconorum, totiuſque cleri depopulationes:



neceſſe enim eſt, vel adorare imaginem, vel ſęuæ flagitioſorum flammæ tradi; gemitus plebis lacrymæ continuæ, & per ſingulas domos, & publicæ omnibus quæ patiuntur, inter ſe complorantibus, ſonitus lamentantium in ciuitate; ſonitus in agris, in vijs, in ſolitudinibus, vox vna omnium miſerāda; ac triſtia loquentium, ſublatum eſt gaudium, & lætitia ſpiritualis, in luctum mutatæ ſunt feſtiuitates noſtræ, domus precationum clauſæ ſunt, altaria cultu ſpirituali vacant, nulli amplius Chriſtianorū cœtus, nulla amplius doctorum præſidentia, ceſſant doctrinæ ſalutares, ceſſarunt panegyres ac feſtiui conuentus, publiceque Hymnodiæ nocturnæ non habentur; nec ſupereſt beata illa exultatio, qua Domino credētium animæ in ſynaxi, ac communione ſpiritualium chariſmatum exhilarantur. Nobis autem dicere licet, quod in hoc tempore ſit neque princeps neque propheta, neque Præſes, neque oblatio, neque incenſum, neq; locus, vbi coram Domino poſsit offerri ſacrificium, ac miſericordia acquiri. Quòd ſi hæ tribulationes nos ſolos preſsiſſent, viſum nobis vtique fuiſſet, & ſilentio has obtegere, & de afflictionibus pro Chriſto illatis gloriari, quoniam præſentis temporis afflictiones non ſunt pares ad gloriam, quæ futura eſt vt reueletur in nobis. Hunc autem metuimus, ne quandoque malum hoc, acceptis viribus, inſtar flammæ per accenſam, & ardentem materiam ſerpentis, ſeſeque diffundentis, ſi quæ vicina ſunt, corripuerit & aſſumpſerit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreſeos malum cuncta depaſcitur, ac periculum eſt, ne vaſtatis noſtris Eccleſijs, & ad ſanam incolatus veſtri partem ſerpat. Nos enim forſan primi quidem propter exuperans peccatum noſtrum crudis iſtis hoſtium Chriſti dentibus vt abſumamur ſumus obiecti. Afflictiones itaque noſtras, veſtras reputate, tanquam germani Domini diſcipuli; non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ ſplendorem, non propter aliquid aliud rerū temporalium, ſed propter communem theſaurum, propter hæreditatem paternam, propter ſanam fidem, in certaminis procinctu conſiſtimus arrecti; lugete nobiſcum: ò fratres amantes occulta namque apud nos ſunt piorum ora, reſerata verò eſt quælibet audax blaſphemaque lingua eorum; qui aduerſus Deum loquuntur iniuſtitiam, columnæ & ſtabilimentum veritatis diſsipātur. Nos qui tenuitatis gratia deſpicimur, fiducia loquendi deſtituti ſumus, ipſi (quæſo) & pro iſto populo decertatore, & non veſtra tātùm ſpectate, quoniam ad portus appuliſtis tranquillos per gratiam Dei, quæ vos à turbine malorum ſpirituum protegit, ſed & Eccleſijs illis, quæ per tempeſtatem iactantur, manus porrigite, ne quādo omni prorſus deſtitutę auxilio fidei naufragium patiantur. Ingemiſcite noſtri gratia; quis dabit capiti meo aquā, vel palpebris mentis fontem lacrymarum? & deplorabo complures dies populum peruerſis iſtis doctrinis ad perditionem adactum. Hactenus Baſilius.]

Quanquam autem ijs quæ retulimus, reliqua minora ſunt, quid dicam
28 tamen † de furtis, latrocinijs, prædationibus, rapinis, incendijs, cladibus, quibus per ſummam iniuriam, atque tyrannidem Sathanæ miniſtri infinitam hominum multitudinem diuexarunt? quid loquar de coniurationibus, rebellionibus, tumultibus, diſſenſionibus, perturbationibus, ciuium diſcordijs, quæ ſimul atque hæreſum peſtis exorta eſt, pacatiſsimas pro-

uincias, ac florentiſsima regna per-
29 uagatæ ſunt. Hæreſum enim † eſt ani
mos quos ſemel occupauerint, effera
re, & homines reddere penitus inhu-
manos, vt multis in locis annalium
Eccleſiaſt. oſtendit Baronius, & Do-
ctor Illeſcas lib. 6. Hiſtor. Pontific. c.
30 22. §. 13. In † Germania, Luthero au-
tore atque impulſore, ruſtici contra
dominos ſuos arma ceperunt, tanta-
que eſt contentione pugnatum (vt
refert Surius in Hiſtoria anno 1525.)
31 vt ruſticorum † centum millia occiſa
32 ſint: tantæ ſtrages factæ, vt † in ſola
prouincia Frãconia ſuper bis centum
caſtella, & religioſorum hominum
33 monaſteria funditus ſint euerſa. † Hel
uetiorum Cantones (quos vocant)
Catholici pro auita religione parua
manu cum Cantonibus hæreticis col
latis ſignis dimicarunt, eoſque & nu-
mero, & militum virtute fretos, tri-
bus prælijs fuderunt, ac profligarunt,
34 & † Zuinglium eorum magiſtrum,
atque erroris ducem concremarunt,
vt videre licet apud Surij Hiſtoriam
35 anno 1531. Magna pars † Statuum
Imperij à Carolo V. Imperatore de-
fecit, delectum habuit, milites con-
ſcripſit, exercitum innumerabilem
conflauit, vt illum opprimeret, & de
vniuerſa Germania deturbaret: ſed
vera religio, cuius cauſa agebatur,
Deo duce atque autore glorioſam
de potentiſsimis hoſtibus victoriam
36 reportauit. Quid reſidui eſt in omni †
calamitate, quod flores quondã Fran
ciæ regnum perpeſſum non ſit? quam
diuturna & cruenta bella ſæpè geſta?
quantum ſanguinis eſt effuſum? quo-
ties inter Catholicos & hæreticos, &
quanta contentione eſt decertatum,
victoria ſemper ad veram religionem
inclinante? Quoties homines perdi-
tiſsimi aut nefarij in reges Franciæ,
Franciſcum II. & Carolum IX. pios
Reges conſpirarunt, vt patriæ pa-
rentes trucidarent, nobiliſsimũ atq;
potentiſsimum Regnum vaſtarent,
Catholicam religionẽ delerent: inter
hos principem locum obtinuit Hen-
37 ricus † Borbonius, qui in tam miſera-
biles calamitates Franciæ Regnum
coniecit. Hic qui primus Nauarræ
Rex vocari cepit, & nuper Galliæ
regnũ inuaſit, Caluini errores atque
hæreſes ſequutus, pertinax earũ pa-
trocinium exercuit, in viros pios, &
Catholicos immaniter ſæuijt, grauiſ-
ſima damna vniuerſo Franciç regno
intulit, plurimaſque in eo Eccleſias,
quarum bona diripuit, horribiliter
deuaſtauit, quæ omnia fel. record.
Sixti Papę V. conſtitutione contra
eum & alterum ſimilem Henricum
Borbonium olim Principem Cõden-
ſem, anno 1589. edita ſummatim con-
tinentur his verbis.

38 Sed ille Henricus † Borbonius quõ-
dam Nauarrę Rex, vt erat vario & in-
conſtanti animo, haud multò pòſt à
Catholica fide, & debita erga ſedem
Apoſtolicam obedientia, cęteriſque
à ſe expreſſe, & cum iuramento pro-
feſsis deficiens, atque in eo, quo prius
erat, cœno reuolutus, à Rege Chri-
ſtianiſsimo clam ſe ſubducens, colle-
ctoque in loco ab ipſius Regis aula
ſatis remoto, quàm potuit copioſo hę
reticorum ſceleratorum, aliorumque
id genus impiorum hominũ numero,
ibi ea omnia, quæ de Caluinienſium
deteſtatione hæreſum & errorũ om-
nium abiuratione, ac Romanæ fidei
Catholicæ & Apoſtolicę profeſsione
antea fecerat palàm reuocauit, teſti-
ficãs ſe Caluiniſmum profiteri, prout
profeſſus eſt, eique hæreſi pertinaci,
& obdurato animo ſemper adhæſit,
& in ea hucvſque viuens, ſępius hæ-
reticos perduelles ac ſeditioſos (quo-
rum caput, Dux, & propugnator in
Gallia, & etiam cæterorum hæretico-
rum acerrimus fautor ſemper fuit) ad
arma



arma contra prædictum Carolum, ac
etiam chariſsimum in Chriſto filium
noſtrum Henricum Francorum Re-
gem Chriſtianiſsimũ. Tametſi eum,
vt Regem ac Dominum ſuum cole-
re, vt ſororium amare & ſequi de-
bebat, omnis (ſcilicet) officij ac pieta-
tis immemor, aduerſus ipſum, & reli-
quos Catholicos omnes concitauit
infeſtiſsimos exercitus, habitis etiam
externarum nationum hæreticis, cõ-
traxit, à quibus omnia paſsim loca
cruentis piorum hominum cædibus
fœdata, ſacra Dei templa temerata, &
direpta, ſacerdotes & viri religioſi
cruciatibus trucidati ſunt. Oppida
præterea, & munitiones Catholico-
rum partim inſidijs, partim vi & ar-
mis occupauit, & in eis Catholicæ
Eccleſiæ ritus prohibuit ac ſuſtulit,
miniſtros & concionatores hęreticos
conſtituit, cuius & incolas ad eãdem
impietatem capeſſendam minis, ver-
beribuſq; coegit. Sed nec hæc quidẽ
ſibi ſatis eſſe exiſtimans, inter alios in
timum quendam ſuum nefarijs arti-
bus ſuis inſtructum, ad diuerſa loca
miſit, per quem cum primarijs hære-
ticis impia conſilia ſua communica-
uit, eorumq; vires & arma contra re-
ligionem Catholicã & Romani Pon-
tificis poteſtatem prouocauit. Con-
ciliabula quoque hæreticorum in
diuerſis prouincijs habenda curauit,
quorum nonnullis (dum iniquiſsima
illa fœdera contra fidem Catholicam
ac præſertim contra Eccleſias, cle-
rum, & vniuerſos Catholicos Regni
Franciæ tractabantur) ille non ſolùm
interfuit, ſed etiam pręfuit] Hacte-
nus ibi.

39 Poſt hoc anno 1593. † Deus O P T.
M A X. oculos miſericordię ad Gal-
liarum regna conuertens, gratia ſua
pręueniẽte excitauit, & vocauit Hẽ-
ricum Borbonium, vt ad fidem Ca-
tholicam Romanam conuerteretur,
Anno 1596. à ſanctiſsimo D. N. Cle-
mente Papa VIII. publica Romæ læ-
titia abſolutus eſt, vtinam exitus prin
cipijs conſonent. Niſi enim Deus pio-
rum, atque integerrimorum hominũ
(qui in Gallia adhuc ſunt innumera-
biles) vota, preces, lacrymas reſpiciẽs,
impiorum hoſtium conatus repreſsiſ-
ſet, impetus retardaſſet, actum eſſet
de regno illo Chriſtianiſsimo, in quo
tanta fuit, tam aperta, atque nefaria
40 Hugonotorum † rebellio, vt Nata-
lis Comes lib. 18. Hiſtoriæ ad ſempi-
ternam eorũ ignominiam literis prõ-
diderit, eos Ludouicum Borbonium
Condæum Regem coronaſſe, mone-
tamq; auream illum cudiſſe, in qua
hæc erat inſcriptio: Ludouicus XIII.
Dei gratia Francorum Rex, primus
Chriſtianus: quæ inſcriptio arrogan-
tiſsima fuit, & in omnes Chriſtianiſ-
ſimos Franciæ Reges iniurioſa. Neq;
ijs contenti, vt nihil ad ſummam im-
41 probitatem deeſſet, † Oratores etiã
ſuos Byſantium miſerunt ad Turca-
rum Imperatorem, vt deterrimum
illud Chriſtiani nominis hoſtem ad-
mouenda arma in Galliã, Hiſpaniam,
& Germaniam ſolicitarent, & auxilia
ſua pollicerentur, & ſpem rei benè
gerendæ oſtenderent, inteſtinis di-
ſcordijs atque tumultibus illis in re-
gnis ipſorum opera excitatis, vt hac
ratione potentiſsimorum regnorum
ſtatum perturbarent, & Catholicam
religionem, ſi poſſent, extinguerent.
Sed ea eſt cordatorum hominum de
iſtiuſmodi monſtris exiſtimatio, vt
vel ipſe Turca eorum legationem au-
dire contempſerit, quòd diceret Hu-
gonotos tam eſſe abiectos atque de-
ſpicatos, vt indignum ſit ſupremum
orbis terræ Imperatorẽ cum eis vlla,
vel amicitia iungi, vel fœdere, qui in
Deum impij, in Regem ſuum rebel-
les, perfidioſi in reliquos ſint, denique
communis pacis atque tranquillita-
tis

42 tis perturbatores. In Catholicã† etiã
atque probatiſsimam fœminam Ma-
riam, Angliæ Reginam ſcripſerunt (vt
narrat Natalis Comes lib.7. Hiſtorię)
43 & in Ducem præterea Allobrogum †
Philibertũ, quod ex valle Engronia
hæreticos extirpaſſet ne illorum ma-
lum per ditiones ſuas latiùs ſerperet,
& in alios permultos Principes moli-
ti ſunt inſidias, vt illos de medio tol-
44 lerent, Reginam † Scotiæ Mariam (vt
refert Surius lib. 19.) annis ſuperiori-
bus in cuſtodiam coniecerunt, quòd
Catholica eſſet, eamque Angliæ Re-
ginæ Elizabethę ipſius odio flagranti
45 tradiderunt,† à qua fidẽ datam fallen
te impiè & nefariè contra omne ius
obtruncata eſt. Elizabetha verò cum
fœmina ſit, Anglicanæ Eccleſiæ vni-
46 uerſæ ſupremum ac ſpirituale † caput
ſe dici & haberi vult, & ſerendis diſ-
cordijs, auxilijs ferendis, ſumptibus
ſubminiſtrandis bellũ aduerſus alios
Reges alit, auget, & inflammat, in
Catholicos verò ſui regni tam impla-
cabili immanitate atque feritate ſæ-
uit, vt omnis Barbaria ab ea ſuperata
47 videatur. Quis ignorat, quo in luctu
iaceat, quanto in mœrore ſit, quibus
& quàm diuturnis calamitatibus ſit
oppreſſa florens quondam, & feliciſ-
ſima Germaniæ inferioris prouincia?
quæ tam graues, & acerbæ ſunt, vt ad
regna etiam alia longè poſita perua-
dant, quæ exanguia & exhauſta ſunt
rebus omnibus in bellum pro tuenda
religione conſumptis? Quantum eſt
humani ſanguinis, ex quo primùm
Lutherus claſsicũ cecinit, religionis
ergô per omnes Chriſtianorum pro-
uincias effuſum? quot depopulatio-
nes agrorum, direptiones vrbium,
oppidorũ euerſiones, templorum in-
cendia, Cœnobiorum ſpoliationes,
populorum ſtrages, clades prouin-
ciarum, regnorum excidia ſunt con-
ſequuta? Apud Natalem Comitem,
grauem ſcriptorem lib. Hiſtor. ſuę 18.
legi vno tantummodò anno qui fuit
48 ſalutis noſtræ 1567. in ſola Gallia †
ſupra ſexcenta monaſteria incen-
ſa atque euerſa, & quinque ſacerdo-
tum, miniſtrorumque Dei millia à
ſanguinarijs iſtis noui Euangelij con-
cionatoribus per ſummam crudelita-
tem fuiſſe mactata. Antonius Poſſe-
uinus in Epiſtola ad Poloniæ regẽ ſcri
bit vndecim annorum ſpatio in Gal-
lia & Flandria quingenta, & eo am-
pliùs hominum millia in bello cæſa.
Silentio prætereo permultas alias
prouincias graui hæreticorum motu
afflictas, & conquaſſatas. Non dicam
quas regiones infecerint, quibus in
Regnis Catholicam Religionem, vel
deleuerint, vel labefactauerint, hæ
furiæ atque peſtes: neque comme-
morabo ſuperiorem, atque inferio-
rem Pannoniam, Bohemiam, Polo-
niam, Lituaniam, Daciam, Sue-
tiam, Noruegiam, Hiberniam, aliaſ-
que innumerabiles ad Septentrio-
nem Prouincias miſerabiliter profli-
gatas atq; conuulſas, ne modum ex-
cedat oratio. Vnum tantùm rei ge-
ſtæ exemplum referam, quo meliùs
quæ dicta hactenus ſunt, intelligan-
tur. Monaſteriũ ciuitas eſt prouinciæ
VVeſtphalię, Metropolis nobiliſsima.
49 Ex ea hęretici † Anabaptiſtæ ſacer-
dotes omnes monachos, Equites ho-
neſtiſsimos, atq; prudẽtiſsimos quoſ-
q; ciues Catholicos, ſibi aduerſantes
violenter eiecerunt, domos diripue-
rũt, bona expilarunt. Tum ſutorem
quendam hominem (ſcilicet) deſpica-
tiſsimum atque cõtemptum, Regem
creant, diadema cum ea pompa atq;
ſolemnitate omni, quæ in verorum
Regũ coronatione adhiberi ſolet, ca-
piti illius imponunt. Hic Rex iuſtitiæ
ſuper terrã appellatur: vxores pluri-
mas ducit: ex ijs vnã pręcipuã, quaſi Re
ginã cęteris honoratiorẽ eligit, cũ qua
con-



concionari & officio ſacerdotis fun-
gi aggreditur: duo de triginta inſa-
nos, atque fanaticos concionatores,
& tanquam Apoſtolos (ſic enim no-
minabat) varias in regiones ad diſſe-
minandum impurum ſuum Euange-
lium mittit. Quid multa? finis huius
fabulæ tragicus fuit ac luctuoſus. Rex
enim vxorem ſuam in medio foro ſe-
curi percuti iuſsit, quòd muliebriter
defleret, ac lamentaretur miſerias,
atque calamitates, quas ciuitas illa à
Catholicorum exercitu eam obſidẽ-
tium patiebatur. Ipſe autem Rex, ca-
pta ciuitate, atrociſsimis tormentis
priùs dilaniatus, extremo tandẽ ſup-
plicio impietatis atq; dementiæ ſuæ
pœnas iuſtiſsimas dedit.
Vides planè (Lector) qualia eſſe ſo-
leant hæreticorum opera, qui ſemel
50 exiti Catholicam fidẽ, omnem† eum
ea humanitatem, & (quod proprium
eſt hominis) rationem pariter abie-
ciſſe videntur, ſuperinduentes cum
impietate ſæuitiam, præ ſe ferentes
imaginem eius, cuius afflantur ſpiri-
tu, & ex quo geniti eſſe noſcuntur,
dicente de eorum conſortibus Do-
mino, Ioan. cap.8. [Vos ex patre Dia-
bolo eſtis, & opera eius facitis, qui
fuit homicida ab initio] ſemper ad-
uerſus Eccleſiam bellum gerens; qui
igitur ſic in ouile ouium ingrediũtur,
vt furentur, perdant, & mactent pla-
nè non eſſe paſtores, ſed domini ſen-
tentia Ioannis cap.10. latrones atque
fures penitus conuincũtur. Satis mul-
ta mala hæc eſſe videbuntur, non ta-
men hic finis eſt. Nam præter alia in-
finita damna, quæ exitioſa iſta prodi-
gia in orbem terrarum inuexerunt,
illud certè haud minimum eſt, † quòd
51 ipſam naturam corruperunt, & lau-
dabiles atque probatiſsimos quarun-
dam nationum mores ita peruerte-
runt, atque in peius commutarunt,
vt multi qui ante caſti & pudici erãt,
temperati ac penè frigidi, ex iſtorum
doctrina flagitioſiſsimi atque profli-
gatiſsimi ſint, & quibuſdam libidinis
facibus inflammati, vt noſtri tempo-
ris hæretici cum præteritorum ſæcu-
52 lorum hæreticis conueniant; † quibus
ſemper impuritas, & obſcœnitas fami
liaris & ſolennis fuit. Enimuerò ſic in-
ter hæreticos impura libido, & nequi
tia plerunque peruenit ad ſummum;
vt audeant per impudentiam ſum-
53 mam pro virtutibus † vitia venditare;
quod à Proteſtantibus fieri palam vi-
dimus: quibus ob id eſt commune, vt
decernant vnam fidem ſatis eſſe ad
æternam felicitatem, nihil opus eſſe
virtutibus ac benefactis. Hinc ſum-
ma inter eos veluti & inter hæreti-
cos alios impuritas, ſcelera ſumma.
Audi Paulum ad Ro.c. 1. ſic dicentẽ:
[Propter quod tradidit illos Deus in
deſideria cordis eorũ, in immunditiã
vt contumelijs afficiant corpora ſua
in ſemetipſis, qui cõmutauerũt veri-
tatẽ in mendaciũ, & coluerũt & ſer-
uierunt creaturæ potiùs quã creato-
ri, qui eſt benedictus in ſęcula. Amẽ.
Propterea tradidit illos Deus in paſ-
ſiones ignominiæ; nam fœminæ eo-
rum immutauerunt naturalem vſum
in eum vſum, qui eſt contra naturam:
ſimiliter autem & maſculi, relicto na-
turali vſu fœminæ, exarſerunt in de-
ſiderijs ſuis inuicem maſculi in ma-
ſculos turpitudinem operantes, &
mercedem, quam oportuit, erroris
ſui in ſemetipſis recipientes.] Hæc
Paulus. Sic olim Adamitæ hæretici,
quorũ autor Drodicus nefandiſsimus
54 extitit; ſic Carpocratiani † ac Gnoſti-
ci hæretici turpiſsima perpetrabant,
quorũ Eccleſias Lupanaria fuiſſe tra-
dit Epiphanius, hæreſi 52: vbi non ni-
ſi nudos commorari liceret, quas pa-
55 radiſum nominabant. Iouiniani † ſor-
didæ hæreſes quantas inuexerint in
Vrbẽ Romam libidines, relaxatis ſe-
mel

mel habenis concupiſcentiæ, Theodo
ſij ſanctio manifeſtat. Quòd enim ex-
creſcentia, & colluuione omnium tur
pitudinum Iouiniani, & ſectarum ip-
ſius vrbs ita repleta eſt luxuriâ, vt
putorem exhalaret infandorum ſce-
lerum, eorum (videlicet) turpiſsimo-
rum hominum, qui poſt alteram ab-
euntes carnem, omnes naturæ termi-
nos prætergreſsi, in imum ſe baratrũ
demerſiſſent, hos ipſos Sodomitico di
gnos incẽdio vltricibus meritò flam-
mis aſſumi. l. 6. ad. l. Iuliam de adulter.
Theodoſius Imperator ſanciuit. Hie-
56 ronymus † etiam aduerſus Iouinia-
num lib. 2. corruptos hereticorum mo
res deſcribit. Iouinianum enim allo-
quens, ſic ait. [His conſilijs ſubulci tui
paſtoribus noſtris ditiores ſunt, & hir-
ci plurimas ſecum capras trahunt. Hi
inſanientes in fœminas facti ſunt: ſta-
tim vt mulieres vident, adhinniunt,
& in patientiam ſuam prô nefas! ſcri-
pturarum ſe ſolantur exemplis. Sed &
ipſæ mulierculæ miſeræ & non miſe-
rabiles præceptoris ſui verba cantan-
tes. Quid enim niſi ſemen requirit
Deus? non ſolùm pudicitiam, ſed etiã
verecundiam perdiderunt, maioriq;
procacitate defendunt libidinem,
quàm exercent. Habes præterea in
exercitu tuo plures ſuccenturiatos,
habes ſcurras, & velites in præſidijs
craſſos, compros, nitidos, calatores,
qui te pugnis, calcibuſq; defendant,
tibi cedũt de via nobiles, tibi oſculan
tur diuites caput, niſi enim tu veniſ-
ſes, ebriæ atq; ructãtes paradiſum in-
trare non poterant. Macte virtute, i-
mò vitijs: habes in caſtris tuis & Ama
zonas ex ſecta mamma, & nudo bra-
chio, & genu venientes contrà ſe vi-
ros ad pugnam libidinum prouocan-
tes, & quia opulentus paterfamilias
es, auiarijs tuis non turtures, ſed vpu-
pæ nutriuntur, quæ fœtida volupta-
tis luſtra circumuolitent. Me carpe,
me diſijce, obijce crimina quæ volue-
ris, argue luxuriæ & deliciarum. Ma-
gis me amabis, ſi talis fuero: ero enim
de armẽto tuo.] Hæc ad Iouinianum
Hieronymus. Audi nunc quid de Ma-
57 nichæis † tradat Cedrenus in vita Cõ
ſtantij Heraclij nepotis: [Abſque vllo
diſcrimine & metu omnis generis li-
bidini & obſcœnitati vacant, promi-
ſcuè vtrumq; ſexum laſciuiâ fœdan-
tes, quando nonnulli de eorum corpo
re tantùm parentibus, & quidem pro-
prijs abſtinẽdum perhibent.] Quales
58 fuerunt † Arriani, cognoſcere licet ex
ſcriptis Athanaſij, & Hilarij. De Albi-
genſibus diximus ſuprâ, reliquos miſ-
ſos facio, nihil dicam de Imperatori-
59 bus & regibus hæreticis † tã in Orien
te, quàm Occidente: vtpote de Con-
ſtantio primo Imperatore hæretico,
de Valente, Zenone, Heraclio VII. de
Philippico, de Conſtantino Coprony-
mo, Nicephoro, Michaele Balbo. Mo-
nomacho, Andronico, Comneno Iſaa-
cio, Angelo, Alexio, Angelo, Murzu-
flo, Andronico, & Andronico nepote.
Cantacuzeno, Ioanne qui Cãtacuze-
no deiecto imperauit, nec de Ioanne
Manuelis filio. Hi Orientem tenue-
runt, immundiſsimi tamen fuerunt,
vt ex Hiſtorijs cognoſci poteſt. Simi-
lis fuit impuritas hæreticorum Impe-
ratorum & regum in Occidente, vt
Henrici III. Frederici II. Ludouici Ba-
uari, & (vt aliquid vicinius noſtro tem
pore afferam) Henrici VIII. Angliæ re
gis factum nullus eſt qui ignoret, qui
legitimas vxores abſque legitima cau
ſa repudiauit, & cũ filia ex illicito coi-
tu nata inceſtas nuptias cõtraxit. Exẽ-
plo ſit etiã Elizabetha Angliç Regina,
quæ nullum vnquam ſibi virum vo-
luit adiungere, quò liberiùs ſcortari
cum quolibet per ſummam licentiam
poſſet, nõnulloſque ex ſuis amaſijs va
rio prætextu, vt patrata à ſe facinora
tegeret, occidi iuſsit. Deniq; ex infe-
ris



ris erupit Anteſignanus Proteſtan-
60 tium † Lutherus, qui decreuit, & eius
decretum paſsim Proteſtantes ſe-
quuntur & amplexantur, licere cui-
uis, qui caſtitatem ſolenni voto obli-
gauerit Deo, Virgines eidem Deo
ſimiliter ſolenni vinculo aſtrictas in
matrimonijs habere. Idcirco gratiſ-
ſimam ſe Deo rem facere iſti arbitrã-
tur, vbi illas à propoſito abduxerint
& ſpurciſsimè conſtuprarint. Idem
ſanxit licere rem cum ancillis ha-
bere, vbi renuant aliquâ ex cauſa
vxores, & (quòd horreo dicere) fas
eſſe vxori cum fatre viri coire clam,
ſi ex marito adhuc viuente prolem
ſuſcipere non poteſt. Hinc ipſe con-
iugem duxit Catharinam quandam,
quæ ſuam Deo caſtitatem conſecra-
61 rat: Idem fecerunt ipſius † imitati
exemplum Bucerus Oecolampadius,
Caroloſtadius Bernardinus, Ochinus,
qui adiecit, non diſſentiente Luthe-
ro, licere plures eodem tempore vxo
res habere, & alij innumeri idem fa-
ctitarunt, magnus enim grex ſe ſe
Luthero adiũxit ſacerdotum & Mo-
nachorum, qui vt licentiùs libidini
fræna laxarent, & in turpiſsimarum
voluptatum cœno volutarentur, ip-
ſarum religionum clauſtra relique-
runt, & ne dubitari poſſet, quid eos
ad tantam inſaniam impelleret, quaſi
clibanus igne ſuccenſus, æſtuarunt,
& tanquam equi emiſſarij ad volupta
tem incitati ad Lutheri orationem
adhinnierunt, & vxores duxerunt:
mulierculas deceptas, & Virgines
etiam Deo dicatas per ſummum ſce-
lus conſtuprarũt, & quidem tam im-
pudenter, tam ſceleſtè, vt in nuptijs
cuiuſdam illorum (vt ait Fõtanus lib.
8.) miſſam etiam compoſuerint (ſi ſa-
cratiſsime rei nomen in tam imma
nem quadrare poteſt inſaniã) execra-
tionibus & blaſphemijs refertiſsimam
in qua inceſtos, & fœdifragos, atque
impuros ſacerdotes collaudant, ſan-
ctos vocant, à Deo illuminatos præ-
dicant, quòd excuſſo continentiæ iu-
go, vxorum adhærerent amplexibus,
& cæteros, vt idem faciant, adhortan
tur. Ex his intelligere quiuis poterit,
quas ſecum ſordes ferant hereſes, qui
bus ſoluta Chriſtiana diſciplina petu-
lantiæ carnis carceres aperiantur ad
curſum.
62 Præterea qui fidelitate ac mode-
ſtia olim præſtabant, infideles nunc
ſunt, & in fraudem ſemper intenti, vt
ex his, quæ hactenus diximus, mani-
feſtè apparet: qui virtute ac animi for
titudine cum hoſte manum conſere-
re, pedem conferre, & fortiſsimè pu-
gnando vel occumbere vel vincere
63 ſoliti erant † iam hoſti terga vertere
fugere, & abiectis armis trepidare di-
dicerunt: prædictum enim eſt fore, vt
qui recedũt à Deo, ad extremum ſint
imbelles & ignaui aduerſus hoſtes
ſuos. Conqueritur Iſaias de populo
Iſraelitico, & ait [Repleta eſt terra
eius idolis, opus manuum ſuarum ado
rauerunt, quod fecerunt digiti eorũ.]
Vbi hæc conqueſtus eſt, & alia non-
nulla ex his pendentia adiungit [Ec-
ce enim dominator Dominus exer-
cituum aufert à Iuda validum & for-
tem, omne robur panis & omne ro-
bur aquæ, fortem & virum bellato-
rem] Hæc Iſaias cap. 3. vt ſciamus fo-
re, vt quoties populus aliquis à Deo
recedit, continuò imbellis euadat: &
quod adijcit idem vates, effœminati
dominentur ei. Verè namq; cecinit
Dauid Pſalm. 19. [Hi in curribus, & hi
in equis, nos autem in nomine Dei
noſtri inuocabimus: ipſi obligati ſunt
& ceciderunt, nos autem ſurreximus
& erecti ſumus.] Fieri quidem poteſt
vt aliquis hæreticus ſit in bellicis re-
bus & fortior & peritior aliquo Ca-
tholico, ſed omnia penſari ſolẽt & de
bent ex maiori parte. Igitur plerũq;
hoc

hoc accidit,vt ignauiſsimi ſint hære-
tici,fortiſsimi noſtri,& rei bellicæ tra
ctandę peritiſsimi.Conſulantur hiſto
riæ,inſpiciantur quę à nobis ſupra di-
cta ſunt de Imperatoribus & regibus
hæreticis , videamus quales fuerint
hæretici Imperatores ac reges in ſuis
regnis tutandis , ac quales noſtri in
ijſdemmet cõſeruandis, vbi à noſtris
adminiſtrata fuerunt , & certò com-
periemus,tùm demum veniſſe illa in
manus hoſtium Chriſti ac prorſus cõ-
cidiſſe,vbi hæretici imperarunt.Hoc
idē obſeruauit diligentiſsimus anti-
quitatis indagator Cardinalis Baro-
nius in Annalibus Eccleſiaſticis tom.
4.anno 379. pag. 409. cuius verba li-
benter referam,quia docet etiam alia
quæ à præſenti inſtituto non ſunt
aliena,ait ergo:[ Porrò iam intelligis
abſq; alia admonitione (Lector) vnà
cum hæreſi in regna cladem inuehi,
& cum fide Catholica ſalutem ferri:
perdidiſſe profanam hæreſim ſimul
cum Imperatore pariter Oriētis im-
perium,reſtitutum tamen ipſum,atq;
amplius & pulchrius redditum, ſimul
ac fides Catholica imperauit : ſicque
in Occidente cumulari victorijs Gra-
tianum,& frementes vndique Barba
ros reddi debiles ac prorſus imbelles,
cùm in caſtris excubat cum gratia ac
precibus ſacerdotum ſancta religio.
Cõtra verò feliciſsimum ac tranquil
liſsimum imperij ſtatum inuerti ſen-
ties, mox vt Auguſtos hæreticis fa-
uere videris , atque pro defenſione
Catholicæ veritatis torpeſcere , vel
religioſos Antiſtites ab ijſdem im-
piè perturbari.Adeò vt perſpicuò in-
telligas , allatam victoriam ( ſi dicere
ita licet ) religionem penitus conſe-
qui:hæreſes verò triſtes Erynnes euo
catas ab inferis ſecum ducere. Hæc
enim ſanctus Ambroſius in libris ad
Gratianum de fide ſcriptis conſide-
randa proponit , atque in prologo
etiam librorũ de Spiritu ſancto , quos
ad eundem adiecit,in mentem reuo-
cat.]
64 Denique in prouincijs,vbi doctri-
næ ſtudium ac ſapientiæ floruit, poſt-
quam hæreſibus ſunt infectę, ſumma
eſt literarũ ignoratio , nec mirũ ſanè:
ſemper enim ( vt grauiſsimè S.Tho-
mas docuit opuſc.20.libr.2. cap. vlt.)
65 veram religionē quaſi † comites quę
dam potentia & ſapientia ſequun-
tur.Hinc factum eſt,hæreticas factio-
nes cũctas ad extremũ perueniſſe ad
ſummam bonarum artium ignoratio-
nē , quamuis antea in ijs maximè ex-
celluerint : vt quando tria ſunt be-
ſtijs innata,libido, ſæuitia, & inſcitia,
& hæreticos demonſtrauimus ſum-
mæ libidinis eſſe , & crudelitatis, ap-
pareat etiam,quantum pertinet ad re
rum bonarum ſcientiam , pecoribus
eſſe ſimillimos , & in illos quadret
quod ait Dauid[Homo cùm in hono-
re eſſet , non intellexit , comparatus
eſt iumentis inſipientibus , & ſimilis
factus eſt illis.]

Habent ſanè à principio hæretici
aliquos non mediocriter eruditos, vt
diligenter obſeruat Bozius lib. 12.c.
12.neque ſimul atque à nobis abſce-
dunt,continuæ ignorantiæ tenebris
inuoluuntur, ſed poſt aliquot tem-
pus:quod duabus ex cauſis accidere
ſolet.Harũ prima ſit,quòd Deus vult
illis omnem prorſus anſam præcidere
ſeſe excuſandi quaſi bonis literis de-
ſtituti nõ potuerint aſſequi veritatē.
Altera eſt illa,quòd ſi quos habent li-
teratos, ij plerumq; è noſtris fuêre,&
à noſtris in humanioribus diſciplinis
inſtituti. Talis quippe fuit inter Gręcos
Photius ac Theophylactus,qui fue
runt in noſtros & Catholicos paulò au
daciores,non tamen auſi ſunt nos hæ
reticorum loco reputare ? tales olim
fuêre Apollinaris,Arrius Euſebius Cę
ſariēſis, ac noſtra ætate Lutherus,Oe-

co-



colãpadius,Philippus Melãchthõ,Cal
uinus,Beza,Petrus Martyr,alijq́; huiuſ
modi;vt appareat illos, qui inter hęre
ticos principē locũ tenuerũt aliqua in
re bona,id à noſtris didiciſſe,à noſtris
furatos : ideoq́; poſtea hæreticorũ fa-
ctiones in profundiſsimã ignoratio-
nis caliginem corruere,ac demergi.

An non hoc verum? Cõuerte ocu-
66 los ad illã † artiũ bonarum,diſciplina-
rumq́;ferè omnium matrem & nutri-
cē Græciam.En vt illa nunc ſqualle t,
vt horret. Quis eius non miſereatur?
quis eius extremam calamitatē non
maximè deploret ? Quos illa antiqui-
tus doctiſsimos homines tulit ? quæ
lumina in omni doctrinarum genere
produxit ? Nunc autem ab anno mil-
leſimo ferè,ex quo magis à nobis cœ-
pit abſcedere , per annos ſexcentos,
neminē prope poſsis ciere in vllo ar-
tium bonarum ſtudio excellentem:
mediocres forſan aliquos tandem re-
peries. Andronico certè imperante,
ante annos(credo) ducentos & quin-
quaginta Gregoras tradit neminem
fuiſſe in vniuerſa Græcia , qui poſſet
cũ noſtris de rebus diuinis diſputare:
& modò nullus in ea eſt , vel medio-
criter eruditus. Si quis vult aliquid
doctrinæ addiſcere, è media Cõſtan-
tinopoli Romã proficiſcitur ad colle-
67 giũ,quod Græcis † edocendis Grego.
XIII.erexit. Cur non idē Græcis ſuis
præſtitit magnus ille Dux Moſchoui-
tarũ. Cur non Rex Georgianorũ, vel
Iberũ,vel Mengrellorũ,qui Gręcani-
cos ritus ſequũtur,neq; Imperio Tur-
carũ ſunt ſubiecti?ne dicas ideo è Gręcis
neminē in literis proficere poſſe,
quod à Turcis opprimantur : cur ex
iſtis,quos memorauimus,populis ne-
mo vel mediocriter eruditus exſtitit
vnquã ? Furente inter nos ac Græcos
hac ſententiarũ diſcordia duo fuerũt
è Græcis, quos ſummis cõparare poſ-
ſis,Nicephorus Blemmydes , & Ioan.
Beſſarion.Illum Gregoras vocat diui-
nũ,peritiſsimũ , multis virtutibus in-
ſignem , varia eruditione tum ſacra-
rum, tum profanarum literarum per-
politum. Gregorius Pachymeres ait
ea mente fuiſſe , vt corpore illa non
alligaretur:& ſanè talem fuiſſe, ipſius
ſcripta declarãt. Quãtus verò ſit Beſ-
ſarion ,quis ignorat?lege illius libros.
His duobus neminē ante annos octin
gentos in tota Græcia doctrina parē
inuenies. Atqui vterq; nobiſcũ ſenſit.
68 Quid vero illud ? Epiſcopi omnes †
Græcorũ deliguntur è grege mona-
chorum; inter quos cõmuni decreto
eſt excõmunicatus, quicumq; philo-
ſophię ſtudet,quod ſcribit Petrus Bel
lonus obſeruationũ lib.1.c.4.Nihil au
tē magi sfacit ad aſſecutionē verita-
tis, quàm philoſophia rectè percepta.
Quocirca dæmon, vt Græcos altiſsi-
mis ignorantiæ tenebris inuolueret,
hoc egit,vt Epiſcopi eligerētur è mo-
nachis , & monachi neceſſariò prope
imperiti forent , aut carerēt maximo
ad perceptionē veritatis inſtrumēto.
69 Reſpice † nũc Ægyptũ,Syriã,cæte-
raſq́; Aſiæ prouincias . Agitur annus
ferè milleſimus,ex quo illi à nobis diſ
ceſſerunt,hęreticis ac percipuè Mo-
nothelitis,cũcta perturbãtibus.Et po
teſt aliquis ex illis proferri,qui tinct⁹
dici poſsit aliqua doctrina?obfuerunt
Saraceni Reges , in quorũ poteſtatē
ſunt adductæ?At cur nõ obfuerũt Ro
mani,qui nihil nõ egerũt,vt Chriſtia-
nã religionē iam tùm naſcentē fundi-
tus excinderēt,& omnibus bonis pe-
nitus exſpoliarēt ? & tamē iſtis impe-
rantibus,quos viros nobis vna Alexã-
dria dedit Panthænum, Clementem,
Ammonium, Origenem in omni do-
ctrinarum genere excellentiſsimos?
70 Age verò,† regnarũt in Italia Oſtro-
gothi,in Hiſpania Viſigothi , in Afri-
ca Vandali : primas per eos inter
homines tenuerunt Arriani ; eorum

decretis ſe adiunxerunt Conſtantius & Valens Imperatores, tercentum totos annos Rempublicam Chriſtianam perturbauerunt. Adducant, ſi poſſunt, qui nã ex ijs aliqua in re publicæ vtilitati expediente præ cæteris floruerint. Monothelitis adhæſêre Heraclius, Cõſtantinus, Conſtans, & Iuſtinianus II. per aliquot annos; plurimi eos ſunt ſecuti. Quem proferẽt, qui Reipublicæ Chriſtianæ ex eis vlla in re præ reliquis profuerit? Philippicus, Leo, Iſaurus, Conſtantinus Copronymus, Leo Armenus, Michael Balbus, Theophilus Imperatores imaginibus ſacris infeſti fuerunt, & innumeros habuerunt aſſeclas. Quæ vtilitas per eos vllo ingenioſo inuento eſt allata Reipublicæ Chriſtianæ, aut generi humano? Afferant omnes iſti, qui per tot ſæcula ſummã rerum tenuerunt aliquem è ſuis, qui præſtiterit in aliqua ſcientia, vel arte hominibus fructuoſa.

Ad ſummam ſic concludo, mirum eſſe, nunquã inter hæreticos extitiſſe aliquẽ ſæculo vllo, cui laus eximia debeatur ob aliquod opus humano generi vtile, vel qui in aliqua excellẽti doctrina inter primos numerari poſſit. Percurre omnes ætates, omnes ſectas, euolue hiſtorias, & veriſsimum eſſe, quod dicimus, ex omni parte videbis, ac maximè miraberis. Aliquem tamen locũ tenere ij videri poſſunt, & à nobis, & inter noſtros enutriti, literiſq; ac diſciplinis imbuti ad illos veluti perfugæ tranſuolarunt. Cæteri plerunq; Grammatici dicaces & garruli, qui leuiſsimè aliquid è reliquis doctrinis attigerint, ac de ſummis rebus audeant ferre ſententiam, & inſtar pædagogorum ſibi eſſe cum ſuis pueris rem putent, qui ad illorum dictata ſileant, & obſtupeſcant, & interpretationes admirentur & extollant: huiuſmodi hominibus nõ ſolùm vrbes Proteſtantium, ſed & reliquorum hæreticorum mirificè ſcatent.

Ad ſummã ſic concludo, mirũ eſſe, nunquam inter hæc tanta, quæ aliæ nationes hæreſum labe infectæ experiuntur, mala, & pacis atque integræ religionis bona, quibus Hiſpania per Dei gratiam fruitur, vehementer nos excitare atque commouere debent, vt & magni faciamus hoc tantum Dei beneficium, quo Hiſpanias noſtras cumulauit, in eis erigendo ſacroſanctæ Inquiſitionis tribunal, quo tot mala à finibus noſtris propulſantur, & gratias pro eo maximas illi atque immortales agamus. Vtrũq; facient libentiùs atq; expeditiùs quicũq; ex Hiſpania in alias prouincias egreſsi, eas regiones obierũt ac perluſtrarunt, quas effrænatus hæreticorum furor depopulatur & affligit. Poterunt ij minori ſanè negotio hæreſum infinita mala pro rei atrocitate expẽdere, eaq; cum pace noſtra, & publici ſtatus trãquillitate conferre, & in dies magis ac magis cõpertũ habebũt S. Inquiſitionis Officiũ non modò vtile eſſe Chriſtianæ Reipub. ſed etiã admodùm neceſſariũ: quod ſi (vt ſupra dixi) pari diligentia, autoritate, & poteſtate in cæteris Chriſtianorum regnis, & prouincijs inſtitutũ eſſet, non calamitates, quas hactenus retulimus, deplorarent. Nã ſi cùm primùm Lutherus, Zuinglius, Bucerus, aliaq; id genus peſtifera monſtra ſua venenata dogmata in vulgus ſpargere, & impudẽter prædicare ceperunt, ab Inquiſitoribus Apoſtolicis cõprehenſi, combuſtiq; fuiſſent, non tam breui tẽpore tot infelicium animarũ millia iſtorũ hæreſibus infecta periJſſent. Sic olim Arrius in Alexandria parua ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim fuit oppreſſus, flamma eius totum terrarum orbem abſumpſit, & depopulata eſt.





Sed iam finem huic capiti imponamus, omnia enim beneficia, quæ à ſancto Inquiſitionis Officio in Chriſtianam Rempublicam conferuntur recenſere, immenſi ac penè infiniti laboris eſſet.

## *De Cruce, & eiuſdem ſignificatione in Tribunali S. Officij.*

## *Cap. VIII.*

### SVMMARIVM.

1 *Crvcis initium eſt omnium actuum Sancti Officij, & finis.*
2 *Crucis etymologia, & diuiſio.*
3 *Crucis diuiſiones.*
4 *Crucis quatuor brachia moraliter deſcribuntur.*
5 *Crux fidei noſtræ myſteria continet.*
6 *Crucem Iudæi, & hæretici conantur deſtruere, & occultare.*
7 *Crux in Lege veteri variè præfiguratur.*
8 *Crux ſcalæ comparatur, & numer. 33.*
9 *Crux adoratur adoratione latriæ, & nu. 17. 20. & 46.*
10 *Crucis tres acceptiones.*
11 *Latria duplex: abſoluta, & reſpectiua.*
12 *Helenæ difficile dictum explicatur.*
13 *Imagines adorantur eâdem adoratione, qua prototypi, & nu. 15.*
14 *Imagines adorantur prout coniunctæ, & diuiſæ ab exemplaribus, & numer. 18.*
16 *Imagines ſunt termini genuflexionis, & proſtrationis.*
19 *Ioannis Ægidij Hiſpalenſis Canonici retractatio circa Crucis adorationem.*
21 *Crucis tertia conſideratio.*
22 *Crux ab alijs inſtrumentis Paſsionis Chriſti diſtinguitur.*
23 *Crux reliquiarum pretioſiſsima.*
24 *Claudius Taurinẽſis Crucis imaginem execratur.*
25 *Petrus Bruis hæreticus, & Henricus Crucem oppugnat.*
26 *VVicleffiſtæ Crucem quantum in ijs eſt, labefactant.*
27 *Argumentantur variè hæretici contra Crucis venerationem.*
28 *Crux ex tribus lignis effecta eſt.*
29 *Figura Crucis deſcribitur.*
30 *Crucem eſſe ex quatuor generibus lignorum, probabile eſt.*
31 *Crucem, in qua Chriſtus pependit, eſſe adorandam probatur.*
32 *Crucem Chriſtus ſponte elegit, & numer. 50.*
34 *Crux inſtrumentum liberationis.*
35 *Cruce Diabolus deuictus.*
36 *Crucis ſeptem adducuntur miracula.*
37 *Crux adoratur vt imago Chriſti.*
38 *Crux clarior eſt ſole.*
39 *Conſtantinus in labari locum crucem ſubſtituit.*
40 *Crux ſtatuæ Conſtantini apponitur.*
41 *Conſtantinus mandauit, ne facinoroſi Cruci affigerentur.*
42 *Crux ne humi ſculpatur.*
43 *Crucis ſignum in monumentis.*
44 *Ratio quare crux adoratur.*
45 *Crucis variæ apparitiones.*
47 *Crucis ſignũ in quocumque loco adorandum.*
48 *Signi Crucis varia miracula.*
49 *Soluuntur quædam argumenta hæreticorum.*
51 *Inſtrumenta Paſsionis Chriſti, cur ſimul cum Cruce adorentur.*
52 *Præſepia, lanceæ, & alia per ſe quomodo poſsint adorari, & aſina, & num. 55.*

ad hoc. c. 8. et. 9. et. 10. vide, [illegible] de prosapia Christi. 3. dad del mundo [illegible]. 7. fol. 113. c. 2. et. [illegible] 8. ibi, de [illegible] plura [illegible] de cruce super illud faciamus hominem [illegible] Genesis. 1. et patrem [illegible] debit Christi. c. 1.

53 *Chriſtiani gaudent de triumpho, non de ignominia Crucis.*
54 *Refellitur VValdenſis ſolutio.*
55 *Labia Iudæ, & manus Chriſtum percutientis poſſunt adorari.*
56 *Crux vt ſignum a Deo inſtitutum adoratur, & operatur multa.*

QVONIAM ſanctiſsimę Inquiſitionis tribunal pro vexillo, atque inſignijs auguſtiſsimis Crucis, ſtemma nō ſine magno myſterio ſibi adſcripſit, viſum eſt à propoſito noſtro neutiquam alienum, tractatū de Cruce ſeorſum facere: tum
1 quia † Crux omnium Inquiſitionis actuum auſpicium & finis eſt, tum quia in omnibus huius ſanctiſsimi iudicij audiētijs, reis Crux exhiberi ſolet, cuius repræſentata dignitate atque vigore, ab eis ſolitum exigitur iuramentum, quæ omnia à nobis meritò exigere videbantur, vt de ipſius ſignificatione, adoratione, virtute, atque effectibus, ſelectiora quædam, non ſanè ita vulgaria, annectamus.

Cum ſit illud vel lippis & tonſoribus notiſsimum, quòd omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id de quo diſputatur, ex Ariſtotel. 1. Analyt. c. ſecundo, & Cicer. Offic. 1. Bald. in l. 1. ff. de vſufruct. & debet conuerti cum ſuo definito l. 1. §. dolum. ff. de dol. ex genere etiam, & differentia conſtare debet. Bart. in l. 1. ff. de teſtam. gloſ. & Bart. in l. prima ff. de tutel. & in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Hiero. Cagnol. in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iuris, vbi copioſè, iam genus Crucis erit omne tormentum, omnis angor, omnis denique cruciatus, vt nomen Crucis, & verbum cruciari, ſunt inuicem ſibi coniugata. Differentia verò contrahens huiuſmodi cruciatū ex vſu & receptione arbor eſt, vel lignum; vnde Crux in communi ſic poterit diſ-
2 finiri: † Crux nil aliud eſt, quàm tormentum & interitus in ligno vel arbore; quo genere mortis antiquitus puniebantur ſcelerati, & peſsimi homines, & fuit in vſu apud Romanos, Græcos, Afros, Perſas, & Ægyptios, vt videre licebit legenti profanos autores, ſiue Hiſtoricos, ſiue Poetas, quorum non libet hîc recenſere teſtimonia, vt ab inſtituto aliena. Satis ſit ex ſacra Scriptura ſcire apud Syros Crucem in vſu fuiſſe, vt in Eſther cap. ſeptimo narratur: ſic enim habetur: [Suſpenſus eſt Aman in patibulo, quod parauerat Mardochęo:] & apud Iudæos in Ioſue cap. 8. [Qui Regem eius Hai ſuſpendit in patibulo vſque ad veſperam] & in Numeris cap. 25. [Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis.] Sed iam deueniendo ad Crucem Chriſti, ſic ipſam diffinit Auguſtinus lib. de Vita Chriſtiana, vbi ait: [Crux Domini non tantùm illa dicitur, quæ tempore Paſsionis ligni affixione conſtituitur, ſed & illa, quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur, tota enim vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundùm Euangelium viuat, Crux atque myſterium eſt: quia in Cruce dolores acerrimi exagitant, vbi diu viuitur, & mors ipſa protenditur, ne dolor citiùs finiatur, quod genus mortis tam durum atque turpe apud Iudæos erat, vt non ſolùm ipſe vituperabilis eſſet, quem crucifigi contigiſſet, ſed etiam tota domus eius: domus crucifixi appellaretur: Vt ergo Dominus à turpiſsima & duriſsima





morte nos liberaret non ſolùm duriſsima, ſed etiam turpiſsima morte ſe condēnari permiſit: & vt maledictionē, quam in caput noſtrū cōtraxeramus ipſe toleraret, maledictā mortē, ſcilicet Crucis, ſuſcepit. Secūdùm illud [Maledictus qui pēdet in ligno] Deuteronom. 21. Vnde Apoſtolus ait Galat. 3. [Factus maledictus, vt nos à maledictione liberaret] Vnde Auguſtinus tract. 36. in Ioannē. [Illa morte nihil peius fuit, inter omnia genera mortis elegit extremū, & peſsimum genus mortis. Qui omniū fuerat ablaturus mortē, de morte peſsima occidit omniū mortem.] Hæc Auguſtin.
3 Crux † Domini, & ſi quatuor brachijs ſit extenſa, omiſsis alijs diuiſionibus triplex eſt: alia carnis, alia mundi, alia ſpiritus, ij enim ſunt tres hoſtes potētes & infeſtiſsimi, qui aduerſus nos militant: Mūdus nempe, caro, & Dæmon, iuxta illud Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, quorum trium crucifixio fit per tria vota Religioſorum, qui verè martyres ſunt ſpirituales. Primùm ergo martyrium conſiſtit in temporaliū volūtaria relictione. Secundū in concupiſcentiæ carnis reluctatione, & quantò fortior fit iſta pugna, tātò glorioſior victoria martyrij. Tertiū in propriæ voluntatis abdicatione, quia ſecūdùm Gregor. in c. 15. 1. Reg. [Per obediētiā mactatur volūtas propria, & per victimā caro aliena, & ideò obedientia dicitur melior, quàm victima] Prima ergo Crux carnis eſt, &c. vt ſuprà. Crux carnis eſt rigor diſciplinę, cuius quatuor ſunt brachia, ſcilicet Vigilia, abſtinētia, aſperitas veſtiū, & diſciplina verberū. Crux
4 † aūt, qua mūdus crucifigitur, eſt paupertas ſpiritus, cuius etiam ſunt quatuor brachia: ſcilicet contēptus gloriæ, pecunię, patrię, & parētelæ. Crux verò ſpiritus eſt feruor deuotionis, cuius ſimiliter ſunt quatuor brachia, ſcilicet amor, ſpes, timor, & dolor: ſpes ſurſum, timor deorſum, amor à dextris, dolor à ſiniſtris. Radix aūt, ex qua omnia hæc pullulant, eſt charitas, vnde Apoſtolus ad Epheſios 3. [In charitate radicati, vt poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum] vbi figuram crucis, & eius myſterium optimè exprimit.
5 Hoc igitur † ſignum crucis dicitur & eſt ſignum Chriſtiani hominis, tum quòd eo contineantur myſteria fidei noſtrę, tum quòd Chriſtiani ſoli hoc ſigno cū fide vtātur, & hoc ſigno ab alijs Gētibus dignoſcātur, vt clarè liquet ex D. Laurentio Iuſtiniano de triūphali Chriſti agone c. 17. dicentē: [Dux in prœlio vexillo vtitur, vt eius milites cognoſcāt, quò in omni aduerſo euentu fugere debeant, vt non diſpergātur] Sed quid ſi addā eſſe Chriſti ſignū? Anne veroſimile eſt filium vllū eſſe à mente tā alienū qui patris ſui verecundiā non operiat? anne tironem qui ducis ſui dedecus nō celet? Quid? dicā Paulū & Apoſtolos omnino Domini famam læſiſſe cum Paulus diceret [Abſit mihi gloriari niſi in Cruce] & illud [Ieſum Chriſtum Crucifixum] quis non arbitretur eos debuiſſe potius probos Noe filios imitari, quàm id euulgare quod ſepeliendū ſilentio fuiſſet? Sanè & veri filij & generoſi milites fuerūt Apoſtoli, qui neq; patris gloriā, neq; ducis ſignum erectū proſternere voluerūt. Eſt enim vexillū quaſi exhortatio ducis, & tuitionis remediū. Paulus ad Galatas 6. inquit: [Nobis enim abſit gloriari niſi in Cruce D. N. Ieſu Chriſti.] Hunc locum B. Epiphan. in libr. de pœnitent. c. 3. ad ſignum Crucis rectè ac-

cōmodat, & Beatus Ignatius ad Phi-
lippenſ. ſcribit nihil eſſe quod Dæ-
mon vſq; adeo proſequatur odio vt ſi-
gnum Crucis, vnde nec mirari quen-
quam oportere, quod omnes hære-
ticos hoc ſummo ſtudio conentur, vt
Crucis memoria antiquetur, quos
hæreticos D. Paulus ad Philipp. cap.
6 tertio inimicos Crucis vocat. Nec †
verò id per hæreticos tantùm, ſed
etiam per Iudæos conatus eſt ſem-
per Diabolus facere, quando per tre-
centos annos Iudæorum inuidia oc-
cultatum fuit lignum Crucis, vt te-
ſtis eſt D. Paulinus Nolanus Epiſco-
pus libro de paſsione imaginis Chri-
ſti, in gloriam ſanctorum martyrum,
cap. vigeſimoſecūdo. Hinc ab ijſdem
ſummâ ſemper ignominiâ affecta eſt
ſacra Crucis imago, vt ſcribit ſan-
ctus Athanaſius, & Gregorius Turo-
nenſis. Et quidem ad Iudæorum te-
nacem perfidiam è mentibus eorum
radicitus euertendam, & ne in dies
magis cæcutirent, ſufficeret ſatis in
ea, quæ olim tempore legis typicæ
Crucem præfigurabant, oculos con-
7 ijcere. Nam † vt à primis radicibus
id prænoſcatur; aduertat ad amuſ-
ſim qualiter eorum progenitores fi-
lios ſuos benedicere conſueuerant.
Sanctus enim Iacob Geneſis cap. 48.
brachijs in modum Crucis appoſitis
& applicatis in capita Ephraim, &
Manaſſem eius ex filio Ioſeph nepo-
tum eorum vtrique benedixit.
8 Nec vellem eos lateret modus,
quo Pontificalibus, & ſacerdotali-
bus indutus ſummus eorum ſacerdos
benedictionem ſupplici, ac humili
populo porrigebat. Quid? Quod ſi
Auguſtino credimus tomo 10. ligna
illa, quibus ad ſacrificium procubitu-
rus erat vnicus Iſaac, & quibus alli-
gatus à patre multarum Gentium
in monte Moria fuit, non alterius,
quàm Crucis typum gerebant? Ge-
neſ. vigeſimoſecundo. Et quid (quæ-
ſo) lignum vitæ in Paradiſo, Geneſ.
ſecundo, & Arca lignea Noe domum
eius ſaluans indicabat, niſi Crucem?
vt placet Damaſcen. libr. quarto de
fide, cap duodecimo. Id virga Aaron,
Exod. 14. tot ſuffulta virtutibus; &
lignum, quo aquæ de Mara amaræ,
dulces ac hominum vſui accommo-
datæ factæ fuerunt, Exod. 15. ſatis
clarè præmonſtrabant. Et quid ligna
indicabant illa, ex quibus altare ho-
locauſti Exod. vigeſimoſeptimo, in
quo ſolitum pacis & reconciliatio-
nis ſacrificium compactum erat? ſed
age iam: cui dubium eſſe poterit
Crucem illam, cui æneus Serpens
Numer. vigeſimoprimo morſus Ser-
pentum ſanans, erat affixus, non aliò
tendere, quàm ad demonſtrandam
ſanctam Crucem, cuius imaginem
gerebat? Hanc (vt omnia comple-
ctar) clariùs luce Meridiana oſten-
dunt quatuor illa vexilla Iſraelitici
populi per deſerta incedentis, quo-
rum medius locus tabernaculo Dei
ſorte diuina contigerat, Numer. ſe-
cundo.

In his non ſolùm Crux (vt loquun-
tur noſtrates) præfigurata eſt, ſed
verè ipſa compacta & compoſita.
Quod ſi in ſacris lignis, menſis, alta-
ribus ea extiterit; addam & in actio-
nibus. Certum eſt enim Moyſen ad
aquas contradictionis, vt eas expro-
meret è petra, Crucis ſignum pri-
mùm feciſſe: ſenſerat enim à Do-
mini gratia ſe alienum nec vt priùs
ea ſe poteſtate dignum, qua per tot
annos intentis ſuorum animis ſatisfe-
cerat, id verò textus ipſius verba in-
dicant Numer. 20. verſic. vndecimo
[Cumque eleuaſſet Moyſes manum
percutiens virga bis ſilicem egreſſæ
ſunt aquæ largiſsimæ] Nam vt mei
ſenſus



ſenſus fides à Crucis hoſtibus non re-
ijciatur) Gregorij Nazianzeni, cui ne
quidem iſti Theologi nomen dene-
gabunt, ſententia eiuſmodi eſt in
Poematio, cuius titulus ἐνδ' ις.

—— ἐκ δ' ἄρα πέτρης
Ἔβλυσας ἀκροτόμοιο ῥόον, μέγα θαῦμ' ἐν ἐρήμῳ.
Δυσμενέων ἀνδρῶν ϛησάμενος εὖτε δίεσχε,
Σταυρὸν ὑποσκιάδων Μωσῆς χέρας, ἄλκαρ ἐμεῖο.

—— fiſsi de vertice ſaxi
Flumen aquæ effudit, populo miracla procaci
Deſerto obijciens medio, cùm brachia Moſes
Pandit, & expreſſa eſt noſtræ Crux vmbra ſalutis.

Hæc deniq; arbor illa eſt eminens,
& alta, vt cælum tangeret, cui Deus
vt ſcalæ innixus eſt, cuius fructus in
terra nimius, copioſa (videlicet) re-
dēptio. Daniel. 4. Quod ſanè prophe-
tico afflatus ſpiritu, ille (inquam) cuius
ori forcipem candētem adhibuit Se-
raphin, Eſaias Propheta ſatis cōmen-
dat, dum c. 11. non obſcurè teſtatur,
dicens: [Leuabit Dominus ſignum in
nationibus, & congregabit profugos
Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à qua
tuor plagis terræ: quæ non incōgruè
venerandæ Crucis ſigno adaptari, ac-
commodariq; poſſunt.

Hic tamen nullus nobis vitio ver-
tat, ſi debiti honoris ſanctiſsimę Cru-
ci meritò deferēdi pauca obiter præ-
miſerimus. Ac primùm compertum
eſt eâ ſignū hoc Crucis dignitate at-
9 que præſtantiâ pollere, † vt non alia
quàm adoratione ſoli Deo exhibēdâ
colatur, & adoretur: quæ adoratio la-
triæ dicitur propriè. Vbi vellem be-
neuolum aduertere lectorem, tripli-
cem videlicet eſſe Crucis conſidera-
10 tionem. † Prima Crucis conſideratio
eſt, quatenus eſt ex reliquijs Chriſti,
eius tactu, ac ſanguine cōſecrata: quæ
ſanè conſideratio ſolùm ad eam Cru-
cem pertinet, in qua Chriſtus pepen-
dit, & ad omnes eius partes, etiam ſi
in figura Crucis non ſint. Extendi
etiam poteſt ad clauos, columnam,
ſepulcrum, & alias Chriſti reliquias,
qua ratione dicebat Pſalmographus
Pſal. 131. [Adorabimus in loco, vbi
ſteterunt pedes eius.] Simile quippiā
eſt videre apud Hieronym. 1. tomo
Epiſtol. 17. ad Marcellam, & alibi E-
piſtol. 13. ad Paulin. qui & in epita-
phio Paulæ laudat eam, quòd præſe-
pe adorauerit. Secunda conſideratio
eſt per modum imaginis, quæ potiſsi-
mum locum habet in omni Cruce,
quæ ex permanenti materia confici-
tur. In qua acceptione certum eſt
Crucem, & Cruces etiam adoratio-
11 ne latriæ adorandas eſſe. † Et quo-
niam latria, quæ cultus eſt ſoli Deo
exhibendus, duplex eſt: abſoluta, vi-
delicet, & reſpectiua; dicerem ego,
quod ſi lignum Crucis adoretur, vt
mente & cogitatione coniunctū ipſi
Chriſto, adorandum eſt perfecto &
abſoluto latriæ actu, qui per ſe primò
ad Chriſtum, concomitanter verò, &
quaſi per accidens ad lignum termi-
natur, quomodo ſanctus Thomas lo-
quutus fuit 3. p. quæſt. 25. art. 4. in cor-
pore. Ita Suarez 3. part. quæſtione 25.
diſput. 56. ſectio. 1. §. Dicendum verò.
at ſi hæ reliquiæ adorentur, vt tota
materia adorationis, adoratio qui-
dem erit reſpectiua propter excel-
lentiam Chriſti, minùs tamen per-
fecta, quàm ſit illa, quæ Chriſto pro-
12 pter ſe debetur. † Ex quo difficile
dictum Ambroſij de obitu ad Theo-
doſium, agentis de Helena Con-
ſtantini matre, facilè conciliatur;
qui ſic ait. [Inuenit titulum, Re-
gem adorauit, non lignum, quia
hic Gentilis eſt error; ſed adorauit
illum,

illum, qui pependit in ligno. [Vbi lo-
quitur de perfecta adoratione latriæ
& abſoluta, & de re per ſe primò ado-
rata, non verò negat crucem reſpe-
ctiuè & concomitanter adorari poſ-
ſe, vt ex his, quæ inferiùs ſubdit, appa-
ret. Ac (vt paucis concludam) ad vo-
cis æquiuocationem tollendam, ad-
diderim imaginẽ quamlibet verè ac
propriè adorari, ſeu coadorari ſuo exẽ
13 plari, † & hoc modo vna adoratione
cum ipſo prototypo coli, quod ſanè
habetur in concilio Tridentino ſeſſ.
25. ſub decreto de ſanctis imaginibus
vbi dicitur: [Imagines porro in tem-
plis habendas, & retinendas, eiſque
debitum honorem & reuerentiã im-
pertiendam; non quòd credatur in-
eſſe aliqua in his diuinitas, vel vir-
tus, propter quam ſint colendæ: ſed
quoniam honos, qui eis exhibetur,
refertur ad prototypa, quæ illæ re-
præſentant: vt per imagines quas
oſculamur, & coram quibus caput
aperimus, & procumbimus, Chri-
ſtum adoramus, & Sanctos, quorum
illæ ſimilitudinem gerunt. Ex quo
nonnulli recentiores duo deducunt.
14 Primum, † quòd non dicit Concilium
ſolùm eſſe adorãdas imagines, prout
coniunctæ ſunt exemplari, ſed etiam
prout ſunt ab eo diuiſæ. Ita Suarez 3.
part. quæſtione 25. diſput. 55. ſectio
vltima §. Dicendum eſt. & §. Secũdò
dicitur. Alterum, & illud inſigniter
notandum eſt; nam ſubdens Conci-
lium rationem, ob quam ſunt adorã-
16 dę imagines, annectit, † quoniã honos
qui Imaginibus exhibetur, refertur
ad prototypa, vbi cum negaſſet ima-
gines ob aliquam in ipſis virtutem,
id eſt, excellentiam adorari, oſtendit
hanc eſſe vnicam rationem ipſas ve-
nerandi, quia (ſcilicet) honos illarum
tranſit ad prototypa, & ad exemplar,
quod ſanè intelligit, ſicut in termi-
num ipſius adorationis. Ait enim: [Vt
per imagines, coram quibus procum-
bimus Chriſtum adoremus, & San-
16 ctos.] Quibus verbis imagines facit
terminum genuflexionis, & proſtra-
tionis, ſeu oſculi, vt per illos, & in illis
exemplaria ex corde veneremur, &
oſculum corporaliter infixum imagi-
nibus, ipſis Sanctis, ſeu Chriſto, ani-
mo etiam infigamus. Id etiam patet
ex diffinitione ſeptimæ Synodi, quæ
habetur actione ſeptima. Nam poſt
quàm definijt imagines in templis
honorificè retinendas, ſubdit: [Quo
(ſcilicet) per hanc imaginum picta-
rum inſpectionem, omnes qui con-
templantur, ad prototyporum me-
moriam & recordationem, & deſide-
rium veniant.] Ex quibus luculenter
apparet nõ aliam eſſe imaginis ado-
rationem, quàm eius, cuius ſimilitu-
17 dinem imago gerit. † Vnde Crux
ſanctiſsima, de qua loquimur, & om-
nes Cruces vera latriæ adoratione
adorari debent. Ita Gabriel Vazquez
è Societate Ieſu (cuius hac in parte
opinioni libenter ſubſcribimus) di-
ſertiſsimus veritatis indagator, ac
eius defenſor acerrimus libr. 2. de
adoratione imaginum per totum, &
ſpeciatim cap. 3. diſput. 8. & ſequenti
vbi citat Alexand. de Ales 3. part.
quæſt. 30. memb. 3. art. 8. §. 1. D. Tho.
3. part. quæſt. 25. art. 3. 4. & 5. Albert. in
3. diſt. 9. art. 4. S. Bonauentura ibidem
art. 1. quęſtione 2. & 4. S. Thomas eâ-
dem diſtinct. quæſt. 1. art. 2. Richar.
art. 2. quæſt. 2. & 3. Palud. quæſtione
1. §. Inquirendo. Capreolus ibidem
q. 1. art. 1. Almayn. q. 1. cen. 5. Mayor.
q. 1. de Cruce Chriſti ſpecialiter id
dicit. Marſilius in 3. q. 8. art. 2. dubio 2.
concluſione 3. VValdenſ. tom. 3. cap.
156. nu. 6. Ferrara 3. con. gent. c. 120.
§. circa latriæ adorationem. Soto libr.
2. de iuſtitia. q. 4. art. 2. in fine. Turre-
cremat. in c. venerabiles. de cõſecra-
tione diſ. 3. Antoninus 3. p. tit. 12. c. 9.





§. 4. Turrian. pro canon. Apoſtolorum
c. 25. lib. 3. de dogmaticis characteri-
18 bus, † vbi omnes dicunt imaginem
per ſe non coli, ſed cum exemplari, &
niſi cum exemplari coniungatur, nul-
lius adorationis eſſe capacẽ, ac proin-
de non niſi cum exemplari eſſe co-
lẽdam, & idem Vaſquez 3. lib. diſput.
2. c. 2. vbi probat, qua ratione Chri-
ſti Crux, alięq; reliquię venerãdę atq;
colẽdæ ſint. Nobis ſufficiunt Auguſt.
tract. 36. in Ioann. Gregor. 7. libr. Epi-
ſtolar. ſanctus Leo ſermo. 8. & Cy-
prianus libr. 2. ad Quirinum, cap. 21.
& 22.

Nec parum noſtro fauet inſtituto
illa Ioãnis Ægidij in celeberrima Ca-
thedrali Hiſpalenſi Canonici non
longè ab hac noſtra tempeſtate pu-
19 blica, omnibuſq; ſatis aperta † retra-
ctatio cuiuſdã propoſitionis erroneę,
circa materiam hanc de Crucis ado-
ratione. Aſſerebat enim is Crucem
non eſſe adorandam, quatenus Crux
erat, & per ſe, ſed Deum tantummo-
dò eſſe adorãdum. Quam erroneam
theſim alio nõ minùs erroneo addito
confirmabat, inquiens: Crucem nihil
aliud eſſe, niſi lignum quoddam om-
ni penitus virtute orbatum, ac deſti-
tutum. Quod ſanè non modicam in-
gerebat ſuſpicionem prædictum (vi-
delicet aſſertorem id cõtra cõfeſsio-
nem & Eccleſiæ ritum Crucẽ vene-
rantis cantu illo: [O Crux aue ſpes
vnica] & alio ] Crucem tuam adora-
mus] talia protuliſſe. Quamobrem aſ-
ſertam propoſitionem tanquam hæ-
reticã retractauit, & abiurauit, ſimul-
que & aliã, qua dixerat Deũ eſſe ado-
randũ adoratione latriæ. Crucẽ verò
adoratione dulię, publicè negauit, ac
tanquam hæreticã reiecit. Imò idem
20 Ægidius palam confeſſus eſt, † Cru-
cem ipſam eſſe adorandam eâdẽ ado-
ratione latriæ, qua Chriſtus Dñs ado-
ratur: quoniam (inquit) adoratur vt
id, in quo prototypus repræſentatur.
Et tandem concludit, non eo modo
eſſe imagines adorãdas, ſicut ſcriptu-
ræ & voces memoriam noſtrã exci-
tantes, ſed ideò quia in ipſis imagini-
bus Dei & ſanctorum, Deus & Sancti
repræſentantur, ex quibus ſatis aper-
tè conſtat, quàm ſit conformis noſtra
ſententia fidei Catholicæ.

21 Addi etiam † poteſt tertia Crucis
conſideratio, qua accipitur per modũ
cæremoniæ cuiuſdam, vt quãdo mo-
tu, ſeu alia actione ſucceſsiua nos ip-
ſos, ſeu res alias ſigno Crucis, veluti
quadam ſucceſsiua imagine, ſigna-
mus, vel ſanctificamus: quomodo
Apocal. 14. dicit Ioan. [Habentes no-
men eius, & nomẽ patris eius in fron-
tibus ſuis] id eſt, ſignũ Crucis: & cap.
7. [Nolite nocere terræ & mari, neq;
arboribus, quoaduſque ſignemus ſer-
uos Dei noſtri in frontibus eorum:
quod de Crucis ſigno hac poſteriori
acceptione intelligũt Occumenius,
Beda, Anſelmus, & Rupertus in hunc
locum. Et in hac acceptione non
dubitarem dicere, quòd poſſet ado-
ratione reſpectiua adorari. Ita Suarez
3. par. quæſt. 25. diſput. 56. ſectio. 2. §.
Ex quibus: & ſectione 4. §. vltimo.
Lindanus lib. 4. Panopl. cap. 97. Dio-
nyſ. capit. 4. 5. & 6. de Eccleſiaſt. Hie-
rarch. Iuſtin. lib. quęſtionum à Genti-
bus propoſitarum. q. 118. Tertullian.
lib. 2. ad vxorem, cap. 5. Euſeb. lib. 6.
cap. 43. non obſcurè teſtantur de quo-
libet ſigno Crucis. Nec tamen præ-
22 teribo, hoc eſſe Cruci peculiare, † &
non alijs paſsionis inſtrumentis; nam
apud Chriſtianos Crux ſemper habet
vſum ſacrum; clauus autem, & lãcea,
& aliæ res ſimiles non ad ſignifican-
dum, ſed ad humanos vſus accipiun-
tur.

Sed quoniam Crucis excellentiam
adeò magnificatam, & ad cælum vſq;
euectam nuper depingebamus, libet

tantiſper in recenſendis hæreticorũ
probris & calumnijs immorari ne vi-
deamur aduerſarios ſæuiẽtes in Chri-
ſti Crucem quodammodò ignorare.
Et primùm ſuppono, quòd Crux
partim inter reliquias, partim inter
imagines veneratur; nam Crux illa
vera, in qua Chriſtus pependit, pro-
pter contactum ſacratiſsimi ſui cor-
23 poris,& ſanguinis aſperſi,† inter reli-
quias pretioſiſsimas habenda eſt: at
Crux illa eadem, quatenus figuram
Crucifixi Domini repręſentat,& ſimi
liter cæteræ Cruces inter ſacras ima-
gines numerantur. Ita D. Thom. 3. p.
quæſt. 25. art. 4. & Suarez ibidem Bel-
larmin. libr. 2. de Imaginibus ſancto-
rum cap. 28. 29. & 30.
Hoc ſuppoſito fuit in primis hæ-
24 reſis † Claudij Taurinenſis, qui præ-
ter cæteras imagines Crucem Do-
mini execrabatur, teſte Iona. lib. 1.
quam hęreſim eodem tempore do-
cebant Pauliciani, à quodam Paulo
ſic dicti, teſte Eutymio in Panopl. p.
2. tit. 21.
25 Deinde Petrus Bruis, & Enricus ſi-
militer Crucem & illius cultum op-
pugnauerunt: quos grauiter Petrus
Cluniacenſis Epiſtola ad omnes Epi-
ſcopos reprehendit. His ſubſcripſe-
runt paulò pòſt Bogomiles, idem ijſ-
dem argumentis docentes, teſte Eu-
thymio panopl. p. 2. tit. 23.
26 Nec minus poſtea Crucis honorem
deteſtati ſunt Vvicleffiſtæ apud Tho
mam Vvalden. tom. 3. tit. 20. Caluinus
lib. 1. inſtitut. cap. 11. §. 7. Magdebur-
genſes Centur. 4. col. 302. cap. 6. col.
458. & 450. vbi mentiuntur ſignum
Crucis ſexto ſęculo nouum fuiſſe:
nam Tertullianus lib. de coron. milit.
meminit ſigni Crucis, cum tamẽ flo-
ruerit ſæculo ſecundo: & etiam men-
titi ſunt prædicti hæretici cent. 7. c. 6.
col. 191. dum dicunt Sergium ſummũ
Pontificem fuiſſe autorem primum,
vt Crux adoraretur & exoſculare-
tur. Nam Sergius Papa ſedit annò Do-
mini ſexcenteſimo octogeſimo octa-
uo,& meminit adorationis Crucis,&
exoſculationis Euagrius lib. 4. cap. 26.
meminit Crucis qui ſanè antiquior
eſt Sergio cẽtum annis, meminit etiã
Hieronymus Epiſtol. ad Marcellam
vt migret Bethlehem.
27 Argumenta † Bogomilium & Pe-
tro Bruſsianorum ſunt. Primum Crux
attulit Chriſto dolorem & ignomi-
niam, ergo deteſtanda eſt ijs qui Chri
ſtum diligunt. Secundò, filius qui ama
ret patibulum, in quo ſuſpenſus eſt,
pater ſuus, ſtultus & impius eſſet &
iudicaretur: ergo & Chriſtiani adorã-
tes Crucẽ Chriſti, ſtulti ſunt. Tertiò,
ſi oportet omnes Cruces adorare,
quia Chriſtus in Cruce pependit, er-
go etiam oportebit adorare,& præſe-
pia, & omnes columnas, lanceas, ſpõ-
gias, flagella: imò addit Claudius, om-
nes aſinos, quando quidem Chriſtus
aſino vectus fuit. Claudius verò ſic ar
guit: & erit quartum Argumentum:
Chriſti hoſtes gaudebant de paſsio-
ne Domini,& de Reſurrectione dole-
bant, è regione verò amici de Paſsio-
ne dolebant, de Reſurrectione verò
gaudebant: ergo qui Crucem hono-
rant & amant, imitantur Chriſti ho-
ſtes. Quinto, Vuicleffiſtæ arguũt con
tra Crucẽ in qua pependit Chriſtus,
apud Thomam Vualdenſem ſic: ſi ra-
tione contactus,& vt inſtrumentum
adoratur Crux, ergo etiã labia Iudæ
oſculãtis,& manus illius, qui Chriſto
alapam inflixit, debẽt adorari, nã hæc
omnia tetigerunt Dominũ,& fuerũt
Paſsionis inſtrumenta. Sextò, arguũt
Centuriatores cõtra figuram Crucis:
ſuperſtitioſum eſt characteribus tri-
buere virtutem: at Papiſtæ tribuunt
figurę Crucis vim pellẽdi Dæmones:
ergo ſunt ſuperſtitioſi.
His tamen non obſtantibus, toto
cælo



cælo ij impudentiſsimi hæretici aber-
rarunt. Et vt clarius eorum inſaniæ
28 exterminentur, animaduerto † Cru-
cem ex tribus lignis factã eſſe, quorũ
vnũ erat lignum, cui corpus adhære-
bat, alterum tranſuerſum longo ſu-
perpoſitum, cui affigebantur manus.
Tertium erat infixum in ligno longo
vt in eo pedes crucifixi ſtarent, vt ha-
bet Irenæus lib. 2. cap. 42. Idem Iuſtin.
in dialog. cum Triphone vltra me-
dium.
Sed dubium eſt, vtrùm lignũ lon-
gũ emineret ſupra tranſuerſum. Nam
Beda in quæſt. in Geneſ. de victoria
Abrahæ loquens, dicit, Crucem fuiſ-
ſe ſimilem literæ T. Græcæ. Nos ta-
men cum Auguſt. Epiſtol. 120. c. 2. 6.
dicimus lignum longius eminuiſſe ſu
pra tranſuerſum in modũ ✝. Et cum
29 † Irenæo loco citato,& non obſcurè
liquet ex Paulo ad Epheſ. 3. qui allu-
dens ad Crucis figuram, nominat ſub-
limitatem, profundum, longitudi-
nem, & latitudinem: Quod verò di-
cunt ſimilem fuiſſe literæ T, ve-
rum dicunt, quia parum differebat.
Id verò, quod Beda ſcribit, factam eſ-
ſe ex quatuor generibus lignorum,
ex Cedro, Pino, Cypreſſo, Buxo: &
quod additur in Hiſtoria ſcholaſtica
de ligno eruto ex piſcina Probati-
ca; hęc omnia non habent teſtimonia
veterum, quibus probari valeant,
30 † ſunt tamẽ probabilia. Vide Rober-
tum Bellarmin. de Imaginibus, lib. 2.
cap. 27. fol. 1687. vbi labarum deſcri-
bit.
His omnibus ſic prænotatis, con-
tra iſtos hæreticos probo Crucem, in
qua Chriſtus pependit, eſſe veneran-
31 dã,& honorabilem.† Primo ſic: Chri-
ſtus elegit Crucem, nõ enim caſu fuit
Cruci affixus, nec inuitus, nec pro-
pter ſua peccata, ſed eam ſponte ele-
git, vt altare ſummi ſacrificij, quo
Deus placaretur,& vt ſcalam ſibi ipſi
ad regnum,& vt inſtrumentum libe-
rationis generis humani, ac demum
vt inſtrumentum, quo vinceret Dia-
bolum: ergo ſi Chriſtus illam hono-
rauit, ſignum eſt, debere eam nobis
eſſe honorabilẽ, & amabilem. Quòd
32 † ſponte illam elegerit, patet Ioan.
cap. 10. Nemo tollit eam à me, ſed
ego pono eã: & Actor. 2. Hunc defi-
nito conſilio, & præſcientia Dei tra-
ditum interemiſtis: & Actor. 3. Deus
qui prędnunciauit per os omnium Pro
phetarum pati Chriſtum ſuum, im-
pleuit ſic. Et Actor. 4. cõuenerunt He-
rodes, & Pilatus facere, quæ manus
tua,& cõſiliũ decreuerũt fieri.† Quòd
Crux fuerit ara patet, quia Chriſtus
crucifixus ipſe eſt ſummũ ſacrificium,
vt patet in c. 7. Epiſtolæ ad Hebræos,
& ad Coloſſ. 1. Pacificans per ſangui-
nem Crucis eius, id eſt, per ſanguinẽ
in Cruce, quaſi in altari fuſum: & hoc
ſignificauit lapis euectus à Iacob, &
vocatus domus Dei, Geneſ. 28. quod
etiam in progreſſu huius quæſtionis
33 millies declaratur.† Quod verò fue-
rit ſcala, patet ad Philipp. 2. Mortem
autẽ Crucis. Et ſubdit. Propter quod
Deus exaltauit illum: ergo ſcala, per
quam aſcendit ad ſummam exaltatio-
34 nem Crux ipſa fuit.† Quod verò fue-
rit inſtrumentum liberationis, ſatis
patet ex figuris, quibus ſignificari do-
cuimus ipſam Crucem in ſuperiori-
bus: Et vlteriùs ex Ioanne Damaſcen.
lib. 4. de fide, cap. 12. probatur. nam
lignum vitæ in paradiſo Geneſ. 2. &
Arca lignea Noe domum eius ſaluãs,
apertiſsimè Crucem oſtendunt & ex
cõparatione Dñi, Ioan. c. 3. ſicut Moy-
ſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita
&c. luce clariùs apparet.† Et tandem
quòd Cruce Diabolus deuictus fue-
35 rit, patet ad Coloſſ. 2. Chirographum
decreti tulit de medio, affigens illud
Cruci,

Cruci,exſpolians principatus,&c.vbi
Origen.homi.8.in Ioſue duos dicit af
fixos in Cruce:Chriſtũ(videlicet) vi-
ſibiliter:&diabolum inuiſibiliter,inui
tum,& in ſempiternũ eius opprobriũ:
Et quoniam inferiùs hæc ſatis mani-
feſtè apparebunt, ideò ſuperſedendũ
hîc cenſeo.

36 Tandẽ,vt omnibus modis hoc ma-
neat comprobatum,placet ſeptẽ mi-
racula ipſimet Crucis ligno hoc loco
accõmodare.Ac primùm illud , quod
Procopius lib.2.de bellis Perſicis nar-
rat.Apameæ fuiſſe particulam ſanctæ
Crucis, quã ſibi oſtendi populus vo-
luit , cùm ciuitas diu à Perſis obſeſſa,
iam capienda videretur, vt nimirum
Cruce Domini viſa lętiùs obirent,cũ-
que per Epiſcopos illã ſuſtuliſſet in al
tum,cõſpiciendamq; propoſuiſſet,ter
ex ea maximus ignis latiſsimè efful-
gens in omnes partes, haud tamẽ cõ-
burens eluxit:quo viſo,hoſtes perter
riti obſidionem ſoluerunt.

Præterea Stagni Epiſcopus Bonifa
cius Stephanus ſuperioribus annis
Chriſti ſepulcrũ vetuſtate deforma-
tum reſtaurauit,inuenitque in eo in-
ſtaurãdo, partem quandã Crucis,cui
Chriſtus fuit affixus : eam ſibi reſer-
uauit,ſecumque iter aliò facturus, de-
tulit:Cumque per ignota loca noctu
fortè aberraſſet à via, & quonam ten-
deret ignoraret,inops conſilij protu-
lit illud Crucis lignum eo animo : vt
inde opem ſperaret:& ita ſanè conti-
git . Nam maximus ex eo ſplendor
eluceſcens, omnes procul tenebras
fugauit, totumque iter erranti indi-
cauit.

Inſuper cum percepiſſent Armenij
Antiochiam à Choſroe dirutã fuiſſe,
Epiſcopum Thomam rogarunt vt in
publicũ Crucẽ proferret, quam cun-
cti adorarent in aperto, opemque in
afflictis rebus implorarent.Ille die di-
cta, ſolenni ritu prodiens, Crucem-
que manibus in ſublime prolatam ge
ſtans,circuit ædem ſacram,populo ſe
quente, ac vidente ignis vim magnã
ſubſequi è Cruce Epiſcopum antece
dentem.

In India Orientali circa Gangem
vrbs eſt Illuſtriſsima , quam vocant
Indigenæ Malipurum,noſtri verò S.
Thomæ,quòd in ea ſit S.Thomæ Apo
ſtoli corpus ex parte:vt creditur.Ac-
cidit itaque vt conuenientibus vn-
dique populis ſtatuta die ſacerdos
miſſam diceret.Aderat in altari me-
dio Crux vetuſtiſsima. Ecce autem,
cunctis vidẽtibus,cepit ea Crux gut-
tas quaſdam primò nigreſcentes,de-
inde ſanguineas copioſè emittere,
mox paulatim ſplendeſcere : magiſq;
ac magis fulgorem per omnes tem-
pli partes emittere.Ibi ſacerdos, cæ-
terique vniuerſi pauore tremefacti
exclamare ceperunt, & cum fletu
multo diuinam miſericordiam im-
plorare,donec res reſedit,& ſacerdos
linteis ſacris crucem exterſit.

Nec cõtra inſtitutum erit id quod
refert Euſtachius in vita Eutychij
Patriarchæ Sozopoli ex imagine Vir-
ginis Mariæ,& ſimiliter è Cruce oleũ
manare,pręſens remediũ omni ægro
tationi.

Adde in Indijs Occidentalibus à
Chriſtophoro Columbo in Inſula
ſancti Dominici Crucem defixam ,
quam populi illi nulla vnquam vi
conuellere potuerunt:quocirca, cun
ctis metu perculſis , cepit ea ſic eſſe
venerationi , vt ad Chriſtum ſe con-
tulerint , & illa innumeris miraculis
corruſcarit.

Denique ſub annum 1370.Lituani,
excurſione in Poloniam facta maxi-
mas prædas egêre , & Monaſte-
rium montis Calui diripuerunt : in-
ter alia portionem Crucis Chriſti
auro



auro incluſam aſportabant ; ſed cùm
perueniſſent ad Poloniæ fines , plau-
ſtrum,quo illa vehebatur,nulla vi,ne-
que iumentorum , neque hominum
moueri potuit.

37 Hactenus Crucem Chriſti adoran-
dam, & venerandam eſſe demõſtra-
tum eſt. Reſtat modò de imagine
Crucis aliqua in medium adducere:
de qua etiam affirmo contra prælle-
gatos hæreticos eſſe adorandam , &
venerandã.Quod ſic probatur; Crux
dicitur à Chriſto Domino ſignũ eius
(ideſt) vexillũ Chriſti ; ſi verò vexillũ
Imperatoris milites adorant , vt tra-
dit Sozomenus lib.1.hiſtor. cap.4.er-
go etiam Crux quæ eſt vexillũ Chri-
ſti, multò magis debet adorari. Præ-
terea Crucis ſignum apparet & ap-
parebit in ſublimiori loco , & magis
honorifico,vt patet Matth.24.[Tunc
apparebit ſignum filij hominis in cæ-
lo:]& ex illo Eccleſiæ cantu: Hoc ſi-
gnum erit in cælo , cùm Dominus ad
iudicandum venerit; apparet igitur
in cælo : ergo venerabile eſt , ex quo
ſibi venerabilem locum vẽdicat. In-
ſuper Imago Crucis geſtatur ab An-
gelis , vt docet Auguſtinus Epiſtola
130. & præterea ſplendebit clariùs
38 Sole ; ergo venerabilis eſt.† Quod ſit
clarior Sole , patet ex Auguſtino , &
Chryſoſtomo in cap. 24. Matth. quia
tunc apparebit ; & conſpicietur ab
omnibus, quãdo Sol & Luna, & Stel-
læ obſcuratæ fuerint , vt patet ex
Matth.loco allegato:ergo clarior eſt;
ergo venerabilior.

Secundò principaliter patet ex
Concilijs : nam Synodus VI. Canon.
73.Synodus VII. actio. vltima, & Sy-
nodus VIII. actione vltima, plures
ediderunt Canones de veneratione
imaginis Crucis. Tertiò ex autorita-
te Iuſtini in Apolog. 2. Signa (inquit)
quæ apud nos ſunt huius rei, ſcilicet,
Crucis,virtutem declarant. Tertul-
lian.in Apolog.cap.16.obiectioni Gẽ-
tilium reſpondens de Crucis ligneæ
adoratione, id nõ obſcurè indicat. Et
Minutius in Octauio idem docet, ex
quibus apparet etiam ante Crucis in-
uentionem Chriſtianos ſolitos eſſe
Crucis adorare imaginem.

Præterea Conſtantinus Magnus,
inſignis Crucis defenſor,& anteſigna
nus,vt conſtat ex Euſeb.lib. 9. cap.9.
Hiſtoriæ,& lib. 1. de vita Conſtanti-
ni , labarum in formam Crucis rede-
39 git: † quoniam verò labarum adora-
batur, nunquam Conſtantinus Cru-
cem labaro appoſuiſſet,ſi putaſſet eſ-
ſe idololatriã, venerari imaginẽ Cru-
cis. Vbi aduertit Sozomenus lib. 1.
cap.4.Hiſtor. ideò Conſtantinũ ver-
tiſſe labarum in Crucem , vt milites
40 Crucẽ venerari aſſueſcerent.Fecit †
ad hoc,quòd Conſtatinus ſtatuæ ſuæ
Crucem in manu dextera iuſsit appo
ni cum his verbis:Hoc vno veræ for-
titudinis ſigno vrbem veſtram libe-
41 raui. Præterea † cauit idem Impera-
tor, ne deinceps facinoroſi Cruci af-
figerẽtur , vt non eſſet Crux ampliùs
horrori , vt docet Sozomenus libr.1.
cap.8.& Auguſtin.18. ſerm.de verbo
42 Domini. Tandem in monetis excudi
iuſsit Crucis figuram , Crucis pieta-
tem imitatus Theodoſius , prohibuit
ne Crux humi ſculperetur , vt habe-
tur lib.1. Codicis,ti.8.l.cum ſit nobis.

43 Inſuper Theodoſium ſequutus Ar-
chadius eius filius,auream monetam
cum Crucis ſigno cudi iuſsit , teſte
Proſpero de prædicationibus & pro-
miſſ.part.3.cap.34.

Et vt ſciant hi hæretici nos non
colere ligna , audiant Athanaſium
quæſt.16.ad Antiochum,qui reddens
44 † cauſam , cur Chriſtiani potius ado-
rent Crucis imagines, quàm lanceæ,
vel ſpongiæ,quia videlicet,ſi ethnici
dicant nos colere ligna,mox duobus
lignis Crucis diſiunctis,figuram Cru-
cis

cis deſtruimus nec amplius veneramur.

Quartò, id comprobatur ab appari-
45 tionibus Crucis. † Nam omiſſa apparitione Conſtantino facta (de qua inferiùs) non minimam affert admirationem Crux illa, quæ apparuit lucidiſsima ſupra montem Olıueti tempore Conſtantij Imperatoris, vt enarrat Cyrillus Hieroſolimit. Epiſtola ad Conſtantium. Secundò, etiam quo tēpore Iudæi in dedecus Crucifixi iuſſu Iuliani volebant extruere templū Hieroſolimis, apparuit circulus in aere lucidus Crucem ambiens ſplendidiſsimam. Tertiò, etiam tempore Archadij gerentis bellum in Perſas, & tandem victoris, etiam apparuit, vt ait Proſper lib. de promiſsio. diuin. p. 3. cap. 34.

Alias apparitiones, & miracula Crucis efficacia effecta inferiùs adducētur.

46 Tandem efficitur ita argumentum: ſigna rerum ſanctarum ſunt venerabilia, vt patuit: iam ergo quælibet Crux, quia gerit imaginem Crucifixi, ideſt, Chriſti in ipſo redēptionis opere occupati, venerari debet.

47 Sed vt nihil † intactū maneat, modò dico de ſigno crucis, quod eſt venerabile, tam illud quā quod in frōte vel in aere depingitur, vel ſuper quaſcūque res digitò exprimitur. Hoc probatur ex locis ſacrę ſcripturæ inferiùs adducendis in fine huius quęſtionis; quę vide: ſat ſit illud in præſenti annotare quòd Iacob. Gen. 48. cùm cancellatis manibus benedixit filijs Ioſeph, ſignificauit fore aliquādo tēpus, quo benedictiones ſigno crucis fierent. Vide Bellarmin. lib. 2. de Imagin. cap. 29. per totum. Id probatur etiam ex miraculis inferius dicendis, ex quibus non obſcurè deducitur virtus ſigni Crucis Chriſti.

48 Nec erit abs re in medium adduci.

cere terręmotum totius Orbis circa annū ſalutis 365. qui poſt Iuliani mortem accidit, maria namque egreſſa ſunt terminos ſuos, & quaſi rurſus Deus Diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta delatæ montium pependerunt. Quod cùm viderent Epidauritani, frementes (ſcilicet) fluctus, & vndarum moles & montes gurgitum litoribus inferri verentes, quod iam eueniſſe cernebant, ne oppidum funditus ſuberteretur, ingreſsi ſunt ad Hilarionem, & quaſi ad prælium proficiſcentes, poſuerunt eum in littore: qui cum tria Crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo, manuſque cōtra extendiſſet, incredibile dictu eſt, in quantam altitudinem intumeſcens mare ante eū ſteterit, ac diu fremens & quaſi ad obicem indignās, paulatim in ſemetipſum relapſum ſit.

Adde, quòd tempore Gregorij magni peſtilentiæ lues inaudita inuaſerat mortales, vt oſcitantes ſaltem ſtatim interirent. Propter quod oſcitantes tantùm & ſe alios repente ſigno Crucis munire cepêre.

Prętera Rutheni, quoties ſe ſigno Crucis muniunt, id manu dextra ſic faciunt, vt frontem primùm, deinde pectus, mox dexteram, ac demum ſiniſtram pectoris partem pugnis in formam Crucis tangant. Quòd ſi quis aliter ſe ſigno Crucis munierit, hunc velut hæreticum obiurgant.

Et non parum noſtri ſanctiſsimi ſigni dignitatem commendat illud de Choſroe rege Perſarū, qui cum Baza ſeditioſo Duce congreſſus, eum profligauit, qui ex Bazę fœderatis Turcicæ nationis erant, eos ad Mauricium Imperatorem (cuius auxilio regnum recuperarat) miſit: quorum multi Cruces in frontibus gerebant, compactis ſupercilijs in Crucis modum, infuſoque atramēto. Crucis rei quęſita cauſa,



ſa reſponderunt, ſuperiori tempore, cùm Turcarum gens fame periclitaretur, à Chriſtiano quodam monitos nullum ex ijs qui Cruce frōtes ſignaſſent, fame periturum.

Hactenus de Cruce Chriſti Domini, & de eius Imagine, & ſigno ſatis probatum manet, debere venerari, contra rabiem hæreticorum. Iam argumentis quibus hæretici ſuas fulciunt hæreſes, ſatisfaciendum eſt.

49 Ad primum reſpōdeo, quòd Crux ea ratione, qua attulit dolorem & ignominiam Chriſto Domino, execrāda eſt: at verò quatenus attulit lætitiam & gloriam propter deuictū Diabolum, genuſque humanum redemptum, adamanda & veneranda eſt: ſiquidem gloria & lætitia tanta fuit, vt abſorbuerit priorem ignominiam & dolorem.

Ad ſecundum reſpondeo, impium eſſe filium, qui patibulum patris amaret: ſed non ſequitur, ergo & Chriſtiani ſunt impij, amantes id in quo Chriſtus paſſus eſt: negandam puto illationem, eſt enim longè diuerſa ratio. Nā pater ſuſpenſus ſuſpenditur culpa ſua vera, aut probata: & ſic inuitus patitur, & præterea nihil in morte lucratur. At verò Chriſtus non ſua culpa eſt paſſus, vt etiam Pilatus teſtatur, dicens ſe nullam mortis cauſam in-
50 ueniſſe in Chriſto Domino. † Præterea voluntariè, & non inuitus paſſus eſt, potuit enim ſe liberare à Iudæis, vt clarè liquet ex eo, quòd dicendo [Ego ſum] inimici eius ceciderūt. Ioā. 18. Denique Chriſtus plurima bona retulit ex morte, ſiquidem deſtruxit mortem, & alia quæ ſuperiùs enumerauimus.

Ad tertium, omiſſa ſolutione Bellarmini libr. 2. de Imagin. cap. 30. ad quartum dico cum Doctiſsimo Patre Vazquez, viro eruditiſsimo è Societate Ieſu libr. 3. de adoratione, diſp. 3 cap. 6. in fine ſolutionis ad ſecundum, quòd ratio, ob quam Crux per ſe depicta aut ſculpta, & ex lignis compoſita populo adoranda proponitur, non verò ſpongia, lancea, præſepia, & alia ea eſt, quia cùm ſignum Crucis per ſe ad alium vſum, quàm adorationis, ex more non conſtituatur, ſtatim viſum facilè in ipſum Chriſtum animum cōuertit, at verò alia commemorata in argumento non ita facilè Chriſtum omnibus repræſentant: Ideoq; per ſe adoranda publicè non proponuntur:
51 † ſimul tamen cum Cruce omnia cōſueuerunt depingi, & publicè adoranda proponi, quia ſimul cum Cruce facilè in nobis memoriam Chriſti excitant, & affectum mouent. Ad id verò, quòd Claudius canis rabidus & mordēs ſubdit, dico quòd aſinus quo Chriſtus vehebatur, ſi adorari poteſt, ratione cōtactus id fieri poteſt tantùm, quod ſi reuerenter colendus non eſt, id ratione ſcandali fieri debet, ne videamur brutis honorem impendere.
52 † Quare reſoluo omnia ſupradicta poſſe adorari in memoriam Chriſti, vbi non eſſet ſcandalum, nec quis de ſe prauam opinionem generaret, ſiquidem vulgus videns quæuis præſepia, lanceas, ſpinas, & alia adorari ſcandalizaretur, & prauam conciperet opinionem.

Ad quartum reſpondeo, quòd diuerſimodè gaudet inimici atque nos. Gaudent inimici de ignominia Chri-
53 ſto illata, † Nos verò gaudemus de triumpho eius, de quo & ipſe Chriſtus gaudet, quin & nos nouimus Chriſto patienti eſſe compatiendū.

Ad quintū reſpōdet Thomas Vualdēſis tom. 3. tit. 13. c. 160. quod nudus tactus cum Chriſto, aut alio Sancto non eſt ſufficiens ratio, & cauſa vt aliquid venerari poſsimus: ſed oportet tactum innoxium fuiſſe. Quare labia Iudæ, & manus illius, qui Chriſto inflixit

ſlixit alapam, non ſunt adoranda. Et
reddunt rationem recentiores, quia
quoties tactus noxius eſt, labium, vel
illud quod tetigit, eſt pars alicuius
hominis impij, qualis fuit Iudas: quare
ſi illa adorarētur, etiam impius homo
adoraretur, vt Iudas coleretur; quod
abſurdum non ſequitur, quando illud
quod tetigit eſt res inanima, aut
ſanctè aut purè tetigit.

Sed hæc ratio ſolùm probat labia
Iudæ non eſſe publicè adoranda: fa-
cilè enim quis id videns, putaret Iu-
54 dam adorari. † Nihil tamen obſtat,
55 quo minùs † labia Iudæ, & alia, pu-
tà, manus percutientes Saluatorem,
quæ iniuſtè Chriſtum tetigerunt, ali-
quis ſincera fide, & recta intentione
affectus, & animum in Chriſtum in-
tendens, reuerenter oſculetur: ſicque
manet ſatis probatum tam Crucem,
quàm cruces, & ſigna crucis eſſe ve-
neranda.

Ad vltimum reſpondeo, quòd vti
alijs characteribus eſt ſuperſtitioſum,
quoniam non ſunt ſigna diuinitus in-
56 ſtituta: at † vero Crux, & ſignū Cru-
cis, licet ex virtute naturali non ope-
retur mirabilia, tamen ea operatur vt
ſignum à Deo inſtitutum.

## *Crucis deuotio ex ſignis & miraculis eius interceſſione patratis commendatur.*

## *CAP.* IX.

### SVMMARIVM.

1 *Miracula virtute Crucis effecta, eius virtutem detegunt.*
2 *Crucis ſigno portæ aperiuntur.*
3 *Crucis ſigno catenæ franguntur.*
4 *Crucis ſigno aqua in vinum nobile cōmutatur.*
5 *Crucis ſigno fons eructat, & nu. 6.*
6 *Crucis laudes, & encomia multa.*
7 *Crux flammas ſedat.*
8 *Crux Leones fugat.*
9 *Cruce morbi ſanantur.*
10 *Crucis ſe ſigno ſignare, vetuſtiſsimum apud Chriſtianos.*
11 *Signi crucis myſterium, & vtilitas.*
12 *Fides Trinitatis neceſſaria fidelibus.*
13 *Crux myſteria fidei continet.*
14 *Pater in diuinis fons Trinitatis.*
15 *Filio in diuinis proprium eſt generari.*
16 *Spiritus ſanctus non genitus, ſed procedens.*
17 *Trinitatis opera ad extra ſunt indiuiſa.*
18 *Modus ſignandi ſigno crucis deſcribitur, & explicatur.*
19 *A Cruce omnes actiones Chriſtianorum debent exordiri, & numer. 21. & 48.*
20 *Crucis ſigno ſe ſignare ſaluberrimum, & nu. 23. 24. & 27.*
21 *Cruces quare in itineribus eriguntur.*
22 *Cruces Ægyptij ſigna diuini cultus in eo recipiendi.*
25 *Crucis variæ figuræ in ſacra Scriptura.*
26 *Crucis ſignum in omnibus Sacramentis adhibetur.*
28 *Crux fugat Dæmones, & numer. 30. & 46.*
29 *Crux clauis cælorum dicitur.*
30 *Iudæus ſigno Crucis dæmones fugauit.*
31 *Crucis virtutem dæmones ſentiunt, & nu. 33.*
34 *Crucis encomium.*
35 *Antichriſtus Crucem iubebit auferri.*
36 *Crux prauos motus cordis ſedat.*
37 *Crux fiduciam & ſpem exigit.*
38 *Crux cur in turribus ponatur.*
39 *Pulchra ſimilitudo Crucis.*
40 *Crux ſignum victoriæ.*
41 *Prudentij carmen de cruce.*





42 *Crux morituris proponitur.*
43 *Chriſtus labores efficit diuinos.*
44 *Crux quare non ſculpenda in pauimento, & quibus pœnis id caueatur.*
45 *Miraculum inſigne Crucis in pauimento depictæ.*
47 *Chriſtus modum ſignandi inſtituit.*
49 *In Cruce præſtatur iuramentum à reis.*
50 *Inquiſitores delegati Apoſtolici.*
51 *Crucis inſcriptio.*
52 *Crux ſæpe occulta detegit.*
53 *Crux arx munitiſsima.*
54 *Cruce debellantur hæretici.*

ENIMVERO quanquam ſanctæ
Crucis præſtantiā
ex nuper à nobis
dictis ſatis, & (vt
par eſt) diffuſè, la-
teque commēda-
uerimus: quia tamen, vt Apoſtolus
teſtatur, Iudæi ſigna petunt, ac ſubin-
de ſuorum errorum ſectatores, qui
quatenus Crucis excellentiam euer-
tere ſtudent, eis palàm arridere vi-
dentur; è re eſſe exiſtimauimus, ve-
tuſtiorum Philoſophorum more, ex
effectis cauſarum arcana venari, vt
1 Ariſtotel. ait† Crucíſque virtutem, ac
quaſi deificam efficaciam ex effectis,
& miraculis eius virtute patratis prę-
dicare, eiuſque amplitudinem com-
mendare. Ea enim quæ ſuboſcura, &
abſoluta in cauſæ radicibus cōtinen-
tur, ſubita effectus inquiſitione clare
ſcunt, vt Paulus ad Romanos 1. teſta-
tur, dū ait: [Inuiſibilia Dei per ea quę
facta ſunt, à creatura mundi intelle-
cta conſpiciuntur;] vbi addit: [ſempi-
terna quoq; eius virtus, & diuinitas.
Quibus ita præiactis, non erit extra
chorum ſaltare, ex innumeris huius
ſigni ſacratiſsimi miraculis, ſelectiora
quædā ac non prętereunda attexere.

Et primùm quidem Crucis inclyta
virtus ſatis commendatur, ex quo
D. Iſaacius (vt Metaphraſtes refert)
dum clauſam molem oſtij Conſtan-
tinopolitani conſpiceret, adhibito
2 †ſigno Crucis, illicò aperiebatur. Cui
haud diſsimile videtur, quod B. Ger-
mano, Pariſienſi Antiſtiti contigerat.
Is quidem dum ſanctorum Geruaſij
& Protaſij templum inuiſere vellet,
parum aut nihil claues curans, ſed ſi-
gno Crucis ſatis contentus, portæ
ſubitò ei patent. Idem ferè Diuo Ioā-
nicio Abbati Bulgariæ contigit, dum
Romanos captos tenebroſo manci-
patos carceri, cateniſq; ac compedi-
bus vinctos contemplaretur; ex quo
3 talia † ſigno Crucis obſignat, catenæ
franguntur, compedes exterminan-
tur, & portæ ferreæ carceris pādū-
tur. Nec tamen Balduinum Bohemiæ
Ducem ſilētio contegam: hic ingen-
ti ſiti afflictus, ſpecus ſancti Procopij
Benedictini ordinis, laſſus ac fatiga-
tus appulit, cui cum Procopius tan-
tillo aquæ ſuccurrere tantùm poſſet,
pietate cōmotus, ſigno Crucis aquæ
4 benedicēs† in generoſum ac nobile
vinum transfudit, quo pretioſior vn-
quam nec Imperatori, ipſo Duce af-
firmante, apponeretur. Præterea
non ſatis miror Macharium, Antio-
chiæ Patriarcham: huic quidem per
deſerta loca iter agenti, potumque
deſiderāti, nec foſſam terram hume-
5 ctare videnti, †tactu Crucis fons lim-
pidiſsimus fuit oblatus, hactenus
fluens Petrum Apoſtolorum Princi-
pem imitatus, qui vinctus Romę, car-
ceriq; horrendo deſignatus, ex quo
6 Cruce † carceris ſolū ſignauit, ſtatim
fons aquam eructans, in quo ſacro ba-
ptiſmate ſeptem & quadraginta viri
abluti ſunt, omnium admiratione na-
tus eſt, vt Surius in vita ſanctorum
7 Proceſsi & Martiniani ſcripſit. † Crux
in Dei moneta ſeu numiſmate, ima-

go regis cælorum.Crux aurea,quę ad omnia valet, vt dixit Apoſtolus 1. Timoth. 4. Crux aqua lauandis inſtar fluminis inundantis ad extinguendum peccata. Crux in liquoribus oleum,vt ſonat eius nomen Græcum ἐλαιὸν, quod latinè ad miſericordiã accedit. In arboribus oliuæ,quæ in amaritudinẽ corticis,in pabulũ luminis, in medicinã vulneris,in refectionem cõſurgit ſatietatis. Crux medicamẽtum vulnerũ,corporalium & ſpiritualium conſolatio;corporaliũ affectionũ lumen gratiæ indigẽtibus miſſum, in coloribus miniũ,in lapidib9 Heliotropion(color eſt quidẽ viridiſsimus,ſed ſtellis & guttis ſanguineis aſperſus)vt dixit Iſai. 63.[Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimẽta mea;] ipſa vinũ virtutis; in medicinalibus confectionibus vnguẽtum ſuauiſsimum. Crux aurea lamina, qua antiquitus figurabatur ſacratius ornamentum. Crux inæſtimabile ſignum eſt, admirabilis virtus eſt. Crux ſpes Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum,cæcorũ Dux, claudorum baculus,deſtructio ſuperborum,conſolatio pauperum,ſuſtentatio inopum; ſpes deſperatorum. Crux Regum magnificẽtia, ſacerdotum gloria. Crucẽ (vt paucis concludamus)ad procellam maris, eiuſq; fluctuantes vndas ſedandas, fluminumque inundationes pacandas impenſè conferre,Surius lib.4. capit. 3. & Pater Franciſcus Antonius Societatis Ieſu Cæſareæque Maieſtatis confeſſarius lib 4.quamplurimis demonſtrant exemplis. Crux ignis graſſantes flammas extinguit; cuius muniti præſidio Pontianus per ardentes prunas,glorioſique Chriſti Martyres Tiburcius ac Dionyſius Areopagita per incenſam fornacem impunè trãſilierunt. Cruce ſerpentum morſus vitantur, aſpidum aculei contemnuntur, virus draconum non formidatur. Tigridum immanitas vincitur, canum rabies ſuperatur.Hæc Diuus Ioannes Chryſoſtomus.Hæc rugientem,ac in homines ſæuientem leonem interemit.Hac Margarita virgo immanem trucemq; draconem, omnia ſibi ob-
8 uia dilaniantem,† facillimè in fugam coniecit. Huius verò ſacratiſsimi ſigni virtute quantæ victoriæ cõſecu-
9 tæ?quãti † lethales morbi ſanati?quãti ſurdi,paralytici, muti,cæci, alijque diuerſis morbis correpti, priſtinæ ſanitati reſtituti ſint, ſuperuacaneum eſt commemorare,cum horum pleni, refertique ſint libri. Huius tandem efficacia tam innumera miracula patrata ſunt, vt nec hominum memoriã, nec librorum immenſis voluminibus, ne dum enarrando recenſeri, ſed nec attingi valeant,cum non alio antidoto,nullo alio adhibito medicamine,quàm ſigno Crucis,tot miracula ſancti perfecerint. Sed ne propoſito noſtro minùs idoneam,longiorem tamen aſcriptionem tãtæ rei magnitudini afferre videamur,qui plura de Crucis dignitate atque miraculis videre cupit, videat apud Gregorium lib.1.Dialog.cap.3. Grego. Turonen. lib. de vita Patrum,cap.5.

Sed quid mirum tot,tãtaq; miracula Crucis ſigno fuiſſe patrata, in qua Chriſtus Redemptor mundi pependit,qua omnes ſalutem ac vitam fuimus conſequuti? qua ratione in Eccleſia Dei ab eius incunabilis in ſummo honore ac veneratione habita fuit,non ſolùm lignum ipſum Dominicæ Crucis & Archetypus, ſed omnis ipſius figura atq; imago.Vnde profecta illa videtur conſuetudo, quam in hunc vſq; diem ſanctè Chriſti fi-
10 deles obſeruãt, † cum ſe paſsim Crucis ſigno premuniunt,omneſque ferè præſertim inſignes actus ab hoc munimine auſpicantur. In quo duo mihi videntur eſſe penſanda, myſterium

rium



rium (ſcilicet) & vtilitas:de myſterio namq; videtur Apoſtolus eſſe loquutus ad Ephe.3. dicẽs: [Vt poſsitis cõprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo,& lõgitudo,& ſublimitas,& profundum]teſte D. Auguſtino in Epiſtola 112. ad Paulinum cap.13.& Epiſtola 120. ad Honoratũ, capit.26. Et D. Gregorio Nyſſeno in Catechum. capit. 32. & B. Cypriano in ſermone de Paſsione Domini.Hoc namque ſigno, quaſi in ſumma atque epitome, Chriſtianis proponuntur, quæ toto Apoſtolorum Symbolo cõtinentur: ea (ſcilicet) omnia, quæ ab omnibus Chriſto promerentibus explicitè aut ſaltem implicitè credi neceſſum eſt, quæ omnia Apoſtolorum Symbolo cõprehendi Archidiaconus in c. Canones. 15. diſt.& D.Tho. 2.2. quæſt. 2.art.5.teſtãtur. Quia enim ſi-
11 ne expreſſa fide † ſanctiſsimæ Trinitatis,Incarnationis,& Paſsionis Chriſti, remiſsionis peccatorũ, & vitæ æternæ, nemo Chriſtianorum matriculæ adſcribi poteſt, Apoſtoli fidei Symbolum compoſuerunt, quod eorum nomine nuncupatur,eoque omnia fidei noſtræ dogmata neceſſaria contulerunt,prout teſtantur D.Clemẽs Papa in Epiſtola 1.& ſermone de traditione Symboli. Ambroſ.Epiſto.81.Hierony.in Epiſtol. ad Machium contra errores Ioannis Hieroſolimit. B. Irenæus lib. 1.contra hæreſes, cap. 2. & lib.3. cap. 4. & Leo Papa ſerm.11. de Paſsione Domini, & Epiſtola 13. ad Pulcheriam Auguſtam; & Ruffinus Aquileienſis in expoſit. Symboli ad Laurentium.Quoniam autem plures Chriſtiani, vel memoriæ tarditate, vel temporum anguſtijs circumſcripti,Symbolum Apoſtolorum memorię commendare impediebantur,ſpiritus Sanctus per Apoſtolos eorum infirmitati proſpiciens, ſacroſanctæ Crucis ſignaculũ inſtituit, quod ſanctiſsimæ Trinitatis, Incarnationis, & Paſsionis Dominicæ,remiſsionis pec-
13 catorum,† vitæ æternæ,aliorumq; fidei Catholicæ myſteriorum ſpeciem adumbraret. Cùm enim dicimus:In nomine Patris;vnũ nomen, vnam virtutem, vnã diuinitatem ſanctiſsimæ
14 Trinitatis ſignificamus.† Nomen Patris in fronte,illũ eſſe declarat in Trinitate Diuina fontẽ atq; principium, cui proprium eſt,eſſe ingenitum,& à quo Filius generatur; à quibus Spiritus ſanctus procedit.Filius circa ven-
15 trem collocatur,vt intelligamus† ſolius filij proprium eſſe in diuina Triade generari,eumq; in puriſsima Deiparæ viſcera à Patre miſſum, in medium terræ proſiliſſe. Spiritus ſanctus medium obtinet locum,tãquam quoddã charitatis vinculũ inter Patrem & Filium, mediũq; amoris, quo filius charitate mirabili; miſericordiaq; pediſſequa humanam naturam in perſona vnitam aſſumpſit. Poſteriori tamen loco ſanctus Spiritus collocatur,quia tertia eſt in Deitate perſona, procedens à Patre & filio tam arctiſsimo vinculo colligatis, vt non ab hoc,aut ab illo: ſed ab vtroq; procedat quaſi ab vno ſuæ proceſsionis
16 principio:naturã nõ genitus,† ſed procedens,vt magis propriè ac ſignificanter dicatur, vt dicit Athan. in Symb. de quo plura felici ſtylo, eaq; diligẽti obſeruatione digna tradunt noſtrates Theologi Neoterici prima parte. Signamur autem ſigno Crucis, vel tota manu,hoc eſt,quinq; digitis, ob myſterium ſanctiſsimæ Trinitatis ſi-
17 gnificandum, quatenus † opera eius ad extra ſunt indiuiſa; in Paſsione Chriſti humanã ſalutem operata eſt.
18 † Vel duobus digitis coniunctis,duas in vna hypoſtaſi Chriſti eſſe naturas cõtra Monophiſtas, Eutychen Conſtantinopolitanum, & Dioſcorum, ineptiſsimos hæreticos,quos D.Tho.

3.par.q.2.art.1. in corpore multis cõ-
uictos tandẽ omittit. Hi enim vt vni-
cam in Chriſto docerent eſſe natu-
ram, vnico digito ſignum Crucis ef-
formari volebant, vt autor eſt Nice-
pho. Calixti libr.18.Eccleſ.Hiſt.c.53.
Quòd verò à ſiniſtra in dexterã cor-
poris partem Crucis brachium effin-
gamus,oſtendit Paſsionis Chriſti ef-
fectum,qua ex latere ſiniſtro trãſlati
ſumus ad dexterũ, nempe ex hœdis
facti vituli,ex inimicis amici Dei, ex
reis æternæ damnationis, perẽnis vi-
tæ,& Chriſti gloriæ coheredes,iuxta
illud Pauli. [ Heredes quidem Dei,
coheredes autem Chriſti.]

Huius verò ſacroſancti ſignaculi
vtilitates quantæ ſint,longum nimis,
& è re parum eſſet in præſenti com-
memorare. De quibus præter alios
ſua pijſsima eruditione quinquagin-
ta capita ſcripſit Chryſoſt.quę curio-
ſus lector perluſtrare poterit. Vnum
illud eſt dignum quod omnibus Chri
ſti fidelibus Chriſtiano commende-
19 mus affectu, † vt omnes Chriſtianos
actus, omnes etiam externas opera-
tiones ab hoc Crucis munimine au-
ſpicemur,ad quod ſatis hortatur Am-
broſius ſermone 43.& 90.Nec non &
Hieron. Epiſtol. ad Demetriadem §.
claudas cubiculũ, & ad Euſtochium.
§.ad omnem inceſſum. Eo namq; di-
uinum auxilium imploratur,operatio
quoq; futura ſanctiſsimę commenda-
tur Trinitati,Deus illi rogatur adeſſe,
S.Trinitatis intercedente maieſtate.
Rogatur perſignando Pater æternus,
ei filij ſui vnigeniti Incarnationem,
Paſsionem, & infinita merita offerẽ-
do,vt ea quę inſtituitur actio,vel ope
ratio ab illo ſemper incipiat, & ad il-
lius gloriam finiatur. Offerimus de-
mum nos, noſtraq; omnia Deo ; hoc
ſanctiſsimo ſigno nos perſignãdo,ad-
uerſuſq; hoſtis offendicula atq; vene-
20 noſa iacula communimur.†Quod fit;
vt nihil ſit ſalubrius vniuerſis Chri-
ſti cultoribus,quàm Crucis ſignaculo
inſigniri, vt Auguſt. ait in libr. ex di-
ctis Baſilij,cuius verba trãſpoſita ſunt
in cap. Eccleſiaſticorum 11. diſtinct.
Quamobrem nemo non debet Chri-
ſtianus in omnibus actibus quos in-
choet, ſe hoc inclyto Crucis ſtigma-
te præmunire:quod & Paulus nos ad-
monet 1. Corinth. 10. dicens.[Siue
manducetis , ſiue bibatis, ſiue aliud
quid faciatis , omnia in gloriã Dei fa-
cite,]& 3.ad Coloſſ.17.Omne quod-
cumque facitis in verbo aut in ope-
re , omnia in nomine Domini Ieſu
Chriſti, gratias agentes Deo per ip-
ſum.Hinc pijſsima illa Chriſtianorum
21 conſuetudo,†Gentium æmulatione,
qui in itineribus Mercurij ſimulacra
erigebant , orta videtur : cum biuia,
terminos, confinia, ac ciuitates ipſas
Crucibus communiunt:quod & Eſa-
ias Propheta diuino vaticinio præfa-
tus eſt 19. cap. [ In die illa erit altare
Domini in medio terræ Ægypti, &
titulus Domini iuxta terminum eius,
& erit in ſignum , & in teſtimonium
Domino exercituũ in terra Ægypti]
hoc eſt Meſsiæ temporibus erigen-
tur altaria in Eccleſijs Ægyptiorum,
22 & Cruces in vijs † & finibus Ægypti
conſtituentur in ſignum Diuini cul-
tus in Ægypto recepti : quod rectè
tradit B.Auguſtinus tract.36.in Ioan.
& Pſalm.36.& Cyrillus lib.6. in Iulia-
num,& Ruffin. lib. 2. cap.29. Quam-
obrem non tantum miror (licet illud
ſit admiratione dignisſimum ) quod
Marſilius Ficinus de vita cælitus cõ-
paranda ſcriptis conſignauit,veteres
Magos dixiſſe Crucis ſignum viuifi-
23 cum ac ſalutare † eſſe.Nam & Euſeb.
lib. 11.cap.29.& Nicephorus lib. 12.
capit.26. valdè notanter referunt,&
Ruffinus lib. Hiſtor.2.capit. 29. inter
Ægyptiorum Hieroglyphica Crucis
eſſe figuram , quæ venturam ſalutem
ſigni-



ſignificabant, eorumque idola vſque
ad Crucis futura tempora , nec am-
pliùs duratura. Nec præterire volo,
quod D.Ambroſ. ſer.65. docet, Cru-
cis figuram naturaliter eſſe ſalutarẽ,
24 †nam aues nunquam volarẽt, niſi ex
panſis alis Crucis figuram imitaren-
tur , & niſi ex malo, & antenna Crux
25 fieret,nauis minimè moueretur.†Sic
& in ſcriptura ſacra(quæ horum Cru
cis myſteriorum referta, plenaq; eſt)
legitur Exod. 12. præceptum à Deo
accepiſſe filios Iſrael , vt de ſanguine
Agni domorum poſtes linirent ; ad
modum T. literæ, quæ Crucis adum-
bratio quædam eſt ; teſte D. Cypria-
no lib.1. aduerſus Demetrianum , &
Auguſt. lib.6. de Catechizan. rudib.
c.20.Et in Ezechiel. legitur , cùm ei
ſex viri vaſa in manibus habẽtes ap-
paruiſſent, & quidam in medio eo-
rum habens atramentum ad renes,
Dominum ad eum dixiſſe : ſigna Tau
in frontibus gementium & dolen-
tium. Quæ quidem nihil magis præ-
figurabant,quàm in lege gratiæ ; ne-
minem vitam æternam conſequutu-
rum , niſi qui venerando Crucis ſi-
gno fuerit conſignatus,hoc eſt Chri-
ſti Crucifixi ſanguine ablutus & de-
linitus, iuxta illa quæ apud Ioannem
capit. referuntur , Saluatoris verba
[Niſi quis renatus fuerit ex aqua &
Spiritu ſancto,non intrabit in Regnũ
cælorum:]quod dicebat Hieronym.
Epiſtola 1. ad Heliodorum. Hinc fit,
26 † quòd in ſacramentis omnibus , eo-
rumq; adminiſtratione Crucis ſigna-
cula adhibeantur,nam ſine Cruce ait
Auguſtin.ſer.19. de Sanct. quidquam
ſanctificatur , vt intelligamus omnia
quæcumque petuntur , virtute Cru-
cifixi nobis eſſe donata.Cuius & me-
minit Auguſtinus ipſe ſermon. 181.
de tempor. capit. 3.& Dionyſi.capit.
4. 5.& 6. de Eccleſiaſtica Hierar-
chia. & Iuſtinus quæſt. 118. & Chry-
ſoſtom. Homil. 55. in cap.12.Matth.
In baptiſmatis namque ſacramento,
in quo nobis applicantur Chriſti Paſ-
27 ſionis merita,Cruce velut Tau† ſalu-
tari inſignimur in frõte,in pectore,&
in ſcapulis , vt Angelo diſtricto enſe
cladem in primogenitos Ægyptiorũ
ſæuiente, & Seraphim ſcelera noſtra
vindicante , furoris tempore exem-
pti,immuneſq; eorum ſæuitiam eua-
damus,vt etiam ſpirituales nequitiæ,
28 † dæmonumque principatus & po-
teſtates intelligant ſua vaſa priſtina
ſibi iam eſſe aliena , noſque iam eſſe
fortiter armatos atque munitos , vt
contra eorum tyrannidem ſub Chri-
ſti vexillo mereamur, vt iiſdem fe-
rè vtar Rabani Mauri verbis lib. 1.
de inſtitut. Cleric. cap.27. cuius ver-
ba tranſpoſita ſunt. cap. Poſtea ſigna-
tur. de conſecratio. diſtinct. 4. & ſa-
pienter docuit Origenes homil. 8. in
Ioſue , ad hanc rem accommodans
illud Pauli ad Coloſſen. 1.[Pacificans
per ſanguinem Crucis eius , quæ in
cælis,& quę in terra ſunt]& ad Ephe
ſios 2.[Vt reconciliet ambos in vno
corpore Deo per Crucem. ] Quare
nemini mirum videatur , ſi hoc Cru-
cis ſigno tam frequentiſsimè vtan-
29 tur Chriſtiani ; nam ſicut † clauis
ianuæ adigitur,vt aperiatur,ſic etiam
Crux,quæ cæli clauis eſt, eis apponi-
tur, vt omnibus electis cæli fores pa-
teant, ita Ioannes in Apocalyp. ſubſi-
gnatum librum contemplatus[ſolius
agni(ait)eſt aperire librum]ſiquidem
agnus ferebat Crucis clauem ? quid
igitur mirum eſt ſi aperiat?

Eſt præterea hoc ſignum Crucis
coniuratio quædam ad depellendum
dæmonem eiuſq; vires effringendas,
ac potius eneruandas. Qua ratione
S. Antonius Hilarion , & Ioſaphat
dæmones ſuperarunt atque fuderũt,
vt in ipſorum vita ſcribunt Athana-
ſius , Hieronymus , & Damaſcenus.

Fuit vtique tam clarũ hoc olim, &
vſitatum Chriſtianis, vt Iulianus apo
ſtata ab impijs idolorum cultoribus
in ſpecum dæmones conſulturus ad-
ductus, dum territus, pro conſuetudi-
ne quam Chriſtianus didicerat, ſi-
gnum Crucis ederet, dæmones om-
nes eo ſigno fugarit, vt refert Ioan-
nes Zonaras circa annum Domini
390.

31 Nec illud prætereundem cen-
ſeo, quod Diuus Gregorius 3. libr.
Dialog. capit. 7. relatus in cap. nam
& poſtea. de conſecratio.ne diſtinct.
4. enarrat Iudæum quendam Romæ
viam requirentem, ex quo caſu &
timore correptus ſigno Crucis ſe
ſubſignaſſet, ingentem dæmonum
cateruam miraculoſè & præter ſpem
euanuiſſe, qui horribili voce ac for-
midabili, dum eum qui in tem-
plo ob iniurias noctis latebat, dili-
gentiſsimè quærerent, vociferantes
dixerunt. Heu, heu, heu, nobis à
vaſe vacuo, ſed ſignato. Quod val-
dè Auguſtin. perſenſit, dum libr. 83.
quæſtio. 79. & Lactantius libr. 4. de
vera ſapientia capit. 27. haud obſcu-
32 rè teſtantur † dæmones ideo odio
Crucem habere, quia eius virtutem
ſentiunt ac experiuntur.

33 Sanctus Gregorius Nyſſenus † tra-
dit in vita ſancti Gregorij Thauma-
turgi, ipſius Diaconum munitum ſi-
gno Crucis, egreſſum è balneis, in-
ter innumerabilia dęmonum ſpectra,
è quibus nemo exierat viuus. Quam-
obrem cunctis Chriſtianis ab exor-
dio naſcentis Eccleſiæ hæc fuit con-
ſuetudo vt frontem Cruce ſignarẽt,
quaſi chriſmatis inſiti vim foras edu-
centes & excitantes. Audi nunc ſan-
ctum Paulinum Natali octauo ſancti
Felicis canentem:

34 *Nos Crucis inuictæ ſignum, & confeſsio*
*munit,*
*Armatique Deo mentem, non quærimus*
*arma*
*Corporis; & quanquam membris videa-*
*mur inermes,*
*Arma tamen gerimus, quibus & ſub pace*
*ſerena*
*Contra incorporeos animi decernimus ho-*
*ſtes.*

Nec te lateat id quod ſanctus
Hippolytus libello de conſummatio-
ne mundi ſcribit futurum, vt Anti-
35 chriſtus inter alia edicat, & iubeat, †
ne quis in fronte ſua Crucẽ pingat.
Quibus inſpectis, & legibus nefan-
dis ac impijs cum ſuis ſectatoribus ad
infera deuoluatur, & detrudatur.

36 Beatus Chryſoſtomus, † ſuadet pe-
ctori Crucem imprimendam ad cohi-
bendos prauos in corde motus. Bea-
tus Auguſtinus teſtatur ſanctæ Cru-
cis ſigno ſæpe morbos eſſe depulſos,
quod & veteres omnes prodidêre.
Ita Epiphanius hæreſ. 30. Chryſo-
ſtom. Cyrillus Hieroſolimit. Catech.
4. & 13. Athanaſ. de humanitat. ver-
bi. Chryſoſtom. homil. 88. in Matth.
Auguſtin. libr. 22. de ciuitate Dei,
capit. 8. D. Gregor. Nazianzen. ora-
tione ad Iulianum, lib. 6. Hiſtor. tri-
part. capit. 1. libr. 3. Annal in Mauri-
tio.

37 Rurſus † hoc ſigno Crucis ſpes no-
ſtra atque fiducia excitatur remiſsio-
nis peccatorum aſſequendæ. Hinc in
tẽplis Cruces erigũtur, vt ſciamus per
Crucifixũ omnia petẽda & impetran-
38 da. † In turribus verò Eccleſiarum ac
tintinabulorum culminibus, Crux
gallũ gallinaceum geſtans collocari
conſueuit, vt peccatores, dum Cru-
cem & gallum eminus vident, & pœ-
nitentiæ Petri, & veniæ latroni in
Cruce conceſſæ recordatione reſipi-
ſcant, à ſuiſque flagitijs excitentur.
Quod & illud Ezechielis vaticinium
cap. 17. impletum oſtendit. [Et ſcient
omnia



omnia ligna regionis, quia ego humi-
liaui lignũ ſublime, & exaltaui lignum
humile, & ſiccaui lignũ viride, & frõ-
dere feci lignum aridum.] Quæ ver-
ba eo loco Hieron. ad Chriſtum eiuſ-
que Crucem trãſtulit, quam Andreas
ſalutat, adorat, & amplexatur. Nec
quidquam dixeris, ſi inſtes eam pri-
ſcis præſertim tẽporibus, nedùm non
colendam ac venerandam, quin po-
tius deteſtandam, execrãdamq́; fuiſ-
39 ſe. † Sicut enim nubes tetra atq́; tre-
menda, ſpecioſa, decoraq́; redditur, ſi
Occidentis Solis radijs illuſtretur, ſic
Crux antea horribilis, ab omnibus
auerſata, Chriſti Occidentis radijs
condecorata, tantum decoris ac pul-
chritudinis accepit, vt eius diuinis ra-
dijs coruſcans, tanquam vnica ſpes
noſtra ab omnibus ſalutetur; ſic illa
quæ antea reorum, peſsimorumq́ue
hominum ſupplicium erat atq; infa-
mia, nunc vertices principum, iuga
montium, & turrium cacumina, tem-
plorum pinnacula, excelſiora, ſubli-
mioraq́; loca occupauit, eâdemq́; adó
ratione latriæ qua Deus, adoratur &
ipſa. Et meritò quidem: quemadmo-
dum enim capta ciuitate in ſumma
40 eius arce, ſublimioriq́; loco, † victri-
cia ſigna victoriæ collocãtur; ita cum
Chriſtus eiuſq́; pediſſequę mundum,
alioſq́; generi humano infeſtiſsimos
hoſtes dæmonem & carnem Cruce
ſuperauerint, fuderintq́ue, cælum ip-
ſum expugnauerint, rerũq́; potiti ſint
non temerè, ſed iure optimo, Crux
victoris vexillum, ſimulq́; trophæum,
nedum in terra, ſed & in cælo affixa,
partam victoriam omnibus annũciat.
Iure igitur hæc ſpectans Prudentius,
qui ſub ipſa tempora Conſtãtini fuit,
ſic Theodoſium inducit, qui alloqui-
tur Romam, Maximo & Eugenio de-
uictis.

41 *Agnoſcas † Regina libens mea ſigna neceſ-*
*ſe eſt.*
*In quibus effigies Crucis aut gemmata re-*
*fulget,*
*Aut longis ſolido ex auro præfertur in ha-*
*ſtis.*
*Hoc ſigno inuictus tranſmiſsis Alpibus*
*vltor*
*Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus,*
*Cùm te peſtiferâ premeret Mexentius aulâ.*

Ex Mox:

*Teſtis Chriſticolæ Ducis aduentantis ad vr-*
*bem*
*Miluius, exceptum Tyberina in ſtagna ty-*
*rannum*
*Præcipitãs, quænam victricia viderit arma*
*Maieſtate regi, quod ſignum dextera vin-*
*dex*
*Protulerit; quali radiantia ſtemmate*
*pila.*
*Chriſtus purpureum gemmanti textus in*
*auro*
*Signabat labarum: clypeorum inſignia*
*Chriſtus.*
*Scripſerat; ardebat ſummis Crux addita*
*criſtis.*
*Ipſe Senatorum meminit clariſsimus or-*
*do,*
*Qui tunc concreto proceſsit crine cate-*
*nis*
*Squalens carcereis, aut nexus compede*
*vaſta,*
*Complexuſque pedes victoris, ad inclyta*
*flendo*
*Procubuit vexilla iacens; tunc ille Sena-*
*tus*
*Militiæ vltricis titulum, Chriſtique ve-*
*rendum*
*Nomen adorauit, quod collucebat in ar-*
*mis.*

42 Sed & in extremis agentibus Crux
Chriſti exhibetur †, atq; proponitur,
vt ſuis meritis diffiſi, potiſsimùm tẽ-
pore, quo intenſiores dæmonis acu-
leos experiuntur, omnẽ ſpem in Cru-
cifixo reponant, cuius meritis & Paſ-
ſione obnixè iuuari petant, & diuina
charitate inflammentur. Hoc enim
ſigno charitatem excitari nemo du-

 bitat,

bitat, qui non ignoret Paulũ ad He-
bræos 12. dicentem. [Aſpicientes in
autorem fidei, & conſummatorem
Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſu-
ſtinuit Crucem] Meminerint igitur
Chriſtiani ſuum eſſe Chriſti veſtigijs
inhærere, eiuſq; Crucem ferre, quã
ſicut humanitatem diuinã reddidit,
quia eam ſibi vniuit, ita ſuo modo
43 Crucem ac † labores diuinos effecit,
quia eos aſſumpſit. In ſupplicationi-
bus denique Chriſtianorum pręferri
conſueuit idem Crucis ſignum, vt
tradit Palladius Helenopolitanus Epi
ſcopus in vita Ioannis Chryſoſto. &
venerabil. Beda lib. 1. Hiſtor. Angl. c.
25. Ioannes Diacon. in vita Greg. lib.
2. cap. 35. & Socrates lib. 6. c. 8. & So-
zomen. lib. 8. c. 8. vt Chriſtiani ſe fa-
teantur ſub Chriſti vexillo militare,
vitamque & mores Chriſti profiteri.
Quæ planè conſuetudo originem tra
xiſſe potuit ex Iuſtiniani Nouella in
authent. de ſummis Epiſcopis. tit. 15.
col. 9. vbi ſancitum eſt, vt Cruces hu-
iuſmodi ferantur ab eis, qui eas ferre
ſoleant, ac deniq; in honeſtis locis re
ponantur. Tandem, & pro coronide
illud accedit ad Crucis decus atq; ho
norem; Concilio Conſtantin. cap. 73.
44 † vetitum eſſe Cruces in pauimento
inſculpi, vel depingi, ne ſignũ noſtræ
redemptionis humanis pedibus irre-
uerenter conculcetur: quod Diui
Principes Theodoſius & Valer. AA.
ſpeciali oraculo conſtituerunt, quo-
rum verba pietatis, & elegantiæ ple-
na libet in præſenti ad ferre: [Cùm ſit
nobis cura diligens (inquiũt) per om-
nia ſuperni numinis religionẽ tueri:
ſignum Saluatoris Chriſti nemini li-
cere, vel in ſilice, vel in marmoribus
humi poſitis inſculpere, vel pingere,
ſed vbicunque ſimilibus in locis re-
peritur, tolli: grauiſsima pœna mul-
ctandos eos, qui contrarium ſtatutis
noſtris tentauerint, ſpecialiter impe-
peramus.] Hactenus Imperatores in
l. vnica. C. nemini licere ſignum Sal-
uatoris Chriſti humi, &c. Iuſta equi-
dem ſanctio, ac religioſiſsimis Impe-
ratoribus digna. Quoniam namque
ſignum noſtræ Redemptionis ab om
nibus eſt venerãdum, adorandumq;
& ſi in alicuius manibus geſtatur, ei
debemus cum deuotione adſurgere,
& ſi alicubi poſitum immineat, hono-
rem debemus impendere, ideo dignè
prohibetur, ne humi ponatur, vel in
aliqua materia humi poſita ſculpatur
aut depingatur, ne pedibus cõculce-
tur, & qui poſuerit, vel poſitum non
leuauerit, grauiſsima pœna mulcte-
tur: pœnam mortis interpretatur ibi
Azo, Bal. Salicet. & alij. Cui interpre-
tationi non parum ſuffragatur tex. in
l. fin. §. de pœnis. Ad quam ſanè con-
ſtitutionem (quæ ſeuera nimis alicui
videri poteſt) vtinam aduerterẽt hu-
ius noſtri temporis fideles nonnulli,
eius obliti, omnique Crucis reueren
tia ac pietate exuti, qui in lapidi-
bus ſepulturarum, quæ plerumq; pe-
dibus cõculcantur, Cruces Ieſu Chri-
ſti, eiuſq; ſanctiſsimum nomen inde-
45 corè ſculpere non verentur. † Extat
inſigne in hanc rem miraculum apud
D. Gregorium Turonen. lib. 5. Hiſt.
Franc. c. 19. Siquidem Tiberius Cæſar
cum æneam in pauimento Crucẽ in-
ſpexiſſet, eamque religioſus Princeps
euellendam curaſſet, iterum in eum
modum viſa eſt; cuius rei admiratio-
ne captus, defoſſa in ea parte humo,
ingentem pecuniæ vim opportunè
inuenit. Beatus inſuper Cyprianus
lib. 2. ad Quirinum, cap. 22. & Beatus
Euſebius Emiſſenus homil. de feria
2. Paſchæ, figuram eſſe aiunt Crucis
frontibus Chriſtianorum imprimen-
46 dam, † qua à dæmonum illecebris,
damniſque tutentur. Huc pertinet
illud Exod. 11. 12. & 17. Moyſen ex-
tenſis Deum manibus deprecatum
eſſe,



eſſe, vt Ioſue Amalech, cum quo cõ-
greſſurus fuerat, debellaret: hoc nẽ-
pe datur intelligi, vt explicat Cypria
nus lib. de exhortat. martyr. c. 8. & lib.
2. ad Quirinum, c. 21. diabolum, qui
per Amalech figuratur, virtute Chri-
ſti Crucifixi victũ iri. Cyprian. itidem
vbi ſuprà teſtatur Crucis ſignum ad-
ferre omnibus ſalutẽ, qui eo in fron-
tibus notantur. Tertull. in ver. Aba-
cuch. [Quatuor cornua in manibus
eius] & Dauid Pſal. 2. [à Cornibus vni
cornium humilitatem meã] per Cor-
nua accipit Crucis apices, per quam
Dominus dæmones ventilauit, ſibiq;
ſubiecit orbem. [Chriſtus aſcenſu-
rus ad Patrem (Lucæ. 24.) eleuatis
manibus benedixit diſcipulis,] quod
de ſigno Crucis pleriq; interpretãtur.
47 Tandem illud reſtat, verba (vide-
licet) quibus vtimur in Crucis ſigna-
culo, à Chriſto fuiſſe nobis eodem
tempore tradita, vt habetur Matth.
c. 8. [In nomine Patris, & Filij, & Spiri
tus Sãcti.] Igitur vetuſtiſsimam Chri
ſtianorum conſuetudinem æmulati
ſemper ore & ſigno (vt vtar verbis
B. Martialis Chriſti diſcipuli in Epi-
ſtola ad Burdegal. cap. 8.) teneamus
Crucem, ſeu (vt Tertullianus in Epi-
ſtola ad Euſtachium loquitur) ad om-
48 nem † progreſſum atq; promotum, ad
omnem aditum, & exitum, ad veſti-
tum & calceatum, ad menſas, ad cu-
bicula, ad ſedilia, quæcumq; nos con-
uerſatio exercet frontem ſignaculo
Crucis teramus. Cui conſentiens eſt
Chryſoſt. lib. quod Chriſtus ſit Deus,
& Prudẽt. ait in Hym. ante ſomnum,

*Fac cùm vocante ſomno*
*Caſtum petis cubile,*
*Frontem, locumq; cordis*
*Crucis figura ſignet.*
*Crux pellit omne crimen,*
*Fugiunt Crucem tenebræ,*
*Tali dicata ſigno*
*Mens fluctuare neſcit.*

Iure igitur optimo fuit introdu-
ctum, vt in ſancto Inquiſitionis tribu
49 nali, iuriſiurandi religione † manibus
ſuper Cruce poſitis in mali deteſta-
tionem, & veritatis confirmationem
rei cogerẽtur; quod & communi vſu
receptum eſt. Et confirmatur ex tex.
in cap. qui peierat. 22. quæſt. 5. l. 1. tit.
11. part. 3. vbi Gregor. Lopez, Gundi-
ſaluus de Villadiego in titu. de lega.
quæſt. 5. num. 5. quod vtique in hoc
tribunali procedere nemo ambigit,
cùm ipſi Inquiſitores ſint Delegati
50 Apoſtolici, † quibus fidei tutela eiuſ-
que propago demãdata eſt, nec qui-
dem temerè, neq; abs re vſus Crucis
in iuramẽtis increbruit. Quemadmo
dum enim omni vento doctrinæ flu-
ctuantes homines Crucis ſacratæ ho-
ſtes ac inimici facti ſunt, ſic planè
æquum erat, ac conſentaneum eos
Cruce aggredi, ac tãquam fidei ſacra
anchora, ne vltro citroq; ferantur, fir-
matos atq; adſtrictos, debellare atq;
conuincere. Hinc & illa profecta eſt,
quæ conſueuit ab omnibus hæreticæ
prauitatis Inquiſitoribus in vexillo
51 Crucis apponi inſcriptio † [Iudica
Domine cauſam tuam.] Hac namq;
hæreſes, quæ inteſtino bello Eccleſiã
infeſtant, atque diuexant, compreſ-
ſæ, penituſque extinctæ ſunt, nec non
barbaræ immaneſq; gentes ſub Cru-
cis iuga redactæ fuerunt, ſæpeq; quod
multis retro temporibus ſub tenebris
52 delituit, † ſubita Crucis inſpectione
luce clarius apparuit. Præterea con-
ſonum rationi videbatur, eorum qui
à fide deſciuiſſent, oculis proponere,
ab eo eſſe Crucis Chriſti ſigno pro-
ſternendos, qui pro humani generis
ſalute, exinanita quodammodo Dei-
tate, fuerit homo factus, circumciſus,
baptizatus, flagellatus, Crucifixus,
ſepultus, ſeruus peregrinus, leproſus,
& ab Angelis minoratus. Accedit &
53 alia ratio non inelegans. † Cum enim

Crux arx munitiſsima ſit, ab hæreticis infeſtiſsimis eius hoſtibus obſeſſa, quam Hæreſiarchæ prima irruptione expugnare conati ſunt; conducere apprimè videbatur, nõ alio quàm hoc Chriſti Saluatoris noſtri vexillo, eorum iuſtiſsimo vindice, noſtroque certiſsimo titulo, tutiſsimoque propugnaculo, cuius gloriã cæleſtia ſtupent,
54 terrena contremiſcunt, † eos omnes miſerè perdere ac in tartareas regiones amandare.

## *De ſtemmatibus, quibus tribunal ſanctæ Inquiſitionis decoratur, ſcilicet, Cruce viridi in campo nigro, ramo oliuæ, gladio atque rubo, eorumque ſignificatione.*

### *Cap. X.*

### SVMMARIVM.

*Crucis vexillo quare vtitur tribunal ſanctæ Inquiſitionis.*

3 *Crux ſemper extitit pulcherrimum ſignum bellicum.*

4 *Crucis quatuor proiecturæ quid ſignificent.*

5 *Chriſtus regnum vniuerſæ Terræ per Crucem obtinuit.*

6 *Crucis apparitiones in cælo ſemper aliquid lætum annunciarunt.*

7 *Crucis apparitio Conſtantino Imperatori quid prænunciauit, & numero 8.*

9 *Crucis ſignum Conſtantinus Imperator in manu ſtatuæ ſuæ marmoreæ apponi iuſſit cum inſcriptione.*

10 *Romanus Senatus ob victoriam conſecutam Conſtantino Imperatori arcum triumphalem conſtruxit.*

11 *Crucis vexillum Conſtantinus Imperator in pugna aſportandum iuſſit.*

12 *Conſtantinus Imperator ſemper victoriam conſequutus fuit ob Crucis vexillum.*

13 *Crucis imaginem Conſtantinus Imperator in ingreſſu palatij ſui appoſuit.*

14 *Crucis imaginem Conſtantinus Imperator quomodo depingi iuſſit.*

15 *Crucis ſigno Conſtantinus Imperator militum arma ſignabat.*

16 *Crucis ſigno milites antiquiſsimi Conſtantiniani ornabantur.*

17 *Cruces, quas nunc equites militiarum in pectore geſtant, vnde ortum habuerint.*

18 *Crucis viſio innumera bona attulit Eccleſiæ.*

19 *Crux Chriſti ab Helena inuenta.*

20 *Cruces tres magnitudine immenſas Conſtantinus Imperator fabrefieri iuſſit, & quare.*

21 *Crucis ſignum quo die Hieroſolimis apparuit, eodem Conſtantinus Antiochiam peruenit.*

22 *Crucis ſignum in Oriente Conſtantino Imperatori apparuit.*

23 *Crucis ſignum Pictorum Regi apparuit.*

24 *Crucis ſigno Picti in hunc vſque diem in prælijs vtuntur.*

25 *Crucis ſignum Richardo primo Anglorum Regi apparuit.*

26 *Crux de cælo Garciæ Ximenio primo Nauarrorum Regi ſuper virentem quercum apparuit.*

27 *Crucis triumphi feſtiuitas quare in Hiſpania celebratur.*

28 *Crucis miraculum in prælio contra Agarenos.*

29 *Theodoſius Magnus Imperator magnas reportauit victorias ob Crucis ſignum.*

30 *Crucis ſignum Hebræos ſeruauit in Ægypto, & in deſerto.*

31 Cruce



31 *Cruce ſignati Ezechielis tempore cædem euaſerunt.*

32 *Inquiſitores in omnibus fidei actibus Cruce vtuntur.*

33 *Inquiſitores quare Crucem viridem in ſtemmatibus ſanctæ Inquiſitionis apponant.*

34 *Crucis coloribus quibus diuerſæ nationes in prælijs pro inſignijs vtantur.*

35 *Milites diuerſorum inſtitutorũ quare Crucem in pectore verſicolorem geſtant.*

36 *Crux dum varijs coloribus depingitur, multiplicem Chriſti virtutem ſignificat.*

37 *Crucem rubeam milites D. Iacobi Calatrauæ, & Monteſæ deferentes, quid ſignificant.*

38 *Crucem albam deferentes milites D. Ioannis, quid annunciant.*

39 *Crucem viridem Inquiſitores elegerunt non ſine magno Spiritus Sancti conſilio.*

40 *Color viridis Crucis inter omnes colores congruentiſsimus eſt.*

41 *Crux Chriſti ex viridi arbore pretioſa.*

42 *Viridis color conuenit figuris Prophetarum, & num. 43.*

44 *Crucis viror triumpho Chriſti, & conditioni naturæ quadrat.*

45 *Smaragdi Symbolum deſcribitur.*

46 *Laurus viridis æternitatem ſignificat.*

47 *Chriſtus firmitatem Eccleſiæ communicauit.*

48 *Color viridis gratior eſt cæteris.*

49 *Color viridis fœcunditatem ſignificat in plantis.*

50 *Crux viridis ſuauis, & grata Martyribus.*

51 *Color viridis triumphum ſignificat.*

52 *Crux victoriam Chriſti indicat.*

53 *Viror vitam ſignificat.*

54 *Crucem Chriſtus quare elegerit.*

55 *Crucis figuram Arabes, & Ægyptij coluerunt.*

56 *Crucis figura in omnibus cernitur.*

57 *Cruce Chriſtus nobis vitam attulit.*

58 *Inquiſitores quomodo vitam fidei conſeruare ſtudeant, & num. 59.*

60 *Smaragdi ad morbos depellendos virtus.*

61 *Heliotropij Symbolum ad Crucem.*

62 *Color viridis accommodatior exprimendis myſterijs Crucis.*

63 *Crucis fructus gratiſsimus.*

64 *Crucem viridem Inquiſitores exaltant in ſignum clementiæ.*

65 *Crux viridis quare reis oſtenditur.*

66 *Crucis viridis in campo nigro Symbolum.*

67 *Oliua quare in ſtemmatibus Inquiſitionis apponitur.*

68 *Gladij à ſiniſtris Crucis depoſiti Symbolum.*

69 *Campus niger quid ſignificet.*

70 *Rubus ſolenniter defertur pridie actionum fidei in pleriſq; Hiſpaniæ tribunalibus.*

71 *Rubi ſignificationes.*

72 *Inquiſitores recipiunt benignè verè pœnitentes, proteruos verò puniunt ſeuerè.*

73 *Inquiſitores non deſiderant perditionem hominum, ſed correctionem.*

74 *Rubi elegans ſignificatio, & nu. 75.*

76 *Rubi ardentis figura, Incarnationis Dominicæ eſt ſymbolum.*

77 *Verba illa Pſal. [Exurge (Domine) iudica cauſam tuam] explicantur, & num. 83.*

78 *Viſio Danielis quatuor animalium è mari egredientium exponitur.*

79 *Antichriſtus omnium malorum caput, inter omnes peccatores maximus, in Babylone naſcetur, ſe eſſe Meſsiam dicet, & num. 80. 81. & 82.*

84 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis zelo tuendi Eccleſiam, aptiſsimè pro Crucis titulo verbis Pſal. 73. vtuntur.*

85 *Crucis encomia & laus.*

Adeo

ADEO frequens ac
receptiſsimus eſt
in Eccleſia & om-
nibus eius actibus
Crucis vſus (quem
admodũ ſuperiùs
demonſtrauimus,
& ipſa indicat experientia) vt ſuper-
uacuum ac otioſum penitus videatur
rationem reddere, quare in tribuna-
li fidei in omnibus eius iudicialibus
actibus Crucis Chriſti trophæũ ac in
1 ſigne regiũ erigatur. † Si enim ipſum
Inquiſitionis iudiciũ ſpectes, quod ad
malorum terrorem, bonorumq; glo-
riam ſupremum illud & finale tribu-
nal repręſentat, crucis pulcherrimũ
vexillũ meritò vſurpatur, quod Chri-
ſtum Dominum ad iudicium homi-
num venientem magna cum maie-
ſtate & gloria antecedet, iuxta illud,
quod Eccleſia canit: [Hoc ſigum erit
2 in cælo, cùm Dominus ad iudicãdum
venerit] † ſi autem fidei tribunal bel-
lum inteſtinum contra hæreticorum
inuēta gerens, ac victoriam orthodo-
xæ fidei contra eius hoſtes reportans
accipias, auſpicatiſsima atq; victricia
Crucis inſignia opus ſunt, in cuius no
mine omne genufle ctendum cæle-
ſtium, terreſtrium, & infernorũ, cuius
virtute & potentia ſtrenuè pugnan-
dũ aduerſus fidei hoſtes, aduerſus tar
tareas & aereas poteſtates, ac aduer-
ſus quoſcumq; impetus, & impendē-
tia mala. In ipſa omnis virtus eſt, vi-
gor, atq; potentia; vnde non timetur
periculum, vbi tantæ reuerentiæ
conſpicitur ſignum Crucis. Sublimi-
tate iacētem Chriſtus hominem ex-
3 citauit, ſalutem peperit, & peccatum
omne aboleuit. † Crux olim, & nunc
etiam maximum eſt & præſtantiſsi-
mum ſignum bellicũ. Eius myſterium
cælo durabilius, terra ſtabilius, & om-
nium rerum cõſtitutione diuturnius.
Crux clarior cunctis aſtris, ſplēdidior
4 Sole, & Luna, † eius quatuor proie-
cturæ, latitudo, lõgitudo, profunditas,
& altitudo, quòd à quatuor plagis
mundi per eam homines euocentur,
5 Oriente, Occidente, Meridie, & Se-
ptentrione. † Per Crucem pretioſam
vniuerſæ terræ regnũ obtinuit Chri-
ſtus, per hanc innumeras victorias
Chriſtiani conſecuti ſunt, vtique de
Cruce Chriſtianam Muſam hæc ce-
ciniſſe minimè pœnitebit.

*Dux homini, noua lux, cæli ad faſtigia Crux eſt:*
*Pro Cruce qui pugnat, Chriſto duce, ſub Cruce vincet.*

6 Crucis namq; apparitiones † quæ in
cælo, ſiue aerea regione ſæpius factæ
ſunt, aliquid ſemper lętũ, plauſibile, &
hilare, atq; pro tēporis & negotij an-
guſtia opportunum annunciarũt ſem
per Chriſtianis ſalutares: victoriam
namq; pepererunt Chriſti militibus
7 de hoſtibus fidei expectatam. † Præ-
clariſsima ſanè, & celeberrima Cru-
cis ſingularis apparitio, Flauio Con-
ſtantino Maximo Cæſari Auguſto fa-
cta Romæ anno Chriſti, 316. Imperij
ſui 7. contra Maxentium tyrannum
Reipub. hoſtem conflicturo militari-
ribus copijs longè ſuperiorē demon-
ſtrat. Illi quidem anxio, & ſolicito de
dubio exitu pugnę conferendæ, cùm
iam Sol ad medium cælum aſcendiſ-
ſet, die in pomeridianũ tempus pau-
lulum declinante, Crucis ſignum ex
lucis ſplendore figuratum, in ipſo cæ-
lo manifeſtò oculis aſpexit, in eoq; in-
ſcriptionem conſignatam, hæc verba
complectentem. [In hoc vinces]
8 † Dubitanti poſtea Conſtantino de
oſtenti interpretatione, ac dor-
mienti Chriſtus apparuit cum ſigno
in cælo monſtrato, præcepitque vt
exemplari ad imitationem illius ſi-
gni, quod in cęlo apparuerat, fabrica-
to, eo tanquam præſidio in pręlijs cũ
hoſtibus committendis vteretur: quo
ſigno vice labari ſubſtituto, & ante
ſe prælato, Conſtantinus copias mi-
litares Maxentij tyrãni deleuit. Qua
in ſigni



inſigni victoria præuio ſalutifero ve-
9 xillo Crucis parta, † Cõſtantinus ſta-
tuam marmoream ſibi erigi fecit lo-
co vrbis celebri, in manu ſalutare Cru
cis ſignum tenentem, hac inſcriptio-
ne ſubiuncta. [Hoc ſalutari ſigno, ve-
ro fortitudinis indicio, ciuitatem ve-
ſtram tyrannidis iugo liberaui, &
S. P. Q. R. in libertatem vindicans,
priſtinæ amplitudini & ſplendori re-
10 ſtitui. † Senatus autem, Populuſq; Ro
manus opera Conſtantini ingēti for-
midine liberatus, ob eam victoriam
arcum ei marmoreũ conſtruxit trium-
phalem, inſcriptione adiecta, quę hãc
Hiſtoriam non obſcurè videtur con-
firmare, vt referũt S. Grego. Nazianz.
Orat. 4. in Iulianum Apoſtatã. Nice-
phor. lib. 7. c. 49. pag. 222. Socrates lib.
1. c. 1. Euſeb. lib. 1. de vita Conſtanti-
ni, cap. 33. & Hiſtor. Eccleſiaſtica lib.
9. c. 8. Ioan. Damaſcen. oratio. de ima-
11 gin. ex quo † tantum Crucis affectum
Conſtantinus Imperator accepit, vt
Crucis vexilli perferendi in pugna
quinquaginta viris fortiſsimis cura
perpetua mandaretur, vt ſicubi pars
aliqua exercitus laboraret, illuc ſalu-
tare illud vexillũ tanquam quoddam
ſubſidium ad victoriam obtinendam
12 locari mandabat; † & vt Euſeb. lib. 3.
cap. 48. cap. 2. & 3. narrat, diuino im-
pulſu res ſalutares Conſtantinus ag-
greſſus eſt, & cõfecit, ac vexillo Cru-
cis vbiq; hoſtibus oppoſito exercitũ
ab illo triumphantem duxit, ac con-
13 tra hoſtes audacter proceſsit. † Cru-
cis idem inſigne propoſuit in ipſo pa-
latij introitu, velut amuletum rerum
14 aduerſantiũ. † Idem ſupra caput ima-
ginis ſuæ in tabula depictæ Crucem
ſuperpoſuit, ſubter pedes draconem
vulneribus confoſſum, vt virtutem
Crucis ſignificaret, qua victus & ſu-
peratus dæmon occubuit: & (vt So-
zomenus Eccleſ. Hiſt. lib. 1. c. 8. ait) ſa-
lutari & vitali Crucis ſigno, veluti
terriculo propugnaculoq; malorum
aduerſariorum multitudini oppoſito,
ab hoſtibus, dęmonibuſq; victoriam
15 reportauit. † Idem (vt Theodoretus
Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. c. 3. ait) ſigno
Crucis militũ arma ſignabat, & ſicut
ipſemet eſt autor in Epiſtola ad Sa-
porem Regem ſcripta, exercitus eius
Deo dicatus ſignum Crucis in hume-
16 ro portabat. † Vnde nobiliſsima illa &
antiquiſsima omniũ militia Conſtan-
tini effluxit, & in poſteritatem Im-
peratorum Conſtãtinopolitanorum
iure velut hæreditario transfuſa eſt,
vt milites hoc inſigni ornatos arma-
rent, & veluti nobilitatis indicio il-
17 luſtrarēt. † Quã militiam emortuam
iam & antiquatam inſtaurare, ac in
priſtinum gradum Illuſtriſsimus ali-
quis Princeps, & anteſignanus reſti-
tuere deberet, cùm ad illius inſtar &
exemplar reliqua ferme omnia mili-
tiarum inſtituta inuenta ſint, cuius
profeſſores Crucē in pectore geſtant.
18 † Quanta autem, ac qualia bona ex
hac Crucis viſione fuerint conſecu-
ta, explicari vix poſsũt. Eccleſia Chri-
ſti tyrannorum ſæuitia, & crudelitate
liberata, & à tot oppreſsionibus ere-
pta: Imperator ſummus totius orbis
fidem Chriſti amplexus ſacro fuit la-
uacro intinctus: libertas vbiq; terra-
rum pijs data publicè profitendi, &
prædicandi Euãgelium. Exules Chri-
ſtiani, & damnati ad fodinas, metal-
la, & alias ſordidas & abiectas operas,
cum honore ad propria reuocati: pro
ſcriptiones reſciſſæ, facultates reddi-
tæ, quæ fuerant illis ademptæ. Ponti-
ficia dignitas ſummi Paſtoris emi-
cuit, largitiones Eccleſijs & clero co-
pioſè datæ, Baſilicæ inſignes & tēpla
innumera regia magnificētia & ſum-
ptibus condita opibus ditata, magi-
ſtratus & honores ſolis Chriſtianis pa
19 teſcere cœperũt, † crux Chriſti Hiero
ſolimis ab Helena Auguſta prope
octo-

octogenaria quæſita atque inuenta. Pleraq; alia ſuperſunt,quę longũ eſſet
20 enarrare.† Ac quidem Conſtantinus poſt Helenæ reditum tres immenſas magnitudine Cruces fabrefieri fecit. Primò Romæ contra Maxentium depugnans: ſecundò, cùm cõmiſſo cum Byſantijs prælio,trophęum de eis ſtatuit: Tertiò autem, cùm Iſtro ponte iuncto Scythas vltra id flumen ſubegit, quibus in victoriarum partarum memoriam hęc impoſuit nomina[Ieſus Chriſtus vincit] vt meminit Cedrenus, pag. 243. & Nicephor.libr.7.
21 cap.47.& 49.† Simile illud eſt, quod narrat Nicephorus Eccleſiaſt.Hiſtor. lib.9.capit. 32. & Socrates Eccleſiaſt. Hiſtor.lib.2.c.24.Conſtantius namq; Conſtantini magni filius Gallum cõſobrinum ſuum Cæſarem conſtituit, & ſuo ipſius nomine Conſtantiũ appellauit,& Antiochiã, quæ eſt in Syria,miſit,vt partes Imperij ad Orientem iacentes aduerſus hoſtiles impetus tueretur.Vbi autem Antiochiam peruenit,eodem die Crucis venerandæ ſignum Hieroſolimis in Monte Golgotha apparuit tempore Cyrilli, de qua apparitione meminit Sozomen.lib.4.Hiſt.Eccleſiaſt.c.4.Cedrenus pag. 248. Nicephor.lib.9.cap.31. Simeõ Metaphraſtes, & ex Simeone
22 Surius tom.2.Sanctorum 7.Maij.† Simile itaq; ſpectaculum Conſtantio & eius exercitui contigit.Signum namque Saluatoris in Oriẽte apparuit: columna(inquam) Crucis effigiẽ exprimens,quã viſione exercitus vario labore fatigatus,tanto miraculo cõſpecto, Crucis luce mirabiliter recreatus eſt,vt plures victorias reportarit. Fuitq; Crucis apparitio felicitatẽ, & proſperos belli euentus Conſtantio annuncians: ſi quidem Maxentium tyrannum, qui quatuor annis Imperio violento potitus erat. Decenium eius fratrẽ, & Syluanũ Cæſares ab eo creatos facilè fudit,& Cõſtantius expeditionibus militaribus ad votum peractis, & breuiſsimo tempore pacato Oriente & Occidente, clarè cõſpexit virtute & læto omine Crucium id factum.

23 Anno etiam Chriſti 819.† Hungo Pictorum Regi aduerſus Athelſtanũ Anglorum Regem prælium periculoſum, & valde dubium conſerturo in ſoporem ſoluto, S. Chriſti Apoſtolus Andreas apparuit, denuncians fore vt glorioſam de Anglis poſtera die aſſequeretur victoriam. Lucida mox cælo apparuit Crux ſuper Pictorum caſtra.Hanc Apoſtolus ipſi Hugo oſtendit,addiditq; id oſtẽtum ante partam victoriã haud cęlo defuturum;itaq; ei euenit, nã eo prælio hoſtẽ fudit eiuſq; copias deleuit.Ex quo
24 †Picti in hunc vſq; diẽ victrici Crucis inſigni in omnibus prælijs vtuntur.

25 Similis Crucis apparitio contigit† Richardo primo Regi Anglorum anno 1189. qua inflammatus eſt, vt expeditione in Palæſtinam conficeret glorioſè.

26 Garciæ quoq; Ximenio,primo†Nauarrorũ Regi,Crucem de cælo ſuper virẽtem quercũ oſtenſam fuiſſe, quã poſtea in ſuo clypeo,vexillis militaribus, & ſupellectili domeſtica ac numiſmatibus adhibuiſſe, Hiſpani Annales produñt,& omnibus notum eſt. Idem quoq; accidiſſe commemorant Iñico Ariſtę, primo Aragonum Regi, quam etiam pro inſigni vſurpauit:qui ſtrenui Reges huius virtutẽ, & potẽtia multas Barbarorũ acies fuderunt, multa cõtra Agarenos,nominis Chriſtiani infeſtiſsimos hoſtes,prælia feliciſsimè & pręclariſsimè confecerunt.
27 †Iam verò obquã cauſam quolibet anno decimoſeptimo Kal. Auguſt.celebratur in Hiſpania feſtiuitas Triumphi Crucis,niſi ob miraculum, quod contigit anno Chriſti 1212. prælio omnium



omniũ acerrimo, & periculoſiſsimo, in quo tres Reges, Alphõſus IX. Caſtellæ, Petrus Aragonum II. Sanctius Nauarræ, cũ Agarenis ad Nauas Tholoſanas in ſaltu Caſtulonenſi cõflixe-
28 rũt.† Dominicus Paſchaſius, Canonicus Toletanus Crucem,quæ Rodericum Ximenium Archiepiſcopũ Toletanum,qui illi pugnæ interfuit, antecedere ſolebat gẽſtans, per omnes acies hoſtiũ inoffenſus miraculo quidem euidenti penetrauit, & vſq; ad finem prælij, citra vllũ detrimentum ab hoſtibus illatum, vexillo ſalutiferę Crucis munitus triumphauit. Quicquid geſtum eſt in illa pugna, diuino præſidio ſolùm, & Crucis admirabili virtute cõparatum. Illud ſummè admirandum,cùm ex hoſtibus ducenta millia cæſa fuerint,ex Chriſtianis vix fuerunt viginti quinque deſiderati. Tanta autem copia haſtarum,iaculorum,& ſagittarum in Caſtris, & loco pugnæ, vt biduo exercitus Chriſtianus ignem ex ijs fouens, dimidiam vix partem potuerit abſumere.

29 Exercitui Magni Theodoſij † præeunte Cruce, eximia ac miraculoſa victoria eius virtute de hoſtibus potentiſsimis,ac copijs longè ſuperioribus triumphauit.

30 Signum Crucis † ſeruauit Hebręos in Ægypto,ne ab exterminatore delerentur; in deſerto, ne perirent à
31 ſerpentibus. † Tempore Ezechielis illo ſignati cædem euaſerunt. Conſtantinianæ victorię,& Honorij eiuſdem virtute ſunt patratæ: & pleræque aliæ à diuerſis religioſis Principibus,quarum accuratè ac diligentiſſimè ſanè meminit Frater Alphonſus Ciacon Theologus inſignis ordinis Prędicatorũ, & Pœnitentiarius Apoſtolicus in ſuo quod ſcripſit opuſculo eleganti de ſignis ſanctiſsimę Crucis:
32 vt ex ijs manifeſtum fiat,†quanta ſit auguſtiſsimæ Crucis virtus in prælijs conficiendis & quàm optimo iure in vniuerſalibus fidei actionibus,quibus victoria atque Triumphus de Chriſtianæ religionis hoſtibus repræſentatur,Crucis venerabile vexillum ſoleat adhiberi. Expedit enim duces myſticæ militiæ aduerſus hæreticos ac alios Chriſti hoſtes, hoc præeunte vexillo,pugnare.Propugnatores nãq; & Duces ad tutandã religionem cõſtituti ſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui Inquiſitionis arce excubias faciunt pro Chriſtiana fide, eam labentem inſtaurant,collapſam reſtituunt,reſtitutamque in ſuo virore & vigore conſeruant.

Iam verò,quod ſacrum Inquiſitionis tribunal antiquiſsimis moribus Cruce viridi ſemper vtatur, non ſine aliquo myſterio inſtitutũ credimus, licet eius conſuetudinis, & ritus nemo hucuſq; (quod ſciam) meminerit.
33 Et quidem†primò communis occurrit,ac ſatis æqua ratio,ſanctã(ſcilicet) Inquiſitionem viridis coloris Crucẽ elegiſſe, vt ab alijs Chriſtianæ reipublicæ inſtitutis, quæ Crucibus aliorum colorum vtuntur, commodiùs diſtingueretur: quemadmodum ✠
34 quod ſignum habetur militare† à pleriſq; gentibus, quod acies antecedit prælium cõmiſſuris, verſicolor à ſingulis nationibus accipitur. Hiſpani namque inſigni Crucis in vexillis militaribus albis rubro vtuntur; Galli in rubris albo; Scoti Cruce ſancti Andreæ candida in rubris. Burgundi eâdem, ſed in candidis rubrâ; ita eandem Crucem coloribus diſtingunt, & ſua cuique nationi & genti veluti propria, & genuina exiſtit. Chriſti nãq; effigies Cruci affixa & oſtenſa, militibus animos auget ad futurum prælium: mortis namq; non timetur periculum, vbi tantæ reuerentiæ conſpicitur ſignum.

35 Hanc ideò†diuerſorũ inſtitutorum milites

milites in pectore religioſè geſtant,
quò fortiores pugnis aduerſus fidei
Chriſtianæ hoſtes conferendis,& cō-
ſtantiores reddãtur,dum præſentem
memoriam Saluatoris recolunt, qui
pro illis ſponte,& intrepidè in eadem
Cruce mortem expetijt; verùm co-
loris & figuræ varietas Cruce-ſigna-
tos diſtinguit. Milites namque olim
Templarij, ſicut & nũc ſancti Ioãnis
Hieroſolimitani, Cruce alba vtebã-
tur:eiuſdem formæ & figuræ vtuntur
ſancti Iacobi,Enſigeri,Calatrauæ,ſan
cti Georgij Auis,Monteſæ,ſancti Ste-
phani rubra, variè tamen efformata:
Pereiri,Alcantaræ,ſancti Lazari, viri-
di,Chriſti alba rubenti inſerta:Pruſsij
nigra. Nimirum vt diuerſi coloris
Crucibus hæ militiæ diſtinguantur,
qua ratione dici poteſt ſanctum Tri-
bunal Crucem viridem delegiſſe.Sed
vltra illam generalem rationem pe-
culiares alias non ſpernendas (ni fal-
lor) excogitauimus, quare Crux viri-
dis potiùs quàm alterius coloris, ſan-
cto fidei Tribunali conueniat,quas ſa-
nè compendio referamus.
Diuus Paulus 1.ad Corinth.c.1.ait:
[Chriſtus factus eſt nobis ſapientia,
iuſtitia, ſanctificatio , & redemptio]
Innuens Chriſtum in noſtræ redem-
ptionis opere non tantùm voluiſſe
pro nobis Patri ſatisfacere,ſed cõſum
matæ iuſtitiæ, ſanctitatis, & omnige-
næ virtutis abſolutũ quoddam & per
fectiſsimũ exẽplar nobis relinquere,
iuxta illud Petri 1. c. 2. [Chriſtus paſ-
ſus eſt pro nobis , vobis relinquens
exemplũ,vt ſequamini veſtigia eius.]
Et D. Auguſtinus Crucem cõſiderat,
non tam patibulum morientis,quàm
Cathedram magiſtri docentis. Hinc
35 fit, † vt dum varijs coloribus Crux
ipſa depingitur ; multiplex Chriſti
virtus ſignificetur; nam ſicut diuerſa
ſolis illuſtratio in nubibus, varios ac
diuerſos colores apparere facit , vt
Phyſici docent; ſic Chriſtus verus,
ſplendens Sol iuſtitiæ in Crucis li-
gnum veluti gratiarum omnium ca-
thedram ac nubem aſcendens,multi
plici ſua irradiatione varios colores
in Cruce reddit: ſi enim Chriſtũ ſan-
guine ſuo perfuſum aſpicias , purpu-
rea Crux apparebit : ſi Diuinitatem
ipſius,humanitatemq; immaculatam
contempleris , albam Crucem vide-
bis ; ſi amorem & charitatem erga
homines,quam oſtendit,Crucem in
trepidè ac conſtanter aſcendens, in-
tuearis,Crux fulua, aureaq; fulgebit:
Si corpus ipſius vulneribus liuidum
inſpicias, cęruleam Crucem medita-
beris:ſi mortis pallore ſpecioſum eius
vultum deformatum ſuſpicias palli-
dam quoque Crucem iudicabis. De-
nique ſi in ſacro Chriſti capite ſpi-
neam coronam, virideq; ſertum quo
tanquam Diuinus Legifer noſter, &
mortis triumphator inſignitur, deſi-
deres,viridem quoque Crucem me-
ritò dixeris, vt inde nemo mirari de-
beat tam diuerſarum colorum Cru-
36 ces depingi. † Nam milites Diui Ia-
cobi, Enſigeri, Calatrauæ, Monteſæ,
Chriſti , & ſancti Stephani rubeam
Crucem ſuper pectus deferunt, me-
moriam recolentes Paſsionis Chri-
ſti,& ſanguinis pretioſi in Cruce pro
nobis effuſi, & vt armati milites fidei
ad aſpectũ Crucis & ſanguinis Chri-
ſti pro nobis effuſi,vt 2.Machab.cap.
6.(elephanti oſtenſo ſanguine vuæ &
mori,ad prælium acuebantur) diuini
honoris zelo tacti excitẽtur ad vltio-
nem inimicorum Chriſti,neque pro-
hibeãt gladium à ſanguine,ſi quidem
color rubeus ad ſanguinis ſignifica-
tionem à natura ipſa videtur fuiſſe
37 inſtitutus.† Diui autem Ioannis Ho-
ſpitalarij , Chriſti innocẽtiam & ſan-
ctitatem annunciant , qui ( vt habe-
tur Sapien. 7. & Apocal. 22.) eſt can-
dor lucis æternæ , & ſtella candida,
& ma-



& matutina. Alcantaræ verò milites,
Diui Lazari, & Annunciatæ viridi
39 Cruce ſignantur.† Et demum Inqui-
ſitores noſtri viridem Crucem ele-
gerunt non ſine magno Spiritus San-
40 cti conſilio;† viridis namq; color my-
ſterijs Crucis exprimendis inter co-
lores omnes eſt congruentiſsimus.
Primò enim congruit ipſi Cruci , &
patibulo , in quo Chriſtus paſſus eſt.
Secundò figuris & prophetarum ora-
culis. Tertiò, viridis color cõditionem
naturæ Chriſti,& illius virtutem,atq;
victoriã cõmodiùs exprimit. Quartò
Crux viridis multiplicem fructũ no-
bis à Chriſto per Crucem communi-
catum apertiùs indicat.
41 Primùm quidem † Crux , in qua
Chriſtus Dominus paſſus eſt , ex ar-
bore viridi fuit præciſa , & ex parte
leuigata,vt corpus ipſi affigeretur,id
quod apertè colligitur primum ex
antiquo more Romanorum,ſub quo-
rum imperio & iudicio Dominus Ie-
ſus paſſus eſt:illi enim facinoroſos ho-
mines ex arbore ſuſpendebãt,& eiuſ-
modi patibulum furcam , infelicem
arborem , ſiue malam Crucem voca-
bant.Secundò, id confirmat verbum
Chriſti , qui cum Crucem baiularet,
filias Hieruſalem ſuper ſe flentes cõ-
ſolatorijs verbis propheticè alloquu-
tus , & ventura ſuper eas mala præ-
nuncians , dixit Luc. 23. [ Quia ſi in
viridi ligno hoc faciunt , in arido
quid fiet ] Quod verbum quamuis
ſancti de ipſo Chriſto interpretentur
(cuius æternitas,firmitas, puritas , &
multiplex fructus per viride lignum
ſignificata eſt ) de ipſa tamen Cruce
ex viridi ligno præciſa , quam ſuper
humeros portabat cõuenienter ſatis
intelligitur. Tertiò idem ſuadetur ex
antiquiſsimis Crucis iconibus , &
imaginibus , quæ ex arbore viridi fa-
bricata , & ex parte decorticata de-
pinguntur , vt in celebri & antiquo
clauſtro ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ,
& alijs in locis. Quartò confirmatur
ex vocibus Eccleſiæ , dum in hymno
paſsionis Crucem arborem vocat:
[Arbor decora & fulgida,&c.] Et ite-
rum:[Flecte ramos arbor alta.]
42 Secundo † loco viridis color opti-
mè conuenit figuris , & propheta-
rum oraculis. De gloria enim Crucis
prædixit Eſaias cap. 35.Gloria Libani
data eſt ei , & virorem calami oritu-
rum prædixit.Ezech.quoque cap.17.
in ſublimi monte Iſrael plantam præ-
dixit erupturam in germen cum mul
tiplici fructu. Tandem hæc eſt ar-
bor illa magna & fortis ( Danielis
cap. quarto , & 6.) cuius proceritas
contingit cælum , quæ viſa eſt in
medio terræ , quia iuxta Prophe-
tæ vaticinium Pſalm. 73. Deus no-
ſter operatus eſt ſalutem in medio
terræ.
43 Viridem † quoque Crucis colorem
antiquæ figuræ conuenienter ſatis
nobis adumbrarunt. Quid enim co-
lumba poſt diluuij aquas ramum oli-
uæ virentibus folijs in Arcam Noe
ore deferens , niſi Chriſtum ſignifi-
cat? qui poſt aquas Paſsionis ſuæ ex
viridi Crucis arbore pacem terris in-
uexit , & Apoſtolis à mortuis reſur-
gens , ter pacem nunciauit? Quid
ligna holocauſti de monte præciſa,&
viridia ſuper humeros Iſaac ( Geneſ.
22.) niſi Crux viridis ſuper humeros
Chriſti? quid virides rami denſarum
frondium in feſto tabernaculorum
(Leuit. 25.) niſi viridem Chriſti Cru-
cem , verum & firmum ipſius Eccle-
ſiæ tabernaculum portendebant? Id
quod ſpiritu prophetico procul cer-
nens Balaam Numer. vigeſimoquar-
to dixit. [ Quàm pulchra taberna-
cula tua Iacob , tentoria tua Iſrael?
vt valles nemoroſæ , vt horti iux-
ta fluuios irrigui.] Ex viridi nam-
que tabernaculo Crucis Chriſti
Aa taber-

tabernacula Eccleſiæ virorem, & pulchritudinem acceperunt.Sed inter figuras omnes in antiquo illo Paradiſo Crucis viriditas apertiſsimè nobis quaſi penicillo depicta videtur, vbi Adamus operator & cuſtos conſtatutus eſt Geneſ.2.Ibi enim in medio paradiſi lignum Deus optimus produxit,nempe lignum vitæ,& lignū ſciētiæ boni & mali,quaſi initium mortis & vitæ ex tunc nobis oſtendens:ſicut igitur ex arbore ſcientiæ pendens ſerpens tortuoſus lethifero pomo mortem inuexit,æquum fuit vt ex viridi quoque arbore Crucis pendens ſapientia Patris vitam nobis præſtaret, id quod vocibus Eccleſiæ confirmatur.Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat,&c.Vt medelam ferret inde hoſtis,vnde læſerat.Et in præfatione Miſſæ:[vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui per lignū vincebat,per lignū quoq; vinceretur]

44 Iam verò † tertio loco viror Crucis cōditioni naturæ Chriſti illius virtuti mirabili,& glorioſo triumpho aptiſsimè congruit. Viridis enim color à virore dicitur, eſtque conſtantię & æternitatis hieroglyphicū ſignum, id quod Ioanni Euangeliſtæ in viſione throni monſtratum eſt(Apoc.4.)vidit enim circūdatam iridē ſimilē ſmaragdo,muros quoq; cæleſtis Hieruſalem vidit ſmaragdo lapide ornatos, vbi †
45 ſtabilitas & æternitas Chriſti,& gloriæ ipſius ſignificata eſt,rationale quoque in pectore Aaron viridi ſmaragdo ornatum,æternitatē Chriſti ſignabat, ſicut & ſanctorum confeſſorum conſtantiam viridis coloris ornamen
46 tis Eccleſia celebrat. Viridis † quoq; laurus diuinæ æternitati ab antiquis ſacrata eſt,atq; ea ſacratior,quæ viridior:rectè ergo æternitati Chriſti cōgruit Crux viridis,& immarceſcibilis, de quo ſcriptum eſt.Pſal.101.[Tu autem idem ipſe es, & anni tui non de-
47 ficient,]Hanc † firmitatem & ſtabilitatem ſuam Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Chriſtus communicauit, dū claues illius Petro tradidit)Matth.16.promittens, quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.Hanc Eccleſiæ ſtabilitatem Inquiſitores hæreticę prauitatis vigilanter cuſtodiūt.Sunt etenim vigiles,qui cuſtodiunt ciuitatem Eccleſiæ,& illius fidei ſinceritatem:ſexaginta fortes ſunt,qui cuſtodiūt lectulum Salomonis Cant. 3. Quare tenētur Chriſtiani principes hos fortes confortare,& in omnibus eis opportunum auxilium præbere,ne ſomnus Salomonis,id eſt,quies & pax Eccle-
48 ſiæ Chriſti turbetur. Viriditas † quoque in plantis fœcunditatis & germinationis manifeſtum eſt indiciū,optimè ergo perſonæ Chriſti cōuenit,qui à Patre ab æterno genitus, & ex matre Virgine natus,fœcūditatis vtriuſq; parētis honor eſt & decus.Qua ratione Euāgelicus Propheta Iſaias c.4. de ipſo prædixit; [Erit germē Domini in magnificētia,& gloria,& fructus terrę ſublimis]Vbi ſecundùm generationē æternā ex patre,germē Domini vocauit,ſecundū temporalē verò natiuitatē ex matre fructū terrę nuncupauit. Et ſimiliter idē Eſaias c.53.tropo iterū vſus eſt,cū dixit(Et aſcendet ſicut virgultū corā eo,& ſicut radix de terra ſitiēti)Quo facilè inſinuatur vtraq; generatio:ſicut enim virgultū & radix ex fœcunditate terræ procedunt,cæterum virgultū ſuperius eſt, & ex radice procedens:ſic diuinum verbum ex Patre genitum ſecundùm naturā diuinam ſuperiorem & altiorem, habet originem,ſecundum naturam verò humanā aſcendit ſicut radix,id eſt, ſecūdùm inferiorē naturam, de terra ſitienti, id eſt, ex virgine puriſsima, abſq; humore,& virili ſemine, vt explicuit Hierony.Ezechiel quoq; prædixit de Chriſto futurā cedrū magnū & ger-



men faciens fructum cap.17.
49 Deinde † color viridis inter colores omnes gratior eſt & ſuauior, & omnium rapit oculos, & ad ſe trahit: vnde & prata ridere dicuntur, quia videntes gaudio replent viriditate ſua. Quare ſi is color aptè Chriſto conuenit, de quo in Pſalm.44. ſcriptum eſt[Specioſus forma &c]& lib. Cantic.9.[Guttur illius ſuauiſsimum, & totus deſiderabilis]omnium oculos ad ſe trahebat,vultum illius deſiderabat terra,& in ipſum deſiderant Angeli proſpicere (vt inquit Apoſtolus Petrus in Epiſt.1.c.1.)lex Euangelica gratiſsima,& iugū ſuaue. Hæ ſunt virides & gratiſsimæ ſationes quas Chriſtus & Apoſtoli ſeminarūt;de quibus Eccleſ.40.Scriptum eſt[Gratiā & ſpeciem deſiderabit oculos,& ſuper hoc virides ſationes.]Ex hac enim diuini verbi mirabili ſatione granū illud frumēti in cruce mortuū creuit in aceruum tritici, & viride, atque immarceſcibile, gratiſsimumq; germen fidei pullulauit:hanc Chriſti Euāgelij, fideique gratiam,pulchritudinem,& ſuauitatem, Crux viridis fideliū oculis gratiſsima manifeſtè refert. Sicut B.Andreas inter Apoſtolos vocatione primus,cùm ad Crucē duceretur, illius laudes,& gloriam exultabūdus decātans,dicebat.[O bona Crux diu deſiderata,& concupiſcēti animo prę parata,ſuſcipe diſcipulum eius qui pe
50 pendit in te].Huius † ſuauitatis manifeſtum teſtimoniū perhibēt tot myriades virginū, & martyrum ad Crucem certatim,& alacriter properantes,& impletum eſt verbū Chriſti dicētis Ioan.12. [Ego ſi exaltatus fuero à terra,omnia trahā ad me ipſum] maiori enim vi atq; efficacia ſuauitas, & gratia Crucis trahit ad ſe credentiū animos,quos pater ille cæleſtis trahit quàm electrū trahit paleas,& magnes ferrum:cuius virtutis typum eleganter expreſsit lignū illud viride ab Eliſeo præciſum,tantæ virtutis,vt ferrū quod ex manubrio in aquam ceciderat,ex profundo enatare fecerit,& ad ſe traxerit 4.Regum 6. Hanc mirificā Crucis Chriſti attractiuam vim agnoſcēs ſponſa,rogat ſpōſum Cāt.1.[Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorū tuorum]Viridis ergo color naturâ ſuâ gratus oculis,ſuauis, & attractiuus eſt,atque eo cōſilio venatores viridi colore induūtur, vt feræ nō fugiant,imò attrahātur.Appoſitiſſimè ergo Inquiſitores hęreticę prauitatis viridi cruce vtūtur,vt feri & impij hæretici tribunalis huius iudiciū non fugiant,imò per viridem & attractiuam Crucē attrahantur, & pœnitētiū oculis objiciātur,vt illius aſpectu ex profundo tenebrarum,errorum & infidelitatis pelago frigida corda,grauia & indurata ad matris Eccleſiæ benignum gremium adducātur,atq; ad pœnitentiā,& fidei ſinceritatem trahantur,ac etiam reuocentur.

51 Viriditas † quoque victoriæ & triūphi ſignum eſt:viridibus namq; ramis victorias celebrare,& viridibus ſertis triūphantiū capita redimere ſemper in more fuit,atq; ea ratione Chriſtus redēptor noſter glorioſum illū triumphū ſuum quē ante præliū quaſi propheticè in die Palmarum agere voluit turbarū exclamatione,palmarū & virentis oliuæ ramis decorari cōſtituit, & in die pugnæ & mortis in viridi arbore crucis,& viridi ſpinarū ſerto cōronatus(quem aries inter vepres ab Abrahamo præuiſus figurauit Geneſ. 22.)pati voluit,id quod alta mēte cogitandū fidelium animis,alma proponit ſponſa,dicens Can.3. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua,in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. In vtero enim virginis æternus pater

fecit nuptias filio ſuo cum humana
natura. Matth.21. & in lecto viridi &
florido Crucis matrimonium cõſum-
matum eſt, dicente Chriſto Ioan.19.
[Conſummatum eſt] ille vtique fuit
deſponſationis dies, & veræ lætitiæ
cordis atque triumphi: cùm igitur in
eiuſmodi actionibus fidei Patres In-
quiſitores, Chriſti nomine inuocato,
contra hoſtes fidei triumphum agãt,
meritò viridem Crucẽ exaltant, qua-
ſi dicẽtes: [Hæc eſt victoria, quæ vin-
cit mundum, fides noſtra 1.Ioãnis.5.]
52 Crux † enim Eccleſiæ vexillum, & vi
ctoriæ Chriſti glorioſum eſt inſigne,
atq; ea ratione ſponſus Eccleſię Cru-
cem, quam aſcenſurus erat, vt aereas
poteſtates debellaret, palmam voca-
uit, dicens: [Aſcendam in palmam, &
apprehendam fructus eius. Cant. 7.]
Commodiſsimè igitur ecce iam
nobis gratiſsimus, & ſpecioſus cãpus
patêre incepit, vt de multiplici Cru-
cis fructu quarto loco dicamus; qui
quãquam integrum librum quaſi ſuo
iure petebat, ſelectiores tamen flores
ex viridi & florigero campo carpe-
mus, & in faſciculum noſtrum viri-
dem compendio coaptabimus. Prin-
53 cipio † quidem per virorem vita ſi-
gnatur: viror enim in plantis vitæ, ari-
ditas verò interitus apertum eſt ar-
gumentum. Chriſtus verò: [Ad hoc
inquit Ioan.10. veni in mundum, vt
vitam habeant, & abundantiùs ha-
beant:] Et ſicut protopatri ex limo
terræ formato inſpirauit Deus in fa-
ciem ſpiraculum vitæ naturalis; ſic
Chriſtus in Cruce moriens tradidit
ſpiritum in manus patris, vt illum no-
bis inſpiraret, quò ex morte ad vitam
reuocati ſpiritu Chriſti viuamus; quia
(vt Propheta prædixit Thren.4.) Spi-
ritus oris noſtri Chriſtus Dominus.
Et ſicut olim Eliſęus, vt puerum ſu-
ſcitaret, aſcendit ſuper lectum, & in-
curuatus, & commenſuratus puero,
ſpiritu ſuo illum calefecit, & ad vi-
tam reſtituit. 4. Regum. 4. ſic nimi-
rum Chriſtus Dominus, dum poſt
cœnam in horto ad Patrem orauit,
ter procidit in faciẽ ſuam, homini de
terra formato & vita functo commẽ-
ſuratus eſt, & ſequenti die extenſis in
Cruce brachijs moriens, mortuo ho-
mini commẽſus, & incuruatus illum
54 viuificauit: ſacra verò † Crux in in-
ſtrumentum vitę non eſt fortuito ca-
ſu aſſumpta, ſed diuino conſilio ele-
cta, tũ vt diuina ſapientia magis ſplen
dêret, dum inſtrumentum mortis, &
maledictionis in benedictionem &
vitam commutauit: ſunt enim ma-
nus illius tornatiles (Cantic.5.) & quæ
rerum naturas inuertunt; tum quia
inter figuras omnes Crucis figura ſu-
ſceptioni vitæ ſecundùm Aſtrologos
eſt aptiſsima: in hac namq; Crucis fi-
gurá videtur Deus ab initio cõſtituiſ-
ſe vitam, & eſſe totius orbis: totus
enim orbis quatuor punctis diſſeca-
tur, à quibus ductæ lineæ Crucem fi-
gurant ab Oriente in Occidentẽ, & à
Meridie in Septẽtionem. Et Chriſtus
in Cruce pendens extenſis brachijs
quatuor orbis partibus vitam com-
55 municauit. Arabes † Crucis figuram
cunctis præſtantiorem dixerunt. Ab
Ægyptijs quoque veteres accepêre
ſtellarũ fortitudine Crucem factam,
eſſeque earum fortitudinis ſuſcepta-
culum, & habere ſummam inter cha-
racteres poteſtatem, & vires, & ſpiri-
tus ſuſcipere planetarũ: proinde Se-
rapidis pectori eam figuram inſcul-
pebant. Hinc eſt, quòd natura ipſa
viuentibus omnibus Crucis figuram,
quaſi vitæ naturalis initium, intimè
impreſsit: plantæ enim, dum à terra
aſcendentem virgulam teneram duo
prima folia exornare incipiunt, dum
aſcendentes arbores extenſis ſuper
truncum ramorum brachijs dilatan-
56 tur, dum † piſces penniculis aquam





ſulcantes natant, dum volucres expã-
ſis pennis volãtes aerem ſcindũt, dũ
homines caput commiſſura crucis ſi-
gnat, dumq; extenſis brachijs Crucẽ
efficit, omnia ſanè Crucis figurã quaſi
vitæ radicem profitentur. Aptiſsima
57 igitur ratione † Crucẽ Chriſtus ele-
git, vt nobis vitam præſtaret: hoc eſt
enim lignum illud vitæ, quod vidit
Ioannes, fructus duodecim tribuens
per ſingulos menſes (Apoc. 22. quos
Paul. ad Galat.5. explicuit [Fructus ſpi
ritus eſt charitas, gaudiũ, pax, patien-
tia, benignitas, bonitas, lõganimitas,
manſuetudo, fides, modeſtia, conti-
nentia, caſtitas] vbi inter duodecim
fructus ſpiritus ex arbore Crucis à
Chriſto in nos deriuatos primũ locũ
charitati tribuit, quia illa eſt forma &
vita fidei, & virtutum omnium, iuxta
verbũ illud Paul. Epheſ.3. in charitate
58 radicati & fundati: Cùm ergo † Inqui
ſitorũ peculiare munus ſit vitã fidei
conſeruare, agrũ Eccleſiæ, & maximè
arborẽ crucis excolere, aridos ramos
amputare, præſcindere, & in ignem
mittere, arentia folia excutere, dum
hæreticos & apoſtatas pro mẽſura de-
licti puniũt, dũ erroneas propoſitio-
nes, & quæ hæreſim ſapiunt, ſcãdaloſa
verba, temeraria, malè ſonãtia, & pia-
rum autiũ offenſiua dãnant, fidei ſin-
ceritatẽ cuſtodiũt, vitã fidelium, quæ
à Chriſto capite per ſacramentorum
venas in nos trãsfunditur, cõſeruant,
Eccleſiæ virorẽ, & pulchritudinem
ſancta æmulatione, & zelo protegũt,
vt exhibeãt ipſi glorioſam Eccleſiam,
non habentem maculam, aut rugam,
aut aliquid huiuſmodi, vt Paulus di-
xit Epheſ.5. Cum ergo lignum crucis
vitæ noſtræ inſigne Chriſtus eſſe vo-
59 luerit, cõmodiſsimè Inquiſitores † dũ
viridi colore illam exornant, vitæ in-
ſignia inuicem annectunt, & firmio-
ri atque explicatiori argumento vi-
tam Crucis confirmant. Quòd enim
viror ad vitę indicium & effectum ſit
ab ipſa natura inſtitutus, non ſolũ an-
tiquum illud viride lignũ vitæ in pa-
radiſo à Domino plantatũ apertè pro
bat, ſed multiplex vitalis virtus vir
gultis, herbis, plantis, radicibus imò
& lapidibus admirabiles humanæ ſa-
lutis effectus magnificè à Deo opti-
60 mo collati. Inde ſmaragdus † in pretio
eſt, quòd ilium dolorẽ arceat, viridis
61 quoq; † Heliotropius ſanguineis gut
tis pulchrè reſperſus, quòd ſanguinis
fluxum mirabiliter reſtringat, in ma-
gno pretio habetur. Eò ſpectat quod
Redẽptor noſter, in quo vita erat, vt
Ioan. ait c. 1. & 2. imò qui erat reſur-
rectio noſtra, & vita, vt ipſe inquit
Matth. cap. 9. ſanguinis fluxum,
quẽ hæmorrhoiſſa patiebatur, tactu
fimbrię compreſſerit, humanę naturę
ſanguinem, id eſt, peccatorum flu-
xum cohibuerit: Sic enim per Eze-
chielem cap. 16. Dominus naturam
humanam affatur: [Tranſiens autem
per te vidi te conculcari in ſanguine
tuo, & dixi tibi cùm eſſes in ſangui-
ne tuo, viue. Dixi (inquam) tibi in ſan-
guine tuo, viue] Cuius verbi gemina-
tione copioſam & abundantiorem
vitã per Ieſum Chriſtum nobis præ-
ſtandam Propheta prædixit; id quod
per virorem germinis apertiùs ad-
huc expreſsit, dum ſtatim ſub-
dit: [Multiplicatam quaſi germen
62 agri dedi te,] Ecce † quàm germa-
nus Crucis ſit viror, & quàm verò
vita nobis per Crucem exhibita in
vtroque explicetur; glorioſum hunc
vitæ fructum ex Crucis arbore no-
bis productum plurimi alij fructus
comitantur, quos Paulus iam no-
bis explicuit, inter quos præclarus,
& ſuauiſsimus fructus eſt clemen-
tiæ & miſericordiæ, cuius progñoſti-
cum ſignum, & quaſi Dei promiſſum,
virens oliuæ ramus à columba in
arcam Noe delatus, & viridis arcus

cæli in ſignum fœderis & clementiæ ipſi Noe à Domino datus, extitêre. Ex hoc † dulciſsimo diuinæ clementiæ fructu ſpei noſtræ gratiſsimus fructus pullulat, quæ ab arbore crucis proceſsit; ſic enim concinit Eccleſia, [Salue Crux ſancta, ſalue mundi gloria, vera ſpes noſtra] Virorem verò ſpei eſſe ſymbolum, antiqua omniũ
64 traditio ſatis probat. Dum igitur † Inquiſitores viridem Crucem exaltant de Ieſu Chriſti, & ſponſæ ipſius Eccleſiæ clementia, qui fidem abnegarunt, & à Deo receſſerunt, non deſperent cum impio & infideliſsimo Cain dicente Geneſ.4. [Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear] quin potius dicant cum Iob.31. [Etiã ſi occiderit me, ſperabo in eum] Ipſe enim per Ezechielẽ c.18. promiſit, ſic dicẽs: [In quacumq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor]
65 meritò igitur † Crux viridis illis oſtẽditur, vt aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum, cum vera cordis contritione & fide non ficta ad thronum gratiæ ipſius gementes accedant, ex miſericordiæ viſceribus ſpem veniæ concipiant & matris Eccleſiæ benignitatem & miſericordiam experiri mereantur.

Hæc ſunt inter plurima alia quæ de viridis Crucis meditatione dicenda ſeſe offerebant: quæ ſanè omnia cum ipſis ſanctiſsimæ Inquiſitionis inſignibus atque ſtemmatibus aptiſsi-
66 mè conueniunt, illius † namque vexillum Crucem habet viridem in cãpo nigro, quæ à dextris virentis oliuæ ramo decoratur, à ſiniſtris verò diſtricto gladio coruſcat, ſcutum verò cõueniens verſus cingit. [Exurge, Domine, & iudica cauſam tuam Pſal.73.] Viridis oliuæ ramus omnia à nobis de viridi Cruce dicta manifeſtè cõfirmat, potiſsimùm verò monet illos fidei iudices, nihil illis antiquius eſſe debere miſericordia, & clemẽtia, quã
67 † oliua mirificè adumbrat, quæ ramos habet perpetuò virentes, & qui tempeſtates præ cæteris arboribus diutiſsimè ferãt, & aquis immerſi nec tã citò corrumpantur, neque virorem amittant. Qua de cauſa hæc arbor reſtituti orbis, & placati numinis argumentum fecit, ob quam ſignificationem eiuſdem oliuæ ramis voluit in die Palmarum ab Hieroſolimitis ouanter excipi, vt ſignificaret diuinum pectus ad miſericordiam iam inflecti, & ad hominum reconciliationem inclinare.

68 Gladius † verò à ſiniſtris, nõ à dextris collocatus, oſtẽdit primas miſericordię deferẽdas, ſuperexaltat enim miſericordia iudicium, vt ait Iacobus cap.2. Quare Inquiſitores vt veri patres omnia prius tentare debent, vt ad Eccleſiæ benignitatem reos diſponãt, & quaſi inuiti videantur ad diſtrictionẽ & vſum gladij accedere, atque ea charitate indui, qua Paulus inceſtuoſum hominẽ tradidit Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini 1. Corinth. 5. cũ verò reorum pertinacia, atque obſtinatio miſericordię ianuas claudit, gladiũ diſtringere opus eſt [ad faciendã vindictã in nationibus, increpationes in populis, vt faciant in eis iudicium cõſcriptum, & tradant impios vltricibus flammis: gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius.] Pſalm.149. Non ſine cauſa gladium portant, Dei enim miniſtri ſunt, Rom.c.13. [vindices in iram, ad vindictã malorum.] 1. Petr.2. laudem verò bonorum. Id quod in gladio illo flammeo, atq; verſatili paradiſi diuina iuſtitia nos docuit. Gen. 3. docuit & præcurſor Ioann. cùm dixit Matth. cap. 3. [Iam enim ſecuris ad radicem arborũ poſita eſt: omnis ergo arbor, quæ non facit fructũ bonũ, excidetur,



& in igne mittetur: ſicut igitur antiqua illa arca, in qua vetus Lex cõcludebatur, ſuauiſsimũ manna ſimul cum virga continebat; ſic vtique Crucem Domini, verã arcam, quæ Chriſtũ & legẽ gratiæ continet, ramus oliuæ & gladius comitãtur, vt impleatur verbũ Regij vatis Pſal.21. [Virga tua, & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt.]

69 Tandem † campus niger, in cuius medio crux viridis collocatur, reorũ pœnitentiã & ex peccatis cõceptam triſtitiã cõmodiſsimè inſinuat: quam tamen viridis ſpe veniæ temperat, ne fortè (vt Paulus 2. Corint.2. ait) abundantiori triſtitia abſorbeantur: quin potiùs ſpe venię ſubleuentur. Et quãuis timor ſupplicij (qui in fuſco & nigro colore ſignatur) cõtriſtet, ſpes tamen miſericordiæ & charitas per timorẽ, veluti filũ per ſetã (vt Auguſti. dixit) inducta conſoletur, & lætificet, & impleatur verbum Eſaię Prophetæ c.26. [A timore tuo cõcepimus, & quaſi parturiuimus ſpiritum ſalutis.] Hũc ſpiritum ſalutis Eccleſiæ filijs, quantumcumq; dyſcolis & impijs Inquiſitores ex animo infundi deſiderant, & reddi ſalutarẽ lætitiã omnibus modis exoptãt, & adiuuãt. Ad hoc benignitate; & ſeueritate vtuntur, ad hoc viridẽ Crucẽ virẽtis oliuæ ramo, & gladio comitatam oſtendunt, vt Dei iudicium imitentur, qui in illis exurgit, vt iudicet cauſam ſuam Pſal. 73. Ad hoc nigrum campum oculis obijciunt vt culparum grauitate perpenſa, ad ſalutem contriſtentur, & lugeant, ſic enim Paulus 1. Cor.7. ait: [Gaudeo, nõ quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitẽtiam, quę enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilẽ operatur.]

*De Rubo.*

NEq; ſanè ab hac conſideratione aliena eſt, neque diſſona, imò cõ-
70 gruentiſsima † celebris illa conſuetudo, quæ in pleriſque tribunalibus ſanctæ Inquiſitionis, maximè apud Hiſpanos inualuit, vt pridie actionũ fidei in caminum incendij rubus ſolẽniter deferatur, cuius flammis, qui incendij ſupplicio digni ſunt, exurãtur, id quod cum his, quæ de ſacræ Inquiſitionis ſtemmatibus dicta ſunt, maximè conuenit.

71 Primò quidẽ † rubus ille Moyſi olim in deſerto oſtenſus, qui ardebat, & non comburebatur, fidẽ Eccleſiæ, & indeficientem ipſius ſplendorẽ apertè ſignificauit, quæ ardet, & non conſumitur, vt autor eſt Hieronymus in Eſaiæ c.43. habet enim infallibilem veritatem & firmitatem in promiſsione Chriſti ad Petrum Matth. 16. [Super hanc petram, id eſt, fidei confeſſionem, quam Petrus confeſſus eſt, ędificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã] Impiorum & hęreticorum hominum voragines, afflictiones, & perſecutiones non præualebunt: & quamuis tanquã perfidus Simon cõtra Eccleſiam incẽdia iactent, non minus ab incendio ſeruabitur Eccleſia, quam tres illi pueri ſancti Daniel.3. igne Babylonico in lenem auram conuerſo per Angelũ Domini ſeruati ſunt, impijs hæreticis rubi flammis exuſtis, ſicut miniſtri fornacem Babylonicum incendentes ipſius flammis periêre. De huius Rubi, id eſt, ſacrę fidei ſpinis, commodiſſimè intelliguntur verba illa Eccleſ. 18. [Sepiã aures tuas ſpinis] fides enim eſt ex auditu, vt Paulus ait ad Roman. cap.12.

Secundò Rubus ardens, & non cõburens cum gladio vindictæ & oliua miſericordiæ maximè conuenit, cum ſanctæ Inquiſitionis tribunal in vtroque munere vniuerſas vias Domini, quæ (vt Regius vates cecinit) ſunt miſericordia & veritas, ſemper imitari ſtudeat: & (vt iterum idem

Propheta dixit) Ira in indignatione
eius,& vita in voluntate ipſius; non
enim vult mortem peccatoris (vt per
Ezechielem c.18. & 33. teſtatur) ſed
72 vt conuertatur & viuat. Sic † Inqui-
ſitores fidei verè pœnitentibus miſe-
ricordiæ & vitæ ſinum aperiunt, le-
niſq; miſericordiæ aura reficiunt, pro-
teruos verò, & pertinaces, qui ſunt
Gentes, quæ ignorant Deum, & ab
vnius, & veri Dei cultu, atque Ec-
cleſiæ obedientia recedunt, veluti
arbores infructuoſas, autumnales,
eradicatas, & bis mortuas, vt Iudas
Thadæus Apoſtolus dixit) rubi flam-
mis vltricibus tradunt, ipſius Dei iu-
ſti iudicis iudicium imitantes, qui
per Ezechielem Prophetam contra
impios, & ſibi rebelles ſic ait cap. 20.
Viuo ego (dicit Dominus) quia in ma-
nu forti, & in brachio extenſo, & in
furore effuſo regnabo ſuper vos, &
ſubijciam vos ſceptro meo, & indu-
73 cam vos in vinculo fœderis. Sic † ni-
mirum fidei iudices non deſiderant
hominum perditionem, & interitum,
ſed pœnitentiam, & correctionem;
atque ea de cauſa rubi ſolenni geſta-
tione quaſi cõminantur, & metuen-
tibus Dominum dãt ſignificationem,
vt fugiant à facie arcus; vt liberentur
dilecti, & ardentis rubi ſplendoribus
illuſtrentur, neque flammis combu-
rantur: impij verò, pertinaces, & pro-
terui, atq; miſericordiæ viſceribus in-
digni, ardentis rubi flammis exuran-
tur.

74 Tertiò, † Rubus Inquiſitorum mu-
nus accommodatiſsimè repręſentat,
ſicut enim rubus propter ſpinarum,
& aculeorum dẽſitatem tutiſsimum
eſt camporum, & hortorum muni-
mentum, quia ingredi volẽtes, & no-
cere pungunt, vulnerãt, lacerant, atq;
cruentant: ſic Inquiſitores vineã Ec-
cleſiæ, & ipſius fructus, & fidei ſince-
ritatem vigilantiſsimè cuſtodiũt, atq;
ab hoſtium incurſibus tuentur, & ve-
luti Seraphini verſatili gladio Para-
diſum Eccleſiæ protegunt, Geneſ. 3.
munimentumq; tutiſsimum ſunt Ec-
cleſiæ, & Samſonis vulpes, quę demo-
liuntur vineas Eccleſiæ, & quæ in fa-
cie quidem ſpeciem ſanctitatis ha-
bentes, in caudis ignem errorum ac
hæreſum geſtantes in meſſem agri
Dominici inferre conantur, rubi ſpi-
nis vulnerant, & flammis exurunt.

75 Quartò, Rubus † rigore & aſperi-
tate, quæ potiùs frangatur, quàm fle-
ctatur, impiorum hominum obſtina-
tionem & proteruiam ad peccãdum
deſignat, qui ſub ſenſibus delicias cõ-
ſtituunt Iob 30. & qui peccatorum
aculeis coronam plectunt, qua Chri-
ſti Seruatoris noſtri caput pungunt,
atque cruentant Ioann. 19. & Matth.
27. potiſsimùm verò hæreticorũ ho-
minũ aſperi mores, & animi proter-
uia, pertinaciaq; deſignantur, qui po-
tiùs frangãtur, & comburãtur, quàm
flectãtur; & ſicut Rubi ſentes ac ſpinę
tranſeuntium veſtes lacerant, ſic ſpi-
noſi & facinoroſi homines prauo exẽ-
plo, & impij hæretici perfidia tunicã
inconſutilem Chriſti Ieſu ſcindunt
ac lacerant, dum fidem, pacem, &
charitatẽ Eccleſiæ, dilectiſsimę ipſius
ſponſæ, perturbant. Commodiſsimè
igitur eiuſmodi ſceleratorũ hominũ
incẽdio rub⁹ adhibetur, vt de immar-
ceſcibili rubo fidei ignis prodeat,
qui ſpinoſos, inflexibiles, & pertina-
ces homines deuoret. Speciali tamẽ
quadam ratione perfidorum & pro-
teruorum Iudęorum, Iudaizantium-
que incendio rubus cõuenit, vtpote
quorum duci, & legiſlatori Moyſi ru-
bus ille mira Dei optimi diſpẽſatione
& manifeſta viſione in deſerto appa-
76 ruit, vt in ipſius † ſpinis ardentis ignis
flammis non combuſtis, diuini Verbi
cum humana natura ſacrã, & hypo-
ſtaticam vnionem agnoſcerent, &
adora-



adorarent, atque ſacroſanctæ puer-
peræ Mariæ integritatem confiteren
tur, quæ vt verus rubus diuini ignis
flammis cunctas hæreſes in mundo
interemit. Deus ſiquidẽ noſter ignis
conſumens eſt, Deuteron. 4. qui hu-
manam naturam aſſumens non con-
ſumpſit, atque intra virginis inteme-
ratæ vterum ardens, integritatem
non tantùm non læſit, quinimò diui-
nis ſplendoribus illuſtrauit. Perfidis
igitur Iudæis rubi typici myſterium,
& veritatem abnegantibus, ac reli-
quis hæreticis, & apoſtatis fidem in
baptiſmo promiſsã pertinaciter deſe-
rentibus, appoſitè rubus pridie incẽ-
dij præcedit, vt ignis vorax ex ipſo
procedens impios exurat; & implea-
tur verbum Dauid Regis Pſalm. 96.
Ignis ante ipſum præcedet, & inflam
mabit in circuitu inimicos eius, &c.

Diximus hucuſq; de ſingulis ſtem-
matibus, quæ ſanctæ Inquiſitionis ſcu
tum illuſtrant: ſupereſt vt vltimam
manum imponẽtes, exponamus ver-
ba illa Pſalmiſtæ Pſalm. 73. [ Exurge
(Domine) iudica cauſam tuam ] quæ
Crucis ſignum ambiunt & exornant.
77 † Et licet verùm ſit, quòd de primo
aduentu Domini in carne intelligi
poſſunt, non tamen minùs aptè Re-
gius Propheta ſecundo aduentui fu-
roris & vindictæ aptare viſus eſt: In-
ſurrexerunt namque hoſtes infeſtiſ-
ſimi aduerſus Eccleſiam ſanctam &
incontaminatam, pro viribus nitẽtes
eam euertere, vel ad minus ſuis erro-
ribus & ſectis turpiſsimis obſcurare,
78 & fœdare; † quæ in ſpiritu præuiſa fue
runt à Daniele Propheta cap. 7. in illa
viſione mirabili & ſtupenda quatuor
beſtiarum de mari egredientium ad
vaſtandam Chriſti Eccleſiam. Pri-
ma beſtia erat, quaſi leæna. Secunda,
quaſi vrſus. Tertia, quaſi pardus.
Quarta denique, & vltima omnium
erat terribilis, & quæ cæteras deuo-
rauit. Per quę deſignãtur quatuor ge-
nera & ſtatus inimicorũ, qui ſanctam
Eccleſiam infeſtare non deſinunt. In
Leæna præfigurata fuit perſequutio
immanis tyrannorum, in vrſo perſe-
quutio hæreticorum, in pardo perſe-
quutio Saracenorum, quæ ortum ha-
buit poſt obitum Heraclij Imperato-
ris circa annos Domini 700. quæ ſecta
pardi nomine deſcribitur à prædicto
Propheta quia variæ nationes beſtia-
les eam receperunt, vtpote Arabes,
Tartari, & Turci, aliqua pars Æthio-
pum, amplexãtes Mahumeti ſectam,
quę ſimilis pardo deſcribitur propter
varietatem hæreſum, quas in ſe con-
tinet, ſcilicet, Manichæorum, Monta-
norum, & Iacobitarum, qui adhuc
circumciſionem ſeruant, ex quibus
conficitur peſtifera Mahumeti ſecta,
vt videre eſt in ſuo Alcorano, quæ
vſque ad Indos, Parthos, Perſas, Sy-
ros, Medos, Chaldæos, & omnes Ar-
menias, Aſiam Minorem, Arabiam,
Græciam, Syriam, Ægyptum, & Afri-
cam dilatata eſt, ſic vt videatur ad
vnicum Europæ angulũ Chriſti Ec-
79 cleſiam reduxiſſe. Quarta beſtia † erat
Antichriſtus, quæ cæteras tres deuo-
rare dicitur, vtpotè præeminens &
potentior illis; qui tanquam caput
omnium malorum iudicandus eſt, ſi
attendatur malitiæ perfectio, quod
apertè colligitur ex ſacra Scriptura;
& ab omnibus recipitur cum D. Gre-
gorio in lib. 15. Moralium, cap. 38. vbi
80 ait Antichriſtũ † omnium iniquorum
caput eſſe; erit enim maximus inter
omnes peccatores, vt apertè docet
Paulus 2. ad Theſſalonicen. 2. vbi ap-
pellat Antichriſtum peccatum, & fi-
lium perditionis, & per Antonoma-
ſiam vocatur ille iniquus, & quod il-
lius aduentus ſit futurus in omni ſe-
ductione iniquitatis: vnde omnes in-
ſigniter iniqui, qui eius aduentum
præcedũt, Antichriſti myſtici vocan-

tur.Et D.Paulus eos vocat ibidē my
ſterium iniquitatis;dicens.[ Et nunc
myſterium iniquitatis operatur] : &
prima Ioannis.4.dicitur[Antichriſtus
iam venit,& nunc iam eſt in mundo]
quia improborum hominum malitia
typus eſt & figura iniquitatis, quæ in
81 Antichriſto futura eſt, qui quidem †
Iudæus erit, & naſcetur Babylone
ex Tribu Dan, reędificabit templum
Hieroſolimitanum à Romanis de-
ſtructum, virtute dæmonis.Deo per-
mittente,multa operabitur prodigia,
ita vt in errorem inducantur (ſi fieri
poteſt)etiam electi: ſed poſt quadra-
ginta duos menſes. D.Ieſus ſpiritu
oris ſui interficiet ipſum. Ad eū con-
fluent omnes Gentes:nam ipſe Anti-
chriſtus erit circūciſus,& trahet ad ſe
Iudęos & Saracenos, & finget ſe ſer-
uare vetus Teſtamētum, & etiam le-
gem Mahumeticam in parte,& tota-
liter negabit Chriſtum; quia † dicet
82 ſe eſſe Meſsiam in lege promiſſum.
Itaque ex cunctis ſectis & legibus ali-
quid accipiet, vt omnes ſeducat. Be-
ſtia hæc quarta à Daniele præuiſa ne-
quior erit tribus,quia cum armis om-
nium acriter impugnabit Eccleſiam.
83 Nunc ergo† meritò conqueritur Da-
uid,& in perſona Eccleſiæ Pſal. ſupra
citato exclamat:dicens:[O Deus,qui
carnem aſſumens homines à morte
& peccato liberaſti,veni iam in ſecū-
do aduentu magnifico & glorioſo,
Exurge & iudica cauſā tuā. Vſquequo
eccleſia tua vexabitur per has beſtias
immanes & horrendas? Recordare
quòd ſumus populus tuus,& oues paſ
cuæ tuæ.Exurge ergo, & leua manus
& potentiam tuam in ſuperbias ini-
micorum infidelium, Iudæorum, ty-
rannorum, Saracenorum, hæretico-
rum& ſequacium Antichriſti]Quare
iterum conuerſus ad Chriſtum dicit:
[O Domine iuſtus Iudex, tu qui de-
diſti pręcepta iuſtis,& promiſiſti prę-
mium obſeruantibus, tu qui ſtatuiſti
comminationem tranſgredientibus
mandata tua,tu qui iuſtus es per eſ-
ſentiam, & reddes vnicuique iuxta
opera ſua: tu qui reſpicis de excelſo
throno tuo iuſtos iniuſtè condemna
ri,Martyres à tyrannis occidi, bona
pauperum auferri, pupillos opprimi,
malos à vera via deflectere, & peſsi-
mos homines à verâ fide deficere, tu
qui es Iudex vltionum,& Deus zelo-
tes,viſitans iniquitates in tertiam &
quartā generationem, exurge, & iu-
84 dica cauſam tuam.]† Hoc zelo tutan
di Eccleſiam ſancti Officij Inquiſito-
res commoti,reſpicientes in autorem
fidei & conſummatorem Ieſum, pro
titulo Crucis aptiſsimè verbis Pſalmi
ſtæ vtuntur,vt potè qui expectantes
aduētum Domini,& iudiciariam eius
poteſtatem ipſi à patre traditam in
cælo & in terra,interim puniunt ma-
los,vt reliquos deterreant, & bonos
tueantur,Eccleſiamq́; Domini,ne be
ſtiæ peſsimæ, & feræ horribiles ipſam
ſubintrare & euertere attentent,
quam veri & fideles Domini miniſtri
muniunt,ac cuſtodiunt.
85 Quanti igitur ſancta Crux † ha-
benda ſit,ſatis nobis eſt perpendere
Dominum eā beaſſe:quibus mirabili-
ter confert illud B.Ioan.Chryſoſtom.
in Homilia de Cruce & latrone, in-
quit enim[Crux ſpes Chriſtianorum,
Crux reſurrectio mortuorū, Crux cę-
corum Dux,Crux deſperatorum via,
Crux claudorum baculus,Crux con-
ſolatio pauperum,Crux refręnatio di
uitum,Crux deſtructio ſuperborum,
Crux malè viuētium pœna, Crux ad-
uerſus dæmones triumphus,Crux de
uictio Diaboli, Crux adoleſcētiū pæ-
dagogus, Crux ſuſtentatio inopum,
Crux ſpes deſperatorum,Crux naui-
gantium gubernator, Crux pericli-
tantium portus, Crux obſeſſorum
murus,Crux pater Orphanorū,Crux
de-



defenſor viduarum, Crux iuſtorum conſiliarius, Crux tribulatorum requies, Crux paruulorū cuſtos, Crux virorum caput,Crux ſenū finis, Crux lumen in tenebris ſedentium, Crux Regum magnificentia, Crux ſcutum perpetuum, Crux inſenſatorum ſapientia, Crux libertas ſeruorū, Crux Imperatorum Philoſophia, Crux lex piorum, Crux Prophetarum præconium,Crux annunciatio Apoſtolorū, Crux martyrum gloriatio,Crux Monachorum abſtinentia, Crux virginum caſtitas, Crux gaudium ſacerdotum,Crux Eccleſiæ fundamētum, Crux orbis terræ cautela, Crux templorum deſtructio, Crux idolorum repulſio,Crux ſcandalum Iudęorum, Crux perditio impiorum, Crux inualidorum virtus, Crux ægrotantium medicus, Crux emundatio leproſorum, Crux paralyticorum requies, Crux eſurientium panis,Crux ſitientium fons, Crux denique nudorum protectio.] Hæc B.Ioannes Chryſoſtomus.

## *De ſignis & Exuuijs, quibus pœnitentium errores ignominiam, & reſipiſcentiam ſanctum Officium denotat: ac ſpeciatim de virga, cādela, aqua benedicta, barbæ & capillorum tonſione, mitra, fune, & veſte ſiue ſacco pœnitentiali.*

## CAP. XI.

### SVMMARIVM.

1 *Philoſophi antiqui ab Ægyptijs myſteria ſuæ philoſophiæ didicerunt.*

2 *Ægyptij quæ ſciebant ab Iſraelitis acceperant.*

3 *Infamiæ notam Lacedæmone à Lycurgo inditam deſertoribus, eamq́; veſtibus & barbâ attonſâ ſignificatā.*

4 *Infamiæ notulas ab Iſraele mutuatas.*

5 *Caimo Deum infixiſſe notulas infamiæ.*

6 *Bonum per ſe bonum ſimplex & vniforme.*

7 *Malum ſibi impar diſcolor & variegatum.*

8 *Diabolus vt Adamum falleret, malum boni figura & ſpecie texit.*

9 *Adamus non peccaſſet ſi fructus malum illi innotuiſſet.*

10 *Pœnitens agnitâ hæreſi, ſe peccatorem, Deum verò ſolum ſui conſtantem confitetur.*

11 *De virga.*

12 *Virgam Dei* θεομηνίαν*, id eſt, ipſius iram eſſe.*

13 *Lucifer ob hæreſim irâ Dei tactus eſt, ſine ſpe pœnitentiæ.*

14 *Virga iudiciariam Inquiſitionis poteſtatem deſignat.*

15 *Virga eſt menſura, libraque Critolai.*

16 *Oderunt peccare mali formidine virgæ.*

17 *Virgæ ſuæ ſummitatem melle illitam ori admouens Ionathas illuminatur.*

18 *Virga Dei triplex eſt, verborum, minarum, & virgarum: ſic triplex ſancti Officij virga.*

19 *Inquiſitio à virgis fructum ſperat, ſin minus arborem ſiccam in ignem mittunt.*

20 *Virgæ propriū eſt vt flores & ramuſculos producat, id eſt, reſipiſcentiam.*

21 *Virgâ vt veſtium ſordes, ſic animorum prauitates excutiuntur.*

22 *Virga pœnitentiæ, ſymbolum tam priuatæ quàm publicæ.*

23 *Virgâ vſus Gregorius Nazianzenus in pœnitentia priuata.*

24 *Virgâ vſus D. Paulus in pœnitentia publica.*

25 *De candela.*

26 *Igni dæmones fugari docuit Pythagoras.*

27 *Chriſtus*

27 *Chriſtus lux de luce, & ratio per ſe ſubſiſtens.*
28 *Lucem in homine pœnitente fidem eſſe.*
29 *Lux eſt fides, quia res diuinas manifeſtat.*
30 *Hæreſis extinguit lumen fidei.*
31 *Lucem in homine Deus accendit, cui cauendum ne prauâ vitâ illam extinguat.*
31 *Candela cerea eſt, quâ ratione.*
32 *Cera non accenſa, fidem lubricam ſignificat, id eſt, hæreſim & idololatriam.*
33 *Filum ſtupeum in candela, quid denotat.*
34 *Cera ſimpliciter carnem ſignificat Chriſti.*
35 *Ignis indicat diuinitatem.*
36 *Lucernæ ſeptem ardentes, ſunt dona S. Spiritus.*
37 *Filum ſtupeum fides eſt interna.*
38 *Cera eſt ſpes.*
39 *Ignis, eſt Charitas.*
40 *Cereo extincto fides mortua intelligitur.*
41 *Cereus accenſus bona opera demonſtrat.*
42 *Cereus accenditur pœnitenti, vt ab eo reſumpta fides per id deſignetur.*
43 *De aqua benedicta.*
44 *Veteres Græci & Romani vſi ſunt aquâ luſtrali.*
45 *A Lege Moſis aqua luſtralis habet originem.*
46 *Similitudine leproſi vt ille aſpergebatur, ſic anima quæ cum hæreſi fornicata eſt.*
47 *Apodoſis moralis hiſtoriæ Amon & Thamar, quæ caput ſuum reſperſit.*
48 *Aqua benedicta propulſat dæmonas à pœnitentibus.*
49 *Aqua benedicta inſtituta & tradita ab Apoſtolis, ad dæmonum terrorem.*
50 *Aquæ benedictæ myſterio Chriſtiani audierunt eò præcipuè, quòd aqua ſit materia Baptiſmatis.*
51 *Aſperſio cineris vitulæ populum purgauit.*
52 *Aſperſio ſalis aquas mundauit & curauit, & à ſterilitate.*
53 *Aquæ tenui gutta faſtus Luciferi retunditur.*
54 *Aqua benedicta tentationes, & prauas cogitationes repellit.*
55 *Aquâ purgabantur ex Lege Moſis, qui in caſtra ingredi vellent.*
56 *Aquâ benedictâ venialia delentur errata.*
57 *Aquæ benedictæ vas apponitur in templis ad emundationem.*
58 *Aquâ benedictâ ſecuriùs adminiſtratur ſacramenta.*
59 *Aquâ benedictâ faſcini & incantationes diſſoluuntur.*
60 *Aquæ benedictæ virtute multa facta miracula.*
61 *Aqua benedicta exſufflatur, & quare.*
62 *Marcus Antonius Marſilius Hydragiologiã ſcripſit, id eſt, opus de aqua ſancta ſiue benedicta.*
63 *De barba & capillis tonſis.*
64 *Quidam Inquiſitionis habitũ nigrum cum barbæ tonſione pœnitentibus admiſcent.*
65 *Barbæ & capillorum tonſio tam ad ignominiam, quàm ad pœnitentiam confert.*
66 *Barbæ tonſio ſupplicium Indorum.*
67 *Expilatio pœna adulterorum Athenis.*
68 *Barbæ defectus idem & naturæ cum videatur, viro eſt deteſtandus.*
69 *Pœnitentes, quia renaſcuntur barbæ tonſione, & capillorum eo ſtatu reducuntur quo nati ſunt.*
70 *De mitra.*
71 *Decoctores bonorum, & polygami ad ignominiam mitellati.*
72 *De fune.*
73 *Abſoluere in iure quid.*





74 *Funes in ſacris pro peccatis dicuntur.*
75 *Funes maximè propriè pro hæreſibus ſumuntur in ſacra Scriptura.*
76 *Hæreſis non eſt primum peccatum, ſed pœna præcedentium peccatorum.*
77 *Pœnitentes cum fune collum ambiente incedunt.*
78 *Funis pœnitentibus, & pœnitentes videntibus terrori eſt.*
79 *Obiectum mouet potentiam.*
80 *De veſte ſiue ſacco.*
81 *Differentia inter veſtem pœnitẽtium, & ſcapularium monachorum.*
82 *Veſtis ad inſtar colobij quo vtebantur Africani Anachoretæ.*
83 *Colobium ſaccus fuit Anachoretarum.*
84 *Saccus ſiue cilicium ſolatio & medicinæ fuit patribus Eccleſiæ naſcentis.*

NEMO vel parum in literis humanioribus exercitatus, qui legiſlatores, & philoſophos ignoret olim ab Ægyptijs magnã eorum quæ ſcirent partem concepiſſe, adeo quidem, vt ſcripſerit Iamblicus fuiſſe
1 illos † ſolitos ex tota Græcia in Ægyptum proficiſci ad columnas Mercurij, ex quibus tanquã ex aliquo fonte ſe ſapientiæ cuiuslibet haurire aquas effingebant. Equidem ſic exiſtimo inter Ægyptios iacta fuiſſe diuinæ
2 cuiuſdã ſapientiæ ſemina per † Iſraelitas, quos Deus omnium rerum cognitione tanquam primogenitos filios reſperſerat. Inde factum eſſe, vt permulti Ægyptiorum docti eſſent, à quibus Pythagoras, Plato, & Lycurgus ea didicerint, & Græciæ tradiderint; quæ non multùm ab inſtituto diuino, & Iſraelitarum vſu, & obſeruantia recedere videntur. In eadem mecum erit opinione magnus ille Archiepiſcopus Theſſalonicẽſis, Euſtathius in commentarijs ad Dionyſ. Alexandrinum, quo loco Ægyptios omnium hominum primos terram coluiſſe, arbores plantaſſe, tempora ſuis interuallis diſtinxiſſe; & rebus impoſuiſſe nomina profitetur. Plura in eam rem mihi dicenda eſſent, niſi breuitatis ſtudio reuocarer ad ea quę mei ſunt inſtituti: hæc tantùm dicta ſint ne quis miretur à Gentibus eſſe nonnulla in ſuum vſum traducta, quę cum Iſraelitarum inſtitutionibus cõgruere ſenſerit. Plutarchus in Age-
3 ſilao cum de † Lacedæmoniorum legibus militaribus loquitur ait inſtitutum à Lycurgo fuiſſe, vt ſi quis ad hoſtem defeciſſet pro infami haberetur, atque vt infamiæ notas in perpetuum ferre imperatum. Græca quòd huc faciant apponemus. [Οὐ γὰρ μόνον ἀρχῆς ἀπείργονται πάσης ἀλλὰ καὶ δοῦναί τινι τούτων γυναῖκα καὶ λαβεῖν ἄδοξόν ἐστιν. παίει δὲ βουλόμενος αὐτοὺς τῶν ἐντυγχανόντων· οἱ δὲ καρτεροῦσι περιιόντες αὐχμηροὶ καὶ ταπεινοὶ τρίβωνάς τε προσγεγραμμένους χρώματος βαπτοῦ φοροῦσι. καὶ ξυρῶνται μέρος τῆς ὑπήνης, μέρος δὲ τρέφουσι. Non enim ſolùm (inquit) omni priuantur imperio; ſed etiam aut eorum alicui vxorem dare, aut ab ijs accipere ignominioſum eſt. Cædit illos prætereа quicumque vult ex occurrentibus, ipſi verò tolerant ſqualidi, & ſummiſsi, veſteſque laceras inſcriptas colore intincto ferunt, tum barbæ partem radunt, partem nutriunt.] Hæc ſunt ignominiæ ſigna quæ vbiq; ſequi iuſſa ſunt eum qui turpi & proditoria deditione ciuitatis oblitus ſuæ, ſequi hoſtẽ quàm municipes ſuos maluerit. At verò hęc
4 non à Gentibus, ſed à † Gente Dei quæ ſeruitutis iugũ in Ægypto ſubierat emanarũt. Etenim legiſlatricem illam ſupremam prouidẽtiam ab initio

tio peccati ſanxiſſe animaduerto,
vt principes noſtri Parentes, qui à
vexillo ſui creatoris ad euerſoris ſi-
gna effugerant, & in contubernio
vitiorū mererentur, meritò ſuę fugæ
ſignis induerentur. Atq; vt quod de
Adamo & Eua dicēdum eſt hoc loco
5 non prætermittam, ſic & facinus †
Caimi vt reſpiciam locus admonet
Geneſ. 4. verſ. 15. [Poſuitque Domi-
nus in Caim ſignum vt non interfi-
ceret eum omnis, qui inueniſſet eū]
Sed quamobrē id Deus fecerit Gre-
gor. Nyſſen. Epiſcop. περὶ κατασκευῆς
ἀνθρώπου c. 20. explanat elegāter, cuius
& Græca cum è re ſint trāſtulimus in
6 hūc locum. [Τὸ ὄντως † ἀγαθὸν, ἁπλοῦν
καὶ μονοειδὲς ἐστὶ τῇ φύσει, πάσης διπλόης
καὶ τῆς πρὸς τὸ ἐναντίον συζυγίας ἀλ-
7 λότριον. τὸ δὲ † κακὸν ποικῖλον τε καὶ κατα-
σχηματισμένον ἐστὶν ἄλλο τὶ νομιζόμενον,
καὶ ἕτερον διὰ τῆς πείρας ἀναφαινόμενον.
οὗ τὴν γνῶσιν, τουτέστι τὴν διὰ τῆς πείρας
ἀνάληψιν, θανάτου καὶ διαφθορᾶς ἀρχὴν
τε καὶ ὑπόθεσιν γίνεσθαι. διὰ τοῦτο προσ-
8 δείκνυσιν † ὁ ὄφις τὸν πονηρὸν τῆς ἁμαρ-
τίας καρπὸν οὐχ ὡς εἶχε φύσεως τὸ κακὸν
9 ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπιδείξας, οὐ γὰρ † ἂν ἠπα-
τήθη ὁ ἄνθρωπος τῷ προδήλῳ κακῷ, ἀλλὰ
διά τινος ὥρας τὸ φαινόμενον ἀγλαΐσας.
Latinè hęc ſic dicūtur. Quod re vera
bonum eſt, ſimplex, & vniuſmodi na-
turâ eſt, ab omni diuerſitate, & copu-
la rerum aduerſantium alienū. Quod
verò malum illud & variegatum, &
pigmentis circuminſignitū eſt, aliud
quiddam quod debeat exiſtimari, &
alterū per experientiam deprehēdi,
cuius cognitionem, id eſt, per experi-
mentum habitum ſi cōſiderationem
attigeris; mortis, & corruptionis ini-
tium ſcopumq; eſſe perpendes: quare
oſtendit ſerpens improbum peccati
fructum proferens quod videri tan-
tùm poterat, non vt erat natura ma-
lus (non enim deceptus eſſet homo
in malo perſpicuo) ſed illud per quādam
apparentē pulchritudinē concinnās]
Ecce hic elegans Theologus malum
vocat ποικῖλον καὶ κατασχηματισμέ-
νον, i, variegatum, & ſignis ſchematiſq;
indutum: nam princeps ille peccati,
vt illos ad peccandum inuitaret ala-
criùs ſignis ornatioribus fructum iu-
cundiorem exhibuit. Itaq; cum mali
ornatu inuſitato decipiatur pecca-
tor, æquum eſt vt à peccandi conſue-
tudine veſtibus incultis, & inornatis
10 deterreatur. Nā † detecto, & agnito
falſi velamine, ad lucis & veritatis ſpe
culum oculos admouet, quo Deum
ſolum bonum, ſe verò peccatorem
penitus eſſe apud omnes animo, &
veſte inſolitā profiteatur. Verùm ad
vniuſcuiuſque ſigni ſymbolum ęquū
eſt vt accedamus.

## 11 *De † virga.*

INquiſitores igitur in actione fidei
cum pœnitentes abſoluunt, & re-
conciliant virgis vtuntur, vt monean
tur ſe per hæreſim à Dei gratia deci-
diſſe in eius iram & furorem: nā † vir
12 ga Dei eius furor eſt, etiam apud Poe-
tas, vt rectè interpretatur Euſtathius
in illud Homeri Iliad μ.

—— Ἀργεῖοι δὲ Διὸς μάστιγι δα-
μέντες

—— Argiui domiti Iouis inde
flagello

Ait enim ille Poetam vocare μάστιγα
τοῦ Διὸς, flagellum ſiue virgam Iouis
θεομηνίαν, id eſt, iram Dei: quo etiam
ſignificatu paſsim in ſacris volumini-
bus legitur, vt eſt Pſalm. 88. [Viſitabo
in virga iniquitates eorū] nulla enim
eſt peccati ingluuies, cuius fœtore
magis excandeſcat zelotes ille rerum
conditor, quàm hæreſeos, quâ priuſ-
quam orbem conderet eo furore ac-
13 cenſus eſt in † Angelum lucis, vt eum
à cæli ſplēdore in remotiſsimas abyſ-
ſos deturbarit, omni pœnitentiæ ſpe,
& mi-



& miſericordia denegata, quantum-
uis ab hac doctrina alienus Origenes
contrarijs opinionibus nitatur. Per-
pendant obſecro pœnitentes, quàm
indulgentiſsimè ſecum agatur dum
ſcapulis virgas excipiunt, vt exinde
abeant, & furoris diuini memores in
poſterū caueāt ne relabantur. Sed &
14 virga † iudiciariam poteſtatem quam
Inquiſitores ipſi in impios hæreti-
cos, ac ſuſpectos de hæreſi exercent
repræſentat, & ſignificat, quæ vt in-
ſtrumentum aſſumitur ad punienda
peccata, & delicta grauia, vt habe-
tur in c. remittuntur 23. q. 5. vbi dici-
tur quod Aſur fuit virga furoris Do-
mini ad vltionem multarum Gen-
tium, vt legimus 1. Machab. c. 1. nam
15 virga † eſt menſura, & pondus quo
menſurantur merita, vel demerita
alicuius, quemadmodum quantitas
rerum virgis ſolet metiri, ob idque
iuxta quantitatem delicti virgis cæ-
duntur pœnitentes, & eorum culpæ
appenduntur, & menſurantur: quia
vt dicitur Deuteronom. 25. iuxta mē-
ſuram culpæ debet eſſe plagarū mo-
16 dus. Solent enim † mali qui amore
virtutis non alliciuntur ad opera lau-
dabilia exercēda virga corporalis af-
flictionis, & punitionis à vitiorū coin-
quinamentis retrahi, & viam verita-
tis intrare. Vnde in Pſalmo 44. dicit
Propheta [Virga directionis, virga re-
gni tui,] & Prouerb. 22. legimus [Stul-
titia colligata eſt in corde pueri, &
virga diſciplinæ fugabit eam.] Eſt
enim hoc munus Paſtorum, & Præla-
latorum; cùm ſubditi recuſant dirigi
præcepto Legis eos pœna, & ſuppli-
cio coercere, & reducere: quia virga,
& correctio ſapientiam tribuit. Pro-
uerb. 29. qui enim ſuaui Legis diſpoſi
tione, & ſuperioris præcepto gradum
non ſiſtit, verbera experiatur neceſſe
erit, vt intelligat, & reſipiſcat. Hoc
aptiſsimè figuratum fuit 1. Reg. 14.
17 vbi extremitas † virgæ in melle po-
nitur, & comeditur, & oculi Ionathæ
illuminantur. Quia reuera ſubditus,
ſi cū melle diſpoſitionis Legis & Præ-
lati non eruditur virgam aſperæ cor-
rectionis deguſtans, ſtatim oculi in-
tellectus eius, vt alterius Ionathæ il-
luminantur. Quod præclarè ſignifi-
cauit Eſaias cap. 28. dicens [Vexatio
dabit intellectum.] Virga illa eſt vir-
ga diuinæ ſimillima à qua (cum omnis
poteſtas à Deo ſit) & originē habuit,
18 & † triplici ſtipite ſtabilita eſt. Habet
enim Chriſtus (ait Clemens Alexan-
drinus Pædagog. lib. 1. c. 7.) virgam di-
ſciplinæ, imperij, & poteſtatis: nimi-
rum vt quibus verba non medentur,
medeantur minæ, quibus minæ non
medentur virga medeatur: quibus
verò virga nec medetur, eos ignis de
paſcat. Quamobrem Propheta Eſaias
cap. 11. poſtquam ipſum Chriſtum
vocauit virgam [egredietur virga de
radice Ieſſe] ſtatim illius virgam pri-
mam deſcriptione ſuā erigit. [Non
(inquit) ſecundum opinionem iudi-
cabit, neque ſecundum loquelam
arguet peccatores terræ] & per Da-
uid Pſalm. 117. [Caſtigans caſtigauit
me Dominus, & morti non tradidit
me.] A Domino enim caſtigari eſt à
morte liberari; & dicit per eundem
Prophetam Pſalm. ſecundo. (In virga
ferrea paſces eos) ea quoque motus
Apoſtolus in Epiſtol. ad Corinth. cap.
4. [Quid vultis (inquit) in virga ve-
niam ad vos, an non in dilectione &
ſpiritu lenitatis?] Addatur & illud
Pſalm. 113. Virgam potentiæ emittet
Dominus ex Sion. Hæc eſt ſummi In-
quiſitoris Chriſti poteſtas quam ille
Petro, & Petrus Inquiſitoribus con-
ceſſerūt. Inſuper virgis vtūtur Inqui-
ſitores ſatis accōmodatè, & propriè:
Sicut enim virga in principio ex ſui
natura eſt flexibilis, tenera, & mol-
lis, in fine vero fit dura craſſa, atque
difficilis,

difficilis, ſic Inquiſitores dum pœnitentes fragilitatis, vel ignorantiæ labe delinquentes ſibi recõciliant ſunt molles, & miſericordes: ſi tamen poſtea hæretici malitiâ ſuperati in peccata cõmiſſa iterum lapſi fuerint illos percutiunt, & feriunt rigidè vſque ad ignis combuſtionem. Primùm tentãt
19 vtrum virgis † ob oculos poſitis concipiant, & producant pœnitentes varios fœtus, & fructus bonorum operũ, ſicut Gen. 30. legimus quod oues Iacob ſolo aſpectu virgarum producebant fœtus diuerſorum colorum: ſi tamen id non prodeſt percutiunt eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli cõfringũt eos, vt dicitur Pſalm. 2. Virga cum primum naſcitur, pro-
20 ducit † ramuſculos floridos, folia prodit, & fructus germinat, quia humor irriguus eã fœcũdat: ſic etiam ex correctione multas virtutes oriri experimur, dum cor pœnitentis conteritur & emollitur. In arca Teſtamenti ſimul cum virga Aaron erant tabula, & mãna, vt teſtatur Apoſtol. ad Hebr. 9. vt intelligamus, quod manna gratiæ, & deuotionis fere ſemper virgam correctionis comitatur. Vnde Pſalmiſta, Pſalm. 82. dicit [imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum] & Exod. 17. & Num. 20. legimus quod Moyſes bis percuſſit virga ſilicem, & eruperunt aquæ largiſſimæ, verè qui rigidè corripiuntur, & percutiuntur, tandem aquâ deuotionis ſanantur. Præterea Inquiſitores pœnitentes vir-
21 gis cædunt, quia ſicut virgis † veſtes à puluere excutiuntur, ita ſubditi errantes à prauis hæreticorum conuerſationibus per viſitationis excuſſionem tamquam à puluere excutiuntur, & mundantur. Vnde Exod. 8. dicitur [Extende virgam & excute puluerem] Vtuntur denique virgis Inquiſitores, vt debiles in fide ſtabiliant & ſuſtentent, quia hic eſt finis & ſcopus præcipuus Inquiſitorum qui Paſtores fideles, & cuſtodes vigilantiſſimi ſunt gregis Dominici. cap. accuſatus. §. ſane. &. §. de quæſtionibus. &. cap. vt officium. §. denique. de hæretic. lib. 6. Clem. 1. de hęret. Albert. in Rubr. de hæret. in 6. quæſtione. 5. num. 3. Virgæ enim ſunt aptiſſimum inſtrumentum quo ſuſtentantur, & firmantur claudi & debiles, vt ſic per ſpem, & fiduciam in vera fide ſolidentur, & vias Domini diſcurrãt, poſſintque dicere cum Pſalmiſta Pſalm. 22. [Virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt] His de cauſis vtuntur virgis pœnitentes. At verò cum ſe pœnitentium nomine ad Chriſti, & Eccleſiæ amplexus recipiant pœnitentiæ ſymbolum æquum eſt vt non ſolum experiantur, ſed etiam vbique terrarum ſecum deferant, quin autẽ
22 † ſymbolum pœnitentiæ ſint virgæ nemo dubitat, ſiue pœnitentia priua-
23 ta ſiue publica ſit: ſic enim † eã adhibet Gregor. Nazianz. in poematio de pœnitentia κατὰ σαρκός contra carnem.

*Mæror ades, æſtumque mihi vigil exime noſtro*
*Vt videas tergo verbera grata dari.*

Sed hæc pœnitentia priuatis parietibus contenta. D. Paul. eo vſus ſym-
24 bolo † manifeſtauit publicè Romanę Eccleſiæ in ea Epiſtola quam ad eos dedit cap. 6. ſe corpus ſuum pœnitentiæ virgarum ſubmittere [caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo] quo loco vſus eſt verbo ὑποπιάζω quod eſt propriè ſugillis & vibicibus afficio.

25 ## De † Candela.

QVia tamen in viam Domini diſijcere oculos & animi ſenſus ſine lu-



lumine nemo poteſt, quod quidẽ vocãt fidei lumẽ Theologię magiſtri, in eo neceſſe eſt vt ambulẽt pœnitẽtes. Enimuero in ſacris Paganicis voluit
26 Pythagoras † ignem adhiberi quòd eo dæmones fugari & diſijci crederet. Totus in ea doctrina Proclus in commentarijs ad Timæum Platonis. Veruntamen vt myſteria Catholicæ religionis autorem Deum ſolum habent, cuius ſumma ratio in Chriſtiano tholo inſita eſt, rationes Pythago-
27 ræ miſſas facimus, vt in eo qui eſt † lux vera, lumen de lumine, & ratio per ſe ſubſiſtens,

——λόγος αὐτοφύτοιο θεȣ͂, φῶς ἐκ φάεος φῶς

Vt loquitur Nonnus Panopolitanus in Paraphraſi Euãgelij ſecund. Ioan.) rationes arcanorum noſtrorum, & luminis lumen à Deo inquiramus.
28 Dicimus igitur † igniculos, ſiue lumina fidei internis medullis pœnitentis accendi debere, eamq; eſſe lucẽ verã & eſſentialẽ (fidẽ dicimus) quę lucis nomine ſæpe in ſacra Scriptura nominatur, vt patet ex Ioanne c. 12. [dum lucem habetis credite in lucem] id eſt, dum lucem fidei habetis credite in Chriſtum, qui de ſemetipſo dixit [Ego ſum lux mundi] & Propheta Regius Pſalmo 88. dicit [Domine in lumine vultus tui ambulabunt] Vultus enim Patris eſt Chriſtus, qui lux eſt vera illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum Ioan. 1. Paul. etiam ad Epheſ. 5. [Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino] quaſi diceret caligine infidelitatis obſcurati. Nunc autem lux facti eſtis, cum perueneritis ad agnitionem verę fidei. Et ratio efficax, & euidens quare fides lux appelletur eſt, quia cum omne quod manifeſtatur in lumine manifeſtetur, vt ait Paulus loco citato, &
29 † fides ſit quæ manifeſtat nobis res diuinas, hinc prouenit, vt aptiſſimè lux dicatur. Si ergo fides eſt lux intellectus noſtri, quæ initium eſt omnis noſtræ iuſtificationis, & vitæ ſpiritualis (ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo) merito Inquiſitores dum hæreticos reconciliant præcipiunt, vt illi loco pœnitentiæ candelas extinctas manibus geſtent, vnde
30 inſinuent † lumen fidei in eorum mentibus per hæreſis & infidelitatis peccatum omnino extinctum fuiſſe, quod per pœnitentiam reſtituere, & vero fidei lumine conẽtur iterũ accendere, is enim ſenſus eſt myſticus illius allegoriæ Dominicę, quã refert D. Matt. c. 5. [Non accendũt lucernã & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ vt luceat omnibus, qui in domo ſunt] quo loco Theophylactus
31 innuit † lucernam primùm accenſam eſſe à Deo, hominis autẽ eſſe dare operam ne illa extinguatur, ſed vt vitæ quam bene inſtituit fulgor alijs illuceſcat. Præterea cereas illas eſſe non caret ſignificatione. Cera enim inter alia quę ei propria ſunt hoc habet, vt diuerſis ſigillis & characteribus informetur. Hęretici igitur homines dum reconciliãtur cereos tenentes profitentur per feruorem concupiſcentiæ corda ita liquata ſua, vt varias ſectas ſuſceperint, dum ſua obſcœna deſideria complerent. Quare ſicut cera rebus humidis induratur, ſiccis verò & calidis liqueſit, ita hæretici qui humidis delicijs carnalibus obſtinati, & indurati in infidelitate permãſerunt, neceſſe eſt vt etiã dum cõuertuntur tanquã cera, ſiccitate & calore tribulationis, & pœnitẽtiæ iniũctæ liqueſiant. Mentes enim quas proſperitas deliciarum mundana indurat, vexatio afflictionis emollit. Sic Pſalm. 96. [Montes ſicut cera fluxerunt] montes enim ſunt huiuſmodi hæreticorũ corda, tumida & ſuperba quæ tunc

per contritionẽ fluunt,& reſoluuntur
quando Deus miniſtros ſuos tribula-
tionibus calefacit & mollitur, in eam
ſententiam Dauidis verba meditatus
Gregor. Nyſſen. cum omnibus de-
ſcendit, vt per † ceram non accen-
32 ſam lubricam fidem velit intelligi,
idololatriam , & hæreſim in eo li-
bello , qui nuper luci datus eſt ab E-
piſcopo Cytherienſi Maximo Mar-
gunio.

Præterea tria concurrunt ad cerei
compoſitionem , quæ maximè ſunt
notanda, Primum eſt filum ſtupeum
quod cerei fundamentum eſt. Se-
cundum,cera quâ inuoluitur,luminis
eſt nutrimentum , & Tertium ignis
quo accenditur poſt abſolutionem,
qui cerei maximum & proprium eſt
ornamentum& complementum.Ce-
reus ergo iſte ſic formatus ſuper cã-
delabrum imponitur,& ad lucendum
ſuper altaria collocatur,eo modo de-
ſignatur Chriſtus Dominus quod tres
partes ſeu ſubſtãtias habuit,& ea ipſe
compoſitione ex his quæ non impor-
tant imperfectionẽ vt fatentur Theo
logi componitur,& cõſtituitur,in qui
33 bus filum internum † animam Chri-
ſti ſanctiſsimam quæ interius latita-
34 bat,deſignat,cera † carnem ipſius im
maculatam quæ circumſtabat deno-
35 tat,ignis autem † diuinitatem eius ſi-
gnificat quę vtrique animę ſcilicet &
corpori ſe copulabat,& hic Dominus
qui verus ſol, & ſplendens lux eſt in
candelabro,Eccleſiæ ſuæ ſuper impo-
nitur,vt luceat omnibus qui in domo
36 eius ſunt.In ipſo enim fuerunt ſeptẽ†
lucernæ ardẽtes,& ſplendidiſsimæ:ſe
ptem ſcilicet dona Spiritus ſancti,qui
bus fuit repletus.Filum etiam ſtupeũ
37 ſignificat † fidem internam, & occul-
tam,quæ in nobis eſt fundamentum
totius noſtri ædificij ſpiritualis , cera
38 verò † ſpem noſtram,qua animus no
ſter veſtitur,& inuoluitur , & eſt etiã
indumẽtum ipſius fide: lumen deniq;
39 ipſius cerei apertè demonſtrat † ignẽ
charitatis, quæ cõplementũ eſt perfe
ctionis Chriſtianę.Ex his facilè eſt per
ſpicere quâm aptè pœnitentes hære-
tici dum reconciliantur cereos extin
ctos in manibus deferãt, vt tali cęre-
monia apertè fateantur ſe negaſſe il-
la tria,quę in Chriſto diximus correſ-
pondere alijs tribus ex quibus cereus
coaleſcit.Et dum hoc fatẽtur , cõuin-
cuntur,etiam ſe amiſiſſe alia tria, quæ
in baptiſmo ſuſceperunt,fidẽ ſcilicet,
ſpem,& charitatẽ.Et hæc omnia per
peccatum infidelitatis extinxiſſe ne-
garunt Chriſtum qui dicitur lumẽ de
lumine,& in cuius lumine videndus
eſt pater æternus Pſalm.35. qui lumẽ
etiam eſt Gentiũ: lumen Eccleſiæ, &
lux magna Eſaię.5.42.&49.qui eſt lux
meridiana,& ſplendor diuinæ præſen
tiæ in Eccleſia,Iſaiæ.18.& 60.eſt Chri
ſtus luminare maius Geneſ.1. eſt lu-
cerna pedibus,id eſt mundo, & lumẽ
ſemitis æternis.Pſalm. 118. eſt lux &
imago diuinæ bonitatis & ſplendor
paternæ gloriæ Paul.ad Hebr.1.& de
nique eſt Chriſtus lux orta iuſto,Pſal-
mo 96. Qui ergo Chriſtum Dominũ
verum lumen tot modis & titulis per
40 fidẽ abnegarunt,meritò † ſe luce de-
ſtitutos fuiſſe cereo extincto profiteã
tur,& qui opera praua & ſcandaloſa
perpetrarunt , lucernas extinctas aſ-
41 portent;† ardentes enim quas in ma-
nibus tenemus ſunt opera bona quæ
alijs per bonum exemplum demõſtra
42 mus vt ait Gregor.homil.13.† quãdo
verò cerei accenduntur,lumen quod
aſſumunt recõciliati Chriſti eſt fides
quam de nouo recuperant , & profi-
tentur ſeruaturos ſe per bona & con-
ſummata opera facta in dilectione,
& charitate Dei (qui lux eſt ) exem-
plis proximè demonſtrandis.





43 *De † aqua benedicta.*

AQuæ luſtralis,ſiue benedictæ ori-
ginem , qui Religioni Catholicæ
aduerſantur,& idololatriam,ac Gen-
tilium ritus Eccleſię Romanæ obij-
ciunt,& Græcis & Romanis peculia-
rem fuiſſe nugantur. Non equidem
neſcio † vtroſque aquis purgatorijs
44 vſos eſſe. Nam paſsim apud Poetas
huiuſce ritus mentionem factam vi-
dimus. Et Apollonio Rhodio Argo-
nautic. 3. vbi Medea ſpectro territa
quod ipſa noctu viderat,ſtatim à cre-
puſculo pergit ad ripam fluminis,vbi

*——terrorem vt tolleret vndis,*
*Mæſta caput lauit fuſo Medæa capillo.*

Et Virgil. 10. Æneid.6.

*——ter ſocios purâ circuntulit vndâ,*
*Spargens rore leui,& ramo felicis oliuæ.*

Verùm vt alibi præmonuimus , ſi
quid Gentibus in vſu fuit,quod acce-
dere ad ritus noſtros videatur , id de-
mum eos ab Ægyptijs , Ægyptios à
Iudæis mutuatos eſſe compertũ eſt:
45 nam quod attinet ad luſtralẽ† aquam
noſtrã in veteri lege Leuit. 14.omni
curâ,&ſolicitudine pręcipiebatur le-
proſum de caſtris eiectũ ad ſocietatẽ
aliorum nequaquam reuerti , quin
priùs hyſſopo,aqua,& ſanguine aſper
geretur.Non diſsimiliter Inquiſitores
hæreticos infidelitatis leprâ infectos,
& de Eccleſię caſtris abiectos,Dei &
Angelorum cõſortio priuatos, vt de-
center , & ſalubriter redire valeant
ad Chriſtianorum cœtum,ipſumque
inficere vanâ ſuâ conuerſatione non
præſumant , aquâ benedictâ ſalutari,
& quæ memoratiua eſt Dominicæ
Paſsionis,& hyſſopo humilitatis, ſub-
iectionis,& pœnitentiæ aſpergunt,&
mundant. Sic Regius vates orabat
Dominum,dicens Pſal. 50. [Aſperges
me, Domine hyſſopo & mundabor,
lauabis me,&ſuper niuẽ dealbabor.]
46 Anima enim † quæ infideliter forni-
cata eſt cũ idolis & amatoribus mul-
tis pœnitentię aſperitate,& amaritu-
dine aſpergenda eſt. Sic legimus fe-
ciſſe Thamar Dauidis filiã ab Ammõ
fratre ſuo ſtupratam, 2.Reg. 13. quæ
aſpergit cinere caput ſuũ, & rupit ta-
larę tunicã,quâ vt filia Regis ornaba-
tur:& de domo corruptoris ſui rece-
debat clamãs, ingreſſaq; eſt in domũ
Abſalon fratris ſui, ibiq; mãſit. Enim-
47 uerò † anima pœnitẽs poſtquã à priſti-
na cõuerſatione,& falſo idolorũ cultu
ad verã fidem ſe cõuertit,vt aduertit
quod frater ſuus Ammõ,id eſt corpus
ſuũ,ipſam diuerſis vitijs fœdauit,ama
ra,& triſtis per contritionẽ tunicam
cõſcientię rũpit per cordis,& oris cõ-
feſsionẽ, ad Deum clamat per oratio-
nẽ,caput id eſt , mentẽ præcipuã ho-
minis partẽ,cinere aſpergit pœniten-
tię impoſitionẽ humiliter acceptans,
de domo falſi fratris corruptoris , id
eſt infidelitate,& prauæ ſectę errore.
recedit per contẽptum ,& abomina-
tionẽ,& domũ Abſalon,qui patris lu-
cerna interpretatur,ideſt ad Chriſtũ
verũ fratrem reuertitur:in domumq;
eius, quæ Eccleſia eſt,ingrediens , ibi
manet cũ proximis fidelibus: laudãs
& diligens Deũ, qui de poteſtate te-
nebrarum ipſam eripuit. At quia laus
diuina mẽtes quietas, & ſedatas à tu-
multu rerũ humanarũ expoſtulãt li-
beras ab hoſtis oppreſsione,recõcilia-
ti aquâ benedictâ priuſquã abſoluãtur
ab Inquiſitoribus aſpergũtur:ex hoc
enim quamplurima bona ipſis proue-
48 niũt.Primùm† ab illis aqua benedicta
propulſat,& profugat dęmones. Vn-
de Hugo de Sãcto Victore lib. de Sa-
cramẽtis dicit[hac igitur aquâ fideles
aſpergũtur,& habitacula fideliũ illu-
ſtrantur ab illuſione , & infeſtatione
malignorũ ſpirituũ,in quo aqua bene
dicta figurari potuit in ſanguine agni
Paſchalis,qui in poſtibus habitaculo-
rum ad repellendũ exterminatorem

Dei mandato ponebatur Exod. 12. Guilielm. etiam Durandus in Rationali diuinorum,lib.4.cap. 4.dicit,[Sacerdos aqua benedicta altare, Eccleſiam, & populũ aſpergit,vt omnis inmundorum ſpirituum ſpurcitia, tam de habitaculo quàm de cordibus eorum fidelium propellatur.] Hæc eius eſt virtus primaria,& ad hoc ab Apo-
49 ſtolis Eccleſiæ tradita eſt, vt† eius aſperſione dæmonis aſtus euellatur, cui fidẽ facit S.Clemens D.Petri Apoſtoli diſcipulus libr.8.conſtitut. Apoſtolicarum cap. 29. vbi meminit ſanctificationis,ſeu benedictionis aquæ, deinde enarrat vim benedictionis his verbis.[Tribue ei vim ſanandi,depellendi morbum, & fugandi dæmones, idq; per Chriſtũ ſpem noſtram.] At ea maximè de cauſa aquæ vtitur
50 miniſterio populus Chriſtianus, † quod lota renatorum corpora in ſacramẽto Baptiſmatis per aquam ſordibus ſuis eluantur : cuius rei typus fuit in ſanguine agni, quo poſtes ædium priſcus Dei populus ad repellendum percuſſorem aſpergebatur. Hæc cum attentiùs, vt omnia ſolet diſcuteret Cardinalis Turre-cremata in tit.de conſecratione diſtinct. 3. c. aqua ſale, inſurgens in hæreticos dicit. [Hanc arbitror eſſe cauſam, cur diabolus in mentem hæreticorum huius ſacramentalis virtutis, ita ſpecialiter fidem extinguit, vt videlicet per infidelitatis errorem, hac Chriſtianæ religionis armatura neglectâ quâ impugnationis aggreſſus reprimitur,& arcetur,liberiùs eorum mẽtes dæmon habitaret & poſſideret] Alexand.etiam Papa de conſecratione diſtin.3.cap. aquam. dicit [aquam ſale conſperſam in populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur,& purificentur,quod omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe manda-
51 mus,nam ſi† cinis vitulæ aſperſus populum ſanctificabat, multo magis aqua ſale aſperſa, diuinis precibus ſacrata populum ſanctificat atq; mun-
52 dat. Et ſi † ſale aſperſo per Heliſeum Prophetam,ſterilitas aquę ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat,& purgat. Cætera bona multiplicat,inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutijs homines defendit. Hæc ſanè verba maximè videntur conſonare cum illis Prophetæ Ezechiel.cap.36.dicentis. [Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabit vos.] hoc manifeſtè apparet in recõciliatis, qui ad verum Dominum conuertuntur in Eccleſia, etiam cum ſal benedicitur, hęc verba proferuntur,[vt efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium,& ſis omnibus te ſumentibus ſanitas animæ,& corporis:effugiat,atque diſcedat ab eo loco, in quo aſperſum fueris omnis phantaſia, & nequitia, vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque
53 ſpiritus immundus adiuratus]idque† maximè diuinam bonitatem, & prouidentiã decebat, vt dæmon qui ſuperbiâ elatus, extento collo contra Deum ſe erexerat creaturâ humili, & leui aquâ ſcilicet ſanctificatâ,eiuſq; aſperſione ab omnibus locis,& creaturis expelleretur: & qui Deum dominatorem terræ habere recuſauerat huius aquæ vi ipſe inferiorẽ ſe agno-
54 ſceret.Hæc aqua † dæmonis infeſtiſſimas tentationes, & prauos cogitatus animæ immiſſos efficaciter depellit, mentemque diſponit & præparat ad orationem,vt Deo cum maiori fructu adhęreamus,eius aſperſione mundi effecti. Vnde Numerorum
55 19. legimus quod † nullus immundus caſtra ingrediebatur, quin prius expia-



expiationis aquâ expurgaretur, & Exod.30.nemo niſi lotus in templum ingreditur, inde quiſquis ad Dei ta-
56 bernaculum accedit,†cum ſe reſpergit illius aquæ limpido arcano ſaltem venialibus erratis ſeu leuioribus ad-
57 miſſis purificatur.Hinc etiam † in Eccleſia, & eius ingreſſu ad latus dextrum ſi cõmodè poſſit,apponitur vas aquę benedictę,vt fideles ingredientes ad orandum Deum ſe diſponant ad emundationem, quæ fit per contritionẽ, vt ſic effugantes dæmones, qui omni conatu orationis fructum impediunt, illum liberiùs, & vberiùs conſequantur. Facit etiam aqua be-
58 nedicta vt † ſanctius diuina myſteria valeamus peragere: quod aduertens D.Thom.in 4.diſtinct. 2.dixit.[Aqua benedicta valet contra omne quod ſacramentorum effectum impedire poteſt ] remittit peccata venialia ex eod.ſancto Thoma. in 3.p.quæſtione 65.art.1. ad 6.& 8.& in 4.diſtinctione 2.quæſt.1.art.2.ad ſeptimum. Potens
59 etiam eſt hæc aqua ſancta † incantationes diabolicas diſſoluere, & expellere:refert etiam Ioan.Stephanus Durantus (ſi tamen eius libri autor fuit) De ritibus Eccleſiæ Catholicæ libr. primo cap. 21. inſigne miraculum ex Epiphanio libr.primo tom.
60 ſecundo, in hæreſ.Ebionitarum, † de Ioſepho quodam comite Chriſtiano,qui cum inſtaurare vellet Hadriani templum in honorem Chriſti, egeretque calce, & caminos ſeu fornaces fieri iuſſiſſet, tunc aggreſſi ſunt callidi Iudæi præſtigijs,& incantationibus ignem ligare, ac diſpergere. Sed Ioſephus aquâ benedictâ ſingulas fornaces reſperſit, ſubitoque præter opinionem omnium diſſoluta ſunt incantamenta, igniſque coram omnibus emerſit. Turbæ verò, inquit Epiphanius, vociferantur clamore edito :[Vnus Deus qui auxiliatur Chriſtianis & ſtatim ſeceſſerunt. Mirabilem vim huius aquæ aduerſus inimicos dæmones, Auguſtinus in lib. primo de Symbolo,& hoc idem videre eſt in c. ſicut noſtis. de conſecratione. diſtinctione quarta, his verbis expreſſit. [Paruuli exſufflantur, vt pellatur ab eis poteſtas inimica.]
61 Aquæ porrò† exſufflatur,& exorcizatur:vt propellatur ab eis diaboli poteſtas inimica,in qua qui exinde exorcizatus(id eſt,repulſus,& exturbatus eſt) manere cogitur eminus ab aqua, quaſi ad imitationem magni exorcizatoris, qui poſtquam de limo terræ maſſam hominis feciſſet, vt illi imaginem ſuam imponeret, inſufflauit in eam ſpiraculum vitæ, vt quod minus dignum imaginis diuinæ terrenum elementum haberet magnus ille opifex ſpiritu verè Pontificio & ſacerdotali penitus auerruncaret. Hinc inſufflationes aſſumpſit Eccleſia Chriſti, quas & adhibuit in baptiſmate, vt omnis ſpiritus immundus abigatur à maſſa illa quæ de nouo Dei fieri, & creari per Baptiſma creditur ad eundem effectum efficaciam habens. Propter hunc igitur effectum, & alios relatos reconciliati hac aquâ benedictâ, & ſancto hyſſopo aſperguntur, quippe qui de poteſtate tenebrarum educuntur, & oculos mentis ad verum lumen fidei conuertunt, ab omnibus inſidijs,& calumnijs hoſtis antiqui ſecuri & immunes maneant, vt Deo liberiùs ſeruire poſſint. Qui plura de efficacia, & virtute aquæ benedictæ deſiderat,legat† Marcum Antonium
62 Marſilium, Archiepiſcopum Salernitanum, qui librum integrum quem ipſe vocat Hydrologiam eruditiſſimum, & omni doctrina refertum edidit.

63 *De † barba et capillorum*
*tonſione.*

PRæterea pridie eius diei quo rei à
carcere, ad publicum fidei actum
adducuntur, comam, & barbam de-
ponũt, ac in aliquibus Inquiſitioni-
bus vt in Sicula laudabiliter fit, vt ve
64 ſtibus exuti proprijs, † habitu nigro
in ſignum mæroris & pœnitentiæ in-
duantur: quod originem videtur ha-
buiſſe ex Concilio Toletano. 3. c. 12.
vbi de publicis pœnitentibus, dicit:
[id antea Epiſcopus ſeruet, & Presby
ter vt ſi vir eſt, ſiue ſanus, ſiue infir-
mus, prius eum tondeat aut in cine-
re, & cilicio habitum mutare faciat,
& ſic pœnitentiam ei tradat. Si verò
mulier fuerit, non accipiat pœniten-
tiam niſi prius velata fuerit, aut mu-
tauerit habitum:] & in Agathenſi
concilio cap. 15. ita ſcriptum eſt ſi
autem comas non depoſuerint, aut
veſtimenta, non mutauerint abijcian
tur, & niſi dignè pœnituerint non
recipiantur, hæc etiam tonſura anti-
quitus fieri ſolebat, non ſolùm pœni-
65 tentiæ cauſa, ſed † ignominiæ. Ad pœ-
nitentiam etiam in cunis Eccleſiæ
Chriſtianæ tondebantur qui votum
faciebant, vt oſtendit D. Lucas Act.
21. verſ. 20. vbi qui erant in Eccleſiæ
columnis quidam Paulum commo-
nefaciunt, vt capitis raſione ſe ſan-
ctificet, votum exequatur, & in tem-
plum ingrediatur [fac, quod tibi
dicimus, ſunt nobis viri quatuor
votum habentes ſuper ſe, his aſſum-
ptis ſanctifica te cum illis, & impen-
de in illis, vt radãt capita] Sed in pœ-
nam etiam ante Chriſti aduentum
pilos reciſſos fuiſſe doceant ſacra vo-
lumina Paralipom. libr. 1. cap. 10.
cum Dauid miſiſſet legatos ex ſuis
ad Hammon regem, qui cum patris
mortem grauiter mærentem ſuo no-
mine conſolarentur, ille ſuſpicatus
eos veniſſe ad explorandum terræ
ſitum, rerumque ſtatum raſit illis ca-
pita, atque ignominia notatos domũ
dimiſit: & venerabilis Beda ait, quod
D. Petrus Apoſtolus cùm Antiochiæ
concionaretur, fuit illi ab improbis
ſummũ capitis abraſum ludibrij cau-
66 ſa. † Apud Indos comam tonderi iuſ-
ſu regis maximi ſupplicij loco habe-
batur. Stobæus ſermone 42. Et apud
Ariſtophanem eius Scholiaſtes in Plu
to adnotat adulterorũ pœnam παρά-
τιλμον fuiſſe Athenis, id eſt, expilatio-
nem. Quidam Genuenſes habitan-
tes Peræ (ea fuit Genuenſium ciuitas
poſita ex altera parte cornu Con-
ſtantinopolitani,) cum negotiandi
cauſâ Conſtantinopolim veniſſent,
ortâ inter eos, & Græcos diſcordiâ
multi ex eis interfecti, multi vulnera-
ti ſunt. Imperator barbam Græcis ho
micidis in pœnam ſceleris radi iuſsit,
quæ multa apud eos ignominioſa ha-
67 betur. † Hoc autem quare ita ſit mi-
hi ſic videtur, quod cum nemo ve-
lit deeſſe ſibi aliquid ex his quæ ho-
minẽ conſtituunt, pudore afficiatur
qui potius imbecillitatis fœmineæ
quàm virilis roboris imaginem præ-
fert: defectus enim barbæ non ſolùm
hominis vultus molleſcit, ſed ex eo
caloris interioris facultates extinctas
eſſe omnino iudicatur, quemadmo-
dum de ſpadonibus eleganter diſqui
rit Alexand. Aphrodiſ. Problemat. lib.
69 1. † Sed ea potiſsimum ratione ducũ-
tur Inquiſitores; vt in eam formam,
qua nati ſunt rediјſſe videantur hæ-
retici, nimirum in filios iræ. Nam vt
ait Clemens Alexandrin. Pædag. lib.
ſecundo cap. 10. [Tonſi omnes naſci-
mur] id eſt, ſine honore & ingenui-
tate, quæ per barbam, & pilos ſignifi-
cantur, vt idem Clemens teſtis eſt, ex
autoritate Poetę Gręci. [*Primũ Barba*
*micat quâ vultus gloria ſurgit.* Tum ex
autoritate



autoritate Poetæ Pſalmographi Pſal.
122. adeo vt illam inungi dicat oleo,
& vnguento prophetico deſcenden-
te in barbam, quâ honoratur Aa-
ron.

70 *De † Mitra.*

IN iudicio etiam Inquiſitorum hæc
pœna vſu, & conſuetudine recepta
eſt, vt pro atrocioribus blaſphemijs,
ſi perſona vilis & abiecta eſt, in publi-
cum ſpectaculũ trahatur infami qua-
dam mitra capiti impoſita & lingua
ligata, ſine chlamyde, publicè ſen-
tentia pronunciatur, & flagellis cęſus
in exilium mittitur. Hadrianus Impe-
71 rator (vt narrat Spartianus) † decocto-
res bonorũ in amphitheatro catami-
diari, & dimitti iuſsit: quod pœnæ ge-
nus idem eſt cum illo quo ſolent affi-
ci qui ſublimi in ſcala capite mitella-
to ad populum producuntur propter
crimen Polygamiæ. Quare nec volu-
mus hoc pœnæ ad pœnitentiam Ec-
cleſiæ traducere, ſed ad ignominiã &
dedecus infirmorum hominum, vt
vel quaſi decoctores facultatũ cæle-
ſtium oſtendãtur vel polygamiæ, hoc
eſt duplicis Eccleſiæ iugales arguan-
tur. At verò ſi blaſphemus nobilior
aut honeſtior fuerit, ſine mitra pœni-
tentiam ſimiliter agit, & ad certum
tempus in monaſterium detruditur,
& pœna aliqua pecuniaria mulctatur
& propter ſuſpicionem abiurare cogi-
tur: ij etenim fuſtibus cædendi non
ſunt. l. capitalium. §. primo. ff. de pœ-
nis.

72 *De † fune.*

IN ſacris voluminibus funes & vin-
cula peccatorum, & delictorũ ſym-
73 bolum ſemper extiterũt. Hinc † ver-
bi abſoluere vis, & energia eiuſmodi
eſt in iure, vt pro eo ſit quodà delictis
liberare, & nominis (abſolutio) quod
per ſe notat actum illud quo liberi &
immunes à delictis noſtris euadimus.
74 vnde in Eccleſiaſt. cap. 12. † funiculus
argenti, pro peccato auaritiæ dicitur
[antequam euertatur funiculus argẽ-
ti] funiculus argenti (vt interpretatur
Scholiaſtes Olympiodorus) qui mate
riam præbet omnibus peccatis ad ho
mines implicandos: radix enim malo
rum omnium auaritia perhibetur. At
75 maximè propriè † funes dicuntur de
peccato hęreſeos, vt patet Pſalm. 118.
verſ. 61. [Funes peccatorum circum-
plexi ſunt me] vbi pro hæreſibus dici
[Funes peccatorum] doctus vir Bapti
ſta Folengius monitor eſt, at clariſsi-
mè locus inſignis id manifeſtat Pſal.
10. [Pluet ſuper peccatores laqueos
ignis] quo loco teſtatur Origenes nõ
ita ſentiendum aut explicandum vti
verba ſonant, nemo enim eſt qui la-
queos & funes de cælo decidiſſe di-
cat in pluuiã, quare pro laqueis, & fu-
nibus hęreſeωn peccata, dogmata fal-
ſa, & praua pſeudoprophetarum æni-
gmata intelliguntur, in quorum laby
rinthum, & inuolucrum peccatores
incidunt ob ea quę aliquando pecca-
ta commiſerũt: hoc & ipſum eſt quod
D. Auguſt. cupit omnes admonitos.
76 Nempe † quod hæreſis peccatum in
homine primum non ſit, ſed potius
præcedentium peccatorum & flagi-
tiorum flagellum & ſupplicium. Con-
ſtat igitur hinc originem ſumptam
S. Inquiſitionis Officio ab antiquo Ec
cleſiæ ritu, vt collo illius funis inne-
ctatur, qui contra fidem & Religio-
nem Catholicam, quam erat profeſ-
ſus, deliquerit; vt oſtendatur eiuſ-
modi homines interiora dæmonis ar-
tibus obſeſſa peccatis illis fuiſſe dedi-
77 ta, quorũ exteriora funibus circũple-
xa ſignũ & indicium propalam geſtãt.
Nec aliter fit † ijs qui reconciliatio-
nem inierint, & hæreſin eiurarint,

vt cum rebus fidei deuiarint fune gutture circumplicato paſsim incedant,& ipſi ſibi teſtes prodeant, tum ijs exemplum quorum mens eſt facilis in vitia flecti, † vtrique autem eo
78 dedecore, & pudore ſuffuſi mentis aculeos ad interioris animi plagas, & maculas conuertant,quas nobis quaſi quædam vulnera maiores noſtri, primi (ſcilicet) parentes in hæreditatis aſſem inflixerunt, & planè omnes cum Dauide proferant 2. Reg. c. 22. [Funes inferni circumdederunt me, præuenerunt me laquei mortis]Hoc enim docemur ea quæ ſunt in viſceribus recondita diligentiùs inueſti-
79 gare per ea † quæ ſub aciem oculorum cadunt,& innoteſcunt.Vnde dicebat Chryſoſtom. in illud Gen. cap. 3.[Aperti ſunt oculi eorum,& cognouerunt ſe eſſe nudos] vbi non ſecus Nicolaus de Lira. Sed & vt Poeta docet.

*Segnius irritant animos demiſſa per aurem*
*Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus*

80 †*De veſte ſiue ſacco pœnitentiali.*

Hactenus de veſte quam induere pœnitentibus conſueuit ſanctum Officium fuſe ſatis habitus eſt tractatus in prima ætate lib. 1. tit. 2. cap. 4. & 5. eamque cum ſigno Crucis decuſſatæ confici, & ſtatim ab iniuncta & indicta pœnitentia imponi diximus, tum ſi quid anagogicū aut myſticū in eo ſit,quo pacto intelligi & ſumi debeat diſcuſsimus, vt addi vix poſſe quicquam exiſtimem, niſi forte aliquis eiuſmodi indumenta dicat exemplo carere authentico quod vſu receptum ſit in Eccleſia Chriſti. At ego in hunc locum, vt id patefacerem magis appoſitè diſtuleram ne Adami pœnitentiam cum hodierna confunderem. Conſtat ex his quæ diximus habitellum in eam formam eſſe, qua ferè videntur ſcapularia,quibus vtun-
81 tur monachi,†eamque ſolam eſſe differentiam,vt Pœnitentibus decurtatus ſit magis habitellus, adeo vt neq; penitus periſoma ſit, quia totum pœnitentis corpus non operiatur, nec pro cuculla vllo modo dici poſsit, quia caput eo non abuoluatur: attamen per medium foramen capiti inducitur, & vtrinque inter ſcapulas epomidis ſpeciem refert, antica quidem parte & poſtica demiſſus,ita tamen vt vltra coxendicem in imum non propendeat, & quidem mihi
82 videtur,† ea forma & ſpecie componi qua veterum Anachoretarum & monachorum colobium, niſi forte illud diſcrimē ſit quod purè linea fuerint colobia, habitelli verò cum pannoſi ſint colore atro, vel quouis alio funeſto (vt diximus) intinguantur. Erat autem colobium antiquis Aphricę monachis in vſu,vt videre eſt apud Caſsianum eloquentiæ Latinæ, & doctrinæ ſingularem eremitam cap. 5. libr. 1. de inſtituti renunciantium,cuius hæc ſunt verba[Colobijs quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, vt amputatos habere eos actus, & opera mūdi huius ſuggerat abſciſsio manicarum,& ab omni cōuerſatione terrena mortificatos eos velaminis linei doceat indumentum,audiantque per hoc Apoſtolum quotidie dicentem ſibi:[Mortificate membra veſtra quę ſunt ſuper terram. Illud quoque ipſo habitu proteſtante.Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt cum Chriſto in Deo,& iterum,viuo autem iam nō ego, viuit vero in me Chriſtus. Mihi quidē mūdus crucifixus eſt, & ego mūdo]qui plura velit de colobio, Iſidorū conſulat lib. 19. Etymol. c. 22. & ad Eccleſiaſticā hiſtoriam animū ad-





uertat inter cuius autores Sozomen. paraphraſi colobia deſcribit χειτῶνας ἀχειροδότους tunicas ſine manicis quas adſcribit monachis Ægyptijs.
83 Id vero penitus † pro ſacco illis fuit, & cilicio quo vtebantur monachi, & Epiſcopi Europæ noſtræ: quo tantopere delectatur inter cęteros Gregorius Nazianzenus Epiſcopus in Poematio contra carnem cuius hoc diſtichon eſt.

† *Tu quoque ne deſint animæ ſolatia mæſtæ,*
*Membra mihi circum liui de ſacce veni.*

Et alibi vocat medicinam.

*Eſt homini medicina potens,animæque nigranti,*
*Et cinis, & ſiccus reuoluto in pectore ſaccus.*

Poſſem & his addere permulta ex Sulpicio Seuero,qui B.Martinum toto Epiſcopatu cilicio vſum, ſe quoq; Poſtumianum, & Gallum ingenuè profert. Sed hæc ſatis vt pœnitentes ab hæreſi cum viderint ſpontaneo voto vel colobium, vel ſaccum aſſumptum à tot Epiſcopis, & Deo dicatis viris, ne in poſterum iniuriam ſibi fieri exiſtiment, cum ad gratiam pœnitentiæ veniunt ad eius ſignum deſerēdum paulo immutatum compellantur, & quod votiuum illis fuit & honorificum,id ſibi violentum, & ignominioſum ſint habituri cum à fide deſciuerint.

FINIS SECVNDI LIBRI.

# DE IVRISDICTIONE SPIRITVALI ET TEMPORALI, SVMMI PONTIFICIS.

## SVMMARIVM.

1 Iuriſdictiones omnes fluunt, & refluunt à Summo Pontifice.

2 Summum Pontificem tanquam ſucceſſorem Petri habere directè ſpiritualem poteſtatem, multis probatur.

3 Ligare ſignificat imponere legem.

4 Præceptum Petri, eſt præceptum Chriſti, & ideo peccat, qui ei non obtemperat.

5 Chriſtus miſſus eſt à Patre, non ſolùm vt redemptor hominum, ſed etiam vt præceptor, & legiſlator.

6 Petrus quare fuerit eo nomine à Chriſto dõnatus initio vocationis, & duplex prærogatiua in hac nominis mutatione, & nu. 13.

7 Petrus fuit etiam à Domino vocatus Cephas, & quæ ſit eius nominis vis.

8 Nominis mutatio quando improbetur in iure, & quibus liceat mutare nomen.

9 Summi Pontifices ad imitationem D. Petri nomina mutant.

10 Nomina apponuntur ſæpe, vt diſponentium voluntas innoteſcat.

11 Panormitani dictum circa mutationem nominum Summorum Pontificum improbatur.

12 Nomina noua nunquam Deus impoſuit ſine magna cauſa.

14 Nomen petræ vnum eſt ex Chriſti nominibus.

15 Lucij Papæ, & aliorum ſententiæ de Romana Eccleſia.

16 Eccleſiam ſuper Petrum poſuit Dominus, tanquam ſuper firmam petram.

17 Petrum vniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit, & Doctorum omnium ad hæc teſtimonia, & num. 19.

18 Plures Patrum explicationes de poteſtate Petri, & eius ſucceſſorum ex petræ metaphora.

20 Legati Pontificis Romani eo abſente, præſident in Concilijs generalibus.

21 Concilia generalia petunt ſuorum decretorum confirmationem à Papa.

22 Vnus eſt Summus Pontifex Eccleſiæ Romanæ.

23 Ioannis Vuicleffij, & Ioannis Hus propoſitiones hæreticas, contra poteſtatem Papæ damnauit Conſtantienſe Concilium.

24 Definitio Concilij Florentini de primatu Romanæ Eccleſiæ.

25 Papa habet primatum ſuum immediatè à Chriſto, & ſuccedit Petro in Eccleſiaſtica Monarchia.

26 Petrus & alij Summi Pontifices non potuerũt, nec poſſunt errare in cauſis fidei decidendis.

27 Portæ inferorum non præualebunt aduerſus Petrum, & ſucceſſores in Apoſtolatu.

28 Dubia de Religione exorta ad Summum Pontificem iudicanda referuntur.



29 Petro dicta per Chriſtum in Euangelio, non ſunt ei dicta vt priuato, ſed vt Principi Apoſtolorũ, & ita poteſtas ei conceſſa tranſit ad ſucceſſores.

30 Conceſſa dignitati, cenſentur conceſſa omnibus ſucceſſoribus in ea.

31 Romano Pontifici omnis terreſtris, & cæleſtis poteſtas data eſt, & habet vtrumque gladium, & nu. 46.

32 Papa vice Chriſti Domini noſtri in terris fungitur.

33 Sacrilegium quaſi eſt de poteſtate Sũmi Pontificis diſputare.

34 Summus Pontifex omnia poteſt, & quomodo id intelligatur.

35 Summi Pontificis poteſtas in omnibus exuberat & limitatur.

36 Summo Pontifici non licet articulos fidei nouare, vel mutare.

37 Summus Pontifex, in quibus caſibus habeat diſpenſandi poteſtatem.

38 Soli Summo Pontifici reſeruata eſt cognitio cauſarum, & articulorum fidei.

39 Errant, qui dicunt eam poteſtatem Conciliorum Generalium eſſe priuatiuè.

40 Summo Pontifici, non alij, licet ſoluere hæreticos reuertentes ad gremium Eccleſiæ.

41 Papa maior eſt Concilio, & in illud habet poteſtatem.

42 Papa ſolus poteſt ex cauſa limitare cõſtitutiones iuris diuini.

43 Papa ſolus poteſt indulgere plenã peccatorum veniam.

44 Papa ſolus poteſt ſoluere clericum, quin teneatur canonicas horas dicere.

45 Papa eſt ſponſus vniuerſalis Eccleſiæ.

47 Pontificis ſe ſubtrahens poteſtati incurrit diſpendium ſalutis æternæ.

48 Concilium Generale quando ſit ſupra Papam.

49 Pontifex Romanus, in terris non minorem habet, quàm Paulus Apoſtolus poteſtatem.

50 Inquiſitores, nec quilibet alius procedere contra Papam hæreticum poſſunt.

51 Inferior in ſuperiorem non habet poteſtatem.

52 Contra Papam hæreticum procedit Concilium Generale, vel Cardinalium.

53 Papam non poſſe fieri hæreticum, plures Theologi probabiliter tenent.

54 Qui contrarium aſſeruerint.

55 Hæretici noſtri temporis debacchantur in Summi Pontificis poteſtatem.

56 Pontifices Romanos, ſuccedere Petro in Pontificatu, plurimis rationibus ſuadetur.

57 Pontifex Romanus eſt propter Eccleſiam, non Eccleſia propter Pontificem.

58 Paſce oues meas, quid ſignificet, hîc expenditur.

59 Hæreſis orta non eſt aduerſus Papæ poteſtatem, per mille & quingentos annos à Chriſti natiuitate, & grauiſsimæ patrum ſententiæ ea de re, & nu. 64.

60 Eccleſia ex multis hominibus vinculo charitatis connexis, in vnum quaſi corpus conflatur.

61 Eccleſia dicitur virgo, ſponſa Chriſti pudica, & incorrupta.

62 Eccleſia maculam, rugamúe non habet.

63 Eccleſia tanquam magiſtra in omnibus eſt ſequenda.

65 Pontificis poteſtas vniuerſi orbis conſenſu confirmatur.

66 Miraculum quoddam recenſetur, quod D. Gregorius retulit, ex Pontificia poteſtate.

67 Legatio facta à Magno Cham Cublai, ſiue

*ſiue Tartariæ ad Summ. Pontificem.*

68 *Barbari ad Papam libentiùs veniunt pacturi fœdus.*

69 *Armenij ab Eugenio IIII. Summo Pontifice regulam fidei petierunt.*

70 *A Summo Pontifice tanquam à Chriſtianorum capite, Nicolaus Rex Perſarum per legatos petijt fœdus contra Turcas.*

71 *Summi Pontificis primatum hæreticos etiam agnouiſſe probatur.*

72 *Hæretici prius petierunt ſua dogmata à ſede Apoſtolica confirmari, quam eius poteſtatem oppugnaſſent.*

73 *Hæretici recentiores peruertunt ſenſus ſacræ ſcripturæ, & negant temporalē* Romani *Pontificis poteſtatem.*

CVM ſuperiori titulo tractatum fuerit de Origine & Inſtitutione Officij ſanctiſsimæ Inquiſitionis, ordine cōgruo ſubijciendus erat ſecundo loco titulus de Inquiſitoribus, & eorum poteſtate, ac Iuriſdictione: ſunt enim illi in cauſa hæreſis ſummi Pontificis delegati. At
1 † quia prædicta poteſtas, cæteræque omnes vniuerſaliter à Summo Pontifice quodammodo procedunt, fluūt & refluunt, operæpretium me facturum cenſui ab illa in primis, velut à fundamento, exordiri. Huius operis inſtitutionem & diſputationem in duas diuidere partes duxi, quarum prima (vt præſuppoſitum ſecundæ) erit de ſpirituali poteſtate. Altera verò de temporali, vbi reſpondebitur in indiuiduo, falſis, ac impijs hæreticorum aſſertionibus impudenter & nefariè aſſerentium poteſtatem à Christo Domino Petro conceſſam fuiſſe perſonalem, & ſimul cum Petro deſijſſe, nec amplius vllam apud Pontificem remanſiſſe.

2 Nos verò † è contrario Sum. Pontificem vniuerſim in omnibus habere directè ſpiritualem poteſtatem, & iuriſdictionem ex ſacræ ſcripturæ, Euangelij, ſacrorum Canonum grauiſsimorumque Patrum ſententijs & autoritatibus confirmabimus: & primò ex illo Matthęi cap. 16. [Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.] Quo in loco Saluator noſter dictione illa vniuerſali (quodcunque) vtitur, non enim dicit, quemcumque ligaueris ſuper terrā, ſed [quod-
3 cumq; ligaueris. [Inuenimus † autem Matt. c. 23. ligare, ſignificare legē imponere. [Alligant enim (inquit) onera grauia & importabilia in humeros hominū, digito autē ſuo nolunt ea mouere.] cap. alligant. 26. quæſt. 7. cap. baptiſmus. de conſecrat. diſt. 4. Ergo Dominus Petro promiſit ſupradictis locis, vt quicquid ipſe ligauerit, id eſt, quam obligationem præcipiendo ipſe fidelibus impoſuerit, ſit ligatum & in cælis, id eſt, ſe ratum illud habiturum. † præceptum itaque Petri hoc (ſcilicet) modo declarato, eſt præce-
4 ptum Chriſti, & ideo qui nō obtemperat ei peccat. Ita docet D. Hieronymus in illo Matth. cap. 18. Quæcunque alligaueritis, &c. Idem probatur ex Ioan. cap. 21. vbi Dominus ait Petro: [Paſce agnos meos]: & paulò inferiùs: [Paſce oues meas:] & cap. 20. [Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.] In quem locū Chryſoſt. [Suū eis (inquit) reliquit miniſteriū:] Et facit Luc. cap. 10. [Qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit] quę verba propriè ad Apoſtolos, & eorū ſucceſſores pertinere docet Cyprian. lib. 4. Epiſt.



Epiſtola 9. & Baſilius in conſtitutione Monaſt. cap. 23. Nam † Chriſtus Do-
29 minus miſſus eſt à Patre non tantùm vt Redemptor, & hominum reparator, ſed etiam vt Præceptor, & Legiſlator, iuxta illud Iſai. 53. [Dedi eum ducem, & præceptorem Gētibus:] & illud Pſal. 9. [Conſtitue (Domine) legiſlatorem ſuper eum, vt ſciant Gentes, quoniam homines ſunt.] Vbi ad literam de Chriſto Domino eſt ſermo, quæ omnino Clementi Alexandrino ſuppeditarunt argumentū eius libri, quem nomine Pædagogi inſcripſit, cū totus de Chriſto ille ſit. Eandem igitur Apoſtolis, atque in primis Petro ipſe tribuit poteſtatem (tex. in c. in nouo. 21. diſtinct.) & cuilibet eorum; nam ſeparandi erāt ab inuicem, ituri ad diuerſiſsimas mundi partes, ſciebat enim id Dominus, ac proinde ſine dubio quod omnibus dedit, ſingulis etiam ſeorſum datum eſſe intelligi voluit. Sed illa eiuſdem rei repetitiò altera ſeparatim, altera cœtu Apoſtolorum audiente facta nonnihil ad maiorem autoritatem confert: addo & ipſa verba: vbi enim Petrum alloquitur Græca ſic habent ποιμάινε τὰ πρόβατα μȣ̃, id eſt, paſce ſeu potius rege oues meas, quod omnino regiū eſt: Apoſtolos autem alio ſermone alijſq; verbis excipit βόσκετε τὰ πρόβατά μȣ̃, id eſt, paſcite oues meas quod penitus eſt ſeruile. Addo & à Matthæo fuiſſe obſeruatum, vt in recitandis Apoſtolis capit. 9. dixerit Petrum fuiſſe primum, cùm illud neq; ad ordinem Apoſtolatus neque ad aliud referendum ſit prærerquam ad autoritatem. Facit etiam illud Act. 15. vbi Petrus cum alijs Cōcilij Patribus ſcribit Gentibus ad fidem conuerſis: [Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis nihil vltrà vobis imponere oneris, niſi hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, à ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione.] Hic Apoſtolus nouam legem cōdit, vt ibidem Chryſoſtomus annotauit: illam autem præeminentiam, quam Chriſtus Redemptor noſter contulit Petro, immediato ſuo Vicario, à Petro viciſsim emanare in ſucceſſores ſuos Pontifices Summos traditione Eccleſiaſticâ comprobatur, & communi doctorum omnium ſententiâ. Hoc fatentur in ſuis ſcriptis permulti Pontifices, Clemens, Anacletus, Sixtus, & multi alij, quorū verba ſciēter omittimus, vt breuitati conſulamus. Hoc quoq; pleraq; Cōcilia teſtātur, tam ſynodalia, & prouincialia, quā generalia. Probatur etiam ex promiſsione facta Petro Matthæi dicto c. 16. [Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non pręualebunt aduerſus eam.] Petra enim & fundamentum Eccleſiæ dicitur Petrus, vt ſummus rector Eccleſiæ. † Hinc vtique myſterio diuino ab initio vocationis ad Apoſtolatum factum fuiſſe credendum eſt, cùm ipſe antea Simon vocaretur: vt mutatum illi nomen ſit, Petro. Idq; ipſe Deus Chriſtus in eum contulit vt patrinus illi eſſet, & inde manifeſtaretur plus autoritatis illi quàm cęteris eſſe conceſſum. Quod ſi ad hoc Paganorum ſcripta lucis aliquid poſſunt addere; Plato ille, quem principem ingeniorū vocarūt, ex Homero colligit in Cratylo plus eſſe dignitatis & gratiæ in his nominibus quæ à Dijs indita ſunt, quàm in his quæ ab hominibus data. Sed vt à ſacris autoribus nimium non recedamus, quis non videt ineſſe arcanam quandam maieſtatem in eis nominibus, quæ Deus ipſe affigit? Chriſtus ipſe Sāctiſſimum nomen [IESVS] delapſum è cælis aſſumpſit, & qui inter natos mulierum maximus fuit, id nobile nomen habuit quod cælitus eius Patri

tri denunciatum fuerat [ I O A N-
N E S.] Quòd verò Petro ſit muta-
tum, huius rei multiplex reddi po-
teſt ratio, quarum prima eſt, vt ad
omnimoda nouæ creaturę iura indu-
cenda, nouo quoque appellaretur no
mine c. 1. §. Porrò vt Eccleſiaſtica be-
neficia. c. 1. de conſecratione. diſtinct.
6 4. & c. Baptizandi nomen †. 7. quæſt.
1. & diſtin. 50. ſcias. & de pœnitentia
diſtinctio. 1. in c. qui arbitrãtur. Bald.
in procœmio. ff. col. 3.

Alia verò eſt ratio, quia ad imita-
tionem Principis Apoſtolorum huiuſ
modi nominis commutatio fiat, cui
pariter eſt nomen immutatum. cap.
exemplum. 50. diſtinct. nam cum an-
tea D. Petrus, Simon appellaretur,
poſt deſignatum à Domino in Orbis
Paſtorem Matth. d. cap. 16. non am-
pliùs Simonem, ſed Petrum nuncu-
patũ eſſe, liquet à petra, quæ eſt Chri
ſtus. Commemorat Archidiac. ſuper
quam fundata eſt Eccleſia in cap. ita
7 Dominus. 19. diſtinct: vbi ſubdit † Pe-
trum à Domino etiam Cephas nun-
cupatum fuiſſe. Cephas verò Hebrai
cè, Latinè ſonat Petra, & Græcè ca-
put κεφὰν, Matth. dicto cap. 16. Hacte-
nus ille. Conſonant his verba tex. in
can. præceptis. 12. diſtinct. c. Petrus.
2. quæſtione 7. cap. loquitur. 24. quæ-
ſtione 1. cap. per venerabilem. qui fil.
ſint legit.

Non obſtat prædictis, quòd nomi-
nis mutatio alias improbetur. l. vnica.
C. de mutat. nomin. & falſi pœna
ſtatuatur. l. pœna falſi. ff. ad leg. Cor-
nel. de falſis: quia illud procedit, quã-
do nominis mutatio fit deceptionis
cauſa vel doli, citra quam patet muta
tionem eſſe permiſſam. Demonſtra-
tur in Papa, & in regularibus, quibus
ratione præmiſſa, vt à priſtino ſtatu
in nouum tranſitum faciant ex con-
uerſionis ſigno (& ſic honeſtatis cau-
ſa) permiſſum eſt nomina mutare,
quod ſimiliter locum habet in ſcho-
laribus, vt tradit Rebuf. in tract. de
priuilegijs ſchol. priuileg. 14. quin
in nouam creaturam Diuum Petrum
euaſiſſe protulit, non ſola nominis
mutatione ſed miraculorum cumula-
ta magnitudine & ſplendore. Actor.
cap. 3. vbi ſanum reddit claudum, qui
baiulabatur, & cap. 13. vbi Tabitham
ad vitam reuocauit, & cap. 5. ſua vm-
bra ęgros ſanauit, Ananiam & Sapphi
ram coniugem verbi virtute morti
addixit, veluti etiam ſua prædicatio-
ne tria circiter hominum millia ad
Chriſtum conuertit, Act. cap. 2.

Hanc quoq; nominis mutationem
ſumma cum ratione in Diui Petri ſuc
ceſſoribus ſtatutam fuiſſe præmon-
ſtrat vſus vſque in hodiernum perſe-
uerans Summorum Romanorum Pō
tificum, quorum teſtimonio nullum
in re dubia inſignius haberi poteſt, vt
teſtatur D. Auguſt. in. cap. palam. 2.
diſtinct. vbi: [Palam eſt, quod in re
dubia ad fidē valeat autoritas Eccle-
ſiæ Catholicæ, quæ ab ipſis fundatiſ-
ſimis ſedibus Apoſtolorum, vſque ad
hodiernũ diem ſuccedētium ſibimet
Epiſcoporum ſerie, & tot populorũ
10 conſenſione confirmatur] Hæc ille. †
Apponuntur etiam in conſimilibus
nomina, ad hoc vt diſponentium vo-
luntas nota fiat. l. in ambiguo ſermo-
ne. ff. de rebus dubijs. l. Labeo. ff.
ſupellect. legat, l. ſi quis in fundi
ff. de legat. 1. notatur in. l. ſi idem
11 in codicillis. C. de Codicill. † Quare
conſtat mutationis nominis cauſam
in Romanis Pontificibus diſtare ſatis
à ratione, quam ponit Panorm. in. c.
cum ſecundum. de præbend. col. 2. n.
5. vbi dixit id ſeruatum eſſe, vt præ-
ſtantius nomen aſſequantur, quia cō-
ſtat mutationis nominis inſtitutum
à Domino duxiſſe originem ſuper ijs
viris, quos ad maximę beatitudinis iu
ra euexit. Patet tam veteris, quàm re-
centis



centis legis paginâ. In veteri patet in
Iacob, cui Iſrael nomen impoſuit: in
noua, in filijs Zebedæi, quos Boaner-
ges (id eſt, filios tonitrui) nuncupauit;
& in Simone, cui Petri nomen impo-
ſuit. Matth. dicto c. 16. vbi obſeruan-
dum eſt cum Chryſoſto. in illa verba
Ioann. 1. c. [Tu es Simon filius Iona, tu
12 vocaberis Cephas.] † Deum nun-
quam imponere noua nomina de-
prehendimus niſi maximis de cauſis,
& ad ſignificanda priuilegia conceſſa
eis, quibus nomina mutãtur. De Abra
hamo ſacra eſt hiſtoria: cùm dicere-
tur, Abram, id eſt, pater excelſus,
Deus illum dici voluit Abrahã, id eſt,
patrem multitudinis. Geneſ. 17. vt eo
nomine ſignificaret hominem illum,
qui iam ſenex erat, & effœtus & vxo-
rem anum, & ſterilem habebat, tamē
ex dono ſuo ſic immutatum, vt fieret
pater plurimorũ filiorum, vel potiùs
13 Gentium, & populorum. † Eſt autem
duplex prærogatiua in hac mutatio-
ne Simonis in nomē Petri. Vna quòd
ſoli Petro ex omnibus Apoſtolis no-
men mutauerit. Nam & ſi Marci cap.
3. impoſuit nomē filijs Zebedæi Boa-
nerges: tamen fuit illud potiùs quod-
dam cognomen, quàm proprium no-
men. Itaq; nuſquam poſtea ab Euan-
geliſtis vocantur Boanerges, ſed tan-
tùm Iacobi. Et Paul. ad Galatas, cap.
2. Petrum ſæpe nominat, & nunquam
aliter, quàm Petrum, aut Cepham,
quod eſt idem, Ioannem autem ſæpe
quidem nominat, ſed Ioannem per-
petuò, nunquam Boanerges. Altera
eſt, quòd tale nomen ei dederit, nam
Syriacè Cephas ſignificat petram, vt
Hieronymus teſtatur in cap. 2. Epiſt.
ad Galatas. Græcè autem κεφὰν ſigni-
ficat caput, vti iam monuimus, & lib.
2. contra Parmenianum annotauit
14 Optatus Afer. † Ac demum vnum eſt
ex celeberrimis Chriſti nominibus.
Nihil enim frequentiùs in ſcripturis,
quàm quod Chriſtus appellatur pe-
tra. Vide Iſaiæ cap. 8. & 28. Danielis 2.
Pſalm. 117. Matth. 21. Roman. 9. 1.
Cor. 10. Epheſ. 2. 1. Petri 2. Act. 4. vbi
Petrus ipſum Chriſtũ exponit [lapi-
dem quem reprobauerunt] & alibi:
Chriſtus ergo cum ſolo Petro ſuum
ipſius nomen communicans, & no-
men illud, quo ipſe ſignificatur, vt
fundamentum & caput Eccleſię vni-
uerſæ, quid aliud indicare voluit,
quàm ſe facere Petrum fundamen-
tum, & caput Eccleſiæ loco ſuo? &
proinde quilibet eius ſucceſſor ſimi-
liter eſt petra, & fundamentum Ec-
cleſiæ. Ex quo duplex ſumitur argu-
mētum. Primũ ex nomine Petri, ideo
enim Pontifex dicitur petra ratione
conſtantiæ & fortitudinis. Certè ſi
petra eſt, non circumfertur omni
vento doctrinæ, id eſt, non errabit in
fide, quatenus petra eſt, & quatenus
Pontifex eſt, vt patet ex illo Lucæ c.
22. inquit enim: [Simon, Simon, ecce
Sathanas expetiuit vos, vt cribraret
ſicut triticum; ego autem rogaui pro
te, vt non deficiat fides tua, & tu ali-
quando conuerſus, confirma fratres
tuos.] Ex quo loco clarè deducitur,
quod Dominus duo priuilegia Petro
conceſſerit. Vnum vt ipſe non poſsit
vnquam verã fidem amittere, quam-
uis tentaretur à diabolo; Alterum vt
ipſe tanquam Pontifex non poſsit
vnquam docere aliquid cōtra fidem.
De primo priuilegio habemus Au-
guſtin. libr. de Correct. & grat. cap.
8. quando rogauit (inquit) vt non
deficeret fides eius, rogauit vt habe-
ret in fide liberrimam, fortiſsimam,
inuictiſsimam, & perſeuerantiſsi-
mam voluntatem. Ad idem Chryſo-
ſtom. homil. 83. in Matth. Theophy-
lact. in dicto cap. 22. Lucæ. De altero
verò priuilegio habemus plura teſti-
15 monia. † Lucij (videlicet) primi Papæ
& martyris in Epiſtola prima, ad Epi-
ſcopos

ſcopos Hiſpaniæ & Galliæ: Eccleſia (inquit) Romana Apoſtolica eſt, & mater omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſecundùm ipſius Domini pollicitationem dicentis; [Ego rogaui pro te, &c.] In idem tendit ſententia Felicis primi, in Epiſtola ad Benignum de Romana Eccleſia loquens, & Leo I. ſermon. 3. de aſſumptione ſua ad Pontificatum, Agatho Papa in Epiſtola ad Imperatorem Conſtantinum, quæ lecta eſt in VI. Synodo, actione 4. & 8. Nicolaus I. in Epiſtola ad Michaelem, Leo IX. in Epiſtola ad Petrum Antiochenum, & alij plures, quos in re clara omitto. Secundum ſumitur argumentum, ex ratione fundamenti ſubſtantialis ædificij, quod nullo modo ruere poteſt; nam ſi tale eſt ędificiũ, vt non poſsit ruere, certè nec eius fundamentũ ruere poteſt: nõ enim intelligi poteſt, quomodo fundamentum deſtruatur, & domus nõ cadat: imò verò maiori ratione fundamentũ non poteſt deſtrui, ſi domus nõ poteſt cadere; quia nõ fundamentum à domo, ſed domus à fundamento accipit firmitatem. Petrus namque à petra, Chriſto, nomen accepit, can. 1. diſtinct. 22. dictuſq; eſt Cephas, id eſt, caput, quia principatũ tenebat Apoſtolatus, c. Sacroſancta. 22. diſtinct. & dict. can. 1. 22. diſtinct. Fuit enim à Domino cõſtitutus Princeps Apoſtolorum, vt ab ipſo, tanquam à capite in membra, velut à fonte in riuos, omnis vigor ſpiritualis deſcenderet: cap. ita Dominus 19. diſtinct. cap. in nouo. 21. diſtinct. cap. in illis. 80. diſtinct. cap. loquitur. & c. manet ergo, cùm tribus ſequenti-
16 bus 24. † q. 1. quia ſuper ipſum Dominus, tanquam ſuper firmam petram, totam Eccleſiam omnino inſuperabiliter collocauit. d. c. ita Dominus. 19. diſtinct. c. omnes. 22. diſtinct. & c. non turbatur. 24. quæſt. 1. Quæ omnia exornat Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſ. libr. 11. in principio, pag. 776. ad lit. c. d. & ſequentib. At cùm Chriſtus (iuxta Paul. 1. ad Corinth. dicto cap. 10.] vocetur petra, conuincitur inde Petro tale nomen fuiſſe datum, quod nomini Chriſti ſimillimum foret, & quod à Chriſti nomine deriuationem acceperit, vt vel hac ratione nominis edoceremur Petrum Chriſti vicem in terris habiturum, cuius nomen tunc accepiſſe cognoſcimus: & ſic eundem Petrum Deus vocauit petram, ſuper quam fundanda erat Eccleſia, dum inquit dict. cap. 16. Matth. [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.] Quâ metaphorà Catholici doctores docent ſignificari Petro eſſe commiſſum regimen totius Eccleſiæ; & pręcipuè circa fidem. Petræ enim fundamentali, hoc eſt proprium, totum ædificium regere & ſuſtentare; atque hoc modo exponunt Patres. Chryſoſtomus homil. 55. in Matth. hunc locum exponens [Eccleſiæ (inquit) paſtorem illum conſtituit.] Et infrà: Ieremiam quidem vni
17 genti, Pater: † Petrum autẽ vniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit.]
18 † Ambroſ. ſerm. 47. [Petra (inquit) dicitur Petrus, eò quòd tanquã ſaxũ immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemq; cõtineat.] Greg. lib. 4. Epiſt. 32. [Cũctis (inquit) Euangeliũ ſciẽtibus liquet, quòd voce Dominicà ſancto, & omniũ Apoſtolorũ Principi Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt: ipſi quippe dicitur; Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam.] Eodem modo etiã exponit Hilarius c. 16. ſuper Matth. & D. Hieronymus etiam ſuper Matth. d. c. 16. & in Epiſtola 57. ad Damaſum

Papam.



Papam. [Beatitudini tuæ (inquit) id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio.] Et Auguſtin. tom. 7. in Pſalm. contra Part. Donat. inquit; [Sacerdotes vel ab ipſa Petri ſede, & in ordine illo Patrum quis cui ſucceſsit videte. Ipſa eſt petra; quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ.] Et Leo Papa Epiſtola 52. [Præter illam petram (inquit, de Romana Eccleſia loquens) quam Dominus in fundamento locauit, non erit ſtabilis vlla conſtructio.] Quoſdam de Iſtriæ partibus à ſciſmaticorum errore ad vnitatem Eccleſiæ reuertentes, & Romanæ Eccleſiæ militare deſiderantes, Beatus Gregor. in lib. 7. Indict. 2. Epiſtola 97. ait ad Apoſtolorum Principis petram ſolidam cõcurriſſe. Eſt autem petra ædificij Eccleſiaſtici fundamentum, origo, & principium, vt meritò dicamus vnitatem Eccleſiæ, quæ per vnitatẽ domus deſignatur, ab illa petra ortam, quæ eſt primum viſibile domus Dei fundamentum. Tenendum itaq; eſt Petrum eſſe Petram, & fundamẽtum Eccleſiæ, vt docet Chryſoſtomus ſuper Matth. d. c. 16. ibi: [Tu es Petrus &c.] Vide (inquit) qualiter Chriſtus reducit Petrum ad excelſam de ipſo intelligentiam, hæc enim promittit, quæ ſunt propria Dei ſolius, ſoluere peccata, & Eccleſiam immutabilem, ſiue non cõuertibilem inter tot perſecutionum, & tempeſtatum procellas facere] Huicque ſententię conſonant Diui Auguſtini verba in ſermone habito in Cathedræ D. Petri ſolẽnitate, vbi ait: [Rectè Eccleſiæ natale ſedis Petri colunt, quam Apoſtolus pro Eccleſiarum ſalute ſuſcepit, dicente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam. Petrum itaque fundamentum Eccleſia colit, ſupra quod ædificij altitudo conſurgit.] Hæc Auguſtin. Et eſt tex. in c. in ſede. & c. hæc eſt fides. 24. quæſt. 1. D. Thom. in fine. 2. libri Sentent. ait: [Fides enim Petri eſt à Chriſto, & ſuper Chriſtũ fundata.] Facit tex. in c. omnes. 22. diſtinct. vbi de Petri Cathedra fit mentio inquit: [A quâ ipſà vniuerſi ordinis Eccleſiaſtici diſpoſitio, ac totius Eccleſiaſtici ædificij altitudo poſt Chriſtum conſurgit.] Ideò dicitur in c. omnes. 22. diſtinct. ibi: [Omnes ſiue Patriarchæ, in cuiuſlibet apicem ſiue Metropoles primatus, aut Archiepiſcopatuũ Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuſcumq; ordinis dignitatem inſtituit, illam verò ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui Beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis regni iura cõmiſit.] Eadem quoque ſenſiſſe patet D. Damaſum Papam in ſermone de Domini transfiguratione, vbi loquenti Petro, dicentique: [Bonum eſt nos hic eſſe,] reſpondet; [Non te Dominus tabernaculi, ſed vniuerſalis Eccleſiæ conſtructorem conſtituit.] Diuum quoque Gregorium in Epiſtola ad Syracuſanum Epiſcopum liquet dixiſſe: [Quis neſciat factam Eccleſiam in Apoſtolorũ Principis ſoliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur? cui veritatis voce dicitur; tibi dabo claues regni cælorũ; item, Paſce oues meas. Itaq; cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſorum Principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes conualuit.] Hactenus D. Gregorius. Item D. Hieronym. in commentar. ita ait: [Tu mihi dixiſti; Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi ſermone non caſſo, & vim ſuam habente, iterum dico tibi, quia meum dixiſſe, feciſſe eſt; quia tu es Petrus. Sicut enim Apoſtolis lumen donauit, vt lumen mundi appellarentur, & cætera

quæ ad nos dicta ſunt vocabula: ita
& Simoni, qui credebat in petram
Chriſtum, petræ largitus eſt nomen;
ac ſecundùm metaphoram petrę re-
ctè dicitur ei: ædificabo Eccleſiam
meam ſuper te. Et hoc eſt quod ſe-
quitur. Et ſuper hanc petram ædifi-
cabo Eccleſiam meam.] Hæc ille. Fũ-
damentũ itaq; Eccleſiæ fuiſſe D. Pe-
trum, vltra præmiſſas autoritates de-
clarat D. Ambr. in. c. fidelior. 50. diſt.
vbi ait [Fidelior factus eſt Petrus,
poſtquàm fidem ſe perdidiſſe defle-
uit, & ideo maiorem gratiam reperit
quàm amiſit. Tanquam enim bonus
paſtor gregem tuendum accepit, vt
qui ſibi antè infirmus fuerat, fieret
omnibus firmamentum, & qui ſe in-
terrogationis tentatione mutauerat,
cæteros fidei ſtabilitate fundaret.]
Hæc ille. Dilucidè quoque hoc ver-
bis Domini demonſtratur Lucæ cap.
22. ibi: [Tu aliquando conuerſus, cõ-
firma fratres tuos.] Non eſt autem
fundamentum primum, cui (ſcilicet)
totius Eccleſiæ ſtructura innititur,
quia tale fundamentũ eſt ſolus Chri-
ſtus, de quo Paulus ait 2. Corinth. 3.
Fundamentum aliud nemo poteſt
ponere, præter id quod poſitum eſt,
videlicet, Chriſtus Deus noſter. Et
ex plurimis ſacræ Scripturæ locis de-
ducitur, Actorum 1. 2. 3. 10. & 13. Pe-
trum omnium Apoſtolorũ perſonam
geſsiſſe vt caput, quod oſtẽditur, cùm
Dominus poſt ſuam in cælum Aſcen-
ſionem voluit Eccleſiam ſuam doce-
re illum ciborum delectum, qui in le-
ge Moyſi fuerat præceptus non eſſe
iam neceſſariò tam arctè obſeruan-
dum, ſoli Petro de hoc reuelationem
facit. Petro enim exeunti in mentis
exceſſum, oſtenditur linteum magnũ
immiſſum de cælo in terram, in quo
erant omnia quadrupedia, ſerpentia
terræ, & volatilia cæli; & poſtea facta
eſt vox ad eum: [Surge (Petre) occide,
& manduca.] Quæ res & ſi omnes
tangebat, ſoli tamẽ Petro reuelatur.
Petrus enim erat perſona commu-
nis omnium arram, & curam ge-
rens, & ſic ſemper primo loco con-
ſtitutus eſt ab Euangeliſtis, vt iam
diximus. Et poſt tã aperta ſacræ ſcri-
pturæ teſtimonia, extat etiam omniũ
ſacrorum Doctorum de hac re con-
cors ſententia, quorum verba citare
omittimus, ne promiſſam breuitatem
trãſgrediamur. Verùm deſignabimus
19 loca, in quibus ſacri Doctores in hãc
ſententiam nobis ſunt præuij. † Et
(vt recentiores omittamus) B. Greg.
in lib. 40. homiliarũ, homil. 27. Theo-
phylactus ſuper Matth. 16. & ſuper
Luc. 22. Leo Papa huius nominis I. in
Epiſtol. ad Dioſcor. Alex. Epiſcopum.
quæſt. in ordine. Idem Leo Papa in
ſerm. 3. de anniuerſario ſuæ Pontifi-
ciæ aſſumptionis. Auguſt. tract. 56. ſu-
per Ioan. lib. 2. contra Donatiſtas, ſer.
124. de tempore, & ſerm. 26. de ſan-
ctis, & Epiſt. 157. Hieron. etiam aper-
tiſsimè in plurimis epiſtolis ad Dama
ſum Papam, Ambr. ſuper primum ca-
put epiſt. Pauli ad Galatas, & in ſerm.
de pœnitent. Petri Chryſoſto. homil.
56. ſuper Matth. c. 16. Athanaſ. in epi-
ſtola ad Liberium Papam, Euſeb. Cæ-
ſarienſis lib. 2. Eccleſiaſticæ hiſtor. c.
14. Hilarius ſuper Matth. lib. 6. de Tri-
nit. Cyprian. epiſt. 3. lib. 2. & lib. 4. epi-
ſtola. 8. Origenes hom. 6. ſuper Matth.
Irenæus libr. 3. aduerſus hæreſes, c. 3.
Anacletus Papa, & martyr, qui nonus
à Petro Põtificatum obtinuit, in epi-
ſtola. 3. de Patriarcha, & primat. & re-
liquis Epiſcopis. Quorum quidem pa
trum ſententiæ ſufficerent ad capti-
uandum noſtrum intellectum, etiam
ſi ſcripturæ ſacræ teſtimonium deeſ-
ſet. Hoc vnum etiam ſufficeret, quòd
poſt pacatum orbem, omnes Chri-
ſtiani paruerunt Romano Pontifici,
omnes Epiſcopi illum tanquam ſupe-
riorem

riorem



riorem reueriti ſunt, omnia concilia
20 illius autoritatem confirmarunt. † In
eis itaq; (ſi abſens erat) eius legati in
Concilio præſidebant, vt factum fuit
in Concilio Nicęno, vbi Hoſius Cor
dubenſis Epiſcopus, tanquam legatus
Papæ Iulij præſedit. In Cõcilio Ephe-
ſino, Cæcilius Alex. Epiſcopus etiam
præſedit: in Concilio Chalcedonen.
Paſchaſius Illiberitanus Epiſcopus,
Vincentius Epiſcopus Eſculanus, &
Bonifacius presbyter Romanus, in
V. Synodo Legati Agapeti Papæ fue-
runt, & quinq; alij Epiſcopi, vt apertè
conſtat, ex actione 2. eiuſdem Con-
cilij. In VI. Synodo pręſederũt Legati
Agathonis Papæ, Theodoretus &
presbyteri, & Ioann. diaconus: deni-
que nullum fuit hactenus Cõcilium
Generale, in quo, ſi Papa fuit abſens,
Legati illius non præſiderẽt, at quod
magis eſt Papa vt caput ſemper Cõ-
cilium confirmauit. Innocentius Pa-
pa Concilium Mileuitanum, in quo
damnatus eſt Pelagius, ratum habuit,
vt patet ex Epiſto. Auguſt. 92. Zozi-
mus etiam Papa Concilia Carthagi-
nenſia tertium & quartum cõfirma-
uit, & Siricius Papa Telẽſe & Aphri-
canum confirmauit; per Bonifacium
Aphricana Concilia fuerunt etiam
21 confirmata. † Generalia etiam Con-
cilia à Romano Põtifice ſuorum De-
cretorum confirmationem petierũt.
Nicænum ſiquidem Concil. petijt à
Silueſtro tunc Romano Pontifice, vt
quæ in Concilio geſta fuerant, cõfir-
mare dignaretur: quod ille fecit, vt cõ
ſtat ex actis eiuſdẽ Concilij. Conciliũ
etiam Chalcedonenſe à Leone con-
firmatũ fuit, vt in 3. actione eiuſdem
Concilij in fine exploratum extat.

Reijciantur igitur impij hæretici
contrarium tenentes, & cõfiteamur,
& doceamus, cum Eccleſia Catholi-
22 ca Romana, † vnum eſſe in illa Sum-
mum Pontificem; vt ſicut & ipſum
vnum eſt ouile, ita ſit vnus illius Pa-
ſtor. De quo extat Concilij Con-
ſtantienſis diffinitio, in quo damna-
ti fuerunt 45. articuli Ioann. Vvicleſ-
fi, ex quibus is qui ſequitur eſt 36.
† Eccleſia Romana eſt Synagoga Sa-
23 thanæ, nec Papa eſt immediatus, &
proximus Vicarius Chriſti. Quæ
aſſertio ſimul cum alijs eiuſdem, ibi-
dem damnata eſt: Et ſeſsion. 15.
damnantur in eodem Concilio plu-
res aſſertiones Ioannis Hus, qua-
rum aliquæ ſunt ad hanc rem per-
tinentes. † Ideo Concil. Florent. ſub
24 Eugenio IIII. pro Græcorum vnione
celebratum de hac re protulit diffi-
nitionẽ, cuius hęc ſunt verba: [Diffi-
nimus ſanctam Apoſtolicam ſedem,
& Romanum Pontificem in vniuer-
ſum orbem tenere primatum, &
ipſum Romanum Pontificem ſucceſ-
ſorem eſſe beati Petri principis
Apoſtolorum, & verum Chriſti Vi-
carium, totiuſque Eccleſiæ caput,
& omnium Chriſtianorum patrem
ac doctorem exiſtere. Idem proba-
tur ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. de re-
format. c. 1. in fine, & ſeſſ. 8. in Decre-
to de tranſlatione Concilij ſeſſ. 9. de
prorogat. ſeſsionis: & optimè in ſeſſ.
14. c. 7. de caſuũ reſeruatione: & ſeſſ.
21. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 1. & tex. in. c. ſi
quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. c. ita
quondam. de Iudæis. c. conqueſti. de
ſentent. excomm. c. quicunq;. eodem
tit. in 6. & Clem. grauis. eodem titu.
de ſentent. excomm. cum ſimilibus,
& Roman. 13. 2. Corinth. c. 10. & 13.
cap. nolentes. de hæreticis. c. felices.
de pœnis. in 6. c. paſtoralis. de offic.
iud. ordin. Clement. cupiẽtes. de pœ-
nis. extrauag. inter cunctas. §. duos. de
priuileg. in extrau. cõmunib. & Tur-
recremat. in ſum. Eccleſiaſt. lib. 1. c.
17. & libr. 2. c. 36. per totum: habet
25 itaque † Summus Põtifex primatum
ſuum immediatè à Chriſto. ibidem

lib. 2. c. 38. & c. 80. docet ipſi Petro, & in eo ſucceſſoribus, hoc eſt, Summis Pontificibus, regendi ac gubernandi Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenā poteſtatem traditam eſſe, quemadmodū & in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus cōtinetur. Hęc ibi. Quod vtique ex iure diuino, & ratione ſucceſsionis probatur. Sūmus enim Pontif. ſuccedit D. Petro in præfectura totius Eccleſiæ Catholicæ vniuerſaliter, vt ex fine Pontificatus deducitur. Certum enim eſt, Pontificem eſſe propter Eccleſiam, non Eccleſiam propter Pontificem, vnde Auguſtin. lib. de paſtor. cap. 1. (inquit.) Quod Chriſtiani ſumus propter nos eſt, quod præpoſiti ſumus propter vos eſt. At cum hodie Eccleſia plus egeat vno paſtore quàm tempore Apoſtolorum cum Chriſtiani plures nunc ſint & peiores, igitur moriente Petro non debuit interire Pontificatus, qui non in Petri commodum, ſed in Eccleſiæ vtilitatem inſtitutus fuit. Manere namque ac perſeuerare debet donec ipſa Eccleſia maneat, aut certè donec in terris peregrinatur, & vnius ſummi paſtoris cura, & vigilātia opus habet. Quibus aſtipulatur ratio ex vnitate Eccleſiæ: nam Eccleſia eſt vna & eadem omni tempore, ergo non debet mutari forma regiminis, quæ eſt forma etiam Reipublicæ & ciuitatis. Quare ſi Apoſtolorum tempore vnus erat ſupremus rector & caput Eccleſiæ, hoc etiam tempore eſſe debet.

Rurſus probatur prædicta ſententia ex verbis D. Ioannis cap. vltim. ibi paſce oues meas, officiū etenim paſtoris, eſt officium ordinarium, & perpetuum: ex natura enim rei tamdiu durare debet officiū paſtoris quamdiu manet ouile, ouile autem manet, & manebit vſque ad mundi conſummationem, igitur eo vſq; ſucceſſores Petri in ſummo iſto paſtorali officio manere neceſſe eſt, præſertim cùm Dominus ex d. cap. omnes oues ſuas Petro commiſerit, neq; ſolùm omnes ratione loci, ſed etiam ratione temporis cum nō minus nobis quàm antiquis Chriſtus proſpicere debuerit, ſed Petrus non ſemper victurus erat in carne, igitur cum ei Dominus dicit, paſce oues meas in illo omnes ſucceſſores eius alloquutus eſt. Vnde Chryſoſto. lib. 2. de ſacerdotio circa principium (inquit) qua nam de cauſa ille ſanguinem effudit ſuum. Certè vt pecudes eas acquireret, quarū curam tum Petri ſucceſſoribus committebat, & S. Leo ſerm. 2. de anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum: manet (inquit) diſpoſitio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine petræ perſeuerans ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit, perſeuerat videlicet Petrus, & viuit, in ſucceſſoribus ſuis.

Præterea Eccleſia eſt vnum corpus, & ſuum quoddam caput hic in terris habet præter Chriſtū, vt patet ex 1. Corinth. c. 10. vbi poſtquā dixit Paulus Eccleſiā eſſe vnum corpus ſubiecit, non poteſt caput dicere pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, quod certè non cōuenit Chriſto: ipſe enim poteſt dicere omnibus nobis, nō eſtis mihi neceſſarij: nullum autem aliud caput aſsignari poteſt pręter Petrum neque debet moriente Petro corpus Eccleſiæ manere ſine capite: oportet igitur aliquem Petro ſuccedere, quę cōfirmantur ex veteri Teſtamēto, in quo proculdubio ſucceſsio erat ſummorum Pontificum, nam Aaroni ſuccedit Eleazarus n. 20. & Eleazaro Phinees Iudic. 20. & ſic de cæteris, at ſacerdotium Teſtamenti veteris figura fuit ſacerdotis Teſtamēti noui, igitur, & nūc ſucceſsio in ſede Petri



primi ac ſummi Chriſtianorum Pontificis conſeruari debet, & quòd iſte Petri ſucceſſor ſit Romanus Pontifex facilè probari poteſt: Nullus fuit vnquam neq; eſt qui ſe Petri ſucceſſorem vllo modo aſſeruerit, vel pro tali ſit habitus præter Romanum, & Antiochenū Epiſcopū: atqui Antiochenus non ſucceſsit Petro in Pontificatu totius Eccleſiæ (non enim ſucceditur niſi cedenti locum, vel per mortem naturalem, vel per mortem legitimam, id eſt, depoſitionem, vel renūciationem, Petrus autem adhuc viuens, & Pontificatum gerens Antiochenam Eccleſiam reliquit, & Romæ ſedem ſuam fixit) ergo Romanus Pontifex, qui Petro in vrbe Roma morienti ſucceſsit, eidem in tota ipſius dignitate, & poteſtate ſucceſsiſſe compertum eſt.

Ex quibus ſequitur vt qui eligitur Romanus Epiſcop. eo ipſo ſit Pōtifex ſummus totius Eccleſiæ, etiam ſi id non exprimant electores, de quibus perpulchrè Clemens Epiſto. 1. Anacletus Epiſtola 3. Euariſtus Epiſtola 1. Alexander Epiſtola 1. Pius Epiſtola 1. & 2. Anicetus Epiſtola 1. Victor. Epiſtola 1. Zephyrinus Epiſtola. 1. Calixtus Epiſtola 2. Lucius Epiſtola 1. Marcell. Epiſtola 1. Euſebius Epiſtola 3. Melchiades Epiſtola 2. Marcus Epiſtola 1. quorum doctrinæ deductæ ſunt in hanc ſententiam ex Concilio Nicæno Canon. 6. & Concilio Generali in Epiſt. ad Damaſum, vt tradit Theodoret. lib. 5. Hiſtoriæ capit. 9. & Synodo Conſtantinopol. actione 4. & Synodo 7. actione 2. & Lateranenſi Concilio ſub Innocent. 3. capit. 5. Romana (inquit) Eccleſia diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vt pote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra, ac denique ex Concil. Lugdunenſ. Generali ſub Greg. X. & habetur in c. vbi periculum. de electione. in 6. vbi Romanum Epiſcopum vocat Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, rectorem vniuerſalis Eccleſiæ, & in Concilio Trident. ſeſsion. 14. cap. 7.

26 Hinc Patres omnes deduxerunt, † Petrum, & conſequenter alios Pontifices, non poſſe errare in cauſis fidei. Turre-cremata in ſumm. Eccleſiaſtic. libr. 2. capit. 109. & ſequent. Origenes in hunc locum inquit. [Manifeſtum eſt, & ſi non exprima-
27 tur, quòd † nec aduerſus Petrum, nec aduerſus Eccleſiam portæ præualere poterunt infernorum; nam ſi præualerent aduerſus Petrum, in quo Eccleſia fundata erat; contra Eccleſiam etiam præualerēt.] Idque probatur ex lege, ex Euangelio, ex Patribus. Deuteron. 17. extat clariſ-
28 ſimum teſtimonium; quòd † dubia de religione exhorta, ad Summum Pontificem iudicanda referuntur. Inquit enim Moyſes: [Si difficile atque ambiguum iudicium eſſe perſpexeris inter cauſam & cauſam, lepram & lepram; & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge; & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus.] Et vt hoc comprobemus rationibus humanis perpendenda ſunt verba illa, quibus redemptor noſter pollicitus eſt beato Petro claues Regni cælorum, concedens illi iuriſdictionem ligandi atque ſoluendi: item illa quibus commiſit ouium ſuarum curam, conſtituens eum Eccleſiæ caput, &
29 Paſtorem: † non enim ſunt dicta Petro tanquam homini priuato, ſed Apo-

Apoſtolorum principi: atq; ita mor-
tuo Petro, nō fuit illa poteſtas extin-
cta, ſed tranſijt ad omnes Pontifices
30 ſucceſſores legitimos: quia † quæ cō-
ceduntur dignitati, nō pereunt mor-
te regentis, aut habentis illam, ſed
ad omnes ſucceſſores eiuſdem digni-
tatis tranſeunt. capit. quoniam Ab-
bas. de offic. deleg. l. mortuo. l. pro-
ponebatur. ff. de iudicijs. Et hoc eſt
conforme vaticinio Iſaiæ: Super ſo-
lium Dauid, & ſuper regnum eius ſe-
debit, vt confirmet illud, & corro-
boret in iudicio & iuſtitia amodo, &
vſque in ſempiternum: ipſeq; Chri-
ſtus dixit apud Matth. [Ecce ego vo-
biſcum ſum omnibus diebus vſque
ad conſummationem ſæculi:] ſed his
verbis fundauit Eccleſiam ſuam ſu-
per Petrum, atque ideo conſequens
fuit, vt ſucceſſores Petri ſuccederent
in eadem poteſtate: His ſic poſitis,
ad Summi Pontif. iuriſdictionem &
poteſtatem accedamus.

Cùm igitur Summus Pontifex (qui
& Papa, id eſt, pater Patrum Chri-
ſtianorum Pontifex, ſummus Sacer-
dos, princeps ſacerdotum, Vicarius
Chriſti, caput corporis Eccleſiæ, fun-
damentum ædificij Eccleſiæ, paſtor
ouilis Domini, Pater, Doctor omniū
fidelium, Rector domus Dei, cuſtos
vineæ Dei, ſponſus Eccleſiæ, Apo-
ſtolicæ ſedis Præſul, Epiſcopus vni-
uerſalis & Maximus, ac admirabilis
appellatur) omnium Epiſcoporum
Maximus, & omnium gentium no-
31 minis Chriſtiani princeps ſit, † eique
terreſtris ſimul & cæleſtis imperij ſit
à Deo conceſſa poteſtas, canon. 1. di-
32 ſtinct. 22. ac † Chriſti filij Dei D. N.
vice in terris fungatur, canon. 1. & 2.
de tranſlat. prælatorum cap. Apoſto-
33 licæ. de regu. iuris, in 6. † ſacrilegium
quaſi eſt de eiuſdem poteſtate velle
diſputare: vt tradit Bald. in præfa-
tione feudorum. verb. nunquam ali-
qua. Verum enimuero vt curioſis pro
parte ſatisfaciam, nonnulla ſummis
tantùm labijs attingam. Summus
34 namque † Pontifex omnia poteſt,
claue non errante, peccati impuni-
tate ſurgentis à violatione legis di-
uinæ excepta. can. manet. 24. quæſt.
1. & capit. quodcunque. vbi gloſſ. ea-
dem cauſa & quæſtione. Hoſtien. &
Ioannes Andr. in capit. magna. de
35 voto. cuius † poteſtas in omnibus
exuberat, excepto iure diuino & ar-
ticulis fidei; & quoties agitur de im-
mutando vniuerſæ Eccleſiæ ſtatu.
capit. in memoriam. & capit. nulli. di-
ſtinctio. 19. capit. cuncta per mun-
dum. 9. quæſt. 3. Ioann. Anan. in cap.
36 nulli. de maledic. quare non † licet
Summo Pontifici articulos fidei no-
uare vel mutare, nec noua ſacra-
menta inſtituere, aut inſtituta mu-
tare, vt docet ſanctus Thomas 2. 2.
37 quæſtio. 1. articu. 5. ad primum. † Po-
teſt verò in multis diſpenſare ca-
ſibus, vt recenſet Speculator in titu.
de diſpenſatione. §. nunc breuiter. in
tit. de Legato. §. nunc oſtendendum.
Alij nonaginta caſus enumerantur à
Guillelmo Durando, ſed à recentiori-
bus ad centum & ſeptendecim, qui-
bus tamen anteceſsit gloſſema quod-
dam tritum quidem, ſed huius rei
magiſtrum, quibuſdam metris plu-
res caſus complectens, quibus fons
quidam, aut certè norma, & ſemita
ad cæteros perquirendos indicari
videtur. capit. ad tranſlationem de
offic. delegati, quæ metra ſunt infra-
ſcripta, videlicet.

*Reſtituit Papa ſolus, deponit & ipſe,*
*Diuidit atque vnit, eximit atque pro-*
*bat.*
*Explicat articulos, ſynodumque facit ge-*
*neralem,*
*Transfert, & mutat, appellat nullus ab*
*illo.*





Quorum quidem verſuum ſenſus
magis, quàm verba, & metrica regu-
la ſi ſpectetur, lucem aliquam ad hāc
quæſtionem afferunt: ſed pleniori
carmine proſecutus eſt Ioannes à
Turre-cremata in capit. huic ſoli ſe-
di. diſtinct. 17. & alij hoc infrà ſcri-
pto modo.

*Si ſit Catholicus, Papam non iudicat vl-*
*lus,*
*Erigit, & ſubdit Cathedras, & diuidit,*
*vnit,*
*Mutat vota Crucis, reſtaurat, & eximit,*
*ad ſe*
*Maiores cauſæ referuntur, legitimatque;*
*Promouet, appellare vetat, prohibet profiteri,*
*Deponit, transfert, ſuppletque, renunciat*
*illi*
*Præſul, & exemptus, Simon, iurans, ana-*
*thema,*
*Vel proprium, vel legati, vel lex vtriuſq;*
*Nequaquam participans, & ſi quem ſponte*
*ſalutat,*
*Quem Canon damnat, ſibi vel quando re-*
*ſeruat,*
*Soluitur à Papa, nec non quem regula*
*damnat,*
*Addas ſuſpenſum, caſum, cum fertur ad-*
*ipſum*
*Reſcriptum fidei dubium, confert bona*
*plura,*
*Irritat infectum, legem condit genera-*
*lem,*
*Approbat, imperium firmat, deponit, &*
*vngit,*
*Concilium generale facit, ſancit quoque*
*ſanctos,*
*Ens non eſſe facit, non ens fore, pallia*
*ſemper*
*Portat, concedit, legi nec ſubditur illi,*
*Appellatur adhuc modo ſine, iudiciumque*
*Eſt pro lege ſuum, monachum reuocat re-*
*nuentem,*
*Maius adulterio ſoluit, generaliter arctat,*
*Et laxat quicquid ſponſis notat, ordinat*
*extra*
*Tempora dando ſacrum, promotum pro-*
*mouet idem,*
*Ordinat atq; diem, quo conſecratur & ipſe,*
*Libenterque locum concedit, iure priuatq;*
*Inſignit, laico ſacrum dat chriſma mini-*
*ſtro,*
*Summâ ſede ſedet, plenuſque Vicarius*
*extat.*

38 Ipſique Summo † Pontifici pote-
ſtas ſeruata eſt cognoſcēdi & finien-
di articulos & quæſtiones fidei, vbi
aliquam ambiguitatē ſuper eis oriri
39 contingat: † neque aſſentiendum eſt
his qui Concilij generalis, non Papæ
hanc eſſe poteſtatem aiunt. d. c. hæc
eſt fides. capit. 1. rogamus. 24. quæ-
ſtion. 1. Doctores in rubr. de con-
ſtitutionibus. Cardinalis Albanus in
tract. de poteſtate Papæ. 2. part. nu.
40 23. Quo exemplo nec † alij permit-
titur hæreticos ad gremium ſanctæ
Matris Eccleſiæ reuertentes ſoluere.
capit. frater noſter. 16. quæſt. 1. capit.
quoties. 24. quæſt. 1. Concil. Oecu-
menicum generale ſolus vocare po-
teſt, conſtitutioneſque eius probare
vel improbare, interpretari, & Con-
cilium ſoluere. 15. & 17. diſtinct. per
totam. cap. ſtatutum. de electione. &
de reſcriptis in. 6. Explorati ſiquidem
41 iuris eſt, † Papam Concilio maiorem
eſſe, atque in illud poteſtatem habe-
re; gloſſ. Geminianus. & alij in capit.
vbi periculum. verſ. Concilio. de ele-
ctione in. 6. Decius Berous, & anti-
qui in cap. 1. de conſtitutionibus. Ca-
ſtaldus de poteſtate Papæ numer. 75.
42 Albanus vbi ſuprà num. 53. & † iuris
diuinæ conſtitutiones ſolus limitare
ex cauſa poteſt. gloſſ. Archidiacon. &
Turre-cremata in. c. ſunt quidam. 26.
quæſt. 2. Innoc. in. c. fin. de conſtitu-
tionibus. Felinus in. c. de ſponſalibus.
43 col. 7. nec † alius quiſquam veniam
peccatorum plenam indulgere po-
teſt. Doctores in. c. cum ex eo. de pri-
44 uilegijs, † nec aliquem clericorū ſol-

uere, quin canonicas horas dicere te-
neatur alius præter Summum Ponti-
ficem poteſt, vt notatur in d. Clem. 1
45 de celebratione Miſſarũ, ipſe † nàmq;
eſt ſponſus vniuerſalis Eccleſiæ dict.
c. cuncta per mundum. & c. per prin-
46 cipalem 9. q. 3. Habetq; † vtrumque
gladium, & omnes ei parere tenẽtur
principes & Reges. c. inter quatuor.
47 de maioritate, & obedient. & † quiſ-
quis ſe Pontificis Maximi præceptis
ſubtrahere contendit, diſpẽdium ſa-
lutis æternæ incurrit, tex. in. c. vnam
ſanctam. de maiorit. & obedient. &
non ſolùm clericus, ſed etiam laicus,
gloſ. in c. nouit de Iudicijs, vbi nota-
tur c. cauſam. qui filij ſint legitimi. Ne
48 mo † enim in terris eſt ſupra eũ, ex-
cepto Concilio vniuerſali, ſi hæreti-
cus ſit. Turre-crem. in ſum. Eccleſiæ,
lib. 3. c. 5. Iacobatius. lib. 9. de Conci-
lio. Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 12.
num. 13. c. ſi Papa. 40. diſt. & ibi Præ-
poſit. Ægid. & cæteri. Alua. de Conci.
c. 2. non aliàs. c. nũc autem. vbi nota-
tur, 12. diſt. Innocent. in c. ex parte. 1.
de verborum ſignificatione, Ioann.
Andreas in c. in fidei. de hæreticis. c.
propoſuiſti. de conceſſione præbẽdæ.
49 Quinimò ita traditũ eſt † Pontificem
Romanum in terris poteſtatem Pau-
lo Apoſtolo maiorem, aut certè non
minorem habere. gloſ in. c. ſunt quidã
25. q. 1. in c. Lector. 34. diſtinct. Felinus
in rubr. & in c. quę in Eccleſiarum. de
conſtitutionib. nu. 21. vbi doctores.
50 Ideo † nec Inquiſitores nec quiquam
alij procedere poſſunt contra Papam
deprehenſum in hæreſi, quia dele-
gati eius ſunt, & conſequenter infe-
51 riores, † & inferiores in ſuperiorem
non habẽt poteſtatem. c. inferior. 22.
diſt. l. ille à quo. ff. ad Trebel. Itaque in
omnes mortales iudicium proferre
poteſt, cùm tamen nullius ipſe iudi-
cium ſubire teneatur, excepto gene-
rali Concilio, vbi de hæreſi contra eũ
52 agi contingeret: quo † caſu Conci-
lium generale, vel cœtus Cardinaliũ
eſſet iudex cõpetens, vt dicit Archi-
diaconus, & alij in c. in fidei fauorem.
de hęret. lib. 6. gloſ. in. c. in Synodo 63.
diſt. & Eymericus in 3. p. Directorij,
q. 25. quamuis plures Theologi intre-
53 pidè aſſerant † Papam non poſſe fieri
hæreticum, inter quos eſt Albertus
Pighius Campẽſis lib. 4. c. 8. de Eccle-
ſiaſtica Hierarchia, cuius ſententia
ſatis probabilis ac conſona rationi
videtur, imò certũ putat omnes Ro-
manos Pontifices, qui in hæreſim in-
cidiſſe cõmemorantur, poſſe ab hæ-
reſis nota liberari; quod hoc potiſſi-
mũ nititur fundamẽto probare, quia
Chriſtus orauit pro Papa, ne defice-
ret fides eius. Ioann. 21. vt ipſe fratres
ſuos in fide nutantes cõfirmaret, qua-
ſi videatur hoc priuilegium perſona-
le eſſe, & annexũ ei qui ritè & cano-
nicè electus eſt Põtifex Romanus, &
Eccleſiæ caput ex aſsiſtentia Spiritus
ſancti non permittẽtis in hæreſim la-
bi, quamuis in quęuis alia delicta poſ-
ſit ex humana fragilitate incidere.
Nihilominus tamen contrariã ſenten
54 tiam (ſcilicet) quòd poſsit † Summus
Pontifex, poſtquàm ritè & legitimè
electus eſt Pontifex Romanus, & Ec-
cleſiæ caput, in hæreſim incidere, cõ-
muniter tenuerunt Theologi, & Ca-
noniſtæ, ac præcipuè Turre-crem. in
ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 93. Caiet.
in opuſc. de autoritate Papæ, & Con-
cilij. Cardin. Hieron. Albanus in libr.
de poteſtate Papæ. 1. p. Dominic. So-
tus lib. 4. ſentent. diſt. 22. q. 2. articu. 2.
verſic. Dubium autem eſt. Alphonſ.
de Caſtro lib. 2. cap. 23. in princip. de
iuſta hæreticorũ punitione, Melchior
Canus lib. 6. cap. vlt. de locis Theo-
log. Sylueſter in ſumma verb. Papa
40. diſtinct. Ioannes Rojas de hæ-
reticis ſingul. 16. incipiente; Papa
de crimine hæreſis. Auguſtinus de




Ancona in ſumma de poteſtate Ec-
cleſiaſtica quæſtio. 5. per totam quę-
ſtionem, Simancas de Catholica in-
ſtitutio. titu. 12. nume. 13. & titu. 45.
de Papa. nume. 35. & alij plures, quos
longum eſſet recenſere: quorum fre-
quentiori ſentẽtia Papa effectus hæ-
reticus Concilio, velut legitimo iu-
dici ſupponitur.

Licet ex ſupradictis ſatis proba-
tum fuerit Pontifices ſuccedere in
55 vniuerſæ Eccleſiæ primatu, † hæ-
retici tamen omnes huius tempo-
ris pro viribus conantur contrarium
probare. Et præcipuè Lutherus lib.
2. de poteſtate Papæ. Illyricus lib. cõ-
tra primatum Papæ, Synodus. Et Mal
chaldia in libr. eiuſdem argumenti,
Ioannes Caluinus lib. inſtitut. cap. 6.
& 7. Magdeburgẽſes in ſingul. Cen-
tur. ad finem, vt refert Robertus
Bellarminus tom. 1. de Romano Põ-
tifice, lib. 2. cap. 12. pagina 600. ideò
aliquibus medijs huius noſtræ con-
cluſionis veritatem oſtendemus, &
refellemus hominum delirãtium nu-
gamenta.

56 Primùm ergo † probatur Roma-
num Pontificem Petro ſuccedere in
Pontificatu Eccleſiæ vniuerſæ ex di-
uino iure, & ratione ſucceſsionis hoc
pacto. Debet Petro iure diuino ali-
quis ſuccedere; ille non poteſt eſſe
alius, quàm Pontifex Romanus ex
ſupradictis; ergo ille ſuccedit. opor-
tet enim Petro aliquẽ ſuccedere in
Põtificatu Eccleſiæ vniuerſæ, vt colli
57 gitur ex fine Pontificat. † Certũ enim
eſt Põtificem eſſe propter Eccleſiam,
non Eccleſiam propter Pontificem,
vt ex Diuo Auguſtino deducitur
lib. de Paſtoribus. cap. 1. inquit enim.
Quòd Chriſtiani ſumus, propter nos
eſt, quod præpoſiti ſumus, propter
vos eſt, atqui Eccleſia non minùs
eget nunc vno Paſtore, quam tem-
pore Apoſtolorum, imò verò magis
cùm nunc ſint Chriſtiani, & plures,
& peiores: non igitur, moriente Pe-
tro, perire debuit Pontificatus, qui
non in Petri commodum, ſed in Ec-
cleſiæ vtilitatem inſtitutus erat, ſed
manere ac perſeuerare, donec ipſa
Eccleſia manſerit, aut certè dum in
terris peregrinatur, & vnius ſummi
Paſtoris curâ & vigilantiâ opus ha-
bet.

Fulcitur præterea hæc propoſitio
ex verbis Domini Ioann. cap. vltim.
[Paſce oues meas:] officium namq;
paſtoris eſt ordinariũ & perpetuum.
Siquidem ex natura rei tamdiu dura-
re debet officium Paſtoris, quamdiu
manet ouile; ouile autem manet, &
manebit vſque ad mundi conſum-
mationem. Igitur ſucceſſores Petri in
ſummo iſto paſtorali officio manere
neceſſe eſt. dict. extrauagan. vnam
ſanctam de maioritat. & obedientia.
& Ioann. cap. 10. Sed & licet illud ex
parabola Chriſti ipſius ore prolata
conferre. Vineam Pater familias vt
coleretur agricolis locauit. Tum aliàs
eam vt colerent hinc & inde coloni
vocati ſunt non pauci, qui cum à la-
tronibus & ſicarijs ad internecionem
eſſent dati, ipſe paterfamilias proprio
filio non pepercit. Illum etiam Deus
miſit vt quâ indutus erat humanita-
tis proprietate hominum incolumi-
tati per vineæ culturam ſatisfaceret.
Hinc quis non colligat, & colonos &
agricolas pro vinea Domini condu-
ctos, atque adeò nos omnes ſiue Pon-
tifices, ſiue Sacerdotes, ſiue omnes
quicunque ſint ex regali ſacerdotio
ad hoc deſtinatos, potiſsimùm verò
caput noſtrum viſibile Pont. Max.
pro vinea & Eccleſia Dei conſtitu-
tos? Legendus ad hæc Theodoretus,
& qui ſcripſerunt omnes in Matth.
cap. 20. & 21.

Rurſus ex eodem loco Ioann. id
58 optimè probatur: † nam cùm Domi-

nus ait Petro: [Paſce oues meas] omnes oues ſuas commiſit, nec ſolùm omnes ratione loci, ſed etiam ratione temporis, cùm non minùs nobis quàm antiquis Chriſtus proſpicere debuerit: ſed Petrus non ſemper victurus erat in carne: igitur cum ei Dominus dixit: [Paſce oues meas] in illa dictione, omnes, ſucceſſores eius allocutus eſt. Hinc Chryſoſtomus libr. 2. de ſacerdot. circa principium inquit. [Quanã de cauſa ille ſanguinem effudit ſuum? certè vt pecudes eas acquireret, quarum curam tunc Petri ſucceſſoribus committebat:] & ſanctus Leo ſermon. 2. anniuerſarij aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum: [Manet (inquit) diſpoſitio veritatis.] Et B. Petrus in accepta fortitudine perſeuerans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit, perſeuerat (videlicet) Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis, & B. Petrus Epiſcopus Rauennæ in Epiſtola ad Eutychenſes: [Beatus (inquit) Petrus, qui in propria ſede viuit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.] Quod etiam probatur ex veteri Teſtamento, vbi ſucceſsio erat Summorum Pontificum. Aaroni enim ſucceſsit Eleazarus Num. 20. & Eleazaro Phinees. Iudic. 20. & ſic de cæteris. At Sacerdotium Teſtamenti veteris figura fuit Sacerdotij Teſtamenti noui; igitur & nunc ſucceſsio in ſede Petri primi ac ſummi Chriſtianorum Pontificis conſeruari debet. Cùm igitur ſucceſsio Romani Pontificis in Pontificatum Petri ex inſtituto Chriſti ſit, & ipſe inſtituerit in Petro Pontificatum duraturum ad finem mundi, & Petrus moriturus eſſet, non eſt dubium, quin Pontifices ſucceſſores Pontificatum à Chriſto accipiant.

Secundò facit ex vnitate Eccleſiæ. Nam cum Eccleſia ſit vna & eadem omni tempore, non debet mutari forma regiminis, quæ eſt forma etiã reipublicæ & ciuitatis; extrauagan. vnam ſanctam. Bonifac. Octaui de maioritate, & obedientia. Anacletus in Epiſtola miſſa omnibus Epiſcopis incipiente, Benedictus Deus. cap. 3. c. ſacroſancta. 22. diſtinct. c. ad Romanã 2. quæſt. 6. Fabianus & Gelaſius eius nominis primus Epiſtola quadam 1. cap. 11. & Leo Papa. 9. in Epiſtola aduerſus præſumptiones Michaelis, & Acridani Epiſcoporum c. 12. & 13. vna igitur eſt Eccleſia, & vnus Papa, cui omnes mortales ſũt ſubiecti. Quare ſi Apoſtolorum tempore vnus erat ſupremus rector, & caput Eccleſiæ, hoc etiam tempore eſſe debet. Prædictum axioma de fide, veritate, vnitate, & poteſtate Eccleſiæ Romanæ adeò verum eſt, vt non ſolùm doctis & indoctis, verùm etiam Paganis ac

59 hæreticis notũ ſit, † quæ per mille & quingentos annos nullam hæreſim condidit aut amplexa eſt, quod vtiq; ingẽs Dei opus haberi debet.

60 † Eccleſia enim ex multis hominibus fidei, charitatiſq; vinculo connexis & colligatis in vnũ quaſi corpus conflatur. 1. Petri. 2. & c. legimus. 93. diſt. c. multę. 1. q. 1. in fin. c. loquitur. 24. q. 1. hanc Sapientia Dei conſtruxit (vt diximus ſuprà) Chriſtus, qui eſt petra, & fundamẽtum, præter quod nemo poteſt aliud ponere. 1. Corint. cap. 3. & c. 10. nec alium Chriſtus voluit ſuæ viſibilis præſentiæ vicem hoc in genere ſuſtinere, niſi quem priùs petram factũ ſuâ potentiſsimâ prece ad fratres

61 etiam confirmandos miſiſſet. † Quæ quidem Eccleſia ſic firmata nõ ſolùm ratione virginitatis, ſed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur. c. nuptiarũ. 24. q. 1. ac ſponſa Chriſti pudica & incorrupta, quæ adulterari nõ poteſt. c. loquitur. 24. q. 1. in fine. c. omnibus. eadem cauſa & quæſtione. Turre-cremat. in ſumma de Eccleſia,





Eccleſia. libr. 2. capit. 76. ipſa habet veraciter dominica ſacramenta. cap. quia ex ſola. 24. quæſtio. 1. capit. ex Catholica. 1. quæſtio. 1. & ſic extra eam ſalus non habetur. capit. alienus. capit. quicunque. & d. c. quia ex ſola

62 24. quæſt. 1. † nec habet maculam, nec rugam. capit. quamuis. 21. diſtin-

63 ctio. † quæ tanquam magiſtra in omnibus eſt ſequenda. cap. qui neſciat. 11. & capit. non decet. 12. diſtinct. & cap. omnes. 22. diſtinct. Hinc Paulus anno Domini 50. Roma. 1. fidem Romanorum in vniuerſo mundo annunciari dixit: ſemel ergo Eccleſia Romana rectè credidit.

64 Irenæus † anno Domini 160. lib. 3. eandem viuificatricem fidem ad ſua vſque tempora conſeruatam in Eccleſia Romana teſtatur.

Cyprianus anno Domini 250. Romanorum fidem ab Apoſtolo prędicatam, negat mutari poſſe libr. 1. Epiſtola. 3.

Hippolytus Hoſtienſis Epiſcopus anno Domini 270. apud Prudẽtium in Hymnis hortatur ſuos, vt apud eos vigeat vna fides illa, quam Petri Cathedra retinet.

Euſebiani anno Domini 340. apud Zozomenum libr. 3. capit. 7. literis ad Iulianum Papam datis, fatebantur, licet inuiti, Eccleſiam Romanam primas apud omnes ferre, vtpotè quæ Apoſtolorum ſchola, & pietatis Metropolis iam ab initio fuiſſet.

Ambroſius in Epiſto. 81. [credatur (inquit) Symbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat anno Domini 350.]

Ruffinus in Symbolo anno Domini 360. [hæreſis (inquit) nulla in Eccleſia vrbis Romæ ſumpſit exordiũ.]

Hieronymus in Epiſtola 3. aduerſus Ruffinum ait anno Domini 386. fidem Romanam neque præſtigias recipere, nec mutari poſſe.

Anno Domini 400. Palladius in vita Chryſoſtomi dicit: [Theodorus Tyaneus Epiſcopus ad finem vſque in cõmunione perſtitit fidelium Romanorum.]

Auguſtinus contra Pelagium anno Domini 420. lib. 2. cap. 8. prædicandam in Domino clamat Romanorum fidem.

Anno Domini 440. Theodoretus ad Renatum presbyterum ſcribens, [Romana (inquit) ſedes ſemper hæretici fœtoris expers permanſit.]

Anno etiam Domini 530. Primaſius in cap. 1. ad Romanos ait: [Fides clara eſt Romanorum.]

Procopius lib. 1. de bello Gotthorum [Chriſtianæ fidei diſciplinam, ſi alij vnquam, Romani præcipuè ſunt venerati] anno Domini 570.

Gregorius Magnus lib. 12. Epiſtola 7. anno Domini 600. inquit. [Abſit nos cuiuſlibet hæretici recipere ſenſum] & lib. 3. Epiſtola 33. [de Eccleſia B. Petri nullum dubietatis ſcrupulum habeatis.]

Anno Domini 680. Agatho in Epiſtola ad Conſtantinum IIII. Imperatorem [Apoſtolica Petri Eccleſia nũquam hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſed illibata fidem tenus manet] & habetur Luc. cap. 22.

Tharaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus in actio. 2. Nicænæ Synodi, anno Domini 790. reſpondit: [Teſtimonium Pauli Apoſtoli, quo ad ſtudium ſinceræ fidei Romanorum exoſculatur, nos inſequi par eſt; temerariumq; repugnare arbitramur.]

Nicolaus I. anno Domini 860. ad Michaelem Imperatorem: [Priuilegia Eccleſiæ Romanæ Chriſti ore in B. Petro firmata perpetua ſunt

ante Imperium veſtrum fuerunt, manebuntque poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata.

Anno Domini 830. Theodorus Zenobij Studienſis Conſtantinopoli Antiſtes, in dogm. de adoratione ſacrarum imaginum: Tanta eſt Romanorum fides, vt illic infracta videatur eſſe petra fidei, nimirum iuxta verbum Domini fundata.

Vvbalafredus Strabus de rebus Eccleſiæ capit. 22. anno Domini 840. [Nulla per orbem Eccleſia, æquè vt Romana, ab omni fere hæreſeωn cunctis retro temporibus pura permanſit.]

Rhegino Chron. lib. 2. anno Domini 900. [Romana vrbs ab omni ſancta Eccleſia propter præſentiam Petri, & Pauli ſpeciali quodam veneratur priuilegio.]

Anno Domini 1050. Leo IX. in Epiſtola ad Michaelem & Aridanum: [Romanæ Eccleſiæ fides per Petrum ſuper petram ædificata, nec hactenus defecit, nec deficiet in ſecula. Luc. cap. 22.]

Lanfrancus aduerſus Beringarium anno Domini 1070. [Beati Doctores (inquit) ſi non eiſdem verbis, tamen eiſdem ſententijs concorditer aſtruxerunt, hæreticum eſſe omnem hominem, qui à Romana & vniuerſali Eccleſia in fidei doctrina diſcordat.]

Anno Domini 1100. Robertus Tuytienſis de diuinis officijs, lib. 2. cap. 22. [Romana (inquit) Eccleſia ſuper Apoſtolicæ fidei petram altiùs fundata firmiter ſtetit, & tam Græciæ, quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit.]

Bernardus ad Innocentium Papam II. in Epiſtola 100. anno Domini 1140. [oportet (inquit) ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potiſsimum reſarciri damna fidei, vbi non poſsit fides ſentire defectum, hæc quippè huius prærogatiua ſedis.]

Thomas de Aquino anno Domini 1250. in Opuſculo de Symbolo Apoſtolorum; [Sola Eccleſia Petri ſemper fuit firma in fide.]

Anno Domini 1330. Nicolaus de Lyra in capit. 22. Lucæ ad illa verba: vt non deficiat fides tua: [Ex hoc patet, fidem non deficere ad finem mundi, potiſsimum in Eccleſia Romana, quæ à Petro poſt Chriſtum fundata eſt.]

In reuelationibus ſanctæ Brigittæ, lib. 7. capit. 19. anno Domini 1370. Sciant Græci, quòd eorum imperium & regnum, ſiue dominia nunquam ſtabunt ſecura, donec ipſi cum vera humilitate, & charitate, Eccleſiæ & fidei Romanæ ſe deuotè ſubiecerint. Hæc promulgata centum ferè annis ſunt, antequam Græcorum regna & imperium à Mahumete ſecundo Turcarum Imperatore euerſa fuiſſent.

Æneas Siluius in dialogo contra Bohemos Epiſtola 130. anno Domini 1450. [In his quæ ſunt fidei, nunquam reperta eſt Apoſtolica ſedes erraſſe, aut adulterinis acquieuiſſe dogmatibus: hoc auſim dicere: Romanus Præſul indubitatus, nemo vnquam inuentus eſt falſæ doctrinæ publicus aſſertor.]

Ioannes



Ioannes Picus Comes Mirandulæ in Theorem. 13. anno Domini 1500. Ad Romanam (inquit) Eccleſiam, caput & Magiſtram Eccleſiarũ, mentis acies dirigenda eſt: atque huic ipſi Eccleſiæ, hoc eſt, Apoſtolicæ ſedi Petri Chriſti Vicarij, ſanctiſsimi viri adhæſerunt ſemper.

65 Summum Pontificẽ † primum locum obtinere non ſolùm ex ſupradictis Patrum ſententijs manifeſtè apparet, verùm etiam ex totius Chriſtiani Orbis vulgo probatur. Et primò ex B. Cypriano lib. 3. Epiſt. 13. & ex Socratis hiſtoria, libr. 4. cap. 30. & lib. 2. cap. 10. Gregorio Magno lib. 7. indiction. 2. Epiſtola 115. & lib. 4. Epiſt. 44. qui in hæc verba ſcribit: [Nos indignos pro Beati Apoſtoli Petri reuerentia mens fidelium veneratur: & ex amore quippe fideliũ, cuius ſedis mos vltra meritum erupit, vt cùm eorum corpora humanda deferũtur, dalmaticas pro ſanctitatis reuerentia ſubintrãs partiẽdas populus ſcindat.] Hæc ibi. An valdè celebris primatus ille non fuit, quem plebs diuinorum myſteriorum ſæpe ignara in B. Petri honorem tam apertè venerata eſt? quod nunc de plebe Romana, & alijs diximus: in Græcanica etiam plebe locum habuiſſe certum eſt. Dum Agapetus ſacræ Romanæ Eccleſiæ Põtifex (in lib. Dialogorum 3. capit.
66 3. inquit † B. Gregorius) ad Iuſtinianum principem proficiſceretur, in Græciarum partibus, propinqui quidam muti, & claudi ſe obtulerunt ei Agapeto curandos, dicentes ſe in virtute Dei ex autoritate Petri fixam illius ſpem habere. Hæc ille: Tam notum igitur etiam olim orbi Chriſtiano fuit, Pontificem Romanum non ſolùm Petri ſucceſſorẽ eſſe, verùm & ob eamrem autoritate quadam excellere, & plebeij homines in fide huius autoritatis, quam Romanus Pontifex à Petro acceptam habebat, firmiter confiderent mutum, & claudum à Romano Pontifice ſanitati ſuæ reſtituendum eſſe.

Paganis etiam notum fuiſſe Romani Pontificis primatum patet, qui eum præcipuè confitebantur, Euſeb. lib. 7. capit. 24. & in hiſtoria Amiani lib. 15. Hieronymus Epiſtola 62. refert idolorum cultorem ſolitum eſſe Papæ Damaſo ludentem dicere. Facite me Romanæ vrbis Epiſcopum, & ero protinus Chriſtianus.

67 Magnus † Cham, Cublai vocatus, vt dicit M. Paulus Venetus libr. 1. de Oriental. regimine, cum cuperet fidem Chriſtianam ſuis ſapientibus perſuaderi, ad Papam miſit ea de re, tanquam ad caput fidei Chriſtianæ.
68 Imò † quicumque barbari cum Chriſtianis aut de fidei, aut de fœderis negotio acturi, quocum potius agunt, quàm cum Romano Pontifice?

69 Armeni † quoque nonne ab Eugenio IIII. Summo Pontifice regulam fidei petierunt? vt habetur in fine Concilij Florentini, & vt Æneas Siluius in Epiſt. 376. refert.

70 Nicolai † Regis Perſarum, Coſcopæ Ducis Georgianæ, Manuethis, Aſſemberch, Soldani Meſopotamiæ Morati, Verbrecht in Armenia Domini, Oratores & Nuncij fœdus contra Turcas vnà cum Chriſtianis inituri ad Chriſtianorum caput Romanum Pontificem Pium II. acceſſerunt.

71 Hunc etiam † primatum hæretici agnouerunt, & confeſsi ſunt; inquit enim Euſebius lib. 15. capit. 15. quod Cataphryges qui iuxta Montan. hæreſim Phriſæ & Maximillæ prophetiã inſectabantur, cum ſuperſtitioni ſuæ à multis fidelibus viris, ac præſertim Azotico, & Iuliano Epiſcopis vehementer contradiceretur, à Ze-

pherino

pherino Pontifice Romano petierũt, vt approbatâ ipſorũ nouâ doctrinâ, pacis & communionis ſuæ literas illis daret, non ſanè ob aliud, quàm quòd ſciebant ſe aduerſus quoſcunque Epiſcopos in æternum ſecuros fore, ſi primi Epiſcopi cõmunionem impetraſſent, quod minimè Romanus Pontifex facere voluit: ita Tertullianus aduerſus Praxeam.

Auguſtinus contra Pelagium & Cæleſtium lib. 2. c. 7. ait: [Cæleſtius, qui hæreſim Pelagianam propugnabat, non eſt auſus B. Papæ Innocentij literis obſiſtere, imò ſe omnia, quæ ſedes illa damnaret, damnaturum eſſe promiſit.]

Berengarius quoties hæreſim ſuam ad ſedis Apoſtolicæ iudicium abiurauit? Id quidem Guimundus in lib. de ſacramento altaris copioſè exponit. Sciſmatici Græci decem vicibus, & eo amplius Eccleſiæ Romanæ reconciliati ſunt, de quibus S. Antoninus Florentinus latiſsimè agit in 3. part. Hiſtoriæ titulo 22. cap. 13.

Valdenſes quoque, ſeu pauperes de Lugduno, inquit Abbas Vvſpergenſis, qui eodem ipſo tempore vixit, vt habetur in Chronico anni Domini 1212. petebant ſectam ſuam à ſede Apoſtolica confirmari ac priuilegiari.

Vvicleffus ad Vrbanum Papam VI. ſcripſit in hæc verba, vt eſt videre apud Loxium in Commentarijs: [Romanus Pontifex cum ſummus Chriſti Vicarius in terris ſit, fidem meam, ſi ſit orthodoxa, confirmabit, & ſi ſit erronea, emendabit.]

Lutherus anno altero ab incepto ſciſmate ſuo ad Papam Leonem ſcribens: [proſtratum me (inquit) pedibus tuæ beatitudinis offero, cum omnibus quæ ſunt & habeo; viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vocem tuam vocem Chriſti in te præſidẽtis & loquentis agnoſcam.]

Hæc etiam ſententia confirmatur ex traditis à Socrate lib. 4. c. 11. Sozomen. lib. 6. cap. 10. & 12. & ex alijs optimè congeſtis per Nicolaum Sanderum in lib. de claue Dauid, ſeu regno Chriſti lib. 3. vbi plura in hanc rem congeſsit, ex quo nos etiam conſultò in confirmationem noſtræ ſententiæ aliqua mutuati ſumus.

72 Primatus † igitur Pontificis Romani tam perſpicuus omni ætate fuit, vt hæretici nihil ferè antiquius habuerint, quàm vt ſua dogmata à ſede Apoſtolica probarentur: ſed cum res pro illorum voto non ſuccederet, tũc demum tribunal, à quo ipſorum hæreſes damnabantur, oppugnare ceperunt.

Sed ne videamur extra inſtitutum noſtrum in re adeo clara vagari, ad explicationem articuli de iuriſdictione Summi Pontificis in temporalibus accedamus.

73 At † quia impij ac recentiores hæretici noſtri temporis ſummè conantur veros ac germanos ſacræ ſcripturæ, ſacrorumq; Canonum, & Patrum intellectus falſò ſubuertere, eoſque errores inducere, negantes Summi Pontificis poteſtatem temporalem, in primis diſcutiendum proponimus, quam & qualem habeat, vbi ſatis dilucidè in ſtudioſorum gratiam hæc omnia demonſtrabimus.

D E



# DE IVRISDICTIONE vniuerſali Summi pontificis in temporalibus.

*Prima hæreticorum opinio.*

## SVMMARIVM.

1 *Qvatuor ſunt Doctorum ſententiæ de poteſtate Papæ in temporalibus.*
2 *Summus Pontifex ſecundum hæreticos nullam habet temporalem iuriſdictionem.*
3 *Caluinus Summi Pontificis poteſtatem in temporalibus impugnat, & confutatur, & num. 38.*
4 *Apoſtoli ſunt firmiſsimæ baſes Eccleſiæ.*
5 *Petrus & Paulus principes Apoſtolorum ſuo martyrio Romanam Eccleſiam conſecrarunt.*
6 *Diſcipuli Chriſti Petrum Eccleſiæ caput eſſe voluerunt.*
7 *Electio D. Ambroſij, Seuerini, & S. Nicolai per miraculum.*
8 *Chriſtus eſt fundamentum, & autor Eccleſiæ, & nu. 15. 30. & ſecundariò Apoſtoli, & Concilia num. 36.*
9 *Petro Chriſtus commiſit curam gregis ſui.*
10 *Deus eſt omnium principiorum principium, & fundamentum.*
11 *Dignitates omnes Eccleſiaſticæ poteſtatem à Romana Eccleſia acceperunt.*
12 *Petrus non accepit primatum ab Apoſtolis, ſed à Chriſto, & nu. 20.*
13 *Eccleſia Romana à Domino alijs prælata eſt.*
14 *Sedes Apoſtolica in Vrbe Romana Dei iuſſu à Petro poſita eſt.*
16 *Petrus quare ſic fuerit vocatus à Chriſto, & num. 23.*
17 *Eſſe à Deo conſideratur tribus modis.*
18 *Principatus omnes deriuantur ab vno principe.*
19 *Chriſtus eſt princeps Regum terræ.*
21 *Cathedra Petri fuit maior omnibus alijs, & prima omnium.*
22 *Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum.*
23 *Diabolus nihil poteſt, niſi in quantum poteſtas ei datur à Deo.*
24 *Eccleſia militans reducitur ad triumphantem, tanquam ad finem.*
25 *Eccleſia militans dicitur corpus myſticum fidelium.*
26 *Sponſa fit vxor per ductionem in domum.*
27 *Eccleſiæ nomen varias habet ſignificationes.*
28 *Eccleſia eſt Catholicorum fidelium collectio.*
29 *Eccleſiæ alia diffinitio.*
31 *Principatus Eccleſiæ fuit promiſſus Chriſto.*
32 *Paſtores duo vniuerſales Eccleſiæ eſſe non poſſunt.*
33 *Multis modis ſumitur [Fundamentum.]*
34 *Quæ ſit fides Catholicæ religionis, ex Chryſoſtomo.*
37 *Aſſerens quid hæreticum ratione naturali, non eſt hæreticus, ſi ſe ſubijciat correctioni Eccleſiæ.*
39 *Moyſes fuit princeps temporalis, & Summus Pontifex ſpiritualis.*
40 *Commendatur liberalitas Conſtantini, & aliorum Imperatorum, qui principatus temporales Eccleſiæ cõtulerunt.*
41 *Pontifices, qui ſedem Apoſtolicam ditarunt, plures pro Sanctis habentur.*

42 Iuſti-

42 Iuſtitia dominij temporalis Eccleſiæ probatur.
43 Ludouicus Romanus Imperator confirmauit donationem factam Eccleſiæ.
44 Pipinus & eius ſucceſſores plures terras conceſſerunt Eccleſiæ.
45 Forma donationis factæ Eccleſiæ per Conſtantinum Imperatorem.
46 Diſponere tantùm quis poteſt de iure, quod habet in re.
47 In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter.
48 Princeps habet plenariam elargiendi libertatem.
49 Principis contractus habet vim legis.
50 Princeps concedit ſupremas dignitates, & alia.
51 Libera adminiſtratio quando videatur eſſe conceſſa.
52 Liberam habens adminiſtrationem poteſt donare propter cauſam.
53 Tutor poteſt donationem facere de rebus pupilli, quoties illi expedit.
54 Donatio facta Eccleſiæ per Conſtantinum fuit remuneratoria, vel potiùs recognitio, reſignatio, ſeu reſtitutio, & numer. 64. & ideò eam recuſare non potuit Silueſter Papa nume. 97. fuit donatio ob cauſam, num. 79. & quod præſumatur Iuſta, num. 77. & quòd fuerit approbata ab Eccleſia, num. 79. & quod per eam fuit tranſlatum directum dominium etiam ſine traditione, num. 81. & quòd eſſet ſacrilegium de ea dubitare, num. 86. & hæreticum, nume. 87. & 89. & eius validitas probatur Patrum autoritatibus innumeris, num. 90. & Canoniſtarum num. 92. & Legiſtarum, nume. 93. & obices contra dictam donationem tolluntur. & numero 94.
55 Immenſitas omnis facta in Eccleſiam, eſt menſura.
56 Donatio facta Eccleſiæ eſt valdè priuilegiata.
57 Bona fiſcalia, & patrimonialia æquiparantur.
58 Eccleſia & Imperium fraternizant.
59 Eccleſia dicitur Imperij mater.
60 Papa eſt Vicarius Dei in terris.
61 Imperium approbat Eccleſia.
62 Imperator nullum ſuperiorum recognoſcit.
63 Iuriſdictiones ambæ, nempe Eccleſiaſtica & ſæcularis, ſunt in ſolidum penes Eccleſiam.
65 Princeps eſt ſolutus omni lege poſitiuâ.
66 Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.
67 Regalia præſcribi non poſſunt per inferiorem.
68 Eccleſia præſcribere poteſt regalia cōtra Imperium, & vnus Rex contra alium.
69 Iure gentium prouincijs omnibus competit ius eligendi Regem.
70 Imperator eſt dominus totius orbis.
71 Romanum nomen non tranſiuit montem Caucaſum.
72 Quæ prouinciæ non ſint ſubditæ Imperio.
73 Lex quæ tranſtulit poteſtatem in principem, transferre potuit in Pontificem.
74 Imperium ſubditum eſt Eccleſiæ.
76 Roma fuit facta Sanctum ſanctorum poſt Conſtantini donationem.
78 Eccleſia non poteſt errare.
80 Papa in patrimonio ſancti Petri vtranque habet iuriſdictionē ſine controuerſia, nec in temporalibus ſubeſt Imperatori, & num. 83.
82 Per legatum transfertur dominium directum abſque traditione.
84 Imperator non poſſet legitimare in terris Eccleſiæ.
85 Priuilegia principum latiſsimè ſunt interpretanda.
88 Hæreticus dicitur, qui ob priuatos reſpectus nouam gignit opinionem contra Eccleſiam.





91 Patrum autoritas omnem falſitatis ſcrupulum tollit.
95 Euſebij Hiſtoria eſt reprobata ab Eccleſia.
96 Conſtantinus Imperator donando Eccleſiæ bonam fidem agnouit.

1 DEDVCTVM fuit in quæſtionem, vtrùm Summus Pōtifex, ita habeat vniuerſalem iuriſdictionem etiam in temporalibus, † vt eius iuriſdictio ſit ſuperior temporali iuriſdictione Imperatoris, & Regum. Quatuor fuerunt ſententiæ ſuper hac quæſtione. Prima fuit hæreticorū aſſerentium Summum Pontificem de iure diuino nullam habere temporalem poteſtatem, nec poſſe vllo modo imperare Principibus ſecularibus. Secunda fuit quorundam Iuriſprudentium dicentium, Summum Pontificem nullam habere iuriſdictionem temporalem in terris Imperij, & in ipſum Imperatorem. Tertia fuit multorum Doctorum, etiam ſanctorum Patrum, & præcipuè Canoniſtarū, quòd ſummus Pontifex habeat iuriſdictionem abſolutam & vniuerſalem ſuperiorem quacumque poteſtate temporali: etiam Imperatoris & Regum. Quarta eſt Theologorum opinio, aſſerentium ſummum Pontificem habere iuriſdictionem temporalem vniuerſaliter in ordine ad ſpiritualem.

## Prima opinio.

PRima igitur opinio hæreticorum mouetur ex eiſdem ferè rationibus, iuribus, & ſcripturæ locis, qui-
2 bus Legiſtæ: dicunt enim † ſummum Pontificem, vt Pontificem nullam habere tēporalem poteſtatem, & iuriſdictionem ex iure diuino, nec poſſe vllo modo imperare principibus ſecularibus, ne dum eos regnis & principatu priuare, etiam ſi illi alioqui priuari mereantur, nec licuiſſe Pontifici, alijſq; Epiſcopis accipere temporale dominium, quod aliqui nunc habent in quaſdam vrbes, & prouincias, ſiue eiuſmodi dominium donatum eis fuerit, ſiue illud vſurpauerint. Prohibet enim (vt ipſi aſſerunt) ius diuinum homini gladium ſpiritualem, & temporalem ſimul cōmitti. Hanc opinionem tenent, ac profitentur omnes hæretici huius tēporis, & præcipuè Caluinus lib. 4. Inſtit. c. 11. §. 8. q. 10. & 11. vſque ad 14. Petrus Martyr in cap. 13. ad Rom. & Brentius in Prolegomenis contra Petrum à Soto, Magdeburgenſes autem Centuria prima, lib. 2. cap. 4. col. 435. ponunt inter notas Antichriſti, quòd Pontifex duos gladios gerat, vndecunque illos habuerit, ac deinde centuria 8. quęſt. 10. & 11. cap. 10. in vitis Pontificum, de hoc maximè eos reprehendunt, vt refert Robert. Bellarmin. è Societate Ieſu, vir ſanè literis, religione, & prudentiâ clarus, tomo 1. diſput. de controuerſ. Chriſtianæ fidei aduerſus hæreticos huius temporis, libro 5. cap. 1.

3 Hanc † impiam & falſam ſententiam varijs, falſis, ac ſophiſticis argumentis impius Caluinus defendere conatur. Primùm dict. libr. 4. Inſtit. cap. 11. §. 8. & 11. aſſerit enim pugnare cum verbo Dei, quòd vnus homo ſit princeps Eccleſiaſticus, & politicus ſimul.

Secundò aſſerit id per illud Matth. 20. [Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic,] ſignificari non modò paſtoris officium diſtinctū eſſe ob officio principis, ſed res eſſe magis ſeparatas, quàm vt in vnum hominem coire queant: & tacitæ

obiectioni reſpōdens: Nā, quòd Moyſes (inquit) vtrūq; ſimul ſuſtinuit, primùm raro id miraculo factum eſt, deinde fuit temporarium, donec res meliùs componerentur: vbi autem certa forma à Domino præſcribitur, ciuilis gubernatio ei relinquitur, ſacerdotium iubetur fratri reſignare, & meritò: eſt enim ſupra naturam, vt vnus homo vtrique oneri ſufficiat.

Tertiò ſententiam ſuam ſtabilire nititur ſuper illud cap. 12. Lucæ. [O homo! quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos?] hæc comminiſcitur: Dominus reiecit onus iudicandi; tanquam non conſentaneum prædicatoris muneri, & miniſtri verbi: ſicut etiam Apoſtoli Actor. 6. dixerunt: [Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.] At non poteſt hæc munera exercere, qui eſt princeps: ergo, &c.

Quartò affert ibidem in dicto §. 11. verba D. Bernard libr. 2. de conſiderat. inquit enim: Apoſtolis interdicitur dominatus: ergo tu (alloquitur nebulo ille Summum Pontificem) & tibi vſurpare aude, aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicū dominatum. Forma Apoſtolica hæc eſt, interdicitur dominatio, indicitur miniſtratio.

Quintò ibidem §. 14. allegat verba B. Gregorij, qui libr. 4. Epiſtol. 44. dicit: Anathema Epiſcopo, qui iubet alicui agro, more fiſcali titulum imprimi.

Sextò adducunt alij hæretici illud 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſęcularibus, quæ verba dicuntur Epiſcopo: vnde inferunt, quòd Pontifex non poteſt ſe implicare negotijs ſecularibus.

Septimò ſuam ſententiam confirmant verbis Nicolai 1. Epiſto. ad Michaelem, vbi dicit, fuiſſe quidem ante Chriſti aduentum eoſdem Reges & Pontifices: at Chriſtum inter Regem & Pontificem iſta diſtinxiſſe: Cum ad verum (inquit) ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum vſurpauit.

Reſponſurus oppoſitionibus & fallacijs Caluini, priuſquam hoc inſtitutum aggrediar; in primis ſupponendum erit, quis autor & fundamētum Pontificiæ dignitatis & iuriſdictionis extiterit, & cui primum collata fuerit.

Dicunt enim tenentes prædictorum opinionem, primum fundamentum Eccleſiæ fuiſſe in Apoſtolis, & prædicantibus iuxta text. in cap. fundamenta. de election. libr. 6. vbi ſunt verba Pſalmiſtę, Pſalm. 86. ibidem in ipſo dicente Propheta: [Fundamenta Eccleſiæ in montibus ſanctis.] Per montes inſinuans Apoſtolos, atque prædicantes, quibus tota huius ædificij fabrica commiſſa eſſe videtur:
4 qui baſes † firmiſsimę Eccleſiæ ſunt
text. in cap. 1. de reliquijs, & vener.
ſanctor. libr. 6. Hoc idem inſinuare
videtur text. in cap. ſacroſancta, §. 1.
5 22. diſtinct. vbi dicitur quòd † B. Pe-
trus & Paulus, ſuo martyrio Roma-
nam Eccleſiam conſecrauerunt. Et
licet Chriſtus ipſe eidem prima-
tum dederit, tamen Petrus & Pau-
lus ſuo martyrio alijs ipſum prætule-
runt. Vnde Petrus & Paulus viden-
tur fuiſſe principaliora fundamenta,
cap. arrecta. in fin. 24. q. 1. & cap. in
6 nouo. 21. diſtinct. vbi dicitur, quòd †
diſcipuli Petrum Eccleſiæ caput eſſe
voluerunt: igitur ab ipſis Eccleſia fun-
data videtur. Ergo quòd talis pote-
ſtas ſit ab homine, & non à Deo inſi-
nuatur: quoniam ſi foret à Deo Ec-
cleſiæ fundamentum, id ipſum perfe-
ctū exiſteret, quia Deus imperfectio-





nem nō nouit, quia ipſe perfectus eſt, tex in cap. maiores. verſicul. final. de Baptiſmo, & eius effectu. Sed in hoc tamen contrà videmus, quia in Eccleſia militante ſciſmata quotidie ſunt & hæreſes, & Papa homo eſt, & quotidie peccat, etiam vſque ad lapſum in hæreſim. cap. Anaſtaſius 19. diſtinct. & iuxta illud: omnis homo mendax. Si imperfectus eſt; ergo à Deo non eſt. Præterea, illa poteſtas non debet à Deo dici, cuius vſus contra Deum eſt; ſed multi Pontifices vtuntur poteſtate Papali contra Deum: vt patet in Marcellino, qui idolis thurificauit, vt probatur ex text. in c. nunc autem. 21. diſtinct. & Anaſtaſius, qui in hæreſim prolapſus eſt, ex d. c. Anaſtaſius: ergo non eſt à Deo.

Rurſus, illa poteſtas videtur à
Deo, quæ eſt per inſpirationem ab
ipſo; vt per columbam: vel quando
7 per aliud fit miraculum: ſicut fuit †
electio Ambroſij, & Beati Seueri, &
ſancti Nicolai, vt in §. his omnibus.
40. diſtinctione; & cap. quapropter.
de election. vel cùm vocantur à Deo
tanquam Aaron, vt deducitur ex
cap. in ſcripturis 8. quæſt. 1.

Verùm enimvero contraria ſen-
8 tentia veriſsima eſt; fuit † namque,
& hodie eſt fundamentum Eccleſiæ
Chriſtus Redemptor noſter, vt pro-
batur ex text. in cap. cum Paulus 1.
quæſtione 1. & Apoſtolus ad Corin-
thios 3. cap. inquit [fundamentum
nullum aliud poni poteſt, niſi illud,
quod eſt Chriſtus] & cap. veniens.
de presbyter. non baptizat. in dict.
cap. fundamenta, & cap. primo de
homicid. libr. 6. vbi dicit text. quòd
9 Petro Chriſtus † curam committit
gregis ſui: & ad Romanos cap. 13. &
text. in c. 1. de tranſlat. prælator. Et
ideo dicitur, quòd qui tali poteſtati
reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, vt ha-
betur ad Hebræos 1. & in cap. qui re-
ſiſtit. 11. quæſtione 3. Quod confir-
matur, quoniā omnis poteſtas à Deo
eſt, ad Romanos d. cap. 13. & notatur
in § huic etiam 12. quæſtione 1. & c.
quid culpatur. 13. q. 1. & illud Ioann.
cap. 19. vbi Chriſtus dixit Pilato:
[Non haberes poteſtatem aduerſus
me vllam, &c.] quæ ſententia intel-
ligenda eſt negatiuè, ſecundum Ar-
chidiac. & gloſ. in dict. cap. pro hu-
mani. verbo à Domino, & ibi Addi-
tionator, quia nullam poteſtatem
habebat ſuper eum: quaſi diceret.
Super me nullam poteſtatem ha-
bes, & ſi quam habes, illam habes
à Deo. Facit etiam textus in cap.
mouet te. §. ſic etiam 22. quæſtione
1. ſiue iubente, ſiue permittente
cap. quid culpatur iuxta fin. 23. quæ-
ſtione 1. cap. quæſitum. 2. quæſt. 4.
10 Eſt enim † Deus omnium princi-
piorum principium, & fundamētum
text. in cap. damnamus. de ſumma
Trinit. & fide Catholica, cap. 1. 22. di-
11 ſtinct. vbi dicitur, quòd omnes † di-
gnitates Eccleſiaſticæ poteſtatem à
Romana Eccleſia ſuſceperunt: ipſa
autem eſt fundamentum ſupra pe-
tram, fidei mox naſcentis per ipſum
Chriſtum, qui Petro æternæ vitæ cla-
uigero terreni & cæleſtis Imperij
iura commiſit. cap. ſacroſancta 23. di-
12 ſtinct. vbi text. ipſe dicit; quòd † non
ab Apoſtolis, ſed à Saluatore Chriſto
primatum obtinuit, & in Petro per
illa verba: [Tu es Petrus, & ſuper hāc
petram ædificabo Eccleſiam meam.]
Matth. cap. 16. & cap. quamuis. 21. di-
13 ſtinct. vbi dicit, quòd † non à Syno-
dis Eccleſia Romana cæteris prælata
eſt, ſed Euangelica voce Domini. Ex
14. quibus concluditur: quòd † in Petro,
& in Romana ciuitate eſt à Domino
Deo; non ab homine ſolo conſtituta,
15 & quòd † Eccleſiæ Chriſtus ipſe au-
tor & fundamentum eſt. Hæc eſt

veritas, vt probatur ex illo Matth. cap. 16. [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,] quaſi dixerit Chriſtus in hoc articulo fidei, quod confeſſus fuerat Petrus, dicens. [Tu es Chriſtus, filius Dei viui,] ego ædificabo Eccleſiam meam. Ita dicit gloſ. in c. ita Dominus 19. diſtinct. & D. Auguſtinus in lib. de verbis Domini in ſermone octauæ Petri & Pauli: inquit enim; [Et ſuper hanc petram, quam (ſcilicet) cognouiſti, dicens: Chriſtus filius Dei viui, ſuper me Ieſum Chriſtum, filium Dei viui ædificabo Eccleſiam meam: & ſuper me, non ſu-
16 per te ſolum Petrum:] & ideo † hoc nomen, Petrus, fuit impoſitum ſibi, vt ſignificaret Eccleſiã in petra Chri-
17 ſto fundatam; quia † eſſe à Deo conſideratur tribus modis in omni re habente entitatem & bonitatem reſpectu cauſæ efficientis, formalis, & finalis, vt inquiunt doctores ſupra 10. c. Matth. & ſecundùm talem expoſitionem Eccleſia & Papa eſt à Deo: eſt enim à Deo tanquam cauſâ efficienti; quia ſicut omnia entia deriuantur ab vno ente, & omnes ſub-
18 ſtantiæ ab vna ſubſtantia, ita † omnes principatus deriuantur ab vno principe: & talis princeps eſt Deus, in cuius femore ſcriptum eſt: Rex Regum, & Dominus Dominantium,
19 & ſecundùm Ioann. in Apocalypſi, † [Chriſtus eſt Princeps Regũ terræ.] Vnde Papa & cæteri ſunt deriuati ab ipſo Chriſto, tanquam à cauſa efficiente. Et de Petro quod fuerit immediatè à Chriſto, & ab ipſo deriuatus, probatur ex cap. cum beatiſſimus 22. quæſtione 1. Itaque Chriſtus fecit Petrum Apoſtolorũ principem. 7. quæſtione 1. cap. mutationes, ac etiam totius Eccleſiæ militantis, vt habetur Ioann. cap. final. & cap. ſi poſt ordinationem. §. è contra. 50. diſtinctione, & cap. in illis. 80. diſtinct. cap. in fine. vbi dicit text. quod Petrum alijs præpoſuit, & §. primo 22. diſtinct. Prima ergo ſedes fuit, quia non omnium Apoſtolorum par fuit inſtitutio. Et confirmatur ex illo Auguſtini in lib. de vnico Baptiſ. & habetur in cap. puto. 2. quæſtione 7. [Quis enim neſcit (inquit) illum Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum? & loquitur de Petro,] cui licet in gloriam martyrij Cyprianus Epiſcopus par fuerit, tamen in gratia cathedræ fuit differentia, quia maior
21 omnibus eſt cathedra Petri: & ſic † Petrus fuit maior omnibus Epiſcopis, & per conſequens Apoſtolis, in
22 † quorum loco hodie ſunt Epiſcopi §. primo, & c. innouo. 21. diſtinct. vbi probatur, quòd ipſi Petro primò in Eccleſia Pontificatus datus eſt, & primò fuit ei datus in promiſsione ante paſsionem, futurus enim erat paſtor Eccleſiæ, dum dicit Chriſtus Matth. 16. [Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam,] id eſt, quòd ipſe eſſet petra &, fundamentum poſt Chriſtum. Et hac ta-
23 men ratione, hoc nomen [Petrus] † impoſitum illi fuit, vt ſignificaret Eccleſiam, quia ipſe nomine omnium Apoſtolorum ſic reſpondit. [Tu es Chriſtus filij Dei viui.] Vnde populo Chriſtiano dicitur Petrus à petra, quæ eſt Chriſtus, ſecundùm Auguſt. vel petra dicitur à Petro. Et quia primus in nationibus fidei fundamentum poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius corporis Chriſtianitatis compagem, molemque contineat: cap. fidelior. 50. diſtinct. in fine: poteſt tamen hoc verbum probare, quia ſicut in ſolo Chriſto per prædicta verba fuit Eccleſia fundata, ita dicatur poſtea in Petro Chriſti vicario, & demum in ſolo Papa conſiſtere Chriſtum Deum in terris repræſentante,

vt



vt probatur in cap. 1. 2. & 3. de tranſlat. Epiſcop. cap. fidelior. & cap. conſiderandum. dicta diſtinctione 50. Optimè Cardin. D. Ioã. de Turre-cremata in ſumma de Eccleſia. libr. 2. c. 17. per totum. Item eſt à Deo, tanquam à cauſa formali, ratione ſuæ ordinationis: quia Chriſtus volens oſtẽdere vnitatem Eccleſiæ, vnicam conſtituit, & in eam Principem præfixit Petrum ſuperiorem cæteris, vt eſſet ordo inferioris ad ſuperiorem, & ſuperioris ad inferiorem. cap. loquitur. 24. quæſt. 1. & quantumcumque ſuperiores vel inferiores aliquãdo ſunt mali, ipſe tamen ordo in ſe habet rationem boni: vnde etiam ex principatu malorum ratione diuinæ ordinationis & ordinis inſurgit bonum: vnde dicit Auguſtinus & habetur in
23 gloſ. quod † per poteſtatem datam diabolo à Deo, Iob probatus eſt, vt iuſtus appareret, & Petrus tentatus eſt, ne de ſe præſumeret. Paulus colaphizatus eſt ne ſe extolleret, & Iudas damnatus eſt, vt ſe ſuſpenderet. Eſt igitur Eccleſia & poteſtas Papæ, & Papa ipſe à Deo per cauſam formalem, etiam ſi ipſe Papa malus ſit.

Deſuper eſt, à Deo Eccleſia & Papa, ratione finis, & per viam redu-
24 ctionis: quia † tota Eccleſia militans reducitur ad Eccleſiam triumphantem, tanquam ad finem: & ratione reductionis Deus eſt finis Papæ & Eccleſiæ, quæ eſt vnica. Hic militans, ſuprà triumphans: hic eſt in tempore peregrinationis, in triumphanti erit in æternitate manſionis. Hic militãs eſt in labore: ſed in triumphanti erit in requie. Hæc eſt militans in via, ſed triumphans in patria. Nam quemadmodum Imperator militat, pugnando, & vincit fugando, & poſt victo-
25 riam triumphat; ſic † corpus myſticum fidelium, quod dicitur Eccleſia militans, cap. Eccleſia. de conſecratione diſtinct. 1. & cuius vxoris ſponſus eſt Chriſtus poſt pugnam & victoriam, & vniuerſæ Carnis reſurrectionem fiet Eccleſia triumphans: & priùs eſt triumphans in ſuis membris, iuſtis decedentibus, ita quod ſponſa ſit vxor, Apocalypſ. 21. dum dicit. [Veni, oſtendam tibi
26 ſponſam vxorem magni †, quemadmodum enim carnalis ſponſa in domum ducta fit vxor, vt l. mulierem ff. de rit. nuptia. ſic ſponſa Chriſti prima Eccleſia militans, vel fidelis anima ducta in cæleſtem Hieruſalem cenſetur vxor, ſecundùm Ioannem Monachum, & Ioann. Andream in d. cap. fundamenta. de electio. lib. 6. Eſt ergo Deus finis Eccleſiæ militantis per viam reductionis ad Eccleſiam triumphantem: vnde concluditur, quòd Eccleſiæ militantis, & triumphantis Deus eſt fundamentum, & quod ipſa Eccleſia & Papa eſt à Deo immediatè. At quia hæreticorum Synagogam etiam Eccleſiam vocant,
27 & hęc † dictio variè accipitur, vt Cardinalis Ioann. de Turre-cremat. in lib. 1. cap. 2. ſummæ Eccleſiæ explicat, eam ſecundùm eundem; in eodem
28 libr. 1. cap. 1. diffiniemus. Eſt † namque Eccleſia Catholicorum, ſiue fidelium collectio tex. in cap. Eccleſia. habetur. de conſecrat. diſtinct. 1. vnde in Pſalm. 34. dicitur. Confitebor tibi in Eccleſia magna, & in populo graui laudabo te. Populus enim Eccleſiæ (inquit Alber. Magnus) dicitur eſſe grauis maturitate virtutis: & illi ſoli ſunt, qui rationẽ colunt, & rationabiles Dei voces intelligunt, & audiunt
29 vocationem Chriſti. Itaque † Eccleſia eſt cõuocatio multorum ad vnius Dei cultum, de qua Apoſtolus ad Epheſ. cap. 5. loquitur, dicens: [Chriſtus dilexit Eccleſiam: & tradidit, ſemetipſum pro ea, vt illam ſancti-

Dd 3 ficaret,

ficaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet eam ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, &c.] In quibus verbis quatuor ipſius Eccleſiæ cauſas videtur proponere, videlicet, efficientem, materialem, formalem, & finalem, quas exponit Turrecrem. in ſum. vbi ſuprà cap. 1. Ex his igitur apertè deducitur hæreticorum ſtultitia, qui diabolicas congregationes ſuas Eccleſias vocant, cum magis Synagoga Sathanæ dicenda ſint. ſecundùm illud Eccleſiaſt. 21. [Stuppa collecta, Synagoga peccantium.]

30 Ex quibus† cõcluditur (vt ſuperiùs dictum eſt) quòd Eccleſiæ fundamẽtum fuit primum in Chriſto, deinde poſt Chriſti mortem, cùm opus foret vnico paſtore, fundamentum in Petro, & ipſi ſoli data eſt poteſtas, quæ
31 primò erat in Chriſto. Et primò † in promiſsione fuit Petro data, dum dixit: [Tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã meam, &c.] & demum in exercitio, & in actu poſt paſſionem. Viuente autem Chriſto fuit tantùm in promiſsione, cùm dixit, [ædificabo.] Nõ dum igitur ædificat, ſe ædificaturũ ſe promittit. Et idem, dum dixit: [Tibi dabo claues regni cælorum], 24. q. 1. c. audiuimus, & c. loquitur. Ante Paſsionem promiſit, ſed
32 non dedit; & eſt ratio, quia † ſubſiſtente Chriſto Paſtore, alius Paſtor vniuerſalis conſtituendus non erat, c. factus eſt Cornel. 7. q. 1. quia offenderetur articulus, qui dicit: & vnam ſanctam Catholicã Eccleſiam: oportet ergo, quòd vnus tantùm Eccleſiæ foret Paſtor, & ſic ordinauit Deus Petrum. c. loquitur. 24. q. 1. & hoc vult gloſſ. in verbo. [Tibi dabo claues.]

Non obſtant modò doctrinæ in contrarium adductæ in principio huius præſuppoſiti, dum probatur primum fundamentum Eccleſiæ fuiſſe, & eſſe in Apoſtolis, & prædicantibus per tex. in c. fundamenta. de electione, lib. 6. & Pſalm. 86. ibi: Fundamenta Eccleſiæ in Montibus ſanctis, &c. cum alijs ibi allegatis: quoniam reſpondetur, quòd differentia eſt inter primum fundamentum vnicum, & plura fundamenta; nam vnicum fundamẽtum denotat Chriſtum, in quo veluti in ſummo angulari lapide fundatur Eccleſia; ipſa enim eſt via, veri-
33 tas, & vita. c. veritate 8. diſtin. † Fundamentum enim capitur multis modis: nam ſi inquirimus fundamentum ſpiritualium virtutum, tunc fides Catholica dicitur fundamentum. Vnde
34 dicit Chryſoſtomus, † quòd fides religionis Catholicæ, eſt lumen Eccleſiæ, oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ. Secundò, fundamẽtum etiam quandoq; pro ſacramento capitur, & quandoque pro baptiſmate. c. veniens. de cleric. non baptizatis, Tertiò pro Apoſtolis, vt in d. c. fundamenta. de election. lib. 6. Quartò pro Chriſto, vt in clement. 1. de ſum. Trinit. Quinto pro Deo, ſine quo nihil poteſt conſeruare in ſuo eſſe, & ideò in Pſalm. dicitur: [Ipſe fundauit eam altiſsimus.] Propriè tamen fidei & Eccleſiæ fundamentum eſt Chriſtus, vt in d. clem. 1. de ſum. Trinit. fundamenta verò denotant Apoſtolos, qui poſt primum fundamentum Eccleſiæ ſecundaria ſunt fundamenta; & ideo dicit Archidiac. in c. ſacroſancta. 22. diſt. quòd dum ibi dicitur, quod ab Apoſtolis fuit Petrus Princeps conſtitutus, debet intelligi ſecundariò vel approbatiuè, non collatiuè; vt facit in. c. licet. 8. q. 1. & in Petro fundauit Chriſtus, cui miraculosè Paulum adiungit. Similiter dicitur, quòd Romana Eccleſia habuit fundamentum à Concilijs. 17. diſtinct. §. huic etiam. verſic. deinde, ſed debet intelligi ſecundariò, nam principaliter habuit ortũ à Domino. c. quamuis

21. di-



21. diſtinct. & c. omnis. 22. diſtinct. & ita dicit gloſ. in dict. §. huic etiam. in verbo poteſtatem.

Secundò, non obſtat illud quod dicitur, quòd ſi Papa eſſet à Deo perfectus eſſet, & non peccaret, &c. Nã reſpondetur, quòd eſt conſiderãda ipſa inſtitutio Eccleſiæ vniuerſalis, prout reſidet in vniuerſitate bonorũ fideliũ & illa eſt ſine macula, & ſine ruga, vt in d. c. quamuis. 21. diſtinct. & c. arrecta. 24. q. 1. & talis errare nõ poteſt: & iſta eſt Eccleſia perfecta ſine macula, ſcilicet mortalis peccati. c. recurrat. in fin. 32. quæſt. 4. & ſine ruga, ſcilicet ſciſmatis, vel venialis peccati. c. Eccleſia Chriſti. de pœnitent. diſtinct. 1. ſed prout eſſet in Papa, qui eſt caput Eccleſiæ, tunc ipſe homo eſt, & peccat, vt diximus, & notatur in d. c. arrecta. 24. q. 1. Et ideo ſi aliquis opinaretur quid hæreticum, motus naturali ratione, credens Patrem antiquiorem, vel maiorem Filio, vel quod tres perſonæ ſunt, tres inter ſe inui-
35 cem diſtinctæ, talis non eſſet † hæreticus, ſi hoc ipſum nõ defenderet, ſed determinationi ſe Eccleſiæ vniuerſalis ſubijceret, vt notat Innocent. in c. 1. in fine de ſumm. Trinitat. Eymeric. in 2. part. Director. quæſtione 32. & ibidem Franc. Pegna Commentario 57. & text. in cap. hæc eſt fides. 24. quæſtione 1. & cap. dixit Apoſtolus. eadem cauſa quæſt. 3. Palatius Rubeus in diſputatione hæreſis. §. 4. & 5. col. 3. D. Auguſt. libr. 1 de Trinit. [Errare (inquit) potero, ſed hæreticus non ero.] Abb. Felinus, & Ananias in in c. 1. de hæreticis. Albertinus in Rubrica de hæret. in 6. quæſt. 4. nu. 14. & de agnoſcendis aſſertion. quęſt. 36. Simancas de Catholicis Inſtit. tit. 26. n. 6. Albert. Pighius lib. 4. Hierarchiæ Eccleſiaſt. c. 8. Alphõſ. de Caſtro libr. 1. aduerſus hereſes. c. 9. Ratio eſt, quia Eccleſia errare non poteſt, vt proximè diximus, ſecus ſi ſe credulitati Papæ, vel opinioni ſuæ incertè ſubijceret, quia tunc non defenderetur ab hæreſi, eo quod (vt diximus) Papa homo eſt, & peccare poteſt: & eius ſententia non eſt certa, ſed Eccleſiæ vniuerſalis bonorum fidelium, ſententia ſemper eſt vera: & ideo talis hæreticus non foret. Et quamuis in Eccleſia ſint ſciſmatici, & hæretici, vt in d. cap. Eccleſia. de pœnitent. diſtinct. 1. tamen non ſunt re & nomine in Eccleſia, vt ibi notat gloſ. perfecta eſt ergo Eccleſia honorum fidelium: igitur à Deo eſt: quod tamen dicendum eſt de Papa, & Petro, qui ca-
36 put eſt Eccleſiæ, † vt ipſi immediatè ſint à Deo vt in auth. conſtitutio quę dignitatibus & principatu. & in authen. quomodo oportet Epiſcopos, in princip. quamuis in ſe imperfectionem habuerint, vel habeant, vel habere poſsint. Nec obſtat dicere, quod Summi Pontifices deberent eſſe per-
37 fecti. Quia reſpondetur, quod operà Dei ſunt perfecta reſpectu ipſius Dei, efficientis, vel formantis, ſiue finem intendentis, ſed ſi eſt imperfectio, eſt propter defectum materiæ, & ipſius humanæ creaturæ, quæ eſt defectibilis, quam Deus quærit perfectam efficere perfectione gratiæ, ſicut ipſe perfectus eſt perfectione naturæ: vt in decretali. damnamus, verſ. ſi pro perſonis. de ſumma Trinitat. talis enim noſtra non eſt omnimoda perfectio, propter defectum ipſius materiæ noſtræ, quæ defectibilis eſt. Eſt ergo concludendum, quod vniuerſalis Eccleſiæ, & Papæ poteſtas immediatè à Deo eſt.

Cæterùm, quia longa oratio digreſſa eſt in demonſtrando, quiſnam eſſet autor & fundamentũ Pontificię dignitatis & iuriſdictionis, ne videamur extra inſtitutũ noſtrum vagari, ad obiectiones Caluini, cæterorumq;

Dd 4 hæreti-

hæreticorum in indiuiduo reſponde-
bimus, vbi oſtendetur iure diuino, ac
ex omni capite Summum Pōtificem
directè, & vniuerſaliter in ſęculari-
bus cauſis habere poteſtatem & iu-
riſdictionem, & latius id infra appare-
bit in quarta ſententia huius quæ-
ſtionis. Ad primam ergo obiectio-
nem Caluini, dicentis pugnare cum
38 verbo Dei, † quòd vnus homo ſit
princeps Eccleſiaſticus, & politicus
ſimul; reſpondeo, Summo Pontifici
omnino conuenire eiuſmodi princi-
patū, & re ipſa iuſtè habere & poſſi-
dere quod habet & poſſidet. Et quod
non repugnet Summum Pontifi-
cem ſimul eſſe principem ſpiritua-
lem & temporalem alicuius Prouin-
ciæ, probatur ex Gen. c. 14. & Hebr.
7. vbi in lege naturæ Melchiſedech
fuit Rex, & Pontifex. Imò etiam olim
ſemper primogenitus Rex, & Ponti-
fex erat, vt Beatus Hieronymus do-
cet in quęſtionibus Hebraicis, in illo
Gen. 49. Ruben primogenitus meus.
Conſtat quoque Noe, Abrahā, Iſaac,
præfuiſſe ſuis, tam in ijs, quæ ad reli-
gionem, quàm in his, quæ ad politi-
cam vitam pertinebant.

39 Moyſes † etiam & Summus Prin-
ceps temporalis, & Summus Ponti-
fex fuit, vt in diuinis literis perſpicuū
eſt. Dicitur enim Exod. 18. Sedit Moy
ſes vt iudicaret populum, & cap. 32.
iuſſit occidi plurimos de populo pro-
pter peccatum idololatriæ, & cap. 40.
adoleuit Domino incenſum, quod
erat maximè proprium munus Pon-
tificis, vt patet ex lib. 2. Paralip. c. 26.
item Leuit. 8. cōſecrauit Moyſes Aa-
ronem in ſacerdotem, ſanctificauit
tabernaculum, & altare, obtulit ſacri-
ficia, & holocauſta, quę ſolus ſacerdos
facere poteſt. Probatur etiam ex do-
ctrina Philonis libr. 3. de vita Moyſis
in vltimis verbis: ] Hæc eſt (inquit)
vita, hîc exitus Moyſis Regis, legiſla-
toris, Pōtificis, Prophetę.] Et Gregor.
Nazianzenus in oratione ad Grego-
rium Nyſſenū: [Moyſes (inquit) prin-
cipum princeps & ſacerdotū ſacer-
dos, Aarone pro lingua vtebatur.] De-
nique Auguſtinus de Regno Moyſis,
ait quæſt. 68. in Exodū: [Sedebat, iu-
diciariâ ſublimitate ſolus. Populo vni
uerſo ſtante. De Pontificatu autem
in Leuitic. 23. [Ambo (inquit) Summi
ſacerdotes erant Moyſes & Aaron.
Præterea Heli & Summus Pontifex,
& iudex politicus fuit annis quadra-
ginta, vt patet ex libr. 1. Regum, cap.
1. & 4. Denique Machabæi, Iudas, Io-
nathas, Simon, Ioannes, & cæteri vſq;
ad Herodem ſimul Pontifices & Du-
ces politici fuerunt, vt patet ex libr.
Machabæorum, & ex Ioſepho lib. 12.
Antiquitatum, & ſequentib.

Quod vtique ratione etiam pro-
batur, quia poteſtas Eccleſiaſtica, &
politica, non ſunt contrariæ, ſed vtra-
que à Deo, vtraque laudabilis, & vna
alteri ſeruit: ergo non pugnant inter
ſe, & ſimul in eodē poſſunt eſſe. opti-
mus tex. in can. principes. c. res autem
omnes. c. inceſtuoſi. 23. quæſt. 5. quia
(vt inquit ibidem Leo Papa) Res om-
nes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi
quæ ad diuinam confeſsionem perti-
nent, & Regia & ſacerdotalis defen-
dat autoritas.

Prętera magis diuerſa ſunt pax &
bellum, quàm bona temporalia: at
vnus, & idem Rex ſimul præeſt ſe-
natui, & exercitui; togatis, & arma-
tis. Ergo multò magis poterit vnus
præeſſe in ſpiritualibus, & temporali-
bus rebus ex ſupradictis iuribus.

Rurſus, poteſt vnus Rex guberna-
re diuerſiſsima regna, quæ diuerſos
mores, ritus, leges, conſuetudines ha-
beant: & pari ratione poteſt vnus
Epiſcopus regere plurimas Eccleſias,
vt patet de Patriarchis antiquis (vt
omittam Romanum) quorum quili-
bet



bet habuit ſub ſe plurimos Epiſco-
pos. Ergo etiā poterit vnus homo re-
gere vnum Epiſcopatū, & vnū Prin-
cipatum. Nam vel eſt difficilius rege-
re Epiſcopatum, quàm Principatum
vel facilius, vel æque difficilè. Si pri-
mum: ergo ſi vnus regit duos Epiſco-
patus, à maiori reget vnum Epiſcopa-
tum, & vnum Principatum. Si ſecun-
dum, igitur ſi vnus regit duos Princi-
patus, à maiori reget vnum principa-
tum, & vnum Epiſcopatum. Si ter-
tium: ergo ſi vnus regit duos Princi-
patus, vel duos Epiſcopatus, à ſimili
poterit regere vnum Epiſcopatum, &
vnum Principatum.

40 Item qui † donauerunt Epiſcopo
Romano, alijſque Epiſcopis principa-
tus temporales, pij homines fuerunt,
& ea de cauſa præcipuè à tota Eccle-
ſia commendati ſunt, vt patet de Cō-
ſtātino, & Carolo Magno, & Ludoui-
co eius filio (vt in cap. futuram eccle-
ſiam. 12. quæſt. 1. & cap. Conſtātinus.
96. diſtinctio.) qui inde Pius appella-
tus eſt, quos etiam aduerſarij laudāt.
Et contra, qui huiuſmodi principatū
auferre conati ſunt, vt Aiſtulphus
Rex Longobardorum Hericus IIII.
& V. Otto IIII. Fredericus primus &
ſecundus, ab omnibus ſcriptoribus vt
impij, & ſacrilegi notantur, vt Ottho
ſcribit in Chronico anni 727. Aiſtul-
phus (inquit) Longobardorum Rex,
nimis perfidè teſtamenta dono præ-
deceſſorum eius Beato Petro collata
perrupit, & facultates Romanæ Ec-
cleſiæ militibus ſuis dedit. Et infrà.
Aiſtulphus vt perfidus omnia menti-
tus eſt, & infrà. Aiſtulphus diuino iu-
dicio, dum venatum pergit, ſubito
percuſſus interijt. Beatus quoque Ber
nardus Epiſtola 242. ad Rom. vehe-
menter increpat Romanos, quod ab
Eugenio Papa diſceſsiſſent: cauſa au-
tem diſceſsionis fuerat (vt ex Platina
& Hiſtoricis alijs patet) quia Romani
nolebant ſubeſſe Pontifici in tempo-
ralibus, ſed more veteri per conſu-
les Rempublicam gubernari vole-
bant.

Neque optimi principes fuerunt
ſolùm hi, qui Apoſtolicam ſedem ita
ditarunt, ſed etiam plerique eorum
qui eiuſmodi opes, & principatum
41 receperunt. Nam † Leonem IIII. mi-
raculis claruiſſe ſcribit Platina. Leo-
nem IX. omnes ſcriptores, ſanctū vo-
cant, & miraculis claruiſſe ſcribūt. Si-
gisbertus atque Ottho S. Friſingenſis
Gregor. VII. illuſtrem miraculis fuiſ-
ſe, atque etiam virum optimum ſcri-
bit Lambertus Scaffnaburgenſis. Cę-
leſtini V. vitam ſanctiſsimam, & mira-
culis pleniſsimam ſcribit Petrus ab
Aliaco Epiſcopus Cameracenſis. De-
niq; Adrianum I. Leonem III. Nico-
laum I. Innocentium III. alioſq; non
nullos ſcriptores omnes laudant: quos
tamen ſatis conſtat hunc principa-
tum vnà cum Pontificatu adminiſtraſ-
ſe. Quod etiam experiētiâ probatur:
nam & ſi abſolutè fortè præſtaret Pō-
tifices tractare ſolùm ſpiritualia, &
reges temporalia: tamen propter ma-
litiam temporum experientia clamat
non ſolùm vtiliter, ſed etiam neceſ-
ſariò, & ex ſingulari prouidentia do-
natos fuiſſe Pontifici, alijſque Epiſco
pis temporales aliquos principatus.
Si enim in Germania Epiſcopi Prin-
cipes non fuiſſent, nulli ad hanc diē
in ſuis ſedibus permanſiſſent, ſicut er-
go in Teſtamento veteri diu fuerunt
Pontifices ſine imperio temporali, &
tamen vltimis temporibus non pote-
rat religio conſiſtere, & defendi, niſi
Pontifices etiam reges eſſent, nimi-
rum tempore Machabæorum: ita
quoq; accidiſſe videmus Eccleſiæ, vt
quæ primis tēporibus ad maieſtatem
ſuam tuendam temporali principa-
tu non egebat, nunc eodem neceſſa-
rio indigere videatur.

At verò †quòd iure habeat Sum. Pōt. eum principatū quē habet, probari poſſet facilè, quia dono principū habuit, ſic enim ſcribit Ottho, in Chronico an. 727. Inſuper Pipinus Rex Rauennā, totamq; Pētapolim S. Apoſtolis Petro & Paulo tradidit. Et extat in decreto Gratiani in c. ego Ludouicus 63. diſtinct. quę quidē conſtitutio fuit Ludoui. I. Caroli Magni filij quę ſic ſe habet. [Ego Ludouicus Romanus Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo per hoc pactū confirmationis noſtræ tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, & per te Vicario tuo D. Paſchali Summ. Ponti. & ſucceſſoribus veſtris, vſque nūc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanā ciuitatē cū ducatu ſuo, & ſuburbanis, atq; colliculis omnibus, & territorijs eius, mōtanis, & maritimis litoribus, & portubus, ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Thuſcię partibus] Item Leo Epiſcopus Hoſtienſ. libr. 1. Chronici Caſsinienſis c. 9. [Fecit (inquit) idem inclytus Rex Pipinus cum filijs ſuis conceſsionem Petro, eiuſq; vicario de ciuitatibus Italię ac territorijs per deſignatos fines Alunis cū Inſula Coriſica, inde in Suranum in montem Bardonem, Bercetum, Parmam, Rhegium, Manticam, & montem Felicis, ſimulq; vniuerſum Exarchatū Rauennæ, ſicut antiquitus fuit, cum prouincijs Venetiarū, & Hiſtrię. Cumq; Ducatū Spoletinū, ac Beneuetanū] & infrà: [demum idē Rex vnà cum Romano Pontifice in Italiā veniens Rauennā, & alias viginti ciuitates ab Aſtulpho memorato ſublatas, Apoſtolicę ſedi ſubiecit:] Idē Leo III. c. 48. [Anno (inquit) Incarnationis Dominicæ 179. Mathilda Comitiſſa, Hērici Imperat. exercitū timēs, Liguriā, & Thuſciā prouincias Greg. Papæ & S. R. E. deuotiſsimè obtulit. Quarū donationū, & aliarū ſimiliū authētica inſtrumēta Romæ extant, quæ ſi nō eſſent, ſufficeret tamē præſcriptio 800. annorū. Nam etiam regna, & Imperia per latrocinium acquiſita tam longo tempore fiunt legitima. Alioqui quo iure Iulius Cęſar occupauit Romanum Imperium? Et tamen tēpore Tiberij Chriſtus ait Matth. 22. [Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.] Quo iure, Frāci Galliam, Saxones Britanniam, Gotthi Hiſpaniam inuaſerunt? & tamen quis hoc tempore regna ab illis conſtituta illegitima eſſe diceret?

Verùm quia de donatione Cōſtātini Imperat. dicendum eius formā hîc pręfigere volui, traductam ex authentico Græco quod Romæ aſſeruatur.

*DONATIO CONSTANTINI.*

47 IN nomine S. & indiuiduę Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus, fidelis, māſuetus, maximus, beneficus Alemanicus, Gotthicus, Sarmaticus, Germanicus, Britānicus, Hunnicus, Pius, felix, victor ac triūphator ſemper Auguſt. in Chriſto Ieſu, vnico Saluatore D. & Deo N. ſanctiſsimo ac B. Patri Patrum Silueſtro, magnæ vrbis Romæ Epiſcopo & Papæ, atque omnibus eius ſucceſſoribus in ſede B. Petri, vſq; in finem ſęculi Pōtificibus, necnō omnibus reuerēd. & Deo amabilibus Catholicis Epis eiuſdē S. Romanæ Eccleſiæ, per hāc noſtrā Imperialē cōſtitutionē ſubiectis in vniuerſo orbe terrarū, nunc, & in poſteris tēporibus cōſtitutis, gratia, pax, charitas gaudium, lōganimitas, miſericordia, à Deo Patre omnipotēte, & à Ieſu Xpo filio eius, & Spiritu Sācto, cū omnibus nobis. Poſtquā, docēte B. Silueſtro, trina me merſione verbis ſalutis purificatū, & ab omni lepræ ſqualore mūdatū beneficijs B. Petri & Pauli Apoſtolorū cognoui, vtile iudicauimus vnà cū omnibus ſatrapis, & vniuerſo Senatu, optimatibus etiam, & cuncto populo Romanæ Eccleſiæ Imperio ſub-





iacente, & ſicut in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus, etiam Pontifices, qui ipſius Principis Apoſtolorum vices gerunt principatus, & poteſtatem ampliùs, quàm terrena Imperialis noſtra ſerenitas & manſuetudo habere videtur, conceſſa à nobis, noſtroque Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum Principem Apoſtolorum, vel eius Vicarios firmos apud Deum eſſe patronos: & ſicut noſtra eſt Imperialis terrena potentia, eius ſanctam Romanam Eccleſiam veneranter honorare decreuimus, & amplius quàm noſtrum Imperium & terrenum, ſedem ſacratiſsimam Beati Petri glorioſè exaltare, tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem, atque decernentes, ſancimus vt Principatum teneat, tam ſuper quatuor præcipuas ſedes, ſcilicet Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, & Hieroſolimitanam, quàm etiam ſuper omnes in Orbe terrarum Dei Eccleſias. Et Pontifex extiterit celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus mūdi exiſtat, & eius iudicio quæcunque ad cultum Dei vel Chriſtianorū ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur: iuſtum quippe eſt, vt ibi lex ſancta caput teneat Principatus, vbi ſanctarum legum inſtitutor Saluator noſter, Beatum Petrum Apoſtolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & Crucis patibulum ſuſtinens, beatæ mortis poculum ſumpſit, ſuique magiſtri, & deinde imitator apparuit, & vbi gentes pro Chriſti nominis confeſsione colla flectebant, vbi etiam Beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto collo extenſo, martyrio coronatus eſt. Illic vſque in finem quærant doctorem, vbi ſancti doctoris corpus quieſcit, & ibi proni humilitatis cæleſtis Regis Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni Regis ſeruiebant Imperio. Interea noſcere volumus omnem populum vniuerſarum gentium, ac nationum per totum orbem terrarum nos conſtruxiſſe intra palatium noſtrum Lateranenſe eidem Saluatori noſtro, Domino Deo Ieſu Chriſto Eccleſiam à fundamentis cum Baptiſterio, & duodecim nos ſciatis de eius fundamentis, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum Cophinos terræ onuſtos proprijs aſportaſſe humeris, quamque ſacroſanctam Eccleſiam caput, & verticem montium omniū Eccleſiarum in vniuerſo orbe terrarum coli, dici, venerari, & prædicari, ſancimus, ſicut per alma Imperialia decreta noſtra ſtatuimus. Conſtruximus itaq; Eccleſias Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, quas argento, & auro locupletauimus, vbi ſacratiſsima eorū corpora cū magno honore recondentes, & thecas ipſorum ex electro, cui nulla præualent elementorum, conſtruximus, & Crucem ex auro puriſsimo, & gemmis pretioſis per ſingulas eorum rochas poſuimus, & clauis aureis texuimus; quibus pro continuatione luminariorum poſſeſsionis cōtulimus, & reb. diuerſis eas decorauimus, & per noſtras Imperialium iuſsionum ſacras literas, tam in Oriente, quàm in Occidente, & Septentrionali plaga & Meridiana, videlicet in Iudæa, Aſia, Græcia, Aphrica, Italia, & in diuerſis Inſulis noſtram largitatem conceſsimus, ea prorſus ratione, vt per manus Beatiſsimi Patris noſtri Silueſtri Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. Gaudeat vnà vobiſcum omnis populus, & gentium nationes in vniuerſo orbe terrarum, exhortantes omnes, vt Deo noſtro & Saluatori Chriſto immenſas vnà vobiſcū gratias referatis, quoniam ipſe Deus in

cælis deſuper, & in terra deorſum, qui nos per ſuos ſanctos viſitans Apoſtolos, ſanctum Baptiſmatis ſacramẽtum percipere, & corporis ſanitatem dignos efficit. Pro quo concedimus ipſis ſanctis Apoſtolis Dominis meis Beatiſsimo Petro, & Paulo, & per eos etiam Beato Silueſtro Patri noſtro, ſummo Pontifici & vniuerſali vrbis Romæ Papæ & omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede Beati Petri eſſent ſeſſuri, atque de præſenti concedimus palatium Imperij noſtri Lateranenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atq; præcellit palatijs. Deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulq; phrygiũ nec non & ſuperhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circũdare aſſolet collum; verum etiã & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumẽta, ſeu etiam dignitatem Imperialium præſidentium equitum. Conferentes etiam Imperialia ſceptra, & compta atque ſigna baltheum, & diuerſa ornamenra Imperialia, & omnem proceſsionem Imperialis culminis, & glorioſæ poteſtatis noſtræ: viris etiam Reuerendiſsimis clericis, & diuerſis ordinibus eidem Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitatem, potentiã, & præcellẽtiam habere ſancimus. Cuius ampliſſimus noſter Senatus videtur gloriâ adornari, id eſt, Patritios atque conſules effici, nec non cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgantes decorari, & ſicut Imperialibus extat decorata militia, ita ſanctam Romanam Eccleſiam adornari decreuimus Et quemadmodum Imperialis potentia diuerſis officijs, cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omniũ excubiarum, aliâs concubitorum ornatur pulchritudinibus, ita & ſanctam Romanam Eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſsimè aliâs ampliſsimum decus Pontificale præfulgeat, decernimus, & hoc vt clerici eiuſdẽ ſanctæ Romanę Eccleſiæ in manipulis, & linteaminibus, id eſt, candidiſsimo colore decoratos equos equitent: & ſicut noſter Senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id eſt, cãdido linteamine illuſtratis, aliâs illuſtretur. Et ita cæleſtia, ſicut terreſtria ad laudem Dei decorentur. Præterea omnibus aut licentiam tribuentes, ipſi ſanctiſsimo præſuli Patri Silueſtro vrbis Romæ Epiſcopo, & Papæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum perpetuis tẽporibus aduenerint Beatiſsimis Pontificibus, pro gloria & honore Domini Dei noſtri, & in eandem magnam & Catholicam Eccleſiam, & Apoſtolicam ex noſtro aut cleri, aliâs indicto, vt quem placatus alias prælatus proprio clero clericare voluerit, & in religioſorum clericorum numerum connumerare, nullus ex omnibus præſumat ſuperbè agere. Decernimus itaque & hoc vt idem venerabilis pater noſter Silueſter ſummus Pontifex, & ſucceſſores eiuſdem Pontifices, diademate, videlicet coronâ, quam ex capite noſtro illi conceſsimus, ex auro puriſsimo, & gemmis pretioſis vti debeant, & eorum capiti ad laudem Dei pro honore Beati Petri geſtare: ipſe verò Beatiſsimus Papa ſuper coronâ clericatus, quam gerit ad gloriam B. Petri, ipſâ ex auro non eſt paſſus vti coronâ: phrygium verò cãdido nitore ſplendidam reſurrectionem Dominicam deſignans eius ſanctiſsimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænũ equi ipſius pro reuerẽtia B. Petri, ſtratoris officiũ illi exhibuimus, ſtatuẽtes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem Imperij noſtri,



ſtri, vt non Pontificalis apex vileſcat, ſed magis ampliùs, quàm terreni Imperij dignitas gloria & potentia decoretur. Ecce tam palatium noſtrum, vt prælatum eſt Romæ vrbis, quamquam aliâs Romanam vrbem, & omnis Italiæ ſeu occidentalium regionum loca, & ciuitates præfato Beatiſſimo Pontifici D. noſtro Silueſtro vniuerſali Papæ concedentes, & relinquentes, aliâs concedimus, & relinquimus ipſius & ſucceſſorum Pontificum poteſtati, & ditione firmâ Imperiali cenſurâ per hanc noſtram diualem, ſanctam, & pragmaticam conſtitutionem decreuimus diſponenda, atque in iure ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanenda. Vnde congruum perſpeximus noſtrum Imperium & regni poteſtatem orientalibus transferri, ac tranſmutari regionibus, & in Byſantiæ prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic Imperium conſtitui, quoniam vbi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatẽ. Hæc verò omnia, quæ per hanc noſtram Imperialem, & Imperialia diualia decreta ſtatuimus atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanere decreuimus, vnde coram Deo viuo, qui nos regnare pręcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur omnes noſtros Imperatores ſucceſſores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſsimumque Senatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc, & in poſterum noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc, quæ à nobis imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel eius omnibus Pontificibus conceſſa ſunt, refragare atq; confringere: vel in quoquam conuelli. Si autem (quod non credimus) temerator aut contemptor extiterit, æternis cõdemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti, & in futura vita ſentiat contrarios: atque in inferno inferiori concrematus, aliàs condẽnatus cũ diabolo, omnibus deficiat impijs. Huius verò Imperialis noſtri decreti paginã proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus Beati principis Apoſtolorum poſuimus, ibique eidem Dei Apoſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter obſeruare, & cunctis noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus conſeruanda mandantes, relinquimus Beatiſsimo Patri noſtro Silueſtro ſummo, & vniuerſali Papæ eidem, & per eum cunctis ſucceſſoribus, Domino Deo, & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus perenniter atque feliciter poſsidenda, & ſubſcriptio. Imperialis diuinitas nos conſeruet per multos annos, ſanctiſsimi ac Beatiſsimi Patres. Datum Romæ tertio Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quarto, & Galiano clariſsimis viris Coſs.

Quod etiam ab euidenti partium enumeratione arguendo oſtenditur ſic, vel ex tranſlatione iuris in principem, dicendum eſt eum omne dominium, & omnem poteſtatem, & iuriſdictionem vrbis habere, & tunc nulli dubium videtur, quin ipſarum rerũ alienandi plenariam habuerit Con-
46 ſtantinus facultatem, quia † ius, quod quis habet in re, de eo videtur poſſe diſponere l. ſi domus. in fin. de legat. 1. & l. qui tabernas. de contrahen.
47 empt. † quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata. C.
48 mandati vel contra. Nam & † Princeps elargiendi habere videtur plenariam

nariam libertatem l.cum multa.C.de
bon.quæ liber.lege.1.C.de petit. bo-
norum lib.10.auth. de non alienand.
49 §. finimus,collat.1.adeo vt † eius con
tractus vim legis obtineat.l. Cęſar.de
public.l.penult.C.de donat. inter vi-
rum & vxorem,vbi bonus caſus, & l.
1.de conſtit.Princip. Ideo videmus,
50 † quòd princeps concedit ſupremas
dignitates,& eorum territoria. C.de
diuerſ.Offic.l. probatorias.lib.12.Itē
publica iura confert.l. prohibere.§.
planè.ff.quod vi,aut clam. Item con-
fert Marchionatus, prouincias, ciui-
tates & Comitatus, cap.1.de feudis
Marchion. Ducat. notat.in.l. huma-
num: C. de tranſact. Igitur donando
Eccleſiæ ciuitates,& prouincias quas
donauit videtur tenuiſſe donatio;
aut dicis in principem translatā fuiſ-
ſe administrationem, & adhuc Ec-
cleſiæ donare potuit, quoniam nega-
ri non poteſt, quin habuerit liberam,
cum populus in eum omne ſuum ius,
& Imperium,& poteſtatem transtu-
lerit.§.ſed quod principi.inſtit.de iur.
natur.Gentium,& ciuili, per quod ha
51 buit liberam.Nam † quando cōſtitui
tur quis cum poteſtate, vt poſsit om-
nia quæ dominus poteſt, ex hoc vi-
detur conceſſa libera.l.creditor §.Lu-
cius.ff.mandati: & idem cum conce-
ditur plena vel omnis poteſtas.l. ſi
procurator.C.de procurat.Cæſaris.Et
omnia iſta in principem demandata
ſunt.l.1.§.cum enim.de veter.iur.enu
52 cle. Igitur † habens liberam, potuit
ſubſiſtente cauſa donare, licet ſine
cauſa donare non poſsit.l.contra iuris
§.ſi filius. ff. de pactis. ſed ſubſiſtente
53 cauſâ poteſt. Ideo † tutor, cū expedit
pupillo, donare poteſt in l. cum plu-
res.§.penult.de adminiſtrat.tutor.l.1.
§.ſed nonnullos.de tutor. & curator.
ſic igitur Imperator iuſtè donauit Ec
cleſiæ, quia Papa eum in fide erudi-
54 uit,& à lepra mundauit. Fuit † enim
ma-

talis potius remuneratoria donatiō,
cum ab infidelitate Silueſter Papa
mundum liberaſſet,& Conſtantinum
à lepra mundaſſet. l. Aquilius.ff. de
donat. Expediebat enim fidei veræ
vt Eccleſia haberet bona, vnde diui-
num cultum ſuſtentaret,& ideò va-
luiſſe videtur talis donatio.l.ſi lege.§.
conſuluit. de petit. hæred. præſertim
55 in Eccleſiam,in † quam omnis immē
ſitas eſt menſura corpore.dict.§. fini-
mus. de non alienan. Et his caſibus
quæ aliàs alienari prohibita ſunt,alie-
nari poſſent.l. iubemus nulli.C. de ſa
croſanct. Eccl. Ex quibus videtur con
cludendum, quòd vel princeps eſt
dominus mundi, vt aliqui dicunt, &
tunc potuit donare, vel ipſarum ha-
buit adminiſtrationem liberam,& ad
huc potuit ex cauſa,ſubaudi honeſta
& iuſta ſubſiſtente, hæc donare.

Secundò iſtud poteſt probari, quia
57 † lex æquiparat bona fiſcalia,& patri
monialia,l. bene à Zenone. verſ. ſed
ſcimus.C.de quadr.pręſcript. ſed nulli
videtur dubium, quod patrimonia-
lium tenuiſſet alienatio. Igitur & fi-
ſcalium. Et ideo priuatus volens ipſa
donata à principe vendicare,non po
teſt illa à donatario repetere, ſed ha-
bet neceſſe ad fiſcalē camerā habere
recurſum, & intra quadriennium,
aliàs non auditur poſtmodùm. l.2.&
d.l.bene à Zenone. de quadr. præſcr.
aſsignant alioqui rationem, quòd †
58 Eccleſia, & Imperium fraternizant,
cum ambo à Deo ſint, vt in authent.
quomodo oport. Epiſc.in princ. Huic
tamen rationi facilis datur reſponſio
59 quia † Eccleſia eſt mater Imperij. c.
qui abſtulerit.12.quæſt.2.

Tertiò quòd valuerit, inſinuatur:
60 Papa † eſt Dei vicarius in terris.c.1.vt
Eccleſiaſtica benef.c.quanto.de trans
latio.& Imperiū eſt à Deo, vt in auth.
quomodo oport. Epiſc. in princ. &
hoc approbat totum collegium Chri-
ſtianorum,



ſtianorum,licet aliqui de facto non
61 pareant. Approbat † etiam Imperium
Eccleſia.c.venerabilem. de election.
ſi igitur Imperium eſt à Deo:ergo ha
bens ipſum, poteſt remittere & re-
nunciare in toto, vel in parte in ma-
num Dei, & ſic Papæ eius vicarij: c.
cum inter corporalia. de tranſl. præ-
lator. Vnde non obſtat l.legatus.ff.de
offic.præſid.nec illud quod dicitur de
renunciatione in manus ſuperiorum.
62 Item † ſi Imperator nullum ſuperio-
rem recognoſcit, tunc valuit renun-
ciatio Imperij in toto,vel in parte,in
cuiuſcunque manu fuerit facta,vt no
tatur in cap.1.de renunc.lib. 6. vnde
modica & leuis eſt argumentatio d.l.
legatus.per quam Bart. motus eſt.

Quartò probatur quod donatio te-
63 nuit:nam † ambę iuriſdictiones in ſo-
lidum apud Eccleſiam videntur eſſe,
vt voluit glo.in auth.quomod.oport.
Epiſc.in princ.& in.cap. nouit. de Iu-
dic. propter illa verba Lucæ cap. 22.
64 [Ecce duo gladij hic:] vnde † donatio
Principis in Papam fuit potiùs reco-
gnitio, ſeu reſignatio, aut traditio
eius & reſtitutio,quod princeps vſur
pauerat: vnde efficax videtur habere
dominium in his bonis Eccleſię, &
donatio potiùs valuit.

Quintò,quod valuerit, oſtenditur
65 quia † princeps eſt ſolutus qualibet
poſitiua lege.l. Princeps legibus.&.l.
ſacrilegij.C.de diuer. reſcript. neque
iura in contrarium humana adduci
poſſunt quæ Principem arctent,quia
locum vendicant in diſpoſitionibus
inferiorum, quorum poteſtas finita
eſt, non in principis actibus, cuius
poteſtas finem ab humano iure non
recipit:& ſic rationes ſuprà in contra
rium deductæ obeſſe non videntur,
cum locum vendicent in actibus ho-
minum finem habentibus,nō in prin-
cipum geſtis ab humanis legibus non
66 finitis, & † finiti ad infinitum nulla ſit
proportio, vt volunt Philoſophi.

Sextò, deficientibus cunctis robo-
rari videtur legitima præſcriptione,
67 nā † quamuis inferior non poſsit quę
ſunt regalia,contra ſuperiorem præ-
ſcribere,quemadmodum ſunt impe-
rij iura, vt in l.comperit.de præſcript.
68 30.annorum; Papa † tamen videtur,
& Eccleſia cōtra Imperatorem, & Im
perium poſſe præſcribere, & præſcri-
pſiſſe: quoniam capax eſt Pontifex
ſummę poteſtatis.c.licet ex ſuſcepto.
de foro compet. & c. per venerabi-
lem. qui filij ſint legit. & idem Felin.
ſed quemadmodum rex contra aliū
præſcribere poteſt quæ ſunt regalia,
vt notat Innocent. in.c. bona. de po-
ſtul.prælator.& Archidiac. in. c.pla-
cuit.16.quæſt.3.ſic videtur Pontificē
& Eccleſiam contra Imperium præ-
ſcribere potuiſſe.

Septimò id magis oſtenditur, quia
69 † iure Gentium prouinciæ ſunt diſ-
cretæ, & Gentes ſibi regem eligunt.
l.ex hoc iure.de iuſtit.& iur. vnde po-
pulus elegit Saulem in Principem
regum cap. 1. & in. cap. Moyſes. 8.
quæſt.1. & cap. elegit.q.3. diſtin.cap.
1. de election. Et dico, vnaquæque
gens,non quòd tota gens mundi eli-
gat vnum. Et ideo licet in apibus prin
ceps ſit vnus. cap. in apibus 7. quæſt.
1. Et grues aues vnam ſectentur: ta-
men non omnes apes mundi regem
vnū habent, nec omnes mūdi grues
vnam ſectantur, ſed quælibet apum
collectio regem habet, Quamuis igi-
70 tur † Romanum Imperium dicatur
dominus totius orbis. l. deprecatio,
ad l.Corneliam de iact. debet autem
intelligi orbis,id eſt,illius rotundita-
tis,in qua dominando Romanum per
uenit Imperium,quia non omnes gē-
tes ſub Imperio fuêre Romano.l.non
dubito.& l.hoſtes.de capt.& ideo in-
71 quit Boetius, quod † Romanum no-
men montem Caucaſum non tranſi-
uit,

uit,imò nonnulli populi hoſtes erant
aliqui fœderati, aliqui liberi. dict. l.
non dubito. & dict. l. hoſtes. & ideo
clauſuras & burgos, cum cuſtodi-
bus & limitibus Imperij reſpubli-
ca Romana, præſertim apud Afros
habere conſueuit. l. in nomine Do-
mini. C. de offic. præfect. Africæ. &
ſecundùm naturæ varietatem, aliquã
do plures, aliquando pauciores popu
72 los habuit: vnde hodie † nil iuris re-
tinet in Numidas,&Mauros,ſiue Pœ-
nos, nec apud Gallos, vel Hiſpanos,
qui in propriam libertatem reditum
feciſſe videntur, potius quàm dican-
tur Imperium minuiſſe.l.quod enim.
ff.de acquirendo rer. domin. Ex his
igitur patet, quod quemadmodum
multi populi à Romano Imperio ſe-
parari potuerunt,ita & hæ Prouinciæ
quæ Eccleſiæ parent,potuerũt & poſ-
ſunt iure gentium fuiſſe, & eſſe ſub
Romano Pontifice, & nõ ſub Cæſare.

Octauò probatur ſic.Et ſi fateamur
principi minimè licuiſſe donatione
prædicta Imperium ſcindere, tamen
ipſi Romano populo vniuerſo, cum
ſenatoribus, optimatibus, & Princi-
pi licuiſſe videtur ex quadam noua
73 lege regia,† quę ſicut priùs in princi-
pem tranſtulit,ſic & ſecundariò tranſ
ferre potuit in Pontificem, cum ex
eadem vi, & poteſtate preceſſerit.l.
Barbaris. de offic. præfe. prætor. Et
quòd populus cum Senatoribus &
optimatibus contulerit, eſt tex. in c.
Conſtantinus. 96. diſtin. Et Caſtald.
de Imperator. q. 51. Alberti.in Rub.
de hæret.in.6.quęſt.2.num.27.&DD.
in cap. intellecto. de iureiurand. vbi
optimè & latiſsimè tradunt de vali-
ditate donationis factæ Eccleſiæ per
Conſtantinũ.Et quamuis forſan Con-
ſtantino ſolo concedẽte vltra vitam
eius non tenuiſſet,quia tamen populi
voluntas interuenit(qui nunquã mo-
ritur. l. proponebatur. de iudic.) vi-
detur,quod in perpetuum vltra Con-
ſtantini vitam tenuerit. Et ſic licet
corpori ſine cauſa non liceat à ſe ali-
quod mẽbrum eijcere, nec ſine cauſa
ſe in fruſta conſcindere; tamen ipſi
ardua ex cauſa licet aliquod mẽbrum
pro ſalute ſui totius ponere. Cum igi-
74 tur † imperium veluti corpus politi-
cum ſubſit diuinæ Monarchiæ ſanctæ
Matris Eccleſiæ, & tãquam capiti ad
totum temporale ordinetur impe-
rium,non eſt abſonum,ſi ipſum impe-
rium temporale potuit,& debuit ali-
quod membrum pro ſua ſalute Ec-
cleſiaſtico dominio donare in c.fun-
damẽta.§.ne autem. de electione lib.
6. expediens enim erat, & expedit
propter perſecutiones, quas quoti-
die patiebatur Eccleſia, & hodie pa-
titur,vt haberet hæc ipſa temporalia,
vnde etiam iura diuina tueri poſſet,
voluit enim Chriſtus Eccleſiæ proui-
dere, vt perſiſteret, conſeruaretur,
atque perpetuaretur ex illo D. Pauli
Cor. cap. 2. [Poteſtas (inquit) mihi
data in ædificata,& cõſeruanda:] ve-
rùm Eccleſia abſque temporalibus
conſeruari non poteſt ob inimicos
priuatos,publicos,bella,hęreſes,ac ſi-
milia: ergo,&c.

Nonò hoc etiam probatur ex eo,
quia non ſine miraculo vrbem Ro-
manam(quam Beati Petrus & Paulus
ſuo pretioſiſsimo ſanguine Domino
noſtro Ieſu Chriſto conſecrarunt, vt
75 21.diſtin.c.quamuis.)† Conſtantinus
Silueſtro Papæ elargitus eſt, ne Ec-
cleſia temporalibus auxilijs indige-
ret,quin potius ipſa actis ſpiritualibus
ſemper proficeret incrementis de
electiõn. c. fundamenta.§.ne autem,
voluit enim Romam,non mundanæ,
ſed diuinæ Monarchiæ principatum
76 exiſtere. Vnde dicere poſſumus,†
eam ſanctum ſanctorum factam: &
ſic à nullo principe reuocabile eſſe.
77 Nec quidem† arbitrãdum eſt, mun-
dum



dum à Conſtantini tempore, & citrà
in hoc erraſſe, & hoc ipſum ignoraſ-
ſe,nec credendum eſt,quod tot Pon-
tifices Orthodoxi denuo ſucceſſores,
quos Catholicos reputamus, talem
tenuiſſent donationem, ſi tam iniu-
ſtam arbitrati fuiſſent.Nec etiam tot
Chriſtianiſsimi Cæſares,qui Conſtan
tino ſucceſſerũt, ipſam non reuocaſ-
ſent, cùm tamen potiùs ipſam confir-
mauerint, vt de Otthone habetur
63.diſtinct.c.tibi domino. Et de reli-
quis continuò ſucceſſoribus donatio-
nem ipſam comprobantibus, habe-
tur in Clement. Romani. de iureiu-
rando.Nec quod tam ſanctiſsimi Do-
ctores approbauerunt, vt Auguſtin.
Hieronym.Ambroſ.atque Gregorius:
Aliàs enim ſequeretur, quod vniuer-
ſalis erraſſet Eccleſia, quod falſum
78 eſt, † cum equidem ipſa errare non
poſsit 24.q. 1.c. arrecta. Ex quibus ra-
tionibus arbitror,quod † Eccleſia plu
ribus canonicis autoritatibus dona-
tionem hanc comprobauerit, 79. di-
ſtinct.cap.1.in fine 10.q. 3. c. relatum
11. q. 1. c. peruenit.c.ad Apoſtolicæ,
verſ.Præter has.de re iudic.lib.6.cap.
ego Ludouicus.63.diſtinct.c. ſi igitur.
23.q.fin.c.fundamenta.de electio.lib.
6.quæ iura inſinuant donationẽ ipſam
de patrimonio B.Petri eſſe effectam,
in quo quidem patrimonio clariſsimè
80 videtur,quòd † Papa non ſolùm ſum.
Pontificis poteſtatem exercet, ſed
etiam & ſummi principis poteſtatem
exequitur.c.per venerabilem,qui filij
ſint legitimi.Itaque quòd in dicto pa-
trimonio nullus Summo Pontifice ſu-
perior vel par eſt, aliàs ſequeretur,
quòd eiuſdem ſubiecti duo eſſent pa-
riter in ſolidum domini contra l. ſi vt
certo.§.ſi duobus vehiculum. ff.com-
modati.Solus igitur in ipſa donatione
primus & principalis eſt Pontifex qui
ſummus & primus eſt, vt Inſtit. de iur.
perſonar. in principio, in glo. 1. vel qui
dignior eſt.l.3.ff.de ſtatu homin.c.ex
ratione,& ibi not.in verbo [ſummũ.]
de appell.c.de his,quinimò de conſe-
cratio.diſtinct.5.Et quòd etiam dicta
donatio tenuerit, videtur text.aper-
tus in Clementin.1. de iureiuran.vbi
81 probatur,quòd † ipſa donata ad ius &
proprietatem pleniſsimã ſanctæ ma-
tris Eccleſiæ pertinent, & ſic directũ
dominium habet,& omne ius, vt in-
ſtit.de acquirẽ.per arrog. per totum.
dum dicit pleno iure. Et hoc domi-
nium directum trãſiuit in Eccleſiam,
ex ſolo donationis contractu abſque
alia traditione per l.final.C.de ſacro-
ſanct. Eccleſ. quamuis gloſ. ibi malè
dixerit, dicens vtile dari, ſed non eſt
verum, quia ibi ius transfert domi-
nium ex ſua diſpoſitione,debet intel-
82 ligi de directo, prout patet † in lega-
tario l.legatum. Ita de legat. 2. & in
herede.l.cum heredes.de acquir.poſ-
ſeſ.& inſtit.de acquiren. per arrogat.
in principio,& notatur in l.2.3.& 4.ff.
de publica. Ex ſolo igitur contractu
omne dominium imperij pleniſsimũ
in ipſam tranſiuit Eccleſiam.d.Clem.
de iureiuran.& d. l. final.C.de ſacro-
ſanct. Eccleſ. Et adeò videtur dicen-
dum apud Pontificem eſſe omne do-
83 minium, vt † Princeps non poſsit in
ipſo iuriſdictionem aliquam exerce-
re,nec in ipſo territorio citare.Clem.
Paſtoralis. de re iudicata. Quia tale
territoriũ dicitur eſſe extra diſtrictũ
imperij,& in eo Imperator iuriſdictio
nem exercẽdo,dicitur falcem in alie-
nã meſſem imponere, vt in d. Clem.
Paſtoralis. quam rationem dixerunt
84 nonnullæ gloſſæ, quod ibi † Princeps
legitimare non poteſt, nec iuriſdi-
ctionem exercere,niſi quatenus eide
à Summo Pontifice indultum reperi-
retur. c. tibi domino 63. diſtinct.cap.
1.69.diſtinct.cap.1.35. q. 1.Ex quibus
omnibus concludẽdum videtur, do-
nationem ipſam adeo tenuiſſe, quòd
Ec pleniſsi-

plenisſimum ius, & iuriſdictio, ac do-
minium Eccleſiæ quęſitum fuerit. Nã
85 † perabſurdum, & temerariũ videtur
ob vanam interpretationẽ, non ad au-
gmentum, ſed ad diminutionem, pri-
uilegia principum velle peruertere.
l. final. C de Principibus agent. in reb.
libr. 12. & hoc tenuit Oldrad. & Ioan.
Andreas in Addit. ad Specul. in tit. de
iuriſdict. omn. Iud.

86 Sacrilegium † itaq; erit de hac re
dubitare: cùm tot, tantiſque fulcia-
tur rationibus iuris ciuilis, canoni-
ci decisionibus, & Doctorũ autorita-
tibus. Cardinalis in d. c. Conſtantinus.
96. diſtin. Bar. & DD. cap. 1. l. de conſti-
tution. ff. Alberic. in l. 1. §. 1. ff. de of-
fic. præfecti vrb. Card. in. cap. ego Lu-
douicus. 63. diſtinct. c. cum ad verum.
96. diſtin. Abb. in conſ. 84. incipit. Il-
lud in ſummá lib. 1. vbi dicit, quod nõ
oportet diſputare de donatione Ec-
cleſiæ facta per Conſtantinum, cum
illa fuerit confirmata, & approbata
per plures Imperatores, & per Eccle-
ſiam, vt probatur in cap. fundamen-
ta. de electione lib. 6. ibi: quæ ore di-
uino cunctis dignoſcitur eſſe præla-
ta: vnde non procul eſſet ab hæreſis
ſuſpicione tenere contrarium, inſpe-
cto præſertim quod habetur in. d. ex-
trauag. vnã ſanctam. de maior. & obe-
dien. Archiepiſcopus Florent. tertia
parte ſummæ. tit. 22. cap 1. Couarru.
in reg. peccatum. ſecunda parte. §.
9. num. 7. cui opin. adhæret Bald. in
prooemio ff. Alex. de imol. conſ. 87.
incip. Viſis codicillis. lib. 2. quod hac
præcipuè fulcitur ratione, quia do-
87 natio Conſtantini ſemper fuit ab Ec-
cleſia approbata. † & ſic contrarium
88 tueri, vel tenere ſapit hæreſim, cum
& aliàs † hæreticus dicatur, qui
nouam contra Eccleſiam opinionem
ob commodum, gloriam, aliúmue re-
ſpectum gignit, vel fouet. c. nulli. 19.
diſtinct. vbi gloſ. & in cap. firmisſimi.
de hæret. cap. omnes. 22. diſtin. Gril-
land. de hæret. ſecundo quæſito, nu-
mer. 4. & 5. per totum, & Gundiſal. de
hæret. primo quæſito, Alphonſ. Al-
uarez in ſpecul. Rom. Pontific. c. 52. &
89 53. Et in terminis noſtris, quòd id † af
firmare non diſtaret ab hæreſi, termi
narunt Panormit. conſ. 82. col. 1. vol. 1.
Reſtaur. de Imperat. q. 51. n. 2. Hiero-
ny. Alban. de donatione Conſtanti-
ni. fol. 47 ac nonnulli alij; vt infrà.

90 Quæ quidem † ſententia proba-
tur autoritate Damaſi Papæ, viri ſan-
ctitate & doctrina egregij in Geſtis
Papæ Silueſtri, qui affirmat veram &
indubitatam eſſe donationem præ-
dictam. Idem tenet Iſidorus Hiſpa-
lenſ. Epiſcopus in geſtis Concil. Ni-
cæni in. 1. tom. Concil. vniuerſali. fol.
223. Cardinal. Alexand. in cap. Con-
ſtantin. 96. diſtin. Archiepiſcopus Flo-
rentin. in ſumm. Hiſtor. 2. part. tit. 13.
c. 2. in principio, & Concilium Nicæ-
num ſeptimum celebratum anno
Chriſti 754. quod etiam ſuadetur ex
mentione dictæ donationis & con-
firmatione ſæpisſimè factis, tã à ſum.
Pontificibus, quàm à nonnullis Im-
peratoribus in eorũ fidelitatis iura-
mento Eccleſiæ præſtito, vt à Carolo
Magno, Henrico II. Ottone III. Fre-
derico II. Carolo IIII. cum ſimilibus,
de quibus expreſſè in Clem. ne Ro-
man. §. porro. de electione. c. fundamẽ
ta. verſ. hæc autẽ ipſa mater, de ele-
ctio. in. 6. Hoſtiẽſ. in ſum. de ſacram. vn
ction. §. qualiter, & à quo. Hieron. Al-
ban. de Coronat. c. 19. in fin. Barba. in
Clem. 1. de iureiuran. reſtaur. q. 51. n.
13. Hierony. Alban. de primat, Petri,
91 Quorum quidem † autoritas om-
nem falſitatis fictionem & ſcrupu-
lum tollit, quandoquidem nullate-
nus præſumendum eſt tot Patres
Pontifices, ac Imperatores menda-
ces extitiſſe, idque inſuper probatur
ex Zenonis ac Iuſtiniani Conſtitutio
nibus



nibus in l. Diui. C. de naturalib. liber.
& ibi Bald. in Authent. de non alie-
nand. in princip. cum gloſ. Quod con
firmatur etiã authoritate Põtificum,
& Theologorum, Hiſtoriographo-
rum, Canoniſtarum, & totius deniq;
Theologiæ legalis ſcientiæ Docto-
rum. Et quia longum eſſet recenſe-
re autores hanc probantes ſenten-
tiã, contentus ero referre Canones,
Pontificum & imperatorum, atque
in primis tex. in cap. lecturam. 12.
quæſt. 1. ibi [Cõſtantinus primus ve-
ritatis fidem patenter adeptus, do-
naria etiam immenſa Eccleſiæ con-
tulit, ] & in c. 1. in fine 94. diſtin. c. re-
latum 10. quæſt. 3. ibi. [Patrimonium
Eccleſiæ.] d. c. per venerabilem, qui
filij ſint legitimi, ibi [Patrimonio Bea-
ti Petri. cap. fundamenta. §. fin. de
elect. in. 6. Clemens V. in Con-
cil. Vienenſ. celebrato anno 1311.
verſicul. ipſa quoque omnia. extra-
uag. vnigenitus. inter cõmun. de pœ-
nit. & remiſsion. cap. Conſtantinus
96. diſtinction. cap. ego Ludouicus.
63. diſtinction. & Zeno Imperator in
d. l. Diui Conſtantini. C. de natural.
liber. Et Iuſtinianus in Aut. de reb.
Eccleſ. non alienand. in principio
ibi. [Qui poſt Conſtantinum pię me-
moriæ inter Imperatores Principa-
tum auxit, & conſtituit ſacrarum
Eccleſiarum honorẽ & diſciplinam.]
92 Hanc † donationem approbat Ho-
ſtienſ. in ſumm. de immun. Eccleſ. §.
ſed nec. num. 12. qui concludit reuo-
cari non poſſe. Eandem recenſet va-
lidam Ioann. Andreas in clem. 1. §.
porro. de iur. iurand. & in d. cap. Ego
Ludouicus. licet falſò ibi Molinæus
contrariam teneri velit. in addit. ad
ſpecul. tit. de reſcript. §. ratione autẽ.
verſicul. Item quod. in fine. in ean-
dem ſententiam Iere. Speculator in
titul. de inſtrum. edi. §. nunc autem.
verſicul. quod ſi Imperator. num.
11. ac in cap. fundamenta. verſicul. ne
autem. in verbo. declaret. de electio-
ne in. 6. Ioan. Calderinus conſ. 3. in
principio ſub tit. qui filij ſint legiti-
mi. Card. Zabarella in clem. vnica
num. 8. quæſt. 3. de iure iurand. & in
clem. Paſtoralis. §. illud. num. 3. de re
iudic. clem. 1. numer. 4. de ſumma
Trinit. & in conſ. 137. num. 5. & conſ.
vltimo, num. 4. Et Paulus de Ferraris,
in d. clem. vnica. §. porro. de iureiu-
rand. Ant. de Butrio in. cap. auditis
in 3. notab. de reſtitutione in inte-
grum. Petrus de Anchar. in d. clem.
vnica de iureiurand. Et ibidem Ioan.
de Imola, & Abb. Panorm. in d. conſ.
84. num. 2. vol. 1. & in. cap. per vene-
rabilem. qui filij ſint legitimi. Et in d.
cap. intellecto enim de iure iur. cap.
inter dilectos. de fide inſtrum. Archi-
diac. in cap. ego Ludouicus. 63. di-
ſtin. & in. cap. placuit 16. quæſt. 3. & c.
expedit. 12. q. 2. Prępoſit. in d. c. Con-
ſtantinus. 96. diſtin. vbi diffuſe & do-
ctè hanc donationis veritatem tue-
tur. Et Felin. in. c. ſolitæ. in fine de ma-
ior. & obed. affirmat communẽ ſcho-
lam Canoniſtarum factum, & validi-
tatem donationis admittere. Ægi-
dius autem Bellamer. in d. c. Conſtan-
tinus 96. diſtinct. Et Ioann. de Turre-
crem. ibidem concludunt. Primo ex
tract. Hiſtoriographi. Secundò, ex con
firmatione Imperatorum. Tertiò ex
poſſeſsione Pontificum. Quartò ex
approbatione titu. Sanctorum Pon-
tificum, Patrum Doctor. atque Theo-
logorum donationem factam, & va-
luiſſe.

Iure etiam Ciuili quamplurimi
ſunt, & grauisſimi quidem autores,
93 qui † veram admittunt, & defendunt
donationem Conſtantini, ac in pri-
mis Accurſius in l. 1. ff. de officio Præ-
fect. vrb. in verb. pertinere, & in au-
th. quomodo oportet Epiſcopos. in
principio collat. 1. & ibidem Iacobus

 de

de Beluiſio. Specul. in tit. de reſcrip. præſent. §. ratione autem. Albericus in l. 1. §. 1. ff. de offic. Præfect. vrb. & in. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Eandem ſententiam tenet Bart. in proœmio digeſtorum, nume. 13. in l. 1. ff. de officio Præfect. vrb. Bal. in prælud. feud. nu. 32. in proœmio. C. num. 8. in proœmio digeſtorum col. 4. & in. l. diui Conſtantini. C. de natural. liber. in cap. 1. §. generali. ſi de feud. fuerit controuer. in. l. cum multa. in fin. C. de bon. quæ liber. in l. ſi certarum. ff. de teſtam. & in. c. intellecto. de iureiur. Angelus in d. l. ſi certarum. Salicetus in proœmio Codicis verſ. nunc deſcendo. num. 6. Petrus Anchar. conſ. 32. Raphael Fulgoſ. in proœm. digeſtorum. nume. 15. & Ludouicus Pontan. in l. ijs qui hæres. §. 1. num. 8. ff. de acquir. hæred. Paulus Caſtren. in conſ. 74. in antiq. art. 2. in fin. alias 84. vol. 1. & conſ. 16. num. 6. vol. 3. Ioann. de Ana. conſ. 62. in 2. art. Alexander conſ. 67. num. 8. in fin. vol. 1. & conſ. 87. vol. 2. & conſ. 24. n. 23. vol. 5. in. l. omnibus. ff. ad Trebell. Lucas de Penna in l. quicumque. C. de omn. agro deſerto. lib. 11. col. 5. verſ. donatio facta per Cōſtantinum. & Hieronym. Alban. innumeros allegans in tractatu de poteſtate Papæ. 2. parte. n. 24. idē tenet & tuetur Aug. de Ancona in tractatu de poteſtate Papæ. q. 43. 1. 2. & 3. art. Alber. Pelag. in tractatu de planct. Eccleſiæ. lib. 1. art. 41. 43. & 59. Anton. Corſettus in tract. de poteſtate Regia. 1. parte 4. quæſt. num. 19. Anton, Roſell. in tractatu de poteſtate Papæ. §. ex his. & decidit fol. 320. Martinus Laudenſis in tract. de Princ. notab. 467. verb. Conſtantinus. & notab. 8. Reſtaurus Caſtald. in tract. de imperat. cap. 51. qui hanc quæſtionem diſputat, ac ex communiori per alios quoſq; eam comprobat, ſubdens non poſſe abſque labe hæreſis contrarium teneri. Ferdinandus Vaſquius in tract. de ſucceſsion. 1. parte lib. 3. §. 26. limitatione 31. num. 44. Arnald. Alber. de agnoſcend. aſſertion. Cathol. & hæretic. quæſt. 17. num. 14. Ludouicus Gomez, in tit. de Action. in. §. itē Seruiana. num. 44. qui hoc hodie deciſum aſſerit, & illam in dubio reuocare, non diſtare ab hæreſi. Ergo in re tam clara, & ex omni capite vera non eſt vlterius immorandum, licet ſint perplures alij magnæ autoritatis doctores, qui hanc veritatem affirment, quos conſultò omitto, quia proculdubio vt veriorem, ac magis piam, ac Catholicam inſequi, eam debemus, ac totis viribus ſuſtinere & amplecti, quicquid multi fabuloſè, impudenter, ac infructuoſè decantent, cùm DD. ferè omnes concludant, & in hoc conueniant donationem factam fuiſſe, ac vires habuiſſe.

94 Qua donatione † Conſtantini ſic firmata, non obſtant in contrarium per aduerſarios deducta. Primo Euſebij Cęſarienſis Hiſtoria lib. 4. ſuper vita Conſtantini, qui nihil de donatione dicit.

Quia reſpondendo dico, quòd nō infertur neceſſariò. Euſebius non ſcripſit de donatione, ergo non fuit vera: veriſsimum námque eſt, multas conſtruxiſſe Eccleſias, eáſque, auro, argento, veſtibus, poſſeſsionibuſque dotaſſe; neque de his aliquis vnquam dubitauit: tamen de hoc Euſebius non apertè narrat. Nec curan-
95 dum eſt de opinione, & † Hiſtoria Euſebij, cum ab Eccleſia ſit reprobata, vt inquit Gelaſius in. cap. ſancta Romana. 15. diſtin. vel eò quia Arrianus & Arrianorum protector fuit, vt cōſtat in eius literis poſt Concil. Nicen. directis ad populū Cęſarien. vt in Tom. 1. Concil. vniuer. gener. incipiētibus. [Arbitramur & nos] ac per Nicephorum



cephorum in Hiſtor. Ecleſi. lib. 8. cap. 18. in fin. cum Apoſt. lib. 6. cap 37. in fin. quam reſponſionem approbat Reginal. Polus in ſua quæſtione de Baptiſmo Conſtantini poſt librum de Concilio Cardinalis: nec mirum videri debet, ſi Oroſius, Sozomenus Theodoretus, Socrates & quidam alij non ſcripſerint Hiſtorias Conſtantini, nam videmus multa præclara geſta Martyrum in Hiſtorijs Gentilium non tradi: ea tamen vera, ac ab Eccleſia recenſeri, & celebrari, & ex eo ipſo quod ſcriptorum antiquorum nemo legatur, id teſtari, & quamuis iſti contrarium aſſerant, non tamen indubitanter eis credendum eſt, quinimo tenenda Eccleſiæ opinio, & in dubio præponderari debet ſanctitas, autoritas, numerus, & veriſimiliorum ſcribentium ſcientia, & non Sozomeni, cæterorumque calumnia, & falſitas, vt inquit Niceph. d. Hiſtoria Eccleſiaſtica libr. 16. cap. 46. verum nam-
96 que eſt, quòd † Conſtantinus bonam fidem agnouit, Chriſto, & Petro Imperiū aſsignando, cùm ſciret, Domini eſſe terram, & plenitudinem eius, ac ſucceſſorem Petri temporalium ac ſpiritualium dominum dici, iuxta prædictas communes opiniones Canoniſtarum per extrauag. vnam ſanctam. de maioritate & obedientia. Impleuit vtique illud Paralipom. vltimo: [in manu tua Domine virtus, & potentia & in manu tua magnitudo, & Imperium, tuæ ſunt diuitiæ, tua eſt gloria, tu dominaris omnibus, ego autem, & populus meus, quid ſumus, vt poſſumus aliquid tibi permittere, vel dare, cum tua ſint omnia? peregrini enim ſumus coram te, & aduenæ, ſed hæc ipſa quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.] Quid mirum igitur ſi Cōſtantinus ardore diuino compulſus donauit quod acceperat? maximè cum & hæc non fuerit propriè donatio, ſed iuris ſui vera reſtitutio quæ Petro fiebat? Atq; ideo Silueſter reſtitutionem recuſare non potuit, tum quia Petro & non ſibi reſtituebatur. 10. quæſtione 2. cap. 2. vbi Archidiac. tum quia contra Chriſti diſpoſitionem feciſſet, ſi ab hoc bono Conſtantinum diuertiſſet, quem credēdum eſt ſpiritu diuino motum poſt tantas Chriſtianorum ſtrages à Nerone factas hāc liberalitatem exercuiſſe, vt gloria Dei, Eccleſiæ nata tranquillitas, Chriſtique vicarius præ cæteris ſuperior cognoſceretur. Verè enim hoc modo Eccleſiæ ſuæ, perpetuitati, paciúe Deus prouidit, cùm aliàs tanta Chriſtianorum perſequutio miſerrimuſq; rerum ſtatus, principum & populorum furor, nouarum ſectarū, ac hęreſis pullulatio, religionis Catholicę offuſcatio tanta fuerit, vt niſi illius ſedis dignitas & Eccleſia viribus aucta opibus, tantiq; Imperij exercitio ampliata fuiſſet, certè religio conculcata fuiſſet, ſimul & peſſimorum opinionum autoribus aperta via; vnde Silueſter opportunum duxit Imperij temporalis acquiſitionem non renuere.

Nec mirari debent Laurentius Valla, eiuſq; ſequaces, cum donationes ſimiles fecerint non ob rationabilē cauſam, ſed ob libidinē. Marcus nāq; Antonius Cleopatræ, Iudæam, Palæſtinam, Arabiamque prouincias donauit. Alijque quam plurimi principes Imperiales faſces, religionis cauſa relinquentes in ſolitudinem, & Monachiſmum ſe contulerunt: inter quos commemorare licet Lotharium primum Imperatorem, nepotem Caroli Magni. Non igitur erit ampliùs ambigendum de donatione Conſtantini Imperatoris.

Ad ſecundam reſpondetur obie-

ctionem, Dominum hic ſolùm inſtituere meros principes Eccleſiaſticos ac docere debere eos, vt tales ſint, præeſſe ſubditis, non more regum, & Dominorũ, ſed more Patrũ, & Paſtorũ: non autem ſequitur hinc, nõ poſſe vnum & eundem, eſſe Epiſcopum & principem: exemplum autem Moyſis omnino conuincit, quamuis Caluinus conetur eludere illud: ex capite enim falſitatis manifeſtè conuincitur. Verum namque eſt Melchiſedech, Heli Iudã, Machabęos, & alios ſuperiùs relatos obtinuiſſe ſimul Põtificatũ & Principatum. Quod etiã addit ipſe Caluinus, factũ eſſe ad tẽpus, donec Aaron cõſecraretur, falſum eſſe oſtendit D. Auguſt. q. 23. in Leuit. vbi dicit, eodẽ tẽpore ambos fuiſſe Põtifices, Moyſẽ & Aaronẽ. Et probatur ex eo quod depoſuit Aaronẽ Moyſes tanquã Põtifex, cõſecrauitq; Eleazarũ filiũ Aaronis in locũ eius, vt habetur Num. 20. Et pręterea ſi poſt Aaronẽ ordinatum non poterat amplius in vnã perſonã coire Principatus, & ſacerdotiũ, quomodo Heli per annos quadraginta fuit ſacerdos, & princeps? quomodo Machabæi per annos pluſquã cẽtum?

Nec Dominus illis verbis prohibuit Epiſcopis dominatum, qualis eſſe poteſt Regũ, & Principum piorum, ſed qualis eſt Regũ ignorantium Deum, qui tyranni potiùs ſunt, quàm Reges. Nam Matth. non loquitur de ſimpliciter dominantibus, ſed de his, qui violẽter dominãtur. Sic debet etiam intelligi illud Ioſue 15. cap. & illud 1. Pet. c. 5. nõ dominãtes in clericis, &c.

Ad tertiã reſpõdetur, quòd generaliter in vtroq; loco viſum eſt admoneri Põtifices, & Principes, ne minutis & vilib⁹ officijs ita occupẽtur, vt omittere cogãtur maiora. Hoc modo Iethro cum vidiſſet Moyſen totâ die ſedere ad iudicandum Exod. 18. ſapienter eũ admonui, non vt deponeret principatũ politicũ, & ſeruaret ſolum Eccleſiaſticum, ſed vt conſtitueret Iudices minores, qui ſatisfacerent populo in rebus leuioribus & grauiora quæque tã politica, quàm Eccleſiaſtica ad ſe referrent, & vt prouideret de omni plebe viros potentes & timẽtes Deũ in quibus eſſet veritas, & qui odiſſent auaritiam, & cõſtitueret ex eis Tribunos & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicarẽt populum omni tempore. Sic etiam B. Bernar. lib. 1. de cõſiderat. ijſdem verbis Domini in mediũ adductis, hortatur Pontificem, vt iudicia rerum temporaliũ alijs dimittat, quẽ tamen ſciebat iam tũc Principem temporalẽ fuiſſe.

Sic etiam Apoſtoli ita omiſerũt in Hieruſalem curã miniſtrandi menſis vt præſiderent etiam in temporalibus toti illi Eccleſię, vnde Galat. 2. Petrus & Iacobus & Ioann. ſolliciti pro fratribus qui erãt in Hieruſalẽ, rogãt Paulum, & Barnabã, vt memores ſint colligere aliquam eleemoſynã, & mittere in Hieruſalẽ, illi verò id fecerũt, & collectam pecuniã ipſimet detulerũt, nõ ad diaconos præfectos mẽſis ſed ad ſeniores, vt habetur Act. 11. c.

Ad quartã reſpõderi poteſt, Bernardũ loqui de Põtifice vt Põtifex eſt totius Eccleſię, & ſecũdũ id quod habet ex Chriſti inſtitutione. Nam paulò antè dixerat. Eſto, vt alia quocũq; ratione hęc tibi vẽdices, ſed nõ Apoſtolico iure, nec enim tibi ille dare, quod nõ habuit potuit. &c. itaq; vult Bernard. Pontificẽ, vt, Paſtor eſt ouiũ, nõ debere eis dominari, ſed eas paſcere, at ſicut nihilominus ijſdẽ ouibus, vt ſunt ciues reipublicę, dominatur princeps politicus, ita poteſt ijſdẽ dominari eadẽ ratione Pontifex, ſi ſit eorum politicus Princeps.

Ad quintã reſpondetur, nihil eſſe mirandum, ſi Gregor. noluit Epiſcopos, & præfectos patrimoniorum Romanæ



Romanæ Eccleſiæ vti more fiſcali, in agris Eccleſiæ recuperandis. Nam nõ dum habuerat Eccleſia politicum principatum, ſed poſsidebat bona tẽporalia ad eum modum, quo priuati ciues poſsident. Itaque æquum erat, vt agros quos ſuos eſſe cenſebat Eccleſia, ſi fortè ab illis occuparentur, in iudicio legitimo eos repeteret: non autem more fiſcali propria ſibi autoritate vendicare.

Ad ſextam reſpondetur, negotia ſæcularia hoc loco; non vocari regimen politicum, ſed curam parandi victus, & proinde negationes, & mercimonia, & ſimilia; eſt enim Græcè τȣ̃ βίȣ πραγματικὴ, id eſt, negotiatrix vitæ ſeu victus: vbi etiam notandum, non haberi in Græco, nec in omnibus Latinis codicibus illud [ Deo] ſed generaliter ȣ̓δεὶς & ſenſus; dixi, vt labores, ſicut bonus miles Chriſti. Porrò bonus miles non eſt ſollicitus circa victum, & corporis curam, ſed comedit & bibit, quando poteſt, & quomodo poteſt, dormit humi, veſtitur magis ferro, quàm panno. Itaq; Apoſtolus non prohibet regimẽ politicum, ſed nimiam ſolicitudinem circa vitam corporalem: & ( vt bene monuit Chryſoſtomus) dicuntur hæc à Paulo tam Epiſcopo, quàm alijs hominibus, omnes etiam laici, etiã Reges, milites Chriſti eſſe debent.

Ad ſeptimam reſpõdetur. Si verba
241 † Nicolai benè & exactè perpendantur, manifeſtiùs apparebit iniquitas ea obijcientium; nam reſpondemus Nicolaum noluiſſe negare, poſſe Pontifici conuenire tẽporale aliquod dominium: ipſe enim erat Pontifex, & ſimul princeps politicus Romæ, & Rauẽnæ, aliarumq; ciuitatũ, quas dudum acceperant maiores eius ab Imperatoribus, ſed ſolùm voluiſſe dicere, non conuenire, vt idem ſit Pontifex totius orbis, & ſimul Imperator etiam totius orbis; non quod hoc repugnet Euãgelio; & nullo modo poſſit fieri; ſed quia Chriſtus ad conſer-
242 uandã humilitatem voluit † Pontificẽ indigere Imperatoris defenſione in tẽporalibus, & Imperatorem indigere Pontificis directione in ſpiritualibus. Quod autẽ hoc Chriſtus voluerit, patet ex eo quod reliquit Imperiũ Tiberio, & Petro ſolùm contulit Pontificatum. Ex ſupradictis ſatis liquet D. Petrum à Chriſto poteſtatem vniuerſalem accepiſſe, ſed quia nonnulli dubitarũt, imò tenuerunt (vt in principio diximus) non habuiſſe temporalem vniuerſaliter iuriſdictionẽ, meritò hîc oſtendendum erit illã habuiſſe; quod vtiq; apertiſsimis rationibus, iuribus, & exẽplis probabitur: & in primis accedamus ad ſecundam opinionis declarationem.

## *De iuriſdictione vniuerſali Summi Pontificis in temporalibus.*

### *Secunda Iuris-prudentium opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex ſecundùm quoſdam nullam habet iuriſdictionem in terris Imperij.*

2 *Imperator in poteſtate temporali nullũ habet ſuperiorem, niſi Deum.*

3 *Imperator habet immediatè ſuam iuriſdictionem à Deo, & nu. 6.*

4 *Contrariorum idem eſt iudicium.*

5 *Iudices ſæculares non poſſunt ſe in negotijs Eccleſiaſticis intromittere.*

7 *Imperator diuinitus conſequutus eſt priuilegia ſuæ poteſtatis.*

8 *Chriſtus ſubegit ſe legi Imperatoriæ, & noluit iudicare de rebus tẽporalibus.*

9 *Chriſtus videtur prohibuiſſe Apoſtolis iuriſdictionem temporalẽ exercere.*

10 *Poteſtas data Petro intelligitur ſolùm in ſpiritualibus.*

11 *Ad Reges ſpectat tẽporalium cognitio.*

12 *Feudi iudicium pertinet ad Regem.*

13 *Eccleſia habuit terras & immunitates ab Imperatoribus.*
14 *Summi Pontificis electio aliquãdo non valuit, niſi ab Imperatoribus confirmaretur.*
15 *Imperator vocatur Dominus totius mundi.*
16 *Imperator tenet Monarchiã totius orbis.*
17 *Conſtantinus, conceſsit Pontifici Romano coronam, & omnem Regiam dignitatem in vrbe Romana.*
18 *Salomon deiecit à ſacerdotio Abiathar ſummum Sacerdotem.*
19 *Quod antiquius eſt dignius eſt.*
20 *Imperium antiquius eſt Pontificatu.*
21 *Pontificalis poteſtas cepit in Chriſto.*
22 *Summus Pontifex in Paganos, & infideles iuriſdictionem exercere non poteſt.*

SECVNDA ergo
fuit opinio quorundam,
præcipuè Iuris
prudentium, aſſe-
1 rentium † ſummum
Pontificem nullam
habere iuriſdictio-
nem in terris Imperij, & in ipſum Im-
2 peratorem: imò quòd ipſe † Impera-
tor in poteſtate temporali vniuerſa-
liter ſibi tradita nullum habeat ſupe-
riorem niſi Deum, à quo (vt inquiũt)
illa ipſi immediatè tributa eſt. Hanc
communiter à Legiſtis teneri refert
Bald. in procemio digeſtorũ. Felin. in
c. nouit. de iudic. Andreas Siculus ibi-
dem col. 16. nu. 132. Reſtaur. in tract.
de Imperatore q. 5. meminit Ioann. à
Turre-cremata in ſumma de Eccle-
ſia. libr. 6. q. 115. Franc. Victoria in re-
lict. ſuis, in tit. Vtrùm poteſtas ſpiritua
lis ſit ſupra ciuilem. Hanc opinionem
tenuerunt Cynus, & Iacobus de Are-
tio. in l. benè à Zenone C. de quadr.
præſcript. vt ibi per Alberic. videtur
eam tenere Dec. in d. c. nouit de iu-
dic. ſuper gloſ. 2. nu. 7. Bald. vbi ſuprà.
Alberic. in d. l. benè à Zenone. nu. 16.
Gullielm. in c. per venerabilem, vbi
etiã Innoc. videtur eam ſequi in gloſ.
argumentum. quod ſicut poteſt. qui
filij ſint legitimi.

Primum & potiſsimum fundamẽ-
3 tũ eſt, quia † à Deo immediatè Impe-
rator habet ſuam iuriſdictionem, ſicut
& Summus Pontifex, & ab ipſo Deo
ſunt hæ iuriſdictiones ſpiritualis (ſcili-
cet) & temporalis, diſtinctę, ſeparatæ,
atque diſcretæ. Probant: quia Nico-
laus Papa relatus in c. cum ad verum.
96. diſtinct. dixit: quòd mediator Dei
& hominum, homo Chriſtus Ieſus,
actibus proprijs limitatis, & diſtinctis,
officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit. Et
propterea dicit: [Cum ad verum vẽ-
tum eſt, vltrà ſibi nec Imperator iura
Põtificatus arripuit, nec Pontifex no-
mẽ Imperatorũ vſurpauit.] Idem eſt
relatus in c. quoniam. diſtin. 10. quod
in veteribus libris tribuebatur Cy-
priano, ſed in Decreto reformato, tri-
buitur eidẽ Nicolao, & propterea in
c. ſolitæ. de maior. & obedient. Innoc.
III. §. præterea, dixit: quòd Deus fecit
in cęlo duo luminaria magna, lumina-
re maius, vt pręeſſet diei, & minus vt
præeſſet nocti: ſic ad firmamẽtũ cæli,
hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ, duas in-
ſtituit dignitates, quę ſunt Põtificalis
autoritas & regalis poteſtas: & pro-
pterea Chriſtus D. noſter hoc confir-
mans, dixit: [Reddite quæ ſunt Cæſa-
ris, Cęſari; & quæ ſunt Dei, Deo.] Hoc
argumẽtum corroboratur, nam idem
4 ſolet iudicari de contrarijs: & † con-
trariorũ ſolet eſſe eadem diſciplina:
gloſ. final. in l. penult. verb. nec pro-
deſt. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. 1. in
princip. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie-
ni iuris. Iaſon in Rubr. ff. de acquir.
poſſeſsio. Bar. in l. & ſi contra. nu. 4. ff.
de vulg. & pupil. & in l. ſecundùm na-
5 turam. ff. de reg. iur. ſed † prohibetur
iudicibus ſecularibus, ne ſe intromit-
tãt in negotijs Eccleſiaſticis. c. decer-
nimus.



nimus. de iud. ergo nec Eccleſiaſtici
debẽt iudicare de cauſis ſęcularibus.
Secundũ fundamentũ eſt in mul-
tis Iuribus in corpore iuris tum Cæſa
rei, tum Põtificij, in quibus id cõfiteri
videntur etiam ſum. Pontifices, quod
6 † poteſtas Imperatoris eſt à Deo prin
cipaliter, & non à Pontifice. Quæ iu-
ra adducuntur à Ioann. de Turre-cre
mata vbi ſuprà. q. 115. & à Reſtaur. de
Imper. quæſt. 4. n. 2. vt eſt. §. in auth.
de inſtr. caut. & fide. l. 1. in fin. C. de
ſumma Trinitate. Ioannes Papa in
c. ſi Imperator. 96. diſtinct. dixit quod
7 † Imperator Diuinitus cõſecutus eſt
priuilegia ſuæ poteſtatis. Hinc D.
Paulus ad Roman. cap. 13. dixit. [Nõ
eſt poteſtas niſi à Deo] Et ipſe Domi
nus in Euangelio Ioan. cap. 19. dixit:
[Non haberes poteſtatem aduerſum
me, niſi tibi datum eſſet deſuper.] In-
nocent. III. in c. ſolitæ. dixit poteſta-
tem Imperatoris eſſe à Deo.

Tertium fundamentum tenentiũ
hanc opinionem eſt in multis locis
ſacræ ſcripturæ, in quibus Dominus
8 noſter Ieſus Chriſtus † vel noluit iudi
care de rebus temporalibus, vel reie-
cit regnum ſibi oblatum vel ſubie-
cit ſe legi Imperatoriæ.

Primus locus eſt Luc. cap. 12. vbi
dixit Dominus quibuſdam fratribus
eum vocãtibus, vt iudicem, inter eos
& diuiſorem: Quis me conſtituit in-
ter vos Iudicem ac diuiſorem? Et pro
pterea Ambroſius dicebat. Terrena
declinat, qui propter diuina deſcen-
derat, vt per Alber. Pighium in lib. 5.
de Eccleſiaſt. Hierarc. c. 1. verſ. rurſus.

Secundus locus eſt Luc. c. 2. Nam
quando Chriſtus natus eſt, recogno-
uit Cæſarem in ſuperiorem, ſeruãdo
eius edictũ quo præceperat, vt deſcri
beretur vniuerſus orbis: idem pro ſe
& Petro tributum ſoluit, Matth. c. 17.
& aliàs dixit. Reddite quæ ſunt Cæ-
ſaris, Cæſari: Matth. cap. 22. & Marc.
cap. 12. & confeſſus eſt ſe ſubditum,
quando dixit: [Non haberes poteſta-
tem aduerſum me, niſi tibi datum eſ
ſet deſuper.] Ioan. cap. 19. Hinc Pau-
lus Apoſtolus appellauit ad Cæſarẽ.

Tertius locus eſt Ioan. cap. 6. [Vi-
dens, quod venturi erant, vt rape-
rent eum, & facerent regem fugit
in montem ſolus.]

Quartus locus eſt, Ioannis cap. 18.
[Regnum meum nõ eſt de hoc mũ-
do.] Quod latè extendit Alber. Pigh.
de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 1. verſ.
quod autem Chriſtus. fol. 41.

9 Quinto loco adducitur: Nam †
Chriſtus videtur prohibuiſſe Apoſto
lis temporalem iuriſdictionem exer-
cere, quando Matth. cap. 20. & Luc.
c. 22. dixit, [Scitis quia principes gẽ-
tium dominantur eorum, & qui ma-
iores ſunt, poteſtatem exercẽt in eos
vos autem non ſic, ſed qui maior eſt
veſtrum &c.] Et ita hũc locum citat
Franc. Victor. vbi ſuprà, dicens ita
intelligi per Bernard. ad Eugenium
lib. 2. & etiam per Albert. Pigh. lib. 5.
de Eccleſiaſt. Hierarch. c. 1. verſ. Hoc
ipſum confirmat.

Sexto loco adducitur Matt. c. 19.
[Niſi quis renũciauerit terrenis, nõ
poteſt meus eſſe diſcipulus.] Ex quo
oſtenditur, quod repugnat perfectio
ni Euangelij, quòd electi habeant im
peria & dominia.

Septimus locus eſt, Pauli ad Tit. c.
2. [Nemo militans Deo, ſæcularibus
negotijs ſe immiſceat. [Et dicebat
Ambroſ. relatus in c. non pila. 23. q.
8.] Nõ pila quærũt ferrea, non arma
Chriſti milites, coactus repugnare,
nõ noui: ſed dolor, metus, orationes,
lacrymæ fuerũt mihi arma aduerſus
milites: talia enim monimẽta ſunt ſa
cerdotis: aliter nec volo nec debeo
repugnare.

Octauus locus adducitur Matth.
cap. 16. vbi declarari videtur, quòd

habetur Ioann. cap. vlt. quòd poteſtas data Petro intelligitur ſolùm in ſpiritualibus, vt ſit conformis promiſſioni factæ in d. cap. 16. quando dixit: Dabo tibi claues regni cælorum; & ſic ſpiritualis poteſtas tantùm.

Nonus locus eſt Petri in Epiſtola Canonica, dum dicit: Eſtote ſubditi omni humanæ creaturæ; Principi, Ducibus, &c. 2. Pauli ad Romanos c. 13. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit: & ibi non ſolùm propter iram; ſed propter conſcientiam, vt per Albert. Pigh. in dicto c. 1. lib. 5. verſ. Præterea ex verbis Apoſtoli.

Quartum fundamentum deducitur ex quibuſdam iuribus, in quibus ipſimet Pontifices videntes ſe non habere poteſtatem temporalem ſuperiorem Regibus, & Imperatore, dixerunt; ſe nolle iudicare in quibuſdam temporalibus cauſis, ex eo quòd
11 † eorum cognitio ad reges ſpectabat, vt Alexander III. in cap. cauſam 2. qui filij ſint legit. vbi cauſam remittit Regi Angliæ. Innoc. III. in c. nouit. de
12 iudic. dixit, quòd † iudicium de feudo pertinet ad Regem. Idem habetur in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

13 Confirmant idem ex eo, quòd † ipſimet Pontifices recognoſcũt dominium temporale quarundam terrarum recepiſſe ab Imperatoribus; vt Melchiades in c. futuram. 12. q. 1. & in c. Conſtantinus 96. diſtinct. imò Eccleſia habuit immunitates ab Imperatoribus.

Huc tendit, nam quandoque ſta-
14 tutum eſt, vt † electio Summi Pontificis non valeret, niſi ab Imperatoribus confirmata eſſet.

Quintum fundamentum pro hac
15 parte fuit, nam † Imperator vocatur Dominus totius mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam. de iactu. & l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcript.

Similia citat Reſtaur. de Imper. q. 4. Melchia. in c. futurã. q. 1. dixit, quòd
16 † Romani principes totius orbis Monarchiã tenent, cũ multis ſimilibus, vt per Præpoſit. in d. c. cũ ad verum. in 2. col. Imò adeo hoc videtur verum, quod legitur in. c. Conſtantinus. 96.
17 diſtinct. quòd ipſe † Imperator Conſtantinus conceſsit Pontifici Apoſtolico coronam; & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus. Ex quibus infertur, non ſolùm Imperatoriam poteſtatem non pendère à Pontificia, verùm potiùs in temporalibus dignitatem Romanorum Pontificum dependêre ab Imperiali poteſtate, & propterea adducitur, quòd
18 † Salomon, qui fuit Rex Hieruſalem, deiecit à Sacerdotio Abiathar ſummum Sacerdotem, vt legitur libr. 3. Regum. c. 1. & 2.

Sextum fundamentum pro hac
19 opinione eſt ab antiquitate. Nam † quòd antiquius eſt, dignius eſt, c. fin. vbi Præpoſit. & Doctor. 17. diſtinct. nec poteſt antiquius dependere à
20 poſteriore. Cùm igitur † Imperium antiquius ſit Pontificatu, iuxta notata in. c. cleros. verſ. Pontifex. 22. diſtinct. capit. de capillis. 10. diſtinct. patet; nam ante Chriſtum fuerunt Imperatores Cæſar, & Octauianus Auguſtus, qui primi habuerunt ple-
21 nitudinem poteſtatis, & † in Chriſto cepit põtificalis poteſtas, de qua agimus: ergo non videtur poſſe dici, quòd poteſtas Imperialis ſit ſubiecta Pontificali, neque Imperatorem ſubeſſe Papæ, nec videatur id conuenire, cum iam habuerit plenitudinem poteſtatis maximè confirmatam per Chriſtũ ipſum, qui dixit. Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari. Quod per ſuperueniẽtiam pontificalis dignitatis, & poteſtatis priuetur Imperator, vt plenius



nius per eundem Præpoſitum in. c. 1. col. 1. in fin. cum ſequentibus 11. diſtinct.

Septimum fundamentum eſt, nam dicunt: ſi poteſtas Summi Pontificis temporalis eſſet ſuperior Imperiali, eſſet vniuerſalis, & oporteret quòd etiam poſſet eam exercere in Paga-
22 nos & infideles alios, quod † tamen non eſt, quia ſcriptum eſt: [De ijs qui foris ſunt, nihil ad nos, &c.] 1. Corint. cap. 5. text. in cap. ſiquis inquit. 1. quæſtione 1. cum alijs ſequentibus. Hieronym. in Epiſtola ad Oceanum inquit: [Alieni, & extra Eccleſiam ſunt Iudæi, hæretici atque Gentiles,] quod Ioan. Epiſtola prima confirmare videtur, inquiens: [A nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.] Hinc patres in Concilio Carthaginen. IIII. diffinierunt, dicentes: [hæreticorum cœtus, non Eccleſia, ſed conciliabulum eſt,] & probatur Matt. 18. Epheſ. 4. Canus libr. 4. de locis Theologicis cap. 2.

## *De iuriſdictione vniuerſali ſummi Pontificis in temporalibus.*

### *Tertia Canoniſtarum opinio.*

### SVMMARIVM.

1 CHRISTVS *habuit regnum ſpirituale & terrenum, & nu. 27.*

2 *Summus Pontifex habet duos gladios ex Chriſti inſtitutione, numero 18. & ſpirituali poteſtati ſecularis in Papa coniungitur, num. 20.*

3 *Lites omnes tam ſpirituales, quàm temporales, pertinent ad iudicium Summi Pontificis.*

4 *Summus Pontifex vniuerſaliter habet ſupremam poteſtatem, & n. 30.*

5 *Vicariatum elegit Chriſtus in Apoſtolica ſede.*

6 *Summus Pontifex tria iudicia iudicare poteſt.*

7 *Quadruplex eſt lepræ genus.*

8 *Nemo, quod non habet alij permittit.*

9 *Summus Pontifex, vacante Imperio, illud adminiſtrat, & Imperium vacans in illo reſidet, & numero 142. & qui Imperio vacante opprimuntur, ad Summum Pontificem recurrunt, & nu. 16.*

10 *Imperatoria poteſtas à Papa dimanat.*

11 *Summus Pontifex Imperatorem iudicat.*

12 *Papa poteſt in quocunque loco erigere dignitates, & nu. 74.*

13 *Papa concedit Regiam dignitatem.*

14 *Iuriſdictio Imperatoris ſubordinatur iuriſdictioni Pontificis.*

15 *Imperator habet exercitium temporalis iuriſdictionis.*

17 *Clemens Papa V. reuocauit ſententiam per Henricum VI. Imperatorem, contra Robertum Regem Siciliæ.*

19 *Hæreſes & ſciſmata orta ſunt ob denegatam obedientiam Summo Pont.*

21 *Omnes principes populi Chriſtiani Romano Põtifici oportet eſſe ſubiectos.*

22 *Gladium materialem Pontifex habet nutu, Imperator iuſſu.*

23 *Summi Pontificis attributa.*

24 *Verba D. Bernardi de Pontificis poteſtate.*

25 *Sentẽtia D. Auguſt. de poteſtate Petri.*

26 *Papa ſe habet ad Reges, ſicut Architectus ciuilis ad alios artifices ciuitatis.*

28 *Petrus accepit à Chriſto claues cæleſtis & terreni Imperij.*

29 *Quomodo intelligũtur verba illa, [Paſce oues meas] & nu. 32.*

31 *In Chriſto fuit poteſtas quædam excellentiæ, quam conſeruat Eccleſia.*

33 *In dubio non eſt recedendum à proprietate verborum.*

34 *Vita*

34 Vita in terris eſt tranſitus ad cæleſtia.
35 Conceſſa poteſtate ad aliquem principalem finem, conceſſa cenſetur ad omnia media illius finis.
36 Finis præcipit, dominatur, atque legem imponit.
37 Potiſsimum munus ſæcularium poteſtatum in quo conſiſtat, & de eodem, nu. 43.
38 Temporalia omnia ſunt acceſſoria & adiectitia ſpiritualibus.
39 Finis ſpiritualis poteſtatis eſt æterna felicitas.
40 Conceſſo antecedente, conceditur conſequens in materia iuriſdictionis.
41 Vita temporalis, & temporalia omnia per ſe ſunt imperfecta.
42 Poteſtas temporalis eſt medium ad vltimum finem vitæ æternæ.
44 Cæleſtis felicitas non promittitur habentibus terrenam felicitatem.
45 Homo ad quid fuerit creatus.
46 Eccleſia Catholica eſt vna, & vnum corpus myſticum, & alia eiuſdem attributa atque figuræ, & de vnitate Eccleſiæ, & nu. 50.
47 In omni bono regimine expedit, vt ſolus vnus dominetur, & pluralitas principatuum non eſt admittenda in vno Regno, & numero 48.
49 Monarchia eſt melior, quam Ariſtocratia.
51 In vnitate conſiſtit omne bonum.
52 Expenduntur multa fundamenta ex ſacra Scriptura pro hac opinione.
53 Samuel ſacerdos etiam in temporalibus regnabat in populo.
54 Matthias & Iudas ſacerdotes, & duces ſimul erant.
55 Melchiſedech ſimul ſacerdos & Rex fuit.
56 Iuriſdictiones quamobrem diuiſæ ſint.
57 Moyſes fuit ſacerdos ſimul & dux.
58 Phinees filius Eleazar fuit ſacerdos.
59 Elias Propheta occidit prophetas Baal.
60 Chriſtus, & poſt eum Petrus & Paulus, Eccleſiæ principes, aliquando exercuerunt gladium temporalem.
61 Poteſtatis temporalis exercitium, quà ratione iuſtum cenſeatur.
62 Eccleſia ratione peccati eſt ſuperior omnibus.
63 Iuriſdictio cognoſcendi non eſt diſtincta à iuriſdictione diffiniendi, ſeu puniendi.
64 Cognitio eſt antecedens neceſſariũ ſententiæ.
65 Peccata diuerſâ ratione puniuntur ab Eccleſia, atque à iudice ſæculari.
66 Summus Pontifex habet temporalem iuriſdictionem ratione pacis conſeruandæ, & probatur vniuerſali conſuetudine mundi, nu. 67. & numer. 74.
68 Argumentum à conſuetis eſt firmiſsimum.
69 Præſumendum eſt pro his, quæ diu agitata ſunt in Eccleſia Dei.
70 Quod conſuetum eſt fieri, non dicitur arbitrarium, ſed neceſſarium.
71 Conſuetudo tantò eſt efficacior, quantò eſt antiquior, & vniuerſalior.
72 Catholicum eſt, quod ſemper, ab omnibus, & vbique obſeruatum eſt.
73 Vniuerſale aliquid quot modis dicatur.
75 Synodi Nicænæ elogium de Eccleſiæ Romanæ poteſtate.
76 Stephanus Papa IIII. Imperium à Græcis ad Gallos tranſtulit, & nu. 144.
77 Pontifex Romanus Reges creat, vngit, & confirmat, & numer. 74. & eos transfert, & deponit, numero 85.

78 Gregorius



78 Gregor. V. Germanis conceſſit, vt eligerent Regẽ Romanorũ, & n. 88. & quanto tempore id poterunt, nu. 84.
79 Romanus Põtifex regẽ electũ approbat.
80 Rex Romanorum præſtat iuramentum fidelitatis Papæ, antequàm fiat Imperator: & infrà nu. 128. & forma iuramenti, num. 133. & non prius appellari poteſt Imperator, quàm à Romano Pontifice confirmetur, nu. 93. & habilitat eius perſonam in Imperatorem, nu. 129.
81 Pontifex Romanus priuilegium conceſsit aliquando imperãdi ex ſucceſſione vſque ad tertiam generationẽ, & quæ fuerit cauſa talis priuilegij concedendi, nu. 83.
82 Otto III. Imperator quo tempore imperauerit.
86 Græci ob hæreſim imperio priuati fuerunt.
87 Leges imperantes dominis temporalibus, vt Inquiſitoribus auxilientur, vnde profectæ ſint.
88 Quot & qui ſint Imperij electores, & eorum munera, & nu. 91.
89 Papa poteſt imperij electores mutare.
90 Electores Imperij quare de Alemãnia potiùs quàm aliũde fuerint deſignati.
92 Rex Bohemiæ additus eſt Imperij electoribus, & quare.
94 Henricus I. à Benedicto VIII. coronatus eſt.
95 Conradus à Ioanne Papa XX. coronatus eſt, & de eius legibus.
96 Henricus II. à Gregorio VI. Romæ coronam accepit.
97 Henricus à Papa Nicolao coronatur.
98 Rodolphus dux Saxoniæ iuſſu Gregorij VII. Summ. Pont. electus eſt Imperator.
99 Henricus IIII. Paſchali II. Summ. Pont pedes oſculatus eſt, & ab eo coronam accepit.
100 Lotharius IIII. quo tempore, & à quibus fuerit electus & coronatus.
101 Conradus II. electus Imperator, ante benedictionẽ Imperialẽ mortuus eſt.
102 Fredericus I. ann. 1155. coronatus Imperator.
103 Henricus V. fuit coronatus à Clemẽte III. Sum. Pontif.
104 Otto anno 1201. ab Innocentio III. Imperator coronatus eſt.
105 Fredericus II. ab Honorio Papa III. anno 1216. coronatur.
106 Landgrauius dux Thuringiæ ab Innocentio IIII. anno 1266. coronatur.
107 Guilielmus Comes Hollandiæ, Innocentij IIII. iuſſu eligitur in Regem Alemãniæ, & Imperator coronatur.
108 Alphonſus Rex Caſtellæ electus Imperator, benedictionem Imperialem impetrare non potuit.
109 Clemens Papa IIII. vacante Imperio, elegit vicarium generalem Imperij, anno 1267.
110 Benedictus VII. Sum. Pont. Micagislaũ principem Polonum Regem fecit.
111 Stephanus princeps Hũgariæ Regiã dignitatẽ à Benedicto VII. impetrauit.
112 Rogerius Rex Siciliæ creatus eſt à Sum. Pontifice.
113 Alphonſus dux Portugalliæ in Regem à Gregorio Papa III. erectus eſt.
114 Innocentius Papa IIII. Guillelmum dominum Siciliæ, Regem conſtituit.
115 Nicolaus Pap. III. cõceſsit regnũ Siciliæ Petro filio Ferdinandi Regis Caſtellæ.
116 Idem Nicolaus III. dedit formam magiſtratibus Florentiæ.
117 Bonifacius Papa VIII. conceſsit Regi Aragonum regnum Sardiniæ.
118 Gregorius Papa communi Florentiæ iuriſdictionem reſtituit.
119 Clemens V. Frederico filio Regis Caſtellæ Sardiniam conceſsit.
120 Ioannes XXI. an. 1316. vacãte Imperio, creauit Imperij vicarium in Italia Robertum Neapoli Regem.
121 Benedictus XII. Ioannem, & Luchinũ fratres, vicarios Imperij cõſtituit.
122 Paulus Papa Rorſum Ferrariæ Ducem inſtituit.

123 Alexan-

123 *Alexander VI. Ferdinandum Hiſpaniæ Regem Catholicum appellauit, & Indiarum regnum ei concesſit.*

124 *Pius V. Coſmum Medices ducem Hetruriæ creauit.*

125 *Pontifex Romanus examinat perſonā electam in regem, & talis examinatio quî fieri debeat, & ſolus ipſe poteſt ſupplere defectum, ſi quis interuenerit. nu.* 130.

126 *Imperator quando poſsit deponi.*

127 *Plus iuris habet Papa in Imperatorem, quàm reliqui Pontifices in Reges.*

129 *Literæ Clementis, quibus Henricum habilitauit ad Imperium.*

131 *Literæ Clementis, in quibus ſupplet defectum electionis Imperatoris.*

132 *Litere Frederici II. ad* Innocentium *III. quibus à ſede Apoſtolica recognoſcit Imperium: ſimiles literæ, nu.* 136.

134 *Forma coronationis Imperatoris.*

135 *Inſtrumentum Alberti Regis Romanorum, quo probatur Reges Romanorum accipere à Papa gladij poteſtatem: ſimiles literæ, nu.* 137.

136 *Literæ Henrici* I*mperatoris continentes ratificationem iuramenti.*

138 *Pontifex Romanus, poterit electores Imperij, tanquam filios adulterinos abdicare.*

139 *Literæ Clementis IIII. ad Electores Imperij, quibus illis interdicit, ne* C*onradinum eligerent in Imperatorem.*

140 *Literæ Electorum ad Gregorium X. quibus ab eo poſtulant ſibi concedi, vt Vincislaum* C*arolo IIII. Imperatori coadiutorem adiungerent.*

141 *Electores Imperij non poſſunt aliquem eligere in Regem Romanorum, Imperio non vacante.*

143 *Pontificis Romani eſt ſupplere negligentiam, vel infirmitatem Imperatorum.*

145 *Literæ Gregorij VII. ad principes Saxoniæ, quibus illis, &* I*mperatori mandat, vt à bello abſtineant.*

146 *Gregorius X. imperauit Venetis, vt vectigal ab eis impoſitum non exigerent.*

147 *Idem Gregorius Papa Florētinis trienniō ſacris interdixit.*

158 *Gelaſius I. excommunicauit Anaſtaſium* I*mperatorem.*

149 *Anaſtaſius II. Summ. Pont. Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit.*

150 *Innocentius I. excommunicauit Archadium Imperatorem.*

151 *Innocentius III. leges Imperatorum corrigens, ſtatuit vt omnis præſcriptio requirat bonam fidem.*

152 *Vrbanus III. leges* I*mperatorum abrogando, dedit licentiam viduis nubendi infra tempus luctus.*

153 *Felix* II. *excommunicauit Conſtantinum Imperatorem, & hæreticū declarauit.*

154 *Conſtantinus Papa I Iuſtinianum Imperatorem excommunicauit.*

155 *Gregorius II. Summus Pontif. Leonem Imperatorem excommunicauit.*

156 *Gregorius Papa III. eundem Imperatorem tanquam hæreticum condemnauit.*

157 *Nicolaus Papa* I. *Michaelem Imperatorem Orientalem, & Lotharium excommunicauit.*

158 *Gregorius* VII. *contra Henricum* I*mperatorem excommunicationis ſententiam protulit.*

160 *Vrbanus* IIII. *Fredericum ſciſmati fauentem priuauit, & excommunicauit.*

161 *Honorius* III. *& Gregorius* IX. *Fredericum ſecundum excommunicarunt.*

162 *Clemens* VI. *ducem Mediolan. ſolenniter excommunicauit.*

163 VII. *Boleslaum* II. *Regem Poloniæ excommunicauit, & regno priuauit.*

164 I*dem Gregorius bis ſolenniter priuauit*

*uit*



*uit Imperio, & excōmunicauit Henricum Imperatorem.*

165 *Alexander III. Summ.* P*ontif. priuauit Fredericum* I*mperatorem.*

166 *Innocentius III. depoſuit Ottonem Imperatorem, in eius locum eligens Fredericum Regem Siciliæ.*

167 *Innocentius IIII. dedit curatorem Regi* P*ortugalliæ Comitem Boloniæ.*

168 P*aulus* II. *Gregorium* P*ogebratium Regem Boemiæ de hæreſi damnauit, & priuauit regno.*

169 I*oannes* P*apa* XXII. *Ludouicum ducem Bauariæ omni iure priuauit.*

TERTIA eſt opinio
Canoniſtarum, te-
nentium quòd Sum.
Pontifices habeant
vniuerſalē poteſta-
tem, etiam tempo-
ralem vbique ſupe-
riorem poteſtate temporali Impe-
ratoris & Regum, etiam in eorum re-
gnis. Inquit enim Euangel. Matth. c.
18. [Donata eſt mihi omnis poteſtas
in cælo, & in terra.] Ex quo loco clarè
1 colligitur † Chriſtum habuiſſe ſpiri-
tuale & terrenum regnum. Vtriuſq;
autem regni claues Petro attribuit,
vt Nicolaus ait in Epiſt. ad Michae-
lem: [Chriſtus (inquit) B. Petro vitæ
æternæ clauigero terreni ſimul & cæ-
leſtis iura imperij commiſit.] Et pro-
batur ex tex. in c. omnes. 22. diſtinct.
ibi: [Petro æternæ vitę clauigero ter-
reni ſimul & cæleſtis imperij iura cō-
miſit.] Hinc Eccleſia cantat. [Tu es
paſtor ouium, princeps Apoſtolorum:
tibi tradidit Deus omnia regna mun-
di.] Facit etiam text. in cap. tibi do-
mino. 63. diſtinctione, & cap. alius.
cap. nos ſanctorum. 15. quæſtione 6.
cap. quia præſulatus. 1. quæſtione 4. &
cap. duo. 96. diſtinct. Et confirmatur
ex illo Lucæ cap. 22. vbi Dominus
duos gladios Petro concedit. Cum
enim diſcipuli dicerent. [Ecce duo
gladij hîc] Dominus non ait: [nimis
eſt,] ſed [ſatis eſt.] Quare Bernar-
dus lib. 4. de conſideratione, & Boni-
facius VIII. in extrauagan. vnam ſan-
ctam. de maior. & obed. ex hoc loco
2 deducunt, Pontificem † duos gla-
dios ex Chriſti inſtitutione habere.
Hinc meritò infertur, & probatur,
3 quòd omnes † lites, & conuentio-
nes, tam ſpirituales, quàm tempora-
les ad iudicium Summi Pontificis per
4 tineant, hac videlicet ratione, †
quòd vniuerſaliter habeat ſupre-
mam poteſtatem, vt habetur expreſ-
ſè in cap. quicunque litem. & in cap.
quæcunque contentiones. 11. quæ-
ſtione prima. Comprobatur inſuper
hæc ſententia, ex text. in cap. per ve-
nerabilem, qui filij ſint legitimi, ſic
dicente. [Si difficile, & ambiguum
apud te iudicium eſſe proſpexeris,
inter ſanguinem & ſanguinem, cau-
ſam & cauſam, lepram, & lepram, &
iudicium videris variari, venies ad
Sacerdotes Leuitici generis, & ad
iudices, qui fuerint illo tempore,
qui iudicabunt tibi iudicij verita-
tem: & facies quæcunque dixerint,
qui præſunt loco, quem elegit Do-
minus, ſequeriſque eorum ſenten-
tiam. Qui autem ſuperbierit, non
obediens ſacerdotis imperio, qui eo
tempore miniſtrabit Domino Deo
tuo, decreto iudicis morietur.] Hæc
ibi.

Ex quibus verbis denotatur ſum-
mum Pontificem habere ſpiritua-
lem, & ſpiritualium cauſarum cogni-
tionem vniuerſam. Nam Deutero-
nomus, ex vi vocabuli interpretatur
5 ſecunda lex. † Locus autem quem
elegit Dominus, ſedes eſt Apoſtolica,
vbi Chriſtus vicariatum conſtituit,
c. quanto de translatio. c. ad Apoſto-
licæ. de re iudicata, & c. vt noſtrū; vt

Eccle-

Eccleſiaſtica beneficia lib.6.Vnde cõ
6 cluditur,quòd† ipſe Pontifex tria poſ-
ſit iudicare iudicia, inter ſanguinem
& ſanguinem, quod pro criminali in-
telligitur iudicio,& ſeculari,quod ci-
uile dicitur : & inter cauſam, & cau-
ſam, id eſt, Eccleſiaſticam & ſæcula-
rem.Ex quibus patet,in eo eſſe ſæcu-
larium omniũ & ſpiritualium cogni-
tionem.Quod probatur Leuitic.cap.
7 13. vbi dicitur, quòd † omne genus
lepræ(quod quadruplex eſt,vt nota-
tur de pœnitent.diſtinct.1.§.denique
verſic.Moyſi) ſpectat ad ſacerdotem.
Facit c.autoritatem.in fine.15. quæſt.
6. vbi Papa cuidam Archiepiſcopo
permittit ſpiritualem & ſæcularem
gladij coercitionem contra facinoro-
ſos aliquos; quam permiſsionem vti-
que non poſſet facere,ſi ipſe non ha-
8 beret in ſe, quia † nemo alij, quod
ipſe non habet,permittit.l.indebiti.§.
ſed ſi nummi. ff.de condict. indeb. c.
quomodo.de conſecratione, diſtinct.
4.& l.ſi fundus.§.1.ff.de pignor.quod
oſtenditur in d.c.per venerabilem,
quia ibi Papa legitimat filios Regis
Franciæ,qui de aliena videbãtur eſſe
iuriſdictione. Sed oportet dicere,
quod illud facit ex ſua ampliſsima po-
teſtate.

Fulcitur etiam hæc noſtra ſenten-
tia aliâ non vulgari ratione. Nam Sũ-
9 mus † Pontifex, vacante Imperio,in
adminiſtratione ſuccedit,& imperia-
li vtitur poteſtate, donec alius fuerit
Imperator electus, vt habetur ex In-
nocentio III.in c. licet. de foro com-
pet. & ex Concilio Viennen. Clem.
Paſtoralis.de ſent. & re iudic.Ergo ſi-
10 gnum eſt †Imperatoriam poteſtatem
à Summo Pontifice, tanquam à ſum-
mo temporali principe, dimanare.
Optimus textus in extrauagant.ſi fra-
trum.§.ſanè in noſtram Ioann. XXII.
ne ſed. vacant.cuius hæc ſunt verba:
[Sanè,inquit, in noſtram, & fratrum
noſtrorum deductum eſt fama diuul-
gante notitiam,quòd licet de iure ſit
liquidum, & hoc olim fuerit incon-
cuſſè ſeruatum, quod vacante Impe-
rio, ſicut & nunc, per obitum quon-
dam Henrici Romanorum Impera-
toris vacaſſe dignoſcitur,cum illo ad
ſæcularem iudicem nequeat haberi
recurſus,ad ſummum Pontificem,cui
in perſona B. Petri terreni ſimul, &
cæleſtis Imperij iura Deus ipſe com-
11 miſit:] Hæc ibi.Facit,quia † Summus
Pontifex Imperatorem iudicat,24.q.
8.c. conuenior.auth. de non alienan.
vel permut.reb. & eius ſentẽtias nul-
las declarat. Clem. Paſtoral. 15.de re
iudic. & cum deponit de re iudic. c.
Apoſtolicæ. in 6. & transfert Impe-
rium; nam illud tranſtulit à Græcis
ad Gallos in perſonam Caroli, vt pro-
batur ex text.in cap.venerabilem.de
electión.& tenet gloſ. verb. cæleſtis,
in d c.omnes.

Hanc ſententiam tenuerunt etiam
gloſ.2. Innocen. Butrius Ioann.de Li-
gnian.Abb .Andr.Siculus. Felinus,&
alij in c.nouit.de iudicijs. Hãc tenuit
gloſ.in Clem.ad noſtrum.de hæretic.
Innocent. in cap. licet ex ſuſcepto.
de for.compet.gloſ.in c.cauſam 2.qui
filij ſint legit.Hoſtienſ.in c.per vene-
rabilẽ, & in ſum.eod.tit.& in c. ſuper
quibus.de verb.ſignif.Eandem tenet
Specul.in tit.de Legato §. nũc oſten-
dendum.verſ.39. & de reſcript.§.ra-
tione autem. verſic. Item obtentum
eſt.Ioan.Andr.in Clem. 1.de iureiur.
in gloſ. quę incipit: iſtud eſt contra
Ioannem, Archidiac. in c. quoniam.
diſtinct.10.Eandem tenuerunt aliqui
Legiſtę,vt Bart.in extrauag.ad repri-
mendum.in verb. [vniuerſam eſſe.]
Alexand.conſ.24.ad finem,vol. 5.Pau
lus de Caſtro in l. non ambigitur. ff.
de legib.Reſtaur.in tract.de Imperat.
quæſt. 5. Hanc tenuit Silueſter Prie-
rius in ſum.in verb. [Papa]num.12.&
14.



14.Archiepiſcopus Florentin.in ſum-
ma in 3.part. quæſt. 22. c.3. §.7. Et in
eodẽ c.cùm ad verum. refert Alberi-
cus in l.bene à Zenone.num.15.C.de
quadrien.præſcript.Ægid. Bellamer.
in cap. futuram. 12. quæſtione 1. te-
nuit Ioann.de Lignano antiquus do-
ctor,relatus per Abb. in d.cap.nouit.
Petrus de Monte in tract.de origine
iuriſdictionis quæſtione 1. Hanc te-
nuit Bald. conſilio 354. volum. 1. di-
12 cens, quòd † poteſt Papa in quocun-
que loco dignitates erigere. Specul.
in tit.de Legato.§.nunc oſtendemus.
13 dicens: quòd † à ſolo Papa impetran-
tur Regiæ dignitates. Hoc idem ad
eum ſpectare ob benemerita ait De-
cius in conſil. 261. Idem ob decorem
Reipublicæ Chriſtianæ dixit Abb. in
cap. Iudæis. de teſtib. Tum & alij
enumerati per Didacum Couarru in
Relect. ad reg. peccatum, de regul.
iur.in ſent. in ſecunda part. §. 9. nu-
mer.7.

Hanc opinionem communem eſſe
teſtatur Reſtaur.vbi ſuprà,Felin.in c.
nouit,col.2. num.3. Dec. ibidem nu-
mer.7.Cardinal.Zabarel. ibidem ait,
quòd apud omnes eſt receptum, vt
14 † iuriſdictio Imperatoris ſubordine-
tur iuriſdictioni Pontificis. Anton.de
Butr.c.per venerabilem.col. 6.ſub n.
10. verſic. mihi autem videtur, ait:
[Communis concluſio eſt, quòd ori-
ginaliter habitu, & exercitio fuerit
iuriſdictionalis poteſtas omnis in ſa-
cerdotio, & de ſacerdotio in Chri-
ſtum, & de Chriſto in Petrum, &
15 quòd † exercitium temporalis iuriſ-
dictionis habeat Imperator à Papa,
qui eum coronat.

Scimus, nec ſine mœrore meminiſ-
ſe poſſumus nõ paucos in lucẽ exijſſe
tractatus,nonnullos in Gallijs,quoſdã
in Germania, permultos verò in An-
glia excuſos,quorum autores vti ma-
gna pars hominum ad mendacium
nata ſæuiente bellorum ciuilium ra-
bie facilè Deum oppugnat,nõ ſolùm
abundè, & magnâ cum eloquentiæ
tum ingenij vbertate,ſed etiam acri
& obſtinatâ animi elatione hos Ec-
cleſiæ ſanctę ordines perturbare ten-
tarunt: adeò quidẽ vt tollere omni-
no P.M.autoritatem in temporalibus
ſperarint, ſed & quod magis eſt Re-
gibus & principibus in Eccleſia pote-
ſtatẽ adſtruere non dubitarint.Quic-
quid illi ad hæc ineptientes prodide-
rint, miſſum facimus, ſatis enim eſt
Deo totique Eccleſiæ, vt à titulis eo-
rum voluminum fœtor horrorem ſui
ſuppeditet, & Catholicis omnibus
vbique terrarum vno conſenſu con-
uenientibus in noſtram ſententiam,
mendacia ſua manifeſtè conuelli ex-
periantur.

Hanc eſſe communem etiam te-
ſtatur Franc.Victor.licet ipſe contra-
rium teneat tit. Vtrùm poteſtas ſpi-
ritualis ſit ſupra ciuilem.in 2.propo-
ſit. in princ. Idem teſtatur Præpoſit.
in c.cum ad verum.col.4.96.diſtinct.

Hanc eandem communem teſta-
tur Didac. Couarru. in relect. ad re-
gulam.peccatum. de reg. iur. in 6. in
2. part.§. 9. ſub numer. 7. vbi multos
Doctores eam tenentes citat, licet
ipſe eam nõ videatur affirmare. Hoc
idem teſtatur Mart. Doctor Nauarr.
in relect. ad cap. nouit.de iudicijs in
tertio notab. licet ipſe poſtea aliud
teneat.

Eandem non ſolùm veram ſuppo-
ſuerunt, & indubiam nonnulli Sum.
Pontifices, ſanctiſsimi & doctiſsimi
viri, verùm etiam multi ex ſanctis
Patribus, Eccleſiæ doctoribus.

Nicolaus Secundus, cuius verba
ſunt relata in cap. omnes: diſtinct.
22. ait: [Romanam Eccleſiam ſolus
ille fundauit, & ſuper petram fi-
dei mox naſcentis erexit, qui bea-
to æternæ vitæ Clauigero terreni

ſimul & cæleſtis imperij iura conceſſit. Innocentius III. vir ſummæ doctrinæ in c. licet ex ſuſcepto, de foro
16 competen. refert, quòd † vacante Imperio, qui opprimuntur, ad audientiã Papæ recurrunt.

Idem in cap. venerabilẽ, de elect. cum duo eſſent electi Imperatores diſcordes [Vnum (ait) putamus, & nominamus regẽ, alium reijci debere] probat ratione, & exemplo id munus ad ſe ſpectare. idem in cap. per venerabilem qui fil. ſint legit, ait. [Non ſolùm in Eccleſiæ patrimonio verùm etiam in alijs regionibus, certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem exercemus.]

Clemens V. in Clement. Paſtora-
17 lem. de re iudic. vbi vacante Imperio, ſententiam latam per Henricum Imperatorem contra Robertum regem Siciliæ rebellionis, & priuationis, nullam & irritam declarat: non tam, inquiens, ex ſuperioritate (quã ad Imperium non eſt dubium nos habere) quàm etiam ex poteſtate, quâ Imperatori ſuccedimus, vacante Imperio, & ex plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex regum, & Dominus dominantium in perſona B. Petri nobis conceſſit.

Bonifacius VIII. in extrauag. vnã ſanctam. de maiorit. & obed. ex mul-
18 tis probat † ſe habere vtrumque gladium, & eſſe caput vtriuſque poteſtatis. Hæc quoniam infrà referentur, & confirmabuntur, & veriſſima eſſe oſtendentur, propterea hoc in loco breuitatis gratiâ non extenduntur.

S. Cyprianus in Epiſtola. 3. ad Cornel.] Inde, ait, ortas hæreſes ac ſciſmata, quia ſacerdoti Dei nõ obtemperatur: nec vſus exiſtimatur in Eccleſia Dei ad tempus ſacerdos, & ad tempus Iudex.

D. Thomas ſuper 2. ſentent. diſtin. vltim. in expoſitione textus [ad quar-
20 tum, dicit quòd † ſpirituali poteſtati ſæcularis in Papa coniungitur, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet: hoc eo diſponente, qui eſt Rex, & ſacerdos.

Idem in opuſcul. 2. in titulo de re-
21 gim. princip. libr. 1. c. 1. & 6. ait: † [Romano Pontifici vicario Chriſti oportet omnes principes populi Chriſtiani eſſe ſubiectos, ſicuti ipſi Domino Ieſu Chriſto, qui non ſolùm ſacerdos, ſed etiam Rex eſt vocatus,] cap. 23. Hierem. D. Bernardus in libr. 2. ad Eugenium ait, quem etiam citant Abb. Andr. Siculus, & DD. in d. cap. nouit.
22 de iudicijs: † [Gladium materialem Põtifex habet nutu, Imperator iuſſu, miles vſu, vel manu.]

Idem lib. 3. ad Eugenium ait: [Age, indagemus adhuc diligentiùs, qui ſis, quam geras pro tempore perſonam
23 in Eccleſia Dei. Quis es? † Sacerdos magnus, Summus Pontifex: [Tu princeps Epiſcoporum, tu heres Apoſtolorum, tu primatu Abel, tu gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, autoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.]

Idem Bernardus libr. 5. ad Eugenium, de vtroque gladio loquens, Pontificẽ compellat his verbis: [Quid
24 tu † denuo vſurpare gladium tentas, quẽ ſemel iuſſus es in vaginam ponere? quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis: [Conuerte gladium tuum in vaginam:] tuus ergo, & ipſe, tuo forſan nutu, etſi non tuâ manu, euaginandus; alioquin ſi nullo modo ad te pertinet, & is dicentibus Apoſtolis: ecce duo gladij hîc, non reſpondiſſet, ſatis eſt; ſed nimis eſt: vterque ergo eſt Eccleſiæ & ſpiritualis (ſcilicet) gladius, & materialis: ſed is quidẽ ab Eccleſia, ille verò pro Eccleſia exercetur; ille ſacerdotis, is militis manu, ſed ſanè ad nutum ſacerdotis,





dotis, & iuſſum Imperatoris,]

B. Auguſtinus eandem opinionem tenet, vt refert Iuo in Decret. p. 10. cap. 75. ipſe verò Auguſtinus in libro 5. contra literas Petiliani, & ad Bonifacium, & Epiſtola 50. vt refert idem Iuo part. 10. cap. 59. dum Auguſtinus
25 oſtendit † eum iuſtè debuiſſe expellere impios ab Eccleſia, exemplo Chriſti flagellantis mercatores, & eijcientis ab Eccleſia, & Petri ferientis gladio ſeruum. Idem B. Auguſtin. in ſermone Apoſtolorum Petri & Pauli, qui incipit: [Fortis & humilis] inquit: O mira potentia! & ineffabilis gratia Saluatoris! Quis plebeium piſcatorem Apoſtolorum facilè caederet principem? & regibus obſiſtere, reges ſanctificare? regnis omnibus imperare? mundum legibus refrænare? dæmones pedibus calcare? iubere virtutibus? cælum omnibus aperire? cùm vellet, claudere? cùm placeret, immortale regnum conuerſis donare? negare peruerſis? merita mundi cognoſcere? culpas & crimina hominibus relaxare?].

Henricus de Gandauo doctor antiquiſſimus & doctiſſimus, & magnæ vir autoritatis, in quodib. 6. quæſtio-
26 ne 23. ait. [Secundùm hoc † ſacerdos Apoſtolicus ſe habet ad reges & principes, ſicut architectus ciuilis ad alios artifices in ciuitate. Sicut enim architectonis ciuilis eſt præcipere, qui, & quales debeant exercere ſciẽtiam Medicinæ, Rhetoricam, & alias artes: ſic ſacerdos Apoſtolicus debet conſiderare, qui, & quales regna & Principatus regere debeant, & bonos honorare, malos autem, & malè regentes deponere, & alios loco illorum ſubſtituere.]

Primum fundamentum, quo mouentur tenentes hanc opinionem, quod latè proſequitur Præpoſit. Mediolane n. in cap. cum ad verum. 96. diſtinct. & in cap. 1. 15. diſtinct. colu. tertia in fin. Illud eſt: [Nam quando Dominus noſter IESVS CHRISTVS venit in hunc mundum, & carnem noſtram aſſumpſit, tunc in ipſum omnis poteſtas, omnis iuriſdictio, quæ in mundo erat in perſonis Regum, & principum, ſacerdotum, & Pontificum, ex Dei permiſſu vel conceſſione, vel etiam quoquo modo vſurpata, à Deo in ipſum eſt translata, & illi vt daretur euocata eſt à cæteris omnibus.] Hoc ipſe teſtatur Matth. cap. vltimo, dicens. [Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra,] & propterea Ioann. cap. 19. Apocalypſ. dixit. [Quòd habebat ſcriptum in veſtimentis, & femore: Rex Regum, & Dominus dominantium.] Hoc per figuram (ait Præpoſit.) Oſtenſum fuerat in cap. ſecundo Daniel, quando de Chriſto loquens, ait: [Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam, tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, ex quibus ſtatua confecta erat:] & ſic traxit ad ſe & ſacerdotium, & omnem poteſtatem. Prædictum eſt, etiam per Hieremiam, cùm dixit: [Ecce ego conſtitui te ſuper Reges & Regna, vt diſſipes, & euellas, vt ædifices, & plantes.]

Dauid etiam in Pſalmo 8. dixit. [Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.] & Paulus ad Hebræos cap. ſecundo dixit: [In eo, quòd omnia ſubiecit, nihil dimiſſum, quod ei ſubiectum non fuerit.]

Pſalm. 2. ait Dauid: [Filius meus es tu, ego hodie genui te: poſtula à me, & dabo tibi Gẽtes hæreditatẽ tuam. & poſſeſſionem tuam terminos terræ.]

Quæ omnia conuenire Chriſto, non ſolùm vt Deus eſt, ſed etiam vt homo

homo, ait S. Thom. 3. p. quæſt. 8. art. 4. qui etiam conſtitutus eſt iudex viuorum, & mortuorum. Act. c. 10. Etiam in quantum homo, iuxta illud Ioann. cap. 5. [poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.] Per quod ita concludit D. Thom. 1. part. q. 59. art. 2. & communiter recipi, ait Nauar. in relect. ad c. nouit. de iudicijs De ſacerdotio ei dictum eſt: [Tu es ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedec.]

Cùm autem vellet ipſe recedere de hoc mundo, videns poteſtatem hanc vniuerſalē pro regenda Eccleſia ſua ſancta in ea neceſſariam eſſe; elegit ſibi Petrum vniuerſalem in terris
28 Vicarium, † in quem omnem hanc poteſtatem tranſtulit, & dedit ſub nomine clauium duarum, ſcilicet, cæleſtis, & terreni Imperij, prout promiſerat Matth. c. 16. quando dixit: [Tu es Petrus,] & ſic nomen ſuum proprium illi donauit; nam dictum erat; [Petra autem erat Chriſtus] & [ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meā,] Cùm ipſe teneret claues. Nam de eo ſcriptum eſt: [Habet clauem Dauid, quæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit] Dixit Petro: [Et dabo tibi claues regni cælorū, ſcilicet, vtriuſque Imperij.] Ita interpretatur Nicolaus Papa in c. omnes. relatus. 22. diſtinct. dicens [Clauigero terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura cōceſſit:] & gloſ. in d. c. cum ad verum, 97. diſtinct. & ſubijcit: [Et quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis.]

Hoc autem cum effectu præſtitit, in locum ſuum vniuerſaliter ſubrogando, quando, cùm ipſe eſſet paſtor ouium, qui de ſe dixerat: [Ego ſum paſtor bonus:] & cui Propheta nomine omnium populorū dicebat: [Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ,] ipſe (vt teſtatur Ioan. c. 20.) conſtituit Petrum paſtorem tribus vicibus idem verbum repetens, quò magis vniuerſalem poteſtatem oſtenderet: Dixit, [Paſce oues meas, paſce agnos meos, paſce oues meas,] quæ verba intelligenda ſunt de omnibus ouibus, & de omni populo tam ſpirituali quam temporali correctionis. Et propterea intelligitur de autoritate iuriſdictionis, & ordinis, vt exponit gloſ. ordinaria.

Hinc Præpoſit. in d. c. 1. 15. diſtin.
29 col. 9. num. 14. ait: † [Triplicatum fuit illud, Paſce, vt complecteretur omnem ſtatum fidelium, ſcilicet, incipientium, proficientium, & perfectorum.] Et Innocentius III. in cap. ſolicitæ. de maior. & obedien. ait: [dicens Dominus, Paſce oues, non dixit has, vel illas: & propterea reddit rationē Innocentius Conſtantino Imperatori, cur ipſum in literis ſuis auſus ſit increpare.]

Nec eſt nouum, quòd in ſacris literis verbū, [Paſcere,] importet etiam poteſtatem ſæcularem, vel temporalem. Nam certum eſt, quòd poteſtas data Dauidi, quando vnctus fuit in Regem de mandato Dei, fuit etiam temporalis, & tamen ipſemet in Pſal. 77. dixit [Elegit Dauid ſeruum ſuum, & aſſumpſit eum de gregibus ouiū, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hereditatem ſuam, & pauit eos in innocentia cordis ſui.]

Hoc idem patet ex dictis per Ezechielem cap. 34. vbi poſtquam pluries reprehendiſſet gubernatores populi, eò quod electi paſtores, ſe ipſos paſcerent, non greges, propter quod diſperſæ ſunt oues, & errauerunt, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum, poſtquam acriter comminatus fuit illis paſtoribus, dicens: [Requiram gregem meum de manu eorum:] dixit, [& ſuſcitabo



ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eas ſeruum meum Dauid: & ipſe erit in eis paſtor, & paſcet eas.] Quod autem ei voluerit per hæc verba, dare poteſtatem temporalem, apparet: nam dicit: [Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neque beſtiæ terræ deuorabunt eas,] quæ verba ſignificant poteſtatem temporalem.

Legitur in libr. 2. Regum cap. 5. quòd vniuerſa tribus Iſrael dixerunt Dauid: [Dixit Dominus ad te: tu paſces populum Iſrael, & tu eris Dux ſuper Iſrael, & vnxerunt Dauid in Regem ſuper Iſrael.] Omitto libens quæ à Philologis in eam rem ſolent adduci, idque vnum duntaxat non modò hæreticis ſed etiam Ethnicis & nominis Chriſtiani hoſtibus conſiderandum relinquo, ab Homero dici ποιμένας λαῶν, id eſt, paſtores populorum Reges & principes rei militaris, & propterea dicimus alibi Regium eſſe illud quod Chriſtus dicit Petro: ſeruile verò, quod reliquis Apoſtolis; quin ſi aliquis ineptias Gramaticales hæc duxerit conſulat licet, quæ magnus ille Archiepiſcopus Euſtathius ſcribit in Iliad. λ. vbi Reges ποιμαίνειν, ſeruos autem βουκολεῖν aſſerit: ſed ne à ſacris voluminibus aberremus id verbum [ποιμαίνειν,] quod eſt paſcere, Deo tribuit vates Pſalmographus, Pſalm. 79. ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡς πρόβατον τὸν Ἰωσήφ, quæ vulgata traductio ſic effert. Qui regis Iſrael, intende: qui deducis velut ouem Ioſeph [qui regis] verſum eſt, quod magis ad ſenſum quàm ad verbi ſignificatum faceret, cum debuiſſet dici, paſcis.

30 Sequitur ex his, † quòd regius quodammodo paſtor, & dominus paſtorum omnium ſit Summus Pontifex, tam ſæcularium quàm ſpiritualium, adeo vt eius poteſtas ſit vniuerſalis abſoluta, & indiſtincta, ſicuti ipſe eſt vniuerſalis, & abſolutus Vicarius Chriſti, vt dicunt gloſ. & Doctores in cap. quanto. de tranſlat. latè oſtendit Ioannes de Turre-cremat. in ſum. de Eccleſia, libr. ſecundo c. 37.

Hinc in Concilio dictum eſt: [Definimus Romanum Pontificem in B. Petro paſcendi, regendi, ac gubernandi vniuerſalem Eccleſiā plenam à Deo poteſtatem habere.]

Hîc Samuel figurans Summum Pontificem, cùm eſſet Pontifex rexit etiam temporaliter populum Iſrael. Idem legitur de Melchiſedech Geneſ. c. 9. & 14.

Tenentes alias opiniones, & præcipuè Franc. Victoria, vbi ſuprà reſpondent, quòd non valet conſequentia: Chriſtus fuit Rex Regum: ergo & vicarius eius: Nam (inquiunt)
31 † fuit in Chriſto quædam poteſtas excellentiæ (ſecundùm quod omnes Doctores confitentur) quam non reliquit Eccleſiæ. Hinc (inquit Victoria) hodie in Eccleſia non eſt poteſtas inducendi noua ſacramenta, nec deſtituendi iam deducta, nec remittendi peccata ſine ſacramento pœnitentiæ, & ſimilia: Nam quædam in eo erant poteſtates propter autoritatem perſonæ, quæ non poterat abuti poteſtate ſuā.

Sed facilè ex his, quæ infrà dicentur, replicari poteſt, quòd in his quæ pertinent, imò pernecceſſaria ſunt ad vniuerſale regimē Eccleſiæ, inter quæ eſt poteſtas ſuprema, etiam in temporalibus tranſlata eſt in ipſum omnis poteſtas, ac omnes aliæ poteſtates ipſi ſubiectę ſunt: quia (vt dicebat D. Thomas in dict. libro primo in opuſc. vigeſimo, in titulo de regimine Princip. cap. 14.) illi ad quem finis vltimi cura pertinet,

net,ſcilicet ſalutis,ſubijci debent illi,
ad quos pertinet cura antecedẽtium
finium, quæ eſt temporalis poteſtas:
& hæc ſuperioritas non eſt de illis,
quæ ratione excellentiæ non ſunt
tranſlata. Secundò reſpondebatur ex
dictis per Legiſtas, vt per Alberic. in
l.bene à Zenone C.de quadrien.pręſcript. per Dec. & alios in c.nouit.de
32 Iudicijs, quod † illud verbum [Paſce
oues meas,] debet intelligi reſtrictè
ad poteſtatem ſpiritualem, nam ſola
ſpiritualis fuerat promiſſa, quando
dictum erat Matth.cap.16. [Tibi dabo claues regni cælorum,] id eſt, poteſtatem ſpiritualem, vt executio ſit
conformis promiſsioni præcedenti.

Et quidem clauis ſummum in re qualibet ius, & dominium denotat, & quaſi quoddam Symbolũ eſt conſeruationis, & tuitionis. Iure ciuili ſimul atq; claues traditæ ſunt emptori, proprietas transfertur earum mercium quæ in horreo ſunt ad emptorem. §. Item, ſi quis, 45. Inſtit. de rer. diuiſion. l. clauibus. 74. ff. de contrah. empt. & l. 1. §. ſi iuſſerim. 21. ff. de acquir. poſſeſſ. ſed & in corporis humani conſtitutione vitę conſeruatrices ſunt illæ claues, quæ tanquam cordis propugnaculum illi circunſtãt, vt ex Theologis profert Gregor. Nyſſ. lib. de Hominis opific. cap. 30. Ecquis dubitet Petrum accepiſſe illas claues, cùm vt fidei dominium, & imperium ſumeret, tum vt ſtatus ſiue vitæ temporalis conſeruationem ſuſciperet?

Sed replicari poteſt, quod præfata
verba ſunt generaliter, & ſecundùm
propriam ſignificationem intelligẽ-
33 da, quia in dubio † non eſt recedendum à proprietate verborum. Imò
quod promiſsio ipſa, vt ſuprà dictum
eſt ſecundùm Doctores generaliter,
intelligatur de clauibus terreni, &
cæleſtis regni, ex eo clarè intelligitur
quoniam ad cęleſte regnum deueniri non poteſt, niſi habeatur tranſitus
per terrenum Imperium. Cùm ergo
data eſt poteſtas Vicario Chriſti ducendi oues ad cæleſte regnum, & ipſis eius portas aperiendi; oportet, ex
neceſſarijs antecedẽtibus ſit ei data
poteſtas ſuperior poteſtatibus omnibus regni terreni, per quod tranſire
debent, & quod eſt finis antecedens:
quia (vt dictum eſt ſecũdum D. Thomam) ad quem vltimi finis cura pertinet, ſubijci debent illi, ad quos pertinet cura antecedentium finium.
34 Non enim † eſt vita noſtra in terris
aliud quàm tranſitus, vt per terrena
tranſeuntes, accedamus ad cęleſtia.
Ideo ſancta Eccleſia ſolet Dominum
deprecari, vt nobis concedat, quòd
ſic tranſeamus per temporalia, vt nõ
amittamus æterna.

Secundum fundamentum pro hac
parte, quod fuit D. Thom. in illo tit.
de regimin. principum, declarat latè
Præpoſit. in d.c. cùm ad verum. coll. 7.
96. diſtinct. Ioann. de Turre-cremata
in ſumm. de Eccleſia, lib. 2. quæſt. 114.
verſ. ſecunda propoſitio (& eſt argu-
35 mentum valdè vrgens) † conceſſã
alicui poteſtate ad aliquem principalem & vltimũ finem, cenſetur etiam
conceſſa ſuper omnibus illis, per quę
ad illum finem peruenitur. Cùm ergo Petro, & ſucceſſoribus fuit conceſſa vniuerſalis poteſtas ad dirigendũ hominem ad vitam, & felicitatem
æternam, & ſic ad vltimum finẽ, debent illi ſubijci omnes ſæculares poteſtates, ad quas ſpectat dirigere homines ad virtutes, & felicitatem temporalem, quæ ſeruit tanquam mediũ
ad acquirendam æternam. Ideo dicebat D. Tho. vbi ſuprà: [Ei, ad quem
vltimi finis cura pertinet, ſubiecti eſſe debent habentes curam antecedentium finium.] Proptərea idem
D.Tho. 2.2. quæſt. 15. art. 2. ait: [Omnis perſona, vel ars, vel virtus, ad
quam pertinet finis, habet diſponere
de his, quæ ſunt ad finem.] Ariſt. in
36 libr. 1. Ethic. dicit, quod † finis præcipit, dominatur, atque legem imponit his quæ ſunt ad finem, vt ſecundum exigentiam fines debito ordine inter ſe coaptentur, & ad inuicem
ordinentur.

Huc tendit illud, quod dicebat
Henricus de Gandauo in quodlibeto 6. quæſt. 23. quando dicit [ſacerdos
Apoſtolicus ſe habet ad reges, & principes, ſicut Architector ciuilis ad
alios artifices in ciuitate.] Quod
etiã declaratur, & ratione corrobo-
37 ratur. Nam † cum potiſsimùm munus ſęcularium poteſtatum videatur
conſiſtere in conſeruanda iuſtitia,
pace, & abundantia, & in dirigendis hominibus ad virtutes, hæc videntur maximè deſeruire ſaluti animarum. Nam faciliùs, prouiſis populis de iſtis neceſſarijs, poterunt
dirigi ad ſalutem, quod valdè difficilè eſt, quando in mundo non eſt
pax, in populiſque non eſſet abundantia, & iuſtitia, ex quorum defectu homines alienãtur à via ſalutis,
& à paſtoribus non poſſunt dirigi.

Huc tendit, quod Zacharias dixit Chriſtum veniſſe ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, vt de manu inimicorum noſtrum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus noſtris. Et Dauid orabat, vt daretur militanti Eccleſiæ abundantia & pax, vt poſſent homines, ſublatis impedimentis, Deo ſeruire, & cæleſtem & triumphantem Eccleſiam ingredi. Poſtquam enim dixerat: [rogate quæ ad pacem ſunt, fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis;] ſubiecit [propter domum Dñi Dei noſtri, quæſiui bona tibi.]

Hinc etiam ſuper eo, quod dixit
Dominus Matth. cap. 6. [Quærite primùm regnum Dei, & omnia temporalia adijcientur vobis,] Notat ibi D.
38 Chryſoſtomus, quod † temporalia
omnia ſunt acceſſoria, & adiectitia
ſpiritualibus, vt etiam habetur in
cap. ſi quis obiecerit 1. quæſtione 3.
vt per Præpoſit. vbi ſuprà. col. 5. iuriſdictio namque temporalis (vt dicit Præpoſit.) tendit ad finem felicitatis politicæ tẽporalis, ad quam ho-
39 mo ordinatur per virtutes morales: †
finis autem poteſtatis ſpiritualis, eſt
felicitas ſuprema, & æterna, ad quam
peruenitur, mediante felicitate tẽporali: & ſic temporalis felicitas ſubordinatur ſpirituali. Nam (vt dicebat
Bea. Dionyſius, relatus per Bonifac.
VIII. in extrauag. vnam ſanctam. de
maior. & obedientia) infima per
media, in ſuprema deducuntur.
Conceſſa ergo à Chriſto facultate
Beato Petro & ſucceſſoribus, & autoritate vniuerſali & plena ad finem dirigendi homines ad vitam,
40 videtur etiam ipſi conceſſa ſuperioritas ſuper iuriſdictione temporali Imperatoris & regum, quæ
dirigit homines ad felicitatem temporalem, per quam deuenitur ad
ipſam æternam. Nam & Legiſtæ conſueuerunt dicere etiam in materia
40 iuriſdictionis, † cui conceditur conſequens, cenſetur conceſſum omne
antecedens, per quod ad illud deuenitur. l. 2. vbi Doctores ff. de iuriſdict. omn. Iudic. cap. 1. & in cap. præterea. de offic. delegat.

Hoc conſiderans Andreas Siculus in cap. nouit. num. 143. de iudicijs. dicebat. † [Vita temporalis, & omnia tẽporalia ſunt per ſe imperfecta, imò negligenda, niſi quatenus inſeruiant ad finem ſalutis:] & B. Thomas vbi ſuprà ait: [finis multitudinis humanę non eſt ſimpliciter viuere ſecundùm virtutem, ſed per virtuoſam vitam peruenire ad fruitionem diuinam:]

Et officium eſt Regis (ait) dirigere homines in præfatum finem ſuū.] Et Victoria vbi ſuprà dicebat: [Felicitas humana eſt imperfecta, & ordinata in beatitudinem ſupernaturalē, tanquam imperfectam, ſicut ars armorum fabricandorum ordinatur in militarem, & Imperatoriam; & fabricandi nauem in artem nauticam, & fabricādi vomeres in agriculturam.]

Huic argumento reſpondebat Franc. Victoria, negās minorem pro-
42 poſitionem, † quòd poteſtas temporalis ſit medium ad vltimum finem ſalutis æternæ; nam felicitas terrena, quæ eſt finis ipſius poteſtatis temporalis, eſt quid diuiſum & ſeparatum à felicitate cæleſti. Ad quod ſatisfacere
43 videtur, quòd in ſacris literis † cæleſtis felicitas non promittitur habentibus terrenam felicitatem, vt ſanitatem, diuitias, honores, prolem, & ſimilia: imò habentibus in hoc mundo preſſuras, perſecutiones, verbera, ludibria, tribulationes, & mortem. Propterea dictum eſt: [Beati pauperes: beati qui lugent, & qui perſecutionem patiuntur, & quibus maledixerint homines,] & ſimilia, vt Matth. c. 5. & alibi dictum eſt, diuitias eſſe ſpinas, & videtur Innoc. in c. ſolitæ. de maiorit. & obedien. confiteri diuerſitatem horum finium.

Sed ex dictis B. Thomæ in loco ſuprà allegato, & Ioannis de Turre-cremat. & aliorum facilè replicari poteſt, quòd non intellexerunt principaliter felicitatem hominum conſiſtere in diuitijs, & huiuſmodi, ſed in
44 virtutibus: dicunt namq́; quòd † officium principis temporalis eſt per poteſtatem ſuam homines remouere à vitijs, & dirigere ad virtutes morales, & ſic ad felicitatem terrenam, vt per eas aſcendendo ad Theologales, ad ſalutem & felicitatem æternam dirigātur. Et certè niſi poteſtas ſummi Pontificis eſſet tanta in vniuerſo orbe, vt poſſet mediantibus principibus arcere vndique lupos à gregibus, & vitia corrigere, impoſsibile eſſet, vt deduceret oues ſuas ad paſcua æterna. Reſpondebant etiam tenentes ſecundam illam opinionem, quòd argumētum hoc concludit pro eorū opinione, quòd Summ. Pontifex habeat temporalem in ordine ad ſpiritualia, nō autem abſolutè, & ſemper.

Veruntamen ex his quæ ſupradicta ſunt, replicatur, quòd imò ſemper,
45 & abſolutè. Nā † cùm homo ſit creatus ad Deum (vt docet Magiſter ſententiarum libr. 2. diſtin. 1.) fecit Deus rationalem creaturam, quæ ſummum bonum intelligeret, vt intelligendo amaret, amando poſsideret, & poſſidendo frueretur. Idem ibidem ſic ait [Si quæritur, ad quid ſit creata rationalis creatura, reſpōdetur, ad laudandum Deum, ad ſeruiendum ei, ad fruendum eo:] & finis hominis eſt fruitio diuina: oportet igitur hominē dum tranſit per temporalia, eaq́; omnia, quæ ipſi cōceſſa ſunt, omnes virtutes, felicitateſq́; terrenas poteſtates, & iuriſdictiones, de quibus prouidit Deus, illis mediantibus, ſublatis impedimentis omnibus, in pace viuentes neceſſarijs per abundantiam rebus prouiſum, directum à paſtoribus per viam ſalutis ad felicitatem nullo vnquam tempore ceſſaturam peruenire. Egregia profectò ſententia Cydonij Oratoris Græci, ἐν λόγῳ περὶ τοῦ καταφρονεῖν τὸν θάνατον, oratione de contemnenda morte, cuius Græca ſic Latinè efferuntur. [Homo nullo ſenſu deſtituitur, atque etiam omnia ea percipit; quorum cauſa ſenſus factus eſt. Itaque quod ad hos attinet cæterorum animalium nullo eſt inferior: ſed eius excellentia in eo poſita eſt, quòd natura rationē ſoli illi tribuit, ſenſuum ducem. Neq; verò his ſenſibus



ſibus hominem tradidit duntaxat, & vt illorum arbitratu duceretur permiſit: ſed rationis elegantiâ exornauit, & eam vitæ illius tanquam paſtorem quempiam, & magiſtrum præfecit, ac ipſum à reliquis gregalibus eâ diſtinxit, & quaſi præcipuâ generis notâ eum ſeparauit: per quam ſolam homo, inter animalia, Deum & agnoſcit & colit: fana ei conſecrat, & ſacra & vota facit, & ab eo tum ſibi tum alijs bona petit: & ſolus eorum quæ terram colunt veritatem nouit, ac in eius inquiſitione occupatus eſt. Virtutem exercet, leges ſancit, Reſpublicas inſtituit, & tum benefactorum præmia cōſtituit, tum maleficiorum certū pœnæ modum præfiniuit, atq; artes inuenit non tam ad neceſsitatē, quàm ad honorē elaboratas, eaſq; in commune confert, in omnibus ad diuinum exemplar reſpiciēs, ad quod & fabrefactus eſt, & ad quod ſua omnia componit] grauis admodum & neruis Chriſtianis ſuffulta ſententia, quâ vel quiuis innuere debeat omnes hominum ſiue principum, ſiue infimorum actiones, virtutes, iuriſdictiones & facultates componi & dirigi debere ad vnius, earum autoris cultum & obſeruantiam.

Tertium eſt fundamentum pro hac opinione confirmanda, quod fuit D. Thomæ & Bonifacij VIII. in extrauag. vnam ſanctam. de maiorit. & obedient. quod latè declarat & amplificat Præpoſit. Mediolanen. in cap. 1. 15. diſtinct. nume. 7. & ſequentib. proſequitur Albert. Pigh. in lib. de Hierarch. Eccleſiaſtica lib. 5. cap. 2. verſ. quod vt clarius.

Certum eſt, quod † Eccleſia ſan-
46 cta Catholica eſt vnica. Eſt & tanquā corpus quoddam myſticum, cuius caput eſt Chriſtus. Huius omnes Eccleſiæ per vniuerſum orbem exiſtentes ſunt membra. Ita habetur ex dictis Apoſtoli ad Coloſ. cap. 2. Auguſt. ſuprà cap. 25. Ioann. habetur in. cap. quemadmodum, in cap. præterea 23. quæſt. 7. Habetur propterea in articulis fidei: [Vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam:] & dicitur Eccleſia militans, vna, & non plures. cap. Eccleſia de conſecr. diſtin. 1. cap. 1. §. vna.

Hæc eſt ad inſtar cæleſtis, & habet eius ſimilitudinem. c. ad hęc. 89. diſtin. Hinc in Apocalyſi. cap. 21. dicitur: [Vide Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo:] In Cant. Canticorum dicitur de ea: [Vna eſt columba mea, perfecta mea.] Apoſtolus 1. ad Cor. cap. 12. dicebat: [Sicut multa membra in vno corpore habemus, omnia autem non eundem actum habēt, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.]

Hæc figurata fuit in ſcriptura ſancta per arcam Noe, vt dicebat Hugo lib. 1. de Arca. cap. 3. citatus per Præpoſit. in d. cap. 1. num. 3. qui dixit: [Arca Noe quam fecit ſecuribus & dolabris ex materia lignorum & bitumine Eccleſiam deſignat, quam Chriſtus fecit per prędicatores ſuos ex collectione populorum in vna fidei confeſsione.]

Hæc dicitur tunica inconſutilis Ioan. cap. 19. habetur in cap. ſicut. 16. quæſt. 7.

Eſt figurata in illo linteo oſtenſo B. Petro, tanquam capiti & paſtori, Act. cap. 10. in quo varia animantium genera incluſa erant.

Figuratur in ſagena miſſa in mare, varia piſcium genera congreganti. Matth. cap. 13.

Eſt figurata illâ vnâ ſcalâ Iacob, per quam, & in qua aſcendunt homines in cælum, contemplando, ac bene agendo, & Angeli deſcendunt miniſtrare.

Sed in omni poteſtate, & in omni bono regimine expedit, vt vnus ſolus

dominetur, cætera omnia ſint ſubiecta, & poteſtas vnius eſt multorum poteſtate valdè præſtantior. Dicebat Euſtathius in illud Homeri Iliad. β.

*οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔςω Εἷς βασιλεύς; ——*

*Non multos eegnare iuuat: rex vnicus eſto Vnicus & princeps ——*

Rationem illam dominandi reliquis præſtare, eò quod totius orbis conſtitutio eiuſmodi ſe habeat, vt Solē vnicum diei præſidem, Lunā noctis oculū admittat, ipſum verò regum regē mētem ſiue rationem in arce noſtra, quaſi vnicum Imperatorē collocaſſe: vnde, non iniuſtè Alexander vt Darij principatum euerteret, orbem ſoles duos ferre non poſſe dictitabat. Deinde apud Philoſophos idem obtinet. Ariſtot. in libr. 12. 14. & 15. Me-
48 taphyſ. & in 1. Polit. † [Melior eſt Monarchia, quàm Ariſtocratia.] Philoſ. in lib. 3. & 8. & hîc. Vnde Aug. in libr. de vitijs, & concupiſcentijs: [Principatus (ait) magis naturalis vnius in plures, quàm in vnū poteſt eſſe multorum.] Et D. Tho. in opuſcul. & loco ſuprà citato ait: [Sicut vnus eſt Deus, in triumphanti Eccleſia, ſic vnus in apibus eſt Rex, ſic & in multitudine membrorum vnum cor omnia mouens, & in partibus animæ potentialibus eſt vna potentia, quæ alijs præeſt, ſcilicet ratio.]

Ergo conuenit, imò ad bonum regimen neceſſarium videtur, quòd in Eccleſia ſancta vniuerſali, quæ vnica eſt, vnicum etiam ſit caput: cui omnia obediant, ſicut in Ezechiel. cap. 27. legitur: [Seruus meus Dauid ſuper omnes erit, & paſtor vnus erit omnium eorum.] Philoſ. in lib. 2. Metaphyſ. ait: [In quolibet genere cauſæ oportet vnum principium dare, ad quod poſteriora reducantur: [non
49 enim † pluralitas principatuum in vna ciuitate, vel regno, vel quacunque politia admittenda eſt. cap. quoniam in plerisq; de offic. ordinan. cap. non autem 1. quæſtione 1. ne naſcantur in pluribus capitibus diuiſio & deſtructio: & ne poſsit euenire illud, quod ſcriptum eſt: [Omne Regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur.]

Veriſimile itaq; eſt Deum & Dominum noſtrum huic Eccleſię ſubcęleſti (quam ita dilexit, vt eam proprio ſanguine redemerit, quam in quam erexit ad inſtar triumphantis, vt habetur ex dictis Pauli ad Hebr. c. 3. c. 9. & ſeq. cit. Vt declarant Andr. Siculus in cap. nouit, numer. 227. de iudicijs. Beroi. in rubric. de Conſtit.) cæleſtis Eccleſiæ typum commodaſſe, vt militaret illa vnico capite, ſicuti vnicum eſt caput triumphantis in cælo.

Eſt etiam veriſimile, quod eam elegerit viam in ordinanda hac Eccleſia, quæ in qualibet benè ordinata Repub. melior eſt, videlicet: vt vnicum eius ſit caput, quoniam ſcriptum eſt: [Dei perfecta ſunt opera,] Deuteronom. c. 30. Matth. cap. 5. & quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, ad Roman. cap. 13. & ſicut in triumphanti (vt ait Auguſt. ſuper Geneſ.) eſt vnum primum mouens, quod omnia alia ſubalternat (nam quamuis Deus ſuâ potentiâ omnia gubernet, cùm (vt ait Apoſtolus ad Hebr. cap. 1.) omnia portet verbo virtutis ſuæ, agit tamen mediantibus Angelis, qui ſunt ſpirituales ſubſtantiæ, vt tradit Auguſtin. lib. 4. de Ciuitate Dei) ita conuenit, vt Summus Pontifex caput Eccleſię militantis, Eccleſiam ſuam regat, mediantibus miniſtris, ſicuti Iethro ſocer Moyſi ipſum docuit.

Veriſimile etiam eſt Dñm Deum noſtrū voluiſſe per vnicum caput Eccleſiæ omnia gubernari, pro vnitate magis



conſeruanda, quam ſemper per ſanctos ſuos, & per ſemetipſum comēdauit, & præcepit: qui per Apoſtolum ad Epheſ. c. 4. mandauit ſeruis ſuis, vt eſſent ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis; & Act. c. 4. de primis fidelibus dicitur. [Erat multitudinis credentium cor vnum, & anima vna.] & ad Epheſ. cap. 3. dicitur: [Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma,] & in oratione, quam Chriſtus ipſe fecit pro electis ſuis, vt teſtatur Ioan. cap. 17. orauit pro eis Patrē, vt fiant vnum, & idem: in vnitate namq; cōſiſtit omne bonum. † Vnica
9 eſt domus Dei, in qua omnia bona habere poſſumus, de qua domo B. Auguſt. in lib. 7. de Baptiſ. c. ſi. relatus. in c. omnem. 24. q. 1. dicebat quod appellatur vnica columba, ſponſa ſine macula, hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquę viuæ, paradiſus cum fructu pomorum.

Qui tuebantur contrariā opinionem, dicebant hæc omnia eſſe vera quòd ſicut vnica eſt Eccleſia, ita habet vnicum caput, per quod in ordine ad ſpiritualia, & ad ſalutem omnia etiam temporalia regantur: ſed poteſtas temporalis ſimpliciter conſiderata, non quatenus eſt in ordine ad ſpiritualia, ſed ſolùm vt tendit ad felicitatem temporalem eſt quid penitus diuiſum, & ſeparatum à poteſtate Eccleſiaſtica, poteſt eſſe ſub alio principe, etiam non ſubdito quoad illam: nec per hoc ſcinditur vnitas Eccleſiæ.

Sed ex ſupradictis poteſt facilè replicari, quòd finis iuriſdictionis temporalis, & felicitatis tēporalis in Chriſtiano homine non eſt vltimus finis, ſed antecedens vltimo fini, & illi ſeruiens: & propterea qui eius curam habet, ſubditus eſſe debet illi, qui præeſt vltimo fini.

Et certè impoſsibile eſt apodicticè ſiue demonſtratiuè reſpondere huic fundamento. Nam ſi in regimen aliorum regnorum à ſapiētiſsimis & doctiſsimis viris poſt longas diſputationes determinatum eſt, non poſſe ea cōmodiùs regi, quàm per vnicum regē & dominū omnibus alijs ſuperiorem: hoc multò magis conueniens imò neceſſarium videtur dicendum in regimine Chriſtiani ſtatus, in quo cōtinentur omnes fideles coniuncti; tanquā in vno corpore. Is enim eſt Ec-
50 cleſia † (vt dictum eſt) vnica ab vnico omnium conditore creata ab vnico Redemptore Ieſu Chriſto redēpta, atque ex eiuſdem prouidentia gubernatur, de qua Matth. cap. 21. cùm vinea appellatur, dictum eſt, quòd vnus pater familias plantauit vineam, ab eodem patre familias gubernare fuit locata operarijs, miſsi ſerui ad percipiendos fructus, cuius palmites ita dicti ſunt coniūcti vnico Domino Chriſto, vt ipſe dixerit. [Ego ſum vitis, vos palmites, qui manet in me, faciet fructus, & qui non manſerit in ea, areſcet & in ignem mittetur.]

Vnico ſigno omnes ſignati ſumus, ſcilicet charactere impreſſo per ſacramentum baptiſmatis: militamus omnes ſub eodē Crucis vexillo, de quo dictum fuit: [In hoc ſigno vinces, finis etiam noſter vnicus eſt, ſcilicet, ipſemet Deus, à quo creati ſumus.]

Conuenit itaque, vt qui habemus principium, medium & finem in vnitate, etiam ab vno, & eodem vnico Chriſti vicario gubernemur.

Sic verò Deus ipſe ſtatuit: nam per Prophetam promiſſum eſt, quòd per vnum regem & paſtorem gubernaremur. Ezechiel cap. 87. ibi [Faciet gētem vnam, & ponet regem unum] & per eundem cap. 34. [Suſcitabo ſuper eos Paſtorem vnum] & c. 37. [Paſtor erit omnium veſtrum.] Quod & ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus cap. 10.

po.Ioann.promiſit,dum dixit[Et fiet vnum ouile,& vnus Paſtor.]

Quartum fundamentum pro hac opinione eſt in multis locis ſacræ ſcripturæ, tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento.

Hieremias c. 1. quem allegat Bonifacius VIII.in extrauag. vnam ſanctam.de maior.& obedientia. dicit Chriſto,& eius vicario in perſona Dei [Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas, & diſsipes, ędifices, & plantes.]

In lib.Deuteron. c. 17.citato & inducto per Innocentium III. in capit. per venerabilem. qui filij ſint legitimi,leguntur hæc verba: [Si difficile aut ambiguum apud te iudicium repereris,inter ſanguinem, & ſanguinem,lepram,& lepram,cauſam & cauſam:& videris iudicis verba variare, accede ad locum, quẽ Dominus elegerit,veniens ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit illo tempore: & iudicabunt tibi veritatem iudicij, & qui noluerit obedire ſacerdotis Imperio,qui tunc miniſtrauerit Domino, ex decreto iudicis moriatur] in quibus, verbis continetur poteſtas temporalis, tum quia generaliter dicit [inter cauſã,& cauſam.] tum quia particulariter ait.[inter ſanguinem & ſanguinem.] Et ſatis hoc oſtendit ſuperioritatem ſacerdotis in omnes iudices temporales.

53 Samuel † ſacerdos etiam in temporalibus regnabat in populo, & propterea dum populus petebat regem, & ipſe conferebat cum Domino hoc populi deſiderium,reſpondit Dominus:[Nõ te deiecerũt,ſed me,ne regnem ſuper eos.] Habetur in libr. 1. Regum.c.8.

Legitur in libris Machabæorum,
54 quòd † Matathias & poſt eum Iudas filius eius,quamuis eſſent ſacerdotes tamen erant etiam duces in bello, & gubernatores in populo.

55 Melchiſedec † etiam erat ſacerdos & erat Rex: propter quem Chriſtus vocatus eſt ſacerdos,ſecundùm ordinem Melchiſedec, & in Pſalm. 109. Hæc per Innoc.in.cap.ſolitæ.de maior.& obed.

Iſtis locis videbatur reſponderi poſſe per tenentes contrariam opinionem,quòd vera erant in lege veteri, ſed nõ in noua lege Chriſti(hęc enim eſt vetus hæreticorum cantilena) & ſic tempore perfectionis,in quo multa decreta facta ſunt diuerſa à lege antiqua ad maiorem perfectionem, vt quòd diligamus inimicos, quod oremus pro perſecutoribus, benedicamus maledicentibus, & ſimilia, vt ſacerdotes nobilioribus rebus in-
56 tenti ſint, † diuiſæ videntur iuriſdictiones:& propterea mandatum eſt, vt ſacerdotes non ſe implicent ſæcularibus negotijs.Paul. ad Timoth. cap.2.

Sed facilè ex ſupradictis replicari poteſt,quòd hæc vera ſunt quo ad cõtinuum exercitium temporalis iuriſdictionis,nã verba,in quibus hæc prohibentur,ſemper reſpiciũt exercitiũ, ſed non ſequitur:ergo ſublata eſt iuriſdictio, & ſuperioritas,quam habebãt antiqui ſacerdotes: quinimò verius eſt,quod multo maior eſt poteſtas ſum. Põtificis poſt Chriſtum,quoniam eſt ipſius vniuerſalis vicarius, cui data fuit omnis poteſtas in cælo, & in terra.

57 Moyſes † erat ſacerdos, nam legitur in Pſalm.38.[Moyſes & Aaron in ſacerdotibus] cap.porrò. 22. diſtinct. & tamẽ Ægyptium interfecit. Exod. cap.2. & mandauit Leuitis, vt interficerent Idololatras.Exod. cap.32. c. diſciplinę. diſtinct. 45. cap.quod crudele.23.quæſt.4.& c. non inferendæ. 23.quæſt. 3.

Phinees † filius ſacerdotis Eleazar, &



& ipſe ſacerdos,arrepto pugione mœchum Iudæũ cõfodit nomine Zãbri, coeuntem cum ſcorto Madianitide Cozbi nomine, & meruit pactũ ſempiterni ſacerdotij, vt legitur Numer. cap. 25. & can. occidit. 23. quæſt. 8.

Samuel ſacerdos, & iudex mandauit in fruſta concidi Agag regem. 1. Reg.c.15.23.q.5.

59 Elias † Propheta occidit Prophetas Baal.3. Regum c.28.& 29. & duos quinquagenarios regis Ochozię 3.Regum.c.1.c.quod Chriſtus. & c.ea vindicta.23.q.4.

Matathias ſacerdos & iudex, Zelator legis, occidit Iudæum falſis Dijs ſacrificantem.1.Macab.c.2.

Similiter poſt Chriſtum Dominũ
60 noſtrum † Petrus & Paulus principes Eccleſiæ,imò Chriſtus ipſe aliquando ex vrgenti cauſa exercuerũt gladium temporalem,

Chriſtus eiecit ementes, & vendentes de Templo,acceptis funiculis Ioan.c.2.c.vendẽtes.1.q.3. c.eijciens. diſtinct.88.

Petrus,primus eius vicarius,ad defenſionem magiſtri auriculam Malcho amputauit. Ioann. cap.18. cap.ſi Petrus.24. quæſtio.1. idque non leue myſterium in ſe continet eius quam in reges habuit poteſtatis: nam Malchus Syriacâ linguâ regem ſignificat. Idem exercuit eam iuriſdictionem in Ananiam & Sapphiram coniugem, quos diuinâ virtute occidit,Act. cap. 5.23.quæſt.8.cap. legitur c.occidit. & c.Petrus.

Paulus obcæcauit Elymam magum. Actor.cap. 14. Diſcipuli petierunt ignem deſcendere ſuper Samaritanos.cap.9. Luc.& cap. quod Chriſtus.23. quæſt.4. Reſpondebatur iſtis per Ioann.de Turre-cremata in ſum. de Eccleſia lib.2.quæſtione 116. verſ. ad ſecundum, quod hæc vera ſunt: ſed Chriſtus & Apoſtoli, vſi ſunt hac poteſtate ad finem ſpiritualem, & ſalutis.

61 Sed replicari poteſt, quòd adeò † ſunt connexa temporalia ſpiritualibus, vt & ipſa temporalis poteſtas nõ poſsit iuſtè exerceri, quin eius exercitium reſpiciat ſalutem, vel ratione peccati, corrigendo, vel in exemplum aliorum: ſemper enim iuſtitia ſeruit ſaluti vel eius, qui punitus eſt, vel aliorum.

Hinc etiam euenit: quod ſummi Pontifices legibus ciuilibus manus etiam appoſuerunt,vt infrà dicetur.

Adducitur per Bonifacium VIII. locus ille Euangelij Luc. cap. 22. vbi cum dixiſſet Dominus Diſcipulis, eos habituros contradictionem, ipſi dixerunt ei: [Ecce duo gladij hîc:] ipſe ſignificans vtramque poteſtatem illis remanſuram,reſpondit:[Sufficit:]& ita interpretarur D.Bernard. libr.5. ad Eugenium, vt ſuprà deductum eſt.

Sic quando de clauibus locutus eſt,vſus eſt numero plurium, dicens: [Tibi dabo claues regni cælorum,] non clauem.

Et licet Franciſcus Victoria dicat, quòd ille locus, ſcilicet, [Ecce gladij duo, hîc, ]patitur varios intellectus, propterea non videtur poſſe fieri in eo fundamentum: mihi tamen libet ſequi interpretationem D. Bernardi viri ſummæ ſanctitatis,& doctrinæ.

Adducitur & ille locus,quãdo Dominus dixit Petro: [Conuerte gladium tuum in vagina,]tum quia dicit gladium tuũ, ex quo ſignificatur poteſtatem temporalem eſſe ſuam, tùm etiam quia dicit.[Conuerte]quaſi dicat, cuſtodi in vagina & retine tibi. Non dixit proijce,abijce:voluit ergo eum habere poteſtatem, ſed abſtinere ab exercitio per ſe ipſum.

Addu-

Adducitur per Innocentium III.
in d.c.nouit.de iudicijs, illud quòd eſt
Matth.c.18.[Si peccauerit in te frater
62 tuus, dic Eccleſiæ] & ſic † Eccleſia ra-
tione peccati, eſt ſuperior omnibus,
vt latè per Ioann.de Turre-cremat. d.
quæſt.114.verſ.tertia propoſitio. Ex
quo videtur argui, quòd in omnibus
temporalibus delictis etiam ipſorum-
met Regum & Imperatorum, ratione
peccati Eccleſia, & ſummus Pontifex
caput eius eſt.

Reſpondebat Franciſcus Victoria
fol.42. id verum eſſe, quãdo iam con-
ſtat de iniuria, ſed dum quæritur, an
ſit iniuria, Iudex temporalis iudica-
bit.

Sed hoc non eſt tutum, nam regu-
63 lariter idem † iudex qui iudicat cau-
ſam cum annexis cognoſcit. Non poſ-
ſunt ſeparari commodè iuriſdictio co-
gnoſcendi, an ſit delictũ, & iuriſdictio
64 diffiniẽdi, ſeu puniendi. Imò † cogni-
tio eſt quid antecedens & neceſſa-
rium, ſine quo nulla vis eſt iudicandi
nulla via ſentẽtiæ vt in noſtro reſpon-
ſo pro defenſione iuriſdictionis ſancti
Officij regni Siciliæ diximus. Dicebat
65 etiam Victoria, quod † Eccleſia punit
peccata ad finem ſalutis, & tempora-
lis Iudex ad alterum finem, ſcilicet
pacandæ prouinciæ.

Sed replicari poteſt facilè ex his,
quæ ipſemet Victoria tenuit, vt ſuprà
66 relatum eſt, quòd † ſummus Ponti-
fex habet poteſtatem temporalem
ratione pacis conſeruandæ: & certè
iuſtitia in terris eſt optimum mediũ,
quo ducuntur homines ad ſalutem.

Adducitur poſtremò per eundem
Innocentiũ III. in c. venerabilem. qui
fil. ſint leg. locus Apoſt. 1. ad Cor.c.6.
vbi dicit: [An neſcitis, quia Angelos
iudicabimus, quanto magis ſæcularia?
ſæcularia iudicia ſi habebitis, cõtem-
ptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos con-
ſtiutite ad iudicãdum.] Hunc locum
ita etiam ponderat Alexander III. in
c.relatum.2.q.1.

Quintum & (multis alijs omiſsis)
67 vltimũ † fundamentum eſt à conſue-
tudine vniuerſali in omnibus ferè par
tibus mundi, & in omnibus ferè tem-
poribus. Nam obſeruatum eſt, & ſine
controuerſia, in omnibus ferè prouin-
cijs & temporibus, vt, ſummi Pontifi-
ces apponant manum in temporali-
bus gradibus, & exerceant ſuperiori-
68 tatem in principes & reges. Quod †
argumentum à conſuetis eſt receptũ
apud Legiſtas, & Canoniſtas, & apud
eos eſt probabile frequens, & tãquam
neceſſarium.

De eo apud Legiſtas eſt text. in l.
certi condictio.§.ſi nummos. ff. ſi cer-
tum petat. & ibi Bart. Ang. Alex. Iaſ. &
Doctores.

Apud Canoniſtas eſt text. in cap.
cum.M. Ferrarienſis de conſtitut. vbi
Butr. Ioan. Imol. Panormitan. Felin. &
69 Canoniſtæ. † Præſumendum eſt enim
pro his quæ diu agitata ſunt in Eccle-
ſia Dei. cap. conſtitutus: vbi Abb. de
religioſis domibus. Iuriſconſultus di-
cit eleganter in l.penult. ff. de conſtit.
princip. non eſſe recedendum ab eo,
quod diu ęquum viſum eſt: & Bald. in
l.quicumque. in 4.notabil. C. de ſeruis
70 fugitiuis. dicit, quòd † id quod conſue-
tum eſt fieri non dicitur arbitrarium,
ſed neceſſarium.

Et in hac quæſtione hoc argumen-
to vſus eſt Ægidius Bellamer. in cap.
futuram.12.quæſt.1. Et Præpoſit. in d.
cap. cum ad verum. col.3. verſ. clarum
71 eſt, quòd per Papam, † quæ conſuetu-
do tanto in hoc caſu efficacior vide-
tur, quanto eſt antiquior & vniuerſa-
lior. Imò propterea hæc opinio po-
teſt dici magis Catholica, quam quæ-
72 libet alia. Id namque † Catholicum
verè eſt, quod ſemper, quod ab omni-
bus, quod vbiq; creditum, & obſerua
tũ eſt. Hoc ipſa vis nominis declarat.
Nam



Nam omnia vniuerſaliter compre-
hendit, ſi ſequamur vniuerſitatem,
73 antiquitatem, conſenſionem. Ex † his
enim tribus, ex temporibus ſcilicet,
ex locis, ex perſonis, dicitur quid ve-
rè vniuerſale, & Catholicum, vt ele-
ganter docet Vincentius Lirinenſis,
Gallus vetuſtiſsimus, & doctiſs. Ec-
cleſiæ autor in libello quem ſcripſit
pro Catholicæ fidei veritate & anti-
quitate.

Cùm igitur probabitur tam ex ſa-
cris, quàm ex prophanis, approbatis
tamen & receptis omnium prouin-
ciarum hiſtorijs, quòd Summi Pon-
tifices iuriſdictionem temporalem,
quinimò hanc ſuperioritatem exer-
cuerint in omnibus orbis prouincijs,
& vſi fuerint eâ poteſtate, quæ per
Ieremiam capit. 1. eis eſt conceſſa.
[Conſtituto te ſuper Gentes & re-
gna, vt diſsipes, & euellas, ædifices &
plantes] cui ſubſcribit Iſidorus lib. 3.
cap. 53. & text. in cap. principes. 23.
quæſtione 5. proculdubio demon-
ſtrabitur, quod hæc opinio non ſo-
lùm eſt magis communis Doctorum,
& fortioribus rationibus confirma-
ta, ſed etiã popularis & plauſibilis fa-
cta, & magis per orbem recepta.

74 Nam † Romanus Pontifex Chriſti
vicarius, reges, atque imperatores,
& principes in terris conſtituit, vt
probat Innocent. III. his verbis in
epiſtola ad Colaianem illuſtrẽ Bulga
rorum Regem. [Rex Regum (inquit)
& Dominus Dominantiũ Ieſus Chri-
ſtus, Sacerdos in æternum ſecundum
ordinẽ Melchiſedech, cui dedit om-
nia Pater in manu pedibus eius ſub-
ijciens vniuerſa, cuius eſt terra, &
plenitudo eius, orbis terrarum, & om
nes habitantes in eo; imò cui flecti-
tur omne genu cæleſtium, terreſtriũ,
& infernorum: ſummum Apoſtolicę
ſedis & Eccleſiæ Romanæ Pontificẽ,
quem in B. Petro ſibi Vicarium ordi-
nauit ſuper Gentes, & regna conſti-
tuit, euellẽdi, deſtruendi, diſperden-
di, & diſsipandi, & ædificãdi, ac plan-
tandi, ei conferens poteſtatem. Cum
igitur, licet immeritò, eius vices ge-
ramus in terris, qui dominatur in re-
gno hominum, & cui voluerit, dabit
illud, vtpotè, per quem Reges re-
gnant, & principes dominãtur; cum
Petro & ſucceſſoribus ſuis, & nobis
in eo nouerimus eſſe dictum: Ego
pro te Petre rogaui, vt non deficiat
fides tua, ſed tu aliquando cõuerſus,
confirma fratres tuos; cum ex præce-
pto Domini oues eius paſcere tenea-
mur, populis Bulgarorum, & Blacho-
rum in ſpiritualibus, & temporalibus,
paternâ ſolicitudine prouidere vo-
lentes, eius autoritate confiſi, per
quem Samuel Dauid in Regem inũ-
xit, Regem te ſtatuimus, & per dile-
ctum filium Luciũ tituli ſanctæ Cru-
cis presbyterum Cardinalem Apo-
ſtolicæ ſedis Legatum, virum proui-
dum, & honeſtum, nobis inter cæte-
ros fratres noſtros acceptũ, ſceptrum
regium, ac regni tibi mittimus diade-
ma eius, quaſi noſtris tibi manibus
imponendum.] Hæc Innocent. III.
ſcripta nobis reliquit de Rom. Ponti-
ficis autoritate, quæ non ab homine,
neque per hominem, ſed à Dei filio
conſtituta multis ſæculis antea, cele-
berrima illa trecentorum decem &
octo Patrum Synodus in vrbe Nicæ-
na, autore Spiritu ſancto congregata,
& habita omnium quidem Sancto-
rum Patrum, ſed præcipuè Athanaſij,
Hilarij, Baſilij, Ambroſij, & Gregorij
Nazianzeni, præconio laudata, &
75 agnouit, & ijs verbis prædicauit: †
quia vt principio Petrus Saluatoris
Chriſti vicarius, religioni, eccleſijs,
cæteriſq; ad Chriſtum pertinentibus
præfectus, Chriſtiani nominis, princi-
pum prouinciarum, & omnium gen-
tium Dominus, & rector erat: ita ille,
cuius

cuius Imperium Romæ eſt,tanta quã tam Petrus habuit, autoritate fungens:omnium dominatum & Principatum obtinet,huic ſanctioni ſi quis repugnare, & obſiſtere auſus fuerit, totius Synodi decreto anathemati ſubijciatur.

Legitur in libro de vitis Pontificum,deſumpto ex Germanis autori-
76 bus per Franc. Ioan. Stunic. in vita† Stephani II.& in vita Leonis III.quòd Stephanus II.cum Imperium Romanum antea autoritate Syluestri Papę fuerit ab vrbe Roma, per Conſtantinum in Gręciam, & Conſtantinopolim tranſlatum,idem ab anno Chriſti plus minus. 754. à Græcis ad Gallos in perſonam Pipini reuocare & tranſferre cogitauit, quod poſtea anno Chriſti 801.Leo III.in perſonam Caroli Magni perfecit,vt inferiùs dicetur.Ita teſtatur Volaterran. in lib. 3. commentariorum,& Platina in vita Leonis IIII. Ait tamen Martinus Polonus Stephanum non tantùm incepiſſe, ſed etiã vltimo vitæ anno perfeciſſe in Carolo tunc in ætate iuuenili conſtituto,qui tamen coronam imperij non ab Stephano ſed à Leone III. aſſumpſerit,qua de re eſt decretalis venerabilem de electionib.

77 Romanus† Pontifex reges inungit,& confirmat, vt teſtatur Volaterran.in d.lib.3. c. Francorum origo: & Platina in vita Zachariæ,& Ioan. Villanus in chron.Florentiæ.lib.1. c. 19. quòd Zacharias Pontifex( abdicato Chilperico rege inutili) Pipinum ex maiore domus, ſiue palatij (qui Gallis dicitur, Maire du palais)regis Galliæ,regem fecit,& poſtea eundem & duos eius filios inunxit & confirmauit Stephanus Sum.Pontif.vt Paulus Diaconus ſcriptor probatæ fidei teſtatur in lib de origine & geſtis Francorum.cap.59. his verbis:[Stephanus Papa confirmauit Pipinum vnctione ſanctâ in regem, & cum eo inunxit duos filios eius Carolum Magnũ poſtea Imperatorem, & Carlomanũ in reges]Rex à Romano Pontifice coronatur Auguſtus, & Imperator ſalutatur, vt narrat idem Paulus Diaconus in cap.ſupradicto,his verbis:[Die ſacratiſsimâ Natalis Domini,cũ Rex ad Miſſam ante confeſsionem B. Petri Apoſtoli ab oratione ſurgeret;Leo Papa IIII.coronam Capiti eius imponit,& à cuncto populo acclamatum eſt:Auguſto à Deo coronato magno & pacifico Imperatori Romanorum vita,& victoria. Antea enim Dominus Carolus vocabatur ab omnibus Rex Francorum, & Patritius Romanorũ,ſed poſt laudes à Domino Apoſtolico more Romano & antiquorum principum ablato Patritij nomine, Imperator & Auguſtus eſt appellatus:]Hæc ex eodem libro Pauli diaconi excerpta in hunc locum contulimus, ex quibus apertè intelligimus Imperatorem,&.Auguſtum non antea dici ſolitum quàm poſt coronam acceptam à Romano Põtifice. Idque etiam Germanici ſcriptores fatentur, tametſi hæretici, & ex noſtris Ptolomęus Lucẽſis,& S.Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ. Georgius Merula in libris de rebus geſtis Viceconitum.Blondus,& reliqui,apud quos inuenitur ſcriptum,† Gregorium V.cõceſsiſſe Germanis principibus propter eorum in Rom.Eccleſiam beneficia, vt eligerent Regem Romanorum; ſed eâ tamen lege, vt autore Pontifice iuſtum & legitimum imperium poſsideat, neque poſsit Auguſtus, aut Imperator vocari, niſi priùs benedictione Imperiali à Romano Pontifice acceptâ. Idque ſeruari ſolitum ſcribit Innocentius VI. in Epiſtola de coronatione Caroli V. Imperatoris: [Inuncto (inquit) & coronato Rege, acclamarunt: Domino inui-



inuictiſsimo Imperatori Romano, ſemper Auguſto,ſalus,& victoria.]

79 Romanus† Pontifex ex priſca cõſuetudine regem electũ approbat,ad imperium promouet,Auguſtũ vocat, & inũgit,vt probatur ex verbis Ioannis Papæ VIII. [ Carolum hunc Magni Caroli nepotẽ approbauimus vnà cum annixu,& voto omniũ fratrum, & coepiſcoporũ noſtrorum, & ſecundùm priſcâ conſuetudinẽ ſolenniter ad Imperij Romani ſceptra proueximus, & auguſto nomine decorauimus,vngentes eum oleo extrinſecus, vt interioris hominis quoq; Spiritus ſancti vnctionẽ monſtraremus, conſtituentes ad imitationẽ,ſcilicet,veri Regis Chriſti Domini noſtri, ita vt quod ipſe poſsidet per naturã,iſte cõſequatur per gratiam.Deniq; non hic perpetuus Auguſtus ad tanta faſtigia ſe velut improbus intulit, non tanquam importunus fraude aliquâ, vel machinatione prauâ, aut ſcienti ambitione ad Imperialẽ apicẽ aſpirauit: abſit:neq; ſibi honorẽ præſumptuoſè aſſumpſit,vt Imperator fieret,ſed tãquam deſideratus,optatus,& poſtulatus à nobis,& à Deo vocatus, & honorificatus ad defendendã religionẽ, & Chriſti vbiq; ſeruos tuẽdos humiliter,atq; obedienter acceſsit, operaturus & roboraturus in imperio ſummã pacem,& tranquillitatẽ, & in Eccleſia Dei iuſtitiã,& exaltationẽ.Niſi enim nos talem eius cognouiſſemus intentionẽ, nunquam animus noſter fieret tam promptus ad ipſius prouectionem.]His dictis conuerſus ad ſanctam Synodum, dixit: Placet ne vobis?]reſponderunt omnes [placet] & iterum dixit: [ Conſentitis ne, ita?] omnes reſponderunt:[Cõſentimus.]

80 Pontifici † Romano maximo, Rex Romanorum iuramentum fidelitatis præſtat, antequã ad Imperiũ promoueatur,cuius iuramẽti formam habemus in diſtinct. 63. c. [Tibi Domino Ioanni Papæ, ego Rex Otto promittere,& iurare facio,&c.] Quã formã hodie Reges Romanorũ obſeruãt,antequam cõfirmentur, & Imperialem coronã accipiãt.Hęc Ptolomæus Lu-
81 cenſis in ſuis Chronicis. Romanus† Pontifex priuilegiũ conceſsit aliquãdo, vt ex ſucceſsione poſſent aliqui vſq; ad tertiã generationẽ imperare, vt teſtatur Ptolomæus Lucenſis, Richardus, & Coſſentius in ſuis Chroni
82 cis his verbis: [Sub † Põtifice Ioanne XIIII.imperabat Otto III. ex ſucceſſione patris, priuilegio cõceſſo Ottoni I.per Papã Leonem VIII.præſente Concilio celebrato Romæ, quod habetur diſtin. 63.c.in Synodo, non tamen adhuc perceperat ab Eccleſia,vt eius pater, imperialem coronã, ſed à Greg. V. conſanguineo ſuo fuit coronatus, à quo impetrauit vt electores inſtituerẽtur ex Germania: idq; factũ eſt propter ſumma beneficia, quibus tres Ottones ſibi inuicẽ ſuccedentes Romanam Eccleſiã affecerũt. Altera fuit cauſa,deuotio magna Germanorũ in ſanctos Apoſtolos Petrũ & Paulũ,quæ quanta ſit, cognoſci poteſt ex eorum peregrinatione ad ſanctos Petrũ & Paulum.Illud autẽ animaduer-
83 tendũ eſt,† huiuſmodi priuilegiũ cõceſſum fuiſſe non in fauorẽ Germanorum,ſed in Apoſtolicæ ſedi beneficiũ, ita vt ſi cauſa illa prima deſierit, poſſit etiam effectus deſinere. Quamobrem iure B.Thomas Aquinas, Auguſtinus Anconitanus, & D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, viri doctrinâ & ſanctitate inſignes, cum de hac re ſcriberent, hoc in primis
84 notarunt, † electionem Germanorũ cepiſſe ſub Gregor.V.ſed tandiu perſeueraturam,quoad Romana Eccleſia
85 expediens iudicauerit,† cuius eſt regna transferre, & principes de ſua ſede deponere, vt eſt apud Ierem. Proph.

Proph. Et probari poteſt exemplis multorum, qui à Romanis Pontificibus depoſiti ſunt partim propter hæ-
86 reſes, vt † Græci partim quòd Eccleſiæ Romanæ infeſti eſſent, vel illam ab infeſtatione aliorum non liberarent. Hinc ortæ fuerunt illæ ſacratiſsimæ
87 Pontificum leges, † quibus præcipitur dominis temporalibus, vt auxilientur Inquiſitoribus aduerſus omnes hæreticos: quod ſi in hoc cõtumaces aut negligentes fuerint, excõmunicantur, & honore priuantur, ac eorũ territorium interdicto Eccleſiaſtico ſubiacere debet. c. ad Abolendã. §. penult. c. ex communi. §. moneantur. de hæret. auth. ſi verò. C. de hæretic. & ſtatuimus. de Epiſcopal. audien.

Gregorius Papa V. inſtituit Electores Germanos, vt teſtantur autores multi. B. Thomas Aquinas in lib. 3. de regimine principum, his verbis: [Per Gregorium V. vt hiſtorici tradunt, genere Teuthonicum, prouiſa eſt electio, vt per ſeptem principes Alemaniæ fiat, quouſque ab iſto tẽpore perſeueret, quod eſt ſpatium 270. annorum vel circa, & tantùm durabit, quantum Romana Eccleſia, quæ ſupremum gradum, & principatum tenet, Chriſti fidelibus expediens iudicauerit.]

Martinus Pœnitentiarius, qui & Polonus in Chronicis Summ. Pontif. & Imperatorum, ſcribit nomina electorũ: & de Ottone his verbis: [Otto III. à Gregorio V. conſanguineo ſuo in Imperatorem eſt coronatus,] & paulò poſt [ducens aliquos ſecum nobiles Romanos in Saxoniã eſt reuerſus.] Eiuſdẽ autem Martini de electoribus imperij verba ſunt. [Inſtitutum
88 autẽ fuit poſtea, vt † per officiales imperij, Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptẽ, videlicet primò tres ſunt Cancellarij iſti; Magũtinẽſis Archiepiſcopus Cãcellarius Germaniæ, Archiepiſcopus Treuerenſis Galliæ, Archiepiſcopus Colonienſis Italiæ, Marchio Brandeburgenſis Camerarius eſt: Palatinus Dapifer, dux Saxoniæ enſem portat Rex Bohemiæ, Pincernã agit: vnde verſus.

*Maguntinenſis, Treuerenſis, Colonienſis.*
*Quilibet Imperij fit Cancellarius, horum:*
*Eſt Palatinus Dapifer: dux portitor enſis:*
*Marchio præpoſitus Cameræ Pincerna Boemus.*

Ptolomæus Lucenſis in Chronicis Summ. Pontif. [Gregorius V. ad petitionẽ Ottonis electores inſtituit, qui ſunt vti officiales imperij, tres Cãcellariæ triũ, videlicet, nationum quoad imperiũ principale pertinebãt. Quia Germaniæ eſt Archiepiſcopus Magũtinenſis: Galliæ eſt Archiepiſcopus Treuerẽſis: Italiæ verò eſt Archiepiſcopus Coloniẽſis: Comes Palatinus Dapifer: dux Saxoniæ, qui portat enſem, Marchio Brãdeburgenſis Camerarius: Rex Bohemus, Pincerna.] Quidam dicũt, quod ad tollendã electionis diſcordiam iſte eſt additus, ſed falſum eſt: quia Rex Bohemiæ ita eſt officialis imperij, ſicut alij ex officijs aſſumpti ſunt, vt ſuprà dictum eſt.

Auguſtinus Anconitanus in lib. de
89 poteſtate Papæ: [ſicut † Papa poteſt eligere Imperatorem, ita potuit electores Imperatoris inſtituere, & inſtitutos mutare ex cauſa rationabili, ſicut & Imperatorem electum poteſt non confirmare, & confirmatum deponere, ſecũdùm quòd Gregorius V. tempore Ottonis Imperatoris, cõuocatis & conquiſitis principibus Alemaniæ ſeptẽ electores inſtituit, officiales ipſius curiæ imperialis, quatuor laicos, vt Regẽ Bohemiæ, ducem Saxoniæ, comitem Palatinum, & Marchionem Brandeburgenſem, & tres clericos Archiepiſcopos Magũtinenſem, Treuerenſem, & Colonienſem.
90 Cauſa † autẽ, quare de Alemania ſolũ prædicti electores ſunt aſſumpti, cõmuniter triplex aſsignatur. Prima fuit, quia de Alemania fuerũt principes, qui liberarũt Eccleſiam de ſeruitute Lõgobardorũ & impiorũ Romanorum. Secũda deuotio illius populi ad S. Apoſtolos, quod apparet ex eorũ continua peregrinatione ad viſitãdum Eccleſias Apoſtolorum. Tertia fuit voluntas ipſius Papæ Gregorij, qui de Teuthonica gente fuit natus, & Ottonis conſanguineus.] Hæc ſcribit Auguſti. Anconitanus, quæ refert iiſdẽ verbis B. Antoninus Archiepiſc. Florentiæ, qui hoc etiã ſubdit: [Sicut ab Apoſtolica ſede hoc illis eſt cõceſſum, ita cum expediret vtilitati, & paci Chriſtianitatis, poſſet immutari.

91 Blondus Flauius Decadis. 2. lib. 3. † Gregorius V. eam fecit de Imperatoris electione ſanctionẽ, quam hucuſq; per annos ſupra quadringentos ſeruatam videmus, ſolis licere Germanis, qui inde electores ſunt dicti, principẽ deligere, qui Cæſar tunc & Romanorũ Rex dictus, ſi à Sum. Pontifice coronabitur, imperator Auguſtus nominatur. Suntq; hi electores, Maguntinus, Treuerenſis, & Coloniẽſis, Archiepiſcopi, & Marchio Brandeburgenſis: Palatinus comes, dux Saxoniæ: Rex Bohemiæ. Diſtincta ſunt autem inter eos officia, vt tres primi ſint Cãcellarij, Germaniæ primus, ſecundus Galliæ, tertius Italiæ: Brandeburgenſis Marchio Camerarius, Comes Palatinus Dapifer, dux Saxoniæ enſis portitor, Rex Bohemiæ ſit pincerna, ſecundùm eam ſanctionem promulgatam. Otto in Germaniam rediit, Gregorius verò V. Põtifex, poſt annũ ſecundum & menſem ſeptimum ſuæ coronationis in ferijs, annum, in quo hæc ſanctio à Pontifice Gregorio facta eſt, ſecundum ſupra milleſimum Chriſtianæ ſalutis fuiſſe inuenimus.

Conuenit cum omnibus his Ioan. Cuſpinianus in hiſtoria de Cæſaribus. Platina hoc tantũ addidit: [Sunt qui
92 ſcribunt, † Bohemiæ Regẽ ſeptimum electorem Imperatoris Pincernã eſſe, huncq; in eligendo additum eſſe ad tollendã diſcordiam partiũ, ad vtros enim inclinaſſet illa pars, certi potior habeatur.] Raphael Volaterr. ſcribit fuiſſe tantùm ſex electores inſtitutos, non enim addit regem Bohemiæ.

Quod autem in illa Gregorij V. cõ-
93 ſtitutione cautũ fuerit, vt † electus Rex Romanorum, neque Auguſtus, neq; Imperator dicatur, niſi à Romano Põtifice coronatus antea fuerit, teſtantur omnes qui libros de rebus geſtis Pontificũ, & Imperatorũ conſcripſerũt. S. Antoninus Archiepiſc. Florentinus, Flauius Blondus, Georgius Merula, Platina, & Raphael Volaterr. ſed ne ſingulorũ teſtimonia enumerẽ ſatis erit duos Germaniarũ rerũ ſcriptores nõ vulgares in mediũ proferre.

Henricus Mutius in Chron. de Germanorũ prima origine, moribus, & inſtitutis, quæ autor ipſe ex probatioribus Germanicis ſcriptoribus ſe habuiſſe affirmat, in lib. 13. hæc ait: [Gregor. V. filius Ottonis ducis Sueuiæ, cognatus Ottonis III. Bruno antea dictus, coronauit Ottonẽ III. & Auguſtũ appellauit. Huius Ottonis tẽpore electores ſunt inſtituti, qui nõ alium eligant, quàm Germanis parẽtibus natũ. Statuit quoque idem Pontifex, vt qui poſt electionẽ primùm appellatur Romanorũ Rex, coronatus verò, & vnctus, benedictioneq; accepta à Romano Põtifice, tum demũ appellatur Imperator Auguſtus:] Hæc Mutius. Idẽ & Albertus Crantzius ſcriptor apud Germanos non impurus, dicit puriſſimè, in lib. 1. Hiſtor. c. 14. [Non habetur (inquit) Imperator, niſi quẽ Roman. Pont. confirmauerit, & cõſecrauerit: Domini eſt terra, & plenitudo eius; ipſe transfert regna, & imperia,

dignisſimeq; ad ſuũ in terris vicariũ
hoc ſacrum miniſterium delegauit.]
Hoc hiſtoriarum autores ſcriptum
nobis reliquerunt, ſed nemo meliùs
quam ſacræ Scripturæ autoritas nos
docet, adminiſtrationem imperij ſolâ
electione non confirmari. Samuel
enim ex mandato Domini elegit, &
aſſumpſit Saulẽ, ſed adminiſtrationẽ
nõ ſuſcepit, antequam inungeretur,
& adhibita eſſet ſolennitas, quę nar-
ratur in lib. 1. Regum. Idem & in Da-
uide, & Salomone factum legimus.
Idem & in Chriſtianis à regibus Ro-
manis Pontificibus coronatis, vt ſe-
quentia exempla docent.
94 Benedictus † VIII. Ottone III. mor-
tuo coronauit Henricum I. ab omni-
bus principibus electoribus, ſecun-
dùm conſtitutionem Gregorij V. ele-
ctum, qui tamen non antea Impera-
tor habitus eſt, quàm coronã accepiſ-
ſet à Benedicto VIII. vt ſcripſit Ptolo-
mæus Lucenſis, anno Domini 1004.
Mortuo Henrico I. cum vacaſſet
95 Imperium tribus annis, † Conradus
de Gente ducis Saxonum eligitur à
ſupradictis principibus, & à Ioanne
Papa XX. coronatum. Poſtea verò
quàm coronam habuit à Summ. Pon-
tifice, Imperiales leges multas edidit.
Hæc in Chronicis Germanorum, &
Ptolomęi Lucenſis.
96 Anno Domini 1062. † Henricus
II. Conradi filius iam electus in Im-
perarorem, venit Romam, & à Gre-
gorio VI. coronam accepit imperij,
electione iteratâ, quia coronatus fue-
rat à Clemente ſciſmatico, vt ſcribit
Ptolomæus Lucenſis.
97 An. Domini 1076. † Nicolaus na-
tione Burgũdus, Henrico iam in Im-
peratorẽ electo, quem Germani regẽ
appellant, coronã dedit, de quo in di-
ſtin. 24. [Saluo (inquit) honore & reue
rentiâ dilecti filij noſtri, qui in præſen
tiarũ Rex habetur, & futurus Impe-
rator (Deo concedente) ſperatur, ſi-
cut iam ſibi conceſſimus, & ſucceſſo-
ribus illius] vbi gloſ. dicit ex his ver-
bis patere, perſonale priuilegium
fuiſſe, & generi non commune.
98 An. Dñi 1091. Depoſito † Henrico
IIII. electus eſt ex mãdato Gregorij
Papę VII. per principes Alemãnię Im
perator dux Saxonię, vocatus Rodul-
phus, vt ſcribit Martinus, & Ptolo-
mæus Lucẽſis, & ante illos Helmõdus
presbyter Eccleſiæ Lucenſis, qui fuit
eiſdẽ ferè temporibus, quibus Greg.
VII. ſcripſit autem autor ille in ſua hi-
ſtoria, quæ ſequuntur: [Percunctanti
Dño Apoſtolico, quiſnã in Germania
eſſet dignus tanto Imperij culmine,
deſignatus eſt Rex Sueuorũ Rodul-
phus, eò quòd eſſet vir bonus, ama-
tor pacis, & circa cultũ ſacerdotũ &
Eccleſiarum maximè affectus, cui D.
Papa auream tranſmiſit coronã hoc
verſu inſcriptũ. Petra dedit Romam
Petro, tibi Papa coronam. Præcepit-
que Maguntino, & Colonienſi, cæte-
riſq; Epiſcopis, & principibus, vt Ro-
dulphum ſtatuerent in regem.]
99 Ann. D. 1110. † Henricus IIII. ve-
nit Romã, vt coronaretur à Paſchali
II. non habens coronam Imperialem:
cum igitur promitteret ſe inueſtiturã
Epiſcoporũ, Abbatũ, & clericorũ non
ampliùs vſurpaturum, Paſchalis II. ſe
illi coronã daturũ promiſit. Cum igi-
tur Henricus oſculatus eſſet pedes
Pontificis in gradibus S. Petri, Ponti-
fex, & Henricus ſe manu tenẽtes ad
portam argenteam peruenerunt, vbi
oſculato pede, vt teſtantur Chronica
Martini, & Ptolomæi, dominus Papa
deſignauit Henricum Imperatorem.
An. Domini 1126. poſt mortẽ Hen-
100 rici IIII. † Honorius II. miſit Legatos
in Teuthoniam, pro pacifica electio-
ne facienda: vnde conuenerũt prin-
cipes in vnum locum, & omnium cõ-
ſenſu Lotharius Dux Saxoniæ eligi-
tur,



tur, qui fuit ſextus Imperator per ele
ctionẽ, & à Frederico Archiepiſcopo
Coloniẽſi benedicitur, & inungitur:
hoc autem intelligendum eſt, quan-
tum ad regnum Alemaniæ, vbi argẽ-
tea corona porrigitur.
Anno quarto Innocentij II. Ponti-
ficatus Lotharius Rex Alemaniæ &
Imperator electus cum magno exer-
citu veniens in Italiam Innocentium
in vrbem Romam reducens, & fa-
ctionem Petri Leonis ſciſmatici ex-
ſtirpans in ſolennitate Paſchali in Ec-
cleſia Lateranenſi ab Innocentio im
perij coronã accepit. Hic poſt ſuam
coronationem accẽſus zelo Dei & fi-
dei tanquam verus Catholicus & Ec-
cleſiæ aduocatus, vires Imperij exci-
tauit cõtra Rogerium Regem, vt ſcri
bit Martinus Polonus.
101 Anno Domini 1545. † Cõradus II.
poſt mortem Lotharij Imperator eli
gitur à principibus, ſed quia non fuit
coronatus à Romano Pontifice, mor
tuus eſt ſine benedictione Imperiali:
Vnde tres fuerunt Conradi Reges
Germaniæ, & vnus ſolus Imperator:
ſic Ptolomæus Lucenſis.
102 Anno Domini 1155. † Fredericus
I. Nomine Barbaroſſa, nepos Conradi
Romam venit ad Adrianum pro co-
rona Imperij, electus enim tantum
fuerat in Regem Alemaniæ, in Impe
ratorem coronandus Hæc tradunt
geſta Romanorum, & Francorum, &
Ptolomæus Lucenſis: ſed nemo me-
liùs quàm Helmoldus presbyter Ec-
cleſiæ Lubecẽſis, qui fuit illis ipſis tẽ-
poribus. Impreſſus eſt autor Franco-
furti. Hic ſcribit, quemadmodũ anno
D. 1156. Fredericus venerit ad Adria-
num IIII Pontificem Romanum, cũ-
q; Põtifex, & Fredericus Rex vnà eſ-
ſent, facto ſilentio, Dominus Banber-
genſis Epiſcopus orationem ex ore re
gis & principum habuerit: [Honora-
bilem ſanctitatis tuæ præſentiã (Apo-
ſtolic. Pontifex) ſicut iamdudum ve-
hementer deſiderauimus, ita nunc lę
tantes ſuſcipimus, gratias agentes om
nium bonorum largitori Deo, qui nos
deduxit in hũc locũ, & ſanctiſſimâ vi
ſitatione tuâ dignos fecit. Notũ ergo
tibi eſſe cupimus, B. Pater quia om-
nis hæc Eccleſia de finibus orbis pro-
pter honorem Regni collecta addu-
xerunt principem ſuum ad tuam Bea
titudinem prouehendum ad culmen
Imperialis honoris, virum nobilitate
generis cõſpicuum, animi prouiden-
tiâ inſtructum, victoriâ felicẽ, præte-
rea etiam in his quæ ad Deum perti-
nent, præpollentem obſeruatorẽ ſan-
ctæ fidei, amatorem pacis & veritatis
cultorem, S. R. Eccleſię: quam ample-
xatur vt matrem, nihil negligens eo-
rum, quæ ad honorem Dei & Apoſto
lorum principis exhibenda maiorum
iubet traditio. Probat hoc humilitas
nũc exhibita: ſanctiſſimis enim veſti
gijs tuis applicitus fecit, ea quæ iuſta
ſunt. Reſtat ergo (Domine Pater) vt
& tu circa ipſum peragas ea quę iuſta
ſunt, vt ea quæ de plenitudine culmi
nis Imperialis ei deſunt per Dei gra-
tiam tuo opere ſuppleantur] hęc ille,
En vt ipſimet fatẽtur Imperialis cul-
minis poteſtatem à Romano Pontifi-
ce conferri.
Tẽpore Eugenij Papæ mortuo Fre
103 derico, † fuit electus Henricus V. Au-
tore Lucio Papa III. vt tradũt Hiſto-
riæ Germanorũ: fuit autẽ coronatus
à Clemẽte III. Quod autem electio
Imperatoris ex ſummi Põtificis pen-
deat iudicio, clariùs intelligi poteſt
ex decretali Epiſt. Innocẽtij III. cuius
initiũ eſt. [venerabilem.] Cum enim
duo eſſent electi, Philippus Frater
Henrici defuncti, & Otto filius du-
cis Saxonię, vt eſt in Decr. ſupradicta
Innoc. III. irritâ electione Philippi,
qui plures voces haberet, electioni
factæ de Ottone toto fauit conatu,

ipſumque Aquiſgrani anno Domini
104 1201. † coronari mãdauit in Regem in Imperatorem poſtea promouendum, quod ſucceſſu temporis reprobauit. Cum enim Otto ipſe, acceptâ coronâ, iniquè ſe gereret, & (vt eſt in Chronicis Martini, Ptolomæi, Lucenſis, & Vincentij Beluacenſis,) contra voluntatem Innocentij III. in Italiam irrupiſſet, Pontifex ipſe cum ſe ab Ottone deceptum vidiſſet, an. Domini 1211. illum excommunicauit, & ab Imperio depoſuit, omneſq; principes ac barones à iuramento fidelitatis abſoluit, mandauitq; principibus electoribus, vt ad electionem alterius procederent. Itaque anno Domini 1212. qui fuit quartus Imperij Ottonis, Fredericus II. in Imperatorem eligitur.

105 Anno Domini 1216. † Honorius III. coronauit Fredericum ſecũdum, qui autoritate Innocentij III. electus fuerat Rex.

106 Anno Domini 1266. † Innocentius IIII. (depoſito Frederico) ſcripſit principibus Alemaniæ, & mandauit vt ad electionem Imperatoris procederẽt. Tunc elegerunt Landgrauium ducem Thuringiæ cui electioni obuiauit Conradus filius Frederici, qui iam antea per electores in regem in Germania fuerat conſtitutus.

107 Eodem anno † Landgrauius Dux Thuringiæ moritur, & ex mandato Summi Pontificis Innocentij IIII. in partibus Alemannię (vt communiter hiſtorię tradunt Martini, Ptolomęi & Lucenſis, & aliorum) ad electionem proceſſerũt, & Gulielmum comitem Hollandiæ in Regem Alemannię eligunt in Imperatorem promouendũ.

108 Anno Domini 1256. † principes Alemanniæ electores in duas partes diuiſi ſunt. Vna elegit regem Caſtellæ Alphonſum. Altera, Richardum comitem Cornubiæ, ſed neutra electio valuit, quia autore Pontifice facta non fuerat. Extant literę Alphonſi Regis Caſtellæ, quibus petit à Clemente IIII. vt eius electionẽ admitteret. Sed neque Alphõſus ipſe, neq; Richardus benedictionem imperialem habuerunt à Pontifice.

109 Anno Domini 1267. † Clemens IIII. (vacante Imperio) elegit in Thuſcia vicarium generalem Imperij. Ita teſtatur Ioannes Villan. in d. hiſtoria lib. 7. c. 21. & Paul. Æmilius Veronenſis in hiſtoria Galliæ, lib. 7.

110 Benedictus † Papa VII. petente Micagiſlao Polonorum principe diadema regium, illud ad eum miſit, & ipſi ac poſteris titulum regium conceſsit. Ita teſtatur Martinus Cromer in lib. de origine & rebus geſt. Polonorum lib. 3. de Micagiſlao.

111 Stephanus † Vngariæ princeps, Geiſæ filius, miſit ad eundem Benedictum, vt impetraret & ipſe titulum & nomen regis eodem tempore, quo Polonorũ princeps, & illud obtinuit. Cromer. Ibidem.

112 Anacletus † tempore ſciſmatis, & poſt eum Lucius II. legitimus Pontifex, ſeu (ſecundum quoſdam) Cęleſtinus II. dedit titulum Regis vtriuſq; Siciliæ citra, & vltra Pharum Rogerio Duci Apuliæ, & Calabriæ. Ita refert Colenut. lib. 3.

113 Gregorius III. Alphonſum ducem Portugalliæ Regem fecit; Doctor Gonzales in Epitome Regum poſt hiſtor. Põtificum. De hoc Genebrardus in Chronologia hoc tribuens Alexandro III. ait: Alexander III. Alphonſum Portugallenſium nouo, & primo regi coronã per Albertum Cardinalem tradit, ea lege, vt quotãnis Portugallenſes Reges duas auri libras Eccleſiæ Romanæ perſoluant; citat Garibaldum par. 4. libr. 34. c. 16. De hoc Rodericus Toletanus de reb. Hiſpaniarum lib. 7. c. 6. ait: [Hic primus in Portugallia ſibi impoſuit nomen Regis. Et ab Eugenio III. cui regnũ ſuum conſtituit cenſuale, multa priuilegia & indulgẽtias impetrauit.



114 Innocentius † IIII. primum Regem Siciliæ Gulielmum ſecundum eius nominis dominum inſtituit, vt teſtatur Volaterr. in Comment. lib. 5. c. Siciliæ. pag. 2.

115 Nicolaus † III. conceſsit regnũ Siciliæ Petro filio Ferdinandi Regis Caſtellæ, ita teſtatur Volaterr. in Geographia lib. 2. c. vlt. de regno Nauarrę.

116 Idem † Nicolaus III. (mediante Latino Vrſino Cardinale) introductâ pace dedit formam magiſtratibus, & regimini Florentiæ. Ita teſtatur Ioan. Villan. libr. 5. c. 56. Platina in vita Nicolai III. ait: [Miſit Latinum Cardinalem Legatum, qui Florentiæ, ac in cæteris Hetruriæ vrbibus pro arbitrio animi magiſtratus impoſuit.] Ioãnet. in eiuſdem vita ex autoritatibus Germanis collecta, ait: [Latinum Cardinalem nepotem legatum miſit in Hetruriam, qui eam Eccleſiæ recuperauit, magiſtratuſq; illi nomine Eccleſiæ dedit.]

117 Bonifacius † VIII. conceſsit regi Aragonum regnum Sardiniæ, quod poſtea confirmauit Clemens V. Ioan. Villan. lib. 8. c. 81.

Idem Bonifacius VIII. cum à Gregorio VIII. ob quoddam facinus Piſanorum in nonnullos Cardinales, Piſani eſſent priuati Sardiniæ titulo, eam conceſsit Aragonum regi. Teſtatur Volaterran. libr. 5. cap. res Piſanorum. pag. 3.

118 Cum † ab Imperatore ſublata eſſet communi Florentię iuriſdictio comitatus longè à ciuitate per decem milliaria, Gregorius Pontifex ob benemerita populi erga ſanctam ſedẽ, eandem illi reſtituit. Ioan. Villan. libr. 5. c. 11. & 12.

119 Clemens V. † decertantibus diu Genuenſibus, & Piſanis de imperio Sardiniæ, fecit Regẽ Fredericũ filium Petri regis Caſtellæ hac conditione, vt inde Sarracenos depelleret. Idem Volaterr. lib. 2. Geographiæ c. vlt. de regnis Nauarræ & Aragoniæ.

120 Ioann. † XXI. an. 1326. die 7. Maij, per literas ſuas ea die publicatas Florẽtiæ, vacante Imperio, creauit vicarium Imperij in Italia, Robertum regem Neapol. Ioan. Vill. lib. 9. c. 347.

121 Benedictus † XII. vacante Imperio ob Bauari tyrannidem, quòd Imperij iura ad Põtificem Romanũ pertinerent, Ioann. Vicecomitem præſulem Mediolani, & Luchinũ eius fratrem vicarios temporales conſtituit. Volaterr. lib. 4. c. Mediolanenſium.

Scribit Bonifacius Papa in Decade 4. lib. 3. fol. 591. ita: [anno 1472. Paulus
122 † Pontifex Idibus Aprilis, inter ſacra ſolennia Rorſum Eſtenſem Ferrariæ ducẽ inſtituit, aureâ trabeâ, pomo, ſceptro, torque, Paludamẽtoq; donauit.]

123 Alexander † VI. cum patribus Ferdinandum Regem ob Saracenos, ſeu Mauros expulſos ex Hiſpania Catholicum regem appellauit, Volaterran. lib. 2. in cap. Saracenorum initiũ belli, prope finem.

Idem Alexander VI. Ferdinãdum & Elizabethã, Hiſpanorũ Reges, fecit etiam dominos ac Reges Indiarũ, & noui ordinis: Ita legitur in Chronicis Indiarum ſcriptis per Franc. Lopez. c. 29. vbi inſerit Bullam Alexand. VI. datam anno Domini 1493. ſui Põtificatus primo, vbi ait: [Nos autoritate omnipotẽtis Dei nobis in Petro conceſſa, omnes inſulas & terras firmas vniuerſas inuentas, & inueniendas verſus Occidẽtem & Meridiem, conſtruendo lineam à Polo Arctico, ad Antarcticum cum eorum dominijs, iuribus, &c. Vobis & ſucceſſoribus veſtris donamus, mandantes, vt incolas faciatis per viros doctos

doctos inſtrui in fide catholica , &
bonis moribus.] Idem teſtatur Vaz-
quez conſ.8.

Pius V.in literis, in quibus creauit
Coſmum Medicis magnum Ducem
Hetruriæ, [poſt varias gratias & ho-
nores(vt ipſe ait)quibus ob beneme-
rita erga Romanam Eccleſiam , pro-
uinciam Hetruriæ cohoneſtarũt In-
nocentius IIII. Gregorius X. Bene-
dictus XI.Martinus V.& Leo X. Nos
inquit maiorum noſtrorum exempla
ſequentes,& præcipuè Alexandri III.
Innocẽtij III.& Pauli IIII.qui Portu-
galliæ, & Bulgarorum, ac Blacorum,
nec non Hiberniæ Reges, & vt tunc
dux Bohemiæ,Rex in ſuis literis no-
minari poſſet, reſpectiuè crearunt,
conſtituerunt , & conceſſerunt , &
aliorum Pontificum erga diuerſos
principes,&c.]

125 Romanus † Pontifex examinat &
inquirit de perſona electa in Regem,
quemadmodum Innocentius III. in
ſua Epiſtola Decretali, cuius initium
eſt. [Venerabilem.] His verbis affir-
mat:[Ius & autoritas examinãdi per-
ſonam electam in Regem, & promo-
uendam in Imperium,ad nos ſpectat,
qui eũ inungimus, cõſecramus,& co-
ronamus; eſt enim regulariter & ge-
neraliter obſeruãdũ, vt ad eũ exa-
minatio perſonæ pertineat,ad quem
impoſitio manus ſpectat.]Hęc Inno-
cẽtius III.Aduertendũ autẽ eſt,quod
dicit:[Ius, & autoritas examinandi
perſonam electam in Regem, & pro-
mouendam ad Imperium ad nos ſpe-
ctat.]Non ſatis eſt igitur electum eſſe
Regẽ, vt promoueri poſsit ad Impe-
riũ, quaſi nihil aliud requiratur : exa-
minanda eſt autem perſona non le-
uiter,vt aliquis poſſet opinari,ſed ac-
curatè & ſeuerè, vt in his fieri lex ſa-
cra poſtulat, qui per impoſitionem
manus conſecrantur. Hoc autẽ qua-
le, quantumúe ſit, docet Henricus
Archiepiſcopus Ebudenſis S. R. E.
Cardinalis Hoſtienſ.vir vtriuſque iu-
ris peritiſsimus,ob idque Innocentio
IIII. chariſsimus, qui fuit anno Do-
mini 1250. Hic cùm explanaret De-
cretalem illam Innocentij, quam di-
ximus:[Sicut (inquit) in coronatione
poteſt inquiri de vita, & meritis co-
ronandi; ita & excipi poteſt contra
eum: & eſt ratio, quia in vnctione,
quæ præcedit, fit manus impoſitio,
quę non debet fieri ſine inquiſitione,
& in coronatione attribuitur confir-
matio: confirmatio autem ſine exa-
minatione fieri non debet.] Conſul-
tus apud Lugdunum in Concilio ge-
nerali, quidam Epiſcopus de cauſis,
quibus Fredericus depoſitus fuerat,
reſpondit : [Secundùm opinionem
126 meorum maiorum, † Imperator pro
quolibet peccato mortali deponi po-
teſt:ſi incorrigibilis ſit, maximè quã-
do vniuerſalis Eccleſia ſcandalizatur.
Si enim Zacharias Pontifex Regem
Francorum, qui à Romano Pontifice
coronam non recepit, nec per eum
examinatur,nec ab eo comprobatur,
vel reprobatur, non tam pro ſuis ini-
quitatibus, quàm pro eo quod tantæ
poteſtati erat inutilis, à regno depo-
ſuit, & alium loco ipſius ſubſtituit,
multò fortiùs Imperatorem,qui ſub-
eſt ei pro ſuis iniquitatibus, poterit
remouere.] Hæc Hoſtien. Quæ vera
eſſe, manifeſtiùs docet Innocentius
IIII. in apologia contra Fredericum.
Cùm enim diceret ille, non plus iu-
ris habere Romanum Pontificem in
Imperatorem, eò quòd illum coro-
net, quàm ſingulos Pontifices in re-
127 ges,quos inungunt. [Aliud † eſt (in-
quit)de alijs regibus,qui à ſuis Ponti-
ficibus inungũtur,à quibus pro tẽpo-
ralibus fidelitatis & ſubiectionis re-
cipiunt iuramẽta:aliud de Rom. prin
cipe,qui Rom. Pontifici,à quo impe-
rij nomẽ,honorem, plenitudinem, &
diadema



diadema cõſequitur,fidelitatis & ſub
iectionis vinculo ſe adſtringit, ſicut
antiquitas tradidit, & modernitas
approbauit].Item, aliud eſt de reli-
quis Regibus, quibus per heredita-
riam ſucceſsionem ſuorum proue-
niunt iura regnorum:Aliud de Impe
ratore Romano,qui per liberan Ger-
maniæ principum electionem aſſumi
tur,ad quos ius atque poteſtas eligẽ-
di Regem, & Imperatorem à nobis
poſtea promouendum, ſicut ipſi non
abnuunt ſed fatentur, ab Apoſtolica
ſede prouenit,quæ Rom. Imperium
quod Chriſtianiſsimus Conſtantinus
Orientalibus zonis iniunxerat,in per
ſona magni Caroli,ex iuſta neceſsita
tis cauſa in ſedem trãſtulit Occiden-
tis.] Hæc ſcripſit Innocẽtius IIII. qui
in Concilio Lugdunenſi Fredericum
depoſuit.

Notanda verò ſunt omnia, quæ
dicit, ſed illud præcipuè Romanum
128 † Imperatorem fidelitatis , & ſubie-
ctionis vinculo ſe adſtringere Põtifi-
ci Romano,à quo in Imperium pro-
mouetur.Quis igitur poteſt illum ab
huiuſmodi vinculo abſoluere,præter
eum,cui ſe adſtrinxit?

Romanus Pontifex non ſolùm ap-
probat electum Regem, ſed etiã ha-
bilitat eius perſonam in Imperatorẽ,
vt probatur ex literis Clementis V.
quæ ſunt in his verbis ſcriptæ: [In
129 nomine † Domini, Amen. Nouerint
vniuerſi hoc Inſtrumentum inſpectu
ri,quòd anno Domini 1309. die Sab-
bati 26. mẽſis Iulij, indictione vij.Põ-
tificatus ſanctiſsimi Patris & D.N.D.
Clementis diuinâ prouidentiâ Pa-
pæ V. anno quarto, in palatio Papali
Auinionen.in Conſiſtorio publico ſo-
lenni. Poſtquam dominus ſummus
Pontifex, ſolennitate debitâ proce-
dente,dominum Henricum in Regẽ
electum, in Imperatorem poſtmodũ
promouendum reputauit, nomina-
uit,& declarauit Regem, exigẽte iu-
ſtitiâ Romanorum, & perſonam ip-
ſius approbans,pronunciauit eam, &
declarauit eſſe ſufficientem,habilem
& idoneum ad Imperium obtinen-
dum:eidem ad recipiendas vnctionẽ
conſecrationem,& Imperialis diade-
matis impoſitionem de manibus ſuis
ſanctis,certos locum & terminum aſ
ſignauit ad præſtandum iuramentũ
ipſi D.ſummo Põtifici,& Eccleſię Ro-
manę in animam & nomen dicti Re-
gis,quod ſui procuratores & nuncij
eidẽ D.Papæ ſe præſtaturos ſæpe ob-
tulerant.]

130 Romanus † Pontifex examinat di-
ligentiſsimè perſonam regis promo-
uendi in Imperatorem, inquirit, ap-
probat,confirmat,& ſolus ipſe poteſt
ſupplere defectum, ſi quis interue-
nerit, ratione formæ in electoribus,
ſiue in perſona Regis, vt apertè nos
docẽt literæ Clementis VI. quę ſunt
in Regiſtro ipſius his verbis ſcriptæ:
131 [Clemens † Epiſcopus,Seruus ſeruo-
rum Dei, chariſsimo in Chriſto filio
Regi Romanorum Illuſtr. Salutem
& Apoſtolicam benedictionem. Ro-
manus Pontifex , cui Rex æternus
& ſummus in perſonam Beati Petri
Apoſtoli æternæ vitæ clauigeri, cœ-
leſtis ſimul & terreni Imperij iura cõ-
miſit,& plenitudinem poteſtatis con
ceſsit ſupra cunctos fideles ſuæ curæ
commiſſos: inuigilans, & intendens
circa ea, quæ fidelibus ipſis amplio-
ra pacis & iuſtitiæ offerre poſsint cõ-
moda.&c.] tum poſt multa idem Põ-
tifex:[Factâ(inquit)nobis de electio-
ne tua concordi, & vnanimi plenâ
fide, eâque, nec non perſonâ tuâ, in
quantum patiebatur abſentia, dili-
gẽter examinatis, ac de tua fide,pro-
bitate,& cõditionibus omnibus, quæ
requiruntur in illo,qui eſt electus ad
Imperialis culminis apicem ſublimã-
dus, cùm pluribus prælatis & alijs

magnæ autoritatis viris, qui tuos mores, cōditiones, & ſtatū plenius nouerint inquiſitio ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ac B. & glorioſæ ſemper Virginis Dei genitricis Mariæ BB. quoque Apoſtolorum Petri & Pauli, atq; exaltationē, & honorem Eccleſiæ, & bonum & promotionē Imperij prædicti, & proſperū ſtatū mundi, de fratrū noſtrorū conſilio, te in ſpecialē noſtrū & Eccleſiæ filiū ſuſcepimus, tibi noſtrum fauorem, & gratiam concedentes, perſonâq; tuâ, cuius nos, & ijdem fratres noſtri ſpecialē prius notitiam habebamus, idoneâ reputatâ, te nominauimus, denunciauimus, declarauimus, & aſſumpſimus in Regē Romanorum promouendū Imperatorē, eandem tuam approbantes perſonā, ac ſufficientē & habilem declarantes ad ſuſcipiendā Imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, conſecrationem, & coronationē Imperialis diadematis tibi per manus noſtras opportunis loco, & tempore impēdendas, ſupplentes quoq; omnem defectum, ſi quis aut ratione formæ, ſeu tuæ, ſeu electorū prædictorum perſonarum, qui electioni tuę interfuerunt, ſeu ex quauis alia electione interuenerit quouis modo, ex certa ſcientia de Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, præcipientes etiam omnibus fidelibus & vaſſallis regni & imperij, vt tibi tanquam Regi Romanorum, in Imperatorem promouendo pareant efficaciter, & intēdant. Nulli ergo hominū liceat hanc paginā noſtrarū conceſsionis, nominationis, denūciationis, declarationis, aſſumptionis, conſtitutionis, & ſuppletionis infringere, vel auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attētauerit indignationē omnipotētis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinion. 8. Idus Nouembris, Pontificatus noſtri, anno 5.

Hæc eadē ſcribit Innocētius VI. an. Dñi 1300. Pontificatus ſui, anno 3. die 5. menſis Aprilis in Epiſtola, quam ſcripſit ad Petrum Oſtien. cuius Epiſtolę initiū eſt: [Specioſus formâ præ filijs hominum Ieſus Chriſtus, &c.]

Quod autem Imperatores ipſi referant Imperatoriam dignitatē Deo, & Romano Pontifici acceptam, ex eorum Epiſtolis facilè intelligimus: Sed ne omnes enumeremus, ſatis erit paucorum literas proferre.

Fredericus II. an. Domini 1213. ſcripſit ad Innocentium III. his verbis.

132 [In nomine † ſanctæ & indiuidię Trinitatis, Amen. Fredericus II. diuinâ fauente clemētiâ, Romanorū Rex & ſemper Auguſt. Habentes præ oculis immēſa & innumera veſtra (chariſsime Dñe, & B. Pater protector, & benefactor noſter Dñe Innocenti Dei gratiâ, Summ. Pont. venerande) per cuius beneficium, operam, & tutelam protecti pariter, & promoti fuimus. Itaque nobis (B. P.) & vobis omnibus ſucceſſoribus Catholicis, ſanctæque Romanę Eccleſiæ ſpirituali matri noſtrę omnē obedientiam, honorificentiā, & reuerentiā ſemper humili corde, ac deuoto ſpiritu exhibemus, quā prædeceſſores noſtri Reges, & Imperatores Catholici veſtris prędeceſſoribus impēdiſſe noſcuntur; ſuper eradicando autē hæreticæ prauitatis errore auxiliū dabimus, & operam efficacē.] His etiā ſcripſit verbis Otto IIII. diuinâ fauēte clementiâ, Romanorū Rex, & ſemper Auguſtus: [Recognoſcētes ab eo noſtrę promotionis donū miſericorditer proceſsiſſe, à quo eſt omne datū optimū, ipſum, eiuſq; vicariū, & ſpōſam eius ſanctam Eccleſiam diſpoſuimus, & decreuimus magnificè honorare, vt qui nobis in præſenti tēporale cōtulit regnum, in futuro quoque tribuat ſempiternū. Proinde vobis (ſanctiſſ. P. & Domine, Summe Pontifex Innocenti,) quem pro beneficijs nobis impenſis ſinceriſsimo veneramur affectu, veſtriſq; Catholicis ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam, & reuerentiam ſemper humili corde ac deuoto ſpiritu impendemus, quæ prædeceſſores noſtri reges, & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impēdiſſe noſcuntur, nihil ex his volētes imminui, ſed magis augeri, vt noſtra deuotio clarius innoteſcat: ſupereradicādo autē hæreticę prauitatis errore, auxilium dabimus, & operam efficacem.]

133 Extant † literę Henrici Imperatoris cum Bulla aurea, ſcripta in Laterano. Anno Domini 1312. 3. Kalend. Iulij, ſub domino Clemente V. continentes iuramentum, quod præſtat Imperator in coronatione.

134 Extant † & litere Caroli IIII. Romanorum Imperatoris cum Bulla aurea. Dat. Romæ poſt ſuſceptam Imperij coronam, anno Domini 1355. Nonis Aprilis, in quibus literis deſcribitur forma coronationis.

135 Extat † etiam inſtrumentum Alberti Regis Romanorum cum Bulla aurea, ſerico flauo & rubro. Dat. apud Herimbergam, anno Domini 1303. quod inſtrumentum continet Reges Romanorum, poſtmodum in Imperium promouendos, accipere gladij poteſtatem ab Eccleſia Romana: cōtinet etiam iuramentum fidelitatis ipſius.

136 Extant † etiam literę cum Bulla aurea, Henrici Imperatoris ſub Clemente VII. continentes ratificationem & renouationē iuramenti ante imperiū præſtiti: in his literis Imperatores ipſi fatētur apertè de Romanis Pontificibus acceptā referre imperatoriā poteſtatē, à quibus (ſcilicet) illā habēt, & ad quorū nutū exercēt. Neq; eſt, quod aliquis dubitet electores poteſtatem omnem habere à Rom. Pōtifice, cùm etiam Innocentius III. in d. Decretali, venerabilem. Et Innocentius IIII. hoc affirment, & ipſimet recognouerint, vt prædicti Pōtifices teſtantur, & in Epiſtola quadam ad Nicolaum III. his verbis profitean-

137 tur: [Nos † principes Electores &c. Romana mater Eccleſia quâdā quaſi germanâ charitate Germaniam terrenæ dignitatis nomine decorauit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter præſidētium ſuper terram, plantans in ea principes tanquam arbores prælectas, & rigans ipſas gratiâ ſingulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, vt ipſius Romanæ Eccleſię autoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem illum, qui fræna Rom. teneret Imperij, germinarent: Hoc eſt illud luminare minus in fermento militantis Eccleſiæ, per luminare maius Chriſti vicarium illuſtratum. Hinc eſt quod materialem gladium ad ipſius nutum excutit, & conuertit, vt eius præſidio paſtorum paſtor adiutus, oues ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & bonorū. Vt igitur in actu voluntatis, & operis inueniamur filij deuotionis & pacis, quicquid per D. N. Rodulphum Romanæ Eccleſiæ recognitum ratum, & confirmatum recognoſcimus, &c.]

Hæc Germani principes: quæ vtinam verè & nunc omnes dicere poſſent: fatentur enim Eccleſiæ Romanę autoritate ſuffultos ſe Regem Romanorum eligere: ſed quā ratione eius robore fulciri poſſunt qui eam oppugnant, &(quantum in ipſis eſt) euertunt: obediant igitur & ipſi matri ſuæ Romanæ Eccleſiæ, vt poſsint dicere,

dicere, quod eorum maiores tunc dicebant, vt in actu voluntatis, & operis inueniamur filij deuotionis, & pa-
138 cis. Secus † Romanus Pontifex tanquam adulterinos filios poterit illos abdicare, neque nouum aliquid vſurpabit hoc faciens, cum & prædeceſſores ſuos in minori cauſa hæc feciſſe ſciat, atque in primis Clementem IIII. Pontificem certè doctrinâ & ſanctitate ita inſignem, vt cum primis il-
139 lis meritò numerari poſsit. Hic † cum audiuiſſet Germanos principes cogitaſſe de Cõradino Frederici nepote in Regem Romanorum eligendo, ſcripſit ad Archiepiſcopum Coloniẽſem, & ad omnes electores, interdicens illis, ne hoc facerent: [ Quod ſi qui fecerint (inquit) qui ad ipſius Cõradini electionem proceſſerint, ſi principes fuerint, eos & heredes eorum perpetuò omnibus fundis & honoribus, tam eos, quã poſteritatem eorũ vſq; ad quartam generationẽ iure eligendi Romanorum Regem apoſtolicâ autoritate priuamus, & inſuper eorundem filios clericos vſque ad quartam generationẽ reddimus prorſus inhabiles ad dignitates, vel beneficia Eccleſiaſtica obtinenda. Si verò electores huiuſmodi prælati fuerint, ipſo facto depoſiti ac nudati remaneant omni dignitate:] Hoc interdicto vetuit Clemens IIII. ne electores eligerent Conradinum, neque illi aliter fecerunt, quàm Pontifex iuſſerat: quippe qui & quo tempore Carolus IIII. Imperator ſenior, & corporis infirmitate grauatus voluit Vinciſlaũ filium in Regem Romanorum electum adiutorem ſibi aſsiſtere, omnes eiuſdem exempli literas ad Gregorium X. Romanum Pontificem ſcripſerunt, petentes ab eo, vt per eum liceret ipſis hoc facere, quemadmodum ex literis Caroli IIII. manifeſtè
140 ſciri poteſt, ſic enim ſcribit: † [Veſtræ immenſæ clemẽtiæ cũ coelectoribus princicipibus ſupplicamus tam humiliter quàm deuote, quatenus primogenitũ noſtrum in Romanor. Regem concorditer ſic electum in Imperatorem promouendum paternis affectibus benignius amplectentes, Regem Romanorum nominare, eiuſque perſonam ad apicem tantæ dignitatis idoneam reputare, nec non eidem munus conſecrationis, ac diadema ſacri Imperij loco, & tempore opportunis per veſtræ Beatitudinis ſacras manus cõferre dignemini, prout exſtat ab olim fieri ſolitũ & conſuetum, vt ſciant & intelligant vniuerſi, quòd poſuit in lucem Gentium vos Dominus.]

141 Hactenus idem Carolus IIII. † Quod autẽ electores ſe intromittere non debeant, nondum vacante Imperio, aliquem in Regem, vel in Imperatorem promouendum eligere, niſi Romani Pontificis mandato id faciant, ex hoc facilè intelligi poteſt quod ſcriptum eſt in Chronicis Germanorum, Autore Hẽrico Mutio in libr. 26. in hanc ſententiam. [Anno Domini M.cccc. cum Turca in dies Romanorum Imperium, & Eccleſiam carperet, Vinciſlaus autem Imperator ocioſus torperet, Imperij electores principes neceſſario de alio eligendo Imperatore cogitare ceperunt. Cum igitur hunc principem Imperio inutilem iudicaſſent, conſilium de alio Imperatore eligẽdo contulerunt cum Pontifice Romano, qui eorum inſtitutum magnopere approbauit, quin etiam miſit legatos hortans illos, vt in propoſito permanerent. Cum igitur ex ſententia Pontificis, abdicato Vinciſlao, elegiſſent Rupertum comitem Palatinum Rheni, eius electionem approbauit Romanus Pontifex.]

Quòd autem vacans Imperiũ recidat



cidat in manum & poteſtatem Romani Pontificis, Ioannis XXII. exẽplum nos docet, qui ſcribens ad Bernardum tit. ſancti Marcelli presbyterum Cardinalem, Apoſtolicæ ſedis legatum in calce ipſius Epiſtolæ hæc inquit. [Pręcepimus noſtro, & ipſius Romanę Eccleſiæ, nec non Imperiali autoritate, & nomine quæ pro eo quod Rom. vocat Imperium in nobis ad præſens reſidere dignoſcitur.]

143 Quod vero † Rom. Pontificis partes ſint ſupplere negligentiam vel infirmitatem Imperatoris, ſi non poſſit aut non curet officium ſuum præſtare, multis rationibus probat Bernardus de Roſergio Doctor Canonũ, Præpoſitus Metropolitanæ Eccleſiæ Toloſanę, cuius liber eſt in Bibliothẽca Vaticana.

Ex his ergo credo ſufficienter probatum eſſe autoritatem ſummi Pontificis fuiſſe ſemper in omnibus ferè regnis & regionibus mundi habitam recentem, & receptam, tanquam ſuperiorem abſolutè & vniuerſaliter, etiam in his, quæ merè temporalia
144 ſunt. Ipſe enim † Romanus Pontifex, reges imperatores & principes inſtituit, inungit, confirmat, approbat, & ad Imperium promouet, ab eis iuramentum recipit, examinat, & inquirit, ac denique inobedientes & contumaces, monet, excõmunicat, corrigit, punit & priuat.

In libro, cui titulus Collectio cõſtitutionũ Apoſtolicarum, vulgò Bullarium appellatur in princ. apparent literæ eiuſdem Gregorij VII. ad prin-
145 cipes Saxoniæ, in quibus † autoritate Apoſtolicâ, & ex parte Apoſtolorum Petri & Pauli eos monet, prout etiam monuerat Imperatorem, cum quo ipſi bella gerebant, vt abſtineant à bello & obſeruent inducias pacis cum Imperatore, donec ipſe veritate diſcuſſâ decernat, quod ſibi æquum & iuſtum videbitur ſuper eo ſuper quo erant controuerſiæ.

146 Gregorius † X. imperauit Venetis, vt nouum quoddam vectigal, quod impoſuerant vnde magnæ diſcordiæ exorirentur non exigerent. Ita teſtatur Platina in vita Gregorij X.

147 Idẽ † Gregorius, quia Florẽtini hortatu eius voluerunt inter ſe pacem habere & reducere exules cauſâ partium triennio ſacris illis interdixit. Ita teſtatur Volaterr. lib. 5. c. res Florentinorum.

148 Gelaſius † I. excommunicauit Anaſtaſium Imperatorẽ Conſtantinopolitanum qui fouebat hæreticos, ſcilicet Vandalos, & eorum Regem, Arrianos, vt teſtatur Platin. in vita Gelaſij. I.

149 Anaſtaſius † II. eundem Anaſtaſium Imperatorem iterum eâdẽ cauſâ excõmunicauit, qui diuino nutu ſubitò morbo correptus eſt. Teſtatur etiam Platina in vita Anaſtaſij II.

150 Innocentius † I. excommmunicauit Archadium Imperatorẽ, quia conſenſerat vt S. Ioannes Chryſoſtomus à ſua ſede Conſtantinopolitana expelleretur ab Eudoxia ipſius Imperatoris vxore.

151 Innocentius † III. in Concilio Lugdunenſi, corrigendo leges Imperatorum, ſtatuit, vt omnis pręſcriptio requirat bonam fidem. in cap. fin. de præſcription.

152 Vrbanus † III. contra leges Imperatorum dedit licentiam viduis nubendi intra tempus luctus. in cap. penult. de ſecundis nuptijs. quod idem diſpoſuit Innocentius III. in. cap. fin. eod. tit. & multa ſimilia congerit Silueſter Prierius in ſum. in verbo Papa num. 14. oſtẽdens, quòd ſæpe ſummi Pontifices correxerũt leges ciuiles, aliquid iniuſtum & quoquo modo contrarium honeſtati ac religioni continentes.

153 Felix † II. excommunicauit Conſtantinopolitanum Imperatorẽ Conſtantinum nomine, Conſtantini Imperatoris filium, rebaptizatum ab Epiſcopo Arriano, & poſtea inobediẽtem hæreticum declarauit.

154 Conſtantinus † Papa I. Iuſtinianũ Imperatorem excommunicauit, pro eo quod Galliniacum Patriarcham excæcatum exilio dederat, & Philippum cognomento Bardanum, qui Imperium vſurpauerat, & manum in conferendo Patriarchatu apponebat excommunicauit.

155 Gregorius † II. Leonem Imperatorem excommunicauit, eò quòd iuſſerat deponi, & incendi Imagines Chriſti, & B. Virginis, & ſanctorum.

156 Gregorius † III. eundem Leonem vt incorrigibilẽ tanquam hæreticum condemnauit, & fecit ab eo recedere Romam, Italiam & alias regiones.

157 Nicolaus † I. Michaelem Imperatorem Orientalem, qui à ſede eiecerat Epiſcopum Conſtantinopolitanũ excommunicauit, & Lotharium Imperatorem ex eò quòd, dimiſſa vxore, pellicem retinebat, ſimiliter excõmunicauit,

158 Greg. † VII. contra Henricũ Imperatorẽ Eccleſiæ vnitatẽ ſcindere attẽtantem de conſilio centũ & decem Epiſcoporum excommunicationis ſententiam protulit.

159 Vrbanus † II. excommunicauit Philippum Auguſtũ Regem Frãcorũ quòd viuente vxore, ſuperinduxerat aliam mulierem alterius vxorem.

160 Vrbanus IIII. Fredericum ſciſma fouẽtem excõmunicauit, & priuauit.

161 Honorius † III. Fredericum II. Imperatorem tanquam hoſtem Eccleſię excommunicauit, quod poſtea cõfirmauit Greg. IX. eò quòd bona Eccleſiarum occupabat, clericos capiebat, & occidebat, quod & iterũ confirmauit Innoc. IIII. in Concil. Lugdunenſi.

162 Clemens † VI. ducẽ Mediolani Eccleſiæ, & clericorum hoſtem ſolen-
163 niter excommunicauit.

Gregor. VII. † Boleſlaum II. Regem Polonorum, qui occiderat Epiſcopum Cracouienſem, Stanislaum nomine, virum pium & nobilẽ, qui illum monuerat, vt deſiſteret à quibuſdã peccatis grauiſsimis, excõmunicauit, & regno priuauit: & edixit, ne in poſterũ ipſi Poloni Regẽ iniuſſu ſuo vngerent aut coronarent, & poſt illud tẽpus per multos annos non ampliùs reges, ſed principes Polonorũ vocati ſunt. Idem Martinus Cromer. in libr.
164 4. prope fin.

Idem Gregorius † VII. bis ſolenniter priuauit Imperio, & excommunicauit Henricũ Imperatorẽ, & Rodulphum in Regem elegit ſecundâ vice poſt primam autem eum admiſerat in oppido Canoſſæ, depoſito regali ornamento, nudis pedibus veniã petentem, poſtq; triduum extra dictum oppidum expectauerat. Ita teſtatur
165 Platina poſt alios in vita Grego. VII.

Alexander † III. priuauit Fredericum Imperatorem qui vocabatur Barbaroſſa in Cõcilio Generali Turonenſi, contra quem ſtatim concurrerunt omnes principes Occidẽtis. Ita teſtatur Ioannes Villan. in Hiſtoria Florẽtiæ lib. 5. c. 7. Platina dicit, quòd
166 illum excommunicauit.

Innocentius † III. depoſuit Ottonem IIII. Imperatorem in Concilio Lateranenſi, & elegit in Regem Romanorum Fredericum Regem Siciliæ, qui poſtea fuit coronatus, anno 1210. ita teſtatur Ioan. Villan. in Hiſt. Florẽtiæ lib. c. 34. & ſeqq. & lib. 6. c. 1.

Innocentius IIII. in Cõcilio Lugdunenſi anno 1241. priuauit Fredericum IIII. Imperatorẽ Imperio ex multis cauſis: præcipuè, quia impediebat prouiſos à ſummo Pontifice ne poſſiderẽt beneficia ſibi ab eo conceſſa extortionibus grauabat Eccleſiaſticos, trahens ad forum ſæculare; & de ordine eiuſdem Innocentij fuit electus Rex Romanorum Comes Holandiæ. Ita teſtatur Ioannes Villan. in d. lib. hiſtor. Florentiæ lib. 6. c. 26. & 27. & idem quoad priuationem teſtatur Platina in vita Innocentij IIII.

167 Idem † Innocentius IIII. Regi Portugalliæ negligenti & inepto, in Cõcilio Lugdunẽſi dedit in curatorem, & regni gubernatorem comitem Boloniæ ipſius Regis fratrem, vt de electione, ſeu de curatoris datione conſtat. in c. grandi. de ſupplenda neglig. Prælatorum. Ita tex. vbi in corpore iuris leguntur literę Innocentij directę comitibus, & baronib. Regni Portugalliæ præcipuè ſub pœna excommunicationis, quarum executores ſunt Archiepiſcopus Bracharenſ. & Epiſcopus Coimbricenſ.

168 Paulus † II. Georgium Pogebratium Bohemiæ Regem publico conſiſtorio hæreſi damnatum ann. 1466. regno priuauit. Cromer. in hiſtor. Poloniæ lib. 26. [Et illud Regnum conceſsit Matthiæ Coruino Regi Vngariæ ann. 1468. ita Bonifacius de rebus Vngariæ Decade 4. lib. 1. 2. & 3.] Hæc ſunt verba Genebrardi in Chronographia li. 4. verba Bonifacij in lib. 2. hæc ſunt, in quibus de hoc mentionem fecit: [Legati Matthię dicebant ipſum regni titulum à Paulo Pontifice habuiſſe, ſine eius autoritate, approbationeq; nullum regnum, nulla poteſtas haberi poteſt.]

169 Ioannes Papa † XXII. ann. Domini 1323. Ludouicum ducem Bauariæ in publico conſiſtorio priuauit illo omni iure, quod ei competebat in imperio ratione electionis, & quia confirmationem electionis ſuæ, antequam perſona ipſius eſſet per ſedem Apoſtolicam approbata, vſurpauit ſibi titulum regij nominis & Auguſti, & quodam adhæſit, & fauit rebellibus & aduerſarijs Romanæ Eccleſiæ, & quibuſdam hæreticis.

Poſſem alia innumerabilia exempla referre: in quibus Summi Pontifices exercuerunt in reges, imperatores, principes, & reſpublicas, autoritatem & gladium ſuum, quæ breuitatis cauſa omittere volui, licet veriſſima ſint, & ab optimis, ac approbatiſsimis autoribus ſcripta, cũ aliqualiter ſpiritualitatem reſpiciant.

## De *iuriſdictione vniuerſali Summi Pontificis in temporalibus.*

### *Quarta Theologorum opinio.*

### SVMMARIVM.

1 *Svmmus Põtifex ſecundùm Theologos habet iuriſdictionẽ temporalem in ordine ad ſpiritualia, & num. 31. & hac ratione habet vtrumque gladium, num. 4. & ſummam poteſtatem diſponendi de omnibus rebus Chriſtianorum, num. 25. Et in eo ordine ampliſsimam poteſtatem temporalem ſuper omnes principes, nu. 58.*

2 *Summus Pontifex, exigente fine ſupernaturali, poteſt deponere Reges, & eorum leges mutare.*

3 *Summus Põtifex debet exequi gladiũ tẽporalem per principes ſæculares.*

4 *Summus Pontifex ſupremam habet iuriſdictionem in fideles, & infideles diuerſâ ratione.*

5 *Theologi recentiores non in opinione, ſed in fundamentis diſcordant ab antiquis, quorum nonnulli minùs modeſti videntur, & num. 26.*

6 *Ambroſij Catherini verba de poteſtate temporali Papæ recenſentur.*

7 *Victoria Hiſpanus elegantiùs cæteris hanc quæſtionem tractauit.*

8 *Dominici Soto ſententia de poteſtate Papæ.*

9 *Roberti*

9 *Rob. Bellarmini doctrina de hac.*

10 *Poteſtas ſumma in ſummo Pontifice duobus modis poteſt accipi.*

11 *Directè nequit in ſummo Pontifice reperiri ſumma rerum temporalium poteſtas, ſed inſtrumentalis & indirecta, & num. 30.*

12 *Papa vt Papa non eſt dominus totius orbis, & id probatur. num. 22.*

13 *Papa nullam habet iuriſdictionem merè temporalem alicuius prouinciæ aut oppidi.*

14 *Papa indirectè eſt Dominus totius orbis Chriſtiani.*

15 *Papa totius orbis non eſt dominus.*

16 *Papa nequit infideles iudicare.*

17 *Principes infideles ſunt verè principes, & ſupremi ſuorum Regnorum.*

18 *Dominium non fundatur in fide, ſed eſt de iure gentium.*

19 *Dictio* [*Reddite*] *ſignificat debitum ſoluere.*

20 *Papa quâ ratione dicatur Monarcha ſpiritualis totius orbis.*

21 *Alexander VI. ſum. Pontif. orbem nouum diuiſit Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ, & qua ratione.*

23 Chriſtus *non abſtulit Regna iis, quorum erant.*

24 *Rex infidelis, ſi fiat* Chriſtianus, *non perdit dominium regni.*

27 Michaelis *Salon ſententia & modus loquendi.*

28 *Papa vt Papa ſine ordine ad finem ſpiritualem non habet poteſtatem ciuilem actu, nec habitu, nec poteſt leges condere ad res temporales quatenus temporales ſunt.*

29 *Imperatores & Reges propriè & directè habent poteſtatem ſæcularem.*

31 *Poteſtas temporalis, quam habet Papa non eſt laica, vel merè temporalis.*

32 *Eccleſia Chriſtiana & aliæ reſpublicæ ſæculares ſunt ad inuicem ſubordinatæ, & id quemadmodum intelligatur.*

33 *Poteſtas ſpiritualis toto genere perfectior eſt poteſtate temporali.*

34 *Finis naturalis cuiuſque reipublicæ ſæcularis ordinatur ad finem ſupernaturalem Eccleſiæ.*

35 *Summ. Pontif. eſt præfectus Eccleſiæ in ordine ad finem ſupernaturalem.*

36 *Deus, & natura, nihil faciunt fruſtra, nec deficiunt in neceſſariis.*

37 Conceſſo *aliquo conceſſum cenſetur illud, ſine quo expediri non poteſt.*

38 Poteſtas *Regis ad ſuum finem naturalem in ſe ſpectatum, independens eſt à ſummo Pontifice, quo reſpectu non poteſt Papa ſe intromittere in principum regimine.*

39 *Summus Pontifex eſt Paſtor vniuerſalis totius populi Chriſtani.*

40 *Quale ſit paſtoris officium.*

41 *Iura humana Imperatorum ſunt.*

42 *Poteſtas temporalis, & ſpiritualis in ſacris canonibus diſtinctæ ſunt.*

43 *Ad Imperatores palatia, ad ſacerdotes Eccleſiæ pertinent.*

44 *Non poteſt directè iudicare de cauſa ſæculari, ſed ratione peccati, & infra. num. 103.*

45 *Papa cognoſcit de natalibus, non de ſucceſsione.*

46 *Non pertinet ad Eccleſiam de poſſeſsionibus cognoſcere.*

47 *Aliqua eſt iuriſdictio quæ ad Regem Angliæ, & non ad Papam pertinet.*

48 *Reſpublica tẽporalis, eſt reſpublica perfecta.*

49 *Iudicium cauſarum ſæcularium in nulla inſtantia pertinet ad Papam.*

50 *Summi Pontifices fatentur ſe recepiſſe dominium aliquarum terrarum ab Imperatoribus.*

51 *Papa probatur temporalia tantum gubernare propter finem ſpiritualem.*

52 *Ciuilis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali, non ſolùm vt Chriſtiana, ſed vt politica eſt.*

53 *Finis temporalis ſubordinatur fini ſpirituali.*

54 *Temporalia à ſpiritualibus quomodo dependeant.*

55 *Summus Pontifex poteſt antiquos Reges & Imperatores deponere, & nouos conſtituere, exigente id fidei, & boni ſpiritualis conſeruatione, & num. 93.*

56 *Zacharias Papa Regem Francorum Regno depoſuit.*

57 *Innocentius Papa* IIII. *Regi Portugalliæ prodigo tutorem dedit.*

59 *Duæ obiectiones aduerſus communem ſententiã traduntur, & diſſoluũtur.*

60 *Papa vt Papa per ſe iudicat ſpiritualia.*

61 *Chriſtus Dominus fuit Rex temporalis, & Pontifex ſpiritualis, & latè, num. 65.*

62 *Chriſtus Dominus quam poteſtatem tradiderit Petro.*

63 *Chriſtus miſſus eſt ad exequendum dominium ſpirituale, & non temporale.*

64 *Dirigere principes ſæculares in finem, diuerſimodè conuenit Pontifici, & Chriſto, & infrà, num. 76.*

66 *Differẽtia inter Dominum & Regem, quæ ſit.*

67 *Dominium quid ſit.*

68 *Dominium tribus modis dicitur.*

69 *Regem eſſe duobus modis accipi poteſt.*

70 *Chriſtus non fuit Rex temporalis iure hæreditario, nec electione, num. 71. nec quatenus homo, nu. 72.*

73 Chriſtus *tribus titulis potuit vniuerſo orbi dominari.*

74 *Dominium* Chriſto *conueniens iure creationis, redemptionis, vel dono Patris non eſt temporale.*

75 *Omnis denominatio à proprio fine eſt ſumenda.*

77 *Papa quare non appellatur* Rex *terræ, vel Dominus rerum, nec ita vt dominium iuriſdictionis temporalis ab eo deriuetur in Reges, num. 106.*

78 *Summi Pontificis attributa.*

79 Chriſtus *habitu, & iure fuit verus Rex, non actu, vel vſu, & num. 91.*

80 *Chriſto tribuẽdum eſt quidquid ei non repugnat, & eius dignitatem commendat.*

81 *Potentia, quæ non reducitur in actum fruſtra eſt.*

82 *Illud,* [*Regnum meum non eſt de hoc mundo*] *quomodo intelligatur.*

83 Chriſtus *vt homo iudicialem, & dominii dignitatem habet.*

84 *Poteſtas iudiciaria in Chriſto ſequuta eſt regiam dignitatem.*

85 *Exceptio firmat regulam.*

86 *Victoriæ ſolutio reprobatur.*

87 *Patriarchæ antiquitus iurabant in femore.*

88 Chriſtũ *vtramq; poteſtatem temporalem & ſpirituałẽ habuiſſe probatur.*

89 *Monachis quare rerum poſſeſsio & adminiſtratio interdicta ſit, Epiſcopis vero (qui monachi ſunt) conceſſa.*

90 *Epiſcoporum ſtatus perfectior eſt ſtatu monachorum.*

92 *Bonifacii* VIII. *verba in extrauagant. vnam ſanctam. ex D. Bernardo deſumpta ſunt.*

94 *Papa non poteſt nouos Reges creare, non concurrentibus illis, ad quos ius eligendi pertinet, nec id poteſt, ceſſãte fidei cauſà, num. 108.*

95 *Regem infidelem, hæreticum, aut ſciſmaticum, ſi velit reſpublica ſibi eligere, poterit Papa id impedire, & eum deponere, & expellere à Regno, & num. 96.*

97 *Papa quãdo poteſt vti gladio temporali aduerſus principes & Reges.*

98 P*apa non habet directè poteſtatem iudicandi lites temporales, nec infirmandi leges.*

99 P*apa non poteſt ſtatuere, vt à iudicibus ſæcularibus ad ipſum appelletur in rebus temporalibus.*

100 *Tribunal ſæculare in rebus temporalibus à Summo* P*ontifice eſt exceptum.*

101 *Papa quomodo reuocet leges principum minùs iuſtas.*

102 *Lex* P*ontificia & Imperatoria ſi con-*

*currant de eadem re, quænam ſit obſeruanda.*

103 *Peccata omnia ad ſedis Apoſtolicæ tribunal ſpectant.*

104 *Papa ex traditione Chriſti nullum habet dominium temporale.*

105 *Papa habet verum dominium temporale directè in bonis collatis Eccleſiæ per ſæculares, & quomodo de eis poſsit diſponere, & nu.* 110.

107 *Papalis poteſtas eſt omnino diuerſa à regali.*

109 *Reges diuerſimodè dependent à Pontifice, atque Epiſcopi.*

111 Papa *ſi donat bona Eccleſiæ ſine cauſa rationabili, donatio non tenet.*

112 *Sūmus Pontifex eſt vniuerſalis diſpēſator bonorum omnium Eccleſiarū.*

113 *Dominium bonorum* Eccleſiæ *non eſt penes Papā, Reges, aut* Imperatores.

114 *Thomas Boccius conatur probare dominium temporale conuenire Papæ.*

115 *Celſus Mancinus eandem ſententiam probat.*

116 *Canoniſtarū argumentis reſpondetur.*

117 *Poteſtas temporalis primò integra eſt in Repub. & in* Principes *deriuatur.*

118 Pap*æ quando liceat Imperatores deponere.*

119 *Rex Romanorum eligitur, viuente Imperatore.*

120 *Argumenta pro Legiſtarum opinione adducta diluuntur.*

121 *Iuriſdictiones quoad exercitium ſunt diſtinctæ, & quoad diuerſos fines.*

122 Pap*a præſtat Imperatori, quantùm Sol Lunæ.*

123 *Cauſæ omnes inter fideles naſcentis Eccleſiæ cognoſcebātur per Clericos.*

124 *Laici ſunt incapaces ſpiritualium.*

125 *Chriſtus quare tributum ſoluerit.*

126 *Chriſtus fugit, ne fieret Rex.*

127 *Illud, [Regnum meum non eſt de hoc mundo] quomodo intelligatur.*

128 *Chriſtus aliquando poteſtatem temporalem exercuit.*

129 *Expenditur illud Luc.cap.22. [Principes gentium, &c.]*

130 *Expenditur illud Matth.cap.19. [Niſi quis renunciauerit, &c.]*

131 *Illud* P*auli ad Tit.cap.2. [Nemo militans Deo, &c.] quomodo ſit intelligendum.*

132 *Declaratur locus* Matth.*cap.*16.

133 *Reſpondetur ad illud* Petri*: [Eſtote ſubiecti.]*

134 Pap*a electus confirmabatur olim per* I*mperatores, & quare fuerat introductum.*

135 *Imperatorem non eſſe dominum totius mundi, & nu.*139.

136 P*oteſtas Regia ſuperior erat in lege veteri poteſtate ſacerdotali.*

137 In *prælatis Eccleſiæ ſuperior eſt poteſtas regalis ſpirituali.*

138 *Epiſcopus Cardinali maior eſt ordine, inferior dignitate.*

140 *Cain fuit primus Rex terræ.*

141 P*oſt peccatum Adæ cepit Eccleſia in Abel iuſto, & num.*144.

142 *Dominium temporale iuſtum initium habuit in Moyſe.*

143 I*mperium non fuit ante* Eccleſiam.

144 P*apa poteſt infideles contra leges naturæ peccātes punire pœna corporali.*

145 P*apa ratione publicæ vtilitatis poteſt infideles priuare iure ſuo.*

QVARTA Theo-
logorū opinio, quæ
inter extremas Iu-
ris Cæſarei, & Pōti-
ficij opiniones me
dia incedit, eſt, quâ
1 dicitur † Summi
Pontificis poteſtatem, quòd primo &
per ſe reſpicit finem ſupernaturalem,
habere ex conſequēti adiunctam ſu-
premam, & ampliſsimam poteſtatem
iuriſdictionis tēporalis ſuper omnes
huius mundi principes temporales,
& reliquos qui de Eccleſia ſunt, in
quantum id poſtulat finis ſupernatu-
ralis, ad quem poteſtas ſpiritualis or-
dinatur.



dinatur. Ex quo colligunt huius opi-
nionis autores, poſſe Summum Pon-
tificem, exigente id fine ſupernatu-
rali, deponere Reges, & ſuis priuare
ditionibus: & rurſus poſſe inter illos
de rebus temporalibus iudicādo, le-
ges eorum infirmare, & reliqua, quæ
ſaluti ſpirituali, & communi animarū
fidelium expediunt, nō ex animi ſen-
tentia, ſed prudētium arbitrio indu-
cta, idq́; non ſolùm cenſuris ad id co-
gendo, ſed etiam pœnis externis, vi
etiam & armis, non ſecus, ac quiuis
3 alius ſæcularis princeps: † quāuis ma-
ximè congruat Summum Pontificem
id non exequi per ſe ipſum, ſed per
4 principes ſæculares: quâ † ratione
Summus Pontifex dicitur verè habe-
re vtrumque gladium, ſupremam ac
ampliſsimam poteſtatem tempora-
lem & ſpiritualem.

Hanc opinionem defendūt ex an-
tiquis Henri. quodlib.6.q.25. Albert.
Pighius lib.6. Hierarchiæ Eccleſiaſti-
cæ, Petrus de Palud. lib. de poteſt. Ec-
cleſ. Vualdenſ. lib.2. doctri. fidei art.3.
c.76.77.78. Durand. de orig. iuriſdict.
q.3. Turre-crem. lib.2. ſum. c. 113. &
114. Caieta. in Apolog. tom.1. opuſc.
tract.2. c.13. ad octauum, & 2.2. q. 43.
art.8. Ex modernis verò eam tuentur
Victoria relect.1. de poteſtat. Eccleſ.
q. penult. & relect. de Indis inſulanis
p.1. num.26. Soto lib.4. de iuſt. q.4. art.
1. Bañes de Iuſt. in præambulis de do
minio, q.4. dub.2. Nauarr. in c. nouit.
de iudicijs, Driedo libr.1. de liberta.
Chriſt c.15. & 16. & lib.2. c.2. Sanderus
li.2. c.4. de viſibili Monarch. Cordub.
lib.1. q.57. dub.3. Eſtq́; communis in-
ter D. Thom. diſcipulos, qui aſſerunt
Papam, quod attinet ad ſpiritualia,
habere ampliſsimam poteſtatem à
Chriſto ſibi traditam, cuius vices ge-
rit, in Chriſtianos quidem, vt ſan-
ctis legibus eos inſtituat, in infideles
verò, vt illis Euangelium prædicet
iuxta illud Marc. vlt. [Euntes prædi-
cate Euangelium omni creaturæ.]

5 Verùm inter † Modernos Theo-
logos quamuis ſit in confeſſo Pa-
pam non habere poteſtatem in tem-
poralia niſi cum ordine ad ſpiri-
tualia, id tamen diuerſis fundamen-
tis probare pro opinantium varieta-
6 te ſtudent. Nam Ambroſius † Cathe-
rinus vir ſanè ſubtiliſsimus in com-
mentario Epiſt. ad Romanos apertè
fatetur, quòd ſi Papa aliquid tempo-
rale poſsidet, illud non illi obuenit
immediatè à Chriſto, ſed iure aliàs
humano: & addit: [Nam cùm rogatur
quo iure Pontifex poſsideat illam &
illam ciuitatem aut prouinciam, ſta-
tim oſtendit iura (id eſt, titulos loco-
rum legitimos) quæ poſsidet, quibus
dominatur. Deinde ſententiam no-
ſtram probat. Primò, ſi Summus Pon-
tifex eſſet Dominus totius orbis, nul-
li eſſent domini verè terrarum in
tēporalibus, ſed ſolus Papa eſſet do-
minus totius orbis, & cæteri (etiam
quoad tēporalia) ſub illo: at ſi hoc ad-
mittatur, nullum certè locum habe-
bit illud Ioannis 10. & 18. & Lucæ 19.
[Regnum meum non eſt de hoc mū-
do, filius hominis non habet vbi ca-
put ſuū reclinet.] Quòd ſi regnum
iſtud ad illum attinebat vt homo
erat; cur fugit ne regem illum conſti-
tuerent? Et cur vni de duobus fratri-
bus litigantibus, petenti, vt iuberet
fratri, ſecum vellet diuidere hæredi-
tatem, reſpōdit? [Homo quis me con-
ſtituit iudicem aut diuiſorem inter
vos?] Luc. capit. 12. Qui locus apertè
conuincit non fuiſſe illi datam re-
rum humanarum, & ſæcularium quæ-
ſtionum iudiciariam cognitionem.
Ex quibus autor hic concludit Sum-
mi Pontificis iuriſdictionem in quí-
bus eſſe, quæ baptiſmatis lauacro ſe
illi ſubdidere.
7 Doctiſsimus Pater † Victoria, qui

bonas in Hiſpaniam literas induxit, in ſua illa elegantiſsima relectione omni prorſus adulatione vacuus, hãc quartam opinionem elegantiùs præ cæteris tam antiquis, quàm modernis tueri tentauit: cuius verba quoniam ſelectiora inter enarrandã hanc opinionem adduximus, placuit huc ſpecialiter non inſerere.

8 Hunc ſequitur† Magiſter Soto in commentarijs, quos edidit in Euangelium Matth. tum 1. tum 20. cap. de Regno Chriſti diſputans, & de illius vicario litem hanc dirimere elaborauit, dicens: [Ceterùm quãtum ad ſæcularem poteſtatem contrarium arbitrati ſumus, videlicet quatenus hominem, Chriſtum non fuiſſe Regem, non quòd non potuit, erat quippe Deus, ſed quia eum non decuit, neq; ſubinde voluit.] Probat autem ſuam concluſionem, deducendo hanc poteſtatem à ſummo primo Pontifice, videlicet Chriſto Domino, in alios ſuos vicarios: ſed quoniam vi ſuarum rationum petit quæſtionem illam, an Chriſtus fuerit Rex temporalis, ideo Lectorem inferiùs remittimus.

9 Bellarminus † hæreſum propugnator acerrimus tom. 1. lib. 5. de poteſtate Papæ à c. 1. vſq; ad quæſt. Catherini, Soti, & Sãderi doctrinam toto pectore exhauriens, præacceptâ diſtin-
10 ctione reſpondet, & inquit, † poteſtatem ſummam in Sũmo Pontifice poſſe duob. modis intelligi, aut directè,
11 aut indirectè. † Directè (inquit) nequit in Summo Pontifice reperiri. Indirectè autem illi competit hæc ſuprema rerum temporalium poteſtas, ac ſupereminens. Eius rationes ex triplici aſſerto robur aſſumunt. Primum eſt.
12 Papa † vt Papa non eſt Dominus to-
13 tius orbis. Secundum, † Papa, alicuius prouinciæ aut oppidi nullam habet iuriſdictionem merè temporalem.
14 Tertium, Papa † indirectè eſt dominus totius orbis Chriſtiani. Primum probat ſic: nam cùm Ioann. vlt. Chriſtus commiſit oues Petro, illas duntaxat eius curæ commendauit, quæ illius erant, nimirum quæ baptiſmatis charactere eſſent inſignitæ, & Chriſtia-
15 nam profiterentur militiam: ergo † Summus Pontifex Chriſti vicarius, totius orbis non eſt dominus. Multæ enim ſunt orbis partes, in quibus non ſunt oues Chriſtianæ. Secundò Papa
16 † (inquit hic autor) nequit infideles iudicare, vt Paul. 1. Corinth. 5. teſtatur illis verbis: [Quid ad me de his, qui foris ſunt, iudicare?] Ergo non eſt do-
17 minus, &c. Præterea † principes infideles, ſunt verè principes, & ſupremi ſuorum regnorum. Ergo Pont. M. in eorũ regnis non eſt ſupremus. Antecedens probatur: nam ſi aliquid obſtaret, quò minùs eſſent veri principes, id maximè eſſet, quia carent huiuſmodi infideles principes gratiâ fi-
18 dei: ſed † dominium non fundatur in gratia aut fide, quinimò in libero arbitrio & ratione. Nec deſcendit ex iure diuino, ſed ex iure Gentiũ, nam Deus approbat regna Gentilium in vtroq; teſtamento, ſiquidem in Daniele legimus c. 2. [Tu es Rex regum & Deus cæli dedit tibi regnũ, & imperiũ.] Apud Matth. etiã c. 22. [Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.] Vbi ponderanda eſt
19 dictio illa. † [Reddite,] nõ enim dixit, [donate,] ſed [reddite,] quæ illi iure debentur. Sed & Paul. Rom. 13. [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal:] qui etiam ibi iubet propter cõſcientiam obedire principibus Ethnicis: quòd ſi non eſſent verè principes, illis nequaquam obedire teneremur. Huic argumento fortaſsis aduerſarij putabunt ſe ſatisfacere, dicentes, teneri quidem illos obedire principibus Ethnicis, & infidelibus tanquam vi-





carijs Papæ. Sed hæc reſponſio ridicula eſt, atq; vt ita dicam infantina: nam vt illis infantinè reſpondeatur, ſi Papa poſſet, nollet tales habere vicarios, & ſi poſſet, talia Ethnicorum regna daret fidelibus principibus: igitur ridiculũ eſt, Deum dediſſe Papæ ius in Regna totius mundi, & nõ dediſſe illi vnquam facultatem vtẽdi tali iure. Huic rationi ego addendum puto in illius vim & robur, aliud quod ſequitur argumentum. Vel hęc facultas dominãdi eſt poteſtas phyſica & naturalis, vel logica ſiue per non repugnantiam: ſi logica nihil dicitur ad rem: ſi Phyſica, & naturalis; ergo non redacta ad actum & executionem: fallax, fucoſa, inanis & nulla fuerit, & contra rationem potentiæ naturalis: ergo parũ retulerit Papam habere hanc facultatem, quam oppoſitum opinantes dicunt, ſi non habet facultatem vtendi tali poteſtate: Quod ſanè ex Ariſtotele nullo negotio comprobari poteſt: is enim ita dicit, quod ſi aſtra haberent potẽtiam ad motum progreſsiuum, ipſa natura dediſſet illis pedes, neruos, & alias facultates, ac inſtrumenta, quibus poſſent progreſsiuè incedere, aliàs (inquit) fruſtra natura illis talem indidiſſet potentiam. Ita in propoſito, ſi Papa habet poteſtatem dominandi vniuerſo terrarum orbi, & hanc accepit à Deo, quomodo (ne iſthæc potentia eſſet fruſtra) Deus non dedit illi facultatem quâ poſſet vti, & talem exequi potentiam, cum aliâs potuiſſet omnia ad id neceſſaria illi tribuere? Fortaſsis aduerſarij inſtabunt, Papam eſſe monarcham ſpiritualem in toto orbe terrarũ, & nihilominùs nunquã potuiſſe exercere huiuſmodi principatum vbiq; locorum orbis in ſpiritualibus, nec ob id ſequetur hanc poteſtatem fruſtra conceſſam eſſe. Reſpondet Bellarminus loco allegato c. 2. §. at inquient: Papam † dici Monarcham ſpiritualem in toto
20 orbe, non ex eo quod pręſit omnibus hominibus qui ſunt in toto orbe, ſed quod præſit omnibus Chriſtianis per totum orbem diffuſis. Et rurſum ex hypotheſi, nimirum, quod ſi orbis vniuerſus conuerteretur ad fidem, toti quoq; orbi planè ſpirituali iuriſdictione Papa præeſſet.

Et ſi vlterius aduerſarij vrgeãt di-
21 centes, † Alexandrum VI. diuiſiſſe orbem nuperrimè inuẽtum Regibus Hiſpaniæ & Luſitaniæ, reſpõdet eruditè ſatis hic autor, non eo conſilio nouum orbem à Summo Pontifice diuiſum eſſe regibus illis, vt proficiſcerentur ad debellãdos infideles, & eorum Regna occupanda, ſed duntaxat, vt eò adducerent fidei Catholicæ præcones, ac tuerentur, atq; protegerent, tum Theologos, tum ſuſcipientes verbum Dei ad propagandã fidem ſacris concionibus: & etiam vt auferrentur bella Chriſtianorũ principum, qui in regionibus illis negotia erant habituri.

22 Secũdum aſſertum, † videlicet Papam non eſſe dominum totius orbis, imò eſſe aliquam prouinciam, cuius nullam habeat iuriſdictionem tẽporalem, probat primo. Si Papa eſſet dominus totius orbis de iure diuino, vt aſſerunt oppoſitum opinantes, id deberet conſtare aut ex ſcripturis, aut traditionib. Apoſtolorum: ſed ex ſcripturis nihil aliud habemus, quàm datas fuiſſe Pontifici claues Regni cælorum, vbi de clauibus regni terrarũ nulla fit mentio. Traditionem Apo-
23 ſtolicã nullam aduerſarij proferũt. † Inſuper Chriſtus nõ aufert regna his quorũ erant, nam nõ venit deſtruere, ea quæ bene erant, ſed perficere: er-
24 go † quando Rex fit Chriſtianus, non perdit regnum terrenum, quod iure obtinebat, ſed nouum ius ad regnum æternum acquirit: alioqui obeſſet regibus Chriſti beneficium, & gratia

naturā deſtrueret. Et confirmatur ex hymno Sedulij, quem canit Eccleſia:

*Hoſtis Herodes impie,*
*Chriſtum venire quid times?*
*Non eripit mortalia,*
*Qui regna dat cæleſtia.*

Alias adducit rationes loco allegato c. 3. Deinde probat tertium aſſertum in cap. 4. Papam non eſſe dominum temporalem directè pluribus rationibus: inferius eas referam, quoniam petunt illam quæſtionem, an Chriſtus Dominus fuerit dominus temporalis.

25 Tādem † in c. 6. dicit Papam habere poteſtatem temporalem indirectè, & ait quòd licet Summus Pontifex vt Pontifex non habeat vllam merè temporalem poteſtatem, tamē habet in ordine ad ſpiritualem poteſtatem ſummam poteſtatē diſponendi de temporalibus rebus omnium Chriſtianorum, quod probat c. 6. & 7.

26 Ex quibus omnibus clarè apparet, quā variè doctores Theologi loquantur. Licet enim idem ſit omniū iudicium in hac controuerſia, modus tamen loquēdi & proponēdi hanc Theologorū opinionem minùs modeſtus modernioribus Italis viſus eſt; propterea quòd Catherinus loco citato ſic dicat. [Et ſunt contrà, qui ſiue id per adulationem faciant, ſiue per nimiam ſimplicitatem, aiunt ad Summum Pontificem de iure pertinere omnem totius orbis dominationem, etiam temporalem. Ita placuit Celſo Mancino in libro nuper edito de iuribus principatuum cap. 7.]

27 Inter iuniores † tamē Michael Salon ex Auguſtiniana familia libr. de iuſt. q. 4. de Dominio art. 5. modeſtè ſatis Theologorum hanc quartam opinionem & proponit, & defendit. §. oppoſitam: ſententiam ita deducit, admiſſâ Bellarmini diſtinctione. Et quia inferiora ſuperioribus ſeruiunt & facultas, cuius finis ſuperior eſt, imperat cæteris facultatibus, quę minora curant, vt docet Ariſt. 1. Ethicorum c. 1. idcirco quotieſcumq; boni ſpiritualis, & Eccleſiæ neceſsitas tulerit, habere Summum Pontificem poteſtatem gubernādi, & diſponendi res temporales, & imperādi poteſtati ciuili in ordine ad talem finem; poteſt indirectè (vt puto) habere
28 huiuſmodi poteſtatem. † Directè autem & per ſe, ac ſine ordine ad finem ſpiritualem non habere poteſtatem aliquam ciuilem (actu, nec habitu intelligit) quatenus Pontifex eſt, nec poſſe gubernare rempublicam ſæcularem, vel leges condere ad res temporales, quatenus temporales ſunt,
29 pertinentes, vt faciunt † Imperatores & Reges, qui propriè & directè habēt poteſtatem ſæcularem. Hæc doctiſsimus hic ex iunioribus noſtri temporis Theologus adducit, finē huic controuerſiæ clariùs quàm cæteri imponens. Hæc Salon loco citato, art. 5. &
30 per totū. † Magiſter verò Bañes inſignis Theologus primarius apud Salmanticenſes præfectus 2. 2. tom. 2. de iuſtitia & iure in præambulis ad quęſtio. 62. dub. 2. & etiam. 1. elegantiſsimè hanc noſtram ſententiam tuetur, explicans hanc poteſtatem Summam Papæ in temporalibus eſſe inſtrumētalem, & indirectam in ſecunda concluſione, vbi ſuam in hac re proponit ſententiam.

His additur grauiſsimus Pater Molina, veritatis Inquiſitor ſubtilis, primarius quondam in Eborenſi Academia profeſſor. Hic poteſtatē in temporalia Papæ tribuit in ordine ad ſpiritualia, & differētiam inter vtramq; poteſtatem acutiſsimè proſequitur tom. de iuſt. & iure tract. 2. diſput. 29. qui etiam videndus eſt diſputat. 28.

Status igitur huius opinionis, & epi-
31 logus eſt, † Papā eſſe dominum temporalium, non directè, ſed indirectè, quatenus temporalia concernunt ſpiritua-



ſpiritualia, & ideò neq; dici regem, vti Rex Hiſpaniæ regnat in ſuis regnis.

Hanc tenent ſententiam Bellarminus, Sotus, Caietanus, Salon, & Bañes locis citatis. Couarruu. 2. p. tom. 1. §. 9. num. 7. vbi dominium tam actuale, quàm habituale temporalium negat eſſe in Sūmo Pontifice. Gerſon, quem refert Almainus de poteſtate Eccleſ. cap. 7. ait oppoſitam opinionem fuiſſe adulatorum Papæ. Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ libr. 1. c. 37. 40. 44. 56. 58. & 59. Mendoça in quodlibet. relect. vltim. §. 15. fol. 673. pag. 2. Aragon de iuſtitia & iure, q. 67. art. 1. §. cæterum. Meritò ergo reprehendendi ſunt Bart. l. 1. §. 1. ff. de requirend. reis. Anto. à Roſellis tract. de poteſtat. Pap. §. ne prolixius. Ioannes Lignianus, quem refert Bellamera in c. nouit. num. 18. ei conſentiens, dicentes hanc noſtram opinionem eſſe hæreticam, quos ſatis modeſtè carpit Couarruuias loc. citat. §. quarto planè.

Sed antequam ad prædictæ opinionis probationes accedamus: Primò
31 ſuppono, † quòd hæc temporalis iuriſdictionis poteſtas, quæ reſidet in Summo Pontifice, quâ dirigit temporalia in finem ſupernaturalem, nō eſt poteſtas merè temporalis, ſed eſt ſpiritualis ex parte finis: vnde fit, vt non ſit dicenda poteſtas laica, ſed Eccleſiaſtica, & tamen iuriſdictio temporalis vt ſic diſtinguatur à poteſtate ſpirituali, quæ illam annexam habet.

32 Secundò ſuppono, † quòd Eccleſia Chriſtiana cui Summus Pōtifex iure diuino tanquam caput, & ſupremus rector præficitur, & quæuis alia Reſpublica ſæcularis, non ſunt duæ Reſpublicæ diuerſæ & diſparatæ, ſicut Reſpublica Galliæ, & Hiſpaniæ, ſed ſunt ad inuicem ſubordinatæ, ita vt vna in altera includatur: quod ita intelligendum eſt, non quòd temporalis Reſpublica in ſe non ſit perfecta in ſuo genere, ſed quia dirigitur in ſpiritualem, tanquam in finem perfectiorem, ſiquidem ſpiritualis toto genere perfectior eſt, ita docet Couarruu. loc. citat. §. ſecūdò ex his: qui etſi concedat hanc ſubordinationem tēporalium & ſpiritualium, tamen nu. 6. §. vltimo, apertè dicit regiam poteſtatem temporalem iure diuino conuenire principibus ſæcularibus.

34 Tertiò ſuppono, † quòd finis naturalis cuiuſque Reipublicæ ſæcularis tanquam imperfectus ordinatur ad finem ſupernaturalem, quem reſpicit Eccleſia vt ad perfectiorē finem. Eo pacto quando duo artifices vel moderatores ita ſunt ſubordinati, vt finis vnius ſubordinetur fini alterius, artifex ſuperior modū, & leges præſcribit inferiori, quatenus finis ſuperior poſtulat, vt in equeſtri, & frænorum conficiēdorum arte perſpicuum eſt, vt docet Ariſt. 1. Ethicorum cap. 1. quamuis non ita contingat in Republica temporali reſpectu ſpiritualis, vt ſtatim explicabimus.

His ſuppoſitis, & alijs rationibus, quas in principio ex ſententia Bellarmini attulimus, colligo primam noſtræ concluſionis probationē: † Sum-
35 mus Pontifex eſt præfectus Eccleſiæ in ordine ad finem ſupernaturalem: ergo debet ordinare, & præſcribere principibus ſæcularibus, cæteriſque Chriſtianis, quatenus expedire iudicauerit ad finē ſupernaturalem, aliàs Chriſtus non ſufficiēter ſuæ Eccleſiæ prouidiſſet, niſi omnes principes ſæculares & alios fideles hac in parte ſubordinatos reliquiſſet Summo Pōtifici, cum pleniſsima poteſtate in Summo Pontifice ad eos pro ſuo munere coercendos & cogendos, ad id quod iudicaret neceſſarium ad finem ſupernaturalem ſimpliciter, & per ſe.

Id verò cõfirmatur: nám eo ipſo quòd Chriſtus Dominus Petro, & ſuis ſucceſſorib. curã ſuæ Eccleſiæ commiſit ad finẽ ſupernaturalem, cenſetur ex conſequenti commiſiſſe illis poteſtatem, de qua loquimur, videlicet coercendi principes ſæculares, ſi neceſſe fuerit ad finẽ ſupernaturalem. Nam
36 Deus † & natura (vt ſuprà dicebamus) nequicquam fruſtra rem faciunt, nec in neceſſarijs deficiunt: & dum aliquod munus vel regimen alicui con-
37 cedunt, † cenſentur ſubinde ei eſſe conceſſa ea, ſine quibus id rectè expediri non valet, tex. in. c. præterea. de officio, & poteſt. iud. deleg. loquitur vbi tex. de vi coercitiua ad id quod eſt iniũctum & l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. & ibi Iaſon.

Hic tamen aduerte ex Victor. relect. 1. de poteſtate Eccleſiæ, q. penul. n. 9. & Bellarm. tom. 1. lib. 5. c. 6. poteſtatẽ regiam nõ eodem modo pendere à Sum. Põtificis poteſtate, quo frænorum conficiendorũ ars dependet ab equeſtri. Nã licet ex hoc, quod prędictæ duæ artes inter ſe diuerſæ habeant diuerſa obiecta; ſubiecta, & actiones, & ex conſequenti diuerſos fines, tamen quia finis vnius ordinatur ad finem alterius, ideo vna alteri præeſt, & ei leges præſcribit. Sicq; dicunt aliqui non ſatis hanc ſubordinationem perpendentes, ita ſe habere Eccleſiaſticam, & politicã poteſtates, quæ licet diſtinctæ ſint, tamen quia vna alteri ſubordinatur, & finis vnius ad alterius finem naturâ ſuâ refertur, ideo inquiunt eodem modo contingere, vt in equeſtri & frenaria, in qua non fierent fræni, niſi vſus equi eſſet. Idem dicunt de arte nauium conficiendarum reſpectu artis nauigandi.

Dico ergo ſimilitudinem hanc non eſſe per omnia parem, imò eam contrariam iudico noſtræ ſententiæ. Ratio huius eſt, nam in illis artibus, inferior eſt propter ſuperiorẽ ſolùm, adeò vt ſublato ſuperiore tollatur cõtinuò inferior: ſi enim non eſſet ars equeſtris, certè ſuperuacanea eſſet ars frænorum faciendorũ. At politica poteſtas non ſolũ eſt propter Eccleſiaſticam: eſto enim quòd Eccleſiaſtica nõ eſſet, adhuc politica eſſet; nam etiam ſi nõ eſſet finis ſupernaturalis Eccleſiaſticæ poteſtatis peculiaris, adhuc tamen eſſet finis naturalis, ad quem Reipublicę adminiſtratio ordinatur, atque adeò regis poteſtas ad eum finem. Quod patet in infidelibus, quibus eſt vera poteſtas temporalis & politica, & tamen ſine ordine ad aliquam veram poteſtatem Eccleſiaſticam, & ſpiritualem.

Optima ergo ſimilitudo eſt, quam tradit doctiſsimus Bellarm. lib. citato, c. 6. acceptã ex Gregorio Naziãzeno in orat. ad populũ timore perculſum. Vt enim ſe habet in homine caro, & ſpiritus, ita ſe habent in Eccleſia duæ illæ poteſtates. Nam caro & ſpiritus ſunt quaſi duæ Reſpub. quæ poſſunt ſeparatæ, & cõiunctæ inueniri. Caro enim habet ſenſus, & appetitũ, quib. reſpondent actus & obiecta proportionata, & quorũ omnium finis immediatus eſt ſanitas, & bona conſtitutio corporis. Habet etiam ſpiritus intellectum & voluntatẽ, & actus atq; obiecta proportionata, & pro fine animę ſanitatẽ & perfectionem. Inuenitur etiã caro ſine ſpiritu in brutis, & ſpiritus ſine carne in Angelis. Ex quo clarè liquet neutrũ præciſè eſſe propter alterũ. Inuenitur tamen caro adiũcta ſpiritui in homine, vti ex quo vnam conſtituunt perſonam, neceſſariò habent connexionem & ſubordinationem, ita vt caro ſit ſubdita, & ſpiritus præſit, & quanquam ſpiritus non ſe immiſcet carnis actionibus, ſed eam ſinit ſuas agere operationes, vt in brutis exercet: ſi tamen hæ con-



hæ contradicunt fini ſpiritus, tũc ſpiritus carni imperat, eamq; opprimit, & (ſi neceſſe eſt) indicit ieiunia, aliaſque afflictiones etiam cum detrimẽto aliquo, & debilitatione ipſius corporis, & cogit linguam ne loquatur, manus ne operẽtur, & oculos ne videant. Eiuſmodi eſt Cydonij verè Philoſophi illa politia quam in homine ſtatuit ex mente & corpore, in Oratione de contemnenda morte. Rationem quam λόγον appellat quaſi quendam imperatorem in homine conſiderat, at ſenſuum & corporis actiones ὄχλῳ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἀλογίας, id eſt, populo ſiue turbæ eius quæ in hominibus eſt, irrationabilitatis comparat: ſed vt facilius complecti quiuis poſsit quâ mente hæc noſtra diſtinctio ex eius verbis exhauſta ſit, Latinè huc transferemus quæ Græcè ille. [ Hominis mens vſque adeò res varia & libera eſt, & nunc hoc nunc illud agendum ſuſcipit, atque aliàs ſic, aliàs contra actiones ſuas componit, eaſque ſemper arbitratu ſuo. Hoc verò à rationis opulentia habet, quæ res ſola libera eſt, atque tum facere, tum excogitare contraria poteſt. Natura autem, quippe mendica & inops, & ipſa vno quodam termino continetur: & animalia quæ ei ſeruiunt, egena & ſeruilia facit minutis incluſa legibus. At homo ſic ab initio diuinitus ad imperandum à Deo paratus eſt, vt non cæteris tantum præeſſe velit, ſed idem etiam imperium erga ſemetipſum vſurpet, præſertim cùm ſuam naturam conſeruat. Itaque homines modeſtos, & prudẽtes appellandos cenſemus eos, qui ſe & moderantur, & ſibi imperant. Qui cum ipſi feliciſsimi ſunt, tum eos qui parent felices reddunt, qui brutæ illi parti, quæ in hominibus eſt, tanquam populi multitudini rectiſsimè imperare ſciunt.] Hæc eo ſpectant vt rationem dominam rerum faciat: ſic enim paulò pòſt loquitur. βασιλεύει μὲν ὁ λόγος, ἄγεται δ᾽ ἡ φύσις. Id eſt: Ratio quidem imperat, natura autem paret.] Atq; eâ viâ ſi ad obtinendum finẽ ſpiritus neceſſaria ſit aliqua carnis operatio mors etiam ipſa ſpiritus imperare poteſt carni vt ſe ac ſua exponat, vt cernimus in martyribus. Ita quoq; poteſtas ſæcularis, & politica ſuos habet Principes, leges, & iudicia Eccleſiaſtica verò ſuos Epiſcopos Canones, iudicia: illa habet pro fine temporalem pacem, hæc ſalutem æternam. Inueniuntur quandoq; ſeparatæ, vt olim tempore Apoſtolorum; quandoq; cõiunctæ vt nũc. Quando autem ſunt coniunctæ, vnum corpus efficiunt, ideoq; debent eſſe connexæ, & inferior ſuperiori ſubiecta, & ſubordinata. Itaq; ſpiritualis non ſe miſcet temporalibus negotijs, ſed ſinit omnia procedere, ſicut antequã eſſent coniunctæ, dummodo non obſint fini ſpirituali, aut non ſint neceſſaria ad eum conſequendum. Si autem tale quid accidat, ſpiritualis poteſtas poteſt, & debet coercere tẽporalem omni ratione ac viâ, quæ ad id neceſſaria eſſe videbitur.

38 Ex quibus infero, † quòd poteſtas regis ad ſuum finem naturalem in ſe ſpectatum indepẽdens eſt à Summo Pontifice: & ideò Summus Pontifex nõ poteſt ſe intromittere nec immiſcere in principũ regimine, ac dominorũ ſęculariũ gubernatione, quatenus reſpiciunt per ſe finẽ Reipub. politicum ac naturalem, vt ſup. dicebamus. Quoniã verò princeps ſæcularis Chriſtianus deuiare poteſt in ſuo regimine ab eo quod finis ſupernaturalis Eccleſiæ omnino poſtulat, eatenus regimen illius à Summo Pontifice pendet, poteſtque tunc Papa illum cohibere & caſſare; quòd aliqua deuia ordinauerit, imò & illum (ſi opus fuerit punire; teneturque

in adminiſtratione ſubijcere ſe Sūmo Pontifici, & ſtare omnibus illis, quæ in ordine ad ſupernaturalem finem illi fuerint ritè præſcripta. Ita Couarruu.loc.citat.& alij Doctores.

Secundò principaliter probatur hæc opinio ex ſacræ Scripturæ locis, & præcipuè ex illo Matt.c.20.& Luc. c.22.[Principes gẽtium dominantur eorum,vos autem non ſic.] Cui conſonat illud. 1.Petri.c.5.[Non dominantes in clero.]Quæ loca exponens D.Bernardus lib.2. de conſiderat. ad Eugenium, ait ſic : [Quid tibi aliud dimiſit Petrus Apoſtolus? quod autem habeo,hoc tibi do: argentum & aurum nō eſt mihi. Eſto vt alia ratione hoc tibi vendices, ſed nō Apoſtolico iure.Planè Apoſtolis interdicitur dominatus: quomodo tu tibi audes vſurpare?] & lib.3.ad eundem:[Diſpenſatio tibi credita eſt, non data poſſeſsio;non tu ille, de quo Propheta:Et erit omnis terra poſſeſsio eius;] ergo concluſio vera.

Tertiò probatur: Summus Ponti-
39 fex † eſt paſtor vniuerſalis totius populi Chriſtiani à Chriſto ſeruatore noſtro inſtitutus,ſecūdùm illud Ioan.
40 21.[Paſce oues meas:] † paſtoris autem officium eſt errãtes oues, cuiuſcumq; ordinis aut dignitatis exiſtãt, in viam reuocare, eoſq; quācunq; ratione ad viam cōpellere,idq; paſtoris officio cẽſetur eſſe conceſſum ac iniunctum:ergo eo ipſo quòd à Chriſto vniuerſalis Eccleſiæ paſtor eſt cōſtitutus,cenſetur illi tradita huiuſmodi poteſtas. Hoc argumento vtitur Innoc.III.c.ſolitæ.de maior.& obed.vt oſtenderet illi permiſſum eſſe imperatorem reprehendere:quanuis Celſus Mancin.lib.3.c.2.pag.64.hoc Innocentij argumento vtatur ad contrariam fulciendā ſententiam,minùs attẽtè Innocẽtij verba premeditatus.

Quartò,ſi in Papa per ſe & directè eſſet poteſtas ſæcularis, haberet quidem eādem,quā nunc reges & imperatores habent,nec aliūde diſtinguerentur, quàm quòd reges & principes haberent ſolam ſæcularem, Papa verò vtramq; ſimul:atqui hoc contra ſanctorum Patrum doctrinā eſt, nam D. Aug. c. quo iure. diſt.8.ita habet.
41 † iura humana Imperatorum ſunt, quia Deus per imperatores, & rectores ſæculi iura humana diſtribuit humano generi. Nec aliud ſenſit Gregorius Nazianzenus.c.ſuſcipitis, diſt.10.D.Cypria.c.quoniam. eadem diſt.[Mediator (inquit) Dei & hominum Chriſtus Ieſus,ſic vtriuſq; poteſtatis officia diſcreuit, vt imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent,& rurſum Pōtifices pro temporalium curſu tãtummodo legibus imperatorum vterẽtur.]Nec parum noſtro fauet inſtituto dictū Nicolai Papæ c.cum ad verum.diſt.96.[Cum ad verum(inquit)peruentum eſt, vltrà ſibi nec imperator iura Pōtificat. arripuit,nec Pōtifex nomen imperatorium vſurpauit,quoniam idem mediator Dei,& hominum homo Chriſtus Ieſus actibus proprijs & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq; diſcreuit.

42 Cōfirmatur,†quia ſacri Canones de his duabus poteſtatibus vt diſtinctis actu & reuera,& quorum altera alteram non includit, loquuntur. c. duo ſunt.diſt.96. [Duo ſunt (inquit Gelaſius) imperator Auguſte, quibus hic mundus regitur:autoritas ſacra Pontificum,&regalis poteſtas:]&.c.nos ſi incompetẽter. 2. q.7.§.ſed notandū. habet Leo IIII. [Sicut reges præſunt in cauſis ſæculi,ita ſacerdotes in cauſis Dei:] & paulò pòſt ſubdit: [Sicut Ozias à Domino percuſſus eſt, qui ſacerdotum officia vſurpare non debuit,ſic ſacerdotibus, & Prophetis regum officia vſurpare non licuit.] D.Ambroſ.c.conuenior.23. quæſtio.
43 8.† Ad imperatores palatia,id eſt,ſæculares: ad ſacerdotes Eccleſiam pertinere,id eſt, res ſpirituales,apertè docet.



44 Præterea confirmatur†ſecundò Innocent.in c.nouit, affirmat ſe nō habere autoritatẽ ferendi ſententiā in quadam lite, & cauſa ſæculari, quæ agebatur inter Regem Galliæ & Angliæ,nec poſſe directè de ea iudicare ſed quatenus alter alteri nociuus erat; & peccabat,perturbabatq; pacẽ Reipublicæ Chriſtianæ:ait enim: [Nō intẽdimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum Regem ſpectat iudicium, ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura.] ſi Papa haberet poteſtatem ſæcularẽ, iudicaret de feudo, & de aliqua quacumq; cauſa ſæculari abſolutè & directè. Affirmat autem Innocentius ſe non iudicare de cauſa illa,niſi quatenus peccatū includebat. Et in principio capitis ait, ſe nolle perturbare aut minuere iuriſdictionẽ Regis Frācorum, ſicut nec Rex ipſius Papæ iuriſdictionem impedire debet. Vnde ſicut Rex poteſtatem non habet ſpiritualẽ, quā impediat iuriſdictionem Papæ,ita nec Papa habet temporalẽ, quā perturbet vel minuat poteſtatẽ Regum. Deinde Honorius III. in c.
45 tuam.de ord. cognit.† habet, ſe idoneum quidem iudicẽ eſſe ad cognoſcẽdum de natalibus Reginæ Cypri, verùm ad cognoſcendum de ſucceſſione (quæ erat cauſa ſæcularis) non ipſum ſed Regem Francorū iudicem exiſtere competentem. Et Alexand. III.in.c.cauſamq; 2. qui filij ſint legit.
46 dicit, † ad Regem, & non ad Eccleſiam pertinere de poſſeſsionibus cognoſcere.Et addit: ne videamur detrahere iuri Regis Anglorum, &c. Ex quibus omnibus liquidò conſtat
47 †aliquam eſſe iuriſdictionem,quæ ad Regem Anglorum,& non ad Papam pertinet.Idem c.ſi duob.§. deniq;.de appella.declarat extra terras Eccleſię non poſſe ad ipſum appellari à iudice ſæculari. Et gloſſ. in c. quoniam diſt. 10.decidit ab Imperatore ad Papam nō poſſe appellari. Et ita obſeruatur imò neque à Regis alicuius ſentẽtia in ſæcularibus ad Papam appellatur. Vnde in extrauag.meruit.de priuilegijs.declarat Clemens Galliam & ipſius Regem in temporalibus nō ſubijci Papæ.

Cōfirmatur tertiò, & omnino probatur, Papam non eſſe dominū tem-
48 poralem,†quia Reſpublica temporalis eſt reſpublica perfecta:ergo nō eſt ſubiecta alicui extra ſe tanquam capiti, licet aliàs in quibuſdam illi ſubdatur: ergo poteſt ſibi conſtituere principem in temporalibus nullo modo alteri ſubiectum.

Confirmatur quartò,& eſt validiſsima ratio omnium,quia non probatur aliquo modo hæc tẽporalis poteſtas in Summo Pontifice:ergo non habet illam.Item,quare Epiſcopus non haberet illam poteſtatem in ſuo Epiſcopatu? ergo dicendum eſt Papam nullo modo temporalem poteſtatem temporaliter habere in ſæcularibus.

Autores verò contrariæ opinionis fatentur quidem Papam eſſe dominum temporalem,ſed hoc non expeditè probari hominibus quandoquidem non habet vſum, & executionem ordinariam huius poteſtatis: hoc (inquiunt aduerſarij)eſt ex defectu autoritatis, ſed quia ipſe dedit & tranſtulit poteſtatem, & vſum in principes.Hęc ſolutio vix hęret ratione,quare apertè dicitur in hac quartā opinione, Papam nec vſum, nec
49 poteſtatem habere, & ideo † nec iudicium cauſarum ſæcularium ad ipſum ſpectare, nec in prima inſtantia, nec in gradu appellationis. Hoc tamen intelligitur ordinariè, non enim negant huius opinionis autores,

res, quin in caſu poſsit haberi recurſus ad Papam, & quòd ipſe poſsit reſcindere iudicium ciuile, ſed hoc non ratione poteſtatis temporalis, ſed ratione ſpiritualis præciſè. Et patet, nam non poteſt Papa eo modo deponere principem, quo poteſt deponere Epiſcopum: ergo diuerſâ ratione imperat Epiſcopis, & principibus. Ita doctiſsimus Victoria loco præallegato, & Bellarminus loco citato c.6. qui docet Papam non poſſe principes deponere eo modo, quo Epiſcopos, id eſt, tanquam iudex ordinarius, tamen poſſe mutare regna, & vni auferre, atque alteri conferre tanquam ſummum ſpiritualem principem, ſi id neceſſarium ſit ad animarũ ſalutem.

50 Quintò principaliter † probatur: Summi Pontifices fatentur ſe recepiſſe dominium aliquatum terrarum ab imperatoribus, vt patet c. futurũ. 12.q.1. & cap. cum ad verum. diſt.96. vbi non eſt audiendus Silueſter loco citato, donationes (ſcilicet) factas Papæ à Conſtantino, Philippo, & alijs Imperatoribus reſtitutiones potiùs eſſe, quàm donationes, cùm ipſimet Pontifices dono ſe illa accepiſſe ab Imperatoribus fateantur, & D. Auguſtin. c. illo, quo iure. diſtinct.8. doceat, terras, quas Eccleſiæ habent à principibus illas habere.

Sed quoniam ex his quæ hactenus retulimus, quarta hæc opinio ſatis probata remanet, iam reſtat ſpeciali-
51 ter probare † Papam eo ſolùm temporalia gubernare, quatenus in ſpirituale commodum vel damnum cedunt.

Primò ergo † probatur. Ciuilis po-
52 teſtas ſubiecta eſt ſpirituali poteſtati, quando vtraq; eiuſdem Reipublicæ Chriſtianæ eſt pars: ergo poteſt ſpiritualis princeps imperare principibus temporalibus, & diſponere de rebus temporalibus in ordine ad ſpiritualia. Conſequẽtia patet, quoniam omnis ſuperior ſuo inferiori poteſt imperare. Antecedens illud, videlicet, quòd poteſtas politica non ſolùm vt Chriſtiana, ſed etiam vt politica, ſit ſubiecta Eccleſiaſticæ, vt talis eſt, probatur ex finibus vtriuſq; poteſtatis:
53 nam † finis temporalis ſubordinatur fini ſpirituali. Patet, quia felicitas tẽporalis nõ eſt abſolutè vltimus finis, & ideo referri poteſt & debet in ęternam felicitatẽ: conſtat autem ex Ariſt. lib.1. Ethic. c.1. facultates ita ſub ordinari vt ſubordinantur fines: ergo poteſtas politica ex finis ſui naturâ ſubiecta eſt Eccleſiaſticæ poteſtati, quatenus Eccleſiaſticâ illâ indiget.

Hoc argumentum videtur omnino probare poteſtatẽ laicam pertinere ad Summum Pontificem, ex quo ſæcularis poteſtas ſubordinatur ſpirituali per ſe. Ideo aduertendum eſt, quod aliud eſt poteſtatem ſæcularem dirigi in ſpiritualem, aliud verò pertinere vtramq; ad Papam. Primũ quidem eſto, & quaſi verum admittatur: at ſecũdum longè à vero abeſt: contingit enim aliquando aliquid dirigi in aliud, & tamen non pertinere ad eandem facultatem, vt patet de ſciẽtijs ſubalternatis. Siquidem licet ars frænaria ſit propter equeſtrem, nihiloſecius tamen equeſtris, & frænaria diuerſæ artes ſunt.

Secundò, Pontifices, reges, clerici, & laici, non conſtituunt duas Reſpublicas, ſed vnam, hoc eſt, vnam Eccleſiam, [Sumus enim vnum corpus.] Paul. ad Rom. 12. & 1. Corinth. 12. at in quolibet corpore membra ſunt inter ſe connexa, imò dependentia vnum ab alio: non autem rectè diceremus ſpiritualia pendêre à temporalibus: ergo dicendum erit non ſpiritualia, ſed temporalia à ſpiritualibus pendêre, illiſque ſubijci: at (vt ſuprà probauimus) hæc dependentia non eſt Summi Pontificis di-

rectè



rectè: ergo indirectè, & ſolùm quatenus fini ſpirituali congruit.

Tertiò probatur: Ex oppoſita ſententia, ſequeretur quòd Summus Põtifex poſſet pro ſua vtilitate in ordine ad finem temporalem ſtatuere leges in vniuerſo orbe; poſſet etiã pro ſuo libito abrogare omnium aliorum principũ leges: hoc autem eſt falſum, & contra communem vſum & ſententiam; ergo hęc ſolùm poteſt in ordine ad ſpiritualia.

Quartò probatur: nam (vt ex pluribus capitibus iuris conſtat) in ordine
55 ad finem ſpiritualem poteſt † Sũmus Pontifex antiquos reges, & imperatores deponere, & nouos conſtituere:
56 ergo, &c. Antecedens patet. Nam † Zacharias Papa regem Frãcorum, eò quòd tantæ poteſtati eſſet inutilis, à regno depoſuit, & Pipinum, qui fuit Caroli Magni Imperatoris pater, in eius locum ſubſtituit, & omnes Francigenas à iuramento fidelitatis abſoluit, vt habetur in c. alius. 15. q.6.

57 Præterea Innocentius † IIII. Summus Pontifex, regi Portugalliæ, qui tanti regni diuitias iam vt prodigus nepotari inceperat, & Eccleſias, monaſteria, pia loca, perſonas Eccleſiaſticas, viduas, pupillos, & orphanos grauabat, & grauari ſinebat, dediſſe adiutorem, & ei adminiſtratione Regni inter dixiſſe legitur, vt patet ex cap. grandi. de ſupplenda neglig. prælator. lib.6.

58 Ex his colligo Papam † in ordine ad finem ſpiritualem habere ampliſsimam poteſtatem temporalem ſupra omnes principes, reges, & imperatores. Probatur, quia temporalia (vt diximus, & dicemus) aliquo modo ſunt ordinata ad finem ſpiritualem: ergo Chriſtus non ſatis prouidiſſet, & cauiſſet Eccleſiæ, & rebus ſpiritualibus, ſi non reliquiſſet aliquã poteſtatem, ad quam ſpectaret, quãdo opus eſſet, ordinare, & vti temporalibus conuenientẽr ad finem ſpiritualem: ſed hoc non ſpectat ad officium principum ſæcularium, qui ignorant proportionem rerum temporalium ad ſpiritualia; nec habent curam rerum ſpiritualium; ergo hæc cura vtendi temporalibus ad ſpiritualia eſt poteſtatis Eccleſiaſticæ: & perinde ſi neceſſarium ſit aliquando ad conſeruationem aut adminiſtrationem rerũ ſpiritualium vti temporalibus, & materiali gladio, & autoritate temporali, Papa hoc poterit. Dicitur ergo quòd habet ampliſsimam poteſtatem, quia (quãtum & quando neceſſe eſt ad finem ſpiritualem) poteſt non ſolùm omnia quæ principes ſæculares poſſunt, ſed & facere nouos principes, & tollere alios, & imperia diuidere, & alia plura, & in hoc cernitur hęc amplitudo poteſtatis.

Sed † cõtra prædictam opinionem ſunt duę obiectiones: Prima eſt ex D. Paulo. 1. Corint. 6. [Neſcitis quoniam
59 angelos iudicabitis? quãto magis ſæcularia:] ergo poteſtas ſæcularis conuenit per ſe Pontifici. Exinde fit ar-
60 gumentum: Papa † vt Papa per ſe iudicat ſpiritualia, & directè: ergo plenè per ſe & directè iudicabit temporalia. Probatur aſſumptũ, quoniam Paulus loc. citat. nullâ limitatione, nullâue appendice ad eandem ait ſpectare poteſtatem, ſeu ad eundem ſacerdotali dignitate fungentem, temporalia & ſpiritualia iudicare. Nec valet aduerſariorum reſponſio, dicentium hæc verba intelligẽda eſſe indirectè, & in ordine ad ſpiritualia. Nam argumentor, quoniã ſi Papa non iudicaret eodẽ modo tẽporalia, vti iudicat ſpiritualia, D. Paul. locutus fuiſſet ęquiuocè, at admiſſâ ęquiuocatione nulla vis ineſſet verbis Pauli: Nam dicens Apoſtolus: [Neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis, quãtò magis ſæcularia?]

cularia?] ſi reſpiciendo res ſpirituales,
directè iudicium eſſet intelligēdum,
reſpectu autem ſæcularium indirectè
verbũ illud, [iudicabitis] omnino erit
æquiuocũ. Infertur etiam vis verbis,
ſiquidem Apoſtolus dicens: [Neſcitis
quia Angelos iudicabitis, quanto ma-
gis ſæcularia?] Argumentatur Paulus
à maiori ad minus; vt dicunt Logici
affirmatiuè, dicens: ſi ſpiritualium, ſci-
licet Angelorum poteſtis ferre iudi-
cium, multò magis temporalium: no-
tulæ illæ, [multò magis] denotant,
quòd ſi Pontificibus conuenit iudi-
cium rerum ſpiritualium, multò ma-
gis directè conueniet iudicium tem-
poralium. Quod ſi directè intelliga-
tur res ſpirituales iudicandas fore à
Summis Pontificibus; & temporales
indirectè, tunc non multò magis, ſed
multò minùs iudicabuntur. Vrget ar-
gumētum, ſed breui ſolutione diluc-
tur. Huic obiectioni reſpondeo, argu-
mentum D. Pauli bene concludere,
etiam ſi intelligatur iudicari ſæcula-
ria in ordine ad ſpiritualia. Bene enim
ſequitur: ſi Angelos iudicamus, qui
ſunt ſpirituales, quantò magis ſæcula-
ria, ſi congruunt ſpiritualibus? Dico
præterea argumentum Pauli eſſe à
maiori ad minus affirmatiuè, quaſi di-
cat: [Si ſpiritualia iudicamus:] ergo
magis ſæcularia. Nam vt ſæcularia
deſeruiunt ſpiritualibus, magis iudi-
cantur: cum enim non pertineant di-
rectè ad Summum Pontificem, ſed
indirectè, magis eſt quòd vt ſic ſubij-
ciantur iudicio ipſius Papæ.

61 Secunda † obiectio: Chriſtus Domi-
nus fuit Rex temporalis, & Pontifex
ſpiritualis: ergo & Summus Pontifex.
Antecedēs probatur Matth. 28. [Da-
ta eſt mihi omnis poteſtas in cælo, &
in terra] & Pſal. 2. [Poſtula à me, & da-
bo tibi Gentes hæreditatem tuam, &
poſſeſsionem tuam terminos terræ.]
Et Pſ. 71. [Dominabitur à mari vſq; ad
mare, & à flumine vſq; ad terminos
orbis terrarũ;] & Zachar. 9. [Ecce rex
tuus venit:] & alijs pluribus locis, vt
Ioãnis 13. Luc. 10. Apoc. 1. & 19. Ad
Hebræos. 1. Conſequentia vero pro-
batur, quia Chriſtus Dominus tradi-
dit Petro, tanquam ſuo vicario, pote-
ſtatem quam ipſe habuit ad paſcen-
das oues: eas illi commiſit, & ſucceſ-
ſoribus eius. Patet etiam ex illo Ioã-
nis 20. quod dixit Dominus poſt re-
ſurrectionem ſuam Apoſtolis. [Pax
vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mit
to vos:] ſed pater ipſum Chriſtum
miſit cum poteſtate dominij tempo-
ralis ſupra totum orbem: ergo Chri-
ſtus eâdem poteſtate miſit Apoſto-
los, maximè Petrũ, & per conſequens
Sũmum Pontificem Petri ſucceſſorē.

Ad hanc obiectionem, omiſſo ante-
cedenti, quatenus petit illam quæ-
ſtionem, an Chriſtus fuerit Rex tem-
poralis, de qua ſtatim reſolutoriè diſ-
ſeremus, (nam illam copioſiſsimè in
vtrãq; partem diſputat Bañes de iu-
ſtitia præambulis de dominio ad q.
62. q. 4. dubio. 1. quem tute videris &
Aragon de Iuſtitia & iure. q. 67. art. 1.
pag. 324. col. 2. §. cæterum) reſpondeo
tamen negandã eſſe conſequentiam,
62 etiam conceſſo antecedenti: † non
enim omnem poteſtatem, quam ha-
buit Chriſtus etiam in quantum ho-
mo, communicauit Summo Pontifi-
ci: nam poteſtatem excellētiæ, quam
habuit in ſacramentis, non commu-
nicauit Summo Pontifici, vt docet
D. Tho. 3. p. q. 64. art. 4. ad primũ, licet
potuiſſet communicare, ſi voluiſſet;
vt eodem art. docet D. Thomas. Pa-
pæ autem ſolùm oues ſuas, id eſt, fide-
les, commiſit. Præterea Chriſtus po-
terat ſacramenta inſtituere, & mira-
cula propriâ virtute facere, quæ non
poteſt Põtifex. Itē poterat abſoluere
à peccatis ſine ſacramētis, quod Papa
non poteſt (patet de Magdalena &
alijs)



alijs) ſolũ ergo eam poteſtatem Papæ
cõmunicauit, quę puro homini cõmu
nicari poterat, & quæ neceſſaria erat
ad gubernãdos ita fideles, vt ſine im-
pedimento vitam æternam conſequi
poſſent. Ita Bellarmin. lib. 5. de pote-
ſtate Papæ. c. 4. col. 852. §. adde. De
hac re Soto. 4. diſt. 1. q. 5. art. 4. dub. vl-
timo, Bañes loco citato. Ad illud ve-
63 rò quod additur, † dico, quòd Pater
miſit filium non ad exequendum do
minium temporale, ſed ſpirituale: &
ita miſit ſuos Apoſtolos, & ſic poſſunt
verificari illa verba Ioannis. 20. etiam
ſi non contulerit dominium tempo-
rale ſuis Apoſtolis. Præterea dico,
quòd ſi illa autoritas aliquid proba-
ret, non tantùm conuinceret B. Petrũ
habuiſſe dominium temporale ſuprà
totum orbem, verùm etiam & reli-
quos Apoſtolos, quod tamen falſiſsi-
mum eſt. Ita Bañes loco citato dub.
2. pag. 146. ſolut. ad 1. de hac etiam
quæſtio. videndus eſt Salon de iuſtit.
& iure. q. 4. art. 4. per totum.

Hic aduerte celebrem doctrinam
eſſe illã ab Aragon. de iuſt. & iur. q.
67. art. 1. §. & ſi quis adhuc inſtet, ad-
64 ductam, vbi notat quòd † licet dirige-
re principes ſæculares in finem con-
ueniat tam Pontifici, quam Chriſto;
diuerſimodè tamen. Nam in Pontifi-
ce, quia eius capacitas finita eſt & li-
mitata, multotieſq; latet ipſum ordo
& proportio rerum temporalium in
finem ſpiritualem, non fuit conue-
niens, vt ad Papam ſpectaret omnib.
modis rerum temporaliũ dominium,
ſed ſolũ iuxta taxatum & præfixũ Ca-
nonem, quo ſecũdùm humanę intel-
ligentię modũ ipſe Papa valet diſpice
re, quâ viâ tēporalia ſpiritualibus de-
ſeruiant. At verò in Chriſto, quia eius
intelligentia nullis finitur limitibus,
& nihil eſt in rebus tēporalibus con-
ſiderabile, quod prout ab ipſo dirigi-
tur, & ordinatur, non deſeruiat in fi-
nem ſupernaturalem, cõtrarium eue-
nit. Ideoq; nihil penitus eſt tempora-
le, quod Chriſti Domini auguſtiſsimũ
Imperium, poteſtatem, ac dominium
aliquâ ratione ſubterfugiat ac pręte-
reat, quę omnia veniunt intelligēda,
ſi teneamus Chriſtum habuiſſe domi
nium temporale, vt vult Aragõ loco
citato, cuius cõtrarium defendit Sa-
lon eiuſdem profeſsionis loco citato.
Placet nihilominùs aliquid de tem-
porali Chriſti Regno ſupradictis ad-
dere, quia commodiorem in fine hu-
ius ſolutionis ſibi vendicant locum,
ideò hîc eam annectere viſum eſt.

65 Dubium † ergo eſt, vtrùm Chriſtus
fuerit verè ac propriè Dominus, &
rex totius orbis, & omnium rerum
creatarum, ſecũdùm quòd homo eſt,
non tantùm ſpiritualis Rex, ac Domi-
nus, ſed verus, abſolutus, proprius at-
que adeò temporalis: tam verè &
propriè quàm quilibet rex ſuarũ di-
tionum & vnuſquiſq; hominum do-
minus eſt ſuarum rerum, eò quòd il-
lis in omnē vſum poteſt citra alicu-
ius iniuriam vti: vbi de regno, & do-
minio mixtim loquimur, cũ in Chri-
ſto par ſit, vtriuſque ratio.

Pro cuius dubij reſolutione nota ex
Almaino lib. de poteſtate Eccleſ. c. 8.
66 quòd aliud † eſt quærere, an Chriſtus
fuerit Rex; aliud verò, an fuerit Domi
nus: nam poteſtas regendi nihil aliud
eſt, quã iuriſdictio temporalis, cuius
actus ſunt iuſta præcipere, mala pro-
67 hibere, &c. † dominium autem eſt ius
vtendi re aliquâ in omnem vſum. Ex
quo fit poſſe aliquem eſſe regem rerũ
quarum non eſt dominus, & ſimiliter
dominũ, quarum non ſit Rex. Rectè
igitur Ariſtot. 1. Politic. cap. 3. Ius Re-
gium (inquit) non eſt dominatiuum,
quicquid Conradus in tractat. 1. de
contract. dicat. Et id patet, nam ſi
Rex fieri velit dominus eorum quo-
rum eſt Rex, eſt tyrannus, qualis
nunc

nunc temporis apud Turcas ſe res hã
bet quorum Rex,Turca(ſcilicet)ma-
gnus,rerum omnium dominium ſibi
arrogat : quod licitum eſſe putauit
Hoſtienſ.in ſum.titu. de præſcript. §.
quæ autem. Et quanuis hæc ita ſint,
in Chriſto tamen non eſt neceſſe ita
diſtinguere, cùm in eo ius domina-
tiuum, & regium pari paſſu currant.
Secundò notat, quòd in Chriſto
aliud eſt quærere de eo vt Deus, &
aliud vt homo. Et quidem de Chri-
ſto,vt Deus eſt, minimè dubitamus,
nec vllus dubitat, niſi ille fortaſsis
Auerroes Ethnicorum erroribus ob-
cæcatus.

Rurſus tertiò aliud eſt quærere de
Chriſto hîc apud nos diuerſante, &
mortalem vitã agente aliud de Chri-
ſto poſt reſurrectionẽ,& vt nunc per
fectè gloriâ ambuſtus ad dexteram
Patris reſidet in excelſis:quanuis hu-
ius vltimæ diſtinctionis nullam ferè
vidimus apud doctores,qui præſentẽ
controuerſiam agitent, fieri mentio-
nem:cũ tamen oculatiſsimè eam ob-
ſeruare deberent,qui huius quæſtio-
nis difficultatem attingere deſiderãt
68 Nota† quartò,maximè differre hæc
tria:eſſe Regem & dominũ iure,actu,
vel vſu.Sit exemplum:Primogenitus
Regis,qui iure ſucceſſurus erat in re-
gno,qui ingreſſus religionem,vel cę-
libem vitam volens agere, abdicat à
ſe omninò ius illud ſuccedẽdi:tunc fi
lius ſecũdus natus habet illud ius ſuc
cedendi,& defuncto patre, ſuccedit
in actuali dñio regni, ſed vel morbo
correptus, vel aliâ ratione impeditus
committit in vniuerſum gubernacu-
la totius Regni affini, vel amico ſibi
chariſsimo. Ex his tribus primus ille
erat quidem iure princeps,& propriâ
ſponte,neq; actum neq; vſum regnã-
di voluit habere. Secundus eſt quidẽ
iure & actu princeps,non tamen vſu.
Tertius ſolo vſu dominatur,& præeſt
nec tamen eſt rex.
69 Quintò nota † eſſe Regem,duplici-
ter ſtare:vno modo habitu, alio mo-
do actu,vſu & exercitio.
70 His ſuppoſitis,dico primò.Chriſtus
Dominus non fuit Rex tẽporalis iure
hæreditario. Hoc ſit dictum contra
Burgẽſ.ſuper Matth.c.1.addit.2.con.
3.Armach.lib.4.de quęſt.Armeniorũ,
c.15.& 16.& Ioan.Bacconũ, vt refert
Vual.lib.2.doctri.art.3.c.76.Probatur
Ierem.21.vbi prædicitur de ſemine
Dauid poſt Regem Iechoniã nullum
iam ampliùs Regẽ, qui temporaliter
regnaret, futurum eſſe his verbis.
[Hæc dicit Dominus: Scribe virum
iſtum,ſterilem virũ,qui in diebus ſuis
non proſperabitur:nec enim erit de
ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſo-
lium Dauid,& poteſtatem habeat vl-
trà in Iuda.] Secũdò:Gen.49. dicitur:
[Non auferetur ſceptrum de Iuda,
&c.]Chriſtus naſciturus erat eo tem-
pore, quo nullus eſſet Rex Iſrael ex
tribu Iuda,& defeciſſet re verâ in illa
tribu ſceptrum Iſraelis; at non defe-
ciſſet,ſi Chriſtus eſſet natus Rex tẽ-
poralis Iſraelis iure hæreditario,& le-
gitimâ ſucceſsione, cum eſſet ex tri-
bu Iuda.De hoc dicto vide Bellarmi.
lib.5.tom.1.c.4.col.850.§.non habuit.
& Salon.de iuſtitia q.4.art.4.col. 419.
§.his poſitis. Victoria de poteſt.Eccle
ſiæ.q. 5. num.15.& Soto de iuſt.lib.4.
artic.1.Bañes q.4.de dominio, dub.1.
con.1.col.138.§.pri.concluſio.Mẽdo-
ça in relect.de dominio Chriſti.§. 14.
71 Dico †ſecũdò:Chriſtus nõ fuit Rex
temporalis electione.Ita tenent Bel-
larminus loco citato, & Mendoça.
Probatur Lucæ 12. dixit Chriſtus:
[O homo, quis me conſtituit diuiſo-
rem aut iudicem inter vos?]Quaſi di
cat, nec Imperator, nec Reſpublica
me elegit:& Ioann.6. [Cum cogno-
uiſſet (inquit Ioannes) quia venturi
eſſent,vt facerent eum Regem,fugit
iterum



iterum in montem:] ergo apparet eũ
noluiſſe acceptare electionẽ. Quod
verò Chriſtus nõ fuerit rex iure belli,
patet, quia Chriſtus bellum ſolùm
geſsit in principes tenebrarum.Patet
Ioã. 12. Nunc princeps mundi eijcie-
72 tur foras:]ergo nec fuit rex iure belli.
Dico tertiò† Chriſtus D.nõ fuit rex
tẽporalis, quatenus homo: nã quãuis
potuerit habere ius dominandi vni-
uerſo orbi tam in ſpiritualibus, quàm
in tẽporalibus eo ipſo,quo humanitas
illa erat vnita verbo Dei,noluit tamẽ
habere tale ius, vel dominiũ in tẽpo-
ralibus, quale principis ſæculares ha-
bent, & conſequenter neque actu,
nec vſu fuit rex, temporalis vniuerſi.

Hoc dictũ ſit cõtra Bañes loc.cit.Ho
ſtienſ. c. quod ſuper his. de voto. Al-
main.loc.cit.Turrecre.lib.2.ſum.c.96.
Nauar.de iudicijs.c.noui.3.not.3.n.9.
& Arag. de iuſt. & iur.q.67.art.1.§.cæ
terùm,& cõtra Mendoç. loc. cit.§.14.
& 15.& ſeqq. Noſtræ tamẽ ſententiæ
adhæret Victoria loc.citat.§. 17. Soto
loc.cit.Sal. loc.cit.col.420.§.Chriſtus.
73 Probatur.† Chriſtus tribus titulis po-
tuit vniuerſo orbi dominari,nõ modò
in ſpiritualibus, ſed & in temporalib.
quos autores cõtrariæ opinionis affe-
rũt ex D.Bernardo: iure nimirũ crea-
tionis,merito redẽptionis,& dono Pa
74 tris. Tũ ſic arg.†dominiũ omniũ rerũ
Chriſto conueniens iure creationis,
nõ eſt tẽporale,nec ſæculare actu nec
vſu:ſed illud idẽ diuinũ,quod cõuenit
Verbo, cui vnita eſt illa humanitas:
Chriſtus enim non eſt creator quate-
nus homo,ſed quatenus Deus nec cõ
uenit illi nomẽ creatoris,niſi per idio-
matũ cõmunicationẽ.Merito redem-
ptionis; ſicut redẽptio eius non fuit à
corporali vel ſæculari captiuitate,ſed
à ſpirituali tãtùm & æterna,ad Epheſ.
1.[In quo habemus redẽptionem per
ſanguinẽ eius, remiſsionẽ peccatorũ,
ſecũdùm diuitias gratiæ eius,&c.] ad
Titum 5. [Dedit ſemetipſum pro no-
bis,vt nos redimeret ab omni iniqui-
tate.Ita & iure redẽptionis habet hãc
poteſtatẽ in vniuerſum,vt ad finẽ re-
dẽptionis(qui eſt ſalus animarũ)poſsit
ipſe Chriſtus omnibus rebus vti, &
præcipere quæ huic fini viderit eſſe
neceſſaria, vel expedire: quæ ſanè
poteſtas ſpiritualis eſt,nõ temporalis,
nec ſæcularis. Dono Patris, ſicut duo
munera illi veniẽti in mundũ fuerũt
à Patre cõmiſſa, aliud magiſtri & do-
ctoris, aliud verò Redẽptoris: ita ipſi
Chriſto,quatenus homo eſt,ea tãtùm
tributa fuerũt, quæ ipſi velut doctori
& legiſlatori Euãgelij,fundatoriq; Ec
cleſię,vel vt redẽptori cõueniebãt,ad
quæ munera tẽporalis poteſtas,qualis
in principibus huius ſæculi exiſtit,ni-
hil omnino cõducebat,ſed ea tãtùm,
quæ de tẽporalibus diſponeret in or-
dine ad ſpiritualia,& ſalutẽ animarum
æternam. Ergo ex his tribus titulis
non probatur temporale dominium.

Secundò argum. ad hominẽ ex cõ-
ceſsis,ab autoritatibus contrariæ opi-
nionis.Dicũt Chriſtũ eſſe dñm tẽpo-
ralẽ, quatenus tẽporalia ordinãtur in
finẽ ſupernaturalẽ: at poteſtas Papę
ſecũdùm prædict.in tẽporalia cũ ordi
ne ad ſpiritualia non eſt tẽporalis,ſed
75 ſpiritualis,cũ omnis † denominatio à
formali fine ſumẽda ſit : ergo Chriſti
poteſtas, quã habuit in ordine in tẽ-
poralia, non eſt dicẽda poteſtas tẽpo-
ralis,ſed ſpiritualis & ſupernaturalis.

Huic argumento aduerſarij dũ eius
robur ſenſerunt, ſolutionẽ adhibent,
negantes conſequentiam. Nam li-
76 cet†ad Papã ſpectet dirigere tẽpora-
lia ad ſpiritualia, & ſimiliter ad Chri-
ſtũ, diuerſimodè tamen:nã(vt iam in
ſolutione argumenti illius,cuius occa
ſione hoc dubiũ inſeruimus,annotatũ
fuit) Papa non cognoſcit omnimodã
proportionẽ & modũ,quo temporalia
ordinantur in ſpiritualia : at Chriſtus

Dominus plenus ſcientiâ, & perfe-
ctiſsimâ omniũ rerũ cognitione exor
natus omnino cognoſcit omnes pla-
nè vias & ordines, quibus ſęcularia in
ſeruiũt ſpiritualibus. Ex quo colligũt
hi autores nõ eodem modo quadrare
Papę ſęcularia in cęleſtia dirigere, vti
Chriſto Seruatori noſtro; qui cum ſit
ſumma ſapiẽtia, ſcit omnia quæ in tẽ-
poralibus latent, quod ſanè minimè
conuenit Papæ, propterea quòd ſæ-
pius eũ latet ordo & proportio rerũ
tẽporaliũ in finẽ ſupernaturalẽ. Quare
iſti opinantes dicunt Chriſtum eſſe
regem tẽporalem, quod non compe-
tit Papæ, quãuis vterq; tẽporalibus
imperet, & vtatur in ordine ad ſpiri-
tualia. Ita Mẽdoça & Aragon. loc. cit.
Sed contra hãc ſolutionẽ, quæ vim
argumenti non tollit, ſic obſto: quo-
niã hoc diſcrimen, quod iſti inter Pa-
pã & Chriſtũ aſsignãt, licet veriſsimũ
ſit (quod ego libenter admitto, & eius
ſubtilitatẽ laudo) hoc tamẽ ſolùm pręſtat,
vt poteſtas ſpiritualis Chriſti ma
ior & excellentior ſit, & ad plura ſe
extendat, quàm poteſtas Papæ, nõ ta-
men efficit, quin vtraq; ſit ſpiritualis.
Siquidem cum harum poteſtatum de
nominatio à fine proprio earũ ſumẽ-
da ſit (vt ſæpe memini me dicere) ſæ-
cularis, temporaliſq; poteſtas eſt, quæ
tẽporalia reſpicit in ordine ad finem,
bonumq; tẽporale Reipublicæ, qua-
lem habent huius ſæculi principes, &
qualẽ, nec Chriſtus habet, nec Papa:
quæ verò eadem temporalia reſpicit
quantũuis pleniſsimo iure, nõ tamen
aliter, quàm in ordine ad finẽ ſuperna
turalẽ & ſpiritualem, ſpiritualis dicẽ-
da eſt, ſi propriè & exactè loqui veli-
mus, nõ pro libito: huiuſmodi autem
fuiſſe poteſtatem, quam Chriſtus ha-
buit in tẽporalia, ſatis ex dictis cõſtat.
77 Ex his deprehendere curioſus le-
ctor poterit rationem, ob quam Papa
nuſquam vnquam appellatus eſt rex
terræ, neq; dictus vnquam eſt habere
vniuerſale rerum dominium, aut eſſe
heres vniuerſorum: ſed quoties de
eius poteſtate fit mentio, ſemper ijs
nominibus deſcribitur, quæ ad ſpiri-
78 tualia pertinent, Nam† dicitur ſacer-
dos, Pontifex, Epiſcopus, Papa, paſtor,
pater, &c. Sed quęrat fortaſsis aliquis,
quare Chriſtus non ſolùm his, ſed &
alijs auguſtiſsimis nomẽclaturis gau-
deat, putà, heredis vniuerſorũ, regis,
principis, imperatoris, &c. Nam ſi po-
teſtas ſpiritualis ſatis eſt ad hoc, quòd
Chriſtus dicatur rex & dominus, hæ-
res vniuerſorũ, &c. Iam Papa, qui vni-
uerſali fungitur poteſtate ſpiritua-
li, dici etiam poſſet rex & dominus,
&c. Propter hoc argumentum ad-
uerſarij dicunt eſſe neceſſariò conce-
dendã in Chriſto aliam poteſtatem,
videlicet temporalem, ratione cuius
rex dominus, & heres rerũ dici poſ-
ſit. Ita Mendoça loco cit. §. 14. pag.
675. lit. A. ego tamen aliter litem
hanc dirimere decreui.
79 In eam igitur quartò dico, Chriſtus†
Seruator noſter licet actu & vſu rex
nõ fuerit, habitu tamen & iure habi-
tuali verus, & proprius rex fuit. Hoc
dico, mediâ viâ incedendo inter om-
nes quotquot ſunt autores; ſit tamen
contra Victoriam loco citato, & Sa-
lon loc. cit. col. 422. §. affirmamus. Pro
batur, nã Chriſto vt docẽt Theologi
3. part. multis in locis tribuendum
80 eſt † id, quod nõ inuoluit repugnãtiã
nec imperfectionẽ, ſed eius dignitatẽ
magis commendat: at eſſe regẽ habi-
tu, non inuoluit repugnantiã, imò ce-
dit in maximam Chriſti Domini per-
fectionem, ergo tribuendum illi eſt.
Reſpondet Victoria & Salon inanem
eſſe hũc habitũ in Chriſto, cùm illud
non exequatur, nec in actũ prorũpat,
81 & (vt ex Philoſopho patet) † fruſtra
eſt potentia, quæ non reducitur in
actum. Ita Victoria num. 27. fol. 41.
pag. 2. in fine, Cui ſolutioni ſubſcripſit
Soto loc. citato, arguens in hunc mo-
dum. Dominus nunquam fuit vſus
hac autoritate: ergo fruſtra fuit in il-
lo. Dico hanc conſequentiam nul-
lam eſſe: non enim ſequitur: mammæ
generantur à natura ad alendam ſo-
bolem: igitur in maſculis erunt fru-
ſtra: alæ datæ ſunt auibus ad volan-
dũ, igitur ſtruthiocamelus habet il-
las fruſtra, conſequentia certè nulla
eſt. Omitto, quòd multæ potentiæ
in natura ſunt fruſtra, vt quotidie vi-
demus, & inde nullum ſequitur in-
commodum. Puer (verbi cauſa) eſt in
potentia ad emittendam barbam, &
moritur, potentia illa eſt fruſtra. In-
fans eſt in potentia ad ambulandum,
& emittendos dẽtes, & moritur: fru-
ſtra eſt hæc, & illa potentia.
Sed altiùs repetito principio poſſu-
mus ex Theologia inſtare. Nõ eſt im-
probabilis opinio Theologorũ dicẽ-
tiũ habitum fidei manere in patria in
beatis; nec inde ſequitur eſſe fruſtra,
nam ad ornatum illis reperitur. Item,
potentia generatiua in diuinis repe-
ritur in Filio, & Spiritu ſancto, vt do-
cent Theologi in 1. p. & 2. ſentent. &
nihilominus ex hoc quòd Filius, &
Spiritus ſanctus nõ generẽt, nõ nega-
tur illis hæc potentia. Item, Præſcitus
habet potentiã vt ſaluetur, ex hoc ta-
men quòd nõ ſaluetur, nõ deducitur
illã potentiam ad ſaluandum debere
pręſcito denegari. Quod igitur ad ar-
gumẽtũ attinet, reſpõdemus nõ fuiſſe
fruſtra in Chriſto habituale dominiũ
temporale, quoniã fuit ad ornatũ, vt
mammas maſculis conſtruxit natura,
quemadmodũ Auerroes adnotauit,
aduerſus Galenũ diſſerendo. Et quo-
niã cum diſcipulis D. Tho. iam noſtra
fertur cõtrouerſia, idcirco huius ſan-
cti doctoris reſpõſio eſt adducẽda; in-
quit enim 3. p. q. 59. art. 4. (dũ explica-
82 ret illud. † [Regnũ meũ nõ eſt de hoc
mũdo] hoc à Saluatore fuiſſe dictum,
non quòd careret regiâ poteſtate tẽ-
porali; ſed quoniam eâ noluit vti: hęc
ſunt eius verba.
83 Tertiò † probatur noſtra concluſio,
nam quoniam ad Chriſti dignitatem
pertinebat, vt haberet omnipotentiã
reſpectu rerũ omnium, ita vt poſſet
mouere orbes cæleſtes, nõ minùs atq;
Angelus, nõ minùs calefacere, quàm
ignis: ideo quatenus homo, & vt erat
viator, hãc illi Pater cõtulit dignita-
tẽ, vt docet D. Tho. 3. p. q. 13. art. 2. Rur
ſum Chriſtus eâdẽ ratione iudex om-
niũ erat, id eſt, habebat ius ſtatuẽdi, &
iudicãdi de omnib⁹, quod tractat idẽ
D. Tho. 3. p. q. 59. art. 4. Et patet ex illo:
Poteſtatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia
filius hominis eſt, Ioann. 17. vbi de ſe
in hac vita exiſtẽte, & ſecũdùm quòd
homo erat, perſpicuè intelligit, dum
loquitur per verbũ pręteriti, [dedit:]
& dicit, [quia filius hominis eſt:] at
quod eſſet rerum omnium dominus,
quòdq; tam corporũ, quàm animorũ
eſſet rex, ad eius dignitatẽ pertine-
bat, imò vt in illo art. 4. ad primũ do-
84 cet D. Tho. † poteſtas iudicis ſequuta
eſt in Chriſto regiam dignitatẽ: & (vt
notabat Abulenſ. ſuper Matth. 25. q.
327.) iudicium in iudicante requi-
rit dominium, ad Rom. 14. [Tu quis
es: qui alienum ſeruum iudicas?] ergo
cum Chriſtus in natura aſſumpta ſit
omniũ iudex, omnium quoq; debuit
eſſe rex, licet regis & iudicis noluerit
in tẽporalibus adminiſtrare poteſta-
tem. Benè ergo Didacus Stunica ſu-
per Zachariam, cap. 9. Ecce Rex tuus
venit: Chriſtum quatenus hominem
tanto amore proſequutus eſt Pater,
vt ſicut ipſe è corpore atq; ſpiritu cõ-
poſitus erat, ita eum regem ſpirituũ,
& corporum fecerit, & tam latè eius
regnum & imperium pateret, quàm
ipſius Dei, vt nihil Deo ſubditum ſit,
quod non Chriſto ſubijciatur. Præ-

tercaPaulus,qui proChriſti gloria ſin
gulariter dimicauit , omnia dicit Pa-
trē ſubiecіſſe ſub pedibus eius , ſcili-
cet Chriſti. 1. Corint. 15. Quia verò
ram illimitatè, & tā exaggeratè dixe-
rat , omnia ſubiecta eſſe Chriſto , ne
quis inde anſam aſſumeret, exiſtimā-
di etiā Patrem ęternū ſub Chriſti re-
gno & dominatione cōprehendi, ne-
ceſſum iudicauit Paulus,Patrē nomi-
natim excipere. Vnde ſubdit: Cū au-
tē dicat: [Omnia ſubiecta ſunt ei, ]ſi-
ne dubio voluit accipi:pręter eū, qui
ſubiecit ei omnia. Porrò , ſi(vt habet
85 iurisprudentiū regula) exceptio † fa-
cta firmat regulā in contrariū,iam ex
eo quod Paulus excepit Deū tantùm
à ſubiectione Chriſti,viſus eſt reliqua
omnia , nullo prorſus excepto, ſub
Chriſti regno ac ditione poſuiſſe. Et
rurſus Hebræ.1. [Quē conſtituit he-
redē vniuerſorū.] Vniuerſorū(inquit)
vt neq; terrena, & tēporalia eius effu
giāt poteſtatē, & heredem ait, vt ab-
ſolutus & proprietarius dn̄s eſſe ſigni
ficaretur,quod ad Philippēſ. 2.diſtin-
ctius adhuc exprimit, dicens: [In no-
mine Ieſu omne genu flectatur,cæle-
ſtiū,terreſtrium,& infernorū,]nimirū
quia cæleſtia,terreſtria, & inferna Ie-
ſum vt verum Dominū agnoſcunt,&
86 confitentur.Nec valet ſolutio† Victo-
riæ,hæc loca dicentis eſſe intelligēda
de ſpirituali poteſtate. Nā his verbis
Paulus non tantùm ſpiritualem , ſed
abſolutam, totalem, & vſquequaque
perfectā poteſtatē Chriſto aſsignat.
Quòd verò de Chriſto vt homine in
his locis ſit ſermo,nullus qui Theolo-
giā vel à limine ſalutauit,in dubiū vo-
cat. Vnde gloſ. ad Epheſ. 1.illa verba:
[Omnia ſubiecit ſub pedibus eius]ſic
declarat,ideſt,[ſub eius humanitate.]
Non enim ſine cauſa & temerè excel
lēs illud Epitheton, Rex regū, & Do-
minus dominantiū Apoc.10.in femo-
re geſtabat ſcriptū ipſe Chriſtus,nam
per femur ſignificatur humanitas
Chriſti , vt habet D.Auguſt. de ciuit.
Dei lib.16.c.33.D.Hierony.ad Princi-
piā,& ex Neotericis Albert. Pighius
lib.5. Eccleſ.Hierarch.c.3.qui fuſè de
87 his agit.Vnde † antiquitus in femore
iurabant Patriarchæ Gen.24.52.47.&
51.id eſt , per Meſsiā,qui vi facultatis
generatiuę circa femora vigentis ge-
nerandus erat verus homo.Nemo er-
go iure noſtrā ſentētiam poterit infi-
ciari,negādo hanc dignitatē Chriſto,
cui aliæ diuinę inerant dignitates.

Sed reſtat modò ab Autoribus cō-
88 trariæ opinionis † inquirere ( præſer-
tim ſi gloriæ Chriſti cupidi ſunt ) cur
Chriſtus hic viuēs non habuit vtrāq;
poteſtatē temporalem & ſpiritualem?
nunquid,quia nō poſſunt coniungi in
vna perſona?minimè, quoniā in Mel-
chiſedech in lege naturę.Gen.14.cō-
iunctæ ſunt hæ duæ poteſtates , fuit
enim rex,& ſacerdos,& primogeniti
iure legitimo vtramq; habebant di-
gnitatē,vt tradit Turre-crem.libr. 2.
ſum.c. 116. ad tertiū, ſed & in Moyſe
vtraq; poteſtas reſedit. Et quoniā de
tēporali clarum eſt , probatur de ſpi-
rituali,ex eo quòd etiā fuit ſacerdos,
vt liquet ex Pſal.98.[Moyſes & Aarō
in ſacerdotibus eius: ] vbi Genebrar-
dus plures accumulat Patres aſſeren-
tes Moyſen fuiſſe ſacerdotē.Quinimò
nec vllus cōtradicere poterit, ſi addi-
derimus Machabæos ſimul fuiſſe Pō-
tifices, & duces Iſrael. Nunquid quia
non decuit Chriſtū?at certè maximè
decuit, licet eam non debuerit exer-
cere,ſicut neque exercuit iudicis of-
ficiū & tamen habuit ipſum. Nūquid
Chriſtus erat hoc gladio temporalis
poteſtatis abuſurus ? Hoc certè im-
pium eſt & blaſphemū,Nunquid quia
hæc poteſtas,ac rerum proprietas im
pedimento futura erat Apoſtolicæ,
Euangelicæ,ac prorſus diuinæ perfe-
ctioni, quam ipſe Chriſtus profiteba-
tur?



tur?Neq; hoc ſanè.Nam licet nos mul
tùm retardemur à perfectione per
rerum proprietatem[nemo enim mi-
litans Deo, implicat ſe negotijs ſæcu-
laribus]ait Paulus,hoc tamen proue-
nit ex noſtra imbecillitate. Quam-
89 obrem † monachis priuata rerum
poſſeſsio , & adminiſtratio prohibita
eſt , quia ipſos impediret à perfectio-
ne:quæ tamen poſſeſsio Epiſcopis eſt
conceſſa(licet fuerint aliquando mo-
nachi)eo quòd eorū prudentia maior
mens capacior,virtus ſolidior,& præ-
90 ſtantior eſſe præſumitur:Sunt † enim
Epiſcopi in eminētiori ac perfectiori
ſtatu conſtituti,quàm ſint religioſi,&
idcirco bonorū etiam temporalium
potuit & debuit ipſis cura demādari,
vt per horum bonorum vſum, mul-
tam ſibi & Eccleſię ſalutē ſpiritualem
cōparēt: Ergo idē in Chriſto Domino
affirmandum eſt , nimirum nequa-
quam ipſum à perfectiſsimo , & edi-
tiſsimo totiùs virtutis & ſanctitatis
culmine vel latum vnguem remoue-
ri,per hoc quod rerum omnium do-
minium ac proprietatem ſibi aſſum-
pſerit,nulla ergo ratio aſsignari poteſt
ob quam deneganda ſit Chriſto præ-
dicta habitualis poteſtas.Hoc tenent
plures doctores, Antoninus 3. p . tit.
22.cap.5.§.8.&.tit.3 cap.2.initio.Bur-
genſ.Matthæi.1.additio. 2. concluſ. 3.
Abulenſ.Matth.25.quæſt.327.Galati-
nus libr.4.de Arcanis Catholicæ ve-
ritatis, libr.4.cap.26.27.28.Viguerius
cap.17.de ſtatibus Eccleſiæ.§.1. verſ.
18.Aluarus Pelagius lib.1.de planctu
Eccleſiæ art.37.&. 40. & 59. Almay-
nus de Poteſtate Eccleſ.cap. 8. & 15.
Armachanus de quæſtionibus Ar-
men.cap. 16. & Theologorum prin-
ceps D.Thom.3.part.quęſt. 59. art.4.
ad.1.Et expreſsiùs opuſc.20.libr.3. de
regimine principum.cap.12.&.13.Ar
boreus lib. 2.ſuæ Theoſophiæ. c. 5.&
Canus in lect.ſuper 2.2.quæſt.62. art.
1.vbi de dominio diſſeruit. His plu-
res Iurisprudētes ſubſcripſerunt. Na-
uarrus in c.nouit.de iudicijs.loc.citat.
Aluarus Pelagius loc.alleg.Turre-cre
mata ſuper.can.duo ſunt.96.diſt.ar.3.
in ſolut. ad 2. ration. & cap. cum ad
verum,eadem diſtinct.artic. 4. & lib.
2. ſumm. cap. 116. ad primam obie-
ctionē Et Ioann. Fab l.cunctos popu-
los.C.de ſumm. Trinit. Hoſtien. cap.
quod ſuper his de voto . qui omnes
ad minus concedunt in Chriſto Do-
mino eſſe habitualem poteſtatem
temporalem.
91 Ex quibus † colligo in Chriſto ve-
rè ac propriè fuiſſe habitualem pote
ſtatem,Regiam & temporalē. Quòd
ſi Mendoça & Aragon in hoc ſenſu
loquantur,non contradicam. Quare
loca ſacræ Scripturæ negantia pote-
ſtatem temporalem, videlicet Ioan.
18. [ Regnum meum non eſt de hoc
mundo,]& aliud,quando fugit Chri-
ſtus ne illum vngerent Regem po-
puli,ſunt intelligenda de vſu & exer-
citio. Quæ verò affirmant Chriſtum
eſſe regem, vt illud Matth.18.[ Data
eſt mihi omnis poteſtas &c.] Ioann.
11. & 13.[ ſciens quia omnia dedit ei
pater in manus]Luc.10.[Omnia mihi
tradita ſunt à Patre meo. ] Pſalm. 2.
poſtula à me, & dabo tibi gentes hæ-
reditatē tuam,] & Pſal.71. [Domina-
bitur à mari vſq; ad mare, ] & ad He-
bræos 1. [Quem conſtituit hæredem
vniuerſorū,]& Apoc.1.[Princeps Re-
gum terræ,] & 19. [Rex regum, &c.]
quæ intelligi poſſunt de regno habi-
tuali , ne videamur Chriſti dignitatē
tam arctiſsimis limitibus premere.
Quintò igitur,hæc quarta prędicta
opinio probatur ex ſentētia Bernardi
de conſideratione ad Eugenium di-
centis : [ Quid tu denuo vſurpare
gladium tentas,quem ſemel iuſſus es
ponere in vagina ? quem tamen
qui tuum negat,non ſatis mihi vide-

tur attendere verbum Domini dicẽtis ſic: Conuerte gladium tuum in vaginam; tuus ergo, & ipſe tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus: alioqui ſi nullo modo ad te pertineret, & is, dicẽtibus Apoſtolis. Ecce gladij duo hic non reſpondiſſet Dominus, dicens: ſatis eſt, ſed nimis eſt:] vterq; ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis (ſcilicet) gladius, & materialis: ſed his quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercẽdus, ille ſacerdotis, ſed is militis manu, ſed ſanè nutu ſacerdotis, iuſſu imperatoris: vbi vi-
92 des verba Bonifacij † VIII. in extrauag. vnam ſanctam. ex Bernardo magna ex parte eſſe deſumpta. Libet etiam alia verba Bernardi II. de conſiderat. ad Eugeniũ ſubiungere. [Age (inquit) indagemus aliud diligentiùs, quis ſit, quã geras (videlicet) pro tempore perſonam in Eccleſia Dei, quis es? ſacerdos magnus, Summus Pontifex. Tu princeps Epiſcoporũ, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.] Plura alia ſubiungit quibus dignitatem & poteſtatem Summi Pontificis extollit. Cum verò dicat, [Autoritate Moyſes, Iudicatu Samuel,] manifeſtè docet in eo eſſe poteſtatem circa temporalia, ſed non directè: ergo indirectè & cum ordine ad ſpiritualia.

93 Ex omnibus † hactenus dictis colligunt Victoria & Sotus, alijque doctores loco citato, exigente id fidei & boni ſpiritualis conſeruatione, poſſe Papam reges deponere, atq; ea ratione meritò trãſtuliſſe imperiũ à Græcis ad Germanos, depoſuiſſeq; Fredericũ, & priuaſſe Luſitaniæ regem adminiſtratione, vt nuper dicebamus. Vbi velim aduertãt, qui huius opinionis apicem attingere volunt. Quod etſi Papa poſſit reges deponere, non proinde ſequitur † illum poſſe
94 nouos reges creare, non concurrentibus ad electionem illis, ad quos ius eligendi pertineret, quales eſſent reſpublica, & optimates ius. Ita habet Turre-cremata in ſum. Eccl. loc. cit. & Palud. loc. cit. Addit tamen doctiſſimus Pater Victoria, quòd ſi † Reſpu-
95 blica aliqua Chriſtiana vellet ſibi eligere regem infidelẽ, aut alium, vnde ſpirituale bonum nõ leuiter periclitaretur, & admonita nollet deſiſtere, tunc Summus Pontifex poſſet id impedire: etſi Reſpublica reſiſteret, poſſet alium creare loco illius, etiam reclamante Republicâ.

Præterea colligunt: ſi princeps ali-
96 quis aut hæreticus, aut ſciſmaticus electione fieret, tũc etiam poſſet Papa vti gladio temporali, & aduerſus eum procedere vſque ad depoſitionem, & expulſionem illius à regno: eodemq; modo ſi princeps † aliquis,
97 hæreticis, ſciſmaticis, aut alijs infidelibus Eccleſiam impugnantibus, auxilium præſtaret, vel aliquod aliud efficeret, quod in Eccleſię detrimentum cederet, poſſet ſimiliter vti gladio temporali aduerſus illum. Item etiam contendentibus Chriſtianis regibus inter ſe circa principatum aliquẽ, aut circa quoduis aliud tẽporale, & in bella ruentibus, ſi inde meritò maximũ detrimentum in ſpiritualib. timeretur, vel quod interim fidei hoſtes deuaſtarẽt Eccleſiã, vel quod ſequerẽtur grauiſsima damna ſpiritualia, & peccata, quæ ex huiuſmodi bellis ſolent inter Chriſtianos oriri, poſſet Papa ad vitanda ea mala cognoſcere de huiuſmodi cauſa, proferreq; ſententiam eis inuitis, tenerenturq; ſtare illi ſententiæ. Si verò id non facit (ait Victoria Albert. Pighius, Durandus, Turre-cremata, & alij) non

eſt



eſt, quòd ad id non habeat poteſtatem iure diuino ſibi conceſſam, ſed quia non audet, timens, ne deinde ſequatur rebellio à ſede Apoſtolica, aut alia incommoda grauiora: ſecus
98 autem non eſt † poteſtas in Summo Pontifice iudicandi directè cauſas, liteſque & contentiones temporales, neque infirmandi eas leges ciuiles principum ſæcularium, quæ à ſupernaturali fine non deuiant. Præterea
99 neque Papa † poteſt ſtatuere, vt à iudicibus ſæcularibus ad ipſum appelletur in ijs, quorum cognitio ad ſæculares poteſtates ſpectat, quod patet ex Alexand. III. c. ſi duobus. §. deniq; de appellat. qui ait [: Quæris, ſi à ciuili iudice ante iudicium, vel poſt, ad noſtram audientiam fuit appellatum, an huiuſmodi appellatio teneat: Tenet quidem in his, quæ ſunt noſtræ iuriſdictioni tẽporali ſubiecta, in alijs verò, etſi de cõſuetudine Eccleſiæ teneat, ſecundùm iuris rigorem credimus
100 non tenere, quia (videlicet) † tribunal ſæculare in rebus temporalibus à Sum. Pontifice eſt exemptum.]

101 Deinde colligo, quòd cõdentibus † principibus leges, quę in graue detrimentũ proximorũ tendãt, ac foueãt peccata, poteſt Papa præcipere earũ cõditoribus, vt illas reuocent: quòd ſi noluerint, poteſt eas reuocare, eoq; ipſo vim omnẽ amittẽt, quãuis eſſent tales, quæ ſecluſa reuocatione vim poſſent retinere. Hoc pacto Papa abrogauit legem illam ciuilẽ, qua ſtatuebatur malæ fidei poſſeſſorem poſſe certo quodam tempore præſcribere ex c. vigilanti. & ex c. vnico, de præſcription. eſt manifeſtum: illa namque præſcriptio abſq; pręſcribẽtis peccato eſſe nõ poterat, homineſq; ad rapinã, & alia peccata inuitabat. Valet ad id optima regula, quã tradit gloſſa ad c.
102 poſſeſſor. de reg. iur. in 6. quę talis † eſt: [Quando de eadẽ re contraria inueniũtur leges Imperatorię & Põtificiæ ſi materia legis eſt res animarũ periculũ cõcernens, abrogatur lex Imperatoria per Pontificiã,] vti contingit in exẽplo allegato, vbi lex Pontificia abrogauit legem Imperatoriam, quæ habetur in C. de pręſcriptionibus trigint. vel quadrag. ann. quę non poterat ſeruari ſine mortali peccato. At quando materia legis eſt res temporalis, non concernens animarum periculum, non poteſt lex Pontificia abrogare legẽ Imperatoriã, ſed vtraq; ſeruanda eſt, illa in foro Eccleſiaſtico, hæc in foro ciuili, quod valdè in hac materia notandũ eſt ab omnibus opinantibus. At verò quãdo aliquis princeps iniuriam alteri irrogaret in tẽporalibus, Vnde graue damnũ ſpiritualis boni cõmunis non immineret, cauſa illa ad Sum. Pont. non ſpectaret, niſi per modũ fraternæ, ſeu potiùs paternæ correptionis, qualis eſt patris ſpiritualis, ac prælati ad ſibi ſubditũ, ad illũ eruendũ à peccato, quo pacto
103 † peccata omnia ad ſedis Apoſtolicæ tribunal ſpectãt, vt c. nouit. de iud. dicitur, idq; non ſolùm, quando publica ſunt, & ſcandalum pariunt, ſed etiam quãdo ſunt ſecreta, pendentq; in futurũ. Tunc enim ad Papam pertinet cohibere, & cõpellere huiuſmodi peccatores, vt à peccatis egrediãtur, non ſolùm cenſuris, ſed etiam alijs pœnis exterioribus vt pecuniarijs, imò & carceris aut exilij, ſi peccatum id poſtulet, vt poſtulare ſolet concubinatus.

Sed hîc obiter aduertant, qui huius opinionis veritatem attinge-
104 re ſtudent, quòd † non modò Papa non habet dominium temporale ſupra totum orbem in ordine ad finem temporalem, verùm etiam ne-
105 que habet dominium aliquod temporale ex traditione Chriſti. Habet † tamen verum dominium temporale,

directè ſuper ea bona tēporalia, quæ contulerunt Eccleſię principes Chriſtiani, vt Conſtantinus, & alij. Quòd ex traditione Chriſti non habeat huiuſmodi dominiū, probatur. Nam id vel conſtaret ex ſacris literis, vel ex traditione: ex ſacris literis id non colligitur, imò oppoſitum ex Matth. 20. [Scitis, quia principes Gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent inter eos; non ita erit inter vos, ſed quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam, &c.] Ex traditione autem id non habetur, nam in Eccleſia non eſt talis traditio, vel ſi eſt, oſtendatur. Quòd verò illud habeat ſuper bona tēporalia collata Eccleſiæ à principibus Chriſtianis patet: nam donatio facta à Principibus Chriſtianis fuit vera donatio, cōferēs verū dominiū temporale ipſi Eccleſiæ, etiā in ordine ad finem temporalem. Et hoc patet in Conſtantini Imperatoris donatione facta Silueſtro Pontifice, de qua habetur c. Conſtantinus. 96. diſtinct. & in c. futuram. 12. q. 1.

106 Ex his colligitur primò, † Papam neque ita habere poteſtatem, vt ſit dominus orbis, aut vt nomen regis ſibi vel imperatoris poſſit vendicare, neque ita, vt ab eo dominium iuriſdictionis temporalis ad reges deriuetur. Ita Couarr. tom. 2. 2. part. relectio. §. non. num. 7. pag. 1061. col. 1. §. Tertiò hinc colligitur, vbi Bartolū meritò reprehendit contrarium di-
107 centem: ſed † poteſtas regalis eſt omnino diuerſa à Papali, quę à Deo, mediante conſenſu & electione Reipublicæ regem ſibi ad adminiſtrationē in temporalibus, finemq; naturalem conſtituentis, habet ortum. Ita etiam docet Couarru. pract. q. tomo 1. cap. 1. num 6. vbi declarat, quòd licet imperium & principatus ſint à Deo conſtituta, hoc tamen ita intelligendum eſt, vt ciuilis poteſtas à Deo procedat mediatè, ab ipſa verò Republica, mediā lege naturę electione, aut cōſenſu populorum immediatè: text. in l. 7. tit. 1. part. 2. Papalis verò dignitas & poteſtas ortum habet à Deo per Chriſtum eam inſtituentem ad regimen per comparationem ad finē ſupernaturalem duntaxat. Hoc patet ex Nicolao Papa in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem, & c. cum ad verum, & c. duo ſunt. ſuprà iam citatis, & Couarru. loco proximè citato, vbi dicit ſpiritualem poteſtatem à Deo immediatè procedere.

108 Secundò colligo ad Summ. † Pontificem viā ordinariā, ceſſanteq; fidei cauſā, & exigentiā, non qualicumq; ſed admodum graui, per comparationē ad finem ſupernaturalem, neq; pertinere creare reges, & alias poteſtates laicas, neque etiam eas deponere, ſed id pertinere ad Reſpublicas ipſas, ad quos ſicut Reges eligere, ſic etiam eos deponere pertinet, poſtulante id rectā ratione, iuſtāq; occurrente cauſā. Ita docet Aragon de iuſtitia quæſt. 63. art. 2. dub. penult. §. & vt ad argumenta circa medium, & Couarru. loc. cit. Optimum tamen conſilium eſt, vt quādo dubij alicuius poteſt eſſe ſuſpicio, & quando non tota Reſpublica, ſed maxima illius pars conſentit, conſulatur Sum. Pontifex, vt eius interueniēte autoritate id fiat, in maiorem cauſæ iuſtificationem, præſertim cum vt plurimùm bonum ſpirituale commune Reipublicæ inde pendeat: quo dato ad Papam pertinet ſuam interponere autoritatem, bonumq; commune cenſuris, & alijs modis iuuare, comprimēdo eos, qui id perturbare intendunt, quod com-



commune & ſpirituale bonum, ſaluſq; ſpiritualis Reipublicę poſtulat. Atque ita poſtulante id maiori parte optimatum Reipublicæ Zacharias depoſuit Childericū, & præfecit Pipinum Regno Gallię vt ſuprà diximus, & Innocentius adiutorem Regi Luſitaniæ dedit, de quibus lector iam
109 dicta ſuperius conſulat. Vnde † ſequitur, quòd reges non dependent à poteſtate Pontificis, eo modo quo Epiſcopi cōſtituti per diuerſa loca, quos & creare & amouere poteſt tanquā ſupremus in ſpiritualibus Eccleſiæ paſtor ac moderator, tametſi eos ſine rationabili cauſa amouere non debeat. Neq; ita dependēt ab eo, perinde ac regni optimates dependent à rege, neque vt rex, vel alij principes ab Imperatore non exempti pendēt ab eo, etſi Imperator eos amouere nequeat, quin potius tā Reges ab Imperatore exempti, quàm Imperator ipſe ſupremę ſint poteſtatis in temporalibus à nullo dependentes: Quodā modo maior eſt dependentia Imperatorum Germanorum à ſummo Pontifice, quam aliorum regum Catholicorum eo quòd Germanicum Imperium populis, & Ottone III. conſentientibus creatum ſit dependenter ab approbatione, & ſummi Pontificis confirmatione. Infertur etiam, quòd licet Papa iuriſdictionem habeat vniuerſalem in temporalia bona Eccle-
110 ſiæ, † non tamen eſt illorum dominus, ſed diſpenſator, & gubernator, qui proinde non ad libitum de illis poteſt diſponere, ſed ſolùm rationabili cauſa, adeo † vt ſi illa donet abſ-
111 que aliqua cauſa, donatio ſit nulla: & tam ipſe, quam donatarius Eccleſiæ, ad quam pertinet. Ita Turre-cre. lib. 2. ſumm. c. 113. propo. 6. Caietan. 2. 2. q. 43. art. 8. & Salon de iuſtitia. q. 63. art. 2. controuerſia. 3. dub. 2. col. 1014. §. ad 4. & D. Thom. ibidem art. 2. ad. 1. & Caietan. opuſc. de Indulgentijs. q. 1. de cauſa indulgentiarum, fol. 42. Ratio illius eſt, quoniam huiuſmodi bona non ſunt collata ſummis Pontificibus, aut alijs prælatis Eccleſiæ, ſed quædam Eccleſiæ Romanæ, quędam verò alijs Eccleſijs particularibus. Quo fit vt eorum dominium non ſit apud ſummum Pontificem, aut alios Prælatos, ſed apud Eccleſias ipſas, quibus talia bona donata ſunt. Prælati verò ſunt diſpenſatores, & guberna-
112 tores eorum. At verò ſumm. † Pontifex, quatenus caput eſt Eccleſiæ vniuerſalis, illorum omnium bonorum eſt diſpenſator, & gubernator vniuerſalis, non ſolùm eorum, quæ ſunt Eccleſiæ Romanæ, ſed omnium vniuerſim ad quaſcunque Eccleſias pertinentium, quæ eo ipſo ad Eccleſiam vniuerſalem pertinent, cuius ſum. Pontif. eſt caput & gubernator, habēs ſibi ſubordinatos, & à ſe dependentes diſpenſatores, & adminiſtratores bonorum omnium particularium Eccleſiarū. Hac ergo de cauſa licet ſummus Pontifex diſpenſator ſit, & iuriſdictionem habeat in omnia bona tēporalia Eccleſiæ vniuerſalis, non tamen eſt illorū dñs, neq; poteſt ad libitū ſuū de illis diſponere tam ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorū: nec ip-
113 ſe † nec Rex aut Imperator dominiū habent proprietatis, neque illorum diſpenſationem, eo quòd non ſunt ora communitatis, vt eorum diſpenſatio ad rectores communitatum pertineat, ſed ſunt bona propria ſingulorum, quorum proinde diſpenſatio ad ipſos & non ad Rectores multitudinis ſpectat.

Dum autem huic operi finem di-
114 cere proponerem, nouiores quidam de hac materia diſputantes mihi ſeſe obtulerunt. Thomas † videlicet Boccius, qui in eo, quem edidit in lucem, libro aduerſus Machiauellum cap. 5. &

.&c.vlt. multis cōtendit tēporale dominiū Papæ conuenire, eò quòd illi à Chriſto fuerit datū, & ex cōſequenti reliqua tēporalia dominia, & quælibet alia virtute ſumere à dominio Papæ: quod ſanè ex D.Tho.lib.3.c.10.de regimine principum probat, & ex c.19. hæc verba adducit: [Videtur vicarius Chriſti habere plenitudinē poteſtatis, cui cōpetit dicta prouiſio ex triplici genere. Primò quidē diuino, quia ſic videtur voluiſſe Chriſtus ex verbis ſuperiùs introductis, videlicet [Tu es Petrus &c.] Secundò verò iure naturali, quia ſuppoſito ipſum primum locum tenere in principatu, oportet eum dici caput, à quo eſt omnis motus, & ſenſus in corpore myſtico, per quod habemus, quod omnis influentia regiminis ab ipſo depēdet, & alia, quæ hic autor in ſuæ opinionis confirmationem inſerit, quæ omnia vel ſupponunt Chriſtum habuiſſe regiā dignitatem, vel recidunt in opinionis quartæ diſtinctionem de temporalibus in ordine ad ſpiritualia.

115 Celſus verò Mancinus plura in ſuo libro de iuribus principatuum congerit lib.3.per totum, & lib.4.à cap.1. vſque ad.9. vbi in eandem ſententiā concurrit, rationeſque huius opinionis ſoluit, cuius ſolutiones (ſi vacaret eas nunc expendere) facilè poſt eluſas eius rationes poſſemus eludere.

116 Quare † ad argumenta Canoniſtarū. ac primum ex dictis ſuperiùs de Chriſto patet ſolutio, dicendo, quod poteſtas Chriſti circa temporalia fuit poteſtas excellentiæ in Chriſto Domino, quam non reliquit Sum.Pontifici.

Ad ſecundum tertium & quartum argumētum, dico, quòd probāt poteſtates ſeculares, omnino ſubijci Sum. Pont. in tēporalibus, quantū neceſſe eſt ad finem ſupernaturalem: eatenus namq; Reſpublica tēporalis ſubordinatur Reipublicę ſpirituali Eccleſię, &

Ss

117 in ea quaſi includitur: Secundùm † ſe autē Reſpublica temporalis integra quædā Reſpublica eſt in ſe, cuius poteſtas ſumma eſt principis tēporalis, data ipſi regi, vel principi ab ipſa Republica, penes quam hæc poteſtas primò eſt, vt eleganter docet Couar. loc.cit.num.6.fol.1059.pag.1.in fine verſ.at temporalis. vbi citat Caietan. in tract.2.de poteſt.Papæ, & Concilij c.19.& 2.2.q.1.art.10. Idē docet tomo 1.pract.quæſt.cap.1.nu.6.per totum.

Ad quintum verò dictū eſt tranſlationem illam Imperij licuiſſe Sum. Pont. quatenus id ad cōſeruationem Imperij erat neceſſarium. Cùm autē Germania munus illud Imperatoris, defenſoriſq; Eccleſiæ aſſumeret, vireſq; ſuas ad omnes offerret recta ratio poſtulabat, vt electio Imperatoris ad Germanos optimates pertineret. Quare quaſi pactum quoddam fuit tēpore Ottonis III. vt electio ad illos optimates, approbatio verò & cōfirmatio imperatoris ad Sum. Pōtificem pertineret: & ob id neq; Sum. Pontifex abſq; legitima cauſa poteſt illos priuare iure illo, neq; à Sum. Pontifice tolli poteſt ius, quod habet ad confirmandam & approbandā electionē.

118 Ad confirmationē, quæ de Imperatoris depoſitione adducitur, † reſpōdeo: Imperatoris depoſitionē ex iuſta cauſa pertinere ad Sum.Pont. tū pro pleniſſima poteſtate, quā in tēporalibus habet ad omnia, quæ ſpirituale bonū, finis ſupernaturalis poſtulat: tū etiam quoniā iure peculiari ad eū ſpectat coronatio, approbatio, & vnctio Imperatoris: tū deniq;, quoniā munus Imperatoris ad defendendā Romanā, vniuerſaléq; Eccleſiā inſtitutū eſt, quaſi Imperator miniſter Summ. Pontif. ſit gladius iuriſdictionis tēporalis Sum. Pont. ad illius nutum ſuā potentiam exercens, iuramētumq; fidelis Eccleſiæ defenſionis Sum.Pont. præſtet.

Ad



Ad aliud reſpondetur, licuiſſe ſummo Pontifici reges deponere, quia neceſſarium erat ad bonum ſpirituale illorum regnorum, præterea concurrit optimatum conſenſus, & populorum poſtulatio.

Ad aliud argumentum, quòd cum Imperator nec ſucceſſorem, nec aliquem, cui Imperium ſit debitum, relinquat, quemadmodum mortuis regibus regulariter ſolet manere regni legitimus ſucceſſor, munuſq; imperatoris poſtquam tempore Ottonis III. ad Germanos eſt tranſlatum, quaſi ex pacto & inſtitutione ipſa ſummopere à ſede Apoſtolica pendeat, mirādum non eſſe, ſi vacāte Imperio ad ſedem Apoſtolicam pertineat iudicare ſubditos Romani imperij: hodie tamen,
119 viuente † imperatore, eligitur Rex Romanorum, qui à ſede Apoſtolica approbatur, & cōfirmatur, vt eo ipſo quod imperator mortuus fuerit, ſine alia electione & approbatione ſuccedat in imperio, & idcirco non datur imperium.

Alterum argumentum ſolùm probat noſtram ſententiā, videlicet eſſe in Papa vtrumq; gladium, & vtramq; poteſtatem in ſenſu iam explicato.

Ad quintum fundamentum dico, claues Regni cælorum, poteſtatemque in ſpiritualibus adiunctam quaſi ex conſequenti habere poteſtatem in temporalibus iuxta rerum ſpiritualium exigentiam.

Ad argumentum præcipuum Iuriſprudentum reſpondeo, quod vti poteſtate in temporalibus iuxta exigentiam ſpiritualiū, atque ad ea tanquā ad finem dirigendo, non eſt implicare ſe ſecularibus, ſed efficere vt temporalia ſpiritualibus deſeruiant, & vt ab illis in eorum deſtructionem non veniant.

His addēdum eſt, quòd ſumere iuriſdictionem aliquam temporalem, quantum ad autoritatem & ſplendorem ſedis Apoſtolicæ, idque deceat, & conferat valdè ad meliorem vſum ſpiritualem, atque in ſubſidium pro eorum adminiſtratione, non eſt ſe implicare negotijs ſecularibus, ſed efficere (vt iam diximus) temporalia ſpiritualibus inſeruire, quod D. Paulus nequaquam prohibuit.

120 Ex his facillimè † reſpondetur ad omnia, quæ per Legiſtas & alios adducebantur, qui de hac opinione dubitare videbantur.

Ad primum quòd autoritas Imperatoris ſit immediatè à Deo.

Primò reſpondetur, ex Prępoſit. in cap.cum ad verum.diſtinct.96. Quòd
121 ſunt † diſtinctæ iuriſdictiones quo ad exercitium, quod regulariter eſt prohibitum Papæ, cui dictum eſt: [Pone gladium tuum in vaginā,] & dicit, quòd hæc eſt opinio Canoniſtarum in d. cap. nouit. de iudicijs.& ideo (inquiunt) Innocentius in dict. c.ſolitæ. Papæ attribuit autoritatem, Imperatori verò poteſtatem, Papæ ius faciendi, Imperatori actum. Hinc Pontifex in cap.nouit. dicit, quod nō intendebat iudicare de feudo, nō dixit, quod non poterat. Archiepiſcopus Florentinus in loco ſuprà citato dicit, reſpondendum, quod ſi ſæcularis poteſtas eſt à Pontifice, non eſt ab eo: vt ab homine puro, ſed vt à gerente vicem Chriſti in terris, & ſic ab ipſo Deo.

Præterea reſpondetur non ſequi: poteſtates ſunt diſtinctæ à Deo: ergo non ſubeſt vna alteri: nam duo luminaria magna ſunt diſtincta in cælo, & tamen luna habet lumen à ſole, & propterea Innocentius dixit. Quan-
122 ta † eſt inter ſolem & lunam, tanta eſt inter Papam, & Imperatorem differentia. Latè explicat Ioannes de Turre-cremat. in ſum. de Eccleſia in lib.1.c.92.verſ.Ad quartam.

Præterea

123 Præterea† poſſunt etiam eſſe diſtinctæ, & diſcretæ iuriſdictiones, quoad diuerſos fines; nam temporalis inducta eſt ad finẽ felicitatis humanæ, ſpiritualis ad finẽ æternæ, vt latè declarat Victoria in loco ſupracitato. Sed nõ conſequitur, ergo vna non ſubeſt alteri, nam tẽporalis eſt ſubordinata ad ſpiritualem, vt ſuprà latè probatum eſt ex mente D. Thomæ, & aliorum.

Non etiam obſtat quòd ſicuti ſeculares principes non ſe debent ingerere in ſpiritualibus, ſic Papa nõ debet ſe ingerere in temporalibus, reſpondet Ioannes de Turre-crem. in verſ. ad ſeptimum, quod non valet conſe-
123 quentia, nec eſt par ratio: Nã Eccleſiaſtici ſunt capaces tẽporalium, imò ab initio naſcentis Eccleſiæ omnes cauſæ inter fideles, etiam ciuiles, cognoſcebantur per clericos, vt refert Clemens I. in Epiſtola prima, quç habetur in 1. tomo Concil. fol. 135. vbi col. 4. prope finem habentur hæc verba: [ ſi qui ex fratribus negotiũ habẽt inter ſe, apud cognitores ſæculares non iudicetur, ſed apud presbyteros Eccleſiæ, quicquid illud eſt, dirimatur. ] & notatur in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi. & Paul. oſtendit, cùm dixit, ad Corint. 1. cap. 6. [ An neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis & ſæcula-
124 ria? ] At † laici ſunt incapaces ſpiritualium. cap. cauſam. de reſcriptis. Hinc Ozias, qui voluit vſurpare ſacerdotium percuſſus eſt leprâ c. 26. libr. Paralipomen.

Non obſtat ſecundò, quòd Imperatoria poteſtas ſit immediatè à Deo. Nam reſpondetur per Doctores ex ſupradictis, quòd non valet conſequẽtia: vtraque eſt à Deo, ergo vna non ſubeſt alteri. Nam omnes animæ ſunt creatæ à Deo, & tamen vna ſubeſt alteri: propterea Paulus dicebat [Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: ] & de omnibus alijs Creaturis, nam ſunt à Deo creatæ, & tamẽ huiuſmodi ſubiectæ: ſic creauit poteſtatem ſpiritualem, & tẽporalem, & vtramq; Chriſto, & eius vicario ſubiecit. Et cum non conueniret illi continuum exercitium tẽporale, id voluit Imperatori committi. Sic legitur in Actibus Apoſtolorum cap. 6. [ non eſt æquum Apoſtolos dimittere verbum Dei, & ſeruire mẽſis. ] Ideo aliqui electi ſunt qui hoc exercerent, & Paulus ad Tit. cap. 2. dicebat: [Non decet militantes Deo ſæcularibus ſe immiſcere negotijs.]

Præterea reſpondet Abb. in. cap. nouit. & Albericus in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. Auguſt. de Ancona in tract. de poteſt. Papæ. refert, & ſequitur Archiepiſcopus Florentinus in ſum. in. 3. part. tit. 22. cap. 3. §. 7. quia cum omnis poteſtas à Deo ſit, mediatè, vel immediatè intelligitur: ideò temporalis, mediante Põtifice, ad Imperatorem ſpectat. Ad quod facit, nam prima regalis poteſtas, quæ à Deo prouenit in perſona Regis Saul, & alia in perſona Dauid, fuerunt datç mediante Samuel ſacerdote.

Non obſtat etiam tertium illud fundamentum tenentium contrariã opinionem ex multis locis ſacræ ſcripturæ, in quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus vel non vult iudicare de rebus temporalibus, vel reijcit Regnum ſibi oblatum, vel ſubijcit ſe legi Imperatoriæ.

Nam ad primum c. 12. Lucæ, dum dicit, [ Quis me cõſtituit inter vos iudicem & diuiſorem? ] reſpõdet Ioan. de Turre-cremat. quòd noluit diuidere fratres, quia ipſe erat Dux vnionis, & venerat vt fideles vniret, non autem vt diuideret. Tum etiam reiecit exercitium temporalis poteſtatis
in



in his rebus parui momenti, iuxta cõſilium Iethro cap. 18. Exod.

Ad illud, quòd Chriſtus obſeruauit edictum Cæſaris, quando (vt dicitur Luc. cap. 2.) iuit cum matre, vt ſe deſcriberet: Item quando pro ſe & Petro tributũ ſoluit. Matt. c. 17. & ſe ſubditum confeſſus. Ioann. c. 19. quando dixit: [ Non haberes poteſtatem aduerſus me: ] Nam iſtis reſpondetur quòd hæc omnia fecit, vt homo, ſicuti vt homo paſſus & mortuus eſt: ſed ipſi vt Domino & eius vicario generali quælibet poteſtas, etiam imperatoria ſubiecta eſt. Cum autem ipſe veniſſet in hunc mũdum, vt nos exẽplo ſuo, & doctrinâ ad humilitatem, & obedientiam inuitaret, ideo ita ſe egit, vti ſubiectus eſſet.

125 Soluit† etiam tributum ad tollenda ſcandala, vt ipſe dixit: [Liberi ſunt filij Regis, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare &c.] Ita reſpõdet Silueſter in ſumma in verbo, Papa. quæſt. XI. dixit [ Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cçſari ] vt reijceret calumniam, & tentationem illorum, & ſuperbiam, non reddẽtes debita Deo & Cæſari. Ita declarat Ioann. de Turre-cremat. quæſt. 116. verſ. ad tertiũ. Portabatur in vtero ad dandum nomen ſuum, qui nondum natus erat, vel ad tollenda ſcandala, prout dictũ eſt: quia inquit, [non veni ſoluere legem, ſed adimplere.] Et Paulus ad Galat. cap. 4. dicebat, quòd Deus miſit filiũ ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.

126 Ad locum † Ioannis cap. 6. quòd fugit in montem, ne fieret rex, reſpõdet Ioann. de Turre-cremata de mẽte D. Thomç, & latè proſequitur Prçpoſit. in d. cap. cum ad verum. fol. 241. col. 1. quòd fugit, ne regnum ab hominibus reciperet, ne derogaret dignitati ſui Regni, de quo dicitur Prouerb. cap. 8. Per me reges regnant, ] & propterea dixerat Ioann. cap. 5. [claritatem ab hominibus non accipio.]

Ad illud Ioann. cap. 18. [ Regnum meum non eſt de hoc mundo.] reſpõdent Ioan. de Turre-cremat. & Præpoſit. vbi ſuprà quòd intelligitur, id eſt: Regnum non habet originem in hoc mũdo: eſt enim ęternum, & fuit ſemper, & ante omnia ſęcula, & illud nõ habet ex electione humana, neq; ex ſucceſsione: vel dicũt intelligi debere ratione finis: nã finis regni ſui nõ eſt mundanus, vel temporalis: quod eſt tranſitorium, iuxta illud: [ cælum & terra tranſibunt.] at regnum eius erit æternum, vt legitur Daniel. cap. 7. [Poteſtas eius, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrum-
128 petur. ] † Poteſtatem tamẽ etiam tẽporalem exercuit, quando ſibi viſum eſt, vt quando eiecit mercatores de templo, Ioann. cap. 2. quia dixit Ioan. c. 3. [Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum] exercuit tamen illam per Petrum vicarium ſuum, quando Act. cap. 5. pro crimine mendacij, & furti damnauit Ananiã, & Sapphiram, quod fecit ſecũdum Bedam ibi, præuidens futuram zizaniã, quæ ſimplicitatem Eccleſiæ prauis moribus adulteraret, ad timorẽ poſterorum noxium germen radicitus amputare volens.

129 Ad illud † Matth. cap. 20. & Luc. c. 22. (vbi inhibẽs Apoſtolis expreſſè exercitium poteſtatis, dixit: [ Principes Gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos, vos autem nõ ſic, ſed qui maior eſt veſtrum, fiat, &c] Quem locum citat Franciſcus Victoria vbi ſuprà, dicens ita intelligi per Bernardum lib. 2. vt etiam per Albert. Pigh. lib. 5. cap. 1. verſ. Hoc ipſum cõfirmat de Eccleſiaſtica Herarchia reſpon-
detur

detur per Canoniſtas, quòd prohibuit tunc eis ad tollendā eorū ambitionem,qui quærebant, quis eorum maior futurus eſſet,& ſui ipſius exēplum oſtendens,dixit: [Filius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare:& verba, quibus vſus eſt[exercēt, miniſtrari,] & alia ſimilia oſtendunt, quòd non inhibent poteſtatem, ſed exercitium.

130 Ad illud† Matth.cap.19.[Niſi quis renunciauerit terrenis, non poteſt meus eſſe diſcipulus:]reſpōdet Ioan. de Turre-cre. vbi ſuprà, verſ. ad nomen de mente D.Thomæ 2.2.q.184. art.7.quod in illo loco renunciatio poteſt conſiderari & intelligi vt actu, vel etiam, vt ex animi præparatione.

131 Ad illud† Pauli ad Titum cap.2. [nemo militans Deo,ſæcularibus negotijs ſe immiſceat:] Et Ambr.[Lacrymæ meæ arma mea ſunt:] reſpondet Ioann.de Turre-cremat. verſ. ad ſeptimum,quòd non valet conſequētia :Prohibentur exercere ſæcularia: ergo non habent talem poteſtatem: quia diuerſa ſunt poteſtas, & exercitium,& hæc reſpiciunt continuum exercitium, ſed quandoque id poſſunt.

2 Tum & illud, quod loquuntur de clericis priuatis, non de ſummo Pontifice habente vniuerſale regimen,quin imò etiam quo ad priuatos clericos reſpondet Ioann.de Turrecremat. queſtione 116. verſ. ad ſextam, ſecundum D.Thomam in 2.2. quæſtione. 7. art. 86. argumento.2. quod eſt relatum in cap. decreuit. diſtin. 88. quod licet regulariter id verum ſit,tamen ex cauſa charitatis poſſunt ſe interponere, & exercere, ex cauſa ad finem ſalutis boni ſpiritualis.

132 Ad illud † Matth.cap.16. in quo videtur declarari quòd factum eſt, Ioann.cap.vltimo, quòd poteſtas data Petro intelligatur ſolùm in ſpiritualibus, vt ſit conformis promiſſioni factæ in d. cap.16. quando dixit. [Dabo tibi claues Regni cælorum: Et ſic ſpiritualis poteſtas tantum:reſpondet Ioann. de Turre-cremata quod data ſpirituali,continente temporalem ratione finis principalis, prout probatum eſt in fundamentis pro hac opinione,videtur & temporalis data.



Præterea verba vltima ex ſequentiâ attendi debent, in quibus generaliter dicitur.[Paſce oues meas.] & verbum: [paſce:] amplectitur etiam temporalem poteſtatem, vt dictum eſt.

133 Ad illud † Petri: [Eſtote ſubiecti omni humanæ creaturæ:] Et Pauli, [Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit propter conſcientiam:] vt per Albert. Pigh.dicto libr. 5.cap.1.verſ.præterea.ex verbis Apoſtoli reſponderi poteſt, quòd loquitur in priuatis & ſubditis viris qui debent obedire principibus,ſed non requiritur quin & ipſi ſint ſubditi ſupremæ poteſtati.

Reſpōdetur præterea copioſè per Innocentium III. in. cap. ſolitæ. de maiorit. & obedient. vbi declarat hunc locum, quod loquebatur ſubditis ſuis,nec voluit per hęc verba imponere ſacerdotibus iugum ſubiectionis,aliàs ſequeretur, quòd & ſeruus quilibet per illa verba accepiſſet imperium in ſacerdotes,cum dicat Apoſtolus:[Omni humanæ creaturæ.] vt latè per eum:qui dicit,quòd Apoſtolus per hæc verba eos ad humilitatis merita prouocabat.

Non obſtat quartum fundamentum, quòd & ſummi Pontifices dixerunt in varijs canonibus, quòd nolebant iudicare in temporalibus, quoniam eorum cognitio & iudiciū pertine-



pertinebat ad principes. Nam reſpōdent Canoniſtæ id eos dixiſſe nō ex defectu poteſtatis; ſed quia ſibi non conueniebat hoc exercitium continuum,quod propterea datum eſt regibus; at ipſi debent regulariter incumbere ſpiritualibus, quandoq; tamen in cauſis grauibus eam etiam exercuerunt; vt Innocentius III. in caſu.c.per venerabilem, qui filij ſint leg. vbi ait: [Non ſolùm in Eccleſiæ patrimonio,verùm etiam in alijs regionibus,certis cauſis inſpectis,temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus;]& in caſu licet ex ſuſcepto, de for. competent.vbi mandat Epiſcopo Vercellenſi, quod ſi qui in rebus,quę ad forum ſæculare ſpectāt, à conſulibus ciuitatis ſentiant ſe grauatos,ad Epiſcopi, ſeu ad ſedis Apoſtolicę audientiam appellare poſſint.

Non etiam obſtat, quòd in aliquibus terris videantur quòd nonnulli Pontifices confiteantur ſe habuiſſe dominium temporale ab imperatoribus, imò confiteantur Eccleſias ab eiſdē immunitates recepiſſe,& quòd quandoque ſtatutum ſit, non valere Summi Pontificis electionem,niſi interueniret confirmatio imperatoris. Nam reſpondent Canoniſtæ conceſſiones terrarum factas ab imperatoribus Eccleſiæ, potiùs fuiſſe reſtitutiones eorum, quæ originaliter fuerunt Chriſti, & Eccleſiæ, cui omnia ſubiecit Deus,ac ab ipſo Deo, & Eccleſia data Imperatoribus, quæ cùm reſtituuntur,reuertuntur ad primam naturam.Ita latè teſtatur Reſtaur.de Imperat.q.51.

134 Neceſsitas † verò confirmandi Pontifices per Imperatorem fuit per cōſtitutiones Eccleſiaſticas introducta,ad tollenda ſciſmata & diſſenſiones,quæ tunc frequentia erant, mediante autoritate,& poteſtate imperatoris: & propterea Adrianus III. Summus Pontifex reuocauit præfatas conſtitutiones; & mandauit, vt liberè per presbyteros eligerentur Summi Pontifices, & eorum electio eſſet valida abſque alia confirmatione,& exinde ita obſeruatum eſt, & obſeruatur.

Non obſtat etiam quintum argumentum, quòd Imperator vocetur dominus totius mundi, & quòd ipſe conceſsit Pontifici regiam dignitatem,& coronam cum Vrbe Romana patrimonio & alijs: & rex Salomon deiecit à ſacerdotio Abiathar ſummum ſacerdotem, vt legitur in lib. 3. Regum. Nam reſpondet Præpoſit. vbi ſuprà col. 2. verſ.

Sed & iura, quæ eum vocant dominum,habent locum,& intelliguntur reſpectu exercitij poteſtatis tem-
135 poralis, & quòd † in actu imperator eſt dominus, habitu autem & potentiâ,& directo iure Papa eſt dominus tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus. Hæc ſunt verba Præpoſit. imò Didacus Couarruuias in relectione ad regulam peccatum.de reg. iur.in ſentent. conatur probare latiſſimè,quòd non eſt verum,imperatorem eſſe mūdi dominum, niſi in terris Imperij,in 2.part.§.9.num. 5. cum ſequentib.qui Prępoſit.ſubijcit,quod ideo text.in d.c.ſolitę attribuit Papæ autoritatem,imperatori poteſtatem, Papæ vim faciendi,Imperatori poteſtatem,& actum facti.Propterea Bernardus dicebat gladium exercendum nutu Pontificis,iuſſu Imperatoris, & manu militis. Hinc textus in extrauag.ad reprimēdam.dixit quòd apud Imperatorem totius orbis regularitas conquieſcit, & Bart.notat ibi, quòd actus regulandi orbem eſt in Imperatore,nam(inquit Præpoſit.) Chriſtus Dominus multa de iſta tēporalitate omiſit, quæ iure ſuo potuiſſet,multa impleuit, quæ vt ſuper-
rior

perior prætermittere potuiſſet, legi-
tur enim Matth.cap.17.Vt non ſcan-
dalizaret Iudæos voluit pro ſe ſolui
tributum,& vt dicit gloſ. ibi pro hu-
militate carnis,iuxta id , quod notat
Apoſtolus ad Galatas cap.4. In ma-
gnis autem & arduis ſibi tantùm re-
tinuit poteſtatem , vt dicto cap. per
venerabilem vbi Innocentius dicit
[etiã in alijs regionibus , certis cauſis
inſpectis, tẽporalẽ exercemus.] Sup-
plet defectum Imperatoris, vacante
Imperio.c.licet ex ſuſcepto. de for.
compet. transfert Imperium, priuat
Imperatores, vt late ſupradictum eſt.

Quòd dicunt Conſtantinum de-
diſſe coronam Papæ &c. id fecit,non
vt eorum autor , ſed vt executor or-
dinationis Chriſti.

Quòd dicunt de Solomone:ex re-
uelatione diuina,& mandatum eſt, ſi
cut & alia multa tunc fiebant,non or
dinariâ poteſtate.

Addamus & illud ex Præpoſit: ſe-
cundum Alexandrum de Ales , & S.
Bonauẽturam. Non eſt bonum ſimi-
le de ſacerdotio legali ad noſtrum
Euangelium & ideo ex parte illa,quâ
illud carnale erat , terrenum cenſe-
tur,& à terrena poteſtate,& regali iu
dicatur: & ideo Auguſt. in quæſtio-
nib. noui & veteris teſtamenti:[Ve-
tus teſtamentum dicitur propter pro
miſsionem terrenam : quæ pertinet
ad veterem hominem:[& ideo in te
ſtamento veteri ſumma poteſtas erat
terrena:ſecus in nouo,vbi eſt ſpiritua
le ſacerdotium & promiſsio ſpiritua-
lium. Vel ( vt dicit idem Præpoſit.)
inſtantia dari poteſt inter ſacerdotiũ
legale & Euangelicum,ex qua reſul-
136 tat,quòd † poteſtas Regia tunc erat
ſuperior,& dignior,quàm ſacerdota-
lis in ſacerdotio naturæ vel legali. In
ſacerdotio namque legali, nõ impor-
tatur præſidentia , vel prælatio , ne-
que habebant ſacerdotes illi pote-
ſtatem clauium,dixit Innocentius in
cap.quod autem. de pœnit. & remiſ-
ſion.ſicut in nomine regis:ſed impor
tatur mediatio quædam, & miniſte-
riũ. Sacerdos enim habet rationem
medij,Rex autem habet rationẽ prin
cipij,& mouentis ad finem. Vnde nõ
eſt Chriſtus dignior & ſuperior in
quantum ſacerdos:eſt namque ſacer
dos vt homo, Rex autem in quãtum
Deus,& in quantum homo ſacerdos,
& offerendo;& reconciliando. Paul.
ad Hebræos c.7. [Rex eſt iudicando
& regnum introducẽdo:] Matt.c.25.
vbi dum dicit,[Tunc dicet Rex ijs,
qui à dextris eius erũt:[venite bene-
dicti,&c.] Et ſic maior dignitas im-
portatur ex eo quòd Rex dicitur,quã
ex eo quòd ſacerdos: ſed in ſacerdo-
tio Euangelico concurrit hodie Chri
ſto ordinante,poteſtas iuriſdictionis,
& ſic Regia, dum effectum habet re-
gẽdi,dixit Prępoſit.diſtin.15.in prin-
cipio in. 3.4.&.5. fundamentis præ-
miſsis,non mirum ſi olim poteſtas Re
gia ſacerdotio præſtabat:vt etiam de
clarauit idem Præpoſit.ibi. Non ſit
hodie in ſacerdotio Euangelico, &
137 ideo videmus, quod in † prælatis Ec-
cleſiæ ſuperior eſt poteſtas regalis ſpi
ritualis , quæ dicitur iuriſdictionis,
quàm ſacerdotalis, quæ dicitur ordi-
nis. Vnde Archidiaconus;qui eſt dia
conus,ratione iuriſdictionis eſt ſuper
Archipresbyterum,qui eſt presbyter
qui tamen nõ habet totalem iuriſdi-
ctionẽ. Ad quod facit , quod habetur
in.c. perlectis. verſ. Archipresbyter.
25. diſtinct. [ Archipresbyter verò
ſe eſſe ſub archidiacono , eiuſque
pręceptis &c.]& de officio Archidia-
coni.c.ad hoc. verſ. Archipresbyter.
&.21.diſtinct.cap.in nouo. facit.cap.
138 puto. 2. q. 7. vnde hodie † etſi Epi-
ſcopus maior ſit ordine & conſecra-
tione,quàm Cardinalis diaconus vel
presbyter,Cardinalis tamen ſuperior
ſedet,



ſedet,& maior dignitas reputatur,de
quo.2.q.7. in cap. quanquam. & per
iſtas rationes tolluntur multa funda-
menta,quæ pro parte Imperatoris fie
ri poſſent,& fundantur ſuper dignita
te imperiali, vel regali,quæ erat ante
aduentum Chriſti.

Poteſt etiam dici, quòd † dicitur
139 dominus mundi reſpectu aliorũ prin-
cipum temporalium,qui ſub eo ſunt,
cum tamen reſpectu Sum. Pontificis
ſit inferior. Ideo ſolent ſcripturæ ſa-
crę vti hoc modo loquẽdi, Rex regũ
& Dominus dominantiũ,ex quo oſtẽ-
ditur non ſequi. Hic eſt Dominus:er-
go non habet ſuperiorem:nam repe-
ritur vnus rex regum,& dominus do
minantium.

Non etiam obſtat ſextum funda-
mentum ab antiquitate. Nam latè
reſpondet Prępoſit. in.d.cap.cum ad
verum col. 10. & fol.240. & col.2.&
plenius in d. cap.1.col. 1. in fine cum
ſequen.25.diſtinct.quod duplici mo-
do accipitur hoc verbum : [Impe-
rium].

Primo modo de eo,quod eſt vſur-
patum,& Tyrannicũ,quod à Deo per
miſſum eſt in pœnã peccãtiũ:& iſtud
fuit ante ſacerdotium. Nã ſecundum
Auguſt.in lib.15.de ciuit.Dei.Primus
140 † regum terrę fuit Cain , qui primus
ciuitatem,in qua regnaret:ſibi condi
dit,vacãs eam nomine filij Enoch.Et
ſic omnes ex eo geniti vſurpatiuê do
miniũ habuerũt.Et poſt diluuiũ reno
uatũ iſtud dominium fuit à Nẽbrod,
de quo dicitur Geneſ.c.2.Sub quo ędi
ficata eſt turris Babel,& linguæ con-
fuſio. Secundum dominiũ fuit natu-
rale,& politicum, conceſſum à Deo
in remedium peccati , ad coercen-
dum impios, & procurandam pacem
iuſtorum,quod vna cum ipſa Eccle-
ſia initium habuit in Adam creato in
innocentia , qui ſolus fuit creatus,
vt vnitatem futuræ Eccleſiæ ſignifi-
141 caret † poſt verò peccatum Adæ ce-
pit Eccleſia in Abel Iuſto. Auguſt.
in Pſalm. 118. [ Initio cognoui de
teſtimonijs tuis . ] Idem ſuper Pſalm.
128.facit illud Matth. cap. 23. A ſan-
guine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem
Zacharię, ] vt latè per Præpoſitum,
ſiue initium habuerit in perſona Mel
chiſedech ſignificante Chriſtum , vt
Summum Pontificem , erat enim ſa-
cerdos Dei ſummus , vt dicitur Ge-
neſ. cap. 14. & hunc tradunt Hebræi
fuiſſe Sem primogenitum Noe , &
poſt eum primogeniti omnes pro ſa-
cerdotibus habiti ſunt , vſque ad le-
gem Moyſi. Sub lege verò ſcripta,
magis expreſſum , & maiori ſolenni-
tate inſtitutum fuit ſummum ſacer-
dotium in Aaron , & ex progenie
eius continuatum fuit in genere
Hebræorum , vſque ad Chriſtum ,
nam aliæ nationes idololatræ habe-
bant & ipſæ ſuos ſacerdotes, vt dicit
Iſidor.relat. in cap. 1. 21. diſtin. iſtud
autem fuit factum perfectè in Chri-
ſto , qui Pontifex factus futurorum
bonorum, per proprium ſanguinem
introiuit ſemel in ſancta æternâ re-
demptione inuenta. Idem ſacerdo-
tium fuit tranſlatum in Petrum Chri-
ſti vicarium in ſua vniuerſali Iuriſdi-
ctione exaltatum , & clarius manife-
ſtatum in Silueſtro Papa.

142 Dominium † autem temporale
iuſto titulo acquiſitum videtur ini-
tium habuiſſe in Moyſe, duce popu-
li conſtituto à Deo , poſt quem ſe-
cuti ſunt iudices , vt in libris iudi-
cum. Deinde mutatus eſt modus re-
gendi in Regnum in perſonis Saul,
& Dauid vnctis à Samuele ſacer-
dote de mandato Dei. In alijs verò
nationibus vtrùm adeſſent Reges,
vel principes , vel ſaltem iuſtum ti-
tulum obtinuerint , ignotum eſt;
Hæc omnia ſunt verba Præpoſit.
qui reſpondendo ad argumentum
ſubijcit : Vnde cum fundamentum
non ſit ſumendum à malo principio,

à tyrannicis regnis Cain vel Nĕbrod, non eſt capienda origo imperij, vt dixit Leo Pontifex ad Mauros Epiſcopos Epiſtola 85. aliàs 87. relatus in.c. principatus.1.q.1.ſed capienda eſt ab inſtitutione iuſta dominandi populis dominio dilectionis, quæ fuit in Moyſe, & tunc non poteſt dici, quòd Imperium ſit antiquius, nam eodem tempore fuerunt in Moyſe, & in Aaron imperium & ſacerdotium, vt idem Præpoſit. declarauit in cap. 1. 15. diſt. in principio, in fundamentis præmiſsis 3. & 4. Ergo non cõcludit argumentum: imò cum formale imperium ceperit in Saul, videtur quòd ſacerdotium multo antiquius
143 fuerit. Non eſt ergo verum, † quod imperiũ fuerit ante Eccleſiam. Nam cũ Eccleſia ſancta nihil aliud ſit, quã [Congregatio Sanctorũ] Pſal.149. & [Congregatio impiorum] appellatur etiam Eccleſia malignãtium. Pſal.25. cùm Imperium non potuerit eſſe iuſtum, neq, iniuſtum ſine cõgregationibus hominum, ſed poſt congregationes, ac ſuper eis facta, & fundata ſint imperia, oportet, priuſquam Imperium eſſet, hominum, quoque fuiſſe congregationem, & ſic Eccleſiam iuſtam, vel iniuſtam.

Ad hoc maximè ſeruit illud: nam
144 † Eccleſia ſancta dicitur incepiſſe ab Abel iuſto, & proſequi ac continuari debere vſq; ad conſũmationẽ ſæculi, cũ fiet vnũ ouile, & vnus paſtor, Iſai. c.10.Ioann.c.10.& ad Rom.c.2.Quòd autem poteſtas regalis ſit poſterior, & per ſacerdotalem ordinata, probat Aug. de ſacram. lib.2. par.2. c.4. relatus per Præpoſit. vbi ſuprà, dicens. Poteſtas ſpiritualis quantum ad diuinam inſtitutionem ſpectat, & prior eſt tẽpore, & maior dignitate, vt in illo priori populo manifeſtè declaratur: vbi primò à Deo inſtitutũ eſt ſacerdotiũ, poſtea verò, Deo iubẽte, per ſacerdotium regalis poteſtas eſt ordinata.

Poſtea etiam reſpondendo ad argumentũ, dicit, quòd non valet conſequentia. Fuit antiquitus inſtitutum Imperium: ergo non eſt inferius, vel non eſt ſubiectum: potuit enim eſſe, quòd Deus inſtituens ſacerdotium ſecundùm legem nouam in perſona Chriſti, de quo dictum eſt: [Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech,] voluerit huic ſummo ſacerdoti ſubijcere omnia imperia, & regna, quod ſignificauit ipſe Chriſtus Dominus, dicens: [Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra] Matth. c. vlt. & propterea Ioan. in Apocal. dicebat, quòd habebat ſcriptum in veſtimentis, & in femore: [Rex regum, & Dominus dominantium.]

Non obſtat ſeptimũ fundamẽtum, quòd ſi poteſtas ſummi Pontificis etiã in temporalibus eſſet ſuperior imperiali & regali, eſſet vniuerſalis, & oporteret, quod etiam poſsit eam exercere in paganos, & alios infideles, vt dictum eſt. Reſpõdet Silueſter in ſumma in verbo Papa, nu.7. & ſeq. quòd Papa poteſt eos infideles contra leges naturæ peccantes punire pœnâ corporali, vel pecuniariâ: & declarat, quando id poſsit in Hebræos, & hæreticos. Quod cõfirmat Præpoſit. vbi
145 ſuprà fol.240.col.4. dicens; quòd † ratione vtilitatis publicæ poſſet Papa etiã infideles priuare iure ſuo, vt ponit Innoc. & alij in c. quod ſuper his. de voto. & tex. in.c. præſenti. 54. diſt. ne Iudæi, & infideles habeant mancipia Chriſtiana.

Vel dicas, quod & poteſtas eſt vniuerſalis inter fideles, & in Eccleſia Dei exiſtentes: & propterea dictum eſt Petro. [Et ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam.]

Quanuis hanc Canoniſtarum ſententiam multæ iuris tam Pontificij, quàm Cęſarei diuiſiones, grauiſsimorum doctorũ placita probabilẽ reddant,



dant, nihilominùs Theologorũ opinio vt probabilior ac receptior primum apud Chriſtianos & Catholicos locũ habere debet. At dum hunc ſermonẽ claudimus pios omnes monebimus, vt à lectione caueãt eorum voluminũ qui Gallico ſermone ab annis decẽ, ex carnificina Turonenſi prodierunt. In eam enim audaciã rabulæ forenſes illius vrbis venerant, vt cum ſibi ſcioli viderentur ex præſcriptis Petri Cunerienſis documẽtis, nullam Sum. Pont. eſſe autoritatem in regno Galliæ cùm coaxarẽt, tũ ſcriberẽt, illũ nec poſſe regno priuare hereticũ qui iure agnationis ad ſceptrum vocaretur, nec à iuramento fidelitatis Catholicos, quod ipſi Henrico III. præſtiterant abſoluere, nec vllà ratione de rebus temporalibus illius regni ſtatuere poſſe docuerunt: Sed eorum ſcripta quaſi vnicâ veritatis ſpongiâ deleuit ille ipſe cuius in aurem nugas inſuſurrabant ſuas. Nam anno 1593. cùm videret ex autoritate Sum. Pontificis omnes regni ordines, ad electionem regis orthodoxi progredi, cepit animo conſiderare, & verè confiteri maiorem Sum. Pont. quàm armorum vim eſſe. Inde & Sum. Pontif. & ciuitates regni, & omnium in ſe animos ita conuertit, vt iam pacificus vndiq; pro legitimo colatur. Faxit Deus vt hæreticos eo tandẽ inſequatur odio, quo proſecutus eſt Catholicos, ne (quod multi augurantur) ad ruinam Eccleſiæ in eam ingreſſus aliquando dicatur.

# DE POTESTATE DELEGATA Inquiſitorum.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores nominati ab Inquiſitore Generali in ditionibus Hiſpaniarũ an ſint ſubdelegati, & ſimiliter poſſint vices ſuas alteri cõmittere, & n. 15. & 26.*

2 *Qui pro ſe regulam habet, intentionem dicitur habere fundatam, & nu. 3.*

4 *Progreſſus in infinitum prohibetur, & à lege damnatur.*

5 *Vicarij ſeu cõmiſſarij non poſſunt alios vicarios ſeu commiſſarios creare.*

6 *Inquiſitores qui à principe delegati dicuntur, non poſſunt eorum vicarijs, ſeu commiſſarijs dare facultatem, vt iterum ſubdelegent, & nu. 72.*

7 *Delegatus poteſtatẽ quam habet ſubdelegandi, à lege habet, quæ cum perſona extinguitur, ſicut priuilegium.*

8 *Priuilegium ſubdelegandi non eſt conceſſum, niſi delegato principis, non autem ſubdelegato.*

9 *Geſta ſeu gerenda à non habente poteſtatem, ſunt nulla, tanquam geſta à priuato, & nõ habẽte iuriſdictionẽ*

10 *Inquiſitores Apoſtolici an dicãtur delegati ad vniuerſitatẽ cauſarũ, & n. 9.*

11 *Delegati ad vniuerſitatem cauſarum, non poſſunt ſubdelegare totam vniuerſitatẽ, ſed vnam vel duas cauſas.*

12 *Verba priuilegij commiſsionis, vel inueſtituræ, cùm de eis dubitatur, inſpicienda ſunt.*

13 *Veroſimile an, & quando attendatur.*

14 *Iudex non debet fidem adhibere depoſitioni diſtanti à veroſimili.*

16 *Delegatus ab inferiore à principe, an & quãdo ſubdelegare poſsit, & n. 18.*

17 *Fidei fauore multa conceduntur, quæ alias prohibentur, & in quibus caſibus habeant locum.*

19 *Inquiſitores ad aliquam prouinciam deputati, poſſunt alium in ſuum locũ ſubſtituere, qui ſubſtitutus vicarius ſeu Commiſſarius vocatur.*

20 *Iuriſdictio delegata Summ. Pontificis licet ſit ſtricti iuris & odioſa, ſecus tamen eſt in cauſis fidei.*

21 Iuriſdictio delegati licet per mortem delegantis exſpiret, ſecus eſt in fidei fauorem.

22 Inquiſitores à quocumque eligantur, ſemper ab Apoſtolica ſede habent autoritatem immediate.

23 Abſentia committentiū eſt iuſta cauſa comiſſionis.

24 Delegatus ſemper ſubdelegare poteſt, ſiue iuſta ſubſit cauſa, ſiue non.

25 Doctores, Gloſſæ, ac iura quibus Inquiſitorib. licet conſtituere & facere vicarios, ſeu ſubſtitutos, quomodo intelligenda.

27 Fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda.

28 Conſtitutio pœnalis fauore fidei extenditur, quod idē eſt fauore animarū.

29 Exceptio in aliquibus caſibus ad ſimiles extenditur.

30 Sicut pōt ſubdelegare delegatus à principe, ſic etiam ſi eſt delegatus à populo non recognoſcente ſuperiorem.

31 Teſtium nomina fauore fidei non publicantur, ſi ob potentiam accuſati imminet periculum teſtibus, quod idē eſt in crimine læſæ maieſtatis.

32 Argumentū à ſimili ab hæreſi, ad crimen læſæ maieſtatis humanæ.

33 Hæreſis crimē eſt læſæ maieſt. diuinæ.

34 Hæreſis maius crimē, quam læſæ maieſtatis humanæ crimen.

35 Caſus non reperiuntur omnes deciſi, ſed eſt procedendū de ſimilibus ad ſimilia, quod procedit etiā in pœnalib.

36 Simile eſt, vbi militat eadem vel ſimilis ratio.

37 Inquiſitores deputati cenſentur eſſe delegati à Papa immediatè, & non ſubdelegati ab Inquiſitore generali.

38 Inquiſitor Generalis ſuper nominatione & deputatione Inquiſitorum, ſolùm præſtat nudum miniſterium.

39 Inquiſitor Generalis in nominādis, ſeu ſubdelegandis Inquiſitoribus, eſt quoddam organum, quo mediante eius vox transfertur ad delegatum, imò eſt viua vox abſentis.

40 Papa concedit Inquiſitori Generali poteſtatem deputandi, ſeu nominandi Inquiſitores.

41 Pater committēs filio manumiſſionem vnius ex ſeruis, intelligitur tātùm electio filio commiſſa, ipſe verò pater manumittit.

42 Electus ex commiſſione ordinis, ab ipſo ordine electus cenſetur.

43 Factum ab his qui habent autoritatem, à concilio factum cenſetur.

44 Iuriſdictio contentioſa ſi eſſet cōmiſſa, quod fit à commiſſario, non videtur fieri à committente, quoniam ad eum appellatur.

45 Delegatio vel ſubdelegatio non ſunt actus contentioſæ iuriſdictionis, nec actus iudicij, licet iuriſdictio transferatur in delegatū, vel ſubdelegatū.

46 Inquiſitores electi ſeu deputati ex vi poteſtatis attributæ à Papa Inquiſitori generali, cenſentur autoritate Summ. Pontif electi ſeu deputati.

47 Inquiſitores à quocumq; delegentur, ſeu nominentur, ſemper ſunt delegati à Papa, & ab eo accipiunt iuriſdictionem & poteſtatem.

48 Electio facta ab aliquo autoritate ſui ſuperioris, nō poteſt à ſucceſſore reuocari.

49 Omnia noſtra eorū facimus, quibus autoritatem noſtram impertimur.

50 Qui per alium gerit, per ſe ipſum geſſiſſe videtur.

51 Inquiſitores poſſunt facere commiſſarios, quos vicarios ſeu ſubſtitutos appellamus.

52 Inquiſitor generalis licet poſſit remouere Inquiſitores ab officio, iuriſdictio tamen eorum non eſt ab eo.

53 Facultas remouendi Inquiſitores, quâ cauſâ conceſſa fuit Inquiſitoribus Generalibus.

54 Inquiſitores quibus ex cauſis remoueri poſsint ab officio.

55 Inquiſitor ob infirmitatem temporalem poteſt vicarium ſeu Commiſſarium ſibi ſubſtituere, conferens ei plenarie vices ſuas.



56 Infirmitas & abſentia Iudicis delegati iuſtæ ſunt ſubdelegandi cauſæ.

57 Inquiſitor liberatus à morbo poteſt ſubdelegatam iuriſdictionem reuocare.

58 Inquiſitor ob perpetuam infirmitatē poteſt remoueri, quòd idem eſt in ſene.

59 Inquiſitores qui ſint in officio confirmandi, quamuis ipſi recuſent, & de eorum qualitatibus.

60 Inquiſitores imperiti omnino remouēdi ſunt.

61 Cauſæ fidei cauſis matrimonij præpōderant.

62 Inquiſitores ob negligentiā remouēdi.

63 Negligentia dolo æquiparatur.

64 Negligentia quāto tempore iudicatur, & quomodo probetur.

65 Negligens quis dicatur.

66 Inquiſitores ob iniquitatem remoueri poſſunt.

67 Auaritia & illicita pecuniarū extortio prætextu officij, ſub iniquitate intelligitur.

68 Pecuniæ appellatione, omne pretio æſtimabile intelligitur, & quæ alia contineantur.

69 Inquiſitores an poſsint recipere eſculenta, & poculenta.

70 Inquiſitor generalis poteſt punire Inquiſitores ob delicta ab eis commiſſa.

71 Inquiſitores poſſunt committere poteſtatem, quam habent, Commiſſarijs.

72 Vicarij ſeu Commiſſarij conſtituti à Papa ſubdelegare poſſunt, gaudentq; priuilegijs, quibus & Inquiſitores & præferuntur ordinarijs, ſecus eſt in ſubdelegatis

73 Vicerector gaudet immunitate rectoris

74 Facultas data Inquiſitori Generali à Papa quomodo intelligenda ſit.

75 Priuilegium impetratū de eo quod quis habet, in re ſuperfluum eſt.

76 Verba regulariter quando propriè, & quando impropriè accipiantur.

77 Verba quando non operantur in ſuo ſignificatu, ad improprium trahuntur.

78 Epiſcopus cōmittens alicui vniuerſitatē cauſarū, licet cum vicarium nominet, non eſt vicarius, ſed delegatus.

79 Vicarius facit idem conſiſtorium cum Epiſcopo, non autem delegatus.

80 Iudex delegans, ſi dicat quòd delegatus poſsit alteri delegare non videtur ipſe delegatus delegare, ſed ipſe delēgans, & num. 82.

81 Bartol. in l. more maiorum. col. 4. verſ. quæro quid ſi in delegatione. ff. de iuriſdict. omn. Iudic. in quibus terminis loquatur.

82 Subdelegatus à delegato nō cēſetur ſub delegatus, ſed delegatus à delegante.

83 Electus cenſetur à committente, nō autem à commiſſario.

84 A ſentētia arbitri nō appellatur ad delegatum recuſatum, ſed ad ſuperiorē.

85 Delegatus in quibus caſibus fungatur vice delegantis.

86 Apoſtolicis in literis nullum verbū cēſetur appoſitū ſine myſterio, quod idē eſt in contractibus & teſtamentis.

87 Literæ Apoſtolicæ non continent aliquod reprehenſibile.

88 Res vt vitio careat, plerumq; contra verba, eorumq; propriam ſignificationem interpretatur.

89 Verba ne dicantur ſuperflua, debēt aliquid operari.

91 Hæreticorū ſectæ multæ inueniūtur, ſeque extollūt in fidem Catholicam.

92 Fides Catholica vna eſt, & nō plures, & conſequenter vna Eccleſia, & n. 95.

93 Fides non mutatur.

94 Fides eſt lucerna, quam Dei ſapientia accendit ad recuperandam drachmā, id eſt hominem perditum.

96 Inquiſitores an ſint iudices neceſſarij in cauſa hæreſis, poſsintque hæreticos condemnare, & qua cauſa inſtituti fuerint. & num. 100. & 107.

97 Epiſcopi & Inquiſitores an ſint iudices in ſolidum & in cauſa hæreſis.

98 *Epiſcoporum munus eſt cuſtodire oues ſibi creditas, & hæreſes exſtirpare.*

100 *Epiſcopi negligentes diœceſim ab hæreſibus purgare, puniendi ſunt, & ab Epiſcopali dignitate remouendi.*

101 Iuriſdictio *Inquiſitorum non debet extendi, ſed reſtringi, & quare.*

102 *Inquiſitores quam poteſtatem habent, & num.*106.

103 Priuilegium *non extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, & tantum operatur, quantum eius tenor ſonat.*

104 *Priuilegium tantum comprehēdit caſum expreſſum, nec ſe extendit, vltra propriiſsimam verborum ſignificationem, nec ad id quod eſt minus expreſſo.*

105 *Priuilegium non debet extendi vltra terminos ſuos, ac ex cauſa expreſſa regulatur; etiam ſi de tertij præiudicio tractaretur.*

107 *Inquiſitores ſunt deputati à ſede Apoſtolica, & ſpecialiter in cauſa hæreſis cōſtituti, præſuntq; in vnaquaq; prouincia.*

108 *Inquiſitores ſunt maiores quolibet* Ordinario.

109 *Citatus vt compareat eodem tempore coram Inquiſitoribus, & coram Epiſcopo, coram quo prius comparere tenetur.*

110 *Inquiſitores habent autoritatem illius à quo deſtinati ſunt, eiuſq; locum obtinent.*

111 In*quiſitores in cauſa hæreſis habent maiorem, ac fortiorem, & meliorē iuriſdictionem Epiſcoporum iuriſdictione.*

112 *Inquiſitores cenſentur præcipua pars corporis prouinciæ ſibi creditæ.*

113 C*onfeſsio facta coram iudice inquirente, videtur facta coram parte.*

*Inquiſitor repræſentat rempublicam, & partem offenſam, ibidem.*

114 *Inquiſitores Regni Siciliæ tanquam Apoſtolicæ ſedis, & Regiæ Maieſtatis delegati in omnes actus vtramq; perſonam induunt, & num.*121.

*Inquiſitorū munus omnes Regni dignitates amplectitur, omneſq; honores continet, ibidem.*

115 *Iuriſdictio Inquiſitorum Regni Siciliæ licet à Rege cōceſſa fuerit, debet tamen vt Eccleſiaſtica conſiderari.*

116 *Aliquid quādo propter aliud apponitur, debet ab eodem eſſe, vel non eſſe aſſumi.*

117 *Inquiſitores habēt autoritatem & iuriſdictionem etiam in exemptos.*

118 *Inquiſitores Regni Siciliæ ſunt iudices ordinarij, & cum eis concurrūt, ordinariamq; poteſtatem habent, & num.*120.122.133. & 134.

119 *Inquiſitores Regni Siciliæ poſſunt tractare cauſas laicorum, & n.*134.

121 *Inquiſitores Regni Siciliæ poſſunt iuriſdictionē in laicos* Regi *ſubditos in terris Regis exercere, & quare.*

123 *Inquiſitores in exequendis ſententijs poſſunt Regiam & Pontificiam iuriſdictionē in ſubditos Regi & Pōtifici exercere.*

124 *Cauſarum commiſsione abſolutâ, cenſentur etiam commiſſa omnia, quæ ad eas conſecutiuè veniunt.*

125 *Argumentum ab abſurdo, validū eſt.*

126 *Mutanda non ſunt, quæ moribus, & conſuetudine recepta ſunt.*

127 *Solitum quando dicatur.*

128 *In actis iuriſdictionalibus, ex vnico tantum actu acquiritur quaſi poſſeſsio, & n.*129.

130 *Inquiſitores reperiētes ſe in quaſi poſſeſsione præcipiendi, in ea manutenendi ſunt, & non ſpoliandi.*

131 *Inquiſitores poſſunt ſuam poteſtatem & præeminentiam etiam armatâ familiâ defendere.*

132 *Inquiſitores ſemel iudices ordinarij, & competentes approbati, non poſſunt in poſterum recuſari.*

135 *Inquiſitio quæ, & quotuplex ſit, & num.*136.

137 *Ad*



137 *Ad Inquiſitionē generalem, quæ fit in cauſa hæreſis, nō requiritur infamia præcedens.*

138 I*nquiſitio ſpecialis quæ ſit, & an in ea procedatur abſque infamia præcedenti.*

519 I*nquiſitores ob indicia, & veriſimiles ſuſpiciones poſsūt exercere ſpecialē Inquiſitionem nullâ præcedēte infamiâ.*

## Quæſtio ſecunda.

I*nquiſitores nominati ſeu deputati ab illuſtriſsimo* I*nquiſitore Generali in Hiſpaniarum ditionibus, an poſsint ſubdelegare, & alteri vices ſuas committere in abſentia.*

PVLCHRA & notabilis eſt quæſtio, ac ſæpiſsimè à iudicibus ſæcularibus excitata; Vnde operæpretiū me facturū cenſui, nec inſtitutū prætergredi, ſi eam huc annecterē. Fuerunt in hac re inuicem pugnantes opiniones. Negatiua dubitationis cauſâ. arg. l. à iudice. C. de iudic. quâ deducitur
1 † delegatos ab Inquiſitore Generali delegare non poſſe, huius hæc ſunt verba, [A iudice iudex delegatus, iudicis dandi poteſtatem non habet, cum ipſe iudiciario munere fūgatur, niſi à principe iudex datus fuerit.] Hæc ibi. & in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de offic. deleg. Hoc per modū regulæ tradit. Bald. & alij in d. l. à iudice. & Dec. in cap. ſi pro de-
2 bilitate. de offic. delegat. † quam qui habet pro ſe, habet intentionem ſuam fundatā, vt not. gloſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & dicit Bar. in
3 l. quoties ff. ſi quis cautio. quòd † res eſt certa pro eo, qui habet regulā pro ſe, vt latè ſcribit Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. Et huius regulæ ratio multiplex tradi ſolet. At quæ ſunt à Iuriſcōſultis traditæ illç ſunt. Prima quidem, quod res tanti momēti & quæ ſpeciē ſummi & meri imperij refert, & in qua plurimorū ſalus vertitur, nō debet ab eo trāsferri, cui propter induſtriā virtutiſq; & iuſtitiæ opinionem eſt commiſſa. l. 1. ff. de conſtitut. princip. l. non ſolùm. 67. §. ſi pupillæ. ff. de ritu nuptiar. Nā ſi quādo à P. R. miſſus eſt Procoſ. & à principe præſes prouinciæ, hodierno verò die ſi à Pont. M. generalis Inquiſitor delegatur electa vndiq; fuiſſe videtur perſonæ induſtria & fides. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Apud Æſchylū huius delegationis quædā imago conſpicitur in Prometheo vincto: vbi Vulcanus cùm ἐντολὰς τοῦ πατρὸς, ideſt, mandata patris alteri demandari vellet, coactus eſt implere illa per ſe, διὰ τὸ κράτος καὶ βίαν per Vim & Imperium, non enim cuiuis licet principis iuſſa executioni demādare. Altera eſt, quod omnis delegatio quantūuis generalibus clauſulis cōceſſa ſpecialis ſit. Vnde nō minus perſonarū quàm rerū ſpeciē ſpectandā, & in eo cui mādata ſit iuriſdictio ſiſtere eam velint; non etiā vt delegare illā alteri poſsit. l. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. l. 1. C. de præd. minor. Adducūtur & huius regulæ aliæ rationes à doctoribus Iuris: quarū vnā eorū propriā deprehendimus, quâ dicūt id iuſtè ex regulâ prodijſſe, vt delegatus mādare alteri delegatā ſibi iuriſdictionē non poſsit, ne detur progreſſus in infinitū. Nā omnes ſubdelegati ſubdelegatorum delegare poſ-
4 ſent. Ideo † ratio infinitatis hoc prohibet, vt dicit Abb. in c. cū cauſam. de appell. & iſte progreſſus in infinitū à lege dānatur, vt in l. apertiſsimi. C. de iudic. & latè gloſ. in c. cum in multis. de reſcript. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. 2. ff. de lega. 3. Eymeric. in 3. part. Director. quæſtione 15. & ibi Pegna com-

comment.64. in litera D. Et idcirco
vicarij ſeu commiſſarij Inquiſitorum
non poſſunt alios vicarios, ſeu com-
6 miſſarios ſibi creare, nec † Inquiſito-
res, qui delegati à principe dicuntur,
poſſunt eis facultatem dare, vt iterũ
illi ſubdelegent. Ita gloſ. ſing. in d. c.
ſuper quæſtionũ. §. porrò, verb. tranſ-
fert. de offic. delegat. & gloſ. in c. cum
cauſam. verb. delegatus. de appell.
Archidiacon. in c. quamuis. & Ioann.
And. in c. is cui. de offic. deleg. libr. 6.
Alexand. in d. l. à iudice, expreſsè Al-
beric. in l. more maiorum. ff. de iuriſ-
dict. omn. iudic. & Panorm. in d. c. ſu-
per quæſtionum. §. ſi verò. num. 2. de
offic. delegat. Idque maximè proce-
7 dit, quia † delegatus poteſtatẽ, quam
habet ſubdelegandi, à lege habet,
quod eſt velut perſonale priuilegium
quod cùm perſonam, cui tribuitur, ſe-
quatur, ad alteram transferri nõ po-
teſt, imò cum perſonâ extinguitur,
tex. in c. priuilegium de reg. iur. libr. 6.
not. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff.
de vſucapion. & gloſ. in c. quàm ſit. de
electione libr. 6. quare commiſſarius
non poteſt ſibi ſubſtituere alium cõ-
miſſarium. Quæ ratio etſi non ſit ſuf-
ficiens, quia vltra primam vicem poſ-
ſit limitari ex doctri. text. in l. boues.
§. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. (vt
dicit Dec. in d. c. cum cauſam. & vltra
eum hoc ſentit Paul. de Caſtr. in conſ.
118. quod iſti domini. libr. 1.) tamen
alia ratio videtur congruentior, eaq́;
8 tradita à Ireconſult. quia † hoc pri-
uilegium ſubdelegandi perſonam ſe-
quitur nec vltrà progreditur. l. 1. ff. de
conſtitut. princip. l. ea quæ. ff. ad mu-
nicip. nec vllo modo eſt conceſſum
niſi delegato à principe, non autem
ſubdelegato, quod cùm perſonale ſit,
non tranſit in ſubdelegatum, vt dicit
Dec. in d. c. cùm cauſam. ſed ante eũ
hoc dixit Abbas in cap. cum Berthol-
dus, col. 8. verſ. ſed dubium eſt. de re
iudic. ſiue ergo obſtet ratio vel mo-
menti, vel ſpecialitatis mandati, ſiue
infinitatis, vel perſonalis priuilegij
conſtitutiſsimum eſt in iure vt ſub-
delegatus à delegato principis nõ de
leget: nec reperitur exceptio contra-
ria huic caſui noſtro, niſi fortè ex ne-
ceſsitate, vt cum Procoſ. cui Genera-
lem Inquiſitorem & ſanctum Officiũ
ęquiparo proficiſci habet neceſſe, aut
alio iuſto impedimento neceſsitate
aliquâ impeditur. l. 1. §. 1. vbi DD. ff.
de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Nam
(vt exceptioni ſua quoque ſit regula)
neceſsitas nõ habet legem, vt vulgò
loquuntur l. 5. §. ſi quis riuos. ff. de
damn. infect. ſed hæc pluribus infrà.
Quare videtur dictæ regulæ ſtãdum.
Vnde ſequitur † geſta ſeu gerenda à
9 dictis commiſſarijs eſſe nulla, tãquam
geſta à priuatis, & non habentibus
iuriſdictionem, text. in dict. cap. cùm
cauſam. in fin. de appellat. Bart. in ſuo
tract. de iuriſdict. col. 1. num. 1. Bald. in
conſilio 225. in cauſa vertente. libr. 5.
& huiuſmodi geſta meritò dici poſ-
ſent peregrina, vt dicit text. in c. pe-
regrina. 3. q. 6.

Secundò † Inquiſitores Apoſtolici
10 contra hæreticam prauitatem dele-
gati ſunt ad vniuerſitatem cauſarum,
vt ſentit Cardinal. in Clem. multorũ:
in 1. oppoſit. de hæret. & expreſsiùs
Archidiac. in c. ne aliqui. de hæret. lib.
6. Sed † delegati ad vniuerſitatem
11 cauſarum non poſſunt ſubdelegare
totam vniuerſitatem cauſarum, ſed
vnam vel duas cauſas, vt proba-
tur in text. iuncta gloſ. in l. 1. §. fi-
nal. ff. quis, & à quo. Et hæc eſt com-
munis opinio, vt dicit Bart. in l. more
maiorum. col. 4. verſ. item dicit. gloſ.
fin. de iuriſdiction. omn. iudic. Igitur
cum Inquiſitores ſint ſubdelegati ad
vniuerſitatẽ cauſarum, ſequitur quòd
dictam vniuerſitatem cõmittere non
poſsint, ſed vnam vel duas cauſas, &
conſe-



conſequenter prędicta commiſsio eſ-
ſet nulla.

Prædictis autem non obſtantibus,
contrarium verius eſſe arbitror. Ar-
bitror, inquam, imò & ſincerè in eam
ſententiam inducor ex communi iu-
ris diſpoſitione, cùm ſi quid literę quę
Inquiſitori Generali conceſsit Sum.
Pontif. præter ius commune conti-
neãt, id ex forma reſcripti omnino pẽ-
deat. c. 1. de reſcript. & ibi Pet. de Rau.
qua de cauſa dicunt omnes vt rectâ
viâ cuncta procedant, verba priuile-
gij eſſe inſpicienda, tex. in cap. porrò.
& c. recipimus. de priuilegijs. [Et idẽ
de forma cõmiſsionis quòd ſit inſpi-
cienda, dicit Bald. in l. item eorum. §.
ſi decuriones. ff. quòd quiſque iur. Sic
etiam in inueſtitura dicitur, vt tenor
illius ſit inſpiciendus. Ita dicit Bald. in
c. 1. in fin. de duob. fratribus à capit.
inueſt. cum alijs, vt ſcribit Dec. in
Conſ. 68. ſuperiori anno, & in Conſ.
13 208. ad clariorem. colum. 1. At † cum
ſuper eo quod indultum & conceſ-
ſum eſt dubitatur, ad id quod veri-
ſimile eſt attenditur, vt in cap. quia
veroſimile. de præſump. Leges enim
non veroſimilibus non adaptantur,
ſed veroſimilibus: vt tradit Bald. in l.
fin. in fin. C. de hæred. inſtit. & dicit
Iaſon in conſ. 150. viſis & diligenter
14 lib. 4. & † diſpoſitioni diſtanti à vero-
ſimili iudex non debet fidem dare, vt
dicit Petrus de Anchar. in Conſ. 57.
ex ordine contractuum col. fin. ideo
conſidero duos caſus tantùm, cum
alij dari nù poſsint. Primus eſt, quan-
do dictus Inquiſitor Generalis eſſet
conſtitutus ſimpliciter, nullâ acceptâ
poteſtate deputandi ſeu ſubdelegan
di Inquiſitores particulares, in ijs re-
gnis & prouincijs, vbi non reſidet ip-
ſe nec reſidere poteſt ob longam di-
ſtantiam locorum: caſus iſte etſi poſ-
ſibilis ſit, non tamen eſt veroſimilis,
quia Papa ſcire potuit dictum Inqui-
ſitorem Generalem nõ poſſe diſcur-
rere per latas prouincias, & ideo opor
tuit deſtinare Inquiſitores per alias
prouincias. Et tunc ſi verus eſſet iſte
caſus, nulla videtur eſſe dubitatio:
15 quòd † Inquiſitores à dict. Inquiſitore
ſubdelegati, nõ poſſunt alteri cõmit-
tere vices ſuas per ſtantẽ regulam d. l.
à iudice. cùm ſimilib. quę cum ſuis ra-
tionibus ſubnixa ſit obſtat acerrimè
ne delegandi facultas quę penes dele
gatum eſt, tranſeat in ſubdelegatum,
vt ſuperiùs diximus. Nihilominus ex-
ceptionem quam ſupra retulimus, ad
duci non ibimus inficias, quæ regulæ
16 officiat: ſicut in ſimili: † delegatus ab
inferiori à principe, ſubdelegare non
poteſt, vt not. d. l. à iudice. & tamen
in cauſa fidei, delegatus ab Epiſcopo
vel à Capitulo, ſede vacante, & ſic de
legatus ab inferiore à principe, ſub-
delegare poteſt, vt eſt caſus in Cle-
ment. multorum. §. verum ſi Epiſco-
pus. de hæreticis. Et eſt ratio. vt ibi di-
cunt Bonifacius, & Cardinal. vt cau-
ſæ hæreſis facilius expediantur. Mul-
17 ta † enim fauore fidei conceduntur,
quę aliàs prohibentur, vt patet in c.
1. & in c. in fidei fauorem. & c. final.
§. iubemus. de hæret. lib. 6. quod non
ſolùm habet locum in ſententiæ pro-
mulgatione: ſed etiam in alijs articu-
lis iuriſdictionalibus emergentibus
ex cauſa fidei, vt eſt carceratio & tor
tura, vt dicit gloſ. in verb. his. in d. §.
verum, vbi inquit Cardinal. conclu-
18 ſiuè eſſe † in fauorem fidei, vt delega-
tus ab inferiori quàm à principe ſub-
delegare poſsit collegæ ſiue alteri:
19 Vnde generaliter dicitur quòd † In-
quiſitores deputati ad aliquam pro-
uinciam poſſunt aliquem in locum
ſui ſubſtituere, qui ſubſtitutus voca-
tur vicarius cõmiſſarius vel ſubſtitu-
tus, vt dicit gloſ. in Clem. nolentes. in
verb. ipſorum commiſſarijs. de hære-
ticis. & in hoc reſidet ibi Cardinal. in

d. Clemen. multorum. §. & quia. oppoſit. 2. & propterea non videtur inconueniens, vt ſicut delegatus ab inferiore à principe ſubdelegat in fauorem fidei, & cõtra iuris regulas, vt diximus, quod ſubdelegatus à delegato principis pro prima ſaltẽ vice poſsit alteri committere vices ſuas in fidei fauorem, ex cauſa abſentiæ & impe-
20 dimenti notorij: quia † licet delegationes Papales iudicum ſint odioſæ & ſtricti iuris, cùm veniant in derogationem iuriſdictionis ordinariæ: illas tamen in reſcriptis, vel delegationibus factis propter fidem Catholicam, admitti neceſſe eſt, vt dicit Dominic. poſt Ioann. Andream in c. ne aliqui. 2. oppoſit. 2. de hæret. libr. 6. Sic etiam in iure ciuili, quanuis datio tutoris mãdari nequeat l. nec mãdante. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his, & c. quia eam nemo habet ex mandato niſi ſpeciali. l. 6. §. pen. ff. de tut. tamen Legatus ex oratione D. Marci Imp. tutorẽ dare poteſt. l. 1. ff. de tutorib. & curat. l. pen. ff. de offic. Procoſ. idq́; propter vtilitatem introductum eſt, ne dũ Proconſuli nõ vacat cognoſcere, res pupilli deſerta peſſum eat. Erit ergo hæc ſecunda exceptio, ex vtilitate non minùs accepta quàm ex ne-
21 ceſsitate. Inde fit, vt licet † per mortẽ delegãtis exſpiret iuriſdictio ſubdelegati, re integrâ, id eſt, quo ad negotia nõ cepta, vt in c. gratũ, de offic. delegat. (eſt enim ſubdelegati ac quaſi vicarij opera fiduciaria, vt loquitur Cæſar 2. de bell. ciuil. quę tũ itaq; ceſſat, cum fidei ſubiectũ deſinit vel morte, vel poteſtatis volũtariſue ceſſatione) ſecus tamen eſt vbi quid religionis & fidei Cathol. cauſa ſeſe offert, tũ enim morte delegantis non exſpirat iuriſdictio Inquiſitorum, etiã in eo quod nondum inceptum eſt, vt in dict. c. ne aliqui. de hæret. libr. 6. Eymer. in 3. part. Director. quæſtione 7. & 8. & ibidem Franciſ. Pegna Comment. 56. & 57. Nicol. Arelitan. de hæret. notab. 4. n. 2. Rojas de hęret. p. 2. n. 436. & ſingul. 114. nu. 3. & ſequent. & ſingul. 115. Siman. de Cathol. inſtit. tit. 34. n. 14. Abb. in c relatũ n. 7. de offic. delegat. Dec. in c. cauſam matrimonij nu. 10. eod. tit. & in l. eius qui in prouintia §. placet. n. 3. cum ſeqq. ff. ſi cert. petat. Hipp. ſingul. 44. incip. mandatũ. & alij, quos refert idẽ Rojas in d. ſing. 114. n.
22 3. Ratio eſt, quoniã † à quocunq; eligantur Inquiſitores, ſemper ab Apoſtolica ſede habent autoritatẽ immediatè, Eymericus vbi ſuprà, q. 3. & 6: & ibi Pegna Comment. 52. & 53. ſiue ad beneplacitum Romani Pont. morte delegantis nõ exſpirat iuriſdictio, donec aut expreſſè nominatim fuerit reuocatus, aut niſi in literis creationis contrariũ expreſſum ſit: quod vtiq; ob ſingularem fidei fauorẽ fit, ne in alterutrum horũ impingamus, vt aut hæretici non inquirantur, aut eorũ punitio omittatur, ſeu differatur
23 c. vt officium. de hæret. Et † licet iuſta cauſa huius commiſsionis ſit abſentia cõmittentium vt iam diximus ex l. 1. huius rei. ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. non tamen in hoc fundatur omnimoda iuſtificatio dictæ commiſ-
24 ſionis, quia † exſtante abſentiâ vel iuſtâ cauſâ, aut nõ exſtante, iudex delegatus ſubdelegare poteſt. vt Abb. cõcludit in d. c. ſi pro debilitate. de offic. delegat. Pro qua ſententia notan-
25 dum eſt † quod gloſſæ & dict. Dd. dicẽtes Inquiſitores poſſe committere vicarios vel ſubſtitutos, vt diximus, non ſe adſtringunt an ſint legati dicti Inquiſitores, vel non, ſed ſimpliciter loquuntur, non conſtituentes differentiam ſuper hoc, quinimò ſentiunt, quòd ſunt ſubdelegati, dum dicũt, quod poſsint facere ſubſtitutos, quod eſt generale ad omnes gradus, text. in l. 1. in princip. ff. de vulga. & pupil.



pupil. quia ſi de delegatis intellexiſſẽt nõ dixiſſent, quod poſsint facere ſubſtitutos, ſed ſubdelegatos: & eſſet quæſtio de indubitabili, quia nullus dubitat, quod Inquiſitor delegatus à Papa poſsit ſubdelegare, ſicut alij delegati à principe. per tex. in d. l. à iudice. & idcirco eorum verba debent generaliter intelligi. l. 1. verſ. generaliter. ff. de leg. præſtand. & l. de pretio. ff. de public. cum alijs ibi not. Et quòd
26 † committere poſsint vices ſuas Inquiſitores, cum Summi Pontificis delegati ſint. c. ne aliqui. de hæret. lib. 6. Locatus in opera iudiciali. verb. Inquiſitor. n. 4. Eymeric. in 3. p. Director. q. 15. d. 1. & ibi Frãc. Pegn. Cõment. 64. verſ. quantũ ad primã. & in eadẽ 3. p. ſuper tit. inſtituendi commiſſariũ ſpecialem n. 37. hoc idem expreſſè Bald. per d. gloſ. in l. ſolent. ff. de offic. Proconſ. Et eſt commun. opin. vt dicit Gundiſaluus de hæret. q. 7. Neq; inconuenit, vt ille fauor fidei, quod ille delegatus ab inferiori à principe poſſit ſubdelegare, qui aliàs attento iure communi non poterat ſubdelegare, extendatur ad ſubdelegatum, vt cõmittere poſsit vices ſuas alteri, præ-
27 ſertim ob ſuam abſentiam: fauores † enim conuenit ampliari, & odia reſtringi, vt latè traditur per Modern. in l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. & in cap. odia. de reg. iur. libr.
28 6. eodem modo † fauore fidei conſtitutio etiam pœnalis extenditur, vt dicit Abb. in c. 2. in fin. de diuort. Et idem fauore Eccleſiæ, vt not. gloſ. Et ibi Domin. in cap. ſciant cuncti. verſ. nota primò de electíon. libr. 6. Et Abb. in cap. nihil. de electíon. col. antepenult. Et animarum fauore, vt dicit Ioan. Andreas in. cap. ex tenore. Et ibi Abb. verſ. nota ſingulariter, qui fi-
29 lij ſint legitim. Et facit quia † exceptio in aliquibus caſibus ad ſimiles extenditur, vt notat gloſ. Et Bart. in l. 1. C. de condict. indeb. & Abb. in cap. cum dilecta, de cõfirmat. vtil. vel inutil. Sic in materia ſubdelegationis arguit Paul. de Caſt. in d. conſ. 18. dicẽs, quòd † ſicut delegatus à principe poteſt ſubdelegare per. d. l. à iudice. ſic etiam delegatus à populo Florẽtino, quia non recognoſcit ſuperiorem & quidẽ in iure non minus eſt hoc ſpeciale, quàm in principe, vt in d. l. à iudice. Nam eodem iure vtũtur quo P. Romanus Reſpublicæ omnes quę nõ
31 recognoſcunt ſuperiorem. Sic enim † fauore fidei, nomina teſtium non publicantur, ſi ob potentiam accuſati imminet periculũ teſtibus. c. ſtatuta. §. iubemus de hęret. lib. 6. quem text. in hoc declarant Ant. & Abb. in cap. præterea 2. de ſponſal. Gundiſaluus de Villadieg. de hæret. q. 10. numer. 4. Alphon. Gurrero in Theſaur. Religio. Chriſt. tit. de hæret. num. 20. Ludouicus Carr. de hæret. §. verſa autẽ vice, num. 10. Rojas de hæret. 2. p. Aſſert. 4. nu. 96. & ſing. 207. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 64. de teſtibus. numer. 27. & extrauag. Innocent. VI. poſt Director. impreſſa repertor. Inquiſit. in verbo. publicatio. Quod autem nomina teſtium non debeant publicari extat conſtitutũ ex decreto S. Officij Generalis Romanæ Inquiſitionis facto ſub Pio. V. relato ab Autore operis iudicial. Inquiſitorum. pag. 476. Campeg. ad Zanchinum de hæret. cap. 9. Eymericus in. 2. p. Directorij, quæſt. 75. Et ibidem Pegna. comm. 124. pag. 679. Et alijs, quos ſtudio breuitatis omitto. Extat. quoque hodie deciſio expreſſa Hiſpalenſ. in inſtructionibus anni. 1484. c. 16. Et in nouis Matritenſibus anni 1561. num. 31. quod extenditur ad accuſatum de crimine læſæ maieſtatis, vt concludit Petrus de Anchar. in conſ. 287. ex prædicta facti narratione. col. 5. & eſt argumentum † à ſimili, nempe à crimine læſæ Maie-

Maieſtatis diuinæ, ad crimen lęſę Ma
ieſtatis humanæ vt in auth.Gazaros.
C.de hæret.nemo enim dubitat hæ-
33 reſis † crimen primum eſſe caput in
crimine læſæ Maieſtatis.cap. ad abo-
lendam . de hæret. & cap. vergentis.
34 eodem tit. Quin longè † grauius eſt
æternam quàm temporalem Maie-
ſtatem offendere,can.nō offeramus.
24.quæſt. 1. At in propoſito , ſicut fa-
uore fidei delegatus ab inferiori à
principe poteſt ſubdelegare , qui at-
tentâ regulâ iuris communis non po-
teſt, eodem fauore fidei exſtāte, non
abeſt à ratione iuridica , vt ſubdele-
gatus à delegato principis poſsit vi-
ces ſuas alteri committere , exſtante
abſentia Inquiſitorum ſubdelegato-
rum,pro prima vice , ad euitandam
illam rationem infinitatis . Hęc pro-
cedunt clarè de mēte DD.in.d.clem.
multorum.Et gloſ.in d. clem. nolen-
35 tes.quia † nō omnes caſus reperiun-
tur deciſi,ſed eſt procedendum de ſi-
milibus ad ſimilia,per modum ratio-
cinationis,l.non,poſſunt.Et.l. neque
leges.ff.de legib.cap.de vxore. de ſe-
pultur.vbi Abb.in 3.notab. quod etiā
procedit in pœnalibus. vt per Bald.
in l.ſiquis nō dicam rapere.C.de Epi-
36 ſcop.& cleric.vbi dicit,† quòd ſimile
eſt : vbi militat eadem vel ſimilis ra-
tio.Et idem dicit in l.illud.C.de ſacro
ſanct.Eccleſ.Et notabiliter in.l.2.col.
1. verſ.iſtud eſt. & latè per Abb. Feli.
& alios in. cap. tranſlato. de conſtit.
Bald. in l.data opera: col. 5.ſub num.
11.C. qui accuſ. non poſſ. & Meno-
ch.de arbitr.lib.2.cent.1.caſ.84.

Quamuis autem prædicta proce-
dant in caſu illo,non veriſimili, nihi-
lominus propius accedendo ad ve-
ritatem caſus , oportet, vt ſtringatur
manipulus , & ponatur ſecuris ad ra-
dicem arboris.

11 Ad ſecundum igitur caſum verū
& indubitabilem accedamus , quod
ſcilicet,Papa cōſtituendo Inquiſitorē
Generalem in ditionibus Hiſpania-
rum(vt hodie fit) dat eidem poteſta-
tem deputandi ſeu ſubdelegandi In-
quiſitores particulares ad ſingula Re-
gna ſeu prouincias ad dicta Regna
pertinentes,qui ſanè Inquiſitores pa
rem cum ipſo in cauſis fidei deciden
dis habent poteſtatem,vt conſtat ex
Apoſtolicis literis Alex. IIII. Dat. an.
1258.quibus literis declarantur non
nullæ, quæ ſæpe in negotijs hęreticæ
prauitatis contingunt , difficultates
in.§.Adieciſtis prætereal[ſuper quo ta
liter duximus ordinandum, quòd idē
prior poſsit tres vel quatuor idoneos
ad hoc opus aſſumere , qui parem cū
ipſo habeāt poteſtatem &c.]Quo ca
ſu dicimus quod Inquiſitores depu-
tati ſeu ſubdelegati committere &c.
Igitur poſſunt cōmittere alteri vices
37 ſuas quia† iſti Inquiſitores deputati
cēſentur,ſeu ſubdelegati eſſe delega-
ti à Papa immediatè, & non ſubdele-
gati ab Inquiſitore Generali,licet in
literis dictiInquiſitoris generalis dica
tur[Subdelegamus , Inquiſitorē talē
in tali regno & prouincia] vt proba-
tur ex text in c.ne aliqui.c.vt officiū.
& cap.per hoc.de hæret.lib.6. & cap.
ad abolendam. in fin.eod.tit.gloſ.ſin-
gul. in clem. nolentes.verb.ipſorum
cōmiſſarijs. de hęret.Lapus alleg. 32.
incip.An frater minor:Frederic.de Se
nis conſ. 145. Ioann. Epiſcopus num.
1.Abbas.in cap. cauſam matrimonij.
de offic.delegat. & in. cap. final. de-
ſententia,& re iudicat. Gundiſaluus
de hæret.quæſtion.23. num.6. Alcia-
tus qui hanc dicit commun. opin. in
Rubr.de offic.ordin.nu. 19.Simāc.de
Catholic.Inſtit.tit.34.num. 13 Loca-
tus verb. Inquiſitor num. 5. & ſeqq.
Comenſis in lucerna Inquiſitorum
verb.Inquiſitor.§.16.Rojas de hęret.
ſing.44.& 97.Eymeric.in Director.p.
3.quęſtion.3.4.6.& ibidem Pegna cō-
ment.



ment.53.& 55.Zabarell.in clem.mul
torum. de hæret.& Albertin. in cap.
quoniam. quæſt.3. de hæret . Et pro-
miſcuè loquemur de deputatis Inqui
ſitoribus ſubdelegatis,ne hæ delega-
tiones procedant in immenſum,quia
Iuriſperiti diſcernūt terminos prędi-
38 ctos.Nam † dictus Inquiſitor Genera
lis in hac deputatione Inquiſitorum
ſeu ſubdelegatione ſolum pręſtat nu-
dum miniſterium ad inſtar nuncij,vt
dicit Bal. in l.qui autem.§. conſtitue-
re.ff.de conſtit. pecun. Franc. Pegna
in 3.part.Direct.commēt.75.§.in hac
quæſtione.lit. E. ſuper quæſt. Eyme-
39 ric.vbi plene.Et † eſt quoddam orga
num , quo mediante vox eius tranſ-
fertur ad Inquiſitorem prouincialem
ſic delegatum.l.1.ff.de procurat.l.qui
autem.14.§.final. ff. de conſt. pecun.
& dicit gloſ.& Bart.in l. multū inter-
eſt C. ſi quis alteri vel ſibi. & in l. ſi
Titio.ff. de vſufruct.legat.& Bald. in
d.l.multùm intereſt.imò eſt viua vox
abſentis, vt dicit Bald. in l.1. col 16.
verſ. quæro nunquid. C. de confeſſ.
40 Solam † ergo vocationem , vel dele-
gationem Papa concedit Inquiſitori
Generali:Papa verò Inquiſitores no-
minatos ſeu deputatos delegat , qui-
bus confert optima deciſio text. in l.
pater.ff.de manumiſſ.vindict. vbi di-
41 citur,quòd † ſi pater ſcripſit filio , vt
aliquem ex ſeruis ſuis manumitteret
& ille manumiſerit Stichum, Stichus
ille erit liber:ſolum enim electionem
filio conceſsit,ipſe verò pater manu-
miſit.Ad idem eſt tex. in.l.item eorū.
§.ſi decuriones.ff.quod cuiuſque vni
42 uerſ. vbi † electus à Duumviris ex cō
miſsione ordinis,ab ipſo ordine ele-
43 ctus cenſetur. Vbi notat Bart. quòd †
factum ab his qui habent autorita-
tem à concilio, ab ipſo concilio cēſe-
tur factum,ex quo committitur factū
44 non iuriſdictio:quia ſi † commiſſa eſ-
ſet iuriſdictio contentioſa , quod fit à
Commiſſario,non videtur fieri à com
mittente. Et eo magis quod appel-
latur ad committentem.l.1.ff.quis &
à quo,vt dicit Bald.in d.§.decuriones.
45 Delegatio † enim vel ſubdelegatio
non ſunt actus contentioſę iuriſdictio
nis,nec actus iudicij,vt dicit Lapus in
allegatione 81. incipien. non valuit,
licet iuriſdictio trāsferatur in delega-
tum,ſeu ſubdelegatum.vt l.more ma
iorum.ff.de iuriſdiction. omnium iu-
46 dic. Huiuſmodi ergo † Inquiſitores
electi,deputati,ſeu delegati ex vi po
teſtatis attributæ à Papa dicto Gene
rali Inquiſitori, cenſentur autoritate
Papæ electi,ſeu ſubdelegati, vt in ca-
ſu quādo Papa indulget alicui,vt poſ-
ſit de idonea perſona Eccleſiæ cuidā
prouidere text.in cap.is cui. de præ-
bend.lib.6.& ibi not. Dominic.verſ.
ſed an dicatur iſte prouiſus. Eymeri-
cus part.3.Director.quęſtion.6.Et ibi
47 Franc.Pegna cōment.55.Nā† à quo-
cumque Inquiſitores hæreticæ praui
tatis delegētur,ſeu nominentur,ſem-
per ſunt Papæ delegati,& ab eo acci-
piunt iuriſdictionem & poteſtatem,
illi verò,quibus hoc Romanus Ponti-
fex committit ſolummodo habent
à Papa myſterium eligendi ſeu nomi
nandi Inquiſitores.Cum Pegna & Ey
meric.ſentiūt autor Repert.Inquiſit.
in verb. Inquiſitores.Lucerna Inqui-
ſit.in verb.Inquiſitores.§.1. & Lapus
alleg.32. incip.an fratre minor. idem
Eymeric. vbi ſuprà quæſtion. 3. Vbi
Franc.Pegna comment. 52. & per d.
§.ſi decuriones.conſuluit:Roman. in
conſ.116.Viſis neceſſarijs col.1. dicēs
48 [quòd † ſi aliqui fecerunt electionē
autoritate ſuorum ſuperiorum , non
poſſunt eorum ſucceſſores illam reuo
care: quia cum autoritate ſuperio-
rum illi ſtatuerint, non ipſi videntur
hoc feciſſe,ſed illi quorum autorita-
te factum eſt hoc. ] Idem quoque
probatur.in. §. cum hoc in princ.in
procem.

49 procœm. Inſt. Accedit, quia † omnia noſtra ipſorum facimus, quibus autoritatem noſtram impertimur. l. 1. §. cumque eſt. C. de veter. Iur. enucleand. c. ſi Apoſtolicæ. & cap. ſi
50 cum. de præben. lib. 6. † Geſsiſſe enim per ſe quis videtur, qui per alium geſſit. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armat. l. ita autem §. geſsiſſe ff. de admin. tut. cap. mulieres. de ſentent. excõmun. & ſcribit latè Decius in. l. is damnum dat. ff. de reg. iur. & pro his gloſ. in clement. nolentes de hæret. in verbo ipſorum commiſſarijs. Concludit,
51 quòd † Inquiſitores poſſunt facere ſuos commiſſarios, quos vicarios vocamus aut ſubſtitutos, vt in Clem. 1. §. porrò. & §. verum. de hæret. & in Clem. 2. §. Notarij, eod. tit. & ibi gloſ. in verb. amouere. Eymeric. in 3. parte Director. quæſtione 13. 14. 15. & ibi Pegna Comment. 62. pag. 588. Dec. in cap. cum cauſam. in. 3. not. de appellat. Butr. Panor, & cæteri in cap. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de offic. deleg. Bonifac. Vitalin. in Clem. 2. num. 30. & ſeqq. de hæret. Campeg. ad Zanchin. de hæret. cap. 30. Rojas ſing. 1. & 97. Comenſ. in Lucerna Inquiſit. in verb. Inquiſitor. §. 2. Idẽ Rojas de priuilegijs Inquiſit. nu. 429. Villadiego, de hæret. quæſt. 7. nu. 13. vbi teſtatur de Commun. & Simanc. de Cathol. Inſtit. tit. 34. num. 29. quia dicti Inquiſitores ſunt delegati à Papa.
52 Licet enim † Inquiſitor Generalis Inquiſitores remouere poſsit à dicto officio, vt in d. gloſ. in verb. amouere. d. §. Notarij. iuriſdictio tamen Inquiſitorum non eſt ab ipſo Inquiſitore Generali. Itaque ſolus actus conſtituendi ſeu remouendi pendet penes ipſum, prout ſuprà diximus, & patet in priuilegijs officij, vt formaliter dicit gloſ. in d. verb. amouere, quam Abb. Cardinal. & Bonifacius ſequuntur. Sic eſt in propoſito, quia Generalis Inquiſitor conſtituit Inquiſitores particulares, & illos remouet ex commiſsione Papæ, quæ quidem facultas remouendi Inquiſitores cõ-
53 ceſſa illis fuit, quia † melius ipſi ſuos quoſque Inquiſitores cognoſcunt, & cuiuſque notas habent perſonas, virtutes, ſcientiam, & ſufficientiam ad tantum officium exercendum, quod non tam facile ſummus Pontifex ſcire & intelligere poteſt, cum nec perſonas, nec eorum qualitates agnoſcat. Verum enimverò non temere, ac pro libero voluntatis arbitrio remouent Inquiſitores: ſed exigente cauſa rationabili, legitima, ac
54 iuſta, prout viderint expedire. Nihil † enim magis eſt pernicioſum in omni Reip. ſtatu, quàm iudicum & officialium repentina mutatio, eorumque frequens renouatio: vnde Claudianus Honorij conſulatũ IIII. ex eo maximè felicem dicit, quòd iudicia per antiquos & ferè perpetuos iudices exercerentur, ſic ille in Panegyr.

*Iuſtos in pace legis, longumq; tueris*
*Electos, crebris nec ſuccedentibus vrges*
*Iudicibus.* ——

Sunt autem præcipuæ cauſæ, ob quas Inquiſitores poſſunt ab officio remoueri, impotentia, negligentia, iniquitas, dolus, ſeu fraus prætextu Officij cõmiſſa, quæ deductæ fuerunt ex ſingulari cõſtitutione & deciſione. tex. in l. ſi quos. C. de offi. præfect. prętor. Orient. in hæc verba: [Si quos Iudices, vel propter aduerſam & longinquã corporis valetudinẽ, vel propter negligentiã aut furtũ, vel ſimile aliquod vitium ſublimitas tua inutiles eſſe reperit, his ab adminiſtratione remotis, & vice eorum alijs ſubrogatis: furibuſq; pœnis legitimis ſubactis, ad noſtræ mãſuetudinis ſcientiã non crimina, ſed vindicta referatur:] hæc ibi. Sub hac dictione, impotentia

ad



ad exercendum Officium Inquiſitionis contra hæreticos, ponit Eymeric. in 3. p. Directo. quæſt. 12. num. 5. infirmitatem, ſenectutem, ignorantiam, ſiue imperitiam. Nos tandem intelligimus non de infirmitate temporali,
55 ſed perpetuâ: nam tunc † ipſe Inquiſitor poteſt vicarium, ſeu commiſſarium inſtituere, conferens ei plenariè vices ſuas, quod (vt diximus) iure fieri poteſt. Nam ſi principis delegatus ob iuſtam cauſam poteſt ſubdele-
56 gare, † infirmitatem verò, & abſentiam iudicis delegati iuſtas eſſe ſubdelegandi cauſas, explorati iuris eſt, ex text. in l. 1. vbi commu. DD. ff. de
57 offic. eius. cui mand. eſt iuriſd. vbi † verò liberatus fuerit à morbo, poterit ad ſe ſubdelegatam iuriſdictionem reuocare, optimè Bernard. Comenſ. in Lucerna Inquiſit. in verb. Inquiſitor, quicquid ſenſerit Abb. in c. venerabili. num. 6. de offic. & poteſt. iudic. delegat.
58 At † ſi infirmitas perpetua ſit, aut talis, vt Inquiſitorem vel omnino impediat, aut certè ineptiorem reddat, tunc remouendus erit, argumento tex. in l. morbus Sonticus, vbi gloſ. & DD. ff. de verb. ſignific. S. Thom. 2. 2. quæſt. 71. art. 2. idem crederem dicẽdum de his, qui ſenio confecti ſunt, cum ſenectus ipſa morbus ſit: ſi tamẽ memoriâ, & iudicio deficiente delirent, & vt aiunt, repueraſcant ob imbecillitatem rationis, ijque eiuſmodi ſunt vt de illis dici poſsit: [Bis pueri
59 ſenes:] Eorum † autem qualitates, & qui ſint in officio confirmandi, quanuis ipſi recuſent (quia ad regendum & gubernãdum ſæpe aptiſsimi ſunt, vt docuit Ariſtot. libr. 7. Polit. Cicero in Catone Maiore, Hieronym. Epiſt. quadam ad Nepotianum, & Archidiac. in c. tanta. 86. diſtinct.) explicat Specul. tit. de teſte. §. nunc tractemus. ver. ſed quos vocat ſenes, & Feli. in cap. quoniam. vt lit. non conteſt.
60 Imperiti † autem omnino remouendi ſunt. Authen. de iudic. §. 1. conſentit tex. in c. ex literis. §. cæterùm. de conſanguinit. & affinit. cuius verba ſunt: [cæterum tuam prudentiam volumus non latere, quòd non ſunt cauſæ matrimonij tractãdæ per quoſlibet, ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatẽ habeant iudicandi, & ſtatuta canonum non ignorent.] Quod vtique magis obſeruari debet in cauſis
61 fidei: nam & ſi † matrimonij cauſę graues ſunt, at certè cauſæ fidei præponderant. text. in. §. 1. inſtit. de offic. iu-
62 dic. Ob † negligentiam etiam remouendi ſunt Inquiſitores. c. ſiquis Epiſcopi. 1. q. 1. gloſ. Hoſtienſ. & comm. DD. in. cap. excommunicamus. 1. §.
63 vlt. de hæret. † Negligentia autem dolo æquiparatur. Specul. tit. de reſtit. in integrum. §. 1. verſ. vt autem.
64 † Quanto igitur tempore iam inducitur, & quomodo probetur negligentia, tradit Bart. in tract. de teſtibus, & Felinus in c. ſi autem. nu. 3. de
65 reſcript. Generaliter autem † eum negligentem dicere poſſumus, qui aut nõ exercet, aut debito tempore, quæ ad munus ſuum ſpectant, nõ facit, de quo extat text. in Clement. 1. de hæret. §. verum quia. verſ. quod ſi odij.
66 Denique † ob iniquitatẽ poſſunt remoueri Inquiſitores: Sub iniquita-
67 te verò intelligitur † auaritia, concuſsio illicita, pecuniarium exactio, quam ipſi ſacri Officij velamine confidentes extorſerit. text. in Clement. 2. §. 1. de hæret. & facit text. in l. illicitas. ff. de offic. præſidis. & in c. in tantum. & c. audiuimus. de Simon. trad. Comenſ. in Lucerna Inquiſit. in verb. Inquiſitor. §. 10. & Squillacenſ. tract.
68 de fide Catholica, cap. 53. † pecuniæ tandem nomine omne quod pretiò æſtimari poteſt intelligitur, vt trad. Zabarell.

Zabarell.in d. Clement. 2. de hæret. & apertiſsimè docet Hermogenian. in l.pecuniæ nomine.ff.de verborum ſignificat. dicens : [Pecuniæ nomine nõ ſolùm numerata pecunia,ſed omnes res , tam ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quàm iura continẽtur.] Quid autem in Xenijs,quæ conſiſtũt in eſculentis & poculentis? an poſſint ea Inquiſitores recipere?

Opportunè quæritur, cum inter quatuor,quæ humanum iudiciũ peruertunt, de quibus in c. quatuor. 11. q.4.potiſsimùm munera corrumpant: non enim eſt officium aliquod tam ſanctum, nec profectò tam ſolenne, quod auaritia comminuere ac violare non ſoleat: Tullius in oratione pro Milone inquit: [Munera enim & dona excæcant ſapientes, & ſubuertũt verba iuſtorum.] Exod.c.23.& Pſalm. 25.[In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera enim eorum impleta eſt muneribus] & Eccleſiaſt. cap. 20. [Xenia & dona excæcãt oculos iudicum. Deuteron. 16. [Non accipies munera,quia munera excæcant oculos ſapiẽtum, & mutant verba iuſtorum] & Prouerb.17.[Munera de ſinu impij accipit,vt peruertat ſemitas iuſtitiæ.] D.Auguſt.ad Macedon. [Non debet vendere iuſtum iudicium : ] & text.in l. properandum. §. ita autem vtraque. ibi: vel turpiſsimi lucri gratia.C.de iudic.qui rectè. c. pauper. & cap.quatuor.11.q.3.inde illud Galterij de Caſtillono.

*Munus enim à norma recti diſtorquet acumen*
*Iudicis,& tetrã voluit caligine mẽtem.*

Et Henricus Sammarinus libr. 1. part.2.

*Deuiat à vero corruptus munere iudex:*
*Falſidicumq́; facit impia Gaza pium.*

Quæ ſi forte aliquando iudicis animum penitus non corrumpunt, ſaltẽ placant,iuxta illud Naſonis.

*Munera (crede mihi) placant homineſq; Deoſque,*
*Placatur donis Iuppiter ipſe datis.*

Marianus Socinus in tractatu de viſitation.fol. 10. col.4. poſt princip. Ideo ſanctiſsimè conſtitutum fuit,ne Inquiſitores prætextu officij Inquiſitionis quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant,vt in Clem.nolentes,de hæreticis.Nam (vt inquit D.Gregor. quatuor modis humanum iudicium peruertitur, timore,odio,amore,& auaritia, dict.c. quatuor.11.quæſt.4.l.6.tit.4.part.3.& Exod.cap.18. Præcepit Moyſi Deus, vt eligeret in iudices ex omni plebe viros prudentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.Vnde Eſaias cap.33. exclamabat dicens:[Qui excutit manus ſuas ab omni munere,iſte in Excelſis habitabit:]tex.in d.cap.qui rectè. 11. quæſt.3.cap.ſicut nonnulli.1.quæſt.1. & Eſaias cap. 5. inquit:[Væ qui iudicatis impium pro muneribus : ] & habetur lib.1. Reg. cap. 8. [Acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.tex. in c. nihilum. 83. diſtinct. quia mens cupiditate alligata cito deuiat à vero,cum auaritia ſit radix omnium malorum. ] cap. quia radix.de pœnit.cap.bonorum. 47. diſtinct.l. 1. tit.2.libr.8.ordinament. Vnde Ioannes Rojas in 2. part.de hæreticis,ſing. 112.tenet quod Inquiſitores nõ poſſunt recipere munera ſeu xenia, eſculenta, vel poculenta, Simanc.de Cathol.inſtitut.tit. 34. num. 41. cum ſequentibus.& tit.41. num. 37. Gundiſalu.in tract. de hæret. quæſtion. 8. n.8.& 9. Repertor. Inquiſitor. verb. extorquere.§.Inquiſitor.&Auendañ. de excut.mand.tit.de Corregidores part.1.cap.2.à num.4. Inſtruct.Hiſpalenſ. Anni 1484. cap. 25. & inſtruct. 2.cap.1.& 15.l.7.tit. 15.libr.2.Ordinament. quibus egregiè confert illud Catonis(vt refert Iſidor. lib. 20. Etymologiarum.c.3.)ita dicentis : [Cum eſſe(inquit Cato ) in prouinciâ legatus,quamplures ad prætores,& cõſules vinum honorariũ dabant,nunquã accepi,nec priuatus quidẽ.]Et quidẽ hoc maximè in quouis iudice eſt laudandum. Accidit enim ſæpiſsimè vt ex illis poculẽtis & eſculentis nõnulli lubricè in corruptelam ſe dedãt,non nulli verò cùm donantibus aurem honeſtè denegare non poſsint, in ſuſpicionẽ corruptelæ veniant,& vtroque modo incidant in illud Heſiodi, qui iudices vt plurimum vocat Δωροφάγυς,id eſt, doniuoros. Quod ſi iudices in eo peccant, non magis placent ipſi datores munerũ. Iuri enim ſuo minus confidunt quàm donis. Et ex ijs iudex æquitate cõſpicuus quodammodo reorum animos expendit, vt indicat Lyſias in Eratoſthenis cæde vbi laudat admodum actionem Athenienſiũ quam vocarunt,Δωροδοκίας δίκην, id eſt,de munerũ datione.

Verùm enimuerò prædicta ſententia licet verior ſit,tamen ſi agatur de re minimâ,licitum crederem eſſe Inquiſitoribus ſponte oblata recipere tex.in.cap.de Eulogijs,in fine.18.diſtinct.l.ſolent de offic.Proconſul. Inquit enim Vlpianus: [A nemine accipere inhumanum eſt;ſed paſsim ab omnibus accipere, viliſsimum eſt, & per omnia auariſsimum,]eâdem venuſtate dixit Palladas vetus Poeta vix fieri poſſe vt bene audiat quiuis iudex,cuius epigramma propter elegantiam ex Anthologia Græcorum Poetarum libr. 1. ſect. ἐις κριθὰς huc contulimus.

Οὐδεὶς καὶ καθαρὸς καὶ μείλιχος ἤλυθεν ἄρχων·
Ἐν γὰρ ἑνὸς δοκέει δόγματος ἀντίπαλον.
Τὸ γλυκὺ τοῦ κλέπτοντος, ὑπερφιάλου ἢ τὸ ἀγνόν.
Ὄργανα τῆς ἀρετῆς ταῦτα δ' ὑπέστι πάθη,

quod verſu Latino ſic effertur:

*Crimine nec purus, placidus nec pectore iudex,*
*Dum vitij virtus inſimulatur, erit.*
*Si placidus furti: ſi purus, nomine faſtus*
*Audiet,& virtus crimẽ vtrunq; facit.*

Verſi. de tertia concluſione, & verſ. ſequenti. cap. ſtatutum.2. §. inſuper. de hæret. libr.6. & Bald.in dict. l. ſolent. ait,quòd pro quibuſdam minimis non offenditur lex : per tex.in l. quanuis.ff. de condemn. & demõſtr. Non enim pro minima re iudicis animus flectitur,arg.text.in. c. & ſi quæſtionis.de Simo.vbi pro modico oblato volũtariè in collatione rei ſpiritualis,non committitur ſimonia, licet in ſpiritualibus omnis traditio, & promiſsio ceſſare debeat.l.& elegãter.§. vltimo. ff. de dolo.vbi nõ datur actio de dolo, niſi in re magna & euidenti calliditate.& gloſ.in verb.magna. inquit,id eſt,vltra duos aureos gloſ.notab.in.c.nõ licet.p.1.q.3.vbi ait,quòd modica xenia poſſunt accipere : ea enim non immutant iudicantis animũ,nec inter lucra computãtur. d.l. ſolent. ff. de offic. Proconſul. & l. ſi oleum.cum l.ſequẽt.ff.de dolo.c.terrulas.12.q.2.Dec.in c.ſicut.de re iud. verſ. fallit. 5. Boſchus Codecha Papienſ.in repetitione.cap.de quo vult Deo.nu.53.de iud.vbi tenet,quòd de minimis non eſt curandum.Antõ.de Burgos in repet. c. cũ cauſa.de empt. & vendit. nu. 3. Petrus Paul. Pariſ.in repet.c.quoniam contra.nu. 15. cum ſeqq.de probat. quam ſententiam ſequuntur Bar.& Guliel.de Cuneo.in l. plebiſcito.ff. de offic. præſid. & Paris de Put.plures referens in tractat. de ſyndic.in verb.eſculenta,& verb.cõſiliarij.Melius tamẽ facient Inquiſitores, ſi nihil omnino acceperint vt iã diximus nec à reis,quod eſt valdè ſuſpectum,nec à cõſanguineis vel amicis eorũ,nec à quibuſuis alijs, vt multis conſtitutionũ capitibus,& inſtructionibus S.Officij,& iure municipa-

ali in Hiſpania cautum eſt. Quæ verò
hic licere diximus non procedunt,
nec habent locum in litigatoribus,
etiam ſponte aliquid offerentibus,
propter ſuſpicionem vitandam. Ab
his enim nequaquam aliquid acci-
piendum eſt.

69 Non tamen, ſi dona acceperint, ex
communicationem, nec Officij priua
tionem incurrũt, vt Simancas tit. 34.
nu.41.& tit.41.num.37.& Io.Rojas d.
ſingul.112.& Pegna in 3.p.Director.
Comment 153. exiſtimant: quia in-
ſtructiones prædictæ nec præſuppo-
nunt nec imponunt pœnam excom-
municationis, nec officij priuationis
ipſo iure, ſed inquiunt ab Inquiſitore
Generali poſſe pœnas prædictas im-
poni. Verba enim Hiſpanica dicta-
rum inſtructionũ Latinè donata hæc
innuunt & ſonant: [Item decreuerũt,
quòd Inquiſitores, & aſſeſſores Inqui
ſitionis, & alij eius officiales, quales
ſunt, aduocati, fiſcales, executores,
notarij, & ianitores, debent abſtine-
re à recipiendis donis, & muneribus,
à quibuſcumque perſonis, quas dicta
Inquiſitio tangit, vel tangere poſsit,
nec ab alijs perſonis vice prædicta-
rum: & quòd Inquiſitor Generalis de
bet illis pręcipere, ne quid recipiant,
ſub pœna excõmunicationis, & pri-
uationis officiorum, quæ habuerint à
S. Inquiſitione, & ſub pœna reſtituē-
di dupl. eorum, quæ taliter accepe-
runt.] Hactenus ibi. Ex quibus verbis
clarè liquet prædictos doctores per-
peram interpretatos inſtructiones
prædictas, cum verùm ſit de iure plu-
ra requiri ad excommunicationem
incurrendam, inobedientiam ſcilicet
& contumaciã. c. iudicis officium. &
c. illud. de maiorit. & obed. c. ſciēdum.
8.q.1. Abb. in. c. ex parte nu 3. verb. ſi-
gnific. nam inobediens ſuperiori ſuo
mortaliter peccat. Abb. vbi ſup. eſt
enim inobedientia tranſgreſsio præ-
cepti ex contemptu. Sed non præce-
dēte monitione, nec prædictis requi
ſitis. Nec etiam præcepti trãſgreſsio-
ne, Inquiſitores pœnas prædictas in-
curruntt ex. in c. nemo Epiſcop. 3. q.
1. c. ſacro. de ſentent. excommunicat.
& c. conſtitutionem. verſ. ſtatuimus.
eodem tit. lib. 6. & l. 12. tit. p. 1. & ibi
optimè Gerg. Lopez in gloſ. in verb.
[*Tres vezes.*] Vbi aït, quòd etiã ſi pars
conſentiat, & ſe obliget, vt poſsit ex-
cõmunicari ſine monitione, adhuc re
quiritur monitio, cùm ſit in fauorem
publicum introducta. videnda nota-
ta per Abb. in. c. P. & G. de offic. dele-
ga. ſicut: neq; poteſt quis ſe obligare,
vt ſine cauſæ cognitione poſsit excõ-
municari. c. nemo. c. nullus. 2. q. 1. c. ne
mo. 11. q. 3. Nam aut excõmunicatio
fertur pro delicto præterito, vel præ-
ſenti, aut pro futuro. Primo caſu ad
hoc vt quis incurrat excommunica-
tionem, debēt præcedere (vt ſup. di-
xi) inobediētia, & cõtumacia. S. Tho.
& Petr. de Palud. in 4. ſentent. diſt. 18.
tex. in. d. c. nemo. 11. q. 3. Silu. in ſumm.
verb. excommunicatio, 1. nu. 11. Se-
cundo autem caſu quãdo imponitur
ſententia comminatoria vel abſo-
luta pro aliquo futuro, non oportet
illud eſſe mortale, nec veniale, licèt
peccet mortaliter, qui cõtra facit ra-
tione præcepti incluſi: quia quando
aliquid eſt de ſe mortale, eſt contra
præceptũ Dei. Nec hoc caſu oportet
tunc hominem eſſe cõtumacem, ſed
ſufficit vt ſit inobediēs. *Silueſter* vbi
ſup. Cæteræ autem cauſæ, quę paſsim
à Doctorib. adducuntur, ad hæc tria
70 capita referuntur: † punitio autem &
coërcitio horum delictorũ per Inqui-
ſitorem generalē iure fieri poteſt per
tex. in d. Clem. 2. de hær. Eymer. in d.
3. p. Director. quæſt. 10. atque id di-
plomate quodam Leonis X. Pontifi-
cis Maximi expreſsiùs Hiſpaniarum
Inquiſitoribus Generalibus indultũ
eſt, ſed de his ſatis. Vnde fluxit ergo
oratio, eo reuertatur, ne videamur





vagari, & videamus, an ipſi Inquiſito-
res poſsint plenè vices ſuas commit-
tere. Sed cum illi non habeant pote-
ſtatem ab Inquiſitore Generali, ſed
à Papa immediatè, facilè diluitur iſta
difficultas: hoc enim in caſu procul-
dubio fatendum eſt poſſe commit-
tere plenè vices ſuas, & tunc ipſi cõ-
miſſarij, ſeu vicarij Inquiſitorum ha-
bebunt eandem poteſtatem, quam
ipſi Inquiſitores habēt, tex. in Clem.
multorũ §. verum & Clem. nolentes.
§. Inquiſitorib. & §. notarij. de hær. &
Ioan. Andr. in d. Clem. nolentes: Loca
tus in opere iudic. verb. Inquiſitor,
nu. 4. non tamen poſſunt Inquiſito-
res cùm ſubdelegant, dare cõmiſſa-
rijs poteſtatem ſubdelegandi. gloſſ.
ſingul. in c. ſuper quæſtionũ. §. porrò.
verb. transfert. de offi. iudic. delegat.
72 Cæterùm ſi huiuſmodi † Vicarij con-
ſtituantur à Summo Pontifice, hi ſub-
delegare poſſunt, & eiſdem priuile-
gijs gaudent quibus Inquiſitores, &
præferuntur ordinarijs: nam quamuis
ſubdelegati dicantur, nõ ſunt tamen
ſubdelegati à delegato, ſed ab ipſo
Summo Pontifice, & propterea par
erit vtrorumq; priuilegium. l. final. C.
vt dign. ord. ſeru. lib. 12. Imò etiam ſi
tantùm vicarij ſuffecti ſunt à Pontifi-
ce Max. eandē quam in demortui ha-
bent autoritatem, ceſſantibus in illis
exceptionibus quæ præſcribuntur in
l. 2. C. de offi. eius, qui vicem alicuius
iudic. obtin. Locatus vbi ſup. in verb.
Inquiſitor, nu. 7. verſ. In contrarium
eſt. & Alex. in rub. ff. de offic. eius cui
mand. eſt. iuriſd. nu. 24. & ſeqq. Rom.
ſing. 367. incip. Bart. in l. filius. Abb. &
Dec. in c. ſanè. 2. de offic. deleg. Idem
Abb. & Felinus in c. mandata. de præ-
ſump. Iaſon in l. 2. n. 74. ff. de offi. eius.
Ludouic. Gomer. in §. fuerat. inſtit. de
actio. Aret. in §. cum autē. inſtit. quib.
mod. patr. pote. ſoluit. Iaſon in l. ſed ſi
hoc. ff. de in ius vocand. & Bald. in l.
aliquando. ff. de offic. Proconſ. & Car-
din. Florent. in Clem. 1. in 6. oppoſ. de
offic. vicar. & ibi gloſ. in verb. ſacer-
dotium. vbi dixit de conſuetudine
73 ſeruari, quòd † vicerector gaudeat
immunitate rectoris, &c. Franc. Pe-
gna in 3. p. Director. comm. 54. per to-
tum, vbi alios in hanc ſententiã citat.
74 Prætereà † ſi dicta facultas ſubdele-
gandi (quantumuis ſpecialis poſsit eſ-
ſe in literis) Inquiſitori Generali data
eſt, eaq; accipitur vt verbum ſonat,
ſuperflua prorſus eſſet ſi aliud non
operaretur, quàm in iure ſcriptũ eſt.
Quia cũ Inquiſitor Generalis ſit de-
legatus à Papa, de iure habet hãc ſub-
delegandi facultatem, etiam ſi ſibi nõ
tribuatur à Papa committente, vt in
d. l. à iudice. cum alijs ſuprà allegatis.
Intelligenda eſt ergo, ſi quid magis
operetur, quàm quod iure cõceditur
vt aliquid de nouo conferat, Abb. in
priuilegio per illum tex. in c. in his. de
priuilegijs, ibi: [Aliquã ex indulgētia
noſtra videantur fratres gratiam cõ-
ſecuti.] ad idem in c. ſi Papa. ibi: [Cum
verba debeāt aliquid operari.] de pri
uilegijs lib. 6. Ita arguit Bald. in auth.
habita. in 4. notab. C. ne filius pro pa-
tr. l. 3. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque
iur. Petrus de Anchar. in cõſ. 186. pro
parte Eccleſiæ Cathedralis, eodem
75 argumento vtitur, dicens: † [Super-
fluum eſſe impetrare priuilegium,
quod quis habet in re ſua de iure cõ-
muni] l. 1. C. de Theſaur. lib. 10. & ibi
Bart. nu. 2. l. 1. ff. ad municip. & ſentit
Chalderin. in conſ. 1. in Archidiaco-
no de offic. Archidiac. & nihil aliud
de nouo inducere poteſt dicta facul-
tas ſubdelegandi, niſi quod Inqui-
ſitor Generalis deputet, & nominet
Inquiſitores particulares, ſiue ſpecia-
les in Regnis prædictis. Nec obſtat et
impropriatio verbi, vt ſub verbo ſub-
delegandi intelligatur deputãdi ſeu
76 nominandi, cum verbum † regula-

riter propriè debeat intelligi.l. non
aliter.ff.delegat. 3 c. cũ in noſtra. de
iniur. quia hoc eſſet concedendum,
niſi ſequeretur ex proprietate verbi
abſurditas, vel ſuperfluitas verborũ
in dictis literis Apoſtolicis quia ad
hunc effectum verba impropriè ac-
cipiuntur, vt not. Bart. in l.ſi tibi.ff.
77 ſi cert.petat.quod† non poſſunt ope-
rari in proprio ſignificatu, ad impro-
prium trahuntur, vt dicit Angel. in l.
cùm multæ. C. de donat.ante nupt.l.
ſi tam augusti. per illum tex.ff.de ſer
78 uit. Eadem ratione † ſi Epiſcopus
committeret alicui in aliquo loco
extra ciuitatem vniuerſitatem cau-
ſarum, licet diceret; Facimus vos no-
ſtrum vicarium, non eſſet dicendus
vicarius, ſed delegatus. Ita concludit
Bart. in l. 1. §. ab eo. ff. quis, & à quo
appell. Et ſic ex his infero, quòd ver-
bum, vicarius, abſcedit à proprio ſi-
gnificatu, & capitur pro delegato, ne
ſequatur inconueniens quod ab illo
non poſſet appellari ad Epiſcopum:
79 Quia† vicarius facit idem conſiſto-
rium cum Epiſcopo, non autem de-
legatus: & ibi colligitur ex dictis
Bar. de quo eſt gloſſ.in verb.foraneo.
in Clem. & ſi principalis. de reſcru.
idem tenet Bald. in l. final. nume. 5.
C. de iudic.& ibi Add.& Cardin.in d.
Clement.& ſi principalis.q.penult.&
DD. in c. cauſam matrimonij.de offi.
deleg.& ibi Felinus n. 8. Hinc etiam
80 prouenit, quòd† ſi iudex delegatus
dixerit in delegatione, quod delega-
tus poſsit alteri delegare, non vide-
tur ipſe delegatus delegare, ſed ipſe
delegans. Ita dicit egregiè Bart.in l.
more maiorum.col. 4. verſic. quæro
quid ſi in delegatione.ff. de iuriſdict.
omn.iudic.per l.vnum ex familia. §.
ſi de falcidia.ff.de leg.2.& optimè fa-
ciunt d.l.pater. & d. §. ſi decuriones.
& hæc eſt comm. opin. vt ibi dicunt
DD. & Alexand. ſcrib. in rubr. ff. de
iuriſdict.omn. iudic. col.4.verſ. com-
probatur. ſequitur Abb. in c. cum
Bertholdus. col. 8. verſic.& hæc fa-
ciunt ad quæſtionem.de re iudicata.

Ex quo dicto Bartol. infero duo.
Vnum eſt, quòd poteſtas delegato
data, (ſi data eſt) vt delegare poſsit,
qui propriè eſt ſubdelegatus, impro-
priatur ibi pro delegato. Secundum
eſt, quod delegato ſubdelegante
ſubdelegatus non eſt propriè ſub-
delegatus, ſed delegatus à primo
delegante. Et ſic eſt in propoſito,
quia Inquiſitor Generalis ex poteſta-
te ſibi attributa à Papa ſubdelegat
Inquiſitores particulares in ditioni-
bus Hiſpaniarum, qui iam non poſ-
ſunt dici ſubdelegati ab Inquiſitore
Generali; ſed delegati à Papa. Et
conſequenter ſubdelegare poſſunt
ex priuilegio ſibi à iure cõceſſo. Hac
viâ ſumus in terminis d.l.à iudice, &
in d.§.ſi verò.c.ſuper quæſtionem.de
offic.deleg. Verùm cõprobatur hoc,
81 quia † Bart loquitur in iudice inferio-
ri à Principe, qui delegat cum pote-
ſtate ſubdelegandi, quod potuit fa-
cere, vt dicit gloſſ.in.c.is cui.de offic.
deleg.lib.6.& Bal.in l.non diſtingue-
mus.§.quæſitum.ff.de recept. arbitr.
82 Et operatur illa poteſtas, vt † ſubde-
legatus ab ipſo delegato nec cenſea-
tur, nec dici poſsit ſubdelegatus, ſed
delegatus ab ipſo delegante, quibus
confert text.in l.apertiſsimi.ibi: qua-
ſi arbitri fuerint ab Imperiali culmi-
ne delegati. C. de iudic.vbi mandat
Imperator, vt ſi iudex à ſe delegatus
recuſetur, vt ſuſpectus, eligantur ar-
bitri à partibus, qui electi cenſen-
tur delegati ab ipſo Imperatore.
Nõ hic ſimillimus, ſed ipſiſsimus quæ
ſtionis noſtræ caſus eſt, quo cõmiſſa
83 facultate eligendi,† electus cenſetur
ab ipſo committente, non autem à
commiſſario. vt ibi not. gloſ. in verb.
84 delegati. Inde ſequitur,† quòd à ſen-
tentia



tentia horum arbitrorum non ap-
pellatur ad delegatum recuſatum,
ſed ad ſuperiorem, vt dicit Bald. in
l.cum ſpecialis.C.de iudic. Quare di-
cti Inquiſitores videntur ſubdelega-
ti ab Inquiſitore generali quoad ſo-
num verborum quæ ſolent literis
delegationis inſeri, reuerâ tamen
ſunt delegati à Papa committente,
cuius autoritate fuerunt ſubdelega-
85 ti, quia † delegatus quoad hoc fun-
gitur vice delegantis.l.ſolet.ff. de iu-
riſd.omn.iud.l.1.§. qui mandatum. ff.
de offic.eius cui mand.eſt iuriſd. vn-
de ſi hæc facultas ſubdelegandi con-
ceſſa præfato Inquiſitori Generali,
non operaretur alterum ex dictis
duobus effectibus, videlicet aut de-
putandi ſeu nominandi Inquiſitores
ſpeciales ad dicta Regna, vel prouin-
cias; aut verò, quod illi ſubdelegandi
ab ipſo; non cenſerentur delegati à
Papa (vt diximus) ſequeretur euidẽ-
ter, quòd illa verba quæ poni ſolent
in eiuſmodi literis Apoſtolicis, ex
ſtylo Curiæ Romanæ ſuperflua ma-
nerent, cùm ſubdelegandi poteſtas
ſi aliqua ſit conceſſa dicto Inquiſitori
Generali à Papa, iam à iure illi com-
petat vti à Principe delegato per d.l.
à iudice. quod eſt abſurdum (vt dixi-
86 mus) quia nullum † verbũ appoſitum
in literis Apoſtolicis, cenſetur appo-
ſitum ſine myſterio. Nam ſi hoc eſt
iudicandum in contractibus, vt dicit
Bald.in rubric.C.de cõtrahen. empt.
& vẽdit.q. 9. quem ſequitur Alex.in
conſ.91. repetitus in cauſa lib.7. etiã
in teſtamentis, vt dicit Fulgoſ.in cõſ.
30. factum ſic ſe habet, multò magis
hoc dicendum foret in Breui Apo-
ſtolico, quod per multos oculos, &
manus tranſit, & decoquitur. Nam
quis exiſtimet in ſtylo Romano ali-
87 quid † reprehenſibile poſſe reperiri?
Scrupulum hunc ſummouet gloſſ. in
c. Apoſtolicæ. 35.q.1.trad. latè Abb.in
c. ad audientiam.1. de reſcript. repe-
riretur (inquam) illud ſuperfluum &
reprehenſibile, quod Papa daret ei-
dem Inquiſitori Generali poteſta-
tem delegandi, niſi intelligeretur
hæc poteſtas eo modo, quod dictum
eſt ſuprà, cùm à iure hãc poteſtatem
88 habeat. Non deſunt tamen qui res, †
tametſi vitio careant, interpretantur
contra verba, & eorum propriam ſi-
gnificationem, vt dicit Fulgoſ.in cõſ.
89 86. Ex facto proponitur,† verba ete-
nim debent intelligi cum virtute ali-
quid operandi. l. ſi quando.ff. de leg.
1.& d.c.ſi quando. vt ſcribit Corn. in
conſ.47.in hac conſultatione.col. fin.
libr.2.& ſic debent intelligi, ne ſint
ſuperflua, ſiue ſit dictio, ſiue ſyllaba, vt
dicit gloſ.in c.ſolitæ.in verb. tãquam.
de maior.& obedien.tradit Iaſon in
conſil. 137. viſo & accuratè conſide-
rato col.7.lib.4.

Ex his concludẽdum eſt dictos In-
quiſitores particulares, non eſſe In-
quiſitores ſubdelegatos, licet verba
cõmiſsionis datæ ab Inquiſitore Ge-
nerali hoc innuant, verè enim ſunt
Inquiſitores delegati immediatè à Pa-
pa, & conſequẽter ſubdelegare poſ-
ſunt. Et ſic nõ obeſt d.l.à iudice. cum
alijs, quia loquitur in ſubdelegato, vt
iterum non poſsit committere vices
ſuas, vt ſæpe dictum eſt. Sic apud au-
tores hiſtoriæ Romanæ paſsim legi-
mus legatos à Senatu datos, alios à
Procõſule electos, alios à Cõſule, eoſ-
que omnes ex autoritate Senatus pẽ-
dere. Liuius li.44. [Senatus enim Cn.
Seruilio Cõſuli negotium dedit vt is
in Macedoniam quos L. Æmilio vi-
deretur, legaret.] Qui ſi legarentur ſi-
ne autoritate Senatus iam legato-
rum nomine indigni erant, ac tan-
tum pro vicarijs habebantur. Tull.
in Sextiana. [Quos legatos non
modò nullo S. C. ſed etiam repu-
gnante Senatu tute tibi legiſti,] & in
Vatiniũ [Audire de te cupio quo tan-
dem Senatuſconſulto legatus ſis. Ne

hoc quidem Senatui relinquebas,
quod nemo vnquam ademit, vt Le-
gati ex eius ordinis autoritate lega-
rentur? Tum hi legati iudices dabant
pedaneos l. vltim. C. de pædan. iudi-
cib. quibus equiparari per omnia de-
bent ſubdelegati.
Non obſtat poſtremò, quòd In-
quiſitores ſint delegati ad vniuer-
ſitatem cauſarum, & ſic quòd non
poſſunt committere totam vniuerſi-
tatem, ſed vnam, vel duas tantum:
his enim negando aſſumptum ſatiſ-
90 fiet. † Inquiſitores non ſunt delegati
ad vniuerſitatem cauſarum, quia ſo-
lùm conſtituuntur ad vnam cauſam,
ſcilicet fidei, contra vniuerſas perſo-
nas prouinciæ, ad quam deſtinantur,
vt dicebat Lapus ſuperiùs allegatus,
& Abb. quem ſequitur Dominic. in
d. c. ne aliqui. & ſic poſſunt ſubdele-
gare dictam cauſam fidei. Pro quo fa-
91 cit, quia † licet quidam inueniantur,
& multò plures inueniri ſeu ſuſcitari
poſſunt à perfidis, & maleuolis homi-
nibus, vt probatur in c. quidã autem
hæretici 24. q. 3. nihilominùs contra
fidem Catholicam, quæ vna eſt, ſe
extollũt omnes hæreſes, caudas col-
ligatas ad inuicem habentes, & de
vanitate conueniunt. c. excommuni-
92 camus. 1. in princ. de hæreticis: quæ †
fides Catholica vna eſt, & non plu-
res, vt inquit Paulus, [Vnus Deus,
vna fides, vnum baptiſma,] ad Epheſ.
c. 4. & Exod. c. 10. [Audi (Iſrael) Deus
tuus vnus eſt:] & Pſalm. [Non erit in
te Deus recens.] Iacob. 2. [Apud quẽ
non eſt transmutatio:] & Hieronym.
93 inquit: † Nec fides mutatur:] Iob. 2.
[Vitam illam expectamus, quã Deus
daturus eſt his, qui fidem ſuam nun-
quam mutant ab illo;] Fides itaque
non diuerſificatur ſecundum diuer-
94 ſitatem rerum creditarum, † ipſa
enim eſt lucerna, quam Dei ſapientia
accẽdit ad recuperandã Drachmam,
id eſt, hominem perditum, Lucæ 15.
idem Paulus 1. ad Corinth. cap. 12. &
B. Antonin. Archiepiſcopus Florent.
in 4. p. ſumm. tit. 8. c. 1. cum alijs §§. &
per eundem idem c. 4. Silueſter in
verbo. fides. & Guliel. Peraldus Epi-
ſcopus Lugdunen. in libr. 1. ſumm.
virtutum titu. de fide. c. 3. & gloſſ. in
verbo. quoniam omne. in Rubr. de
ſumm. Trinit. & fide Cathol. & c. quo-
95 niam omne. de præſumpt. dicunt †
vnam eſſe fidem, & conſequenter
vnam eſſe Eccleſiam, extra quã nul-
lus ſaluatur. vt dicit tex. in c. 1. §. vna
verò eſt. de ſumm. Trinit. Turre-cre-
mat. lib. 1. de Eccleſ. c. 6. & c. loquitur
24. q. 1. Medina lib. 5. de recta in Deũ
fide. c. 13. Diuus Auguſtin. de fide ad
Petrum c. 43. Et ideò cum fides Ca-
tholica vna ſit, & non plures; Inquiſi-
tores contra hæreticam prauitatem
ſunt delegati ad vnam cauſam (ſcili-
cet fidei) & non ad plures perſonas.
Nec inconuenit, vt Inquiſitores de-
legati à Papa ſubdelegare poſſint, vt
in dicta. l. à iudice. vt ſuprà oſtenſum,
& concluſum fuit.
96 Hinc elicitur dubium, † an prædi-
cti Inquiſitores in cauſa hæreſis ſint
iudices neceſſarij, & poſſint hæreti-
cos damnare, & quâ cauſâ inſtituti
fuerint?
97 Hæc quæſtio pẽdet ab illâ, an † Epi-
ſcopi ſint in ſolidum iudices in cauſâ
hæreſis. Cuius dubij deciſio deduci-
tur ex c. pen. de reg. iu. cuius hęc ſunt
verba: [Non poteſt eſſe paſtoris ex-
cuſatio, ſi Lupus oues comedit, & pa-
ſtor neſcit.] & Ezech. cap. 34. Apoca-
98 lypſ. 2. Præcipuum itaq; † munus Epi-
ſcoporum eſt cuſtodire oues ſibi cre-
ditas, & hæreſes extirpare, vt ſancitũ
extat in. c. ad abolendam. de hæreti-
cis. lib. 6. Felinus in. cap. eam te. de re-
ſcriptis. Simancas de Catholica in-
ſtitut. tit. 25. à nu. 1. c. excommunica-
mus. 1. §. adijcimus. de hæret. Rojas
de



99 de hæret. ſing. 44. nu. 1. Imò † ſi ne-
gligunt Diœceſim ab hæreſibus pur-
gare puniendi ſunt, & ab Epiſcopali
dignitate remouendi. capit. excom-
municamus. 1. §. volumus. de hæret.
Franc. Pegna in 2. p. Director. Com-
ment. 2. §. Epiſcopi. Cum igitur hæc
100 cauſa penes Epiſcopos ſit, † Inquiſito-
res nec ſunt iudices, nec neceſſarij in
hac cauſa. Epiſcopi enim iudices or-
dinarij ſunt, ad eoſque ſpectat ex na-
turâ officij exterminiũ hæreticorum,
ex ſupradictis iuribus, & probatur
Apoſtol. can. 38. Concil. Mileuitan. c.
25. & Lateran. c. 3.
Cæterùm ſi hęc iuriſdictio conce-
deretur Inquiſitoribus neruus Eccle-
ſiaſticæ diſciplinæ rũperetur, & ordi-
narij iuriſdictio perturbaretur: quod
101 vtiq; dicendum non eſt. Nec † Inqui-
ſitorum iuriſdictio (cùm delegata ſit,
& ſtricti iuris, ac odioſa) debet exten-
di, ſed potiùs reſtringi: eſt quippè in
odium ordinariæ iuriſdictionis, quæ
fauorabilis eſt, tex. in c. odia. de regu.
iur. in 6. c. tua. 1. de decim. c. 1. de filijs
Presb. Felin. in. c. cauſam quæ. nu. 16.
de reſcript. gloſſ. in c. ſolet. de ſenten-
102 tia excõmunicationis. Nam † id ſolùm
poſſunt Inquiſitores, quod ſibi com-
miſſum eſt, & ſine quo cauſa expediri
non poteſt. c. 1. de offic. delegat. non
autem id, propter quòd facilius poſſet
expediri, niſi expreſsè inueniatur cõ-
miſſum: ſed Inquiſitoribus ſolùm cõ-
miſſum eſt ius, & poteſtas inquiren-
di: ergo non debet extendi ad pote-
ſtatem iudicandi, & per conſequens
103 nõ fuit eorum inſtitutio neceſſaria. †
Priuilegium enim non extenditur de
re ad rem, nec de perſona ad perſo-
nam, nec de caſu ad caſum, ſed tan-
tùm operatur, quantùm ipſius tenor
ſonat. Ita tenet Caualcan. deciſ. 31.
nu. 18. Beroius conſ. 24. nu. 18. vol. 1.
104 imò † tantùm comprehendit caſum
expreſſum, nec ſe extendit vltra pro-
priſſimam verborũ ſignificationem,
nec ad id, quod eſt minus expreſſo, vt
tenet idem Bero. cõſ. 156. nu. 9. vol. 3.
105 nec † debet extendi vltra terminos
ſuos. Ita tenet Decian. conſ. 24. n. 19.
volum. 2. & ſic regulatur ex cauſa ex-
preſſa. Idem Dec. cõſ. 66. nu. 28. vol. 3.
106 & conſ. 21. nu. 59. vol. 1. quod maximè
procedit, etiã ſi tractaretur de tertij
præiudicio, conſ. 161. nu. 5. vol. 2. Pa-
riſien. conſ. 40. num. 4. vol. 4. Bero. cõ-
ſil. 82. nu. 26. vol. 1. & conſ. 148. nu. 11.
vol. 3. & Becius conſ. 32. n. 10. At † In-
quiſitores etiam ex vi, & natura vo-
cabuli ſolùm obtinent poteſtatem
inquirendi ex tex. in c. ſicut olim. de
accuſat. & c. Romana. de cenſib. libr.
6. c. 1. de offic. ordin. l. congruit. ff. de
offic. præſid. Bal. in. l. edita. nu. 30. C.
de edend. & in. l. ea quidem. nu. 5. &
42. C. de accuſat. DD. in capit. Inqui-
ſitionis. vbi Anan. nu. 4. & Felin. nu. 5.
de accuſat. Tiraquell. de pœn. tem-
perand. cauſa 53. num. 3. Iul. Clarus in
pract. crimin. §. fin. q. 5. verſ. poterit igi-
tur. q. 20. in principio. & q. 45. verſic.
item quia, qui plures allegat, & in
noſtro Reſponſo pro defenſione iu-
riſdict. ſancti Officij Regni Siciliæ
cap. 2. à nu. 2. Ergo Inquiſitores non
ſunt iudices in cauſa hæreſis.
Contrariũ autem eſt verum, quòd
107 † Inquiſitores ſunt iudices compe-
tentes in cauſa hæreſis, & ſanctiſsimè
fuerunt inſtituti ab Eccleſia; ſunt
enim dati, & deputati à ſede Apoſto-
lica, & ſpecialiter conſtituti ad hanc
ſpeciem iuriſdictionis, ſcilicet cau-
ſam hæreſis pertractandam, qui præ-
ſunt in vnaquaque prouincia; quod
quidem cenſuerunt Clemens IIII.
& Vrbanus Summi Pontifices, vt ha-
betur c. ne aliqui de hæret. lib. 6. & in
Clementina multorum. de hæreti-
cis, gloſ. 1. vbi Archidiaconus, &
alij in. c. per hoc. de hæret. lib. 6. gloſſ.
in parte ipſorum, in Clem. nolẽtes. de
hęret. Ioan. Andr. Peruſi. & Com. om-
nes in d. cap. ne aliqui. Gundiſaluus

de

de Villadiego de hæret. q.7.n.9.& q.
23.nu.6. Abbas in c. cauſam matrimo-
nij.nu.7.de offic.delegat.& in c.cum
I.& A.nu.9.de re iudic.& in c.cauſam
reſtitutionis. in princ. de in integr.
reſt.& in c.final.num. 19. de re iudic.
Dec.conſil.137.num.3.& dicit Com.
Alciat.in rubr.de offic. ordin.nu.19.
Idque etiam factum fuit, quia cum
Epiſcopi, & reliqui prælati Eccleſia-
ſtici eſſent impediti circa alia diuer-
ſa & maxima negotia, ac delicta in
ſuis diœceſibus nec poſſent huic ma-
ximè neceſſario negotio intendere,
vt innumera mala, animarumq; peri-
cula, quæ his noſtris temporibus im-
minent, euitarentur, & crimen
hæreſis puniretur, ij inſtituti fue-
runt.

Cum igitur Inquiſitores delegati
ſint Apoſtolici in hac cauſa, nõ eſt du
bium quin poteſtatem iudicandi ha-
108 beant, † ſunt enim maiores quolibet
ordinario per tex.in c.ſanè.2.& c.ſtu-
duiſti.de offic. delegat. l. fin.ff.de of-
fic.eius cui mand.eſt iuriſd.& l.ſi præ
tor.ff.eodem titu. & hæc eſt comm.
opinio relata per Pegnam in 3.p. Di-
rector.comment.54.litera A. Felinus
in d. c. excommunicamus.1. num.4.
de hæretic. & Carrer.de hæretic.nu.
109 71. vbi concludunt, quòd † ſi aliquis
fuerit citatus vt eodem tẽpore com-
parere debeat coram Inquiſitoribus,
& coram Epiſcopo, quod priùs com-
parere tenetur coram Inquiſitori-
bus, & poſtea coram Epiſcopo. l.con-
tra pupillum.ff.de re iudic. quam al-
legat Ioan. Andreas, in d.c.per hoc in
fin.de hæret.lib.6. vbi Archidiac. nu.
1.rationem reddit, dicens: quia In-
quiſitoribus commiſſa eſt à Summo
110 Põtifice huiuſmodi cauſa, & † habent
autoritatem perſonæ illius, à quo de-
ſtinati ſunt, per tex.in c.ſi Epiſcopus.
2. q. 6. & dicuntur locum illius obti-
nere. c. vltimo. 93. diſt. c. 1. 23. diſt.
& idem.c.nobiliſsimus.97.diſt. In hac
111 † igitur cauſâ maiorem videntur, ac
fortiorem & meliorẽ iuriſdictionem
Inquiſitores habere, quàm Epiſcopi.
Imò veriùs dicerem eos habere ordi-
nariam iuriſdictionem, vt paulo poſt
oſtendemus.

In hanc ſentẽtiam ducor ea ratio-
112 ne, quia † Inquiſitores hæreticæ pra-
uitatis, tanquã Catholicæ fidei defen
ſores, hęreſumq; exſtirpatores cẽſen-
di ſunt pręcipua pars corporis prouin
ciæ ſibi creditæ, & ea quidem pars in
quam iura fingunt referendam ſæpè
totam eſſe prouinciã, vt trad. Mãdoſ.
in add.ad Repert. Inquiſit. in verbo.
[Inquiſitor.] Quandoq; ibi repræſen-
tat Rempublicam, & idem in verbo.
confeſsio, verſ. Nota quod confeſsio
113 facta, &c. Inquit ille quòd † confeſsio
facta coram iudice inquirente vide-
tur facta coram parte, quia Inquiſi-
tor repræſentat rempublicam, & par
tem offenſam, ex Innoc.in c.cũ opor
teat.de accuſat. Albert. de Catholic.
Aſſertio.q.23.num.1.23.14.62.cum ſe-
quentib. Calderin. in tract. de hæret.
c.10.19.& 21. Simanc. de Inquiſitori-
bus, num.7.& 8.

114 Quò fit, † vt Inquiſitores, præci-
puè Regni Siciliæ, tanquam Apoſto-
licæ Sanctitatis, & regiæ maieſtatis
delegati in omnes actus vtramq; per-
ſonam (ſcilicet) & Pontificis Maximi,
& ſummi Regis Catholici, induant.
Quare eorũ munus omnes Regni ſi-
ue prouinciæ dignitates amplectitur
omneſq; etiã honores cõtinet quem-
admodum exiſtimauit And. Gambar.
in tractat.de offic.legat.lib.3.nu.483.
per tex.in c.2.de offi.leg.in 6. ij enim
& ſpirituale, & iuriſdictionem tempo
115 ralem ampliſsimã obtinẽt, † quæ licet
cõceſſa fuerit à Rege, vt Eccleſiaſti-
ca cõſiderari debet & acceſſoria vni-
ta Eccleſiaſticę, cuius naturam ſequi-
tur per tex.& not. in c.quãto. de iud.
Ægidius Bellam.conſ.40. n. 33.& 35.
116 quia † quando aliquid propter aliud
apponitur,



apponitur, debet ab eodẽ eſſe, vel nõ
eſſe aſſumi. ex tex.in l.qui res.§.mihi.
ff.de ſolut.l.cum ſeruus.ff.de cond.&
demõſtr.& facit tex.cũ gloſ.in Clem.
1.de hære.in verbo intellectiuæ, Bal.
in l.præcipimus.nu.5. ff. de appell. &
diximus latè in reſponſo pro iuriſdi-
ctione S.Offic. Regni Siciliæ c.1.à n.5.

117 Quamobrem † ſibi comparant auto
ritatem, & iuriſdictionem etiam in
exẽptos, vt teſtatur idem Gamb. lib.
1.nu.31.per text.in l.ne quiſquam. ff.
de offi. Proconſ. & in terminis Inqui-
118 ſit. vt hodie † etiam ſint ipſi ordinarij,
ac ordinariam habeant poteſtatem,
cum alijſq; ordinarijs concurrant. In
omnibus firmauit idem Gambar. in
præcitato tract.de offic.legat.lib.8.n.
83.& ſeq.fol.250.per tex.in c.legatos
& num.93. verſ. Decimoſexto quæro.
119 cum ſequent. vbi ait, † quòd poſsint
etiam tractare cauſas laicorum, quia
caſus iſte non reperitur exceptus.
Eandem ſententiam firmat Archidia.
in c.ne aliquid de hæret.lib.6. in fine
120 dicens, quòd † Inquiſitores iudices
ſunt ordinarij, eò quod à principe fue-
rint deputati ad vniuerſitatem cau-
ſarum, quę licet videantur vendicare
ſibi locum in terris Eccleſiæ per tex.
in c.conqueſtum.c.licet. de foro cõ-
petent.ex Gambar. vbi ſup.lib.8.nu.
151.cum ſeqq. optimè tamen in caſu
121 noſtro procedunt, vt † Inquiſitores in
Regno Siciliæ ſint etiam delegati re-
gij, vt ex forma edicti, aliorumq; pri-
uilegiorum, diplomatumq; eiuſdem
S.Officij eſt videre. Qua de re intui-
tu delegati muneris, poſſunt etiam
iuriſdictionem tẽporalem, quam ha-
bent Eccleſiaſticæ vnitam, exercere
in laicos ſubditos Regi, in terris Re-
gis in paritate rationis, cùm vtramq;
perſonam Regis, & Põtificis Maximi
repræſentent, iuxta not.in l. ſolet. &
ibi DD.& Alex.de iuriſdict.omnium
iudic.& Abb.in c.dilectus filius.nu.4.
122 de reſcript. Ex his igitur liquet † In-
quiſitores iuriſdictionem ordinariam
habere, licet aliqui dixerint nõ veros
ordinarios eſſe, ſed delegatos ad vni-
uerſitatem cauſarum, ordinarijſq;
æquiparari (quod nos vtique non im-
probamus) vt teſtatur Bald.in l.ſi (vt
proponis) & in l.1.2.col.C.quomodo,
& quando iudex. gloſ. in. c. cum cau-
ſam de appell. Cardinal.in Clem.2.q.
penult.de reſcript. Alexand.in l. mo-
re maiorum.col.7.de iuriſd. omn. iu-
dic.& in proprijs terminis Menoch.
de arb.iud.lib.1.q.54.num.41.

123 Quapropter † pro eorũ exequendis
ſententijs poſſunt Inquiſitores Siculi
omnem eis tum Regiã, tum etiã Pon
tificiam iuriſdictionẽ impertitam in
omnes, & Regis, & Pontificis ſubdi-
tos exercere ad tradend.ex Panorm.
in c.in literis nu.1.de offi. delegat. &
in c.2.eodem tit.li.6.& in c.ſi quis cõ-
tra.de foro compet.n.6.in 1.lect. Quę
quidem ſententiarum executio ab
eiſdem Inquiſitoribus omni prorſus
remoto medio, perficienda erit: nam
124 † abſoluta cauſarũ commiſsione con
ceſſa cenſentur etiam commiſſa om-
nia, quæ ad illas veniunt conſecutiuè
in.c.præterea.c.prudentiã.c.ſuſpicio-
nis.c.ex literis.de offi.legat.& in pro-
prijs terminis tenet Abb. in c. ſi quis
contra.nu.32. de foro competent. in
1. lectur. Merito igitur iure poſſunt
Inquiſitores quibuſlibet iudicibus, &
officialibus imperare, tanquam ſedis
Apoſtolicæ, & Regis delegati, ex ijs
quæ eorum ſententiarum executio-
nem concernunt: quæ etiam proce-
dunt, & habent locum, arguendo à
prohibitione abſurdi incõuenientis,
125 & ſcandali, & inhumanitatis, † quod
arguendi genus in iure noſtro valdè
efficax exiſtimatur, vt ait Bal.in l. cõ-
uenticulam. C.de Epiſc. & cleric. &
idem Bald.in l.Pomponius.2.in 4.col.
ff.de negot.geſt. Ioan. And.in regul.

poſſeſſor. & reg. in toto de reg. iur. in 6. cum alijs per Euerardum in Centuria legal. in loco, ab obſeruatione per totum.

Præterea moueor aliâ potiſsimâ ratione, quòd Inquiſitores ſoliti ſint ſimilia præcepta facere, quibus nec dum ipſi officiales ſæculares non cōtradixerunt, ſed obedientes ſponte ſeſe obtulerunt, vt apud acta ſancti Officij eiuſdem Regni Siciliæ hoc exploratiſsimum eſt atque ex ſtylo, vſu & immemorabili conſuetudine re-
126 ceptum. Vnde † cum hoc cōſuetum ſit, & moribus receptum, non debet immutari per text. in l. hodie. ff. de pœnis, & per Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. num. 79. Satis quippe, ſuperque erit, ſi ſemel hoc factum fue-
127 rit, nam † ſolitum dicitur illud, quod ſemel fit, vt de com. omn. ſententia teſtatur Paul. Caſtr. in l. mela. §. ſi de alimento. n. 4. ff. de abſ. verſ. leg. Decius conſ. 441. num. 11. Ruinus conſil. 35. num. 3. lib. 1. Rota Lucenſis nu-
128 me. 29. deciſ. 14. quia in † actis iuriſdictionalibus ex vnico tantùm actu acquiritur quaſi poſſeſsio. Tradit Innocent. in. c. literas. de reſtit. ſpoliat. in c. dilectus. de capellis Monachor. glo. Angel. Flor. & Imola in. l. ſeruitus. ff. de ſeruitutib. vrb. pręd. & in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. vend. Bal. in tit. de pac. Conſtant. §. amplius. in princ. Geminianus in. cap. ſi Papa. de priuilegijs in 6. Ioann. de Imola in c. cum
129 cauſa. de probat. & in terminis † obedientiæ, quòd acquiratur quaſi poſſeſsio per vnicum actum infaciendo dixit Bal. in l. liberti. 1. col. C. de oper. liber. & in c. 1. in principio col. 5. quid ſit inuent. & in Additionib. incipit ipſe nota, & in l. 3. C. ne vxor. pro mar. & in c. olim el 3. ad finem de reſtit. ſpoliat.

130 Quare cum † Inquiſitores in quaſi poſſeſsione ſint præcipiendi, & in illa conſeruandi ſunt, nec eâ aliquo iure vel de facto ſpoliandi, Cardinal. conſ. 62. col. 2. Corn. conſi. 193. num. 4. lib. 2. Menoch. conſ. 51. nu. 4. vol. 1. & de recuperand. poſſeſſ. 1. p. in prin.
131 Poſſunt † enim eorum poteſtatem & præeminentiam defendere, ac etiam ad hoc familiâ armatâ vti, quam ipſi conſtituere valent. tex. in Clement. porro. de hæret. & ibi Cardinal. cap. vergentis. eodem titu. latè Roland. conſ. 37. in 4. nume. 9. Vnde infertur,
132 quòd † cùm vnâ ſemel approbati fuerint vt competētes iudices, minimè in poſterum recuſari queant, iuxta notata in auth. conferatur. C. de litis conteſt. & in l. cum Papinianus, & in auth. contra, &c.

133 Inquiſitores † igitur ſecūdum hanc opinionem iudices ordinarij ſunt, ordinariamq; poteſtatem habent (vt ſuprà diximus) imò, & in ſolidum iuriſdictionem cum alijs ordinarijs ſibi comparant, ſuntq; ad vniuerſitatem cauſarum delegati, ſecundùm DD. & in ſpecie Ioan. Andr. in. c. final. de re iudicata, & notatur in. c. per hoc. de hære. in 6. & in. c. ne aliqui. eodem titu. & ibi Archidiac. in terminis Menoch. arbitrar. iudic. libr. 1. q. 54. num. 41. Alciatus in rubric. de offic. ordinar. num. 19. Ex quibus facilè elici-
134 tur † Inquiſitores Regni Siciliæ eſſe iudices ordinarios, ordinariamq; habere iuriſdictionem, ac tractare poſſe cauſas laicorum: ergo in his parendum eſt eis. c. quæ contra. 8. diſtinct. c. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.

Nec obſtat dicere, quòd Inquiſi-
135 torum Officium eſt inquirere, quia † Inquiſitio quoad noſtrum ſpectat inſtitutum, ſic poteſt & debet diffiniri, vt comprehendat perſonas, & delicta ſecundùm Angeli doctrinam in repetitione. l. vacantium. C. de bon. vacant. libr. 10. vt ſit ius per officium procedendi ad inueſtigandum, & iudicandum

dicandum



dicandum quemlibet facinoroſum hominem pœnâ vel expulſione dignum in territorio inquirentis. Nam & Romani inquiſitores, & quæſitores pro iudicib. erāt. Virgil. 6. Æneid. Quæſitor Minos vrnam mouet. Hęc verò deſcriptio probatur in l. 3. & d. l. congruit. ff. de offic. præſid. & in. c. 1. de offic. ordina. & in. c. bona. de electio. & latè diximus in q. 5. de Inquiſi-
136 tione, quæ † quidem Inquiſitio dupliciter conſtituitur, vna generalis, & ſpecialis altera: quarum vtraque in Tribunali S. Officij Inquiſitores vtuntur, vt tradit Eymericus in 3. p. Director. de tertio modo procedendi in cauſa fidei per viam Inquiſitionis. & ibidem Franciſc. Pegna comment. 16. Antonin. p. 3. tit. 9. cap. 3. Iulius Clarus in Pract. §. vltimo q. 3. & 6. Pract. Papienſ. in fin. tit. de forma Inquiſit. Gundiſaluus de hæretic. q. 10. Locat. in oper. iudicial. & iuris Canonici interpretes in c. qualiter & quādo. de accuſat. & Doctores in l. congruit. vbi Bart. latè. ff. de offic. præſid.

137 Generalis namque † Inquiſitio locum habet, quoties Inquiſitores prouinciam viſitant, & generalia edicta promulgant, inquirēdo aduerſus occultos, & incertos hæreticos. In hac Inquiſitione non exigitur infamia præcedens, de qua accipitur tex. in c. excommunicamus. 1. §. adijcimus. & §. vltim. de hæret. extatque inſignis locus in conc. Tholoſan. c. 2. allegatus à Pegna vbi ſuprà, cuius verba etiam nos præſcribere cenſuimus, inquit enim: [Statuimus itaque vt Epiſcopi, & Archiepiſcopi in ſingulis parœcijs tam in ciuitatibus, quàm extra ſacerdotem vnum, & duos, vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures (ſi opus fuerit) ſacramento conſtringant, qui diligenter inquirant, fideliter, & frequenter hæreticos in eiſdem parœcijs, domos ſingulas, & cameras ſubterraneas aliqua ſuſpicione notabiles perſcrutando, & appenſa, ſeu adiuncta in ipſis actis ædificia, ſeu quęcumque alia latibula, quæ omnia deſtrui præcipimus perquirendo; & ſi quos reperērint hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, ſeu defenſores eorum, adhibitâ cautelâ ne fugere poſſint, Archiepiſcopo vel Epiſcopo, dominis locorum ſeu Balliuis eorundem cum omni feſtinantia ſtudeant intimare, vt animaduerſione debitâ puniantur. Hoc idem faciant Abbates exemptis in locis ſuis, quæ non ſunt ordinario iuri diœceſan. ſubiecta: ſoliciti etiam ſint Domini terrarum circa Inquiſitionem hæreticorum, in villis, domibus & nemoribus facienda. Et circa huiuſmodi appenſa, adiuncta, ſeu ſubterranea latibula deſtruenda.] Hæc ibi. Et latè de hac Inquiſitione trad. Bart. in d. l. cōgruit. ff. de offic. præſid. & in l. 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iul. de adult. & Simanc. de Cathol. inſtit. titu. 44. nume. 7. & diximus in noſtro Reſponſo pro defenſione iuriſdict. ſancti Officij Regni Siciliæ cap. 2. à num. 2.

138 Specialis autem † Inquiſitio eſt quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem, & punitionem contra aliquos nominatim Inquiſitos de certis delictis diffamatos. Ita Angel. in tract. Malefic. in verbo. Hæc eſt quædam Inquiſitio, quem ſequitur Gigas, de crimine læſæ Maieſtatis lib. 1. tit. qual. proced. q. 8. nu. 3. neque ad hanc proceditur abſque præcedenti infamia, quæ vicem accuſatoris retinet, c. qualiter & quando. de accuſat. Hippol. de Marſil. cōſil. 53. & Simanc. dicto titu. 44. num. 8.

139 Nihilominus tamen in † crimine hæreſis, ob indicia, ac veriſimiles ſuſpiciones poſſunt Inquiſitores illam exercere, etiam nullâ præcedente infamiâ, cautè tamen, & occultè,

ne

ne cuiuſquam fama ac honor lædatur. Ita Gemin. Franc. & alij in c. vt officium de hæret. lib. 6. & Bald. in l. iubemus. C. de probat. Quæ opinio veriſsima eſt.

# DE HAERESI & eius ſpeciebus.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreſis nomen ante Chriſtum non erat nomen infamiæ.*

2 *Hæreſis nomen hodie execrandum eſt.*

3 *Hæreſis tres Etymologiæ traduntur.*

4 *Lex Chriſtianorum nullâ ſignificatione poteſt appellari hæreſis.*

5 *Hæretici propriè qui dicantur.*

6 *Hæreſis definitio ſeu deſcriptio.*

7 *Hæreſis eſt error in intellectu.*

8 *Pertinacia eſt de ratione hæreſis, & requiritur ad hæreſim num. 19. & num. 31.*

9 *Pertinacia cognoſcitur multis modis.*

10 *Conculcans corpus Chriſti, credens ibi eſſe verum corpus Chriſti, & credens hoc eſſe malum, ſi id faciat ad placendum diabolo, non eſt hæreticus.*

11 *Marcellinus Papa, qui compulſus paganorum idolis thurificauit, non fuit hæreticus.*

12 *Mori quis potius debet, quàm peccare.*

13 *Hæreſis eſt circa pertinentia ad fidem, vel contra determinationem Eccleſiæ de rebus ad fidem, vel ad mores attinentibus.*

14 *Eccleſia Catholica non poteſt errare in fide cùm ſit magiſtra veritatis.*

15 *Hæreticus vt quis ſit, debet eſſe baptizatus.*

16 *Hæreſis, & ſecta, quomodo diſtinguantur.*

17 *Inter Hæreticum & Apoſtatam quod ſit diſcrimen.*

18 *Hæreſis à ſciſmate quomodo differat.*

20 *Hæreticus formaliter dicitur tenens opinionem veram, credens eam eſſe contra Catholicam veritatem.*

21 *Hæreticus formaliter non eſt, ſed materialiter, qui tenet opinionem falſam, credens eam eſſe conſonam orthodoxæ veritati.*

22 *D. Cyprianus aſſerens erroneè baptizatos ab hæreticis eſſe iterum rebaptizandos, non fuit hæreticus.*

23 *D. Auguſtinus, & Hieronymus ſine hæreſis vitio in pluribus opinionibus fuerunt contrarij.*

24 *Petrus Lombardus, qui multos errores protulit, non fuit hæreticus.*

25 *Hæreticus non eſt, qui falſum aſſerit ignoranter.*

26 *Hæreſum diuerſi modi.*

27 *Hæreſis ad errorem ſic ſe habet, vt ſpecies ad genus.*

28 *Propoſitio ſecundum ſe, an dicatur hæretica: reſolue, vt in num. 34.*

29 *Contrariorum eadem eſt ratio.*

30 *Affirmare noſtrum, vel negare, nihil ponit in re.*

32 *Propoſitio hæc: [Chriſtus non eſt Deus] ſi aſſeratur à Chriſtiano, eſt hæretica, ſi à Iudæo, Iudaica, ſi à Pagano paganica.*

33 *Verum reperitur in rebus fundamentaliter, & in intellectu formaliter.*

34 *In cauſis fidei temerè non eſt iudicandum.*

35 *Iudices de hæreſi tutò pronunciant, ſi error fidei ſit circa ea, quæ nullo modo ſit probabile ab errantibus ignorari.*

36 *Iudices cum errores ſunt manifeſti, non debent ad clementiam inclinare.*

37 *Ad pertinaciam diſcernendam, quæ conſideranda ſunt.*

38 *Aliter de verbis, atque de factis dubijs iudicandum eſt.*

39 Præ-



39 *Præſumptio hæreſis, quomodo ſit conſideranda.*

40 *Iudicandum temerè non eſt in rebus occultis, dubijs, & incertis.*

41 *Inquiſitor non debet præſumptionibus credere magis quàm leges ipſæ credunt.*

42 *Inquiſitor non poteſt ad iudicandum moueri ex propria conſcientia, ſed ex allegatis, & probatis.*

43 *Simplicitas non excuſat ab errore circa articulos fidei, & in quibus excuſet.*

44 *Ignorantia non excuſat in his, quæ quis ſcire tenetur.*

45 *Errans ex ignorantia affectata, ex malitia præſumitur errare.*

46 *Ignorantia ſupina non excuſat ab hæreſi, & num. 48.*

47 *Errans circa fidem probabili ignorantiâ, ſi poſt legitimã admonitionem perſeuerat, ab hæreſi non excuſatur.*

48 *Caſus in quibus errantes in fide pro hæreticis non habentur.*

49 *Hæretici ſub Sanctitatis ſpecie, triplici coniecturâ dignoſci poſſunt.*

50 *Hæreticus non debet incorrigibilis iudicari, ſi ſemel tantùm fuerit admonitus.*

51 *Inquiſitores omnia priùs tentare debent ad hæretici emendationem, quàm ipſum tanquam incorrigibilem ſæculari brachio tradant.*

52 *Propoſitionum Catholicarum ſeptem gradus traduntur.*

53 *Hæreſis diffinitiones plures tradũtur.*

54 *Ab hæreſim conſummatam quæ ſint neceſſaria.*

55 *Iudicium quibus modis contingat eſſe contrarium fidei.*

56 *Sententia quot modis dicatur fidei aduerſari.*

57 *Sacra ſcriptura potiſsimum telum eſt contra hæreſes.*

58 *Sacra ſcriptura in corde Eccleſiæ ſitum habet, & in quo ſenſu ſcriptura intelligatur, & num. 59.*

60 *Senſus literalis quis ſit.*

61 *Nomenclatura illorum, qui lapſi ſunt per ineptam ſcripturæ ſacræ interpretationem.*

62 *Regulæ ad intelligendas ſcripturas.*

63 *Membrum, quam ſignificationem habeat in ſacris literis.*

64 *Aliquando in ſcriptura ſacra dicuntur quædam de figura, & quædam de re figurata ſub eodem contextu.*

65 *In Scriptura ſacra aliquando de genere tranſitus fit ad ſpeciem, & e conuerſo.*

66 *Pars temporis ponitur pro tempore in Scriptura ſacra.*

67 *Recapitulatio, & anticipatio quid ſit in Scriptura ſacra.*

68 *Diabolus iniquorum omniũ eſt caput.*

69 *Sancti Patres nobis duces ſunt ad inueniendum ſenſum literalem Scripturæ ſacræ.*

70 *Eccleſiæ explicatio ad hæreſim deprehendendam, & reuincendam confert.*

71 *Ex naturali ratione diſcimus aliquando intelligentiam literæ.*

72 *Conſenſus communis Eccleſiæ, aut cõciliorum, aut Summorum Pontificum, eſt ſenſus literalis.*

73 *Plures ſenſus literales eſſe poſſunt vnius, & eiuſdem loci.*

74 *Locus ille Geneſ. 1. in principio, habet tres ſenſus literales, ſecundùm quas errores fidei tres refelluntur.*

75 *Ex ſenſu ſpirituali ſcripturæ poteſt ſumi argumentum efficax ad veritatem fidei conuincendam.*

76 *In omnibus ſcripturis veteris Teſtamenti ſenſus ſpiritualis eſt præſtantior literali.*

77 *Senſus literalis quando ſit potior ſpirituali, & num. 78.*

79 *Ex vtroque ſenſu literali, & ſpirituali poteſt duci efficax argumentum ad conuincendos errores fidei.*

80 *Ex locis parabolicis, & metaphoricis non ducitur efficax argumentum, niſi*

*niſi conſtet per Eccleſiam de ſenſu legitimo literali.*

81 *Ex ſenſu ſpirituali non ducitur efficax argumẽtum, niſi conſtet de literali.*

82 *Ad ſolam Eccleſiam vniuerſalem pertinet diſcernere, qui libri ſint Canonici.*

83 *D. Hieronymus eſt regula fidei in conſtituendis libris Canonicis.*

84 *Ad Concilium generale legitimè congregatum pertinet diſcernere quis liber ſit Canonicus.*

85 *Cõcilia quatuor Generalia æquè ac quatuor Euangelia credi ac ſeruari, & num. 99.*

86 *Conciliorum violatores grauiter puniuntur.*

87 *Ad ſedem Apoſtolicam pertinet diffinire an liber ſit Canonicus.*

88 *Romana* Eccleſia *eſt omnium mater, & magiſtra.*

89 *Librorum triplex eſt ordo.*

90 *Libros Canonicos negare hæreticũ eſt.*

91 *Hæreticum eſt negare non ſolùm ea quæ immediatè pertinent ad fidem, ſed ea etiam, quæ ex prioribus euidenter conſequuntur.*

92 *Eccleſiæ intelligentia eſt germanus ſenſus ſcripturæ, quando obſcurus eſt ille ſenſus.*

93 *Ad Concilium, & ad Romanum Pontificem pertinet explicare ſcripturã.*

94 *Sanctorum omnium conſenſus circa intelligentiam ſcripturarum eſt ipſa fidei Catholicæ veritas.*

95 *Si ex Apoſtolorum traditione communis vſus Eccleſiæ acceptauerit aliquam ſcripturæ intelligentiam, ea vt fidei veritas eſt tenenda.*

96 *Ad hæreſim reuincendam præſidium eſt Chriſti traditio per Apoſtolos ad nos tranſmiſſa, tum etiam Conciliorum diffinitio, num. 97.*

98 *Hæreticus pertinax eſt, qui ſciẽs contradicit vniuerſalibus Concilijs ritè ac rectè congregatis.*

100 *Ex Synodo Prouinciali probabile argumentum ſumitur in iudicio fidei, non tamen certũ, & perpetuum. Idem eſt de iud. Inquiſitorũ, n. 101.*

102 *Concilium Epiſcopale, ſi ſit confirmatum à Papa, ſumitur ex illo efficax argumentum ad hæreſes confutandas.*

103 *Propoſitio hæretica quid ſit.*

104 *Pertinaciæ definitio traditur.*

105 *Propoſitio erronea diffinitur.*

106 *Propoſitio quando dicatur hæreſim ſapere.*

107 *Propoſitio malè ſonans quid ſit.*

108 *Propoſitionis temerariæ natura deſcribitur.*

109 *Propoſitio temeraria dicitur tribus modis.*

110 *Propoſitio ſcandaloſa definitur.*

111 *Propoſitio ſciſmatica, ſeditioſa, maledica, blaſphema, ſeu iniurioſa qualiter intelligantur.*

112 *Propoſitio fauens hæreticis quid ſit.*

113 *Propoſitionis pericuſoſæ definitio.*

114 *Hæreſis incurritur ex verbis inordinatè prolatis.*

115 *Qui mente eſt hæreticus non poteſt iudicare ſe eſſe hæreticum.*

116 *Hæretici omnino occulti an incurrant pœnas à iure impoſitas.*

117 *Hæretici occulti ſecundùm Iuriſperitos ipſo iure ſunt excommunicati.*

118 *Hæreticum aliquem eſſe occultum, duobus modis intelligitur.*

119 *Hæreticus occultus primò, & per ſe non incurrit excommunicationem.*

120 *Hæreticus occultus per accidens incurrit excõmunicationem ipſo iure.*

## Quæſtio III.

QVanquam nomen hæreſis ante Chriſti aduentum non erat famoſum, quinimò in bonam partem ſumebatur (ſignificabat enim diſciplinam, quam aliquis inſequeretur, profiteretur & defendẽdam aſſumeret: vnde dictæ ſunt inter Philoſophos tot ſectæ Academicorũ, Stoicorum, Scepticorum, Epicureorum, & Peripateticorum, &c. ſimiliter inter Iudæos diuerſæ ſectæ dicebantur hæreſes, vt ſaducęorum, Phariſæorum, &c. (vt D. Hieronymus in Epiſtola Diui Pauli ad Titum. c. 3. exponit) hodie tamen
2 † eſt nomen infamiæ, & omni vituperio ac execratione dignum: Idem olim accidit tyrãnis quorum nomen honoris & maieſtatis fuit, vt Seruius in illud Virgil. Æneid. 9. Pars mihi pacis erit, dextrã tetigiſſe tyrãni. id eſt, regis idem & Sophiſtis, quos autore Laert. & Eunapio Sardiano ſic dictos eſſe conſtat quod Sapiẽtię ſtudio ducerentur, vtriq; tamen cum odio cepiſſent eſſe, nomina quoque ſua, vt odioſa ſint præſtiterunt vt nouiſsimè noſtri temporis homines politici qui pro contemptoribus Dei, & religionis habentur. At quod oppidò attinet ad nomen hæreſeos: ἅιρεσις, hæreſis dicitur ἀφ' αἱρέομαι, eligo quemadmodum σχίσμα ſciſma ἀπὸ τοῦ σχίζω à ſcindo, & Latinâ linguâ ſecta à ſectãdo, quia hæreticus propoſitis: quia cùm lex noſtra data ſit ab omnipotẽti Deo per Ieſum Chriſtum Filium eius, non autem ab hominibus electa, ea de cauſa ſiquis aliam fidem ac aliam doctrinam eligit, meritò hæreticus eſt, & infamis habetur. Vnde dicebat Apoſtolus ad Tit. c. 3. [Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita.] c. quę dignior. 24. q. 1. Nunc verò ab Etymologia vocabuli, hæreſis, exordiẽdum eſt, vt à ratione, & primo principio ſuſcipiatur noſtra oratio. Primò igitur ſibi ſentẽtijs falſis & veris, tenaciter eligit falſas, veris & Catholicis repudiatis, vt dicitur. 24. q. 3. in c. hæreſis.



Quibuſdam ſed parum exactè etymon deducitur ab hæreo, & hinc adhæſio ſiue hæreſis, vt hæreticus quaſi adhærens, dicatur quia peruerſæ doctrinæ pertinaciter abhæreat. tex. in c. damnamus de ſum. Trinit. & fid. Cathol.

Tertia Etymologia eaq; vix aptè deſumitur ſecũdum Iſidorum, ab erciſcor, quod ſignificat idem, quod diuido, quaſi dicatur hæreſis, diuiſio, & hæreticus diuiſus à Catholica veritate per dogma peruerſum: ſicut Catholicus dicitur ſinceræ veritati vnitus. Et certè optimè dicitur diuiſus non ſolùm per falſam doctrinam, ſed quia per ſententiam excommunicationis à mœnibus Eccleſiæ ſit ſeparatus, text. in c. excommunicamus. de hæret. At cum hæreſis verbum ſit odioſum, licet apud Latinos ſint in vſu dogmata Philoſophorum, vtpotè Stoicorũ, Peripateticorum, & cæt. ſectas & hæreſes appellare, nullo tamẽ
4 modo † ſic licet loqui de doctrina & religione Chriſtianorum, ne quidem eo modo quo hæreſis dicitur ab electione, quia ea quæ docent & obſeruant Chriſtiani, non ſunt excogitata ab ipſis, nec ſuo proprio iudicio eligunt quid credere debeant, quid verò non: ſed determinatur ab Eccleſia, quæ ex autoritate diuina proponit illis, quid ſit credendum. Hinc fit vt
5 propriè † & meritò dicantur hæretici, qui ab vniuerſali Eccleſię doctrina ſe ſeparant, & ſequuntur prauas electiones ſuas, credentes quæ volunt, & reſpuẽtes quæ non appetunt. Hæc animaduertêre Theophyl. ad Colloſſen. 2. paulò poſt initium. Iſidorus lib. 8. Etymolog. c. 3. D. Hierony. ad Tit. 3. & Tertullian. in lib. de hæreticorum præſcriptionibus ſuper illa verba; [Secundum traditionem hominum,] cuius hæc ſunt verba. [Hæreſum opera ſunt adulteræ doctrinæ, hæreſes dictæ Græcâ voce † ex inter-
6 pretatione electionis, quâ quis ſiue ad

ad inſtituendas, ſiue ad ſuſcipiendas eas vtitur. Ideo Apoſtolus, & ſibi damnatum dixit hæreticum; quia & in quo damnatur ſibi eligit: nobis verò nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet. Sed neque eligere, quod aliquis arbitrio ſuo induxerit, Apoſtolos Domini habemus autores, qui neq; ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerēt, elegerūt, ſed acceptā à Chriſto diſciplinā fideliter nationib. aſsignauerunt. Itaq; etiam ſi Angelus de cælis aliter Euāgelizaret, anathema diceretur à nobis.] Hæc ille. Nobis igitur hæreſis ita deſcribenda videtur:

6 † Hæreſis eſt falſa opinio, & erronea in intellectu aſſertio contra Catholicam veritatem, ab eo qui fidē Chriſti accepit, pertinaciter defenſa, vel in dubiū reuocata. Sic videntur eam deſcribere Cardinal. Turre-cremata lib.4. de Eccleſia part.2. cap.1. Guido Carmelita, Albert. Rojas ſingul.73. & alij plures, quos citat Eymeric. in 2. part. Directorij. q.1.

In qua deſcriptione quatuor apponuntur, quæ hæreſim conſtituere videntur. Primum eſt electio opinionis falſæ, & doctrinæ peruerſæ, amiſſā Ca
7 tholicā veritate: † ſic hæreſis eſt error intellectus 24.q.3.c. hæreticus.

Secundum eſt, quòd hęreſis eſt circa ea quæ pertinet ad fidem, vel ſunt contra determinationē Eccleſiæ circa fidem, vel circa bonos mores. c. ad abolendam. de hæreticis, & 24. quęſt. 1. in. c. hæc eſt fides.

Tertium eſt diuiſio à Catholica fide, quia de his quæ foris ſunt, nihil ad nos. 1. ad Corint. 15. & 2. q. 1. c. multi, & de diuort. in c. gaudemus.

8 Quartum † eſt pertinax adhæſio illi aſſertioni falſæ; ſic eſt obſtinatio in
9 voluntate; pertinacia † autem cognoſcitur multis modis, de quibus Alphonſus Guerrero, Albert. Simanc. & alij copioſè egerunt in tit. de hæret. & de pertinacibus.

Ad primū dico, † quòd ſi quis conculcaret corpus Chriſti, credens ta-
10 men ibi eſſe verum corpus Chriſti, & credens hoc eſſe malum, ſed hoc faceret ad placendum diabolo, hic non diceretur hæreticus, quia non haberet errorem in intellectu; nec malè ſentiret de ſanctiſsimo Sacramento altaris, ſed vt ſacrilegus eſſet acriter
11 punīēdus. Sic † Marcellinus Papa cū tempore Diocletiani, & Maximiani Imperatorum à Paganis compulſus, templum eorum ingreſſus idolis thurificauit, nō dicitur fuiſſe hæreticus. Ita determinauit Generale Concilium; vt habetur diſtinct. 21. capit. nunc autem. vt optimè tradit Decius conſil.151. quod incipit, Magni ponderis, in princ. Albertinus de hæreticis.6. part. q. 13. nu. 67. quia compulſus adorauit idola, ſed nō habuit peruerſum dogma in mēte, nec errorem contra fidem in intellectu. Peccauit tamen grauiſsimè, non peccato hæreſis, quia potius debebat † mori, & omnia mala pati, quàm tantum pec-
12 catum operari, de ſententia excommunic. in. c. vt Inquiſitioni. & de his quæ vi, in c. ſacris. & de reſtit. ſpoliat. in c. literas. gloſſ. in c. poteſt fieri. de pœnit. diſtinct. 1. & 32. q. 4. in c. ſicut ſanctius, Rojas de hæret. numero 48. 49. 50.

Alterum quod requiritur ad con-
13 ſtituendam hæreſim, † eſt quòd ille error ſit circa pertinentia ad fidem, vel contra determinationem Eccleſiæ de rebus attinentibus ad fidem, vel ad bonos mores. Si quis enim affirmaret terram eſſe maiorem ſole, contra communem Aſtrologorū ſententiam, (quod refert gloſſ. in c. ſolitæ. de maiorit. & obedient. in verſ. inter Solem & Lunam) ille error non eſſet hæreſis, quia nō eſt de pertinentibus ad fidem. Sic ait Archiepiſcop. Floren.



Florentinus part.2. titul. 12. cap. 5. & part.4. tit. 127. caput 4. §. penult. Alphonſ. de Caſtro lib.1. contra hæret. Albert. in rubr. de hæret. libr.6. quæſt. 2. num. 47. & in cap. 1. quæſtione 13. nu.9. cum ſequent. & de agnoſcend. aſſert. Catholic. quæſtione 1. num.3. & quæſtione 6. num.8. Lucern. Inquiſitor. in verb. hæreſis. num.21. Iacob. Simancas in inſtit. Cathol. tit. 24. nu. 5. in Enchirid. tit.24. num. 5. & tit.48. num.2. & 3. Rojas de hæret. num.469. & 470.

Sed in hoc notandum eſt, quòd hæreſis dicitur error contra fidem, vel contra determinationem Eccle-
14 ſiæ. Eccleſia † autem Catholica, vt regitur à Spiritu ſancto, non poteſt errare in fide, & in determinationibus ſuis dicitur magiſtra veritatis, cùm determinat aliquā aſſertionem eſſe falſam, non tribuit aſſertioni falſitatem, ſed falſitatem latentem oſtendit: Sicut cùm medicus viſitat ægrotum, pandit infirmitatem, non introducit, ſic Eccleſia errores aſſertionum manifeſtat, & quos contra fidem, contra ſacram Scripturam, contra doctrinam generalem ſanctorum Patrum, & vniuerſalium Cōciliorum eſſe inuenerit, hæreſes eſſe proclamat, ſic ait doctiſsimus Gabriel Biel, in 4. ſentent. diſtinct. 12. q. vltim.

15 Tertium, † quod requiritur, vt aliquis verè dicatur hęreticus eſt, quòd fuerit baptizatus: qui enim nūquam ſacramentum baptiſmi ſuſcepit, licet aliquam ſententiam contra Catholicam veritatem defendat, non dicitur hæreticus, quia hæreticus dicitur diuiſus: at qui non eſt baptizatus non dicetur ab Eccleſia diuiſus, quia nunquam fuit eidem vnitus. Sic habetur de hæret. lib. 6. c. cōtra Chriſtianos. & diſtinct. 45. cap. licet. cap. qui ſincera, & cap. maiores. de baptiſm. & de diuort. in c. gaudemus. Rojas de hæret. nume. 460. 461. 462.

Inde patet, † quomodo differunt hę-
16 reſis, & ſecta, quia hæreſis tantùm Chriſtianos comprehendit, ſecta autem tanquam genus nominat plures ſpecies, vt Iudæos, Saracenos, Gentiles, & alios infideles de hæret. libr. 6. in cap. accuſatus. §. cum verò. & in Clement. ne in agro. §. ſtatuimus. de ſtat. Monach. & gloſ. in c. quibuſdam. diſtinct. 32. Ita ait Rojas de hæret. nu. 479. & ſeqq. tamen ſecta aliquando ſumitur pro religione. Ideo Actor.26. quidā dicuntur fuiſſe de ſecta Chriſtianorū, id eſt, religionē. Patet etiam differentia inter Apoſtatam, † & hæreticū à fide: omnis enim qui à fide apoſtata eſt, is & hęreticus eſt, nō ècō
17 uerſo, quia apoſtata eſt totalis receſſus temerarius à fide Catholica. Vnde qui Apoſtata eſt, negat totam fidem, at qui hæreticus eſt, negat ſolùm aliqua pertinentia ad fidē. c. non poteſt. 2. quæſtione 7. & c. beatus. 3. quæſtione 4. & cap. non obſeruetis 16. quæſt. fin. ſimiliter D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione 12. articul. 1. & alij relati à Rojas de hæret. nu. 487.

18 Schiſma † etiam differt ab hæreſi, quia ſchiſma eſt illicita diuiſio ab vnitate Eccleſiæ per inobedientiam, hæreſis autem nominatur peruerſum dogma: de ſchiſmate agit Rojas de hæreticis numer. 499. vſque ad 520. Directorium, & alij multi.

19 Quartum, quod requiritur, eſt pertinacia in voluntate, cum quis credens aſſertionem ſuam eſſe cōtra determinationem Eccleſiæ: & tamen eam mordicus ſuſtentaret, imò
20 dico, quòd ſi † quis aliquam opinionem veram teneret, credens eam eſſe contra Catholicam & orthodoxam veritatem, ille formaliter eſſet hæreticus, licet nō materialiter. Exemplum, vt ſi quis intēderet

iurare falſum,& tamē neſciens diceret verum,eſſet formaliter periurus, licet non materialiter. Et èconuerſo,
21 ſi quis † teneret aliquam opinionem falſam,credēs eā eſſe conſonā Eccleſiæ Catholicæ,ille nō eſſet formaliter hæreticus,licet eſſet materialiter, vt ſi quis iuraret falſum , credens eſſe verum quod iurat,cùm tamen ſit fal-
22 ſum. Vnde D.Cyprianus† tenēs eam opinionem erroneam,quòd baptizati ab hæreticis erant iterum rebaptizandi,& in ea opinione perſeuerans, non fuit hæreticus,vt dicitur 1.q.1.c. ſiquis inquit.& Auguſt.libr. 5. de baptiſmo. cap.20. eum reprehendit.& habetur de conſecr.diſt. 4.c.quomodo exaudit. dicens errorem Cypriani falce paſsionis eſſe remotum. & in lib.6.contra Donatiſtas.c.23.

23 Similiter cùm D.Auguſtin.† & D. Hieronymus ſibi aduerſantur, tractantes de reprehenſione facta ab Apoſtolo Paulo D.Petro, & ibi docto res contradicētes ſibi in diuerſis alijs ſententijs, alter eorum falſum dicit, neuter tamen hæreticus iudicatur, diſtinct.26.c.1.& Auguſtin.lib.de bono coniugij, c. 17. Villadiego de hæreticis q.7.nu.7.

24 Similiter † Petrus Lombardus Magiſter ſententiarum in libris ſuis multos errores protulit, vt habet cenſura Pariſienſis cōtra eum facta.Ita etiā ait Rojas 1.part. de hæreticis.à n. 50. vſq; ad 70.vbi multa exempla adducit,de his qui multos errores dixerūt: tamen non fuerunt hæretici,quia nō fuerunt pertinaces contra determinationem Eccleſiæ, quam neſciebāt.

25 Siquis ergo†falſum proferret,non pertinaciter defendendo , ſed ignoranter:tamen paratus palinodiam canere , & Eccleſiæ determinationi ſe ſubijcere, cùm ei veritas Catholica proponetur; non diceretur hæreticus,ſed errans,ſic ait D.Auguſtin.lib. 1.de Trinitate : [Errare poſſum , ſed hæreticus eſſe nolo , quia errorem meum contra Eccleſiam pertinaciter non defendam.]

Quod dictum referunt Cardinal. Turrecremata part.2.lib.4.cap.1. Archiepiſcopus Florentinus p.2. tit. 12. c.5.& alij citati à Rojas de hæreticis, num.47. D. enim Auguſt priùs multa errata neſciēter protulerat,quę poſtmodum ſub retractationis nomine reuocauit.Vnde nomen hæretici nūquam incurrit 34.q.vlti. c. fin. & Gelaſius ibidem q.2.in cap.negatur.

Ideo idem Pater Auguſtinus concludit,vt refertur.24.q.3.c.dixit Apoſtolus. [Qui ſententiam ſuam, quanuis falſam, nullâ pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumptionis ceperint, ſed à ſeductis,atque in errorem lapſis parentibus acceperint , quærunt autem cautâ ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum eam inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos reputādi: [Ecce vera & propria deſcriptio hæreſis,cæteri autem modi errorum non dicuntur propriè hæreſes.

26 De illis † modis diuerſis tractat Eymeric. in Director. p. 2. q. 31. & doctores ibi abeo citati.

27 Inde patet, quòd† hæreſis reſpectu erroris eſt,vt ſpecies reſpectu generis : omnis enim hæreſis eſt error, ſed non è conuerſo : quia ille tantùm error eſt hæreſis, qui profertur cōtra determinationem Eccleſiæ, vel contra fidem , cum pertinacia ab aliquo Chriſtiano. Itaq; deficiente aliquâ conditione ex prædictis,non dicetur hæreſis, ſed error.

Hinc tamen conſequenter examinanda eſt quæſtio illa non parum vti-
28 lis,& difficilis.Vtrùm† aliqua propoſitio ſit, & dicatur hæreſis : id eſt , an propoſitio ſecundùm ſe conſiderata, ſine vllo reſpectu ad proferentem ſit



hæretica. Huius quæſtionis diuerſi ſunt autores,& patroni non contemnendi. Nam imprimis Adrianus in 4. quæſt.1. de confeſsione , Turre-cremata lib.4.p. 2. capit.3.Ochan.libr.2. Dialog.capit.11.p.part. & Alphonſ. à Caſtro lib.1.de iuſta hæret. punition. cap. 1. ij omnes vnanimiter aſſerunt quamlibet propoſitionem fidei veritati repugnātem,eſſe, & debere dici ſecundum ſe hæreticam , nullo habito reſpectu aſſerentis: Verum eſt tamen(inquiunt) quòd ſi proferatur ab ignorante abſque pertinacia,talis appellandus non erit hæreticus, cum nec ſit pertinax. Probant hanc ſuam ſententiam hoc modo.

29 Primò,contrariorum† eadem eſt ratio:ſed omnis propoſitio fidei conſona,& quæ de fide eſt,vt hæc propoſirio [verbum caro factum eſt.]ſecundùm ſe cōſiderata eſt Catholica,non habita ratione proferentis : ergo ſimiliter propoſitio hæretica , à quouis aſſeratur , vel negetur, hæretica erit ſecundum ſe,aut reddenda eſt diſcriminis ratio.

Secūdò,hæreſis ſpecies eſt propoſitionis falſæ:ſed falſitas propoſitionis non dependet à dicente,quia (vt docet Ariſtoteles ) ex eo quòd res eſt, vel non eſt , oratio dicitur vera , vel
30 falſa , quia † noſtrum affirmare, vel negare nihil ponit in re.l. aſſumptio originis.ff.ad municipalem.ergo propoſitiones ſpectatę ex ſui natura,ei ūt veræ vel falſæ;hæreticæ , vel Catholicæ.

Tertiò, quia interrogati Theologi an propoſitiones ſint hæreticæ , vel non , ſimpliciter reſpondent prout iacent , eſſe vel non eſſe hæreticas: ergo infirma & inualida eſt aſſertio quæuis huic contraria.

Quicquid illi argutè dicant,oppoſitam ſententiā tenent D.Tho.ſuper Epiſt.1.ad Cor. c. 11. lect.4. & Caietan.ſuper D.Tho.2.2.q.11. art.1. nullam propoſitionem poſſe dici ſecundùm ſe hæreticam ſine ordine relato ad dicentem.Et probant.

31 Primò,†de ratione hæreſis eſt electio & pertinacia:ſed nulla propoſitio ſecundum ſe ſumpta cōtinet electionem & pertinaciam , quia hæ ad voluntatē dicentis pertinent: ergo,&c.

Secundò,vna,& eadem propoſitio poteſt eſſe ſub multiplici infidelitatis ſpecie : ergo ex ſe non habet ſpeciem determinatam.Antecedēs pro-
32 batur. Hæc † propoſitio : [Chriſtus non eſt Deus, ]ſi,aſſeratur à Chriſtiano,hæretica eſt,ſi à Iudæo, Iudaica, ſi à Pagano,Pagana: ergo ſecundùm ſe non habet ſpeciem determinatam, & circunſcriptam : ſic neq; hæretica erit ſecundum ſe ſpectata.

Tertiò,qui falſum tenet,falſus eſt, & dicitur:At ſi propoſitio ſecundum ſe hæretica eſt : quilibet illam proferens , hæreticus erit, & talis denominabitur;ſed hoc apertè eſt falſum ; vt patet ex argumento ſuperiori: ergo, &c.

Hæc quæſtio in vtramque partem ventilata eſt ,vt quam maluerit , tanquam probabilem,quiuis ſequi libenter poſsit. Nihilominus tamen etſi diuerſæ appareant opiniones, facilè conciliari poterunt, ſi animaduertamus primò ex Ariſtotele verum reperiri in intellectu,& in rebus.Quod reperiatur in intellectu,docet 6.Metaph.cap. 2. dum dicit bonum & malum reperiri in rebus , verum autem & falſum in intellectu. Quòd autem reperiatur in rebus colligitur ex 4. Metaph.cap.quinto , vbi docet contra Pythagoram res non eſſe veras , quia nobis videntur , ſed potiùs ex eo quòd ſunt in ſe veræ , videntur nobis veræ ; atq; ita in cap.de ſubſtant. dicit : Ex eo quòd res eſt, vel non eſt , oratio dicitur vera , vel falſa

falſa,& 9. Metaph.cap. 12. docet hominum eſſe album, non eſſe verum, quia nobis videtur, ſed potiùs quia eſt albus, & 2. Metaph. cap. 1. aſſerit veritatem habere ſe ad res, quemadmodum entitatem: ſed entitas eſt in rebus; ergo & veritas. Cùm igitur conſtet apud omnes verum eſſe in intellectu & in rebus, ſolùm dubitarunt,an quid verum eſſe formetur in intellectu,an verò in rebus:& verior opinio tenet,quæ eſt D.Tho.& Caietan.1.p.q.16.art.1.& Paul. Soncinatis
33 6.Metaph.q.16.verum † quid eſſe ſolùm reperiri in rebus fundamẽtaliter, in intellectu autẽ formaliter. Ex quibus analogicè licet philoſophari in
34 noſtra quæſtione. † Nam cum hæreſis propriè dicta ſit error pertinax in Catholica fide manifeſtè contrarius eius qui fidem Chriſti profitetur,ſola illa propoſitio formaliter dicitur hæretica, quæ cum errore & pertinacia aduerſus res fidei à Catholico prolata fuerit. Illa verò dicetur fundamentaliter ac materialiter hæretica, quæ ſecundum ſe conſiderata eſt in tali materia, quæ (vt iacet) hæreſim ſonat, & ſignificat. Huic noſtræ ſententiæ eleganter videtur ſubſcribere Magiſter Cano lib.12.de locis Theolog.cap.8.dum dicit,quòd ſi ratio hæreſis conſideretur ſtrictè & formaliter,vera eſt ſententia D. Thomæ, & Caietani: ſi verò ratio hæreſis conſideretur vt in ſigno,ſicut ratio ſanitatis eſt in vrina;ſic aſſerit propoſitionẽ ſecũdum ſe poſſe appellari hæreticã, quia ſufficienter inſinuat ex parte obiecti, id quod ſufficit, vt aliquis ſit hæreticus, ſi pertinaciter illi adhæreat. Et ex hac doctrina optimè diluuntur argumenta vtriuſque ſententiæ.

*Axiomata fidei iudicibus maximè neceſſaria.*

VErum vt hæc perinde ab omnibus intelligantur, atque ego ſentio, & in actum traducantur eâ facilitate quæ mihi ſemper amica fuit, remorabor intentiùs curſum orationis & more Pythagorę,quaſi quędam ſymbola conſtituam, vnde inquirendi munus quicunque ſuſceperit habebit axiomata ordine diſtincta,quibus propoſitionum qualitatem facilè intelliget, eaque deducta ex Turrecremata ſum.de Eccleſia, libr. 4. p. 2. cap.11.Albertin.in tract. de Catholicis aſſertion. quæſtione 6. Melchior Cano libr. 12. de locis Theolog. cap. 11. Alphonſ. de Caſtro libr. 1. cap. 3. de iuſta hæreticor. punit. Simancas de Cathol.inſtitut.titul. 54.& ex Enchirid.violatæ religion. tit.24. Franc. Pegna 2. part. Director. Comment. 28. in quæſtione 3. Eymerico titulo, an error & hæreſis ſint idem in iure. Petro de Aragon in 2.2. D. Thomæ, quæſt.11.art. 2. Paulo Griſaldo Peruſino in lib.deciſ.fidei Cathol. & Apoſtol.in princip. Dominico Bañes 2. 2. quæſtione 11. Gregorio de Valentia per varios titulos. Dominico à Soto de iuſtitia & iure lib.10.quæſtione 3. & alijs in locis, Bellarmino tomo 3. diſputationum per varia capita.

*Axioma primum.*

IN cauſa fidei noli temere iudicare. Oportet enim priùs rei perſonam, ingenium, atque iudicium explorare:nam in hac cauſa non tantùm de hominis honore, fama,& vita agitur, ſed etiam de totius generis & familiæ damno & dedecore. Et cum ex recto iudicio fidei pendeat firmitas & cõſeruatio cuiuſque,at potiſsimùm cultus Chriſtiani cõſeruatio, cùm videndi rei fiet copia,eo audito & examinato,cõplexionẽ & connexionem reſpon-



reſponſorum perſcrutari & diligẽter indagare:eaque an ab homine emanarint qui ſit non ingenij verſatilis ſed mentis compos diſcernere oportet.Canus lib.12.de locis Theologicis.cap.10.

*Axioma ſecundum.*

SI error fidei ſit circa ea, quæ nullo
35 modo ſit probabile† ab errantibus ignorari,quod ad fidem Catholicam pertineant,tunc iudices de hæreſi tutò pronunciabunt, vt ſi quis neget Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis, aut ſi Theologus neſcit licitum eſſe belligerare cum hoſtibus,& huiuſmodi, quæ in Theologia verſati tenentur ſcire. Canus ibidem,& S.Thom. part. 1.q.32.art.4.& in.1.ad Corint. cap.11. lib.4.

*Axioma tertium.*

36 CVm errores ſunt manifeſti,† & attenta conditione & ingenio perſonæ nulla tergiuerſatione excuſari poſſunt,caueant iudices ne animi relaxationem,& mollitiem,clemẽtiam ac miſericordiam arbitrentur. Quia expoſitio quæ abſurda fuerit, aut nõ veriſimilis, incredibilis & quæ nõ cõgruit cum antecedentibus,& conſequentibus,nec cum ratione recti ſermonis, nec cum circunſtantijs perſonarum,temporum & locorũ, vt diximus & quæ alioquin non iuſta interpretatio ſit,explodenda eſt,ac eijcienda:potiſsimum illa, quæ ſub prætextu interpretationis verum ſenſum propoſitionis perimit atque corrumpit.cap.cum dilecti. de accuſatio. Albertin.de agnoſcendis aſſert. Catholic.q.7.&.8.

*Axioma quartum.*

SI de alicuius errantis pertinacia dubitatur, antè dicta,facta,& errantium ſtatum, conditionem, & inge-
37 nium examinare oportet. † Addimus ad hoc ſi de his ex tempore non conſtet,oportet aliquod ſignum Catholicę veritatis illi oſtendere,locum (ſcilicet) ſcripturæ,vel ſacri concilij, aut cenſuras adhibere, quibus ſignis ſi cedat argumentum euidens erit ignorantiæ,ſi verò repugnauerit,argumentum erit pertinaciæ, præſertim ſi non ſit omnino imperitus, & rudis.

*Axioma quintum.*

NOn eodem modo de verbis,ac de
38 factis dubijs iudicãdum eſt.† In factis quippe religioni noſtræ contrarijs minus periculi eſt, quàm in verbis iudicare. Melch. Canus lib. 12. de locis Theolog.c.9.

*Axioma ſextum.*

QVoties non conſtat hominem eſ-
39 ſe hæreticum,† niſi iuris tantùm præſumptione, licet probabili, diligenter explorare oportet, an eiuſmodi facta vel verba ex infidelitate prodeant. Ita explicat Hieronymus ad parabolam Zizaniorum. Matth.13.[Ne fortè eradicetis ſimul & triticum,]an verò ex metu, cupiditate, aut animi perturbatione, ſæpe hominem admonere, hominem corripere, terrere, vel clementer, & moderatè pungere iuuat. Nam in
40 rebus † dubijs, & occultis, ac incertis ad verum eliciendum variè, ac quaſi per cuniculos veniendum eſt ad iudicandi opus. Vnde Sixtus Papa ſcripſit Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis. [Incerta nemo Pontificum iudicare præſumat, & quamuis vera ſint,nõ tamen credenda, niſi quæ certis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto iudicio conuincuntur, niſi, quæ iudiciario

ordine publicantur ]. Victor quoque Papa Theophilo ita ſcripſit. [ Incerta, chariſsime, nullatenus iudicemus, quouſque veniat Dominus qui latentia producet in lucem, & manifeſtabit conſilia cordium: [ & Euariſtus Epiſtola. 2. Nullum ante veram, iuſtāque probationem iudicare aut damnare debemus, teſte Apoſtolo, qui ait: [tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum, domino ſuo ſtat, aut cadit,] mala vtique audita nullum moueāt, aut paſsim dicta abſque certa probatione quiſquam nunquam credat, ſed ante audita diligenter inquirat ne præcipitando quicquam aliquis agat. cap. ſi quis diuinis. 30. quæſtion. 5. cum ſequentibus. cap. Deus omni-
41 potens. 2. quæſt. 1. non enim † Inquiſitor, præſumptionibus magis credere debet, quàm leges ipſæ credunt: quanuis enim vehementer putet aliquam præſumptionem eſſe veram, non tamen poteſt eâ moueri ad ali-
42 quem condemnādum, cum ex † propria conſcientia, etiam ſibi certa, iudicare nō debeat, ſed ex fide eorum, quæ probata fuerint: crimina ſiquidem occulta, & incerta ſolum Deum habent vltorem. c. literas. de præſumption. c. ſi omnia. 6. quæſt. 1. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. Præſid.

### *Axioma ſeptimum.*

43 Ab errore † circa articulos fidei nemo poteſt propter ſimplicitatem excuſari. [ Bene tamen contra alia, quæ indirectè pertinent ad fidem. S. Thom. in 1. ad Corinth. c. 12. libr. 4. Eymericus in. 1. p. Directorij q. 7. n. 2. & ibidem Pegna Comment. 22. in
44 his enim † non poteſt quis iuſtam ignorantiæ cauſam allegare, cùm ex inſtituto, & præcepto legis Chriſtianæ hæc ſcire obligetur, & eam neſcire nullatenus præſumatur. Idem dicēdum eſt de his, qui ex ignorātia af-
45 fectata errant: † hi enim ex malitia propria, & animi iniquitate errare præſumunt. c. excellentiſsimus. 11. quæſt. 3. Idem iudicium erit in his,
46 qui ignorantiâ † craſſâ, & ſupinâ errant, in his qui fidei ſunt: eam enim ſcire debent, nec probabile eſt eam à fidelibus, vel à ſuæ conditionis hominibus ignorari, hi hæretici cenſendi ſunt. Huius axiomatis exempla affert Melch. Canus d. libr. 12. cap. 10.
47 verſ. alteram. D. Thom. tum ſi † errat aliquis in his quæ fidei ſunt, ignorantia probabili, præſertim in his quæ explicitè credere non tenetur, qualia ſunt quæ indirectè ad fidem ſpectant, ſi poſt legitimam admonitionem perſeuerat. Eymericus vbi ſu-
48 prà. Qui verò † ignorantia non pertinaci & vincibili errat, ab hæreſi excuſatur. Simancas de Cathol. inſtitut. tit. 26. num. 6. vel quando errat in his, quæ ſunt fidei, deceptus ab aliquo viro docto, quem pium ac Catholicum eſſe credidit, in his quæ credere explicitè non tenetur, à pœnis hæreticorum excuſatur. Prorſus idem iudicandum eſt de filijs, qui errant in fide ſeducti à parentibus, & in errore nutriti ſunt; idem de diſcipulis à præceptoribus, & magiſtris, de ſubditis ab Epiſcopis & Parochis, & ſimilibus, præſertim, ſi nondum iudicij compotes ſunt, errant, aut ſi errant, in his tamen decepti errant, quæ explicitè ſcire non tenentur: nam & hi etiam ab hæreſi & hæreticorum pœnis excuſabuntur. Ioannes Lupus Decan. Segouienſ. in tractatu de hæreticis, Montaluus in l. 1. tit. 26. part. 7. quæſt. 14. Quæ doctrina deduci poteſt ex c. dixit Apoſtolus. 24. quæſt. 3. inquit enim: [Sed quid ſi ſententiam ſuam, quāuis falſam atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam nō audaciâ ſuæ præ-
ſumptionis



ſumptionis pepererūt, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parētibus acceperunt, quærunt autem cautâ ſolicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos computandi. ] Hæc ibi: Tales ergo mitiſsimè ſunt tractādi, & leuiſsimę pœnitentiæ eis iniungēdæ. An autem hi reputandi ſint hæretici, tractat D. Thomas quotlibeto 3. q. 4. art. 10. Auguſtinus de Ancona in ſumma de poteſta. Eccleſ. q. 28. art. 2. Albertinus in tract. de agnoſcend. aſſertion. quæſt. 21. num. 34. & ſequentibus: latè Turre-cremata in ſumma de Eccleſ. lib. 4. part. 2. cap. 16. Sylueſter in ſumm. verb. opinio.

### *Axioma octauum.*

49 HÆretici, † qui ſæpè ſub ſpecie ſanctitatis occultantur, à fructib. dignoſcendi ſunt. De his dicitur Iob. c. 30. In cauernis habitant torrentium, & in cauernis terræ, à fructibus eorū dignoſcendi ſunt. Hæc quoque Chriſti doctrina Matth. cap. 7. Ex triplici verò coniectura huiuſmodi hæretici dignoſci poſſunt. Prima eſt, quia nouitatum contra fidem & legem Euangelicam inuentores ſunt: ipſa enim doctrina & nouitas per ſe diſplicere debet. Vnde Paulus ad Timoth. 6. [O Timothee depoſitum cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam permittētes contra fidem, exciderunt.] Secunda coiectura eſt nimia libertas in pronunciando, & temeritas in diffiniendo. Tertia coniectura eſt frequens omnibus hæreticis impatientia in admittēda correctione, de quibus 2. ad Timoth. 3. [Mali homines, & ſeductores proficient in peius, in errorem mittentes, & ipſi errantes, ] Alphonſ. de Caſtro lib. 1. de hæreſi. c. 14.

### *Axioma nonum.*

CAueant hæreticæ prauitatis Inquiſitores, ne ideo ſtatim hæreticum aliquem incorrigibilem ſentiant. Quia ſemel & fortè leuiſsimè admonitus, noluit illorum admonitioni acquieſcere, magis laborare debent, vt paucos iuſtè puniāt, quàm vt multos iniuſtè: non glorientur, etiam ſi gloriari liceret, quòd multos damnauerint, ſed quod iuſtè, Alphon. de Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorum punit. c. 1.

### *Axioma decimum.*

51 OPortet Inquiſitores † omnem adhibere diligentiam circa hęretici emendationem. Antequàm illum incorrigibilē cenſeant, & ſæculari brachio tradant, quia in quacumq; hora ingemuerit peccator, & conuerſus fuerit, vitâ viuet, & non morietur. Ezechiel c. 33. & c. nullus. de pœnit. diſtinct. 7. Epiſtol. inter claras. C. de ſumma Trinit. & fide Catholica. c. ad abolendam. §. 1. c. excōmunicamus. 2. §. ſiquis autē. de hæret. c. corrigantur. 24. q. 7. Albertin. de agnoſcen. aſſertionib. quæſt. 30. nu. 79. quibus accedit Concil. Biterrenſe c. 17. cuius hæc ſunt verba: [Conuerti nolentes, vbi commodè poteritis, damnare tardetis: ipſos frequēter tam per vos, quàm per alios ad conuerſionem monētes, ac tandem in ſua malitia pertinaces, faciatis errores ſuos ad eorum deſtinationem publicè confiteri, & ſic eos damnatos, præſentibus poteſtatibus ſęcularibus, eorumúe Balliuis ſecundum mandatum Apoſtolicum relinquentes: ] Hæc ibi.

### *Axiomata alia maximè neceſſaria fidei Cenſoribus.*

SVnt & alia quędam axiomata, ſine quibus vix Inquiſitores poſsint diſcernere, quæ cum fide pugnant reli-

religioni aduerſantur. Nec quidem ea vnius ſunt ordinis, nec vnico albo continentur, ſed ſub diuerſis ordinibus & quaſi categorijs, quas breui, abſolutoque compendio ſimul hic complectemur eo ferè ſtylo, quo ex veterum & recentiorum interpretum monumentis tradi animaduer-
52 timus. Propoſitiones † itaque Catholicæ in ſeptẽ gradus diuiduntur. Primus earum, quæ ſacris literis apertè continentur. Secundus earum, quæ ex illis neceſſariò deducuntur. Tertius earum, quæ ab Apoſtolis traditæ ſunt viua voce. Quartus earum, quæ in concilijs vniuerſalibus ac confirmatis continentur. Quintus earum, quæ per ſedem Apoſtolicam ſuis filijs credendæ propoſitæ ſunt. Sextus earum, quæ ad hæreſes exſtirpandas ac confutandas cum animi conſenſu docuerunt Doctores Catholici. Septimus eſt earum, quæ ex 3.4. 5. & 6. generibus neceſſariò deriuantur, ex quibus pro clariori intelligentia ſequentes præfigentur annotationes & regulæ.

*Axioma primum neceſſarium.*

ANte omnia hęreſis quid ſit, noſſe oportet.† Omiſsis innumeris dif-
53 finitionibus, quæ à Iuriſperitis atque Theologis traduntur, & ijs quæ ab Alphonſo à Caſtro lib.1.de hæreſi,& libr.1. de iuſta hæreticorum punitione c.1. quòd ſit enunciatio aut ſentẽtia falſa,ita repugnans fidei, vt cum fide ſimul ſtare non poſsit, quæ ab omnibus ferè recipitur. Aliam diffinitionem tradit Turre-cremata libr. 4.ſum. de Eccleſ. p. 2. cap. 1. Hæreſis
54 † eſt ſententia contra fidem in Chriſtiano cum pertinacia: dicitur (ſententia) quia eſt actus intellectus, non voluntatis, quamuis proficiſcatur ab electione, quæ eſt actus voluntatis. Dicitur etiam contra fidem, quia error contra diſciplinas, non eſt hęreſis. Poteſt etiam diffiniri, quòd hæreſis ſit actus elicitus ab intellectu, & imperatus à voluntate. Alij autem multifariam diffiniunt, quod hæreſis eſt propoſitio falſa, fidei Catholicę repugnans. Alij dicunt, quòd eſt dogma falſum, Catholicæ veritati cõtrarium in eo, qui fidem Chriſtianam profeſſus eſt: aliter hæreſis eſt error pertinax contra Catholicam veritatẽ, vel hæreſis eſt falſa vel erronea opinio, per quam falſus intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatem, vel hæreſis eſt fidei vitium, quo quis ſingulare aliquid à cõmuni Eccleſiæ Catholicæ fide ac ſententia eligit, ac proinde ſe ab Eccleſia ſeparat, quâ ſe rectiùs ſentire præſumit, & ob id hæreſis, hoc eſt, electio, haud inſignificanter appellatur. Demũ hæreſis (ſecundùm Simancam) qui cæteras diffinitiones adducit de Cathol.inſtitut, tit. 30.) eſt dogma falſum contra fidem Catholicam ab eo qui fidem profitetur, pertinaciter aſſertum, vel in dubium reuocatũ. Cardin. de Turre-crem.lib.4.de Eccleſ.p.2.c.1. Guid. de hæreſ. c. 3. Gabriel lib.4. ſentent. diſtinct.13.q.2. Pighius lib.4.de Hierarchia Eccleſiaſt.cap. 8. Brunus libr. de hęret. c. 1. Cæterùm ad hæreſim conſummatam tria neceſſaria ſunt, falſa credulitas, peruerſa voluntas, & pertinax defenſio. Duo pertinent ad intellectum, error (ſcilicet) & ſententia fidei; pertinacia verò pertinet ad voluntatem quæ ſimul conſummatũ faciunt hæreticum, quarum diffinitionum primam amplectimur, quòd (ſcilicet) hęreſis ſit ſententia contra fidẽ in Chriſtiano cũ pertinacia, pro cuius explicatione ſit ſecũda regula.

*Axioma ſecundum.*

55 IVdicium eſt † fidei contrarium, [Vno modo quoad ſubſtantiam, vt





verum opponitur falſo: Alio modo quo ad modũ, vt cũ quis iudicat cum formidine Deum eſſe trinum, vel ſi id credat innixus nõ primæ veritati, ſed teſtimonijs humanis, ſic enim Dæmones credunt, & contremiſcunt.

*Axioma tertium.*

56 AN ſententia † ſit fidei contraria, ſeptem vijs nobis perueſtigandũ eſt. Annotauit Diuus Auguſtinus in 4.Tomo.libr.83.quæſtion.cap.7.& Turre-cremata libr.4.ſuæ ſum.cap.6. Ea enim quæ ad fidem ſpectant, habent ſeptem gradus. Primum obtinent articuli fidei, hi ſunt prima elementa noſtræ religionis. Secundum ſacra ſcriptura. Tertium traditiones, quæ per Chriſtum, & Apoſtolos viua voce ad nos transfuſæ ſunt. Quartum diffinitiones conciliorum. Quintum decreta Pontificũ. Sextum quę ex his euidenter deducuntur. Septimum, quæ conſenſu patrum recepta ſunt. Iam verò vt hæc, quæ fuſius tradi ſolent, in compendium redigamus, ad ſequentia axiomata attende.

*Axioma quartum.*

PRimus atque potiſsimus locus ad
57 hæreſim † deprehendendam atq; reuincendam eſt ſacra Scriptura, quæ præcipuè in corde Eccleſiæ ſita eſt. Id probatur, quia omnis quæſtio, quæ oritur circa ſcripturarum lectiones, ſtatim defertur ad Eccleſiam vt ipſa iudicet quid tenendum ſit: er-
58 go † ſcriptura in corde Eccleſiæ ſita eſt, non enim haberet Eccleſia autoritatem definiendi, qui libri ſint canonici ſi in corde illius non eſſet ſcriptura qua poſſet diſcernere in quibus inſtrumentis recta ſit translatio: & hoc docebat D.Hieronym. ad Galat.1. circa illa verba. [Notũ vobis facio (fratres) Euangelium: Nõ putemus (inquit) in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis:] hęc ſacra ſcriptura eſt turris illa Dauid Cantic.4. &.1.Reg.c. 17. ex qua pendent mille clypei omnis armatura fortium vniuſcuiuſque gladius contra femur ſuum. Vnde Paul. 2.ad Timot. 2. [Amplectentes eum, qui ſecundũ doctrinam eſt, fidelem ſermonem:] & 2.ad Timoth.cap.3. [Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitiam vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.]

Hoc tamen axioma intelligendum
59 eſt † de ſacra ſcriptura in ſenſu germano, & literali, vt Docet D. Auguſtin. Epiſ.48. ad Vincẽtiũ Donatiſtam, & Hierony. in illud Matthæi 13. [in farinæ ſatis tribus, ait, quod minimè licet ex eo loco myſterium Trinitatis
60 probare: quis † tamen ſit ſenſus literalis ſecundum D.Auguſt.lib.3.de doctrina Chriſtiana & Sanct. Thomam. 1.p.q.1.art.10. vbi ait, quòd ex ſignatione vocum ſumitur ſenſus literalis, quod ſic intelligendum eſt, quòd ille eſt ſenſus literalis, non qui intenditur ab autore miniſteriali ſcripturę, (vt quidam dicunt) ſed qui per ipſas voces intenditur ab autore principali, qui eſt Spiritus Sanctus: inde enim ſumitur ſenſus literalis, ex eo quod in familiari modo loquendi intendit ſignare per voces is qui loquitur. Hinc fit conſequens, quod ſenſus parabolicus eſt literalis, non enim requiritur ad ſenſum literalẽ, quòd voces ſecundùm propriam & primęuã ſignificationem accipiantur, ſed ſatis eſt vt accipiantur ſecundùm vſus accõmodatiores, ſicut enim cùm nobis repẽtè aduenit abſens aliquis, de quo

ſiniſtrè loquebamur, ſolemus dicere: Lupus eſt in fabula, & tamen in ſenſu literali & germano verba non accipiuntur propriâ, ſed impropria ſignificatione: ita prorſus obſeruandũ eſt in ſcriptura ſacra, vt cum dicitur: [Vicit Leo de tribu Iuda:] Vnde frequẽter in libro Canticorum ſenſus literalis eſt metaphoricus.

### *Axioma quintum.*

61 DIgnoſce † an ſenſus literalis ſit ille, quem voces exprimunt propriâ ſignificatione, an verò ille, quem impropria. Docet Auguſtinus 3. de doctrina Chriſtiana cap. 5. & 10. vbi obſeruat in lectione ſcripturarum cauẽdum eſſe, ne figuratam locutionem ad literam accipiamus, ad hoc enim pertinet, quod ait Paulus: [Litera occidit, ſpiritus viuificat.] Cùm enim figuratè dictum ſic accipitur, ac ſi propriè dictum ſit, carnaliter accipitur: neq; vlla mors animæ congruentiùs appellatur, quàm cum id etiam, quod in ea beſtijs antecellit, hoc eſt intelligentia carni ſubijcitur, ſequẽdo literã. Similiter per cõtrarium maximè cauendum eſt, ne propriam locutionẽ quaſi figuratã velimus accipere. Et ſi quæras, quomodo cognoſcemus eſſe figuratam locutionẽ, quomodo etiam propriam, hoc doctiſsimè docet D. Auguſtin. Quicquid (inquit) in ſermone diuino, neq; ad morũ honeſtatẽ, neq; ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſt. At verò quæ ſecundùm literã intellecta componunt, vel fidẽ vel mores, ſecũdùm hiſtoriã ſunt accipienda: nõ enim pręcipit ſacra ſcriptura niſi charitatem, neq; culpat niſi cupiditatẽ: ex cuius doctrinæ inaduertẽtia extiterũt olim multi, qui in grauiſsimos errores inciderunt, intelligendo ſecundùm literam, quæ per metaphoram erant explicanda: Et ita Donatiſtæ (ſicut refert D. Auguſt. Epiſt. 48. ad Vincentium) illud Canticorũ 1. [Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie] intelligebant de ſemetipſis, qui cum eſſent in regione Meridionali, dicebant ad ſe ſolos pertinere Eccleſiam Chriſti. Alij etiam legentes in ſacra Scriptura, hominem eſſe factum ad imaginem Dei, putauerũt Deum habere effigiem humanam, eò præſertim quòd ſacra Scriptura multis in locis tribuat Deo humana membra. Iſti dicti ſunt ab Auguſt. Anthropomorphitæ, ſcilicet Deum hominẽ fingentes: neq; ſolùm hæretici, ſed etiã Catholici, & Chriſti martyres olim errauerunt, ſicut Papias, Ioan. diſcipulus, illud Apocal. 21. [Vidi ſanctã ciuitatẽ, Hieruſalẽ nouã, deſcẽdentẽ de cælo, à Deo paratã,] iuxta propriã ſignificationem ſine metaphora intelligebat: quamobrem intellexit Chriſtum ad iſtum mundum rediturum, vt cũ ſuis regnet integros mille annos in vita quadã iuſtiſsima, & feliciſsima, atque iſtam eſſe auream, & gemmatam Hieruſalem, quam expectabant Iudęi, aſſeruit. Quem errorem poſtea ſequutus eſt Tertullianus in libro, cui titulum fecit de ſpe fidelium, & Lactantius Firmianus lib. 2. Diuinarũ inſtitutionũ, & ex Græcis Victorinus; & Seuerus, referente D. Hierony. in Cõment. ſuper Hieremiam cap. 19. & ſuper Ezechielẽ c. 36. Origenes præterea in hac re grauiter lapſus eſt. Nam totam plantationẽ terreſtris paradiſi intelligebat ſpiritualiter, negatâ hiſtoriæ veritate, & Caietanus, qui, formationem mulieris de coſta Adę negauit ſecundùm hiſtoriæ veritatẽ, ſed debere intelligi per tropum & figurã. Nec defuerunt etiã Chriſtiani, qui cum baptizarentur, frontẽ ſignabant ferro cãdenti, quod faciebãt, quia prędicauit Ioannes Baptiſta de Chriſto, Matth. cap. 3. quod eſſet baptizaturus



Spiritu ſancto, & igne. Ex quibus patet, quàm ſit neceſſarium in lectione ſacræ Scripturæ aduertere, quæ ſunt figuratè accipienda, quæ verò ſecundum hiſtoriæ veritatem, & ſenſum literalem.

### *Axioma ſextum.*

DOminus IESVS CHRISTVS corpus habet myſticum, quod eſt Eccleſia, cuius ipſe caput eſt. Hoc
62 axioma † in primis eſt addiſcendum, & memoriæ mandandum. Nam vt refert D. Auguſtin. lib. 3. de doctrina Chriſtiana à cap. 31. vſque ad finem libri, in eo ſunt veluti claues, quibus plurimùm iuuantur ſtudioſi in intellectu ſcripturarum. Siquidem propter cõnexionem capitis ad corpus, ſacra Scriptura ſub eodem contextu exprimens Chriſtum myſticum, ex capite, quod eſt perſona Chriſti, & ex corpore, quod eſt Eccleſia fidelium, quædam dicit, quæ referuntur ad perſonam Chriſti, quædam verò, quæ tantùm ad corpus (v.g.) Iſaiæ. 61. [Induit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit, quaſi ſponſum decoratum coronis, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.] In quo clare videtur fieri ſermonem de capite, & corpore, hoc eſt de perſona Chriſti, & eius Eccleſia: & Cantic. 1. dicitur: [Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino.] Primum orationis membrum ſunt verba Eccleſię optantis coniunctionem cum Chriſto ſpõſo, & quòd matrimonium ſpirituale, quod iam olim erat initiatum per fidem & charitatem, carnali copula conſummaretur, quæ nuptiæ in ipſa incarnatione filij Dei conſummatæ ſunt.

### *Axioma ſeptimum.*

63 MEmbrum † intelligitur de corpore Domini vero, atq; permixto ſiue ſimulato: [D. Auguſtin. de corpore Domini bipartito, ſicut dicebat Ticonius: Eccleſia, quæ eſt corpus Domini myſticum, in hoc ſæculo eſt velut ſagena nõdum in littus tracta, & ideo habet malos permixtos cum bonis, quouſque in extremo iudicio ſeparentur. Propter iſtam permixtionem aliquãdo in ſacra Scriptura mali commendantur cum bonis, & è contra boni vituperantur cum malis, vt Oſeæ. 11. [Puer meus Iſrael, & dilexi eum.] Quo loco totus populus fidelis commendatur propter bonos; cõtra verò Iſai. 1. [Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus pręſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit,] quo loco boni propter malos vituperantur. Aliquando etiam in eodem contextu explicatur, quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, vt Cantic. 1. [Nigra ſum, ſed formoſa] prima particula propter malos appoſita eſt. Secunda verò propter bonos, & ſubdit, [Sicut tabernacula cedar] quę erant viliſsima, & abiecta. [Sicut pelles Salomonis,] quæ erant pulcherrimæ.

### *Axioma octauum.*

QVædã ſub eodẽ contextu de figura, quędã de re figurata dicũtur, nec receditur à ſenſu literali. Ticonius axioma hoc appellat de promiſsis &
64 lege; Auguſt. de ſpiritu & litera, † iiſdem verbis effert (v.g.) [Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium,] ad literam de Salomone dicuntur, qui eſt expreſſa figura Chriſti; ſimul etiam de Chriſto intelliguntur, quia in eadem contexione quædam dicũtur, quæ ſoli Chriſto conueniunt, vt illud: [Stabiliam thronum regni in ſempiternum:] quædam verò, quæ ſoli Salomoni, ſicut illud. [Si iniquè aliquid geſſerit, arguam eum, & virgâ viro-

gã virorum & in plagis filiorum hominum. ſimiliter Matt.24.ab illis verbis: [cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta:]ad literam loquitur de exilio temporali quæ facta eſt à Tito & Veſpaſiano, ſimul etiam de extremo iudicio cuius fuit ymbra quædam & veſtigium calamitas illa temporalis. Dicuntur enim quædam quę non verificantur niſi de extremo Iudicio.vt illud:[Erit enim tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, nec fiet, & niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur:] mixtim ergo de vtraque tribulatione ad literam loquitur.Idem fit Iſaiæ 14.in illis verbis:[Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer.qui manè oriebaris: corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo:in cælum conſcendam,ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum:]quibus in verbis ſub figura Regis Babylonis loquitur de caſu Luciferi:& multa dicuntur.quæ ad literam de diabolo intelliguntur.

*Axioma nonum.*

65 DE genere ad ſpeciem & de ſpecie ad genus ſæpe tranſitur. † Sicut Iſaiæ.13.loquens contra Babylonem ſpecialiter,continuo de toto mũdo generaliter loquitur[Onus Babylonis à ſummitate cæli dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnẽ terram, & rurſus reuertitur contra Babylonem ſpecialiter:ecce ergo ſuſcitabo ſuper vos Medos qui argentum non quærant.]Darius enim Medus cum Cyro nepote ſuo interfecit Balthaſar Regem Bobylonis,capta vrbe:vt habetur Daniel.5.

A*xioma decimum.*

66 ALiquãdo ponitur pars tẽporis pro toto tẽpore. † Per Synecdochen, ſicut Matth.12.dicitur. [filius hominis erit in corde terræ tribus diebus: & tribus noctibus:] cum tamen prima dies, & tertia non fuerint integræ: dies enim Sabbati ſola fuit integra, ſolum enim triginta ſex horis iacuit corpus exanime in ſepulchro ſimiliter Geneſ. 15. dicitur Abrahæ: [Semẽ tuũ erit peregrinũ quadringẽtis annis:] at Exod. 12. de eadẽ peregrinatione dicitur,quòd manſio filiorũ Iſrael in terra Ægypti fuit quadringẽtorum triginta annorum, quia cõputatio huius maioris numeri incipit à tempore, quo dictum eſt Abrahæ Geneſ.12.[Egredere de terra tua, & de cognatione tua:]computatio autem minoris numeri incipit à natiuitate Iſaac, quæ fuit triginta annis elapſis poſt egreſſum Abrahę de Arã. Aliquando etiam tempus præteritũ vſurpatur pro futuro,vt Iſaiæ.9.[Paruulus datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis:] Igitur in iſta variatione temporum oportet Iudicem eſſe vigilem,vt conciliet loca,quæ ſecundũ ſpeciem videntur diuerſa, aut vt intelligat tropum orationis.

A*xioma vndecimum.*

REcapitulationes & anticipationes diſtinctæ conſiderentur. † [In ſacra enim ſcriptura non ſemper eodem ordine geſta & facta ſcribuntur quo facta ſunt,ſed aliquando, priora poſtponũtur per recapitulationem, vt Geneſ.10.dicitur de filijs Noe:[Ab his diuiſæ ſunt inſulæ Gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecũdùm linguam ſuam:†Et poſtea cap. 11. dicitur:[Erat autem terra labij vnius,& ſermonum eorundem.] Ex quo patet,quòd prędicta diuiſio linguarum per anticipationẽ dicta fuit. Et Moyſes.2.cap.poſtquàm capite 1.deſcripſiſſet creationem cæli & terræ, & partium mundi diſtinctionem, & ornatum earum, collegit per recapitulationem.[Iſtæ ſunt generationis cæli & terræ,in die quo creatæ ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum, & terram.



*Axioma duodecimum.*

DIabolus iniquorum caput eſt: & ipſi illius corpus. Nam (vt dicit
68 Gregorius homel. 10. Iniquorum † omnium diabolus caput eſt,cuius capitis membra ſunt omnes iniqui, propter quam connexionem ſcriptura loquens de capite,tranſit ad membra,& è conuerſo,ſicut apparet in loco allegato Iſaię 14.loquens de Rege Babylonis,qui erat membrum diaboli,tranſit ad ipſum diabolum:Quomodò cęcidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris?& Ezechiæ 18.loquens de principe Tyri, tranſitum facit ad diabolum: Tu Cherub ſignaculum ſimilitudinis,plenus ſapientia, perfectus decore, in delicijs paradiſi tui fuiſti:]

Hæc igitur axiomata Auguſtini ſcitu dignißima ſunt:ex ijs enim ma-
69 nifeſtè † veram methodum, & viam inueniendi ſenſum literalem quiuis aſſequetur,vt ſacram ſcripturam intelligat,iuxta explicationem ſanctorum,quos habemus à Deo duces: & in hac re debemus poſteriores ſequi. Quapropter D. Paul. ad Epheſ. 4. alios dedit Prophetas, alios Apoſtolos,alios Euangeliſtas, alios paſtores & doctores.]

70 Deinde ſecundus † locus ad hęreſim deprehendendam & reuincendam eſt explicatio Eccleſiæ,quæ baſis eſt veritatis, in qua præſidet Papa Chriſti vicarius, cuius intereſt fidelibus tradere certißimam cognitionem in his quæ pertinent ad fidem, & mores.

71 Tertius † ex ipſa ratione naturali diſcimus aliquando intelligentiam literæ, cum ſenſus optimè quadret textui,conſentientibus literæ circunſtantijs:talis enim ſenſus apud Auguſtinum locis ſuprà citatis eſt literalis.

72 Quartus communis conſenſus † Eccleſiæ,aut Conciliorum, aut ſummorum Pontificum ſenſus eſt literalis:verbi gratia.Concilium Conſtantienſe, illum locum Ioan.6.Niſi manducaueritis carnem filij hominis,] de manducatione corporali & ſacramentali explicat.Præterea, quando ipſa ſacra ſcriptura ſeipſam explicat, probando aliquod dogma fidei, ille eſt ſenſus literalis,ſicut in Actis Apoſtolorum c.13.explicatur illud[Ego hodie genui te.]De reſurrectione Chriſti, & illud Pſal. 2. & 15. [Non dabis ſanctũ tuum videre corruptionem] de corpore Chriſti, quod non eſt in ſepulchro corruptum, & in pulueres conuerſum,apertè intelligitur.Et tãdem,quando omnes ſancti vnanimiter amplectũtur aliquem ſenſum pro literali,ſicut in concilio VI.Conſtantinopolitano omnes Patres colligũt, in Chriſto eſſe duas voluntates,diuinam (ſcilicet) & humanam ex illo Matth. 26. [Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu vis,talis aſſertio & conſenſus regula eſt certa in acquirendo ſenſum literalem.

*Axioma decimumtertium.*

SEnſus dubius literalis teſtimonio ſacræ ſcripturæ innoteſcit [Siquis dicat:Quis ſciet ſenſum literalem intẽtum à Spiritu ſancto eſſe illum, quẽ voces exprimunt in propriã, vel trãſlatitiã ſignificatione.Pręterquã quod ex ſupradictis ex parte remanet ſolutum,reſpondetur, quòd ex teſtimonio ſcripturæ id dignoſcetur, ſi locus ille dubius citetur in alio, vt illud Pſalm.

Pſalm.109.[Dixit Dominus Domino meo, adducitur à Chriſto Matth. 22. [Quomodo ergo Dauid in ſpiritu &c.]& illud,Os nõ cõminuetis ex eo] adducitur etiã à Ioanne: Vnde infertur † nullum eſſe inconueniẽs plures
73 ſenſus literales eſſe vnius & eiuſdẽ loci,vt docet D.Tho.1.p.q. 1. art.10.ad 1.& Auguſt.12. confeſſ.c.20. & 25. & 3.de doctrina Chriſtiana c.27. & lib. 1.de Gen.ad literam c.191. vbi ait nõ inconuenienter credere fideles autorem ſacrum multa ſenſa in eadẽ ſcriptura intellexiſſe, cum ex ipſa contextura,& circumſtantijs illud probari poſsit.Idem docuit 3.de doctrina Chriſtiana cap.2.ſed pulchrius de hac re diſputat lib. 12. confeſſ.à cap. 20.per ſequentia vſque ad finem, explicans illum locum Geneſ.1.in princip.[Fecit Deus cælum & terram:]in
74 principio(inquit) †ad literam ſignificat in principio temporis. Præterea ſignificat in principio,in filio ſuo, in Sapientiâ(ſcilicet)genita,quę eſt principium effectiuum ipſarum rerum, tertia in principio ſignificat etiam in ipſo exordio faciendi ac operandi, ſcilicet in ipſo principio ordinis, antequam quicquam feciſſet, fecit cælum & terram: & cap.26.dicit, quòd ſi Deus dediſſet illi ſpiritum quem dedit fideliſsimo Moyſi, ad loquendum iſtas veritates, talem ſpiritum optaret ſibi à Deo dari, vt in pauciſſimis verbis prolatis multi multas fideles & veras ſententias intelligerent. Eandem ſententiam docet D. Thomas D. Auguſtini fideliſsimus interpres.1.parte quæſtione 46. artic. 3.vbi dicit illum locum [In principio creauit Deus cælum & terram.] ſecundum triplicem expoſitionem ſuprà allatam deſtruere tres errores fidei aduerſarios. Nam ſecundum primam euertitur error dicentium mũdum & tempus fuiſſe ab æterno. Iuxta ſecundam deſtruitur error Manichęorum conſtituentium duo principia, vnum bonum ſcilicet rerum ſpiritualium,alterum malum ſcilicet rerum corporalium. Tandem ſecundum tertiam expoſitionem, iugulatur error affirmantium creaturas ſpirituales eſſe per longiſsima ſæcula creatas ante corporales: ex qua explicatione Cõcilium Generale Lateranenſe de ſumma Trinitate cap. firmiter. definit, quòd Deus ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam,ſpiritualem & corporalem, Angelicam (videlicet) & mundanam. Inſuper à pluribus ſanctis multipliciter ad literam explicatur locus ille Pſalm. 2.[Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te: qui ad literam intelligitur de æterna generatione. Secũdo de natiuitate tẽporali ipſius Chriſti. Tertiò de reſurrectione poſt mortem. Iuxta quam explicationem D. Paulus in actis Apoſtolorum cap. 13. probat reſurrectionem Chriſti, dicẽs. [Et nos vobis annunciamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſsio facta eſt, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs veſtris,reſuſcitans Ieſum, ſicut in Pſal.2.dictum eſt[Filius meus es tu,&c.Vltimo manifeſta fit hęc veritas ex D.Thom.de potẽtia.q. 4. art. 1.vbi dicit in lectione ſacrarum ſcripturarum plures poſſe reperiri ſenſus ſub vna litera,cuius rationem adfert, quoniam ad dignitatem ſcripturæ Diuinæ pertinet, vt ſub vna litera multos ſenſus contineat,vt ſic diuerſis hominum intellectibus cõueniat. nam Spiritus ſanctus, qui autor eſt huius diſciplinæ, ſimul intendit multos ſenſus, qui poſſunt adaptari eidẽ ſcripturę cõueniẽter ad corroborãdã fidẽ,nã quot ſẽſus literales habẽt fideles,tot argumẽta efficacia producere poſſunt contra impugnatores fidei.

*Axioma*



### *Axioma decimumquartum.*

Senſus ſpiritualis ſacræ Scripturæ ſupereminet literali.Quin ex ſenſu
75 ſpirituali † ſcripturæ ſumi poſſit efficax argumentum ad fidei veritates conuincendas,& quis ſenſus ſit pręſtãtior, literalis ne an ſpiritualis,non res adeò facilis & manifeſta eſt. Vt tamẽ clariùs in hac re procedamus, dici-
76 mus:In † omnibus ſcripturis veteris Teſtamenti, tam hiſtorijs, cæremonijs,ſacrificijs, & præceptis iudicialibus, cum legalibus ſenſus ſpiritualis eſt eminentior & præſtantior, quàm literalis.Hæc ſententia deſumpta eſt ex Origene 4. periarchon. cap.2. vbi comparat ſenſum ſpiritualem animę, literalem verò corpori:cõſtat autem animam nobiliorẽ eſſe corpore.Idem habuit Philo Iudæus, vt refert Euſebius 2.lib.Eccleſiaſt.hiſtor.cap.17.vbi inquit vniuerſam legis ſcripturã animãti ſimilem eſſe, in qua ſuperficies verborũ corpori, ſenſus verò in verbis reconditus ſit loco animæ. Item Cyrillus in Prologo ſuper Leuiticum comparat ſpiritualem ſenſum legis diuinitati Chriſti,literalem verò eius humanitati:ait enim quòd ſicut in nouiſsimis diebus verbum Dei ex Mariæ carne veſtitum proceſsit,& aliud erat quod videbatur,humanitas ſcilicet:aliud verò quod intelligebatur,& credebatur,ſcilicet diuinitas; ita etiã aliud eſt quod per verba ſignificatur, ſenſus (ſcilicet) literalis: aliud verò quod in ipſis rebus latet, quod quidẽ à paucis ſentitur, nempe ſenſus ſpiritualis,quod videtur inſinuare Paulus 2.ad Corint.3.loquens fidelibus, quibus explicabat myſteria legis: [Epiſtola(inquit) eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis,& ſcripta non atramento,ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus] & iterum: [Idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti,non literæ,ſed ſpiritus, litera enim occidit, ſpiritus viuificat. Quibus in verbis clarè docet vetus Teſtamentum non carnaliter,ſed tantùm ſpiritualiter eſſe intelligendum,quod in Chriſto, eiuſq; ſacramentis impletur. Sed Iudæi vſq; in hodiernum diem velamen, quod Moyſes ponebat ſuper faciem ſuam, habent poſitum ſuper cor,ne poſsint in ſcripturã Chriſtũ intelligere; cùm verò conuerſi fuerint ad Dominum, auferetur ab illis iuxta illud Pſalm. [Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tuâ.] Atque huc pertinet illud Lucæ 24. [Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas] quod in Chriſti paſsione præfiguratum fuit, vbi velum templi ſciſſum eſt,& ſacramenta, quæ eo vſque occulta erant, patuerunt. Hoc ipſum docet D. Auguſt. lib.3.de doctrina Chriſtiana. cap.5. explicans in eandem ſententiam illud Apoſtoli,2. Corint.3.[Litera occidit,ſpiritus autem viuificat:]Ea(inquit) eſt miſerabilis animæ ſeruitus, ſigna pro rebus accipere,& ſupra creaturam corpoream oculum intellectus,ad hauriendum ęternum lumen leuare non poſſe, & poſtremò ipſo nomine admonemur, quantùm diſtet ſenſus literalis ab ſpirituali:dicitur namque ſpiritualis à ſpiritu creato qui reconditus ſub literæ cortice continetur, literalis verò, quia poteſt facillimè videri, Quapropter idem D. Paulus 1. Corinth. 9. referens illud: [Non alligabis os boui trituranti.] Concludit: [Nunquid de bobus cura eſt Deo.]Quaſi dicat,minimè:Et ita ſubdit:Nonne propter nos vtiq; hæc dicta ſunt?quibus in verbis clarè conſtat in his locis ſenſum ſpiritualẽ eſſe præcipuum & potiorem ipſo literali, ſed probatur hoc idem hac ſola ratione:ſenſus ille eſt pręſtantior,qui pręcipuè

cipuè

cipuè intenditur à Spiritu ſancto: atqui in locis veteris Teſtaméti:in quibus traduntur cæremoniæ, legalia præcepta,cæremonialia & id genus alia,erit ſenſus magis intentus ſpiritualis;quia omnia in figura contingebant illis, vt dicebat Paulus: ergo in his omnibus locis ſenſus ſpiritualis eſt potior,& præcipuus quàm literalis.

*Axioma decimumquintum.*

77 SEnſus literalis in ordine ad ſcripturam potior eſt ſpirituali. Diximus id que verum eſt in aliquot ſcripturę locis ſenſum ſpiritualem ſupereminer re literali. Attamen in cõmuni & generali loquendo, comparando inter ſe iſtos ſenſus in ordine ad vniuerſam ſcripturam,ſenſus literalis potior eſt ſpirituali. Hæc ſententia eſt Burgenſis, & cõmunis inter ſanctos: Primò,quia ſenſus ſpiritualis ſemper debet fundari in literali, neque ſine illo conſtare poteſt. Secundò nullus locus ſcripturæ,nulla eiuſdem particula caret ſenſu literali, at ſpiritualis nõ in omnibus inuenitur. Ergo confirmatur,quia ſenſus literalis patet omnibus legentibus ſacram ſcripturam quod nõ ita ſe habet in ſpirituali:quo fit vt literalis ſit vniuerſalior & communior.Probatur præterea,quia nullus eſt ſpiritualis ſenſus in aliqua parte ſcripturæ, qui non ſecundum hiſtoriam & ad literam contineatur in aliquo loco eiuſdem ſcripturæ: ergo ſpiritualis ſenſus dignitate materiæ non excedit literalem. Et hoc docebat D.Auguſtinus 2. de doctrina Chriſtiana.c.6.vbi dicit : Nihil enim fere de obſcuris ſcripturis ſpiritualiter,quod non pleniſsimè dictum alibi ſecundum hiſtoriam reperiatur.

*Axioma decimumſextum.*

78 IN præceptis moralibus ſenſus literalis præfertur ſpirituali †. Dicimus in locis veteris Teſtaméti, in quibus traduntur præcepta moralia, tum & in alijs locis legis Euangelicæ,ſenſum literalé potiore ſpirituali. Quia huiuſmodi præcepta non præfigurabant res nouæ legis, & ita permanſerunt in noua lege,ergo ſenſus principaliter intentus eſt literalis:Eadem ratione poteſt probari ſcripta legis Euangelicæ habere ſenſum literalem digniorem, quia non propter aliam legem tradita ſunt,ſicut cæremonię veteris Teſtamenti.

*Axioma decimumſeptimum.*

79 EX ſpirituali & literali ſenſu ducitur argumentum efficax ad cõuincendos errores fidei †. Huius ſententiæ prima pars ex D. Auguſtino eſt Epiſt.48.cõtra Donatiſtas ad Vincentium:probabant illi ex ſenſu quodam ſpirituali, Eccleſiam ſolum pertinere ad ipſos, & ita ait [Quis non impudentiſsime ex aliquo ſenſu ſpirituali ſumi poſſe efficax argumentum negauerit; ]Poſt D. Auguſt. in eandem venit opinionem D. Thom. quodlib.7.art.14.ad.4.&.1.p.quæſt. 1. art.10.ad.1.Secunda verò pars,in qua maior eſt difficultas,probatur in hũc modũ. Tota ratio, propter quam ex literali ſenſu poteſt ſumi efficax argumentum,ea eſt, quòd certum ſit intendi a Spiritu S. ergo ſi conſtet aliquem ſenſum ſpiritualem intentũ eſſe à Spiritu ſancto, poterit ex illo re uerâ duci efficax argumentum. Vbi ergo conſtabit vel ex ſcriptura, vel ex autoritate ſanctorum, vel ex Cõcilio ſenſum ſpiritualem in aliquo loco intẽdi à Spiritu ſancto, ſumi poterit ex illo efficax argumentũ, quod facit D. Paulus in interpretatione illius loci:[Non alligabis os boui trituranti:]ex quo efficaciter conuincit doctores & paſtores nõ eſſe ſua mercede fraudandos.Et cõfirmatur, quia ex



ex locis ſcripturæ parabolicis,& Metaphoricis(in quibus multiplex poteſt aſsignari ſenſus literalis,)† nunquam
80 duceretur efficax argumentum,donec conſtet per Eccleſiam de ſenſu legitimo literali.Si ergo hoc idem cõſtat de ſenſu ſpirituali, non eſt cur hanc efficaciam ab eo ſecludamus, aut aſſignetur maior ratio vnius quàm alterius. Hanc ſententiam habuit D. Auguſtinus Epiſtolâ ſuprâ citatâ, vbi (vt diximus) confutans illorum errorem ait: [Quis non impudentiſsimè notatur aliquid in allegoria poſitum pro ſe interpretari, niſi habeat manifeſta teſtimonia, quorum lumine manifeſtentur obſcura? Si ergo hæc teſtimonia pro ſe habeat, re verâ poterit pro ſe illam ſcripturam interpretari.] Huius autem rationem aſsignabat D Thom.1.p.q.1.art.10. & quodlibet 7.art. 14. vbi docebat, regulariter loquendo, † ex ſenſu ſpirituali nõ
81 duci efficax argumentum,niſi cognitus ſit literalis; quia (inquit) ipſâ naturâ ſimilitudinis, in qua fundatur ſenſus ſpiritualis, quoniam vna res, pluribus ſimilis eſſe poteſt, non licet ad vnã aliquam determinatè procedere. Quod etiã docet D. Dionyſius Epiſtola ad Titũ,dicens:Theologiam ſymbolicã,ideſt,ſpiritualem,non eſſe argumentatiuã,quia de ſe non eſt determinata ad aliquid vnum ſignificandum;cuius contrariũ regulariter contingit in ſenſu literali:ſi tamen determinaretur, ex ſcriptura ad aliquid vnum ſignificandum, vel ex autoritate ſanctorũ,vel ex aliquo etiã Concilio, tunc re verâ duceretur efficax argumentum, ad res fidei comprobandas ex tali loco ſpirituali.

*Axioma duodeuiceſimum.*

QVi ſint libri canonici,noſſe oportet.Quia diximus ex ſcriptura ſacra potiſsimum hæreſim conuinci, proponitur eſſe neceſſe vt ſciat Inquiſitor,qui libri ſint canonici, & per-
82 tineant ad ſcripturã ſacram.† Ad Eccleſiã vniuerſalẽ pertinet hoc diſcernere:huiuſmodi enim poteſtas cõſtituẽdi libros canonicos,tantùm fuit in Eccleſia tẽpore Apoſtolorũ:ipſi enim ſcripſerunt nobis totum nouum Teſtamentũ, quod autẽ dicimus de nobis reſpectu noui Teſtaméti, dicendũ eſt de Apoſtolis reſpectu veteris, nã reſpectu illius erant tantùm iudices ad explicandũ, quæ eſſet ſcriptura ſacra,hoc enim intereſt inter nouũ & vetus Teſtamentum, quòd in veteri nõ ſimul fuerũt eodẽ tẽpore omnes ſcriptores, in nouo verò omnes ſcriptores fuerũt tẽpore Apoſtolorũ. Poſtea autem neq; fuit, neq; futurus eſt ſcriptor Canonicus. Huius diuerſitatis ratio eſt, quia ante Chriſti aduentũ magis ac magis explicabatur fides, quo magis ad Chriſtũ accedebat:at poſt aduentũ Chriſti nõ magis explicatur,quia in ipſo Chriſto,& Spiritus ſancti miſsione habuit ſummam explicationẽ. Ex quibus patet, quàm malè errauerit VVicleffus, quem ſequuti ſunt Lutherani, aſſerentes ſanctã ſcripturam nõ egere approbatione Eccleſiæ, ſed ex eadẽ eſſe iudiciũ ſumẽdũ. Eorũ error ex eo cõuincitur, quia aliqui hæretici reiecerũt Euangelia, dicentes nõ eſſe canonica.Alij negarunt vniuerſalẽ legẽ Moyſis, alij vtrumq; Teſtamentũ,& inter Catholicos aliquando fuit diſſenſio de libro Tobiæ, & alijs cõpluribus, vtrùm eſſent Canonici, quod quidẽ ex ipſis libris diffiniri non poſſet,quia ipſa ſcriptura iudex mortuus eſt.Ex quo dicebat D.Auguſt.cõtra Manichęos[Euãgelio nõ crederem, niſi me moueret autoritas Eccleſię]illa enim eſt prima regula,columna, & firmamẽtum veritatis,1.ad Timot.3.c.hæc regula habetur ex Concil.Toletan.1.in vltima

regula fidei. [Si quis dixerit, vel crediderit alias eſſe ſcripturas canonicas, quàm eas, quas Eccleſia recipit, anathema ſit.] Quæ verba refert D. Auguſtinus Epiſt. 119. de tempor. eſt etiam regula Auguſtini lib. 12. contra Fauſtum c. 4. & lib. 28. c. 4. & lib. 33. c. 6. & lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. contra Epiſtol. Manichæi c. 5. vnde deſumptum eſt illud: [Euãgelio non crederem, niſi me Eccleſiæ commoneret autoritas.] Irenæus lib. 3. cõtra hæret. Driedonius lib. 1. de Eccleſ. dogmat. c. 1. & 5. VValdenſ. lib. 2. doctor. antiq. fidei. c. 20. Hinc fit conſequens, quòd nullius doctoris eſt tanta autoritas, vt illi ſoli in tanto negotio ſtandum ſit: verùm quòd D. Hieronymo vtcunq; in hac parte defertur, hoc fit propter viri ſanctitatem, & eruditionem, ac ſolicitudinem: non tamen eſt habendus pro regula infallibili, vt voluit Eraſmus in ſcholijs ſuper prolog. Biblior. quẽ videtur ſequi Caietanus in fine Cõmentariorum in libros hiſtoriales veteris Teſtamenti, dicens
83 ipſum Hieronymum † eſſe regulam fidei in conſtituẽdis libris canonicis. Nam & ſi Gelaſius Papa. c. ſancta Romana Eccleſia. diſtinct. 15. affirmat ſe recipere & reijcere libros, quos recipit, & reijcit Hieronymus, nõ loquitur ipſe Papa de libris canonicis, ſed de alijs libris aliorum autorum, qui tamen ſuſpecti ſunt in fide, in quibus ſequendis, & reijciendis docet Hieronymum eſſe rectam regulam. Eiuſmodi enim autoritas infallibilis, quæ reſidet in Eccleſia, nulli priuato homini communicari poteſt. Hoc tamẽ loco aduertendum eſt non minoris autoritatis eſſe Eccleſiã præſentem, atque fuit antiqua Apoſtolorũ, contra Durandum in 3. diſtinct. 24. q. 1. Gerſon. & Driedon. & VValdenſ. vbi ſuprà.

*Axioma vndeuiceſimum.*

84 AD Cõcilium † Generale legitimè congregatum pertinet diſcernere, quis liber ſit Canonicus. In rebus fidei non poteſt errare Concilium, vt ſupra dicitur: ideo Concilium Tridẽtinum declarauit ſeſſ. 4. qui libri ſint Canonici cũ omnibus ſuis partibus, quæ veritas tanquam certa ſecũdum fidem Catholicã, ab omnibus ſanctis & Doctoribus ſcholaſticis aſſeritur. De qua re videndi ſunt D. Auguſt. in Epiſtola 118. & ſeqq. & in libr. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas. c. 18. & D. Gregorius lib. 1. Epiſtolarum, Epiſtola 24. & refertur 15. diſtinct. c. ſicut.
85 vbi ait † ſe venerari quatuor Concilia generalia, ſicut Euãgelia quatuor. Turre-crem. lib. 3. ſummæ c. 58. & Canus lib. 5. de locis Theolog. c. 4. Et patet teſtimonio Iſidori, & habetur 15. diſt. c. canones. vbi loquẽs de Concilijs, dicit: [Concilia, quæ ſancti Patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt,] & in c. violatores eâdem diſtinct. dicit Da-
86 maſus Papa: [Violatores † Conciliorũ & ſacrorũ canonum grauiter à ſanctis Patribus iudicãtur, & à Spiritu ſancto, cuius inſtinctu congregati ſunt.] Et tandem confirmatur, quia Spiritus ſanctus aſſiſtit Cõcilio legitimè congregato, & eius inſtinctu fiunt & decernuntur, quæcunq; in illo ſtabiliuntur: ergo non poteſt errare. Antecedens probatur ex Actis Apoſtol. cap. 15. quo loco Acta Cõcilij ab Apoſtolis celebrata hoc modo exordiuntur: [Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis] & Matth. 28. [Ego vobiſcũ ſum (inquit Chriſtus) vſq; ad conſummationẽ ſæculi:] & Ioan. 14. [Ego rogabo Patrem, & aliũ Paraclẽtũ dabit vobis, ſpiritum veritatis, qui maneat vobiſcũ.] Ex quibus locis talis promiſsio colligitur, facta nõ ſingulis Chriſtianis, cũ dicat [vobiſcũ] ſed Apoſtolis: & nõ tãtũ illis perſonaliter, ſed etiã eorũ ſucceſſorib. Epiſcopis ſcilicet, quia dicit [vſq; ad cõſummatio-



ſummationẽ ſęculi:] & tamẽ Apoſtoli non erant perpetuò duraturi: ergo neceſſe eſt dicere, quòd cum Spiritus ſanctus aſsiſtat plenario Cõcilio, errare nõ poterit in definitione fidei, nec in libris canonicis aſsignandis.

*Axioma viceſimum.*

AD † ſedem Apoſtolicam pertinet
87 diffinire, an liber ſit canonicus. Ex Nicolao Papa in c. ſi Romanor. 19. diſtinct. & ex c. maiores. de Baptiſmo. [Maiores Eccleſiæ cauſæ ad ſedem Apoſtolicam ſunt referendæ,] idem habetur in Concil. Nicæno, cap. 18. & 19. & Iulius Papa in Epiſt. ad Epiſcopos Orientales, & in c. damnamus. de ſumma Trinit. & fide Cathol. habe-
88 tur, quòd † Romana Eccleſia eſt omnium mater, & magiſtra. Idem habetur in c. vnic. de ſumm. Trinit. libr. 6. Ratione probatur, quia Sum. Pontif. in rebus fidei diffiniendis errare non poteſt, vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 1. art. 10. Caietan. in tract. de primatu Eccleſiæ Romanæ. c. 13. & de autoritate Papæ, & Concilij c. 9. & Turre-crem. lib. 2. ſummæ Eccleſiæ cap. 109. Canus de loc. Theolog. libr. 6. per totum, & nos alibi. At illi præcipuè omnes, & alij innumeri plurima recitant teſtimonia Pontificum, ſanctorum Patrum, & antiquorum Conciliorum hanc veritatem affirmantium. Et patet ex illo Matth. 16. vbi interrogãte Chriſto diſcipulos: [Quem dicunt homines eſſe filium hominis?] reſpõdit Petrus primò: [Tu es Chriſtus filius Dei viui:] propter quod audiuit: [Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam:] vbi Chriſtus Petro promiſit tanquam ſuo vicario infallibilem in decernendis rebus fidei autoritatem, quam alijs Apoſtolis non promiſit, & Lucæ 22. dicitur: [Simon, ecce Sathan expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autem oraui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando cõuerſus, confirma fratres tuos:] Vbi ſatis ſpecialiter Chriſti verba referuntur ad Petrum, tãquam ad vicarium, qui futurus erat aliorum iudex, & regula: ergo nequaquam poterit errare in libris canonicis aſsignandis.

*Axioma viceſimumprimum.*

LIbri qui ſint apocryphi, qui indubij, & qui dubij noſſe conuenit. Triplex eſt ordo librorum, qui in Bi-
89 blijs continẽtur. † Primus eſt eorum, qui ſemper ab Eccleſia apocryphi ſunt iudicati. Hi ſunt 3. & 4. Eſdræ. 3. & 4. Machabęorũ & liber Paſtoris, qui modò non reperitur. Ex his ergo nullum efficax argumentum pro fide ſumitur, quãuis inde trahatur aliquid probabile. Secundus ordo eſt eorum, de quibus nunquam eſt dubitatũ, an ſint canonici. Hi ſunt. Pentateuchus Ioſue, Iudicum, liber, Eſther, quatuor libri Regum, 1. & 2. Paralipom. 1. & 2. Eſdræ, Iob, Pſalteriũ, Salomonis Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cantica, 12. Prophetæ maiores Baruch excepto, Quatuor Euãgeliſtæ, omnes Epiſtolæ Pauli, præter eam quæ eſt ad Hebræos. 1. Petri. 1. Ioannis, Acta Apoſtolorum, hoc patet in Concilio Laodic. c. 59. Tertius eſt eorũ, de quibus olim inter fideles fuit dubitatũ, hi ſunt: Tobias, Iudith, Baruch, Sapientia, Eccleſiaſticus, Duo primi Machab. Epiſtola ad Hebræos, Iacobi, 2. Petri, Duæ vltimæ Ioannis, Epiſtola Iudæ, Apocalypſis, Epiſtol. ad Hebræos Spiritus ſancti virtute recepta eſt in Concil. Nicæno, vt Autor eſt S. Thom. ſuper eam Epiſtolã, & Concil. Epheſinum, probat ex ea Chriſtum factum eſſe Pontificem, & Apoſtolum confeſsionis noſtræ.

### *Axioma viceſimumſecundum.*

90 HÆreticum eſt negare aliquem li-
brum,qui in 2.& 3.ordine conti-
nentur.Probatur quia omnes,qui mo
do circumferuntur, recipiuntur vt
canonici in Concil. Laodicenſ. c. 59.
& in.c.3.Carthagin.cõfirmato à Leo-
ne IIII.habetur in.c.de ribellis 20.di-
ſtinct.& VI.Synodo Generali,cap.47.
& in Concil.Florẽtino,& Concil.Tri
dentino ſeſſ.4.& Cõcil.Toletano IIII.
c.16.Gelaſius etiam cum ſeptuaginta
Epiſcopis idem diffinit:vide Canum
lib.2.cap.6.

### *Axioma viceſimumtertium.*

91 HÆreſis eſt Dei verbo & ſcripto
tradita & inde conſequentia ne-
gare. Dicimus hæreticum eſſe nega-
re,non tantũ ea,quæ immediatè per-
tinent ad fidem; id eſt, ea, quæ Deus
verbo vel ſcripto Eccleſiæ tradidit;
verum etiã ea,quę mediatè pertinẽt:
id eſt,quæ ex prioribus euidenter cõ-
ſequuntur,Canus lib.12.cap.7.

### *Axioma viceſimumquartum.*

QVando dubium eſt de ſcripturæ
92 ſenſu,quia obſcurus eſt, Eccleſiæ
intelligẽtia eſt germanus ſenſus. Pro-
batur,quia vtrumque depoſitum Ec-
cleſiæ ſuæ Chriſtus cõmiſit,& verbo-
rum & ſpiritus, iuxta illud Eſaiæ 59.
[Spiritus meus qui eſt in te, &c. Hac
ratione quippe promiſit Chriſtus Ec-
cleſię ſuę ſpiritũ veritatis.Ioan.14.15.
16.Alias enim non rectè conſuluiſſet
Chriſtus huic Reipublicæ ſuæ: id nos
docuit Chriſtus exemplo ſuo,dũ Lu-
cę 24.[Aperuit illis ſenſum,vt intelli-
gerent ſcripturas.]& Apoſtoli tradi-
derunt Eccleſiæ,alias haberet Eccle-
ſia ſine mente verborum ſonum.Tan
dem id confirmatur,quia Eccleſia eſt
columna & firmamentum veritatis:
ſed nil magis pertinet ad fidei firmi-
tatem quam interpretatio ſcripturæ:
exempla enim ſunt manifeſta, ſicut
Concil.Laterã.diffiniuit contra Abb.
Ioachim,patrem & filium eandẽ rem
eſſe ex illo Ioan.17.Ego & pater vnũ
ſumus,] & Concil. Epheſin.Spiritum
ſanctũ procedere à Patre & Filio ex
illo Ioann.15.[Quem ego mittam vo
bis à Patre]& c.16.de meo accipiet.

### *Axioma viceſimumquintum.*

93 EXplicatio ſcripturæ pertinet quo-
que ad Conciliũ,& ad Romanum
Pontificẽ.Hoc adde dummodo tamẽ
ille ſenſus ſit ſecũdum fidem admit-
tẽdus,ſicut Benedictus V.in extraua-
gan.Benedictus Deus in donis ſuis.iu
dicat hæreticos eos,qui dixerint ſan-
ctorum animas non videre clarè diui
nã eſſentiam, ſtatim vt à corpore mi-
grant:id quod accepit ex illo.2.ad Co
rint.4.Id enim,quod in præſenti mo-
mentaneum eſt,& leue:& c.5.ſcimus
enim,quoniam ſi terreſtris domus no
ſtra huius habitationis diſſoluatur,ędi
ficationem ex Deo habemus,&c.Ca-
nus lib.12.cap.7.

### *Axioma viceſimumſextum.*

COnſenſus ſanctorũ omniũ circa
94 intelligẽtiam ſcripturarum ipſiſ-
ſima eſt fidei Catholicæ veritas. Le-
gẽdus ad hoc Canus lib.7.c.3. q.5. &
lib.12.cap.7.q.4.

### *Axioma viceſimumſeptimum.*

95 SI ex Apoſtolorũ traditione cõmu-
nis vſus Eccleſiæ acceptarit aliquã
ſcripturæ intelligentiam, ea vt fidei
veritas tenenda eſt:[ſicut vſus Eccle-
ſiæ docet Petro & eius ſucceſſoribus
datã eſſe facultatẽ ſoluendi votum &
relaxãdi iuramẽta illis verbis.]Quęcũ
q; ſolueris,&c.]hęc de ſacra ſcriptura,
quæ quidem prima via eſt atque fir-
miſsima ad hæreticos reuincendos.



### *Axioma duodetriceſimum.*

HÆreticum eſt ea quæ ſunt à Chri
ſto & Apoſtolis traditione rece-
pta, reijcere. Secundũ præſidiũ † ad
96 detegendam hæreſim eſt Chriſti tra-
ditio per Apoſtolos ad nos trãſmiſſa.
Sic Paulus aſſeruit contra hæreticos
maximum Euchariſtiæ ſacramẽtum
ex Chriſti traditione. Ioannes quoq;
adducit ea, quæ viderunt & audie-
runt. Ita docet Clemens libr.1.reco-
gnitionum ad Iacobum fratrem Do-
mini,Tertullianus lib.de pręſcriptio-
nibus, Irenæus libr. 3. contra omnes
hæreſes,Origen.homil.5.ſuper Num.
Canus libr.3.c.3. Intelligendum hoc
eſt de traditionibus, quæ à Chriſto
per Apoſtolos ad nos dimanarunt,
quæ immutabiles ſunt;conſtitutiones
tamen Apoſtolicæ ab illis editæ, vt
Eccleſiæ paſtoribus ad morum guber
nationem mutari poſſunt. Secus ſi ad
fidẽ pertinent:ordines minores,ieiu-
niorum lex ex Apoſtolorũ traditione
habentur,& plurima ad fidem ſpectã-
tia,vt Virginitas ſacratiſsimæ Mariæ,
deſcẽſus Chriſti ad inferos, quòd Ec-
cleſia poſsit iuramenta relaxare,vota
diſſoluere, vt imagines veneremur,
vt aqua miſceatur vino.

### *Axioma vndetriceſimum.*

HÆreſis eſt Concilijs contradicẽ
re.Tertium pręſidium eſt Conci-
97 liorum † diffinitio. c.illa. 12. diſtinct.
c.Canones.c.ſicut.15. diſtinct.Turre-
crem. libr.3.de Eccleſ.c. 58. Alphonſ.
Toſtat.2.p.defenſorij,c.68.cum ſeqq.
Roffenſ.contra Luther.art.29.Canus
lib.5.de locis Theologicis cap.4.cum
98 ſequentib. † quiſquis enim ſciens cõ-
tradicit vniuerſalibus Concilijs ritè
& rectè congregatis, hæreticus per-
tinax eſt: quia ſic legitimè cõgregata
diuinam autoritatem habent, eorũq;
decreta, in his quæ pertinent ad fidẽ
& mores, pro veris Eccleſiæ diffini-
99 tionibus tenendæ ſunt † inquit enim
D.Gregorius lib.1.Epiſtol.

Quatuor prima vniuerſalia Con-
cilia,ſicut ſancta Euangelia, ſuſcipere
ſe ac venerari fatetur. Id ipſum do-
cuit Iſidorus libr.6.Etymolog. & Ca-
nus vbi ſuprà,quod Deuteronomi.17.
inſinuatũ eſt:& hæc forma dirimendi
lites præſcripta eſt à Chriſto Matth.
18. [Si Eccleſiam non audierit, &c.]
Canus lib.4.c.4.q.4.& libr.5.c. 4. q. 3.
vbi explicatur hęc regula dummodo
confirmata ſint à Romano Pontifice:
nam ante hanc confirmationem non
habent Concilia robur fidei.Et quidẽ
concilium Epheſin. II. etiam autori-
tate Leonis congregatum ſubſcripſit
erroribus Dioſcori, repugnantibus
Legatis Leonis, & Concil. Baſilienſ.
errauit etiam;accedente verò confir-
matione Pontificis conſilij diffinitio
Spiritus ſancti ſentẽtia cenſenda eſt,
ſicut dictum eſt ab Apoſtolis in Con-
cil.Hieroſolymitano: [Viſum eſt Spi-
ritu ſancto,& nobis.

### *Axioma triceſimum.*

NOn omnino inſtandum eſt Diœ-
ceſanis & Metropolitanis Con-
100 cilijs, † ex ſynodo Prouinciali & Epi-
ſcopali probabile quidem argumen-
tum ſumitur in iudicio fidei, non ta-
101 men vſque certum & infallibile: Et †
idem dicendum eſt de iudicio Inqui-
ſitorum fidei:de quo lege Canũ libr.
5.c.4. prope finem. Si tamẽ Cõcilium
Prouinciale vel Epiſcopale ſit confir-
matum autoritate Sum.Pont.cùm er-
rare non poſsit in definiendis rebus
102 fidei, ex illis † argumẽtũ efficax ſumi
poteſt ad confutãdas hæreſes. Quod
manifeſtũ eſt,quia cõcil. Hieroſol.nõ
fuit generale cõciliũ,ſed prouinciale

quoniam non aderant niſi quatuor Apoſtoli Petrus & Iacobus, Paulus & Barnabas, & tamē ibi dictum eſt: [Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.] Prætereà hoc ipſum confirmatur exemplo: quoniam Pelagius & eius errores condemnati ſunt in ſynodis Prouincialibus, ſcilicet Mileuitanâ cōfirmatâ ab Innocētio I. & in Arauſicana, & Carthaginenſi à Leone I. & Bonifacio confirmatis: Iouinianus item & Heluidius damnati ſunt in Concilio Telenſi confirmato à Syriaco Pontifice: & ex dictis colligitur, quibus vijs propoſitio hęretica deprehēdi poſsit.

### *Axioma triceſimumprimum.*

103 PErtinacia quid ſit, tenendum. Propoſitio hæretica eſt † aſſertio fidei contraria in Chriſtiano homine cum
104 pertinacia. † Pertinacia autem eſt cōſenſus deliberatus in errorem, quem certè ſcit eſſe contra doctrinam Eccleſię. Turre-cremata in ſum. de Eccleſia libr. 4. p. 2. c. 16. vbi viginti modos refert, quibus in hęretico cognoſcitur pertinacia, Franc. Pegna in 2. p. Director. com. 57.

### *Axioma triceſimumſecundum.*

PRopoſitio erronea quid ſit, attendendum. In ſecūdo gradu eſt pro-
105 poſitio erronea, † quæ ſecūdum ſciētiam magiſtrorū ea eſt, quæ continet aliquid falſum, nō cōtra fidei veritates, ſed contra Doctrinam Eccleſiæ, vt qui negaret orationes ſpeciales alicui applicatas nō plus ei prodeſſe, quàm generales: vel qui negaret licere fratribus mendicare, vel aſſereret debere illos labore manuum victum quærere, ſunt enim eiuſmodi veritates, quibus negatis non ſubuertitur fides, ſed quatitur tamen. Erronea propoſitio ab hęretica differt, vt traditur in Concilio Cōſtantienſi: eſt autem diſcrimen, quòd error non eſt hæreſis, ſed hæreſi proximus, nomine generico attributo ſpeciei imperfectæ, ſicut diſpoſitio genus eſt ad habitum, & tribuitur ſpeciei, & hominem ſtultum communi vocabulo ſolemus appellare animal. Sic igitur propoſitio erronea eſt Catholicæ doctrinæ contraria, non tamen aperta hæreſis. Prętereà, quia propoſitio erronea abſolutè, & generaliter ſumpta eſt propoſitio falſa cōtra rectam rationem, vel ſenſum cōmunem ſapientum in vnaquaq; facultate. In qua ſignificatione dicitur propoſitio erronea in Logica, in Philoſophia, in Medicina & Theologia: deſcendendo autem magis ad ſpeciem, propoſitio erronea in fide dicitur & eſt illa, quæ in materia fidei & morum eſt contra rectam rationē, vel contra veritatem Catholicā, licet non manifeſtè & apertè, in quo differt principaliter à propoſitione, quæ eſt contra id, quod apertè cōſtat eſſe de fide. Secundo modo dicitur propoſitio erronea, quæ pugnat cum veritate, quæ licet apertè nō ſit veritas fidei, vehementi tamen ſapientum opinione cenſetur veritas fidei. Tertio gradu dicitur propoſitio erronea, quæ cōmuni ſanctorum & DD. ſententiæ aduerſatur Cano lib. 12. c. 11.

### *Axioma triceſimumtertium.*

106 PRopoſitio † quæ ſapit hæreſim in tertio gradu eſt, quæ non tam præceptis & regulis, quàm prudētia & ſagacitate dijudicari debet, Canus libr. 12. c. 11. Cordoua in quæſtionar. q. 17. §. 8. ſapit enim hæreſim, quando primâ verborum ſignificatione & primâ facie ſenſum habet hæreticū, quanuis piè intellecta poſsit habere ſenſum Catholicum, & illa ſapit hæreſim manifeſtā, quæ primâ fronte præ ſe fert ſaporem hæreſis manifeſtæ Gerſon in declaratione veritatum credendarum. Echius lib. 1. de



1. de primat. Petri cap. 6. Albertin. de agnoſcend. aſſertion. quæſtione 6. Alphonſus à Caſtro de iuſta hæret. punit. cap. 3. & Paulus Griſald. in deciſ. fid. Cathol. de propoſit. ſapiente hæreſim. §. 3. vt ſi legas in Euāgelio propoſitionem hāc: [Pater maior me eſt] intelliges eſſe propoſitionem ex Chriſti modeſtia profectam. Legebat eandem Athanaſius in lib. Arij, & eius guſtui erat amara, quia hæreſim ſapiebat, ſicut idem vinum ex vno vaſe ſapit picem, ex altero non ſapit; & aqua à canalibus & venis per quas promeat ſaporem & odorem accipit. Vnde propoſitio hæreſim ſapiens, poterit quidem habere ſenſum verum: non autem is ſenſus debet eſſe confictus aut commentitius. Sed qui ab Eccleſia & ſanctorum explicatione ſit receptus. Poteſt etiam dici propoſitio ſapiens hæreſim illa, ex qua ſimul, & ex alia, quæ etſi non ſit de fide, in materia tamen, de qua proponitur, rationabiliter non poteſt negari, propria hęreſis infertur. Vel dicitur propoſitio ſapiens hæreſim illa, quæ ex hæreſi ſimul, & ex vna alia, quæ rationabiliter negari non poteſt infertur: quia per bonam conſequentiam deducta ſequitur hæreſis, vt acutè docuit Corduba in quęſtionar. quęſtione 17. §. 8. Quæ omnia ſupradicta verificantur maximè de ipſis propoſitionibus, ſpectatâ ipſarum, & obiecti natura ſecundum ſe. Si verò ex parte ſubiecti conſiderentur, tunc propoſitio ſapiens hæreſim poterit dici illa, quæ cum duplicem habeat ſenſum, vnum Catholicum, & alterum hæreticum, indiſtinctè, & abſolutè profertur ab homine in fide ſuſpecto, vel eo tempore, quo de tali re exiſtunt hæreſes. Sic tradit frater Petrus ab Aragon. 2. 2. quæſtione 11. art. 2.

### *Axioma triceſimumquartum.*

107 PRopoſitio malè ſonans quid ſit, tenēdum. Quartum gradum tenet propoſitio malè ſonās, & piarum auriū offenſiua, quæ cōtinet abſonum aliquid, & abſurdum, & indignum pijs & religioſis auribus: Auditus enim guſtu ſubtilior eſt, vnde diiudicat acutius: illæ autem dicentur pię aures, quæ intus penetrāt ſenſum propoſitionis auditæ, & quæ Catholicè de rebus fidei & optimis moribus ſentiūt. Vnde fit, quòd ſi talibus auribus religioſis propoſitio malè ſonat, talis malè ſonans nūcupanda ſit: ſic malè ſonās propoſitio eſt graduationes & magiſteria eſſe vanâ gentilitate introducta, Eccleſiā Romanam eſſe ſynagogam Sathanæ: plures coniugatos ſaluari, quàm clericos: Turrecrem. Albertin. Alphonſ. à Caſtro, & Melchior Canus vbi ſuprà; Petrus de Aragon in 2. 2. D. Thom. q. 11. art. 2. verſ. propoſitio malè ſonans: & Paul. Griſald. in deciſ. fidei Cath. in princip. §. 4. ſed hæc potiùs eſt erronea, vel hæretica, quicquid Canus dicat.

### *Axioma triceſimumquintum.*

PRopoſitio temeraria quid ſit, tenendū. Quinto gradu Propo-
108 ſitio temeraria † illa eſt, quæ ſine ratione vlla, aut autoritate aſſeritur. Sed hæc non ſemper pertinet ad iudicium Inquiſitorum. Eiuſmodi ſunt piæ contemplationes, quæ ex ſimplicitate oriuntur, quæ tamen non ſunt contra fidem. Gerſon in fine Epiſt. de ſuſcept. humanit. Chriſti, Alphonſus à Caſtro de iuſta hæreticorum punitione c. 3. & Alberti. vbi ſuprà, quæſtio. 6. Dicitur † tamē primò temera-
109 ria propoſitio, quæ inſolēter nimium, & audacter aſſeritur & contra Eccleſiaſticæ modeſtiæ regulam; vt quòd

Beatiſsima virgo nõ fuerit cũ corpore aſſumpta, quòd paruulis in baptiſmo non infundatur gratia informans, & virtutes, cum Concilium vniuerſale contrariam opinionem duxerit eligendam, quod Angeli ſint corporei, vel quòd non ſint creati ſimul cum mũdo corporeo. Diem iudicij ad certum diem vel annum certò futurum, vt à Concilio Lateranenſi ſub Leone X. diligenter prouiſum eſt. Gerſon in fine Epiſto. de ſuſcept. humanit. Chriſti. Antoninus in 2. part. ſum. tit. 12. c. 45. Turre-cremat. libr. 4. de Eccleſ. p. 2. cap. 11. Alphonſ. à Caſtro libr. 1. de iuſta hæretic. punit. cap. 3. Albert. de agnoſ. aſſert. quæſt. 6. & Melch. Canus vbi ſuprà lib. 12. cap. 11. Secundò eſt temeraria propoſitio, quæcumq; exceptio vel exemptio ſine ratione probabili ab vniuerſali lege Eccleſię vel ſcripturæ. Tertiò eſt temeraria propoſitio, quæ cum decreto celebris vniuerſitatis pugnat.

*Axioma triceſimumſextum.*

PRopoſitio ſcandaloſa quid ſit, tenẽdũ. Propoſitio ſcãdaloſa ſexto loco
110 eſt quæ ſpirituali ratione † perſpecta eſt eã eſſe quæ anſam ruinę & erroris præbet puſillis, & præſertim pijs hominibus, vt ab Eraſmo recenſita enumeratio incommodorum auricularis confeſsionis, quod toti Germaniæ magnum fuit ſcandalum. Item Eccleſiæ Romanæ abuſus in vulgus edere; vt indulgentias eſſe infrugiferas: vitia clericorum aut monachorum in vulgus edere. Quod per cenſuras Eccleſiaſticas clerus populum vexat: dantes eleemoſynam fratribus mendicantibus eſſe excõmunicatos: vniuerſitates & collegia vanitate hominum eſſe inducta, leguminibus & piſcibus veſci, & vt credant carnes ad Venerem prouocare. Poteſt quidem ſcandaloſa propoſitio quandoq; eſſe vera, ſed quia infirmis & puſillis ſcandalum præbet, & offendiculum, ideo ſcãdaloſa dicitur. Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 54. nu. 13. etſi vera quandoque aliqua ſint, & reprehendi poſſint, non tamen ab his qui ſunt ſine poteſtate ad hoc cõſtitutâ. Nec enim Iudas cum eſſet reprehendendus ob loculos, alium habuit cenſorẽ quàm Chriſtum. Nec (vt ait Hieronym.) Ordo Apoſtolicus propter vnius Iudæ ſcelera vituperandus eſt. Sic neq; propter aliquorũ clericorum intemperiem, Eccleſia Chriſti à quoquam ſcandalizari debet.

*Axioma triceſimumſeptimum.*

111 PRopoſitio † ſchiſmatica, ſeditioſa, blaſphema, & cõtumelioſa quid ſit, tenẽdum. Propoſitio ſchiſmatica, ſeditioſa, maledica vel blaſphema, contumelioſa, ſeu iniurioſa ex ipſis nominibus conſtat. Schiſmatica enim eſt, quæ diuiſionẽ Eccleſiæ inducit, ſeditioſa, quæ in Eccleſia eſt ſeditionis cauſa, vel occaſio. Maledica vel blaſphema eſt, quâ Deo, vel ſanctis irrogatur iniuria. Iniurioſa ſeu contumelioſa eſt, quæ alicui fideliũ ſtatui, vel illuſtri perſonę, vel dignitati detrahit, vel iniuriã facit: quales ſunt, quę contra Cardinales & monachos inſani & impij effutire ſolent. Simanc. d. tit. 54. à num. 14.

*Axioma duodequadrageſimum.*

112 PRopoſitio fauẽs † hęreticis quid ſit, tenẽdũ. Propoſitio fauẽs hęreticis eſt, quæ perſonis, aut erroribus hęreticorũ quoquo modo fauet, vt eſt hæc: Hæretici nõ ſunt puniẽdi. Et hæc propoſitio nõ tãtùm fauet hæreticis, ſed etiam hæretica eſt, ex doctrina axiomatis 29. ſuprà. Nam & Concilia hæreticos puniendos ſanxerunt, vt alibi docuimus; & vetuerunt ne quis pro martyribus haberet hæreticos affectos morte propter hæreſim. Concilium Carthag. tit. 50. & Laodic. tit. 34. quæ referuntur à Criſconio, qui floruit temporib. Liberij Papæ circa annum Chriſti 354.) in Breuiario Canonum art. 69.



*Axioma vndequadrageſimum.*

PRopoſitio periculoſa quid ſit, tenendum. Propoſitio periculoſa eſt illa, quæ abſolutè & generaliter dicit licitum eſſe, & fieri poſſe id, quod nõ niſi vix ab aliquibus, & cum multis circunſtantijs fieri poteſt, vt dicere, quòd homo ſolus cum ſola in lecto manere, aut diu cum mulieribus cõuerſari licitè poſsit. Item quòd ſine ieiunijs homo poteſt eſſe perfectus. Idem Petrus de Aragon vbi ſuprà.

*Axioma quadrageſimum.*

EX verbis inordinatè prolatis hæreſis incurritur, licet Canus lib. 12. de locis Theolog. cap. 9. oppoſitũ videatur ſentire. & Hilarius lib. 2. de Trinit. dicat: [Senſus, non ſermo, fit crimen:] Nam ſi quis ita inordinatè loquatur, vt eius inordinatio ſit contra modum loquendi Eccleſiæ, quæ cum limitatione in rebus fidei ſtatuit eſſe loquendum, hic iam innuere videtur Eccleſiam non eſſe normam certam, inexuperabilem & nunquam errantem in definiendo modos loquendi circa res fidei. At vt docet Paulus 1. ad Timotheum. 6. [Si quis non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt doctrina, ſuperbus eſt:] verum eſt, quòd ſi quis ſane ſentit cum Catholicis, ſed non ſe cõformat in modo loquendi cum illis; licèt ex tali verborum diuerſitate ſcandaloſum ſenſum in audientium animis gignere poſsit, tamen ſi paratus ſit corripi, non cenſendus erit hæreticus. At ſciat oportet, Chriſtum Dominum promiſiſſe Apoſtolis ſe daturum eis non ſolum ſapientiam, ſed etiam os, id eſt, caſtigatum ſermonem ad talem ſapientiam dignum, ſicut de Chriſto dixit Eſaias cap. 50. [Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo:] & ad eos loquens Apoſtolus Rom. 15. dicit, [Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & Patrẽ, & 1. ad Corint. 1. Vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Quibus verbis inſinuat Paulus ſchiſmata poſſe gigni, non ſolum ex prauo & diuerſo ſenſu, ſed etiam ex diuerſis & inordinatis verbis. Quare meritò Eccleſia & ſancti Officij Inquiſitores puniunt homines, qui temere, & abſq; delectu, verba fidei diſſona proferre non verentur.

*Axioma quadrageſimumprimum.*

PRopoſitio ex mente proferentis
115 iudicanda. Quando † non ſolùm in verbis inordinatè prolatis hæreſis continetur, ſed etiam in mente dicẽtis retinetur & iudicatur, tunc talis, cùm hæreticus ſit, non poteſt ſimul iudicare ſe eſſe hæreticum, quia hæc ſimul eſſe, repugnat. Quod probatur; quia ſi iudicat ſe eſſe hæreticum, ergo iudicat eſſe errorem id quod primo amplexus eſt, quod manifeſtam implicationem inuoluit: quia quando aſſentitur errori, illud fuit ſub ratione & ſpecie veri alias non aſſentiretur: ergo contra huiuſmodi aſſenſum factum ſub ratione veri non poteſt ferri iudicium: ſimul ſtãte prima apprehenſione, quia verum verò nõ contrariatur, nec ab illo deſtruitur; quare iudicium certum, an talis ſit hæreticus, regulandum erit non ab ipſo, ſed per Eccleſiam, quæ regula eſt plus quam Lesbia & nunquàm errans & ab Spiritu ſancto immediatè illuminatur, regitur, ac gubernatur à Chriſto tanquàm à capite & ſponſo ſuo, & à Spiritu S. tanquàm ab anima, vt patet Ephe. 1. [ipſum dedit caput

ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt cor-
pus ipſius.]Et Epheſ.4. Vnum corpus
& vnus ſpiritus:[& Epheſ. 5.[ Vir ca-
put eſt mulieris ſicut Chriſtus caput
Eccleſię,& idcirco Dominus ait Ioān.
cap.16.[Spiritus virtutis docebit vos
omnem veritatem.

*Axioma quadrageſimumſecundum.*

HÆreticus occultus nulla pœna ex
teriori eſt afficiēdus, ſi mētalis eſt
116 tantū. Hæretici † omnino occulti an
incurrant pœnas à iure impoſitas, lis
eſt nō parua, nec ſemel agitata inter
Theologos,& Canoniſt. Caiet.enim
2.2.q.11.art.3.& in ſum.verb.hæreſis.
D.Tho.1.2.q.91.art.4.Palud.in.4.ſen-
tent.diſtin.13.q.3.art. 1. Soto in 4.di-
ſtinct.22.q.2.art.3.cōcluſ.5.Sylueſt.in
verb.excōmunicatio.7.§.3. D. Anto-
nin.3.p.tit.24.c.4.Archiepiſcopus.Flo
rentin.3.p.ſum.tit.24.c.4. Angelus de
Clauaſ. in ſumma, verb.hæreticus.n.
2.Armilla aurea verb.hæreſis in prin-
cip.& num.19. Alphonſ. à Caſtro de
leg.pœn.lib.7.cap.final.Et de iuſt.hæ-
retic.punit.libr. 2. cap. 18. Et reliqui
cum ipſis conſtanter tenent hære-
ticos omnino occultos nequaquam
excomunicationem incurrere. Quo-
rum potiſsima ratio & fundamentum
eſt,quia Eccleſia nō iudicat de occul
tis, ſed de manifeſtis: occulta enim
& incognita ſolum iudicat, qui ſcru-
tator eſt cordium & adducunt pro ſe
Apoſtolum.1.ad Corint.4.[Nolite an
te tēpus iudicare, donec veniat Do-
minus, qui illuminabit aſcondita te-
nebrarum, & manifeſtabit conſilia
117 cordis.]† E contrario verò Canoniſtę
& Legiſtæ arbitrantur hęreticos om-
nino occultos eſſe excommunicatos.
Ita affirmant Adrianus in quodlibe-
tis quæſt.8.art,1.& in.4.in materia de
confeſsione,quæſt.2.Nauarrus de pœ
nitentia,diſtinct.5.pagina.7.n.22.Hip
polyt.in.l.qui falſam.n.13. ff. de falſis.
gloſ.in ſum.24.q.1.gloſ. in.c.cogitatio
nis.de pœnitentia.diſtinct.1.Hoc idē
tenuit gloſ. ſingul. in verb. eo ipſo in
clem.1.§.verum. de hæret.quā ſequi-
tur ibi Cardinalis,Ancharranus.Ioan.
de Imol.& Boni.de Vital.& eam affir-
mat eſſe ſingularē Abb.in prooem.De
cret.n.7.& in.c.exſtirpādæ.§.quia ve-
rò.n.31.de præbend.Felinus in.c. fin.
de hæret.Et in c.ſi verò.1.de ſentent.
excommunicat.& alij innumeri, quos
breuitatis cauſà omittimus,exiſtimāt
hanc eſſe cōmunē opinionem contra
Theologos,quia in pœnis,quę ipſo iu
re contrahuntur, hominis miniſterio
opus non eſt,præſertim cum excom-
municatio ſecum paratā trahat exe-
cutionem,& hæreſi cohæreat, ſicut
lepra leproſo,& corpori vmbra.

In hac tamē cōtrouerſia tantorū ac
grauiſsimorū hominū, vellē aliquod
mediū ſtatuere diuerſarū opinionum
conciliatiuum: quod facilè fiet,ſi cōſi-
118 deremus hæreticū † omnino occultū
duplicē eſſe. Vnum purè mentalē,qui
verè omnino occultus eſt primò, &
per ſe: quia eius hæreſis omnino ſuà
natura occulta eſt,cū nullo modo na-
turaliter ſciri poſsit, nec probari, niſi
per cōfeſsionē propriā,& ſpōtaneā.Et
119 de hoc † hæretico bene loquuntur
Theologi,cū dicūt nō incurrere excō
municationē,quę in foro exteriori ſo
lū exerceri poteſt circa actus cogno-
ſcibiles,aliquo modo in tali foro,cuiuſ
modi non ſunt actus purè interiores.
Aliū vero eſſe hæreticū omnino oc-
cultū,nō primò,& per ſe,bene tamen
per accidens,qualis eſt ille qui hære-
ſim mēte cōceptā ore & voce expreſ
ſit,quā nemo audiuit: imò nec morali
ter audire potuit,propter quæ in iudi
120 cio probari nequit,† & de tali hęreti-
co verè docent Canoniſtæ incurrere
excōmunicationem; quia natura ſuâ
probabile eſt delictū primò,& per ſe,
per accidens tamen eſt occultū, &c.

DE



# DE FORMA ET ORDINE IVDICIARIO S. Officij, contra hæreticos.

1 *HÆretici S.Officio per magnū odium calumnioſe obiectant, quod nullus ordo iuris in eo ſeruetur.*

2 *Inquiſitores delegationis ſuæ literas exhibere debent primis poteſtatibus.*

3 *Inquiſitores clerum & populum cū primum ad aliquam ciuitatem accedunt præconio conuocare debent.*

4 *Inquiſitores iuramentū exigunt à conuocatis de conſeruanda & protegenda fide Catholica.*

5 *Iuramenti forma.*

6 *Formula Iuramenti vnde deducta.*

7 *Poteſtates ſæculares conſuris coguntur præſtare Iuramentum.*

8 *Monitoriæ literæ quæ in hæreticos proponendæ.*

9 *Edictum gratiæ quando proponi debeat.*

10 *Edictum gratiæ ſimillimū edicto Prætorio.*

11 *Error Bartoli & Baldi in comparationem edicti Prætorij cum ijs quæ quouis tempore à decurionibus proponuntur.*

12 *Relapſus ſponte veniens tempore edicti gratiæ abſoluitur.*

13 *Venire ſponte qui dicantur.*

14 *Denūciatio, vel accuſatio à quibus proponatur.*

15 *Feriatis diebus in hæreticos, etiam fit proceſſus.*

16 *Accuſator priuatus nō ſubiacet in materia hæreſis Talionis legi.*

17 *Talionis lex 12.tabular.iure canonico & ciuili ſublata.*

18 *Inquiſitor cum prouinciam viſitat, generale edictum proponit ad hæreſes detegendas.*

19 *Promotor fiſcalis S. Officij quando debeat teſtes producere.*

20 *Promotor fiſcalis S. Officij quotannis petit, edictum generale renouari & publicari.*

21 *Inquiſitores teſtes quoſuis poſſunt cogere ad deponendum.*

22 *Edictum generale generaliter proponi, quid ſit & quid ſpecialiter.*

23 *Edictum proponitur etiam generaliter alicuius promotione.*

24 *Inquiſitio ſecreto fieri debet.*

25 *Teſtes priuſquam deponant in cauſa hæreſis admonendi ſunt, nequid niſi verê & ſincere dicant.*

26 *In teſtibus quæ conſideranda.*

27 *Teſtes an duo ſufficiant contra hæreticum.*

28 *Teſtium dicta maximè Inquiſitores expendunt.*

29 *Inquiſitorum iudicium de retentione cauſæ.*

30 *In criminalibus primum conſtare debet de delicto.*

31 *Probationes quales eſſe debeant antequam reus ducatur in carcerem.*

32 *Inquiſitores ſi non conueniunt ſuper decreto, res ad ſupremum mittitur ſenatum.*

33 *Complicibus ſingulis ſingula dictantur decreta.*

34 *In literis decreti cauſa ipſius non ſcribitur.*

35 *Bona rei adnotantur in formali hæreſi.*

36 Παραινεσις *ad Inquiſitores ne carceribus reos diu detineant.*

37 *Carcer funeſta domus.*

38 *Monitiones tres per decem dies reo fiunt.*

39 *Hæretici veteratores, quādo ſunt in vinculis.*

40 *Inquiſitor iudicis virtutes excitet, monendo aut interrogando hæreticum.*

41 *Hæreticorum cautelæ, vt iuſtitiæ illudant, quæ ſunt.*

42 *Inquiſi-*

42 *Inquiſitorem modeſtum pium & circunſpectum eſſe oportet.*
43 *Improbo ſua patria nocet.*
44 *Reus vſque ad accuſationem aduocatum non habet.*
45 *Denegantur hæretico, quæ reis quibuſlibet alijs conceduntur.*
46 *Poſt interrogationem & tres primas audientias Fiſcalis proponit accuſationem, & quo modo.*
47 *Hæretico ſua confeſſio etiam ſine teſtibus nocet.*
48 *Accuſatione propoſita reo datur aduocatus.*
49 *Reſpondet reus accuſationi Fiſcalis, & cauſa concluditur.*
50 *Repetitio teſtium eorumq; ratificatio.*
51 *In cauſa hæretici multos interiudicare iuuat.*
52 *Publicatio teſtificatorum fit reo.*
53 *Eaque illi datur Inquiſitoris manu ſcripta.*
54 *Inquiſitores patres reorum ſunt.*
55 *Inquiſitor proceſſum explicat coram ordinario, & conuocatis conſultoribus.*
56 *Scriba ſiue Notarius S. Officij legit acta proceſſus.*
57 *In votis dandis iuniores primi ſententiam dicunt.*
58 *Sentẽtia fertur ordine & decreto Generalis Inquiſitoris.*
59 *Relapſi brachio ſæculari relaxantur.*
60 *Proceſſus quomodo fit fugienti.*
61 *Citari & moneri debent fugientes.*
62 *Citatio fit in omnibus proceſſus actibus.*
63 *Citatio eſt de iure naturali.*
64 *Relapſus non eſt citandus.*
65 *Citatio fieri poteſt per Inquiſitorem vel per ordinarium.*
66 *Perſonaliter citatus procuratorem conſtituat oportet.*
67 *Contumax excommunicatur, & punitur tanquam hæreticus.*
68 *Citatio in fugientem debet ſui cauſam continere.*
69 *Citatus ab Epiſcopo & Inquiſitore, prius Inquiſitori pareto.*
70 *Suſpectus de fuga non citari ſed capi debet.*
71 *Hæreticus latitans verbaliter citatur.*
72 *Vinctus è carcere fugiens, ſi nobilis eſt arctiùs cuſtoditur.*
73 *Si vilis flagellatur.*
74 *Fuga è carcere nihil habet commune cum hæreſi.*
75 *Si vinctus negligentiâ cuſtodis è carcere fugiat, cum eo mitius agitur.*
76 *Vbi quis deliquit ibi puniendus eſt.*
77 *Hæretici vbique capi poßunt.*
78 *Mors omnia ſoluit, itaque & crimen.*
79 *Mors hæreſin non extinguit.*
80 *Hæreſis crimen non niſi 40. annis præſcribitur.*
81 *Delictis Eccleſiaſticis ſtandum Iuris Canonici diſpoſitioni.*
82 *Hæreſis crimen merè Eccleſiaſticum eſt.*
83 *Vt memoria hæretici mortui damnetur, nullo tempore poteſt præſcribi.*
84 *Quare hæreticorum oſſa effodiuntur.*
85 *Probationes validæ in mortuum ſunt neceſſariæ.*
86 *Accuſatio in defunctum eius filijs, & hæredibus notificatur.*
87 *Damnati mortui effigies in publicum effertur.*
88 *Effigies mortui damnati traditur ſæculari curiæ.*

## Quæſtio IIII.

TANTA eſt hære-
1 ticorum † in ſanctũ
Officium acerbitas,
tantum odium, tam
denique inueterata
ira in ſacrum illud
tribunal eos inceſ-
ſit, vt illud nõ tantum ſeueritatis no-
mine, ſed & crudelitatis & inhuma-
nitatis inſimulent. Nam vel editis li-
bris in extremũ ferè orbem eiuſmodi
mendacia propagarunt: in conficien-
dis proceſsibus nullam iuris formam
obſeruari, præter ordinem iudicia-
rium omnia præpoſterè, confuſè, ac
promiſcuè commiſceri: reos quos in-
nocentes, & martyres ſuos vocant ab
Inquiſitorum iudicio nec damnatio-
nis, nec abſolutionis ſententiam ex-
torquere poſſe: vnde animorũ tanta
ſuccreuerit obſtinatio, vt vbiq; ter-
rarum ob eorum tyrannidem homi-
num innumeræ myriades mori po-
tius, quàm ſe legibus Chriſti dedere
ſtatuerint. Tot tantiſq; calumnijs ſcio
viros doctrinâ, & veritate celebres
ſic reſpondiſſe, vt eorũ impetus iam
iam refrixerit. At quia nemo eſt, quod
ſciam, qui veritatem ſuis vnionibus
ornatam ex forma iuris nudauerit,
me in rem facturũ exiſtimaui, ſi cum
hactenus de Inquiſitorum autoritate
dictum ſit, ſtatim ex forma procedẽdi
quâ vtuntur, iuris & æqui obſeruan-
tiſsimos ſinceritatis, benignitatis, &
integritatis eximios cultores illos
oſtendam.

Primùm igitur, quoties Inquiſito-
res Apoſtolici in Prouinciã veniunt,
2 cui nũquam præfuerant, † literas ſuæ
delegationis Regi, aut Proregi, Ca-
thedrali Eccleſiæ Matrici, aut pote-
ſtati ſiue decurionibus illius ciuitatis
aperiunt, & oſtendunt, eoque pacto
conſtat eos cauſarum hæreſis iudices
eſſe. Id illis preſcribitur. 1. inſtruction.
Hiſpalen. cap. 1. Et Concil. Biterrenſ.
cap. 1. ſic ſancitur: [Conſulimus vt in-
tra terminos Inquiſitionis limitatæ
vobis ad locum, de quo expedire vi-
deritis, iuxta mandatum Apoſtolicũ
declinetis, vt Inquiſitionem de illo,
vel de locis alijs faciatis; cùm tu-
tum non ſit vobis ad loca ſingula de-
clinare: atque ibi conuocatis clero &
populo, & propoſito verbo Dei man-
datum vobis factum, & aduentus ve-
ſtri cauſam lectis literis, quarum au-



toritate procedere debetis, ſicut opor
tere noueritis exponatis:] Hoc quin
ſit iuri conſonum nemo ambigit ex
præſcripto. l. obſeruare. de offic. pro
conſul. inquit enim: [Antequam verò
fines Prouinciæ ſibi decretę Procon-
ſul ingreſſus ſit; Edictum debet de
aduentu ſuo mittere] & l. 1. C. de man
dat. princip. cap. cum in iure. de offic.
delegat. Brun. lib. 1. de delegat. cap. 8.
cum ſeqq. Simanc. de Cathol. inſtit.
tit. 44. num. 1. Eymeric. in princip. 3. p.
Director. tit. quomodo, & qualiter
proceſſ. in cauſ. fidei eſt incipiend. &
ibid. Franc. Pegna comm. 1. Tabienſ.
in ſum. verb. Inquiſitor. §. 10. & 11. Eo
3 confecto præconijs Inquiſitores † cõ-
uocare debent clerum & populum,
vt certo die feſto conueniant in Ec-
cleſiam maiorem, vbi ſermo de Ca-
tholica fide habeatur, poteſtas iuriſ-
dictionis Inquiſitoris declaretur, &
aduentus cauſa exponatur, iuxta for-
mam inſtruct. Hiſpal. d. c. 1. Tabienſ.
in ſum. verb. Inquiſitor. §. 10. num. 11.
Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 44. de or-
dine procedendi. num. 1. His decla-
4 ratis, ſermone finito † præcipiunt In-
quiſitores, vt omnes leuatis manibus
ſimul coram Cruce, ac libro Euange-
liorum iurent ſe pręſtaturos fauorem
& auxilium S. Inquiſitioni, eiuſque
miniſtris, & quod non impediẽt illos
per ſe vel per alios, aut, quouis quæſi-
to colore, iuriſiurãdum illud præſtare
ſæculares poteſtates, & iudices, eorũ-
que miniſtri debent. Quæ omnia in
acta referentur à Secretario, ſeu No-
tario Inquiſitorum, in perpetuam rei
memoriam: forma autem iuramenti
talis eſt.

5 NOs † Prorex aut Prętor, &c. Talis
Prouinciæ vel ciuitatis ſiue loci, &
tales Cõſules, vel iurati ciuitatis talis,
&c. Ad requiſitionem & monitionem
Reueren. D. Inquiſitoris doctoris, vel
Licentiati N. tanquam veri fideles &
obe-

obedientes Eccleſiæ ſanctæ Dei; promittimus & iuramus per hæc ſancta quatuor Euangelia coram nobis poſita, & per nos corporaliter tacta, quod fidem Domini noſtri IESV CHRISTI, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenebimus, & teneri faciemus, ſeruabimus, & ſeruari faciemus, & ipſam contra omnes pro viribus defendemus: ita quòd hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, ac defenſores eorum, necnon diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi proſequemur, & capiemus, ſeu capi faciemus quandocumq; poterimus; & accuſabimus, & denunciabimus Eccleſiæ, vel Inquiſitoribus, ſi alicubi ſciuerimus eos eſſe, vel aliquem de prædictis, præſertim cum fuerimus requiſiti. Item quòd non committemus balliuias, ſaionias, vel aliqua officia publica, quibuſuis nominibus cenſeantur, alicui de huiuſmodi perſonis peſtiferis, vel ſuſpectis, ac diffamatis de hæreſi: nec alicui, cui impoſitũ fuerit ratione criminis hæreſis, vel aliàs prohibitum ab Inquiſitoribus, vel à iure, quod publicis officijs non fungatur: nec eos vti prædictis, nec tenere publica officia permittemus. Item quòd nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in noſtra familia, vel conſortio, vel ſeruitio, nec in noſtro conſilio ſcienter: & ſi fortè contrarium factum fuerit ignoráter, illos poſtquam ad notitiam noſtram per Eccleſiam, vel Inquiſitores hæreticæ prauitatis, vel eorum commiſſarios peruenerit, protinus expellemus: & quod in his & in alijs, quæ ad Officium Inquiſitionis hæreticę prauitatis pertinent, erimus obedientes Deo & Romanæ Eccleſiæ, & Inquiſitoribus eiuſdem hæreticæ prauitatis, iuxta officium & poſſe noſtrum: ſic nos Deus adiuuet, & hęc, ſuper quibus iuramus, ſancta Dei Euangelia manibus proprijs per nos tacta.

6 Hæc autem forma olim † deducta fuit ex cõſtitutione Frederici II. Imperatoris Pataui j promulgata die 22. menſis Februarij indictione 12. quæ fuit anno Chriſti 1239. eâque annexa, cum alijs quatuor conſtitutionibus eiuſdem diei, quarum prima incipit. [commiſsi nobis cælitus:] Secunda, [inconſutilem: Tertia, [Patarenorum:] Quarta, [Catharos:] quæ omnes obſeruandę ſunt inuiolabiliter ex reſcripto Innoc. IIII. incipiente [cùm aduerſus.] Vrbani IIII. [licet ex omnibus.] Alexandri IIII. Et tandem eaſdem leges iuſsit obſeruari Bonifacius VIII. in cap. vt Inquiſitionis. §. 1. de hæretic. libr. 6. imò & quæcumque alia ſtatuta, tam Eccleſiaſtica quàm ſęcularia, præter contẽta in dictis legibus Frederici, cogi poſſunt ſæculi magiſtratus per Inquiſitores hæreticę prauitatis iurare, ex reſcripto Innoc. IIII. incipiente [Orthodoxæ fidei] & Concil. Biterrenſe cap. 31. in hæc verba: [Vt autem adiuuante Domino hęreſis meliùs exſtirpetur & citiùs: fideſq; plantetur in terra, ſtatuta & iura per ſedem Apoſtolicam, eiuſq; Legatos, ac Principes, ſuper his edita, faciatis pleniſsi-
7 mè obſeruari] hæc ibi: qui etiam † ad hoc faciendum cenſuris Eccleſiaſticis coerceri poſſunt ex dictis Innoc. IIII. reſcriptis, cæterorumque præteritorum Pontificum, & tradit copioſè Franc. Pegna in 3. part. Director. comment. 5.

8 Præterea confeſtim † legendæ ſunt propalam literæ monitorię aduerſus cunctos rebelles, vt conſtitutum exſtat in d. 1. inſtruct. Hiſpal. cap. 1. 2. & 3. ex forma præſtituta in c. vt commiſi. §. conuocandi. de hęretic. lib. 6. c. excommunicamus. §. moneátur. eod. tit. & lib. & authen. ſi vero. C. de hæreticis.

Præterea



9 Præterea Inquiſitores † proponẽt edictũ gratiæ, cũ termino triginta vel quadraginta dierum, prout meliùs eis viſum fuerit, hoc enim arbitrariũ eſt, Simancas de Cathol. inſtit. tit. 44. n. 3. Eymeric. in 3. p. Direct. in tit. de generali ſermone habendo, & ibi Franc. Pegna Cõment. 12. licet olim eſſet tẽpus decennij. c. tẽpora, & c. his qui. 26. q. 7. c. pro qualitate. c. hoc ſit. eadem cauſ. & quæſt. Arbitrariũ dicimus, nõ quod ex animi ſententia iuriſdictionis ſuæ formulas pręſcribant, ſed quia id puſillũ illis per ius licet, & Catholicæ rei ſic cõuenit, ne diuturni temporis gratia graſſandi occaſionẽ hęreticis ſuppeditet. Quemadmodũ enim Prætores, quibus ex formulis ius dicere licebat cãcellos ambitionis habuerunt ex lege Cornelia, vt ex edicto perpetuo ius diceret autore Aſconio Pædiano ad orationem Ciceronis pro Cornelio Balbo, ſic nonnihil remiſſum illis eſt, vt edicto ſuo Prætorio quod temporale fuit, ipſi ſtatue-
10 rent. Id enim † propriè cõparatur edicto quod Prætor proponebat, cùm iniret magiſtratum, nõ autem ijs quæ quolibet tempore prouinciæ demã-
11 datæ edebantur, in quo † malè omnino ſenſerũt Iaſ. in l. non dubium. n. 22. C. de legib. & Bart. in l. 5. in princip. n. 4. vbi latè idem Iaſ. tit. de verb. oblig. quâ ratio ne vt illud edictũ dicebatur Prætoriũ, ſic & hoc non malè Inquiſitoriũ dicemus. Erit igitur edicti Inquiſitorij, quod proponi ab initio aduentus in prouinciam ſemper exſtitit, forma qualis à nobis ex ſtylo in quinta quæſtione refertur. Ex quo dici & ediſci facilè eſt, præſcribi tempus mediocre hæreticis, vt ſuos errores & hæreſes ſponte corã Inquiſitoribus plenè cõfiteantur, & alios quos ſciuerint hæreticos reuelent, qui ſi, parati fuerint errores ſuos abiurare, admittendi ſunt ad pœnitentiam ſalutarem, & Eccleſiæ Catholicæ reconciliandi, nec puniri debent morte, nec perpetuis carceribus, nec illis bona præſcribũtur, ſed Inquiſitorum arbitrio pro qualitate perſonarum & errati, pœnitẽtię nomine eleemoſyna imponitur & leuis pœna pecuniaria, quæ benignitate Regiâ concedi ſolet. Gratiæ verò ac liberalitatis patentes literę Regię inſeruntur edicto 1. inſtruct. Hiſpal. cap. 3. & 7. Idque fieri antiquitus ſolebat ante prædictas inſtructiones, vt teſtatur Hoſtienſis tit. de hæretic. col. 2. de cuius miſericordiæ indulgentia meminit Innoc. 3. in cap. vergentis. de hęretic. & in ſpecie hoc idem conſtituit ante prædicta tempora Concilium Biterrenſe cap. 2. in hæc verba. [Ac deinde mandetis, vt omnes qui ſe vel alios ſciuerint in crimine labis hæreticæ deliquiſſe, compareant coram vobis veritatem dicturi: Aſsignato eis termino competenti quod tempus gratiæ vocare ſoletis: quibus tamen aliàs huiuſmodi gratia non eſt facta: infra quem terminum venientes, pœnitẽtes, & dicentes plenam de ſe ac de alijs veritatem, habent impunitatem mortis, immurationis, exilij & confiſcationis bonorũ] hæc ibi: quod cautũ eſſe in Hiſpania refert Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 44. nu. 3. & inſtruct. Hiſpal. cap. 3. & 7. Si verò refuga, ſeu relapſus fuerit & ſponte venerit, is quoque admittendus eſt, cum hoc caſu non fictè, ſed verè conuerſum fuiſſe præſumendum ſit. Defert enim ſe ipſum pœnitendo, & crimen ipſum ſponte fatetur, & errati veniam deprecatur, Ioannes Lupus Decanus Segouienſis, in tract. de hæret. quem refert Montaluus in legib. Partitarum l. 1. tit. 26. part. 7. quæſt. 6. verſic. eſt tamen concluſio. Albertin. de agnoſcend. aſſertion. q. 25. num. 25. Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæretic.

tic.punit.lib.2.cap.2.Franc.Pegn.3.p. Director.Cõment.12.quod vtique ſic cenſendum eſt, ſi peccatum relapſi hæretici hoc occultum ſit: grauius tamen puniri debet. At verò ſi dubium ſit cum nullo expreſſo iure id deciſum caueatur, ſi caſus occurrat ſupremum ſenatum ſanctæ Inquiſitionis Inquiſitores prouinciales conſulant, vt ſuper his exequenda prouideant. Cæteri autem qui ſponte non veniunt, poſt tempus gratiæ in perpetuum carcerem ſunt detrudendi, vt docet Concilium Narbonen. cap. 9.& Arnald. Albertin. in repetitione cap.quoniam.de hæretic.libr.6. quæſtione 12. Simanc. vbi ſuprà tit.47. num.27.

13 Cæterùm † ij ſponte venire dicũtur, qui infra tempus gratiæ redeũt, licet in genere ſint moniti, nec enim coacti videntur: quia à nemine ſunt præuenti. quibus adſtipulatur.l.2.§.ſi mater.ff. ad Tertullian. ſponte igitur venit, qui infra tempus præfixum in edicto Inquiſitorio venit nominatim non admonitus.text.in l.fin.verſicul. domini. C. de his qui latron. occult. Guido Fulcodius in cõſultationibus ad Inquiſitores quæſt. 2. Archidiac. & Ioann. Andr. in cap. vt commiſsi. de hæret . libr. 6. & tradit copioſè Franc. Pegna in 3. p. Director. ſuper tit.de ſermone generali, dicto Comment.12.

Termino autem edicti gratiæ elapſo, agitur in reos denunciatione priuati actoris, vel accuſatione Promotoris fiſcalis. Quâ vtraq; vel reus ſiſtitur vel fugit. Primùm igitur dicam de priuati actoris,& Promotoris fiſcalis denunciatione. Denique de vtraq; ſimul cum reus ſe iudicio ſubtrahit. Dico igitur agi in hæreticos
14 per † denunciationem cuiuſdam accuſatoris, vti proponitur per text. in cap. qualiter & quando. de accuſat. Campeg.apud Zanchinum cap.9. in principio.& Tabienſ. in ſumm. verb. Inquiſitor.§.11. numer. 12. Silueſter, verb.hæreſis. 2. §. 8. Carrer. tract. de hæret. num. 105. Gundiſal. de hæret. quæſtion.10.nume. 1. Poſſunt prætereà Inquiſitores procedere per viam exceptionis,ex gloſ.in cap.in fidei fauorem.verb.Inquiſitionis. de hæreticis libr.6.Carrer. vbi ſuprà num.104. Poſſunt & per viam notorij,vt tradit Gundiſaluus & Campeg. in præcitatis locis: & per viam actionis. Ægidius Boſius in titul. de modo procedendi in delictis per viam actionis. Cæterum in hoc ſacro tribunali frequẽtiùs proceditur per viam accuſationis,denũciationis,& Inquiſitionis, vt infrà ſuis titulis copioſè explicabi-
15 mus. † Procedere etiam valent Inquiſitores in cauſis fidei diebus feriatis.cap.final.de ferijs.Ioann. Andr. in Clementina ſæpe. de verb. ſignific. Armilla in ſumm. verbo Inquiſitor. nu.19.

16 Neque † is qui ſe inſcribet in accuſatione ad pœnam Talionis ſe obligabit,etiam ſi deficiat in probatione, nec eâ pœnâ puniendus eſt quam reus excepturus erat, ſi crimen foret verè probatum. Quia licet Talio in legibus XII. tabul. vt ait Feſtus, parem vindictam ſignificet. Gellius lib. 20. cap. 1. Noct. Attic. Accurſius inſt. de iniurijs. §. pœna autem. verb.Talio erat.vocet ſimilitudinem ſupplicij. & Iſidorus libr. 5. Etymol. c.25. Talionem ſimilitudinem vindictæ eſſe dicat: vt taliter is patiatur ac fecit.Eamque eandem pœnam iamiam ius diuinum induxerat.Exod. cap. 21. & Matth. cap. 5. & habetur in cap. licet Heli. de ſimonia. can. calumniator. 2. quæſtione 3. can. quiſquis. 2. quæſtione 8. can. de crimine. 25. quæſtione 3. can. hæc imago. 33. quæſtione tertia.l. fin. C. de accu-



accuſation.l.leuia.ff. de accuſation. l. tutor.ff. de his quib. vt indign. & ibi DD. D. Thom. 2. 2. quæſt. 68.artic. 4. Sotus libr. 5. de iuſtit. & iure quæſt. 5. artic. 4.) Nihilominus ta-
17 men hæc † Talionis pœna per leges & canones contrarios iam diu obſoleuit, vt reſtantur communiter Doctores.Speculat.titu.de accuſat. §. 1. num.4.Ioann. Andr. in addit.ad Speculator. titu. qui accuſare non poſſunt. nume. 38. Salicet. in l. qui crimen. nume. 4. C. qui accuſare non poſſunt. Gandinus in tract. de maleſic. titu. qui accuſare non poſſunt. Couarru.lib.2. variar. reſolut. cap. 9. num. 1. Bartol. in l. ſi cui. ff. de accuſat. Ioann. Rojas in ſingul. fidei. 6. Simanc.de Cathol. inſtitut. titu. 64. num.93. Ad hæc dicimus accuſatori aut denunciatori religionis fauore plus concedi debere quàm reo, adeò vt ſi lex Talionis etiamnũ ſtaret, eâdem ratione eodemque caſu vi ſuâ caderet. Nam accuſatori licet ſi ibi ſit vbi & reus, & violentiam timuerit, locum ſibi proximum eligere, nec tamen eremodicij notatur, vt voluit Concilium Hipponenſe titu. 5. relatum à Fulgẽtio Ferrando Carthaginienſis Eccleſiæ diacono canonum breuiatione tit. 198.

18 Poſt hæc vnus Inquiſitorum † viſitat prouinciam, & edictum generale proponit,præcipiens ſub excommunicationis pœna, vt quiuis reuelet quicquid factum, vel dictum nouerit contra fidem Catholicam: eaq; publicis locis affiguntur, vt in omnium notitiam facilius veniant, Tabienſ. verbo. Inquiſitor. §.10.nume. 11. Et hæc tantæ ſunt æquitatis ad reſignãdas,& detegendas hæreſes occultas (vt docet Ianſen. in Concord. Euangel.cap. 72. & 5. inſtruct. Hiſpalenſ. capit.2. Simanc. de Catholica inſtit. d.titu. 44. nume. 4.) vt Promotor Fi-
19 ſcalis (cuius † munus eſt exquirere dicta teſtium, & reos ad Inquiſitores deferre; ſiue denunciare iudicibus, & operam dare vt comprehendãtur, & in carcerem conijciantur, ex Franciſc. Pegna 3. part. Director. comment. 14. titu. de primo modo procedẽdi per accuſationem)
20 † ſingulis annis petat id edictum promulgari in ea prouincia, quâ Inquiſitionis tribunal poſitum eſt. At potiſsimùm eâ ratione, vt hæreſibus prouinciæ repurgentur.

Siue igitur Inquiſitores recẽs adueniant, ſiue Promotor Fiſcalis annis rotantibus exequatur munus illud ſuum,Inquiſitores ipſi edicto generali propoſito ad denunciationes ac teſtificationes recipiẽdas prodeũt cõtra fidei obnoxios: eoq; perſequen-
21 do † vi ſuâ ac poteſtate compellere poſſunt quoduis hominum genus ad teſtimonium ferẽdum,ac tum ab exhibito teſte iuramentũ exigere,c.ex cõmunicamus.§. adijcimus. & §. vlt. de hæret.& nouell.17.præcepta prẹſidum.§ enimuero. At enim ſciendũ eſt ex his colligi modum procedendi duplicem Inquiſitoribus incumbere, vt generaliter, vel ſpecialiter edictũ proponant. Generaliter ratione officij ſui, & aliquando ad alterius promotionẽ tum ſpecialiter tũ generaliter.Generaliter in primo caſu propo-
22 nunt, † vt diximus, edictum contra multos, & incertos hæreticos abſq; aliquâ infamiâ præcedenti, idq; fit in fidei fauorem,& Reip. vtilitatem. d. cap.excõmunicamus.§. adijcimus. & §.fi.de hæret.& l. 25. de his qui ſuper relig.conte.C.Theod.Bart.in l. 2. §.ſi publico. de adulter. Eodem & ipſo modo proceditur generaliter per alterius promotionem. Specialiter autem contra certas perſonas, præcedente tamen infamiâ, quod genus vim accuſationis obtinet, c.qualiter

& quando.de accuſationi.Geneſ. 18. & Luc. 16. nec tamen eo caſu miſſos faciunt Inquiſitores proceſſus per indicia, ſuſpiciones & præſumptiones veriſimiles,licet infamia non
24 præcedat. Præterea † in conficiendis Inquiſitionibus cautè, & ſecretò ac quaſi per cuniculos, & pedetẽtim ad rem accedit.d.cap. excõmunicamus. §.adijcimus.de hæret.& ibi Cardinalis Ioann.de Anan.& Felin. in cap. vt officium, in princip.eod.titu.in 6.& ibi Domin. & Philipp. Franc. & Simanc.vbi ſuprà nu.9.qui plures alios
25 refert. At prius teſtes depoſituri † monendi ſunt,ne odio,inimicitiâ,aut alio prauo affectu falſum teſtimoniũ ferant, nefarium enim ac ſceleſte facinus eſt(vt habet tex.l.1.ff.de falſ. l.ſi quis aliquid.§.qui vim.ff.de pœnis l.vbi falſi. C. ad leg. Corn. de falſ. & l.generaliter.in princip. ff. de decurionib. ibi: [ Vel aliam de grauioribus,&c.]& ibi DD.)innocentem falſo teſtimonio exterminare. Si verò bono fidei zelo dixerint ſe,vt immunes à cenſuris exiſtant, ad id adduci, ſcribenda ſunt eorum teſtimonia,
26 dummodo prius de ſuo† nomine,patria, honore, viuendi ratione,& conditione reſponderint,de eorum qualitate,fide, moribus, & ſtudijs conſtet, quæ omnia, rebus alijs nõ omiſſis,conſiderare,rimari, ac perſcrutari diligens Inquiſitor debet. Sic præcipit eleganter Euariſtus capit. ſi qui ſunt. 2.quæſt.7. [Diligenter (ait)perſcrutandum eſt,quâ intentione, quâ fide, quâ temeritate, quâ vitâ, quâ conſcientiâ, quoue merito: ſi pro Deo, aut pro vanagloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate iſta præſumpſerint,] quod & cautum eſt in inſtructione Hiſpalenſ. anni 1484. capit. 14. in quibus etiam non prætermittendum eſt perpendere, an diuites ſint, an pauperes, ætatem & ſexum in acta referre: frontem hominis inſpicere, circa eum meditari, an alicuius ſit dignitatis, an amicitia aut inimicitia illi cum reo interſit, vnde & quo tempore primum de illo notitiam habeat, & cætera id genus, quæ mei non ſunt inſtituti, & in mente ipſius Inquiſitoris vnà cum iuris ſcientia, ſtyli peritiâ, & exercitatione meliùs inhærebunt. Eius enim eſt à limine Inquiſitionis ſcire, quanta fides teſti ſit adhibenda.l.1. cum ſeqq. ff. de teſtib.

Præterea cùm in eiuſmodi actibus periculum ſit in mora, ſi teſtium numerus ſeſe non offerat admodum frequens, ne ob id quidem Inquiſitor quicquam deeſſe ſibi certò ſciat, dummodo teſtes duos au-
27 dierit:nam† ad probandum aliquem hæreticum, duos ſolos teſtes ſufficere explorati iuris eſt, ex Felini doctrina in cap. excommunicamus. de hæretic. nume. 27. Dominic. & Franciſc.in capit. vt officium.eod. titu.lib.6.Silueſt. verb. hæreſis 2. q. 4. Albert.in c. 1. de hæret.libr.6. quæſt. 16. Hoc tamen intelligendum eſt, ſi teſtes ſint eiuſmodi, qui refutari & reprobari non poſsint,& omni exceptione maiores: text. in cap.in fidei. de hæret.in 6. Brun.lib.4.de hæretic. cap.9.Ioan. Andreas in cap. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. & in capit. vt officium.eod.titu.libr. 6. & ibid. Geminian. Franciſc. Peruſin. & alij. Et hanc eſſe communem opinionem fatentur Anton. de Butr. Ioann. de Anani. & Marian. Socin. in dicta capit. excommunicamus. Gundiſaluus de Villadiego tractat. de hæretic. quæſtio. 13. nume.9. tum alij plures, quos congeſſi in titulum de teſtibus hâc ſequuntur,& probant ſententiam.

Exinde



28 Exinde † teſtium dicta & teſtimonia expenduntur per Inquiſitores & Iuriſperitos, quãdoquidem inſtat Fiſcalis, vt denunciati incarcerentur. Simanc. de Catholic. inſtitut.tit. 53. nume. 3. & ſeqq. Hîc tum nec maturum deeſt cõſilium,nec attenta depoſitionum à teſtibus factarum inter eos collatio: quibus diſcuſsis & approbatis, cum grauiſsimis viris Theologis probatæ conſcientiæ, & vitæ conſultant de eorum, qui delati ſunt criminibus,quorum voto in ſcriptis cum eorum ſubſcriptionibus recepto,cauſæ qualitas aperitur, ſtatus innoteſcit,& inde ſtatuunt an ratum & fixum ſit reum pro hæretico, vel erroneo,vel abſono,vel hæreſeos ſuſpecto accerſendũ, neque id tantùm ex propoſitionibus in theſi ventilatis,ſed rationibus, circũſtantijs, ex hypotheſi deſumptis, quod hæreticorum,aut Iudæorũ, aut Maurorum, Mahumetanorum ritibus ſe coinquinauerit,vel eorum manifeſtus fautor apertè probetur, ac propterea cauſæ illius cognitionem tanquam ad
29 ſanctum Officium ſpectantem† retinent ex ſtatuto inſtruct.Matritenſis. anni 1561.cap.1.Demum Fiſci aduocatus eaſdem teſtium depoſitiones exhibet,reos defert, & poſtulat vt in vincula trahantur: ac tum Inquiſitores,iterum penſatâ informatione de reorum incarceratione deliberant, conſultoribus adhibitis, ſi non impediat aliqua ſuſpicionis cauſa, fit decretum.Hæc ita ſincerè geruntur,vt non aliter de vocandis aut comprehendendis reis decernatur.

Nam iuxta formam inſtruct.4.Tolet.cap.20.Inſtruct. 5.Hiſpalenſ. cap.
30 1.† conſtare in primis debet de delicto, neque vnquam in criminalibus eſt à captura reorum inchoandum. l. nullus in carcerem.& l.final.vbi Bartol.Bald.Salicet.C.de exhibend.reis. l.nemo. C. de excut. tribut. libr. 10. Bald.in l.quod euitandi.num.2.C.de condit. ob turp. cauſ.Anton.Gomez tom.3. variar. reſolut.capit.9.num.1. Albert. de agnoſc.aſſertio.quæſt.32. & quæſtio.34.numero 21.Ioann.Rojas in titu.de hæretic.2.part. aſſert. 1. nume. 2. Simanc.de Cathol. inſtitut. titu.44.num. 12. & in Enchirid. titu. 25. nume. 1. & 2. Ioann. Rojas vbi ſuprà, 2. part. aſſert.1.num.12.Idque etiam præſcriptum fuit in inſtruct. Matritenſ. cap.3.

At quia experientiâ compertum eſt, pertinaces hæreticos non ita facilè delicta ſua confeſſuros, & me-
31 lius eſſe, † ſi probationes inualidæ ſint, vt ab his abſtineant, ne ſcandalum & infamiam incaſſum cuiquam inferant, nihil omnino decernunt.

32 Qui ſi in votis dandis † diſcordes fuerint Inquiſitores antequam decretum fiat, acta omnia ad ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Senatum rem decidendam mittunt, ſaltem in grauioribus, & immenſi ponderis cauſis, ex præſcripto inſtructionis Matritenſ. anni 1561. cap. 6.& Ioan. Rojas.de hæretic. 2.p.aſſert.1.

Aduertendum autem, & ſummo-
33 pere in ſtylo laudandum, quod † ſi plures eiuſdem criminis aſſeclæ & complices ſint, nihilominùs capiendorum reorum decretum ita fit, vt ſingulis reis ſingulari decretum affigatur, & ſingulis ſingulorum proceſsibus apponatur: quod quàm fieri poteſt celerrimè, lictori (quem vocamus alguazil) traditur, vt illud reis conquiſitis executioni ducat. Idque omne fit excipiente & ſubſcribente notario, ſiue ſecretario Officij. Aduertendum quoque ad formam decreti, nam ſiue eo imperatum eſt vt reus in carcerem trahatur, ſiue vt

Oo 3 verbali

verbali vocatione vocetur; per literas aut per nuncium id ſignificatur.

34 Si per literas † non debet declarari cauſa nec adſcribi propter quã reus citatur, ſed tacitâ decreti cauſâ eſt præcipiendum, vt compareat coram Inquiſitoribus. Clement. 1. de hæretic. Brun. lib. 4. de hæretic. cap. 6.

Notandum & illud, quòd ſi de for-
35 mali hæreſi agitur, † mandatum datur vnà cum decreto, per quod iubetur ea bona ſequeſtrari, quæ penes reum inuenientur, & intercedente lictore, ſiue apparitore, ſiue alguazirio, receptore verò notario bonorum confiſcandorum ſancti Officij repertorium ſeu inuentarium conſcribitur, in quo ſenſim ac ſpecificè omnia rei bona notantur & conſcribuntur, ex quibus apparitor expendit quantum opus eſt, vt reum exhibeat. Quod ſi pauper eſt reus, à fiſco ſancti Officij ſumptus neceſſarij ſubminiſtrantur. Eoque pacto inſtructus lictor in reum cùm primùm poteſt irruit, eum ab omni hominum congreſſu, & commercio in itinere arcet, & tandem cuſtodi carcerum ſancti Officij tradit, qui reum in matriculam vinctorum exſcribit, ac benignè tractat, vt ei iubetur inſtruct. Matrit. ann. 1561. cap. 10.

Moneo, hortor, & obſecro Inqui-
36 ſitores, † ne propter defectum probationum vinctum in carceribus remorentur, ſed vt (quantâ fieri poſsit breuitate) vel eum moneant, vel interrogent. Non conuenit vt eos in ſuſpenſo teneant, & ſqualore & mœrore confici in carceribus ſpe futurarum probationum cogant. Nam interim in carceribus marceſcunt, eorumque fama diſpendium patitur, & bona diſsipantur. Inſtruct. Pincia. 3. cap. 2. & 3. & iterum 4. Toletan. c. 6. & rurſum. 5. Hiſpalenſ. c. 6. Simanc. de Catholic. inſtitut. tit. 44. num. 32. Id verò conſtitutum fuit à Conſtantio, Gratiano, & Valentiniano AAA. l. 1. & final. C. de cuſt. reor. l. 1. & l. 6. tit. 3. & lib. 6. C. Theod. in hæc verba. [De his, quos tenet carcer incluſos, id apertâ definitione ſancimus, vt aut conuictos velox pœna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diurna
37 non maceret.] Eſt enim † carcer funeſta domus, eiuſque damnum reo reparari non poteſt, Suarez in verb. carcer. num. 15.

Nunc vt reus audiatur ab Inquiſitoribus nihil obſtat. Eſt enim in eorum manu ac poteſtate: ſed priùs accuſatio in eum non formatur, quàm tres actus iudicij exilierint. Etenim vnoquoq; triduo ducitur ad audien-
38 tiam corã inquiſitore † vt monitiones in mẽtem, ſi poſsit, infundat, eiq; perſuadeat, vt de ſe cogitet, an ſuæ captiuitatis ipſe cauſã efferre poſsit, exigit, hortatur ad veritatẽ, vt illam per ſe patefaciat. Inde ſi tribus monitionibus ab eo nihil extorqueri poteſt, decimo die velis expaſsis interrogatur. Inde collige decimo die perfici omnes monitiones, & ex ſtatuto poſt accuratam interrogationem, proponi accuſationem, de hoc ſpatio decem dierum præſtando hæreticis meminit Alphonſus de Caſtro libr. 2. de iuſta hæreticor. punitione, capit. 1. vbi refert ex Liberato diacono Cæleſtinum Papam hanc dilationem conceſsiſſe Neſtorio. Simanc. vbi ſuprà titu. 44. Gundiſaluus de Villadiego tractat. de hæretic. quæſt. 8. & copioſè Eymericus 3. par. Director. tit. de modo interrog. reum accuſatum. & ibi Franc. Pegna Comment. 18.

Accerſitur igitur reus, quicum Inquiſitor ſe habet, habitâ ratione eius qualitatis quam præ ſe fert. Exigitur ab eo iuramentum, & promiſſum de veritate depromenda, quod fieri ſo-





let tam in monitionibus quàm in poſtrema interrogatione, quæ fit decimo die. Eaq; omnia iuxta inſtructionem Hiſpalenſem anni 1584. capit. 4. ac Matritenſ. ann. ſupradicti cap. 13. ac ſecũdum ordinem à generali Inquiſitionis Senatu præſcriptum ac ſeruari ſolitum. At ne tum Inquiſito-
39 ri fucũ faciat rei ficta ſanctitas, † vereor: hæretici enim ſemper pro virib. conantur occultare hæreſes, fictas lacrymas emittunt, quibus ſeuerisſimum quemque poſſunt permonere. Quamobrem certò ſciant Inquiſitores diu nõ poſſe illis aurem dari, quin à vero iudicis officio deflectant, quãtacunque rerum peritiâ & notitiâ dogmatum, hæreſum, ſectarum, vitæ & morum, tam veterum, quàm neotericorum hæreticorum fallacijs imbuti & exculti ſint, nõ poterunt non moueri, ſiue moneant, ſiuè interro-
40 gent. Habeat itaq; † neceſſe eſt veri iudicis & fortiſsimi athletæ virtutes, ſine quibus ſuo munere fungi non poſsit. c. vt Inquiſitionis. de hæret. lib. 6. & Alberti. in rubr. de hæretic. libr. 6. quæſt. 3. & 5. Non enim poterit fidem commodè defendere, niſi prædicta percipiat & cognoſcat, quibus ipſa fides, fideiq; dogmata oppugnantur, maximè his temporibus quibus hæretici varijs artibus animi ſenſum
41 tegere conantur. Hi enim † per æquiuocationem, per conditionis adiectionem, per retorſionem interrogationis, per fictam admirationem, per tergiuerſationem, per digreſſionem à propoſito, per ſui ipſius iuſtificationem, per ſimulationem corporei languoris, & amentiæ, & per ſanctitatis ſpeciem à ſcopo diuerti ſperant, quæ omnia enumerant Eymeric. 3. part. Director. tit. de modis dec. hæretic. & ibi Franciſc. Pegna comment. 22.

Certè Inquiſitores in examinandis,
42 monendis, & interrogandis reis † modeſtos, pios, & circũſpectos eſſe oportet, vt ſciſcitentur ab eis in genere: nullam enim delicti ſingularem circunſtantiam exprimere illos decet; ſed (vt Caſanus tractatu de tormentis ait. capit. 15. & habetur in l. 1. §. in cauſa tributorum. ff. de quæſtionib.) an ſciant quamobrem capti ſint, an ſuſpectos habeant, à quibus ſe delatos fuiſſe exiſtiment, qui illi ſint, & iuxta eorum reſponſionem formabuntur cæteræ interrogationes totius cauſæ. At præcipuè monebũtur, vt clarè & apertè veritatem fateantur, recepturi & inuenturi apud ſanctum Officium omne miſericordiæ, & charitatis auxilium. Atque ſiue in monitionibus tribus, ſiue interrogatione, ab his exquiſitè ediſcetur, quid ipſi ſciant de Chriſtianis & Eccleſiaſticis precibus, de doctrina Chriſtiana, vbi, & quando & quibus ſacerdotibus fuerint confeſsi peccata ſua. At (quod maximum & maximè ſcire decet) de genere ſuo interrogabũtur, natione, patriâ, educatione, diſciplinâ, bonitate, prauitate, tẽpore præterito, ſocietate, & amicitiâ, moribus, & ſermone familiari ac cõſueto, & alijs huiuſmodi: nam ex his argumenta hauriuntur Gandin. tractat. criminal. tit. de præſumpt. & copioſè Franciſcus Caſſonus tractat. 1. de indicijs ex perſona. cap. 1. & multis ſequentib. Hoc certè in crimine hæreſis eſt potiſsi-
43 mum obſeruandum: nam † qui in locis ſuſpectis eſt educatus, facilè creditur hæreſis labe infectus: ſcriptum eſt enim. [Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.] Eccleſ. 13. & proculdubio de cęteris circũſtantijs idem erit iudicium. Interrogẽt præterea Inquiſitores generaliter reos de ſocijs criminis ac de omnib. alijs, à quib. hæreſes acceperũt, & quos hæreticos eſſe vel fuiſſe ſciunt, quod vtiq; in crimi-

ne hæreſis licitè fieri poteſt, quia ver
git impietas in maximam reipubli-
cæ perniciem, ex inſtructione Hiſpa-
lenſ.c.vltimo.Bald. conſ.95.lib.5. So-
to libr. de ratione tegendi ſecreta.
memb.2.q.6.Doctores in l. fin. C. de
accuſation.Simanc.vbi ſup.

Hęc autem omnia minutim nota-
rius Inquiſitorum, qui adſtāt, ſcriptis
excipit, reus autem ſubſcribit, ſi ſciat:
ſin minùs, ſignum ad locum ſubſcri-
ptionis facit & apponit, atque iterum
in carcerem deſcendit. Iuxta varieta
tem ergo ſectarum & dogmatum, &
& qualitatem perſonarum, Inquiſito-
res diligenter inquirere, & interro-
gare debent, & ſummo ſtudio inue-
nire, & detegere veritatem. Quibus
adſtipulantur verba illa text. in cap.
1.§.Iudiciaria.1. de pœnitent. diſt. 6.
Diligens igitur Inquiſitor & ſubtilis
inueſtigator, & aſtutè & ſapiēter per
contetur à peccatore quod forſitan
ignorat, vel verecundiâ velit occul-
tare. Sic cognito crimine, varietates
eius non dubitet inueſtigare, vnáq;
locum, tempus, & res ipſa in mo-
numenta vt referantur, imperare.
Hoc admonet cōmune illud dictum:

*Sed quoniam variant animi, variaui-*
*mus artes:*
*Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.*

His actibus iudicij in hęreſis crimine
Inquiſitores procedūt ſimpliciter &
44 de plano: † & abſque aduocatorum
ſtrepitu, & procuratorum præpedita
peruicacia, multis tamen omiſsis, quę
magis ordinem iudiciorum ac ritum
actorum, quàm ſubſtātiam & verita-
tem cauſarum reſpiciunt: non enim
eſt neceſſarius libellus. l. libellum. ff.
de accuſationib. itaque (vt diximus,)
in hoc crimine, ſi agatur per viam
accuſationis, non ſe inſcribet accuſa-
tor ad pœnam Talionis Franciſc. Pe-
gna 3.par.Director.tit.de primo mo-
do procedendi in cauſa fidei per ac-
cuſat. nec litiſconteſtatio, nec copia
45 dilationum datur; † nec alia exigun-
tur, quæ in alijs criminibus: quod
vtiq; omne (vti diximus) inductum
eſt in fidei fauorem, vt citiùs & abſq;
fraudibus negotia Catholicæ fidei
tractentur & terminentur, & ne in
infinitum protrahantur. Non autem
omittenda neceſſaria ſunt; quæ ad
ſubſtantiam cauſæ ſpectant, hoc eſt,
illa, ſine quibus nec iuſtè nec rectè,
nec commodè negotium tractari
poſsit, ex text. in capit. vlt. de hære-
tic. in 6. Clementin. ſæpe. de verbor.
ſignific. gloſſ. in extrauagan. ad repri-
mendum. quomod. in læſ. maieſtat.
crim. procedatur. Oldrad. conſil. 115.
Socin. Senior. conſil. 54. volu. 1. Corn.
315. libr. 3. Felin. in capit. 1. de libelli
oblat. Brunus libr. 4. de hæretic. Bart.
in extrauagan. ad reprimendum. Ey-
mericus 3. part. Director. quæſtio. 55.
& ibidem Frāciſc. Pegna. Comment.
104. Tabienſ. in ſum. verb. Inquiſitor
§.38. Carrer. tractat. de hæretic. nu-
me. 103. verſi. & an ordinem. Reper-
tor. Inquiſitorum. verb. ordo iudicia-
rius. §. ſed quo ad telam iudiciariam.
Franciſc. Squillacenſ. de fide Cathol.
cap. 27. Ioann. Rojas. de hæretic. ſing.
145. Villadiego de hæretic. quæſt. 12.
Lanfranc. d. Clement. ſæpe. num. 1. 2.
& 3. & ibidem Celſus in tractat. clau-
ſul. quomodo autem ſit facienda. in
quo docet Decius conſil. 615. & Hip-
polyt. de Marſil. pract. criminal. §. cō-
ſtante. num. 12.

Reo igitur tribus monitionibus
excitato, ac poſtrema interrogatione
examinato. Promotor Fiſcalis ex offi
cij ſui neceſsitate abſq; pœna Talio-
nis (per. l. poſt legatū. §. aduocatum fi-
ſci. ff. de his quib. vt indig. &. l. qui eū
46 maior. §. penult. de bon. libert.) † pro-
ponit accuſationē generaliter, & ſpe
cialiter circa ea crimina & hæreſes,
quę ex teſtiū depoſitionib. ſummariè
apud



apud Inquiſitores probatæ ſunt, vel
indicatæ vel confeſſæ, ſpeciatim om-
nes propoſitiones aut facta referen-
do, vt ſciant rei quibus ſint crimini-
bus reſponſuri, ea tamen occultando
quæ ad veritatem eruendam prçter-
mittere opus ſit. argumento l. 1. §. edi
tiones. ff. eodem. Brun. lib. 4. de heret.
cap. 7. Quia præſentatā ante Inquiſi-
torem, coram quo accuſatio propo-
ſita eſt, ipſo præſente reo quem ac-
cuſat in ſcriptis Inquiſitori accuſatio
nem profert, & propriâ voce ip-
ſam accuſationis formam legit, & ip-
ſe Promotor fiſcalis iurat eam accuſa-
tionem iuxta iuris formam, & non
malitiosè vel per calumniam fuiſſe
propoſitam: ſed quia obiecta crimina
probare intendit. c. per ſcripta. 2. q. 8.
Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 4. nu.
12. Tum verò Fiſcali decedente, In-
quiſitores reum commonefaciunt vt
veritatem confiteatur, & quantùm
ſuâ interſit, vt meliorē ſuam cauſam
faciat. His dictis ante prædictum In-
quiſitorē reus accuſationis capitulis
reſpōdet, Secretarius S. Officij forma
liter ea omnia quæ reſpōdet ſcribit.

Actione propoſitâ ſi nulli ſint te-
ſtes, at reus ore ſuo iudicari poſsit Fi-
ſcalis Promotor petit vt reus con-
47 demnetur. † Reorum enim confeſ-
ſio (adhibito tamen temperato quod
expreſsimus hactenus) eſt probatio
omniū efficaciſsima, iuxta illud Luc.
19. [Ex ore tuo te iudico,] & docet
optimè Roman. conſil. 329. num. 11.
Alex. lib. 1. conſ. 13. Felin. c. 1. de ex-
cept. & in cap. cum ſuper, de re iudi-
cat. Fortior eſt ijs quæ fiunt per te-
ſtes, & rem notoriam facit: vnde di-
cebat in authent. ſed nouo iure. C. ſi
certum petatur. non eſſe exigendam
ſolennitatem probatoriam, vbi adeſt
confeſsio partis. Et licet in alijs crimi-
nibus ſola confeſsio delinquētis non
ſufficiat, niſi de crimine cōſtet ex. l. 1.
§. item illud. ff. ad Senatuſconſult. Syl-
lan. vbi Bart. & Bald. in d. authent. ſed
nouo iure, & Angel. in l. 1. C. de con-
feſſ. tamen in crimine hæreſis ſola
cōfeſsio rei ſufficit, & ex illa ſola pro-
cedi poteſt ad condēnationem. Bald.
in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſc. & cleric. Feli. c. auditis. de præ-
ſcript. Nic. Areleta. de hær. notab. 2.

Si verò in Inquiſitione teſtes au-
48 diti ſunt, aduocatus reo † datur ab In-
quiſitore inſtruct. Hiſpalenſ. cap. 16.
Simanc. de Catholicis inſtitut. tit. 5.
nu. 2. Rojas ſingul. 53. Eymeric. in 3. p.
Director. tit. de defenſionibus reorū.
& ibidem Frāc. Pegna comment. 28.
verſ. & ſic concedetur ſibi aduoca-
tus. pag. 480. vt eum defendat, & cu-
ius conſilio reſpondeat. Is quidem
Aduocatus ante omnia iurat quod
benè & fideliter reum defendet, &
ea quæ audiet vel accipiet non reue-
labit, ex inſtructione Madrilliana
anni 1561. c. 23. Tenetur etiam à reo
contendere vt verum fateatur, ac
pro peccatis pœnitentiam petat ad
faciliorem eius cauſę expeditionem.
49 Deinde † reſponſio à reo facta Fiſcali
nota fit, ac præſētib. partibus, & Fiſca
li ante tribunal Inquiſitoris ſeu Inqui
ſitorū concluſâ cauſâ ad probandum
reus admittitur, certo aliquo termi-
no nō præfixo, & partibus nō citatis:
vt teſtes iurare videāt, quia reus vel
alius pro eo teſtium receptioni non
intereſt, ne ſecretū violetur inſtru-
ctio Madrillian. ann. 1561. c. 72. Fiſca-
lis autem fortificat Inquiſitionē con-
tra reum ſuperaddendo, quæ denuo
ad eius perueniunt notionem. Et in-
terea reus ad audientiam quotieſcū-
que eam petit libenter admittitur.
d. inſtruct. Madrillian. c. 28. Ioan. Ro-
jas de hæretic. ſingul. 23. nu. 1. niſi fue-
rit relapſus. tex. in. c. ad abolendam. §.
illos quoq; de hæreticis. c. ſuper eo.
eod. tit. lib. 6.

His ſuppoſitis ad continuationẽ proceſſus gradum faciamus. Ac primùm
50 † de repetenda examinatione teſtiũ, vt memoriâ recolant quæ priùs ipſi depoſuerint, his addant vel detrahant. Res ea difficilis eſt, & diligẽtiſſimè tractari debet, vt docent DD. & gloſſ. in c. præſentium. de teſtib. in 6. Pendent enim ab hoc vita, honor, & bona reorum. Idcirco per Inquiſitores fieri debet vt impediatur fraus, & repellatur omnis cauillatio: ne pretio corrupti, prece victi, irâ vel odio commoti vel aliâ illicitâ & iniuſtâ cauſâ ducti, & excitati falſum teſtimonium dicant: idq; iuramento cauere debent ac polliceri à veritate ſe non receſſuros. Tum verò adſtant quinque perſonæ. Iudex, teſtis, duæ religioſæ perſonę (religioſas vocamus non regulares, ſed quæ animi candore, & religionis zelo commẽdentur) & ſcriba ſiue notarius, qui omnes ſimul deſiderantur in hoc actu iudicij, vt quæ multorum teſtimonijs comprobantur, certiore & validiore formâ ſubſiſtant, & quæ multorum ſunt ſenſibus inſinuata procul amandari, & memoria deleri non credantur.
51 Nam vt docet Franciſc. Pegna. [In † cauſa Fidei dum reorũ negotia tractantur multas interuenire perſonas iuuat.] Eorum igitur præcipua perſona Inquiſitor eſt, qui cautâ ſolicitudine à teſtibus repetendis veritatem extorquere debet, ne innocens condemnetur aut damnandus abſoluatur: eoque pacto teſtes ratificantur iuxta deciſionem tex. in c. vt officiũ. §. verum. de hæretic. lib. 6. & ibidem Philippus Francus num. 4. & cæteri ſcribentes. Archidiacon. Ioann. Andr. & alij in d. c. vt officium. vbi religioſorum nomine intelligũt clericos ſæculares, ita Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 64. num. 9. Eymeric. 3. part. Directorij. q. 63. & ibid. Pegna com. 112. [illegible]

His ratificatis cum ſolita cautela
52 eorum † dicta publicantur iuxta formam inſtruct. Hiſpal. anni 1484. c. 16.
53 Inquiſitores ipſi † propriâ manu teſtium publicationes ſcribunt ac reo tradunt: quæ teſtium publicatio fit etiam ſi reus confeſſus ſit, vt certior fiat carceratum eum legitimè fuiſſe, ac præcedente informatione, nam alioquin captura non eſſet legitima. Ac etiam vt conuictus poſſit dici vel confeſſus, & vt contra ita conuictum vel confeſſum poſſit ſententia pronunciari. Sic enim liberius eſt Iudicis arbitrium cuius culpæ verti nõ poteſt defectus publicationis. Teſtibus publicatis reus aduocato ſuo teſtes contra ſe receptos communicat, qui pro eius defenſione laborat, ita tamen vt copia vel exemplar earum ſcedularũ vel allegationum quæ deducuntur apud eum non remaneat, Inquiſitoreſq; paternâ charitate intentiq; amoris affectu ea omnia quæ ad defenſionem rei pertinere videntur non prętermittunt: debent enim
54 non modò eſſe iudices, † ſed patres reorum, vt in. 1. inſtruction. Hiſpalen. cap. 16. Receptis autem defenſionibus à reo factis coram eius aduocato, Inquiſitores ab eo ſciſcitantur an velit alia ſuæ defenſioni accumulare, quod ſi nolit, in cauſa concludunt. Similiter etiam fiſcalis concludit ſaluo iure impertinentium & non admittendorum, quamuis ad id non teneatur.
55 Tandem † Inquiſitoribus cum ordinarijs S. Officij conſultoribus, iuriſperitis congregatis, antiquior Inquiſitor totum reorum proceſſum integrè, & ſerioſè explicat, vt ipſi perfectè conſultent, & de cognitis ferant ſuffragium & iudicium. text. in c. ſtatuta. §. iubemus. de hæretic. lib. 6. Eymeric. in 3. p. Director. q. 78. & 79. & ibidem Franc. Pegna commen. 127. & 128.



& 128. Deinde † vnus ex ſecretarijs
56 ſancti Officij proceſſum ipſum à capite vſque ad finem legit, vt meliùs, ac attentiùs iudices conſiderent ac perpendant circũſtantias quæ delictum aggrauare vel diminuere poſſunt. Cui relationi ac lectioni aſsiſtit fiſcalis, & proceſſu lecto egreditur tribunal, petens reũ caſtigari prout in accuſationis propoſitione poſtulauerat, iuxta inſtructionem Matritẽſem anni 1561. c. 40. Deinde omnibus charitatem ac miſericordiam præ oculis habentibus ſecundum conſcientiæ
57 dictamen proferunt hoc ordine. † Primi ſunt Conſultores incipiente iuniore: poſtea ordinarius qui votum deciſiuum habet. Poſtremi ſunt Inquiſitores, qui præſentibus deferunt ſuffragia & votum, vt omnes intelligant quibus iuribus, rationibus, aut inſtructionibus ſancti Officij adducantur, vt vel conſultorum & ordinarij ſententijs adhæreant, vel ab eis diſcedant, & ſecretarius qui præſens eſt, omnium vota in libro, & regiſtro votorum ſcribit quolibet ſuum votum ſubſcribente. Tandem dictatur ſententia iuxta vota & ſuffragia, pœnæ iuxta delictorum qualitatem infliguntur plurimùm indulgẽdo confitentibus, ac formaliter hęreticos ad reconciliationem admittendo de confiſcatione bonorum, de habitu pœnitentiali, qui eſt ſaccus benedictus vulgò [Sanbenito vt ſuperiùs explicuimus.] De carceribus perpetuis, vel miſericordiæ (vt vocant) ſententiam ferentes ſuam. Quæ omnia ſiue perpetua ſiue ad tempus conſti-
58 tuenda ſint † cum ordine ſiue decreto Generalis Inquiſitoris fiunt. † Re-
59 lapſi verò veri, aut ficti per vehemẽtem abiurationem ab eis factam in primo lapſu & proceſſu, ſi conuicti poſtea fuerint vel confeſsi brachio ſæculari relaxantur. c. accuſatus. §. 1. & §. ille quoque. de hæretic. in. 6. ſimiliterque hęretici negatiui & contumaces, quanuis maxima cura in eorum conuerſione intendatur, ac per aliquod tempus expectentur, plurimùmque ſatagunt Inquiſitores vt illi reſipiſcãt & ad ſupplicium conuerſi, & ad veram fidem reducti perducantur, de quibus ſatis ſuis locis latiùs diximus.
60 At quod attinet † ad alteram partem procedunt Inquiſitores contra hæreticos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos etiam ſi fugerint & domiciliũ ſuum tranſtulerint, poſtquam delati fuerũt de hæretica prauitate, nec minùs cõtra eos qui extra ſuam iuriſdictionem exierunt, cum tempore Inquiſitionis in ſuo diſtrictu exiſterent. c. vt commiſsi. in principio. & c. cum contumacia. de hæreticis libr. 6. & habetur in Concilio Narbonenſe capit. 19. 20. & 21. vbi poteſtas procedendi contra abſentes, & modus quo procedatur tribuitur, & habetur inſtruct. Hiſpal. cap. 19. cuius hæc ſunt verba. [Similiter decreuerunt vt contra culpabiles in dicto hæreſis crimine ſi abſentes ſint Inquiſitores procedãt citando præfatos abſentes per edicta publica, quæ publicari faciant, & affigi ianuis Eccleſiæ principalis illius loci vel locorum in quibus morabantur.]
61 proceſſus verò contra hos fit † citando, & admonendo abſentes, iuxta c. cum contumacia. de hæretic. lib. 6. vt compareant ad ſe defendendum, & reſpondẽdum de iure ſuo, ſuper certis articulis fidei cauſam tangentibus, & ſuper certo hæreſis crimine. ſub pœna excommunicationis, cum ſuis admonitionibus in forma, aſsignando tempus illis, arbitrio Inquiſitorum in tribus terminis diuiſum, triginta ſcilicet dierum ſecundum
62 diſtantiam locorum. † Citatio autem debet fieri ad omnia proceſſus acta,

vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè. Quo caſu ſi reus non comparuerit accuſabitur eius contumacia in omnibus edicti terminis.

Verùm quia abſentia,& fuga delati efficit vt iudicium,& proceſſus Inquiſitoris in cauſa fidei protrahatur, excogitandum fuit remedium efficax , vt obuiam iretur tanto malo: quandoquidem rei huius criminis omnino citandi ſint, ſiue procedatur per accuſationem,Inquiſitionem,aut
63 denunciationem. † Citatio enim eſt de iure naturali,ſicut defenſio.tex.in Clement.paſtoralis.§. cæterùm.de re iudicata.&. l. vt vim.de iuſt.& iur.cũ vulgatis, ideo nemini deneganda quantumuis excommunicato.c.cum inter.c. fin. de exception. & expreſſiùs in caſu noſtro probat tex in. cap. quiſquis Epiſcopus. 4. q. 5. & c.1.qui matrim.accuſar.poſſ.& c.venerabili. de dolo,& contum.

Fallit tamen † in relapſo,quia non eſt citandus, neque audiendus. c. ad abolendam. §. illos. de hæretic. &. c. ſuper eo.eod.tit.lib.6. Hæc autem ci-
65 tatio † fieri poteſt per Inquiſitores vel ordinarios.c. vt commiſsi.in principio. de hæret. libr. 6. debet tamen reus abſens tribus edictis citari , vel vno peremptorio pro omnibus. c.de illicita.§.de conuentione. 24. quæſt. 3.l.ad peremptorium. &.l. nonnunquam. ff. de iudic. & in terminis de hæreticis tradit Archidiaconus in.c. cum contumacia.num.2. de hæretic. lib.6.& Alberic. de Roſat.in rubr. C. de hæretic.num.5.verſic.vtrum pro
66 prima.Et † ſi ſemel perſonaliter citatus fuerit,&cauſa ſit quare carcerib. detineri debeat,cogendus eſt vt cõſtituat procuratorem, aliàs enim citabitur domi,aut pro valuis maioris Eccleſię.c.cauſamq́; &.c.venerabilis. de dol.& contumac.c.ſi aduerſarius. de eo qui mittitur in poſſ. cauſ. ſi autem compareat, moneri debet trinâ monitione,vt iuri pareat.cap.omnes decimæ.16.q.7.&.c. philoſophorum. 16.q.4.c.cõtingit.de ſentent.excommunicat.c.ſacro.eod.titu.&.c.reprehenſibilis.eodem.tit.

67 Si verò fuerit † contumax,& legitimè citatus, excommunicabitur: & ſi per annum perſeueret in contumacia,punietur vt hæreticus.c.cum cõtumacia.de hæret.lib.6.& vt in quæſtio.de excommunicato per annum copioſe diximus : imò poſt mortem damnari poterit, vt tradit Bellamera deciſ. 677. Animaduertendum eſt,
68 quòd † citatio debet continere expreſsè cauſam pro qua citatur, videlicet pro cauſa fidei , vel ad reddendum rationem fidei ſuæ, vt notatur in.d.c. cum contumacia. de hæretic. lib.6.Alberic. in Rub. C. de hæretic. num.6.

69 Cæterùm † ſiquis citatur ab Epiſcopo , & Inquiſitore,tenebitur tamen comparere coram Inquiſitore delegato,qui in huiuſmodi cauſa præfertur.c.ſanè.2.de offi.delegat. c.ſtuduiſti.eod.tit.d.c.vt commiſsi.de hęreticis.libr.6. ſi abſens autem fuerit, & per annum inſorduerit in excommunicatione,habetur pro hæretico. dicto.c. cum contumacia. ſi compareat interrogari debet ſuper articulis fidei,& alijs ſubſtantialibus, vt ſuprà diximus, quia in his ſolent hæretici fidem ſimplicium deprauare. ita S.Thom.2.2.q.2.artic.6.ad ſecundum vbi Caietanus.

70 Si † ſuſpectus reus de fuga eſt,non eſt facienda citatio verbalis,ſed realis:id eſt,ad capturam deueniendum eſt.Si verò non timetur de fuga generaliter monendus, & præcipiẽdus eſt, vt coram Inquiſitoribus ſiſtat: quia volunt ab eo quædam ſcire , vt propterea nec locus , nec tempus, nec delictum ſpecificari , & aperiri

debeat



debeat. vt docet Conrad.Brun. lib. 4.cap. 6. de hæretic. Simanc. de Catholicis inſtit.tit.44.num.12.

71 Quando verò † graue aliquod ſcelus hæretici committunt, & latitant, nec copiam ſui faciunt,tunc verbaliter per literas euocantur , & citantur in quibus cauſa exprimenda eſt in citatione.

72 Si autem † è carceribus effugiãt ob ſolam fugam,ſi honeſtior perſona ſit vt ſi nobilis , doctor , religioſus , aut aliàs honorabilis ciuis , cuſtodiatur
73 arctiùs & duriùs puniatur. Quod † ſi vilis ſit,publicè verberibus flagellabitur,& cauſa hæreſis in ſuo ſtatu permanens tractabitur, non tamen propterea conuictus de hæreſi habetur, quanquam ob id alijs pœnis arbitrarijs puniri poſſunt. Simancas de Cathol.inſtitut.tit. 16.nu.23. & in tract. adnotationum ad Zanchin. cap. 81. quem ſequitur Ioann. Rojas in tract. de hæretic.part.2.aſſertion.15. qui in
74 hanc ſententiam veniunt. Quia † nihil habet commune fuga aut effractio carceris cum hæreſi, vt potiùs præſumẽdus ſit tędio aut metu falſorum teſtiũ,aut ob ſæuitiam tormentorum aufugiſſe,quàm errore intelle-
75 ctus id facere. Si autem † negligentia cuſtodis euaſerunt, mitiùs cum eis agendum eſt, vt reſpondit Vlpianus in.l.1.ff.de effractor.

His expeditis Inquiſitores accuſationem , & denunciationem Promotoris Fiſcalis recipient , & abſentem aut condemnabunt,aut abſoluẽt iuxta proceſſus plenariã probationem,
76 quæ vtiq; procedunt:quia † vbi quis deliquit,ibi puniendus eſt. c. vlt. de foro competent.cap.1.de raptor.can. ibi ſemper 4.q.6.auth.qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet: quia in quo loco quis per delictum dedit malum exemplum,ibidem debet per punitionem debitas luendo
77 pœnas ſatisfacere. Cæterùm † in crimine hæreſis vbiq; hæretici capi poſſunt,& puniri. Bal.in.l. ſi excepta. C. de malef.Cardin.in Clement.2.§.denique. q. 9. de re iudicat. Carrerius tract.de hæretic.num. 153. Iacob de Rauen.in.l.1.C.de ſum.Trinit. & fid. Cathol.gloſ.in.c. vt commiſsi.de hæret.lib.6.Simanc de Cathol. inſtitut. tit.2.num. 10. quanuis autem delicta morte extinguantur , iuxta deciſionem tex.in.l.2.& 3. C. ſi reus vel accuſ.mort.fuer. & l. vltim. C. de bon. eor.qui ſibi mort. conſciuer. & in.l. ſenatus. §. ſi propter mortem. ff. ad Turpillian.c.peruenit.c.cauſam quæ. el.2.qui filij ſint legitimi.c.quorundã.
78 23. diſtinct. quoniam † mors omnia ſoluit.auth.de nupt.§. deinceps. l. defuncto.ff.de public.iud. Nihilominus tamen Inquiſitores procedũt in cri-
79 mine hæreſis contra mortuos. † Eſt enim ſpeciale , vt morte non extinguatur hoc delictum ob immanitatem facinoris.c.accuſatus. §. final. de hæret. lib.6.c.filij.vbi gloſſ.eod.tit.& c.ſi quis Epiſcopus. de hæreticis. vbi comm. Doctor.& Concil. Biterrenſ.
80 cap.18.contra quos † durat actio per quadraginta annos ; quò etiam ad bona confiſcata ſiue adiudicentur fiſco ſęculari,ſiue fiſco Eccleſiæ.Nam
81 † in delictis Eccleſiaſticis coercendis diſpoſitioni iuris Canonici ſtandum eſt,potiùs quam iuris ciuilis, manife-
82 ſtum eſt autem † hoc crimen eſſe merum Eccleſiaſticum. c. vt Inquiſitionis.§.prohibemus de hæretic. lib. 6. ſed ius canonicum in deteſtatione tanti criminis inſtituit,vt bona hęreticorum etiam poſt mortem publicentur,& ad quadraginta annos extendi debere fatẽdum eſt,iuxta text. indiſtinctè loquentem in.c.2. de pręſcript.lib. 6. & ſic debet accipi indiſtinctè tam in fiſco regio quam Eccleſiaſtico.l.1.§. generaliter. ff. delegat.

præſt.

præſt. vbi enim lex non diſtinguit,
nec nos diſtinguere debemus. C. de
pretio. ff. de public. in rem act. quibus
confert diſpoſitio inſtruct. Hiſpalen.
cap. 20. vbi tametſi defunctorum hę-
reticorum bona applicentur fiſco
ſæculari, nihilominus ſpatio, qua-
draginta annorum durare hæc a-
ctio declaratur, non modò ad dam-
nandam memoriam defunctorum,
ſed etiam ad confiſcanda bona, vt à
quibuſcunque poſſeſſoribus auferã-
tur. Ad damnandam autem memo-
83 riam hæreticorũ † nullis temporum
ſpatijs hæc actio impediri poteſt aut
finiri, ſed quocunque tempore dete-
ctum fuerit ac legitimè conſtiterit
quempiam hęreticum deceſsiſſe, po-
terit Fiſcalis agere contra eum, vt In-
quiſitorum iudicio damnetur illius
memoria, quod excõmunicatus vitâ
deceſſerit, nec iudicio ſiſtere volue-
rit, tum veretur ne quiſquam pro illo
oret, & vt extumulētur oſſa, & com-
84 burantur; nam † cui viuo communi-
care non licet, nec mortuo licebit, vt
copiosè tradit Simanc. de Catholicis
inſtit. tit. 18. de defunctis. nu. 14. Feli-
nus in. cap. cùm à nobis. de præſcript.
nu. 12. 13. Conrad. Brun. libr. 5. de hæ-
reticis. cap. 17. in fine. Eodem modo
proceditur poſt mortem contra fau-
tores, receptatores, & defenſores
hæreticorum. Simanc. vbi ſup. tit. 46.
de pœnis. nu. 77. Zanchin. de hæret.
cap. 24. Iuſtè enim proceditur con-
tra defunctos hæreticos. Primo vt
memoria eius damnetur. Secundo vt
bona illius per fiſcum ab hæredibus
defuncti, ſeu à quibuſlibet alijs poſ-
ſeſſoribus auferantur. Tertio, vt de-
functus exhumetur, & extra locum
ſacrum proijciatur & comburatur.

Zanchin. de hæretic. d. c. 24. dicta in-
ſtruct. Hiſpal. anni. 1484. cap. 20. De-
85 bet tamen † procedere ſufficiẽs pro-
batio vt ſalubriter ſanciuit inſtruct.
Abulenſ. anni 1498. c. 4. in fine, cuius
hæc ſunt verba. [Ne vocetur in iudi-
cium defunctus aliquis, nec proceda
tur contra eius memoriam, & famam
niſi plena probatio habeatur, vt inde
poſsit condemnari.] Proponitur ac-
cuſatio à promotore fiſcali cõtra de-
86 functum † & notificatur filijs, vel hæ-
redibus aut alijs, quorũ intereſt me-
moriam defuncti non damnari. Inſtr.
Matritia. an. 1561. c. 61. Areti. in. §. in-
terdum. inſtit. de hæred. quæ ab in-
teſt. deferunt. & ſpecificè d. conſ. Bi-
terrẽſ. d. c. 18. Idq; fit publico edicto,
legitimato termino tradito. Si verò
damnanda fuerit memoria defuncti;
87 † eius imago ſeu ſtatua in publicum
producenda eſt (in qua maioribus
characteribus deſcriptum affigitur
nomen illius defuncti, cuius me-
moria damnatur.) Et coram illa, ac
ſi defunctus viuens, & præſens eſſet
recitantur omnes articuli erronei,
ſeu hæreticales, facta item opera hæ-
retica, quæ legitimè probata fuerunt
cõtra defunctum, eodem modo quo
geſta fuerunt ab illo, in omnibus ob-
ſeruando ea, quæ contra Ioannem
88 Vvicleffum Concil. Conſtant. obſer-
uauit. Iſtæ enim ſtatuæ defunctorum
damnatorum † curiæ ſæculari tradũ-
tur, forma autem huius ſententiæ, &
alia ad hanc rem ſpectantia poſuit
Zanchin. vbi ſuprà cap. 41. Repertor.
Inquiſitor. in verb. ſententia. §. ſupra
viſum eſt. & d. Concil. Conſtant. ſeſſ.
8. ex quibus totus ordo procedendi
contra hæreticos defunctos accipi
poteſt.

DE



# DE EXPEDI-tione proceſſus in cauſis fidei.

## SVMMARIVM.

1 *REus, & ſuſpectus in cauſa hæreſis, ſi deeſt proceſſus, abſoluitur.*
2 *Purgatio Canonica indicitur laboranti infamia hæreſis.*
3 *Purgationem Canonicam indicunt Epiſcopus & Inquiſitor.*
4 *Purgatio publicè fit, ſi publica eſt hæretici infamia, ſin minùs, priuatim.*
5 *Relapſus in hæreſim, de qua purgatus fuit, traditur brachio ſæculari: ſi in diuerſam incidat hæreſim, non dicitur relapſus.*
6 *Tormenta qui ſuſtinet, & nihil confitetur, abſoluitur ab inſtantia iudicij.*
7 *Torturæ iudicium per quos, & quando fieri debeat.*
8 *Impubes non torquetur, & quare.*
9 *Mulier prægnans non torquetur.*
10 *Abiuratione de leui proceſſus terminatur.*
11 *Abiuratio quid ſit.*
12 *Abiurationis origo.*
13 *Abiurationis forma.*
14 *Abiurationis ſpecies quatuor.*
15 *Abiurare tenentur viri anno 14. fœminæ anno 12. ætatis.*
16 I*mpubes non abiurat, ſed alijs afficitur pœnis, niſi doli capax ſit.*
17 *Impubes quando, & quomodo abiurabit.*
18 *Abiurans debet ſubſcribere abiurationi.*
19 *Citandus eſt reus ad ſentẽtiæ pronunciationem.*
20 *Proceſſus terminatur abiuratione de vehementi, vbi magna ſunt indicia.*
21 *Proceſſus terminatur abiuratione de violenta præſumptione, vbi per indicia quaſi manifeſta reus redditur ſuſpectus.*
22 *Præſumptio iuris, & de iure eſt contra reum excommunicatum per annum.*
23 *Violenter ſuſpectus, ſi recuſat abiurare, traditur brachio ſæculari.*
24 *Pœna abiurantis violenter.*
25 *Violenta præſumptio ex quibus accipi poſsit.*
26 *Proceſſus terminatur, quando contra reum ſuſpectum, & diffamatum ſunt aliqua indicia.*
27 *Suſpicionem inducit cum hæreticis verſari.*
28 *Suſpectus & diffamatus de hæreſi arctiùs punitur, quàm ſuſpectus tantùm.*
29 *Proceſſus expeditur, & terminatur confeſsione & reſipiſcentia rei, & quæ huius pœna.*
30 *Confeſsio & reſipiſcentia ſimulata præcauenda ab Inquiſitoribus.*
31 *Sententiæ forma pro reſipiſcentibus.*
32 *Sententia conuerſorum profertur ſub conditione.*
33 *Iuriſdictio Inquiſitorum poſt ſententiam in cauſis fidei regulariter non exſpirat, ſecus in ditionibus Hiſpaniarum.*
34 *Proceſſus relapſi reſipiſcentis quomodo terminatur.*
35 *Inquiſitores eniti debent, vt relapſi reſipiſcant.*
36 *Actio fidei publica die feſto celebratur, & quamobrem.*
37 *Clericus hæreticus degradari debet, priuſquàm brachio ſæculari tradatur.*
38 *Degradari debet actualiter hæreticus.*
39 *Pertinaciâ rei terminatur proceſſus.*
40 *Proceſſus terminatur relapſu rei pertinacis.*
41 *Proceſſus terminatur probationibus, reo in negatiua perſiſtente.*
42 *Fugâ rei terminatur proceſſus, & nu.*

43.

43. 44. 45. & 46.
47 *Contumax non auditur quoad bona, anno elapſo; auditur tamen in crimine.*
48 *Proceſſus traditur reo, quando, & quo ordine.*
49 *Teſtibus in fidei cauſa fauetur.*
50 *Teſtium nomina in cauſa hæreſis non ſunt publicanda, & quare.*
51 *Appellatio non admittitur à denegatione publicationis nominum teſtium.*
52 *Suſpicionis cauſæ quales, & quid in hoc Inquiſitores facere debeant.*
53 *Teſtes examinari debent ab Inquiſitoribus ſuper reprobatione propoſita à reo.*
54 *Recuſatio quid ſit, & an Inquiſitores poſsint recuſari.*
55 *Inquiſitores qui eligendi ſint.*
56 *Recuſationis cauſæ quæ ſint.*
57 *Recuſationis cauſæ quando remittendæ ſint ad ſupremum ſanctæ Inquiſitionis Senatum.*
58 *Appellationis beneficium denegatur hæreticis.*
59 *Appellatio eſt præſidium innocentiæ, & non defenſio iniquitatis.*
60 *Appellatio in cauſa hæreſis ab interlocutorijs admittitur.*
61 *Appellatio ab interlocutoria, ſiue grauamine duo contineri debent.*
62 *Appellatione pendente, nihil innouandum.*
63 *Appellatio friuola non eſt admittenda.*
64 *Appellatio friuola quæ ſit.*
65 *Appellatio fruſtratoria repellitur, & quæ ſit.*
66 *Appellatione non obſtante, Inquiſitor procedit, niſi recuſetur.*
67 *Appellatio admittitur vbi iuſta recuſatio eſt.*
68 *Appellatio ceſſat, ſi iudex reuocat grauamen.*
69 *Forma reuocandi grauamen.*
70 *Appellatio vt ſit valida, decem requiruntur.*
71 *Appellanti Inquiſitor præfigere terminum poteſt ad proſequendam appellationem ſub excommunicationis pœna, & num. 72.*
73 *Appellationi non defert Inquiſitor, dum præfigit terminum.*
74 *Appellatione non obſtante, ſi reus illam non proſequitur iudex procedere poteſt.*
75 *Appellationem proſequi, quid ſit.*
76 *Iudex aſsignans terminum ad reſpondendũ, appellationi non defert.*
77 *Iudex quando dicatur deferre appellationi.*
78 *Caſus plures adducuntur contra appellantem, & iudicem denegantem appellationem.*
79 *Appellationi friuolæ iudex no defert.*
80 *Appellationi non defert iudex, niſi ex iuſta cauſa appellatum fuerit.*
81 *Iudex quando poteſt ſummatim inquirere de cauſa appellationis.*
82 *Appellationis cauſa probabilis quæ dicatur.*
83 *Appellationis cauſam probabilem qui proponit, probare illam tenetur.*
84 *Exceptionem quis non ſolùm efferre, ſed probare tenetur & teſtes nominare.*
85 *Appellatio interpoſita ab interlocutoria omnes cauſas ſimul efferre tenetur.*
86 *Apoſtoli petendi ſunt ab appellante.*
87 *Apoſtoli ſunt literæ in forma breui.*
88 *Apoſtoli congruo loco peti debent, & quid ſit congruo loco petere, & nu. 90. & 91.*
89 *Apoſtoli niſi petantur intra dies triginta, appellationi renunciatur.*
92 *Locus congruus & incongruus quis ſit.*
93 *Apoſtoli dari debent aperti, & expenſis appellantis.*
94 *Appellans, qui à denegatione Apoſtolorum non appellat, recedit ab appellatione.*





95 *Appellatio dicitur fruſtratoria tripliciter.*
96 *Appellatio quanuis in ſcriptis ſit, non tamen legi, ſed tradi iudici debet.*
97 *Apoſtolorum denegatione non defertur appellationi.*
98 *Apoſtolorum etymon.*
99 *Apoſtolorum ſpecies.*
100 *Appellatione admiſsâ quid præſtãdũ.*
101 *Appellationi ius quomodo fiat in ditionibus Hiſpaniarum, & ad quem appellatur.*
102 *Bulla Clementis VII. quâ committuntur appellationes Inquiſitori Generali decidendæ.*

HActenus oſtenſum fuit, quomodo proceſſus Inquiſitionis hæreticę prauitatis, incipi & proſequi deberet: verũ quia multifariam expeditur, ſub breuitate hoc loco ex ſacrorum Canonũ reſcriptis Apoſtolicis, iure communi, & inſtructionibus S. Officij ordo obſeruãdus aperietur.
1 Primò igitur † perficitur proceſ-
ſus, quando delatus non conuincitur cõfeſsione propriâ, nec facti euidentiâ, neque teſtium productione legitimâ, nec aliàs ſuſpectus, nec diffamatus publicè de prædicto crimine reperitur: tunc enim abſolui debet, vt docent Iacobus Sprenger in Malleo maleficarum. 3. part. q. 20. Locatus in fine operis iudicialis in forma abſoluendi delatum, Zanchinus de hæretic. cap. 41. in fine Tabienſ. verb. Inquiſitor. §. 12. num. 13. Siluester. de Strigibus lib. 3. cap. 4. puncto. 3. & illum ſolus Inquiſitor, vel ſolus Epiſcopus poteſt abſoluere, quod vtique vſu receptum eſt. Quorum doctrina multùm conducit ad reliquos modos.
2 Secundò modo, quando delatus †
laborat infamiâ de aliqua hæreſi in aliqua villa, oppido, aut ciuitate, vel prouincia non cõuincitur, nec teſtibus, nec propriâ confeſsione, nec facti euidentiâ: tunc autem ei indicere debent Inquiſitores purgationem canonicam, vt in Abulenſ. inſtructione anni 1498. cap. 1. conſtitutum eſt. Vbi poſtquàm oſtendit, in qualibet Inquiſitione duos conſtitui Inquiſitores, ſubdit in hæc verba: [Qui (ſcilicet Inquiſitores) ſimul, & non vnus ſine altero procedant ad capturam, torturam, cõpurgationem Canonicam, &c.] Ea vocatur cõgrua purgatio, in authent. de ſtatu & conſuetud. §. Gazaros. collat. 10. cõſtit. fi. Vbi autem vnus tãtùm eſt Inquiſitor Apo-
3 ſtolicus, † is non indicet Canonicam compurgationem ſine Epiſcopo loci. Ordo autem quis ſit obſeruandus in purgatione Canonica, præſcripſit Autor Repertorij Inquiſitorũ, verb. Purgatio. §. forma. & Simanc. de Ca-
4 thol. inſtitut. tit. 56. nu. 25. hæc † etenim purgatio fieri debet in publico, in locis in quibus diffamatus eſt, vt eis publicè ſatisfaciat, ſe purgando quos publicè per ingratum infamiæ offendit odorem. Si autem nõ fuerit publicè diffamatus, tunc in priuato præſtabit hãc Canonicam purgationem. gloſſ. 2. q. 5. in ſum. verb. cogendus. gloſſ. in c. 1. verb. publico. 15. q. 5. Archidiac. in c. illud. 22. diſt. Repertor. Inquiſitor. verbor. purgatio. §. ſi
5 enim eſt infamatus. † Reincidens autem in hæreſim, de qua ſe purgauit, vt relapſus eſt puniendus, & curiæ ſæculari tradendus. cap. accuſatus. §. ille quoque. de hæretic. lib. 6. & tradit Franc. Pegna in 2. p. Director. ſuper q. 58. §. quartus eſt caſus. Is verò qui ſe purgat, vt vehementer infamatus de hæreſi, ſi relabatur, non dicetur relapſus; niſi in purgatam hæreſim recidat, ſecus ſi abiurauerit

erit aliquam hæreſim, ſi iterum verè incidat, ſiue in eandem, ſiue in aliam curię ſæculari traditur. d. cap. accuſatus. §. cum vero. de hæretic. libr. 6. quia qui incidit in aliam hæreſim diuerſam ab ea, de qua ſe purgauit, non punitur pœna relapſorum, nec traditur Curiæ ſæculari, vt luculēter docet Franc. Pegna in 3. p. Directori comment. 38. ſuper titu. de ſecundo modo finiendi proceſſum.

Tertio modo finitur proceſſus tormētis, nam ſi delatus exponitur tor-
6 mentis, † & firmiter ſuſtinet illa, nihil que confitetur, abſoluitur ab inſtantia. Ita Tabienſ. in ſum. verb. Inquiſitor. §. 14. nu. 15. Iacobus Sprenger. in Malleo maleficarū. 3. p. q. 22. Vmbertus Locatus in opere iudiciali, verb. tortura. Silueſter de ſtrigib. lib. 3. c. 4. puncto. 5. Simanc. de Cathol. inſtitut. titu. 65. de tormentis, & optimè Eymericus in. 3. p. Directorij. q. 61. & ibi
7 Franc. Pegna. † Sentētiæ autem torturæ, & in eius executione, Epiſcopus & Inquiſitor interuenire debēt. Clem. multorum. de hæretic. inſtructio Matritiana ann. 1561. c. 48. in hęc verba. [Ad pronunciādum verò tormenti ſententiā interueniant Inquiſitores & ordinarius, & eodem modo ad eius executionem, ob varios caſus, qui in tortura accidere poſſunt.]
8 Hæc ibi. † Ad torturam verò deueniri debet, quando indicia iure ſubſiſtūt: rei etiam hæreſeos, qui propter immaturam ætatem, quales ſunt impuberes, aut propter ſenectutem torqueri non poſſunt, terreri tamen poſſunt cum moderamine iuxta perſonæ, & temperamenti corporis qualitatem. Text. eſt ad hoc ſingularis in l. 1. §. impuberi. ff. ad Senatuſconſult. Syllan. cuius verba ſunt. [Impuberi autem vtrum in ſupplicio tantùm parcimus, an verò etiam in quæſtione? & magis eſt vt de impubere nec quæſtio habeatur; & aliàs ſolet hoc in vſu obſeruari, vt impuberes non torqueantur: terreri tantùm ſolent, & habenâ, & ferulâ cædi.] Hæc ibi: & tenet Simanc. de Cathol. inſtitut. titu. 65. numero 45.
9 † mulier prægnans nec torquenda, nec terrenda. Anton. Gomez variarum reſolut. capit. 13. num. 3. Paulus I. C. 1. ſentent. tit. 12. §. 5. & text. ex eod. Paulo in l. 3. ff. de pœnis.

Quarto modo terminatur proceſ-
10 ſus † per abiurationem de leui. Sed quia abiuratio multifariam accipitur, primò ſciendum erit, quid ſit
11 de quo prædicatur. Eſt autem † abiuratio ſolennis hæreſum deteſtatio, cum aſſertione Catholicæ veritatis, & obligatione, iuramento & pœnâ munitâ permanendi in fide Chriſtiana, vt colligitur ex cap. ego Berengarius. de conſecratio. diſtinct. 2. & capit ad abolendam. §. illos quoque. de hæreticis. & ex c. ſuper eo. & ex capit. accuſatus. de hæretic. lib. 6. & cap. inter ſolicitudines. de purgatione canonica. quæ quidem abiura-
12 tio antiquitus inſtituta fuit † ob continuas, frequenteſque hæreticorum fraudes, & ſubterfugia, vt abiurationis robore adacti, & quaſi vinculo conſtricti, & alligati cogerentur in Catholicæ Eccleſiæ vnitate permanere, ne liberum eis eſſet impunè, quoties vellent, recedere, ac Eccleſiam deludere, vt verè & grauiter conſtituit Leo Papa I. Epiſtola 48. cuius initium eſt. [Relatione ſancti fratris,] & refert Conrad. Brun. lib. 3. de hæretic. capit. 6. Quid autem continere debeat abiuratio, præſcripſit idem Leo vbi ſuprà in
13 hæc verba. † [Damnent apertis profeſſionibus ſuis ſuperbi erroris autores, & quicquid in doctrina eorum vniuerſalis Eccleſia exhorruit, deteſtentur, omniaq; Decreta Synodalia,





quæ ad excisionē huius hæreſeos Apoſtolicę ſedis cōfirmauit autoritas, amplecti ſe, & in omnibus approbare plenis & apertis, ac propria manu ſcriptis proteſtationibus eloquantur. Nihil in verbis eorū obſcurum, nihil inueniatur ambiguum: quoniam nouimus hanc iſtorum eſſe verſutiam, vt in quacumque particula dogmatis execrandi, quam à damnandorum ſocietate diſcreuerint, nihil ſibi ſenſuum ſuorum exiſtiment eſſe non ſaluum.] Hæc ibi.

14 Conſtituitur autem abiuratio † quadrupliciter. Aut enim eſt de leui, aut de vehemēti, aut violenta ſuſpicione, aut denique de hæreſi formali: quæ partitio proculdubio aptiſsima eſt, cùm ea omnes caſus (quibus in hoc crimine Deus offenditur) comprehendantur: abiurationes verò de vehementi, & de violenta ratione finis non differūt, potiſsimum in idem, at in formali manifeſtior eſt diſcriminis ratio.

15 De † ætate autem abiurantis, varij varia dixēre, quorum opiniones docte Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 1. nume. 4. refert, & hæc difficultas iam olim diffinita eſt in Concilio Toloſano, anno Domini 1229. cap. 11. vbi ſcriptum exſtat [Vniuerſi tam mares, quàm fœminæ, maſculi à decimoquarto anno & ſuprà, fœminæ à duodecimo abiurent omnem hæreſim extollentem ſe aduerſus ſanctam Catholicam Romanam Eccleſiam, & fidem orthodoxam, quibuſcumq; nominibus cenſeatur,] hæc ibi. Idem paucis poſt annis conſtituit Concil. Biterrenſe cap. 31. his verbis: [Præterea vniuerſos, tam mares, quàm fœminas, maſculos à quatuordecim, fœminas à duodecim annis & ſuprà, faciatis abiurare omnem hæreſim, & iurare quòd fidem ſeruent, & defen-
16 dant Catholicam. Si quis autem † minori ætate, quàm prædiximus, deliquerit, alijs pœnis afficiendus erit, non autem ad abiurationem cōpellendus, vt ex dictis Concilijs facilè percipitur.

Inſtructio tamen Valliſoletana pu-
17 blicata, an. Dñi 1488. c. 12. indicare videtur † ante hanc ætatē poſſe pueros abiurare, ſi doli capaces fuerint, malitia enim ſupplet ætatem, non tamen publicè id fieri debet, inquit enim: [Item conſtituerūt, vt minores ætate diſcretionis, tam maſculi, quàm fœminæ, non teneantur publicè abiurare, niſi poſt dictos annos diſcretionis, qui eſt annus duodecimus in fœmina, & quartuſdecimus in maſculo, atque ita intelligatur ſtatutum ordinationū Hiſpalenſ. quod de hoc diſponit. [Cumque prædictos annos exceſſerint, abiurent quòd deliquerint, dum eſſent in minori ætate conſtituti, ſi fuerint doli
18 capaces] hactenus ibi. An verò † abiuratio fieri debeat ab his de leui, an de vehementi, cùm præmatura ætas multùm detrahat delicto in hoc crimine hæreſis: penſanda eſt fragilis ætas, iudicium inconſtans, ratio debilis, ignorantia credēdorum: quæ omnia plurimùm minuunt ſuſpiciones hæreſis. At ſi conſtet de hæreſi formali, abiuratio de formali hæreſi facienda eſt, & abiurans debet ſubſcribere, vt conſtet per ſcripturam de ea. Silueſter in ſum. verb. hæreſis. 1. §. 13. numer. 19. Ponzuinius in tract. de lamijs, num. 89. Si autem reus neſciat ſcribere, tunc Inquiſitor & Notarius ſubſcribent, vt inſtruct. Matritian. anni 1561. cap. 42. præſcriptum eſt, in hæc verba: [Abiuratio, quam rei fecerint, apponatur in fine ſententiæ & pronuntiationis illius, cui, ſi ſciunt rei ſcribere,

ſubſcribent,appoſitis ſuis nominibus: ſed ſi neſciant, tunc vnus ex Inquiſitoribus & notarius ſubſcribẽt] Idem cautum eſt per eaſdem inſtructiones cap.26.

Poſtquam decretum fuerit inter Inquiſitores & Epiſcopum, quo die, & quâ horâ, & quo loco ſentẽtia pro-
19 nuncianda ſit, † citandus eſt reus, ac vocandus vt perſonaliter ſententiam audiat, recepturus pro delictis debitam pœnam, text. in Clement. ſæpe.de verb.ſignific. ibi ſententiam diffinitiuam. Iulius Clarus in pract. crimin. quæſt.31.verſ.ſed huc quæro. Ludouic.Carrer.tract.de hæretic.nu. 128. Gundiſaluus de Villadiego in tract.de hæretic. quæſtione 15. num. 1.glo.in verb.non obſtantibus.in extrauag. non nouam.de dolo & contum. inter communes citatis. ad id licet non peremptoriè partibus, &c.

20 Quintò, proceſſus terminatur † abiuratione de vehementi, quando delatus de hæretica prauitate non reperitur legitimè deprehenſus, nec confeſſione propriâ, nec facti euidentiâ, nec teſtium productione legitimâ:ſed ſunt magna probata indicia contra eum, & ex illis redditur ſuſpectus de hęreſi vehementer.Si is relabatur, pœna relapſis debita punitur, & brachio ſæculari traditur.c.accuſatus. in princip. de hæret. libr. 6. Cæterùm ſi ſuſpicio duxit originem à publico actu, publicè abiuratio fieri debet,ſin minùs,ſecretò fiet.Tabienſ. in ſumma verb.Inquiſitor.§.16.Iacob. Sprenger.in Malleo maleficarum. 3. part.quæſtione 24.& Locatus in fine operis iudicial. tit. de forma ſententiæ contra vehementer ſuſpectum de hæreſi.Silueſter de ſtrigibus libr. 3. c. 4.punct.7.Repertor.Inquiſitor. verb. ſententia. §. aliæ ſententiæ. verſiculo quia nobis conſtet. hi autem ſuſpecti de vehementi carceri mancipari poſſunt.cap.vt commiſſi.de hæretic.lib. 6.nec hi ſunt crucibus ſubſignandi, vt docet Zanchinus tract. de hæret. cap.20. verſ. portet Crucem. Repertor.Inquiſitor.verb. Crux.§. qualiter redeuntes. Hiſpaniæ autem media his apponitur decuſſa in aliquibus Inquiſitionibus, vt ſuperiùs oſtendimus. Abiuratio fieri debet in lingua patria, vt circunſtantes percipiant eam, niſi omnes eſſent Eccleſiaſtici, & poſt abiurationem debet reus commoneri, ne vlterius incidat in aliquam hæreſim,quia ſine miſericordia pœna relapſis debita punietur, & vt relapſus brachio ſæculari tradetur;vltimo ſupplicio feriendus. c.accuſatus. §.eum verò.de hæretic. lib.6.

Rurſus forma abiurandi hæreſim ob vehementem ſuſpicionem habetur.in cap. ego Berengarius de conſecratione. diſtinctione 2. quam refert Eymeric. in 2. parte Director. quæſtione 6. Aliam præſcripſit Turre-cremat. libr.4. in ſumma de Eccleſ.par.2. cap.22. & Alphonſ. de Caſtro lib.1.cap. vltimo de iuſt.hæretic. punit. & Ioann. Rojas ſingul. cap. & Simanc. de Cathol. inſtitut. titulo primo.

Sexto modo conficitur proceſſus
21 in caſu † violenti ſuſpecti, quando delatus nec facti euidentiâ, nec teſtium productione conuincitur, ſed ſunt violenta & fortiſſima indicia, quæ ipſum delatum reddunt meritò ſuſpectum de hæreſi & violẽter, propter quæ talis debet vt ſuſpectus violenter abiurare, vt potè propter aliquid dictum vel factum, verbi gratia:ſi excommunicationem ſuſtinuit per annum. Is enim ſuſpectus de hæreſi leuiter eſt. cap. grauem. de pœnis.



pœnis. & ſciſcitatus reſponſurus de fide non comparet, ſed renuit contumaciter comparere, & propterea excommunicatur, tunc fit de hæreſi vehementer ſuſpectus: nam leuis ſuſpicio tranſit in vehementem. Sed ſi ſuſtinet illam excommunicationem animo pertinaci per annum,tunc fit ſuſpectus de hæreſi vio-
22 lenter,quæ † præſumptio iuris, & de iure dicitur: eſt namque quædam legis diſpoſitio aliquid præſumens, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto & noto ſtatuentis. Quæ cùm ab apertis, & violentis indicijs proficiſcatur, pro manifeſtâ veritate habetur.c.is qui.de ſponſal.c.quanto.de præſumpt.l.1.§.1.C.de rei vxor. actio. & contra hanc non admittitur defenſio.Imò ex tunc talis eſt vt hæreticus condemnandus. text. in c. cum contumacia:vbi omnes ſcribentes de
23 hæretic.lib.6.etſi huiuſmodi† violenter ſuſpectus fortaſſe, licet in re non ſit hæreticus(vt potè quia non habet errorem in mente, nec pertinaciam in voluntate.) Si noluerit reſilire, & hæreſim abiurare, & ſatisfactionem cõgruam exhibere, brachio ſæculari traditur animaduerſione debitâ puniendus.c.ad abolendam.§. præſenti.
24 de hæretic.† Si autem conſentiat, & cum effectu abiuret hæreſim,perpetuo carceri mancipatur.c.excommunicamus.2.de hæreticis. Hoc eodem etiam modo violẽter ſuſpectus, ſi renuet abiurare,traditur brachio ſæculari, ſed ſi vult obtemperare, & abiurare, id facit abiurando generaliter omnem hæreſim, & recipitur ab Eccleſia & abſoluitur ab excommunicatione. Ita Tabienſ in ſumm. verb. Inquiſitor.§. 17. Sprengerius in Malleo maleficarum 3. part. quæſtione 25. & Locatus in opere iudiciali in fine in formula ſententiæ,contra violenter ſuſpectum de hæreſi. Zanchinus in tract. de hæreſi. cap. 41. Repertor. Inquiſitor. verb. ſententia. §. de formis ſententiarum. Hæc autem
25 † præſumptio violenta naſcitur ex ſignis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus concludi ſolet efficaciter, & ferè ſemper, quòd talia dicens vel faciens eſt hæreticus, vt ſi quis tranſit ad ritus Iudæorum. cap. contra Chriſtianos. de hæretic.lib.6.& in dict. caſu d. cap. cum contumacia ſuprapoſito: in his enim caſibus à iure expreſſis, violenta oritur ſuſpicio contra ita delinquentes. Quam doctrinam tradit Gerſon in tract.de proteſtatione, conſideratione final. & multifariam exemplificat Alberti.tract. de agnoſcen. aſſertion. quæſtione 3.num.7.& quæſt.30.num. 2.& dilucidiùs Franc.Pegna in 3.part. Director. titul. de ſignis, quibus diuerſi hæretici cognoſci poſſunt. 2. p. q.55.& 56.

Septimo modo conficitur proceſſus, quoties delatus de hæretica pra-
26 uitate reperitur † ſuſpectus de hæreſi,ac etiam diffamatus,ſed nec propriâ confeſſione,nec facti euidentiâ, nec teſtium depoſitione id conſtat, eſt tamen publicè diffamatus, & exſtant indicia contra eum, quæ ipſum
27 reddunt ſuſpectum aliàs de hæretica prauitate, † quia habuit magnã cum hæreticis familiaritatem, quorum exẽplum exſtat in c. inter ſolicitudines. de purgatione canonica. & idcirco indicitur purgatio canonica, & hæreſis abiuratio ex dict.cap.inter ſolicitudines: Si publica infamia fuerit, publicè ſe purgabit, ſin minùs,
28 ſecretò. Et hic modus † à ſecundo ſuprà dicto differt, quia ibi de ſolo diffamato, hic verò de diffamato ſimul, & ſuſpecto agitur, & de hoc loquitur Tabienſ. in ſumm. verb. Inquiſitor. §. 18. Silueſter de ſtrigibus libro 3. cap. quarto, puncto 9.

Sprengerius vbi ſuprà, quæſtione 26.
Ego tamen non facilè vterer huiuſ-
modi remedio, dubium namque &
periculoſum eſt, & præſtat ad reme-
dia confugere contra reos magis (vt
ita dicam) purgatiua.

Octauo modo conficitur proceſ-
29 ſus, † quando delatus confitetur iu-
dicialiter coram Inquiſitore aut Epi-
ſcopo, medio iuramẽto, ſtetiſſe ſe &
perſeueraſſe in illa ſeu alia, de qua
delatus eſt, hæretica prauitate, & illi
credidit & adhæſit, ſed meliùs infor-
matus vult reſilire, & ad gremium
Eccleſiæ redire, & illam & aliã quam-
cumque hæreſim abiurare, & ſatisfa-
cere, prout ipſe Inquiſitor & Epiſco-
pus voluerint ordinare; & non repe-
ritur, quòd vnquam aliàs hęreſim ali-
quam abiurauerit, ſed nunc prompto
animo paratus eſt abiurare, is ſanè
non eſt tradendus brachio ſæculari
vltimo ſupplicio feriendus, nec, ſi cle-
ricus fuerit, degradandus, ſed ad mi-
ſericordiam admittendus d.c. ad abo-
lendam. §. præſenti. de hæretic. Abiu-
ratâ tamen hæreſi, in perpetuum car-
cerem eſt detrudendus. c. excommu-
nicamus. 2. §. ſi quis. de hæretic. abſo-
lutionis tandem beneficio impertito,
iuxta deciſionem text. in c. vt officiũ.
30 de hæretic. † Caueant tamen Inquiſi-
tores, ne ficta ſit hæreticorum con-
uerſio. Supradictis confert, quæ tra-
dit Tabienſ. vbi ſuprà §. 19. Sprenger.
q. 27. Siluester d.c. 4. Locatus in opere
iudicial. in forma ferendæ ſententiæ,
ſeu iniungendi pœnitentiam ei, qui
per teſtes. Franc. Pegna in 3. p. Dire-
ctor. Comm. 44. eſt tamen obſeruan-
dum, quòd qui ab hæreſi redeunt ad
31 Eccleſiam, † pronunciandum eſt in
ſentẽtia hęreticos fuiſſe, vt tenet Ioã.
Andr. & Gemin. in d. c. vt commiſsi.
de hæretic. lib. 6. Simanc. de Catholic.
inſtitut. tit. 6. nu. 5. idque conſtitutum
eſt inſtruction. Hiſpal. c. 10. vt qui re-
incorporantur, vel iterum vniuntur
Eccleſiæ, declarentur fuiſſe hæretici
vel apoſtatæ, & incidiſſe in pœnas à
iure ſtatutas, quia tamen dicunt ſe
velle puro corde, & fide non fictâ re-
dire ad Eccleſiam, iudices abſoluunt
eos ab excommunicatione, & recon-
ciliant Eccleſiæ, ſi ita eſt (vt aſſerunt)
quòd abſque vlla ſimulatione verè
conuertuntur, quod vtique vſu com-
muni introductum eſt. Profertur au-
32 tem † conuerſorũ ſententia ſub con-
ditione, vt ſi fortè non ſeruauerint
conditiones propoſitas, ſcilicet con-
uerſi ad fidem corde, & fide nõ fictâ,
& iniuncto ſibi mandato ſeruato, ap-
pareat eos non fuiſſe abſolutos, Ge-
min. & alij in d.c. vt commiſsi. §. nec
non. de hæretic. lib. 6.

33 Notandum præterea eſt inſigne †
priuilegium Inquiſitorũ, quòd etiam
poſt ſententiam latam iuriſdictio eo-
rum in eadem cauſa non exſpirat, vt
docet Guido Falcodius in conſulta-
tionibus ad Inquiſitores. q. 13. quem
ſequitur Archidiaconus in d. cap. vt
commiſsi. de hęretic. lib. 6. idque cau-
tum olim fuit in Concilio Narbonẽſi
cap. 7. & in Concil. Biterrenſ. cap. 22.
quod vtique intelligendum eſt, ſi In-
quiſitores viderent negotio fidei ex-
pedire, non aliàs, vt ex eodem Con-
cilio Biterrenſ. deducitur d. c. 22. ibi:
[Ac ſemper vobis poteſtate reten-
tâ, vt ſi videritis negotio fidei ex-
pedire, ſine noua etiam cauſa poſ-
ſitis ad carcerem reducere ſupradi-
ctos.]

In ditionibus autem Hiſpaniarum
ſuper quibuſdam pœnitentijs infe-
riores Inquiſitores poſt latam ſenten-
tiam nullum habent arbitrium abſq;
facultate Generalis Inquiſitoris illo-
rum regnorum.

34 Nono modo, quando † delatus re-
peritur confeſſus hæreſim, & pœni-
tens, vel relapſus realiter, id eſt, quã-
do ipſe



do ipſe confitetur iudicialiter coram
Inquiſitoribus, aliàs ſe abiuraſſe om-
nem hæreſim, & poſtea tali hæreſi
aut errori, vel quòd in ſpecie aliquam
hæreſim abiurauit, tanquam depre-
henſus in hæreſi, ſeu tanquam ſuſpe-
ctus de hæreſi vehementer, & poſt
redijt & credidit eidem adhærens;
poſtea conſilio ſaniori pœnitet, cre-
dit Catholicè, & reuertitur ad Eccle-
ſiæ vnitatem, tali verò non ſint dene-
ganda Eccleſiæ ſacramenta. c. ſuper
eo. de hæreticis. lib. 6. Et nihilominus
vt relapſus tradendus eſt brachio ſæ-
culari vltimo ſupplicio feriendus,
Repertor. Inquiſitor. verb. ſententia.
§. ſequitur. Eymericus 2. p. Director.
quæſtione 58. Siluester de Strigib.
libr. 3. cap. 4. puncto 11. Locatus &
35 Sprenger. vbi ſuprà. Poſtea † diligen-
ter enititur per viros religioſos, pru-
dentes, & doctos, vt relapſus Curiæ
ſæculari tradendus conuertatur, vt
tradit Campegius apud Zanchin.
cap. 16. verſic. relapſus reperiatur.
Hoc enim rationi cõſentaneum eſt,
ne anima eius ex hoc ſæculo migra-
tura, quæ cunctis rebus eſt præferen-
da. l. ſancimus. de ſacroſ. Eccleſ. nau-
fragium faciat. Hi verò feſto die Cu-
riæ ſæculari tradendi ſunt, vt docuit
Ioann. Andr. in d.c. vt commiſsi. de
hæreticis. libr. 6. expedit enim multi-
tudinem populi congregari ad vidẽ-
dos reorum cruciatus & pœnas, vt
inde diſcant timere homines, & à
malo committendo auocari. Quam-
36 obrem in Hiſpania † publica fidei
actio in diebus feſtiuis celebratur, id-
que eo ritu, quem præſcripſit inſtru-
ctio Matritiana anno 1561. cap. 77. in
hæc verba: [vbi reorum proceſſus
concluſi fuerint, & ordinatæ ſenten-
tiæ, Inquiſitores diem feriatum, in
quo fiat publica fidei actio, aſsigna-
bunt: quem diem ſignificabunt capi-
tulis Eccleſiæ, & conſiſtorio ciuitatis,
vbi fuerit Regius ſenatus, intimabi-
tur etiam Præſidi, & Auditoribus, qui
omnes inuitabũtur, vt fidei actionem
comitentur, iuxta conſuetudinem
cuiuſque loci. Curent autem Inqui-
ſitores, vt hæc tam commodo tem-
pore fiant, vt executio ſententiarum
eorum, qui tradendi ſunt curiæ ſæcu-
lari, poſsit fieri de die ob euitanda in-
conuenientia.] Hæc ibi: Quæ certè
futuri iudicij imaginem referũt, præ-
ſertim in ditionibus Hiſpaniarũ, vbi
horrendum ac tremendum ſpectacu-
lũ ad hoc paratur modo in Eccleſijs,
vt tenet Nauarrus in Enchirid. ſeu Ma-
nual. de oratione. c. 5. aliquando pu-
blicè in patenti & ampla platea, ſeu
foro, vt patentiùs ab omnibus ſpe-
ctetur.

37 Hæreticus † verò Clericus rela-
pſus, priuſquam tradatur Curiæ ſæcu-
lari, degradari debet à ſolo Epiſcopo,
vt tradit Gregorius IX. in c. quoniam.
de hæretic. libr. 6. conuocatis Abbati-
bus alijſque prælatis, & religioſis per-
ſonis. Et demum Concil. Trident. ſeſſ.
13. de reformatione c. 4. formam hãc
38 præſcripſit. In crimine hæreſis † de
actuali degradatione accipiendus eſt
ſermo, vt tradit Albertin. in cap. quo-
niam. de hæretic. lib. 6. quæſtion. 7.
& quomodo fieri debeat, ex text. in
cap. degradatio. de pœnis. libr. 6. ſolus
Inquiſitor poterit, ſi negligens fuerit
Epiſcopus, declarare hæreticum eſſe
degradandum. Albert. vbi ſupra, n. 3.

Decimo modo expeditur proceſ-
39 ſus, quando delatus iudicialiter † cõ-
fitetur proprio ore ſe credere aliqua
quæ ſunt hæretica planè, & ea de-
fendit, & informatus per Inquiſi-
tores, quod illa ſunt hæretica, non
vult eis credere, imò coram eis de-
fendit, nec vult ad eorum manda-
tum illas hæreſes abiurare, nec abne-
gare, ſeu reuocare, imò perſiſtit in
eis, & ſuſtinet animo pertinaci:

 & non

&non inuenitur, quòd vnquam ab-
iurauerit aliquam hæreſim ſeu errorē
tunc quandiu ſic in pertinaci propo-
ſito perſiſtit, eſt veraciter impœni-
tens hæreticus non relapſus: talis de-
bet ſolus carcerari, & cuſtodiri, nec
eum debet quiſquam alloqui, niſi cu-
ſtodes ſancti Officij, qui non facilè
decipi poſſunt, cum fideles viri &
probi ſint; qui ad audientiā ſæpe euo-
candus, & inſtruendus in viuæ fidei
articulis, & falſitatis illorum articu-
lorum, in quibus ſtat animo pertina-
ci, vt ab erroribus conuertatur: quod
ſummâ diligentiâ & charitate fieri
debet, induſtriâ & doctrinâ virorum
illuſtrium, tam Thelogorum, quàm
Canoniſtarum adducēdo graues au-
tores ad hoc ſtabiliendum. Si autem
conuerti noluerit, non tradatur ſta-
tim brachio ſæculari, tametſi hoc ipſe
efflagitet, & petat falſò perſuaſus ſe
pati pro iuſtitia vt Martyrē: ſed diu de
bet in duris & obſcuris carceribus dè
tineri, vt tradit Simanc. de Cathol.
inſtit. tit. 48. num. 2. nam vexatio ali-
quando aperit intellectum, quæ om-
nia conſtituta ſunt per plures inſtru-
ctiones Hiſpaniæ ſancti Officij, vt in
3. Vallisoletana cap. 5. & inſtruct. 5.
Hiſpal. cap. 9. & alia Matritiana, anni
1561. cuius hæc ſunt verba, Latinè
donata. [Cum reus exſtiterit nega-
tiuus, & legitimè fuerit de crimine
hæreſis (de quo fuit accuſatus) con-
uictus, vel exſtiterit pertinax, manife
ſtum eſt in iure, quod debet tradi
Curiæ ſæculari: Cæterùm in tali caſu
Inquiſitores multum debent eius
conuerſionem procurare, vt ſaltem
in gratia Dei moriatur, in quo Inqui-
ſitores facient, quicquid piè pote-
runt: ] hæc ibi. Ad hæc text. in cap.
conuenientibus. 1. q. 7. gloſ. in c. excō-
municamus. §. qui autem. de hære-
tic. Simanc. vbi ſuprà, tit. 48. nu. 32.
& aliquos ipſe refert & adducit in
hanc ſententiam. Huc accedit Con-
cil. Biterrenſe cap. 17. in hæc verba.
[Conuerti nolentes vbi commodè
poteritis damnare tardetis. Ipſos fre-
quenter tam per vos, quam per alios
ad conuerſionem monentes, ac tan-
dem in ſua malitia pertinaces facia-
tis errores ſuos, ad eorum deteſtatio-
nem publicè confiteri, & ſic eos dam-
natos pręſentibus poteſtatibus ſæcu-
laribus, eorumúe Balliuis, ſecundum
mandatum Apoſtolicum relinquen-
tes.] Hactenus ibi: & copioſè Franc.
Pegna in 3. part. Director. Comment.
46.

Vndecimo terminatur proceſſus,
40 † quando delatus de hæretica praui-
tate, confitetur ore proprio iudiciali-
ter coram Inquiſitore hæreſim mani-
feſtam, nec vult acquieſcere veritati,
imò coram eo defendit ſuos errores
pertinaciter, & animo indurato, nec
vult abiurare hæreſes, quas primò
abiurauerat, nec obedire mandatis
Inquiſitorum: qui tum omnino re-
linquendus eſt brachio ſæculari, ſiue
pœniteat ſiue non, vt relapſus; inte-
rim teneatur in duro ac tuto carce-
re, in firmis compedibus & catenis,
ne poſsit euadere, & alios inficere: &
in viſitatione ſeruetur ordo prędictus
in decimo modo expediēdi proceſ-
ſum: vt tradit Locatus in opere iudic.
in fine in forma ſententiæ, cōtra im-
pœnitentē & relapſum. Iacob Spren-
gerius in Malleo maleficarum 3. part.
q. 30. Repertor. Inquiſitor. in verb.
ſententia. §. ſequitur ſententia. Silue-
ſter libr. 3. de ſtrigibus. cap. 4. puncto
13. formā ſententiæ contra hos præ-
ſcripſit Concil. Conſtantienſ. ſeſſ. 21.
vbi ait. [Damnatus fuit Hieronymus
de Praga, qui relapſus exſtiterat &
impœnitens.] Quā Franc. Pegna po-
ſuit in 3. p. Direct. Comment. 47. pag.
mihi 560.

Duodecimo modo, † quando de-
latus





latus de hæretica prauitate reperi-
tur in hæreſim deprehēſus: facti eui-
dentiâ, aut teſtium productione legi-
timâ; non tamen confeſsione propriâ
quoties delatus ipſe conuincitur le-
gitimè de aliqua hæretica prauitate,
vel facti euidentiâ, vt potè quia hæ-
reſim publicè prædicauit, vel per te-
ſtes legitimos, contra quos delatus
non potuit legitimè excipere, & ta-
men ipſe ſic conuictus & deprehen-
ſus perſiſtit firmiter in negatiua, &
confitetur conſtanter Catholicam fi-
dem, ita Locatus, Silueſter Repertor.
Inquiſitor. & Iacob. Sprenger vbi ſu-
prà, is vero quandiu ſic perſiſtit in ne-
gatiua, hæreticus impœnitēs eſt cen-
ſendus. Hoſt. in ſum. tit. de hæretic. §.
qualiter quis in hæreſim deprehen-
datur. Franc. Pegna vbi ſuprà Com-
ment. 48. vbi copioſè.

Tertiodecimo modo, perficitur
42 proceſſus, quando delatus † reperi-
tur conuictus de hæretica prauitate:
eſt tamen fugitiuus, ſeu abſens con-
tumaciter, ſed congruo tempore ex-
pectatus in tribus caſibus, quando
ipſe delatus eſt deprehenſus in hæ-
reſi, vel confeſsione propria, vel facti
euidentiâ, vel teſtium productione
legitimâ, ſed fugit vel ſe abſcondit,
& citatus legitimè noluit cōparere.
text. in c. ad abolendam. §. præſenti.
de hæretic.

Secundus caſus, quando aliquis eſt
delatus de hæretica prauitate, & re-
43 cepta informatione deprehenditur †
vtcunq; ſeu leuiter ſuſpectus de leui,
& ſic citatur reſponſurus de fide, &
quia renuit cōtumaciter comparere,
excommunicatur: & ſuſtinet excom-
municationē per annum animo per-
tinaci, & contumaciter ſe abſcōdit.
Is non eſt hæreticus impœnitens iu-
dicandus, ſed eſt velut hæreticus im-
pœnitens condemnandus. cap. cum
contumacia. & d. §. prohibemus. de
hæret. lib. 6. Pegna vbi ſuprà Comm.
49.

44 Tertius caſus, quando aliquis † im-
pediuit directè iudicium, ſententiam
ſeu proceſſum fidei, vel ad hoc dedit
conſilium, auxilium, vel fauorem, &
contumaciter ſe ſubtraxit, & ſuſti-
nens per annum, vt hæreticus eſt
damnandus. cap. vt Inquiſitionis. §.
prohibemus. de hæret. lib. 6. ita Loca-
tus, Iacob. Sprenger. Tabienſ. in ſum.
Silueſter vbi ſuprà, puncto 15.

45 Priuſquam ſententiæ ferantur, † ſi
quis fidei cauſa contumax abſens eſt,
nec comprehendi poteſt, edictis pu-
blicis eſt vocandus, eiq; per citatio-
nem denuntiatur, vt intra triginta
dies cōpareat, demonſtraturus ſuam
innocentiā. Ea verò dilatio perem-
ptoria eſſe debet, id eſt, vna pro tri-
bus, in qua citādus eſt reus ad omnia,
& ſingula iudicij acta, dicens in ea In-
quiſitores de ſua cauſa cognituros, &
ſententiam contra ipſum laturos niſi
compareat. l. ad peremptorium. ff. de
iudic. c. de illicita. 24. q. 3.

Cæterùm, ſi abſens ob cauſam fidei
46 ſuſpectus eſt † ſolùm de hæreſi citan-
dus eſt, vt accedat de fide reſponſu-
rus, intra certum tempus ei præfi-
nitum. Qui ſi intra illud non acceſ-
ſerit, declarari debet excommunica-
tus. Si verò in excōmunicatione per
annū extiterit, vt hæreticus eſt dam-
nandus, cap. cum contumacia. de hæ-
retic. libr. 6. Conrad. Brun. libr. 4. cap.
47 11. † Anno elapſo non auditur contu-
max quo ad bona, ſed bene de crimi-
ne, Simanc. de Catholic. inſtit. tit. 2. n.
20. & tit. 14. nu. 10.

48 Quando verò † proceſſus tradi-
tur delato, & quo ordine id faciēdum
ſit vt præcaueantur multa mala, quæ
inde oriri ſolent, præſcripſit Campeg.
apud Zanch. in tract. de hæretic. cap.
13. verſ. nec deſunt modi. & Iacob.
Sprenger: in Malleo Maleficar. p. 3. q.

11.Actu 7.& Silueſter libr.3. de ſtrig.
c.3. puncto 9. Eymeric.p. 3. Director.
in titul. modi ſex tradendi, copiam
proceſſus delato de hæreſi. & ibid.
Franc. Pegna Comment. 29. nos au-
tem hic quid obſeruandum ſit, bre-
uiter perſtringemus, ita tamen vt
in reos quicquam duriùs propterea
non ſtatuatur, ſed eis via ſe defen-
dendi relicta ſit, & teſtium incolu-
mitati conſulatur: nam ſi hoc iudicio
49 † teſtibus non conſulitur, nequa-
quam reperietur qui hæreticos, vel
denunciaret, vel veritate teſtificatio-
nis onerare auſit, quod vtiq; in maxi-
mũ Catholicæ fidei detrimentũ ver-
geret. Idcirco in Inquiſitionibus Hi-
ſpa.instruct.Hiſpa.c.16. an.1484.con-
ſtitutũ eſt, quod quoties depoſitio-
nes teſtium publicantur, & earum
copia reis traditur ſupprimantur no-
mina teſtiũ dies, hora, & locus delicti
commiſsi, & ſi quæ ſunt ſimiles cir-
cunſtantiæ, ex quibus teſtes cognoſci
poſſunt, quę prudentiæ Inquiſitorum
relinquuntur. Prædictæ inſtructionis
verba Latina hæc ſunt.

[Item, quoniam habitâ legitimâ in-
formatione cõſtitit, ac cõſtat ex pu-
blicatione nominum & teſtium, qui
deponunt ſuper dicto hæreſis crimi-
ne poſſe inde inire graue damnum,
& periculum perſonarum, & bono-
rum (nam experientia demonſtra-
uit, atque demonſtrat teſtes ali-
quos eſſe interfectos, aut vulnera-
tos, & malè affectos ab hæreticis) ob
præfatam cauſam, attendendo in
primis etiam in Regnis Caſtellæ &
Aragoniæ, reperiri magnum nume-
rum hæreticorum, ob graue damnũ
& periculum præfatum quod teſti-
bus imminet, cum eorum nomina
publicantur: Domini decreuerunt,
50 vt Inquiſitores poſsint † non publi-
care nomina vel perſonas teſtiũ, qui
contra hæreticos depoſuerint.] Hæc
ibi, declarabitur tamen menſis & an-
nus, in quibus deponunt teſtes iuxta
formam inſtructionis Matritianę, an-
ni 156[illegible]. cap.32. De eadem re tradunt
Io.Rojas ſing.207.Simanc.de Cathol.
inſtit.tit.64.nu.26.cum ſeqq. Idipſum
ſtatuit Concil.Biterr.c.10. vbi iubet
ne teſtiũ nomina ſigno, vel verbo ali-
quo publicentur. Et eleganter Franc.
Pegna 3.p.Direct.ſuper q.75. Nec ob-
ſtat tex.in c.ſtatuta.§.ceſſante.de hę-
ret.lib.6.vbi cõceditur poſſe nomina
teſtium publicari ceſſante periculo.
Quoniã hodie perpetuo adeſſe id pe-
riculũ conſtitutiſsimũ eſt, & propte-
rea nunquã fieri debet huiuſmodi no
minũ aut perſonarum teſtium publi-
catio, exſtat ad hęc reſcriptũ Apoſto-
licum Pij IIII. impreſſum poſt literas
Apoſtolicas, pro Offic.S.Inquiſitionis,
in fine Directorij, idque vſu & com-
muni ſtylo receptum eſt. Prudentiſ-
ſimè ergo conſtitutum eſt, ne teſtiũ
nomina & cognomina publicẽtur, vt
ex eodẽ reſcripto deducitur, propter
potẽtiã reorũ, quæ tripliciter accipi-
tur. Prima, generis & familiæ, ſecunda
pecuniæ, tertia malitiæ, quę alijs dua-
bus eſt formidabilior. Silueſt.lib.3.de
ſtrig.magar. c. 3. neq; etiam denega-
tione publicationis huiuſmodi appel-
51 lari poteſt, & † ſi prouocetur nullo
modo admitti debet appellatio, ſed
reijci debet tanquam friuola & iniu-
ſta, & propterea quæſitores fidei dili-
genter animaduertere & inueſtigare
vitam, & mores teſtium ac delatorũ,
vt tradit Ioan.Rojas d.ſingul.208.

*Nomina teſtium, an debeant publicari.*

His igitur ſuppoſitis erraret Inqui-
ſitor qui teſtium nomina publi-
caret, cum ob periculum prædictum,
tum etiam quia contra tot decreta
Pontificia faceret, & contra rece-
ptam ſancti Officij conſuetudinem,
cum huiuſmodi conſuetudo laudabi-
lis ſit, approbata & legitim[illegible]æſcri-
pta atque inducta, quæ vim legis ha-
bet.§.ex non ſcripto.inſtit. de iur.na-
tu.gent.& ciuil.Repertorium Inqui-
ſitor.in verbo nomina.§.nunc viden-
dum.Simanc.de Cathol.inſtit.tit.64.
num.26.& in Enchirid.tit.35.nu.13.
& ſeqq.

Quando autem delato copia pro-
ceſſus, modo ſupradicto ſuppreſsis
nominibus & cognominibus depo-
nentium, & ipſe viſis depoſitionibus
52 coniecturatur † quis contra ſe depo-
ſuerit, & dicit illos ſibi eſſe inimicos
capitales, tunc Inquiſitor attendit ad
cauſas inimicitiarum, ſi ſufficientes
non ſunt, dimittit: ſi ſunt efficaces
53 † examinat ſuper hoc articulo ſecre-
tè teſtes, & ſi non probant legiti-
mè, repelluntur cum conſilio con-
ſultorum Iuriſperitorum, quem mo-
dum procedendi præſcripſit Con-
cil.Biterrenſ.dict.cap.10. in hæc ver-
ba: [Illud autem caueatis ſecundum
prouidam Sedis Apoſtolicæ volun-
tatem ne teſtium nomina, ſigno vel
verbo aliquando publicentur, ſed ſi
inſtat contra quem inquiſitio fit di-
cens, fortè ſe habere inimicos, vel in
ſe aliquos conſpiraſſe inimicorum,
ab eo ſeu conſpiratorum nomina, &
inimicitiarum, ſeu conſpirationis
cauſa, & veritas exigatur, vt ſic & te-
ſtibus conſulatur, & ipſis etiam con-
uincendis: ] hactenus ibi: quod eſt
notatu digniſsimnm.

Verùm, quia delati ſæpè vt cauſa
protrahatur in infinitum, Inquiſito-
54 res † recuſant, videndum in primis
eſt quid ſit recuſatio. Secundò, an In-
quiſitores poſsint recuſari: Recuſa-
tio autem eſt (vt ait Hoſtienſ. in ſum.
titul. de recuſat. iudic. §. quid ſit re-
cuſatio.) ob iuſtã cauſam ſuſpicionis
contra iudicem, propoſitam euiden-
tiæ eiuſdem iudicis declinatio, cano-
nicè allegata. Secundò, videbatur
dicendum ſiue ſint ordinarij ſiue de-
legati poſſe recuſari, ex cap.ſuſpicio-
nis.de offic.deleg. c. cum ſpeciali. de
accuſat. & l.apertiſsimi. C. de iudic.
& Hoſtienſ.vbi ſuprà. Tamen hæc nõ
procedũt nec habent locũ regulari-
55 ter in Inquiſitoribus fidei, cũ † hi vt
ſuſpecti recuſari non poſsint, is enim
grauiſsimus, æquiſsimus, probatiſsi-
mus & prudẽtiſsimus eligi præſumi-
tur, vt docet Archidiac.in c.quia pleri
que.de offic.ordin.lib. 6. Franc. Ripa.
in tract.de peſte.3.p.nu.140. Iacobus
Menoch.libr. 1. de arbitr.iudic. q.37.
num.40.& in ſpecie, Ioann.Rojas ſin-
gul. fidei 100. & in tract. de hæret. 2.
par. tit. de priuileg. Inquiſitor. num.
435. Bernard. Comenſis in Lucer-
56 na Inquiſitor. in verbo recuſatio.
§. 1. Cæterùm † aut quia reum non
ſeruato iuris ordine aggrauauit, aut
quia eius eſt inimicus, vel in reos cõ-
ſpirauit, vel grauiter æmulatus eſt,
vnde facilè inimicitia oritur, quæ
inimicitiæ ſæpè comparari poteſt re-
cuſari poſſent: cauſæ autem quæ fue-
rint his leuiores negliguntur, vt tra-
dit Zabarel. in Clement. 1. de hæret.
Angel. in ſumm. in verb. Inquiſitio.
§.5. Simanc.de Cathol.inſtit.titul. 17.
num. 51. & ſic crederem intelligen-
dam inſtructionem ſancti Officij, ann.
1561. cap. 52. alias verò cauſas præ-
ſcripſit Hoſtienſ. in dict. tit. de recu-
ſat. §. quæ ſunt. Ioann. Andr. in cap.
legitima.de appella.libr.6. qui vigin-
tiſeptem cauſas adducunt, Panor-
mitan. in cap. cum ſpeciali. de ap-
47 pellat. † hæ autem cauſæ recuſatio-
nis ad ſupremum Senatum Inquiſi-
tionis remittendæ ſunt, vt iudicet
an de cauſa cognoſcere debeat, vt
inſtruct.Matritiana, anni 1561.

Quoniam ob eaſdem cauſas & ra-
tiones, quas delati conantur recuſare

Inquiſitores ob eaſdem etiam nitun-
tur friuolè prouocare & appellare à
ſententijs, quoniam res diuerſa eſt:
breuiter quid agendum ſit conſtitue-
mus. Reliqua verò petenda ſunt ab
infraſcriptis Docto. qui copioſè de
hac materia ſcribunt. Conrad. Brun.
libr.4. de hæret. c. vlti. Simanc. de Ca-
tholic. inſtitu. tit.6. idem in Enchirid.
tit.65. Ioan. Rojas in ſingul. fidei. ſin-
gul.19. Bernard. Comenſ. in Lucerna
Inquiſitorum, in verb. appellatio. Lo-
cat. in opere iudicial. & Repert. In-
quiſitor. in verb. appellare. Zanchin.
in tract. de hæretic. c. 29. & ibi Cam-
peg. Archidiac. Ioa. Andr. Geminian.
Franc. & cæteris in cap. vt Inquiſitio-
nis. de hæret. libr. 6. & alij plures quos
conſultò omitto.

Verùm, quia iura vbique clamant
58 † hæreticis beneficium appellationis
denegari debere, ex c. vt Inquiſitio-
nis. de hæret. lib. 6. verſ. non obſtanti-
bus appellationibus. Fredericus II.
Imperator in l. vt commiſsi nobis. §.
7. in hæc verba: [Omne inſuper pro
clamationis, & appellationis benefi-
cium ab hæreticis, receptatoribus, &
fautoribus eorũdem penitus amoue-
mus, &c.] Et Concil. Conſtantienſe,
ſeſſ. 15. appellationem per Ioannem
Hus interpoſitam, velut iniquam &
vanam exploſit, vt ſcribit Cochlæus:
Nam iure Inquiſitorum ſententiæ di
finitiuarum locũ obtinent, & ab illis
nulla hæreticis appellatio concedi-
tur. Fuit enim appellationis remediũ
inſtitutum ad præſidium innocentiæ,
59 † non ad defenſionem iniquitatis c.
cum ſpeciali. §. porrò. & c. ad noſtram.
de appellat. quod vtique obtinet in
fauorem fidei, & odium hæreticorum,
ne iudicium protrahatur, & quia quæ
maturo & penſato præcedenti con-
ſilio fertur, non debet per iniquas
60 calumniantium verſutias retractari. †
Ab interlocutorijs tamen ſententijs
Inquiſitorum prouocare reis licet, ſi
ſe grauari ſenſerint. Zanch. in tract. de
hæretic. c.29. nume.2. Simanc. de Ca-
thol. inſtit. tit.6. num. 3. Squillacenſ.
de fide Cathol. cap. 45. & luculenter
Eymeric. in 3.p. Direct. q. 117. & ferè
omnes præcitati Doctores.

Hæc verò appellatio ab interlo-
cutoria ſiue à grauamine, quo reus
ſe grauari dicit duo cõtinere debet.
Primum, grauamen à quo appellatur
cap. cum ſit Romana. de appellat. Se-
cundum, eſt cauſa per quam graua-
61 men impugnatur, quæ † in appella-
tione exprimi debet. cap. vt debitus.
c. cum cauſam. de appellat. & docet
optimè Bonifac. de Vitalin. in Clem.
appellanti. de appell. nume. 24. ſi quis
ergo diceret. [Appello à tali interlo-
cutoria] talis appellatio non valeret:
quia in ea præfata requiſita non ſunt,
nec exprimuntur, & tunc non eſſet
differẽtia, inter diffinitiuam & inter-
locutoriam, contra deciſionem text.
in c. vt debitus. & c. ex parte. de ap-
62 pellat. Idem dicẽdum eſt † ſi appella-
tur in genere, nõ ſpecificè, hæc namq;
appellatio iniuſta eſt. l. ſi in rem. in
princ. ff. de rei vendicat. l. prætor edi-
xit. in princ. ff. de iniur. Appellatione
63 tamen interpoſitâ, † nihil innouan-
dum. Vlpian. in l. 1. ff. nihil nouar. ap-
pel. interpo. his verbis. [Appellatione
interpoſitâ, ſiue recepta ſit, ſiue non,
medio tẽpore nihil nouari oportet:]
64 nec illa † appellatio quæ interponi-
tur ob cauſas friuolas admitti debet:
cap. cum appellationibus. de appella.
lib.6. quæ autem dicantur friuolæ ap-
pellationes arbitrio iudicantium re-
linquitur id definire, ſed certè tunc
friuolæ dici poſſunt, quando nec iu-
ſtam præ ſe ferunt rationem aut iuri
conſonam, aut non idoneam. Repel-
luntur appellationes fruſtratoriæ, ap-
65 pellatio enim fruſtratoria eſt † quæ
morandi cauſa interponitur. l. 4. ff. de
appellat.



de appellat. recipiend. vel non. Ve-
rùm quia delati fraudulenter appel-
lationibus, & alijs ſubterfugijs impe-
diunt iudicium, & retardant proceſ-
ſum, vt malitiæ illorum obuietur, ali-
qua ſunt prænotanda.

Primò, quod ſi quis appellat à ſu-
66 ſpecto Inquiſitore, ille Inquiſitor †
non debet committere propterea,
67 quin procedat: quia primùm eſt †
proponẽda recuſatio, & ſi iudex eam
non admittit, ſi ſit iuſta, tunc eſt
appellandum iuxta doctrinam glo. in
verb. debuiſſet. in c. nouit. de appella.
68 Secundò, quod appellans cogitur †
recedere ab appellatione, quando
iudex reuocat grauamen. c. cum ceſ-
ſante. de appellat. c. ſi à iudice. eod. tit.
libr.6. Gemina. in c. vt ſupra. eod. tit.
gloſ. final. in cap. ex parte tua. eod. tit.
Panormitan. in d. c. cum ceſſante. in
princ. vbi dicit, quod in reuocatione
interlocutoriæ, & cauſæ reaſſumptio
ne, non exigitur partium conſenſus.
69 Tertiò, quòd iudex † volens reuoca-
re grauamen, & corrigere errorem
ſuum ſine ipſius præiudicio, & ſuæ iu-
riſdictionis debet dicere. [Ego non
credo te grauaſſe, & ſi in aliquo te
grauaui, illud reuoco] vt ex doctrina
d. gloſ. in cap. cum ceſſante. Quartò,
quia ad hoc vt appellatio ante ſen-
70 tentiã diffinitiuam ſit valida, † decem
requiruntur, quæ enumerat Archi-
diaco. in c. non ita. 2. quæſt. 6. quorum
ſi vnum defecerit, appellatio non va-
lebit. Primum, eſt cauſa grauami-
nis illati, vel comminati. Secundum,
quod ſit legitima. Tertium, quod ſit
vera. Quartum, quod ſit expreſſa.
Quintum, quod non fuit admiſſa ſua
petitio. Sextum, quod ideo quia non
admittebatur, exſtitit appellatũ. Se-
ptimũ, quod fiat in ſcriptis. Octauum,
quod petãtur apoſtoli. Nonum, quod
ſi appellatus hoc petierit, veniat in-
ſtructus appellans. Decimum, quod
fiat infra decem dies.
71 Quintum notabile eſt, quòd † iu-
dex à quo appellatur poteſt præfige-
re terminum conuenientem ipſi ap-
pellãti, ad proſequendam appellatio-
nem, conſideratâ tamen locorum di-
ſtantiâ, negotij & perſonarum quali-
tate. gloſ. in c. perſonas. verb. præfixe-
rit. eodem tit. c. cum ſit Romana. eod.
tit. cap. peruenit. & ibi gloſ. verb. cõ-
pellas. c. conſuluit. ibi: [illos autem.]
Panor. in d. c. perſonas, & alibi ſæpe.

Sextũ notabile eſt, quòd etiã iudex,
qui nõ detulit appellationi poteſt ſta-
tuere talẽ terminum ipſi appellanti,
72 † etiam ſub excõmunicationis pœna.
Speculator tit. de appellat. §. ſequitur.
Geminianus in d. c. cum appellatio-
nibus. poſt prædicta ibi.

Septimum notabile eſt, quod iu-
73 dex à quo appellatur, † dum præfigit
terminum ad proſequendum appel-
lationem, non dicitur deferre appel-
lationi. gloſ. ſingul. in verb. remittẽda.
d. c. cum appellationibus. Panor. in c.
cum cauſa. de ſententia & re iudic.
in princip. 2. notabil. & in c. oblatæ. de
appellat.

Octauum notabile eſt, quod elapſo
termino præfixo à iudice à quo ipſi
appellanti, etiam ſi iudex detulerit
74 appellationi, † ſi appellans non fuerit
proſequutus ipſam appellationem, &
tunc iudex à quo fuerat appellatum
procedet in cauſa. gloſ. in d. c. perſo-
nas. verb. ex tunc. & in d. c. peruenit.
& in d. gloſ. compellas, & in d. c. con-
ſuluit. in d. gloſ. verb. coge. & in c. re-
prehenſibilis. eodem tit. ibi ſi vero.

Nonum notabile eſt, quia iudex à
quo appellatum eſt, poteſt prefigere
terminum, ad proſequendam appel-
75 lationem, hoc eſt, † ad arripiendum
iter, & ad ſe præſentandum ſuperiori
ad quẽ eſt appellatum, vt tradit gloſ.
in c. ex inſinuatione. in verb. exſpe-
ctato. de appell. & gloſ. in verb. reci-

ſius in d.cap.cum ſit Romana.
Decimum notabile eſt, ad obuiandum fraudibus, cùm plerumq; cauſa
differendi negotium quod interdum
à iudice à quo appellatur, præfigitur
terminus appellanti, † non ſolùm ad
76 præſentādum iudici ad quem appellatum
eſt, ſed etiam ad faciendam fidem
ipſi iudici à quo, de præſentatione,
ſeu de proſecutione appellationis.
Panor.in d.c.perſonas.in gloſ.2. Cardin.
Zabarella in Clement. 1. de appel.
quæſtion.21. & etiam quæſito vltimo.

Vndecimum notabile eſt, quod aſſignando
terminum appellanti ad recipiendum
reſponſionem, vel Apoſtolos
† nō dicitur iudex deferre ap-
77 pellationi.gloſ.in verb.exhiberi. cap.
1.de appellat.libr. 6. & gloſ.in c.cum
appellationibus.verb.remittenda eodem
tit.& lib.6.

Duodecimum notabile, quod gloſ.
final. in Clement.2. de appellat. no-
78 tantur † quatuor caſus contra appellantem,
& tres cōtra iudicem, & duo
alij additi contra eundem, & pœna
ipſius appellantis, & iudicis denegantis.

Decimumtertium notabile eſt,
quòd † appellationi friuolæ iudex nō
79 debet efferre; quia nec ius defert.d.
c. cum appellationibus. & gloſ.ibi in
verb. deferendum, & ſufficit quòd
ipſe iudex dicat ipſi parti, [huic appel
lationi non defero quia friuola eſt,]
abſque expreſſione cauſæ.

Decimumquartum notabile eſt,
quod appellatio dicitur quatuor modis
friuola, vt ſuperius docuimus.

Decimumquintum notabile eſt,
quod iudex nō deferet appellationi,
† niſi euidenter illi pateat ipſam ap-
80 pellationem tenere. Vnde ſi non credit
illam tenere non deferet ei. gloſ.
ſingularis in c.ad Romanam.2.quæſt.
6.circa medium, ſi ergo iudex putat
ex falſa cauſa appellatum, non debet
deferre, gloſ.3. in Clement.vnica de
dolo.

Decimumſextum notabile eſt,
quod ſi iudex dubitat de cauſa appel-
81 lationis, an ſit probabilis, vel non, †
poteſt ſummatim inquirere de ea, vel
ſeorſum extra formam iudicij inquirendi
gloſ.in d.c.ad Romanam.

Decimumſeptimum notabile eſt,
82 quod † cauſa illa dicitur probabilis,
quæ ſi foret probata, deberet legitima
reputari.d.cap. vt debitus.§. cum
autem.

Decimumoctauum notabile eſt,
quod ille qui exponit cauſam proba-
83 bilem, † debet ſe offerre illam probaturum:
ſi autem ſimpliciter illam cauſam
allegat, videtur id quaſi malitioſè
feciſſe, ideo tenetur eam probare
fuiſſe veram. gloſ.3. in c. interpoſita.
de appellat.c. ex parte. Ado de teſtibus.
in gloſ. verb. teſtes idoneos. de
exception.

Decimumnonum notabile eſt,
quod licet ille qui proponit exceptionem,
offerat ſe incontinenti proba-
84 turum, † non ſufficit ſola iſta oblatio
ad iuſtificandum appellationem, ſed
eſt neceſſe quod ſe offerat probaturum,
& nominet teſtes per quos intēdit
probare, & eos habeat paratos.
Ioan Andr.in additionibus ad Speculatorem.
§. qualiter. verſic. ſunt quibus.

Viceſimum notabile eſt, quod appellatio
interpoſita ab interlocutoria
85 † expreſſâ vnâ cauſâ cum proteſtatione
de alijs exprimendis, non poteſt
poſtea per alias exprimendas
iuſtificari, quia talis proteſtatio non
valet nec tenet: Dominicus in cap.
conſtitutis.el 2. de appellat. in 5. notabil.
& gloſ. verb. quod aliam, & ibi
Panormit.

Viceſimumprimum notabile eſt,
quod apoſtoli petendi ſunt ab appellante



86 lante.† Clem.2. de appellat.c. 1.eod.
87 tit.lib.6. ſunt autem † literæ in forma
breui inſtruentes iudicem ad quem
appellatur, motū animi iudicis à quo,
& totius appellationis circunſtantias
breuiter comprehendentes.Cardin.
Zabarella in Clement.2. in principio
q.1.facit cap. 1.de appellat.c.ab eo.2.
quæſt.6.

Viceſimumſecundum, quod præ-
88 fati apoſtoli † ab appellante ſæpius &
inſtanter peti debeant congruo loco
& tempore.d.c.1.& c.ab eo.de appellat.lib.6.&
dicta Clem.2.eodem tit.&
89 ſi appellans non petit eos † infra triginta
dies, vel ſi non comparet coram
iudice, in termino ſtatuto ad recipiendum
eos, nec petat eos ſibi dari
videtur renunciaſſe appellationi.d.c.
ab eo. & d. Clement. 2. & ibi gloſ. &
Gemin.in d.c.ab eo.

Viceſimumtertium notabile eſt,
quod ſi iudex aſſignauit appellanti
terminum ad audiendum voluntatem,
vel reſponſionem ſuam, & appellans
non cōparuerit ad recipiendum
eam, † dicitur renunciaſſe ap-
90 pellationi, pręcipuè ſi in appellatione
non petiti ſunt apoſtoli: quia tunc
dando terminum ad audiendum reſponſionem,
intelligitur dare ad recipiendos
apoſtolos. Cardinal. Zabarell.in
d.Clem.2.§.verum.quæſito.3.

Viceſimumquartum notabile eſt,
quod ſi iudex à quo appellatur, fuerit
requiſitus congruis loco & tem-
91 pore † tenetur tradere apoſtolos
quos dare voluerit.d.c.1. & c.ab eo.
§.illud autē. & gloſ. in verb. exhiberi.
d.c.1.& c.vt ſuper.de appellat.libr. 6.
alioquin ſi poſtea in cauſa procedat
eius proceſſus erit irritus, & inualidus.
d. cap. vt ſuper.§. ſi verò. iuncta
gloſ.finali.

Viceſimumquintum notabile eſt,
92 quod † locus congruus, ſecundum
Cardinalem Zabarellam dicitur, ſi
iudex copiam ſui faciat in publico, &
in quo ſedere conſueuit, Zabarella in
d.Clem.2.§.ſimiliter.queſito.2. Idem
dicitur locus incongruus cùm equitat,
vel cùm per viam pergit, vel cùm
eſt in prandio, vel in Miſſa, vel de nocte,
gloſ.in d.c.ab eo.verb.loco.

Viceſimumſextum notabile eſt,
93 quod apoſtoli † dari debent aperti.
gloſ.in d.Clement.2.verb.oblatos.&
Zabarella in d.§. ſimiliter. quæſito 6.
& debent dari expenſis appellantis,
& non iudicis & maximè delegati, vt
in d.gloſ.verb.oblatos.

Viceſimū ſeptimū notabile eſt, quòd
ſi appellās, cui dantur apoſtoli refuta-
94 torij † ab hac reiectione non appellat,
eius appellatio cenſetur friuola &
habebitur tanquam temerè appellās.
Cardinal.Alexand.in cap.vt debitus.
eodem tit.col.25. verſ. ſciendū quod
triplex eſt ſpecies apoſtolorum.ibi: ſit
tamen cautus appellans.

Viceſimumoctauum notabile eſt,
95 quòd appellatio dicitur † fruſtratoria,
tripliciter: ſcilicet ratione formæ,
quia non fuit facta in ſcriptis, iuxta
cap.cordi.eodem tit.libr. 6. & tunc ſi
non dantur apoſtoli; nihilominus ſi
iudex procedit in cauſa, eius proceſſus
erit validus, vel dicitur fruſtratoria
ratione materiæ, puta quia facta
eſt in ſcriptis, ſed peccat in materia
quia continet iniuſtitiam, vel falſitatem
cauſæ: & tunc ſi non dantur
apoſtoli cùm petuntur congruis loco
& tempore, ſi iudex procedit in cauſa,
eius proceſſus erit inualidus. cap.
ſuper eo.eodem tit.lib. 6.Deciſ.Rotæ
deciſione 540.in antiquis. Geminian.
in d.cap.vt ſuper.in gloſ.final, & huic
appellationi fruſtratoriæ nunquam
eſt deferendum ex d.gloſ.final.

Viceſimumnonum notabile eſt,
quòd licet appellatio debeat fieri in
96 ſcriptis, † non tamen neceſſe eſt
quod legatur coram iudice à quo appellatur,

pellatur, ſed ſufficit quod ei porriga-
tur ſcripta. text. in cap. appellatio. eo-
dem tit. lib. 6. iuncta gloſ. final. neceſſe
eſt tamen, quod appellans tradat co-
piam ipſius appellationis ipſi iudici à
quo appellatur, vt inquit Geminia-
nus vbi ſupra in d. gloſ. final.

Triceſimum & vltimum notabile
eſt, quod quando interponitur appel-
latio ab aliqua interlocutoria, & pe-
tuntur apoſtoli: poterit iudex dare
tale reſponſum: [non admitto talem
appellationem, quia friuola eſt, & nõ
debet admitti] (vt in 3. notabil. dixi-
mus) quando autẽ ad apoſtolos quos
dare voluero, vel ad audiendũm re-
ſponſionem meam ſuper dictis apo-
97 ſtolis appellans comparuerit, † ſi den-
tur recuſatorij, nec ſic defertur ap-
pellationi (vt diximus in 11. notabil.)
& poterit iudex procedere in cauſa.
Si autem non comparuerit videtur
renuntiaſſe appellationi.

Quid autem apoſtoli & quot eo-
rum genera (vt prædicta rectiùs per-
98 cipiantur) ſciendum eſt quod † apo-
ſtoli dicti ſunt ἀπ'ἐπιστέλλειν, quod
mittere ſignificat. l. dimiſſoriæ. 106. ff.
de verb. ſignific. & qua ratione for-
mentur tradit Speculat. libr. 4. tit. de
98 apoſtolis. † ſeu libellis dimiſſorijs, &
Gratianus in c. poſt appellationem. 2.
q. 6. & 73. diſtinct. Apoſtolorum varia
99 ſunt genera, † ſunt enim aut conuen-
tionales aut teſtimoniales, aut dimiſ-
ſorij, aut refutatorij aut reuerentia-
les ſeu affirmatiui, vt tradit Specula-
tor vbi ſuprà, & Hoſtienſ. in ſumm.
tit. de appellat. §. qualiter. verſ. dicun-
tur autem apoſtoli. Eymeric. in 3. par.
Director. in tit. de appellatione quæ
fit ab Inquiſitore. & ibi Franc. Pegna.

Quid autem circa omnia ſit agen-
dum, cùm appellatio ab Inquiſitori-
bus admittitur, Eymeric. docuit iux-
ta omnes iuris regulas, id ſcilicet fie-
100 ri debere, † vbi admiſſa eſt rei appel-
latio: is reus qui appellauit, tranſmit-
tendus ad ſedem Apoſtolicam cum
proceſſu & idonea cuſtodia, ne fuge-
re poſsit.

In ditionibus autem Hiſpaniarum
Inquiſitores non vtuntur hoc iure,
101 nam † ſpeciale ad hoc habent ius ex
inſtructionibus Matritian. anni 1561.
cap. 51. vbi his verbis præſcribitur.
[Si in aliquo caſu videatur Inquiſito-
ribus appellationem eſſe admitten-
dam in cauſis criminalibus reorum
in carceribus detentorum, debent
mittere proceſſus ad ſenatum Inqui-
ſitionis, non factis certioribus ipſis
reis, & ita cautè ac ſecretò, vt nullus
extra carcerem id intelligat: quo-
niam ſi ſenatui aliter videatur in ali-
qua cauſa particulari, id poſsit præci-
pere & prouidere.] hæc ibi: in alijs
verò prouincijs, ac præſertim in Ita-
lia, quoties admittitur appellatio Se-
natum ſupremum, Illuſtriſsimorum
Cardinalium ſanctę Generalis & vni-
uerſalis Romanæ Inquiſitionis con-
ſulunt, breuiter ac ſummariè cauſam
enarrant. Quâ viſâ ac piè perpenſâ
ſi ſenatus iudicat reos eſſe Romam
tranſmittendos id fieri iubet: & In-
quiſitores cum idonea cautione &
cuſtodia, ſecundum qualitatem perſo
næ tunc Romam reos transmittunt:
quod vtique inuiolabiliter obſerua-
tur. In Hiſpania verò (vt diximus) ab
Inquiſitoribus inferioribus ad gene-
ralem eorum Regnorum Inquiſitorẽ,
ſeu Inquiſitionis præſidem prouoca-
tur & appellatur, qui cum conſilia-
rijs eius Senatus de appellatione co-
gnoſcunt, ex reſcriptis Apoſtolicis ac
præcipuè ex Clementis. VII. reſcri-
pto: cuius tenor talis eſt.

*Clemens Papa ſeptimus.*

102 AD † futuram rei memoriam. Dudũ
cùm clariſsimus in Chriſto filius
noſter



noſter Carolus Romanorum Rex in
Imperatorem electus, & chariſsima
in Chriſto filia Ioanna Regina Hi-
ſpaniarum Catholic. nobis exponi
feciſſent, quod venerabilis Alphon-
ſus Archiepiſcopus Hiſpalenſ. Inqui-
ſitor Generalis hæreticæ prauitatis,
in omnibus eorum regnis & domi-
nijs Hiſpaniarum, ac principatu Ca-
thaloniæ Apoſtolicâ autoritate de-
putatus fuiſſet, & ipſe Alphonſus Ar-
chiepiſcopus huiuſmodi Inquiſitio-
nis Officium per ſe ipſum, vt ab eo
deputatum ſeu deputatos, in regnis,
dominijs, & principatu huiuſmodi fi-
deliter exercuiſſet, & tunc exerce-
ret, tamen quamplures nomen & le-
gem Chriſti verbo profitentes, facto
autem denegantes, à fide Catholica
deuiantium alij ſectatores, fautores,
& hęreticorum defenſores recurren-
tes, & ſe ab Archiepiſcopo ſeu depu-
tatis præfatis grauatos eſſe, vel ex
certis cauſis confictis, eum ſuſpectum
habere aſſerentes, cauſas appellatio-
nis proptereà interpoſitarum, nec
non etiam ſimpliciter mandato
Apoſtolico, certis cauſarum palatij
Apoſtolici auditoribus, ſeu locate-
nentium per nos, ſeu prædeceſſores
noſtros committi obtinuerant, &
prætextu appellationis, & commiſ-
ſionis huiuſmodi, Archiepiſcopo In-
quiſitori, & deputatis, ac auditoribus
& locatenentibus præfatis, ne contra
hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi
procederent, ſeu alijs diuerſis illici-
tis vijs inhiberi fecerant: Nos tunc
omnes & ſingulas cauſas crimen hæ-
reticæ prauitatis huiuſmodi concer-
nentes in dicta Curia, vel extra eam
vt præfertur commiſſa, & coram qui-
buſuis auditoribus ſeu locatenenti-
bus, aut alijs iudicibus in quacunque
inſtantia pendentes, etiam ſi in illis
forſan concluſum eſſet, ad nos auo-
cauimus: illaſq; ad eundem Alphon-
ſum Archiepiſcopum, & pro tempo-
re exiſtentem Inquiſitorem Genera-
lem, in regnis & dominijs huiuſmodi
ac deputatos ab eo vlteriùs audien-
das, & fine debito terminandas re-
miſimus, ac ſibi omnes & ſingulos ſuâ
intereſſe putantes in Romana Curia
& extra eam citandi, ac auditoribus
& locatenentibus; ac etiam ſanctæ
Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in-
hibendi, & ſi à dicti Archiepiſcopi
ſeu pro tempore exiſtentis Inquiſi-
toris Generalis in dictis regnis & do-
minijs, ſubdelegatis, ſeu deputatis ad
Officium Inquiſitionis huiuſmodi,
quomodocumque appellari conti-
gerit, ad eundem Archiepiſcopum,
ſeu pro tempore exiſtentem Inquiſi-
torem Generalem, in eiſdem regnis
& dominijs: non autem ad ſedem A-
poſtolicam, ſi aliquid de iuriſdictione
ſibi reſeruauerit appellandum fore,
ac huiuſmodi auocationi, remiſsioni,
& decreto per quaſcumque commiſ-
ſiones, ſeu conceſsiones, vel literas
Apoſtolicas, quaſuis clauſulas, etiam
derogatoriarum derogatorias, effica-
ciores & inſolitas in ſe continentes,
nullatenus derogari vel derogatum
cenſeri, niſi auocationi, remiſsioni, &
decreto prædictis, ac deſuper confi-
ciendis literis, de verbo ad verbum,
& nihil de eorum tenore omiſſo ſpe-
cialiter, & expreſſè, ac de conſenſu
præfatorum Caroli & Ioannæ dero-
gatum fuerit, ac nonnulla alia fa-
ciendi, facultatem conceſsimus, pro-
vt in noſtris inde confectis literis
pleniùs continetur: Cum autem ſicut
dictus Alphonſus Archiepiſcopus no-
bis exponi fecit, in quibuſdam priui-
legijs indultis & literis Apoſtolicis
etiam maremagnum nuncupatis, Mi-
norum, & diuerſis alijs etiam mendi-
cantium ordinibus, etiam per mo-
dum

dum ſtatuti perpetui conceſsis, inter alia caueatur expreſſe, quod ipſorum ordinum fratres, & religioſi etiam pro hæreſis apoſtaſiæ, & alijs criminibus non niſi coram eorum conſeruatoribus, aut alijs iudicibus ad iudicium euocari debeant ſeu poſsint, etiam pro eo quod in prioribus literis nulla de priuilegijs, indultis & literis huiuſmodi mentio facta fuit, à nonnullis de viribus literarum Archiepiſcopo conceſſarum, huiuſmodi hæſitatur. Nos igitur ſingularum literarum ac priuilegiorum huiuſmodi totos tenores, ac omnia & ſingula alia hic forſan de neceſsitate exprimenda, præſentibus pro expreſsis habentes, volumus & dicta Apoſtolicâ autoritate decernimus, quod literæ Archiepiſcopo conceſſæ huiuſmodi cum omnibus & ſingulis in eis contentis à data præſentium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & ſibi ſuffragentur, ac Archiepiſcopus, & deputati præfati etiam contra fratres & religioſos ordinum huiuſmodi, ad ipſarum literarum totalem executionem procedere liberè & licitè poſsint & valeant in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in eiſdem literis Archiepiſcopo conceſsis, de priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis huiuſmodi, plena & expreſſa mentio facta, ac illis ſpecialiter & expreſſe derogatum fuiſſet, prout illis omnibus etiamſi nullis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus aut non niſi ſub certis inibi expreſsis modo & formâ derogari poſsit, eorum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus. Non obſtantibus præmiſsis ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in literis Alphonſo Archiepiſcopo conceſsis huiuſmodi volumus non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die xvj. Iunij milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

DE



# DE EDICTO FIDEI eiuſque accurata explicatione.

## SVMMARIVM.

1 *EDictum vnde dicatur.*
2 *Edicta, quæ durante magiſtratu conficiuntur, non dicuntur propriè ſtatuta municipalia.*
3 *Edictum quid ſit, & quotuplex.*
4 *Edictum fidei eſt neceſſarium, poteſtque cōſtitui & publicari ab Inquiſitoribus.*
5 *Edictum fidei iure diuino poſſunt conſtituere Inquiſitores, probaturq; ex ſacra Scriptura multipliciter.*
6 *Edictum fidei poſſe conſtituere Inquiſitores, probatur iure Canonico.*
7 *Edictum dupliciter proponi poteſt ab Inquiſitoribus.*
8 *Edictum poſſe conſtituere Inquiſitores probatur iure ciuili.*
9 *Edictum quoddam de fide propoſitum ab Imperatoribus, illuſtratum fuit inſigni miraculo.*
10 *Edictum aliud conſtituit Martianus Imperator.*
11 *Edictum fidei publicatum fuiſſe conſtat etiam iure ciuili.*
12 *Edictum poſſe conſtituere Inquiſitores, probatur conſuetudine, & communi ſtylo.*
13 *Edictum fidei poſſe & debere conſtituere Inquiſitores probatur ratione.*
14 *Inquiſitores non debent eſſe negligentes in punitione hæreticorum.*
15 *Eccleſia Catholica inſtar eſt Paradiſi terreſtris.*
16 *Fideles bona priſtina, quæ in primis parentibus perdiderunt, recuperant in Eccleſia.*
17 *Infidelitas primorum parentum cauſa fuit quamobrem expulſi ſint è Paradiſo.*
18 *Hæretici propter inobedientiam eijciendi ſunt per Inquiſitores ab Eccleſia.*
19 *Inquiſitione facta de edicto violato eiecit Deus primos Parentes à Paradiſo.*
20 *Edicti virtute Deus vocauit Adam ad ſuæ culpæ cognitionem.*
21 *Edictum eſt optima ratio ad detegendos, & puniendos hæreticos.*
22 *Hæreſis crimen, cancer eſt, & venenum.*
23 *Iudices ex iuſtis cauſis aliquando procedunt contra delinquentes occultos abſque infamia.*
24 *Edictum in quibus diſtinguatur ab interdicto, reſcripto, & præconis voce.*
25 *Edictum quando locum habeat.*
26 *Edictum tollens è loco publico vbi affixum erat, quomodo puniendus ſit.*
27 *Edictum quanto tempore affixum ſtare debeat.*
28 *Edicto qui poſſint citari.*
29 *Edicta contra hæreticos an Inquiſitores poſſint promulgare.*
30 *Quæſtiones fidei an reſeruatæ ſint Sūmo Pontifici.*
31 *Emendatio circa ea quæ ſunt fidei, an ſit facienda à Papa.*
32 *Epiſcopi in rebus fidei an recurrere debeant ad ſolum Petrum.*
33 *Concilium generale, vel ſolus Papa an determinent res fidei.*
34 *Interpretari legem an ſit tantùm eius, cuius eſt illam condere.*
35 *Inquiſitores edicta fidei poſſunt conſtituere, & publicare.*
36 *Inquiſitoribus, tanquam delegatis, Papa tribuit eandem poteſtatem, quam habet.*

 37 In-

37 *Inquiſitores poſſe edicta conſtituere, probatur plurimis diplomatibus Summorum Pontificum.*

38 *Inquiſitores poſſe edicta conſtituere, probatur rationibus.*

39 *Inquiſitio Generalis fieri nequit niſi præcedente edicto.*

40 *Concilium Generale vel* Papa *ſolùm, poſſunt quæſtiones grauiores circa fidem determinare.*

41 *Inquiſitores poſſunt iudicare, & punire hæreticos.*

42 *Inquiſitores propoſitionem dubiam inter viros Doctos & Catholicos non poſſunt conſtituere hæreticam, vel facere illam de fide.*

43 *Forma edicti fidei.*

# Præludia edicti fidei.

## QVÆSTIO V.

EXplicatâ iam ſanctæ Inquiſitionis origine, & illius per omnes ætates ſucceſsione, declaratâ ſimul cauſâ erectionis huius ſancti tribunalis in Hiſpaniarum regnis, alijſque prouincijs, quia tota forma procedendi contra noxios pendet ab edicto fidei, illud hic præfigere cenſui, & nonnulla circa eius expoſitionem attingere.

In primis ſecundum erit, vnde dicatur edictum, quid & quotuplex ſit, & an ſit neceſſarium, iuſtèq; conſtituatur: in quibus ab interdicto differat, & quomodo à reſcripto, in quo à voce præconis diſcrepet, quãdo locum habeat, quâ plectatur pœnâ illud tollens, licet nõ corrumpat, quanto tempore adfixũ in loco manere debeat, quis poſsit per edictum citari, & vltimò an illud poſsint Inquiſitores hæreticæ prauitatis cõſtituere & promulgare?

Ordine igitur ad rẽ vt procedam,
1 dicendum eſt † edictum ab edicendo dici, quo verbo tanquam Prætoris proprio vſus eſt Iurecõſultus in l. Barbar. ff. de offi. Prætoris. his verbis; [Quid dicemus? quæ Prætor edixit quæ decreuit? nullius fore momenti?] edicere verò nihil aliud quã proponere vnde Halicarnaſ. li. 5. [τὰ ἐπιτάγματα ϗ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων ϗ ἀδίκων ἐδίκτα οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, id eſt, iuſſa & præſcripta rerũ iuſtarum, edicta Romani vocant.] Hinc ſi rei ſignificationem ſpectemus, ideo dictum eſt, vt ſcirent ciues ius de qua re quiſq; magiſtratus dicturus eſſet. l. 2. §. eod. tempore. ff. de orig. iur. Procõſules & Præſides in prouincijs edicta huiuſmodi proſcribebãt, quę prouincialia appellabantur ad differentiam Vrbanorũ, vt eſt lib. 7. Epiſt. Ciceronis ad Atticum Epiſt. 1. & Verrinis. Ad edictum tam prouinciale, quàm Vrbicum Caius I.C. commentarios ſcripſit, eaque cauſa eſt cur in edictorum interpretatione Proconſulis ſæpe mentionem faciat. l. 1. ff. de alien. iud. mut. edictorum autem, quę à magiſtratibus proponebãtur, quædam perpetuæ iuriſdictionis cauſâ proponebantur. l. ſi quis id quod. in prin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Eiuſmodi edicta cùm annua primũ eſſent, quia & ipſum Prætoris Imperiũ annuum erat, lege Corneliâ perpetua facta ſunt, ac deinde in ordinem à Saluio Iuliano, Hadrian. Imperator. temporibus ex Senatus autoritate redacta & compoſita, vt Eutropius in Hadran. & Iuſtinianus l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de veter. iure enucle. & l. penultim. C. de condict. indeb. ſcribunt: vnde edicti perpetui nomen accepit. l. 2. ff. de ſtatu hominum. l. final. in fine. ff. de appel. recipien. & in l. in eum. ff. de extraordin. criminibus: edicta enim Prætorum cõpoſita ſunt in ordinem perpetuum, in quo non Prætoriæ ſolùm, ſed ciuiles actiones referebãtur, vt ſciret populus qua quiſque actione in omni negotio poſſet vti, ſiue à iure ciuili, ſiue à Prætore introducta eſſet: omnibus enim iudicijs Prætor imperabat, vel cùm daret, vel cùm negaret actionem. Cauſa autem perpetui edicti eiuſmodi ſemper exſtitit vt nihil vnquam propoſuerit Prætor, quod non euidentem haberet vtilitatem in publicum, ſecundum naturalem æquitatem; quæ & hodie perdurat, & nunquam ceſſabit, vt tradit Bart. in l. in factum. nu. 1. ff. de actio. & obligat. Quamobrẽ videmus omnes propemodum mores ciuitatum, qui antiquitatem redolent, tractos eſſe ex iure Prætorio, quod & ius honorarium appellatur. Ædilitium quoq; edictum iuris Prætorij portio eſt. Bal. in §. Prætorium. num. 1. inſtit. de iure naturali. in quibus licet addere vel detrahere ex mente ipſius Prætoris, vel ex identitate rationis. Bart. in. l. qui ſe Patris. nu. 13. C. vnde liber.

2 Edicta verò, † quæ dantur durante Magiſtratu, propriè non dicũtur ſtatuta municipalia, quia nõ ſunt propoſita perpetuę iuriſdictionis cauſâ, ſed prout res incidit. d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iud. & l. fin. ff. de pœnis. & Bald. in l. omnes populi. nu. 25. ff. de iuſt. & iur. & ex his non oritur actio in factum, tanquam ex edicto Prætoris, ſed oritur actio ex illo edicto. Idem Bald. in d. l. omnes populi. num. 26. Et hæc edicta, quæ perpetua diximus, monitoria appellata quidam autumãt, quod his ciues admonerentur, quâ formâ ius dicturi eſſent magiſtratus, ad quod edictum Calliſtratus libros ſex ſcripſit, vt ex indice Pandectis Florentinis præfixo intelligitur. Dicebant & veteres edicto admonere. l. diui fratres. ff. de relig. & ſumpt. funer. Ad hanc ſpeciẽ pertinet edictũ Carbonianum, quod ſolùm autoris ſui nomen retinuit, eiuſq; generis eſt edictum nouum, de quo in l. 1. §. ſi pater. ff. de vent. in poſſeſ. mit. Erãt & edicta quæ prout res inciderat, proponebantur, & ad ſingulas cauſas è re nata accommodabantur, qualia erant, quibus aliquem Prætor euocabat, & adeſſe iubebat. l. ad peremptorium. l. in peremptorio. l. nonnunquam. l. & poſt edictum. & l. ſi Prætor iuſſerit. ff. de iudic. & l. fin. ff. vbi pupillus educari debeat. Dicitur quoque edictum iuſſus principis vel magiſtratus. §. ſed & quod principi. Inſtitu. de iure natur. gent. & ciuil. Cicero pro Quinct. vocat edicta & decreta magiſtratus 3. in Verr. ibi: [Non hi, qui decretis edictiſq; tuis in te concitati infeſtiq; ſunt:] aliquãdo & edictum aduentum Prætoris ſignificabat. l. 4. §. antequã. ff. de offic. Proconſ. & hæc edicta erant temporalia, quæ & peculiaria, & repentina apud Marcum Ciceronem.

3 Secundò dicendum eſt, quòd † edictũ propriè & ſtrictè ſumptum, eſt inſtitutio Regis vel principis. c. cõſtitutio. diſtin. 2. §. ſed & quod principi. verſ. quandocunq; inſtit. de iur. natu. Andr. ab Exea in repetit. Rub. de cõſtit. n. 90. non tamen propter hoc negatur, quin appellatione edicti veniant multæ ſpecies tanquã ſub genere ſpecies: multipliciter enim capitur edictũ. Quandoq; ſumitur pro præcepto Regum vel Imperatorum, vt patet in Euangelio Lucæ. Exijt edictũ à Cæſare Auguſto: & hoc modo propriè ſumitur. Quandoq; ſumitur pro præcepto, quod continetur in lege inferioris, vt in c. vt circa. ibi: [Edicto perpetuo prouidemus, &c.] de election. in 6. Quandoque & inferiores iudices apponunt edicta, vt in capit. 1. de ſupplen. negligen. præ-

lat. ſecundũ Archidiac. Ioan. Andr. & Dominic. in d. c. vt circa. Quãdoque latiſsimè, & tunc ſumitur pro qualibet lege generali, ſiue illa ſit ciuilis, ſiue prætoria, vt tangit gloſſ. 1. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, & ibi Ioann. de Imola, & ad idem d. cap. vt circa & l. 1. & 2. & l. digna vox. C. de legibus, & in c. 1. de ſupplen. neglig. prælat. lib. 6. Quandoq; ſumitur latè, vt comprehendat omnem legẽ prætoriam, ſed nõ ciuilem. vt in §. prætoria quoq; edicta. Inſtitut. de iu. natur. & in rubro & nigro, & l. 1. ff. de dolo & l. 1. ff. de minorib. cum ſimilibus; & hoc modo ſumendo, comprehenditur interdictũ, vt l. 1. ff. de oper. nou. nunt. iuncta l. Prætor. eodem titu. Et probatur in l. 1. & 2. in fin. ff. ne vis fiat ei. Quandoque ſumitur ſtrictè pro lege Prætoria, differente ab interdicto, & tunc eſt ſpecies diſtincta ab interdicto: quia ſicut adoptio continet adoptatos in ſpecie, & arrogatos. vt l. 1. & 2. ff. de adoptio. ita & edictum in genere continet edictum in ſpecie, & interdictum: quandoq; ſumitur pro præcepto, quod faciunt iudices iuriſdictionem habentes, & hoc quandoque accipitur latè pro quolibet præcepto iudicis, vt l. 1. & fin. ff. de officio aſſeſſ. quandoque pro qualibet citatione, vt in l. ad peremptoriam. de iudic. Canon. illicita. 24. quæſtio. 3. & facit Clementi. 1. in fin. de iudic. quandoque verò accipitur pro quadam citatione ſpeciali, quæ fit cum certis ſolennitatibus per affixionem in albo, aut in valuis, vel parietibus à quibuſdam iudicibus, & in quibuſdam caſibus ſecundum dictam Clementi. 1. de iudicijs, & ad inſtar edictorum, quæ per Prætores in albo ponebantur, vt d. Clement. 1. & in l. ſiquis id quod. ff. de iuriſdictione omn. iudic. de quibus omnibus diffuſè ſcribit Marian. Socin. de dilation. artic. 23. à num. 1. & per Franciſc. Niconit. in repetition. Rubr. de Teſtament. ſub num. 6. Dupliciter quoque conſiderat edictum Bald. in l. 1. num. 2. ff. de oper. nou. nunt. vbi ait conſiderari vno modo quoad interpretationem, alio modo quoad ſituationem, vt ibi per eum.

4 Tertiò: edictum † fidei eſt neceſſarium, & non ſolùm Inquiſitores poſſunt illud conſtituere: verùm & tenentur illud publicare contra hæreticos idololatras, & apoſtatas fidei, cæteroſque impios: idque omni iure & lege diuinâ & humanâ, ſacris conſtitutionibus, iure ciuili inſtructionibus, & conſtitutionibus à ſacra Inquiſitione Generali, ac etiam
5 conſuetudine. † Et vt à primo exordiamur, quod poſsint iure diuino edictum fidei conſtituere, probatur primò ab ipſo orbe condito: Nam Geneſ. 3. Deus primum edictum promulgauit, dicens primis parentibus: [Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.] Et ſtatim ſubiunxit, comminando, & pœnam inferendo: [In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris:] & Geneſ. c. 35. generale etiam edictum propoſitum eſſe probatur in illis verbis Iacob, qui conuocata omni domo ſua, dixit: Abijcite Deos alienos, qui in medio veſtri erunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.] Exod. etiã 32. inquit Deus: [Ponat vir gladiũ ſuper femur ſuum, ite & redite de porta vſq; ad portam per medium caſtrorum, &c.] vbi propter idololatriam mortui fuerunt triginta millia. Moyſem etiam functum fuiſſe officio Inquiſitoris conſtat ex capit. 7. 8. 9. 10. & 20. Exod. quod oſtenditur ex illis verbis: [Ego ſum Dominus Deus tuus, qui



qui eduxi te de terra Ægypti, non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile, &c.] Idem probatur ex c. 6. & 13. Deuteronom. vbi edictum conſtitutum fuit in illis verbis initio propoſitis: [Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui ſomnum ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod loquutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat vtrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima veſtra. Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite, & audite vocem eius, ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis.] Inſuper Leuitici 18. dicitur: [De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idolo Moloch, &c.] Alia etiam edicta propoſita fuerunt Leuit. 19. & 20. Probatur etiam ex illo edicto generali propoſito Numer. capit. 5. & Ioſue capit. 6. & 7. vbi Deus vetuit, ne quis aliquid perciperet de ſpolijs Iericho, ibi: [Vos autem cauete, ne de his quæ præcepta ſunt, quippiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint atque turbentur. In libris etiam Eſdræ 2. c. 8. & 3. cap. 9. alia edicta referuntur. & Daniel. 3. legimus Nabuchodonoſorem edictum conſtituiſſe contra blaſphemos, vt quicunque blaſphemaret Deum Danielis, id eſt, verum Deum interficeretur, & domus eius vaſtaretur: in quo edicto Deo vero iuſtiſsimum obſequium fecit, vt teſtatur D. Auguſtin. in Epiſtola. 50. Sunt præterea alia ſcripturæ loca, quibus probatur ſæpe edictum publicatum fuiſſe, quæ in re adeò manifeſta conſultò omittimus, ne noſtra in longum protrahatur oratio. Ex quibus ſatis apparet edicta publica ſæpe contra idololatras pu-
6 blicata, & conſtituta fuiſſe. † Ex ſacris etiam conſtitutionibus probatur expreſsè ex c. vt commiſsi. §. conuocandi. de hæret. l. 6. [Conuocandi (inquit Bonifacius VIII.) etiam clerum & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire) & contra illos, quos in prouincia (in qua vobis Inquiſitionis officium eſt commiſſum) hæreſeos crimen conſtiterit commiſiſſe (licet ad alias partes ſe transferendos duxerint) procedendi: neq; non faciendi à quibuſlibet aſsignari vobis libros ſeu quaternos & alia ſcripta, in quibus Inquiſitionis factæ, ac proceſſus per quoſcunq; autoritate ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur, & illorum, qui veſtris mandatis obedientes ſimiliter ſtant, propter hæreſim in carcere vel muro recluſi, pœnam vnà cum prælatis, quorum iuriſdictioni ſubſunt, mitigandi vel mutandi, cum videritis expedire.] Hæc ille. Poſſunt ergo Inquiſitores edicta conſtituere, omnes admonendo publicè & generaliter in cauſis fidei præcipientes, vt ſi quos ſciuerint errare, ad ſe referant. text. in cap. excommunicamus. §. adijcimus. de hæreticis. cap. cum in tua, & facit. cap. fin. qui matrimon. accuſare poſſunt. l. congruit. ff. de officio præſidis, Rojas copioſè ſingul. 5. quæ adeò procedunt, vt ſi quis ſciat aliquem errare, & non defert, neque prodit illum, incidat in excommunicationẽ ex ſuſpicione hæreſis. c. quiſque 11. q. 3. cap. qui peierat. 22. q. 5.

Zanchin. de hæret. c. 5. à nu. 3.

Dupliciter † enim proponi poteſt huiuſmodi edictum. Primò generaliter cum dilatione triginta, vel 40.
7 vel plurium dierum, quoties Inquiſitores in aliqua prouincia de nouo conſtituuntur: intra quod ſpatiũ dierum quilibet ſponte ſuos errores, & hæreſes confiteri coram Inquiſitoribus poſſunt, & alios hæreticos indicare. Hoc autem edictum vulgò appellari ſolet edictum [ De gratia,] & meritò quidem, quia ij admittuntur ad pœnitentiam ſalutarem, & Eccleſiæ Catholicæ reconciliantur, mortem & vincula, & bonorũ publicationem non patiũtur (quod fit benignitate Regiâ) ſed pro qualitate perſonarum & criminum pœnam aliquam pecuniariam ſoluunt. Ita cautum eſt in 1. inſtruct. Hiſpalenſ. capit. 3. & 7. & copioſè diximus in titu. de ordine iudiciario. & tradit Simanc. de Catholic. inſtitut. titul. 94. num. 3. Eymeric. in 3. part. Directorij, & ibi Franciſcus Pegna Comment. 12. §. tertium quod habet facere, litera. D.

Secundò etiam Inquiſitores viſitant prouinciam ſibi creditam edicta generalia proponendo, vt latiùs in prædicto titu. tradidimus.

8 Tertiò, † hæc eadem veritas manifeſta exſtat in iure ciuili, ex l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. vbi Gratian. & Valentinian. edictum cõſtituerunt ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ anno Domini 382. Idem habetur in. C. Theodoſiano, lib. 16. titu. primo. l. 2. & in tripart. hiſtor. Eccleſiaſt. libr. 9. c. 7. ex Sozomeno: quod edictum factum fuit vniuerſis, vt rectam tenerent fidem, vt conſtat his verbis. [ Quam diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat] fuerunt enim illo tempore variæ hæreticorum ſectæ exortæ, varioſque errores illius ætatis hæretici ſeminabant, & ideò neceſſum fuit edicta publica proponere, vt vnuſquiſque ea cenſoribus denuntiaret. Id etiam probatur ex l. nullus. eod. titu. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. quæ quidem lex ab eiſdem imperatoribus lata fuit anno Domini 383. quã præcipitur vt omnes ſeruent Nicenæ Synodi fidem: fuit namque Synodus illa celebris tempore Conſtantini, & Silueſtri Papæ celebrata, ex concurſu 318. Epiſcoporum, ann. 363. in qua damnatus fuit Arius, eiuſque omnia dogmata & ſectatores, ſtabilituſq; articulus de Chriſto vero Filio Dei, Patri æquali, & conſubſtantiali, quæ Synodus confirmata fuit inſigni miraculo, quod
9 refert Nicephor. lib. 8. c. 23. † nam cùm ex vniuerſis Patribus duo deceſsiſſent priuſquàm profeſsionis fidei ſcripto ſubſcriptionem ſuam appoſuiſſent, reliqui Patres geſta Concilij eius in manibus gerentes, ad ſepulturam eorum acceſſerunt, deprecantes vt poſtquam clarè intuebantur in cælis, quod in Synodo cum cæteris decreuerant, dignarentur libello ſubſcribere: qui acta continebat: quem ſuper ſepulchro relinquentes, abierunt, totamque noctem duxerunt inſomnem. Poſtridie ad locum eum redeuntes, & libellum explicantes, illorum duorum Epiſcoporum ſubſcriptiones agnouerunt in hæc verba: [Chryſanthus & Muſonius, qui cũ Patribus omnib. in ſancta prima Oecumenica Nicena Synodo conſenſimus, quanuis corpore tranſlati, manu tamen propria nos quoq; libello ſubſcripſimus.] Hæc ibi. Quæ etiam refert



refert Franciſc. Pegna in 1. parte Directorij, commentario. 5. ſuper dicta
10 lege nullus. † Aliud præterea edictũ conſtituit Martianus Imperator, quo cauet, vt nemini liceat de fide habere coram populo diſputationes, aut ſemel iam diffinita in dubium reuocare; quia (vt ait Paul. 2. ad Timot. 2) noli contendere verbis: ad nihilum enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium: & 1. ad Corinth. cap. 11. [Si quis veſtrûm inter vos cõtentioſus eſt, nos talem cõſuetudinem non habemus, ſed nec Eccleſia Dei.] in iure etiam in c. quicunque. §. inhibemus. de hær. lib. 6. interdicitur laicis ſub pœna excommunicationis (non latæ, ſed inferendæ) ne de fide publicè aut priuatim diſputent, & probatur ex l. nemo Clericus. de ſum. Trin. & fide Cath. Hoc etiam edictum exſtat in Concilio Chalcedon. action. 3. ex quibus (ſi bene perpendatur) non abſolutè prohibetur diſputatio de fide Catholica, ſed ea, quæ cauſam præbet tumultus & perfidiæ. Et reddit ipſe Martianus rationem, dicens: [Nam & iniuriam facit iudicio Reuerendæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contenderit, cùm ea, quæ nunc de Chriſti fide à ſacerdotibus qui Chalcedone conuenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſint iuxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum Patrum 318. in Nicæna, & centum quinquaginta in hac regia vrbe diffinita eſſe noſcantur. Nam cõtemptoribus huius legis pœna non deerit, quia non ſolùm contra fidem verè expoſitam veniunt, ſed etiam Iudæis, & paganis ex huiuſmodi certamine profanandi veneranda myſteria occaſio-
11 nem ſubminiſtrant.] † Comprobatur etiam iure ciuili publicatũ eſſe edictum ex l. nos reddentes. eod. tit. de ſumm. Trinit. & fide Cathol. vbi per edictum generale præcipitur credẽdum eſſe, Chriſtum vnam eſſe de tribus ſanctæ Trinitatis perſonam ſubſiſtentem; quam Græci ὑπόστασιν appellant. Alterum, Chriſtum in carne paſsionem verè pertuliſſe, impaſsibili Deitate ſemper exiſtente. Tertium & poſtremum, ſanctiſsimam Mariam Virginem propriè & veraciter appellandam eſſe matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

12 Quartò hoc ipſum † probatur conſuetudine, quã hodie ſtylus iſte ſeruatur: habet enim conſuetudo cuiuſlibet tribunalis Inquiſitionis in edictis publicandis, hæreticis puniendis, abiurationibus faciendis, reis torquendis, totoque proceſſu fabricando legis vigorem, text. in. §. ex non ſcripto. inſtitut. de iure natur. genti. & ciui. vbi communiter DD. l. minimè. ff. de legibus. quæ quidem cùm rationabilis ſit, & legitimè præſcripta, iuri Canonico & Ciuili præponitur: c. vltimo. de conſuetudine. c. paſtoralis. verb. diſſona. de fid. inſtrument. Aymon Crauet. in titu. de antiquitate temporum. 1. part. §. 1. numero 42. imò hæc conſuetudo priuilegium tribuit. Barto. in proœm. ff. §. hæc autem tria. nume. 3. & iuriſdictionem tribuit gloſſ. ſingul. in. l. more maiorum. ff. de iuriſdict. omn. iudic. facit text. in capit. cum contingat. de foro comp. vbi Felin. Bald. in rubr. de conſuetud. col. 2. ex l. viros. C. de diuerſ. offic. libr. 12. vbi Bartol. Rom. conſil. 243. incipien. ad prædictorum. & conſil. 300. copioſè Decius in d. l. more maiorum. de iuriſdict. omn. iudic. & de materia hac videndi ſunt DD. in c. conſuetudo. diſt. 1.

13 Vltimò iam probatur ratione. † Crimẽ hæreſis, quia principaliter reſpicit offenſam Dei, eſt publicum, & conſe-

conſequēter quilibet de populo poteſt hæreticū accuſare: quia id quod fit in offenſam Dei dicitur fieri in omnium iniuriam, & ſi non eſſet publicum, nec quilibet de populo poſſet accuſare, tale delictum remaneret impunitum. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. vt famæ. de ſentent. excommunicationis. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectigal. Plaça in Epitome delictorum. c. 21. in princ. cùm nulla priuata perſona particulariter offenſa ſit, text. in l. Manichæos. & ibi DD. vt latiùs dicemus infrà in materia de Inquiſitione, nume. 118. Sed Inquiſitores fidei cēſores ſunt, & deputati ad delendas hæreſes in gloriam Dei, & augmentum fidei: eſt enim illis commiſſa Chriſtianæ religionis defenſio. c. vt Inquiſitionis. in princ. de hæretic. libr. 6. Clementin. multorum. eod. titu. Albert. in rubr. de hæret. lib. 6. q. 5. c. accuſatus. §. ſanè. & §. de quæſtione. c. vt officium. §. deniq;. de hæret. lib. 6. ergo edicta publicare poſſunt, & debent ad puniendum hoc delictū publicum, cùm
14 aliter detegi non poſsit. † Secundò, quia ſi negligentes eſſent in punitione hæreticorum, viderentur conſentire. c. negligere. vbi gloſ. 2. quæſt. 7. nam error, cui non reſiſtitur, approbatur. c. error. 83. diſtin. meliùs enim eſt cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate occidere. cap. nimium. 24. quæſtio. 4. ſiue delictum commiſſum ſit, ſiue committendum; quod eſt ſpeciale in hoc crimine hæreſis, Ioan. Andr. Ant. Abb. & Feli. per tex. in c. 2. de hæret. c. duo iſta. 23. q. 4. Caſtr. de iuſt. hęr. punitione, lib. 2. c. 25. text. in d. c. 2. de hæretic. inquit enim [Qui alios, cùm poteſt, ab errore nō reuocat, ſe ipſum errare demōſtrat.] Et propterea procedere poſſunt in hoc crimine ad inquirendum per edicta generalia, nullâ præcedente infamiâ de delicto, text. in c. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hæret. quem ſingul. dicunt Cardi. & Anan. idem Card. in Clement. 2. q. 2. de hæret. Conrad. Brun. de hæretic. 2. part. nu. 428. Quod vtique procedit contra quoſcunque etiam exemptos. d. c. vt commiſſi. ibid. [Quoſlibet hæreticos,] c. vt officium. in princip. de hæret. libr. 6. exceptis tamen Epiſcopis, niſi de fugâ fuerint ſuſpecti. c. Inquiſitores. eod. titu. & lib. Villadiego de hæret. quæſt. 7. num. 15. nec etiam cōtra officiales Papę procedere poſſunt, extrau. cum Matthæus de hær. inter cōmunes, copioſè Albert. in c. primo quæſt. 7. num. 4. de hæret. in 6. cùm omnes tenentur illud impedire committendum. l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pactis. quem allegat. Hoſtien. in c. qui alios. de hęret. c. cùm ex iniuncto. §. licet autem. verſ. cū aliud ſit. 23. q. 4. c. cum ipſa pietas. 25. q. 5. can. diaconi. diſtinct. 5. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 3. Tabienſ. in ſumma verb. correptio. §. 8. num. 9. c. qua propter. 2. q. 7. ergo Inquiſitores ad punienda delicta tenentur edicta publicare, & conſtituere.

15 Tertiò † Eccleſia Catholica inſtar eſt Paradiſi terreſtris, teſte Irenæo lib. 5. cap. 20. Cyprian. Epiſtola 38. ad Iul. Auguſt. libr. 13. de ciuitate Dei.
16 cap. 21. quia in ea † fideles comparāt ſibi bona illa priſtina quæ in primis parentibus perdiderunt. Sed inobedientia, & peccatum primorum parētum cauſa fuit expulſionis illorum
17 è paradiſo, † quod magis crederent ſuæ cæcitati, & ſerpentis fallacijs,
18 quàm Deo: ergo † hæretici infideles propter eandem inobedientiam, & maiorem adhæſionem ſenſui quàm fidei diuinæ, & reuelatę, eijciēdi ſunt
19 ab Eccleſia. † Medium autem quo primi parentes eiecti ſunt à paradiſo, fuit Inquiſitio facta à Deo de illorum infidelitatis per edictum illud propoſitum. Gene. 3. [De ligno autem ſciētiæ boni, & mali ne comedas,] ergo ſimiliter Inquiſitores vt hæreticos ab Eccleſia ſeparēt, inquirere tenentur eorum delicta per edicti publicationem, & conſtitutionem.



20 Quartò cum † Deus vocauit Adam per edictum vt ſuam culpam agnoſceret, & veniam peteret; ille rebellis & pertinax reſpondit. [Mulier quam dediſti mihi] &c. peccatum ſuum Euæ attribuēdo propter quod eiectus eſt à Paradiſo; & innumera mala ſubijt. Sed Inquiſitores in publicatione, & cōſtitutione edicti delinquentes vocant, vt ſi reſipiſcere velint veniam conſequantur: ergo cùm impœnitentes, & rebelles exiſtunt culpas ſuas ad inanes cauſas referendo, meritò ab Eccleſia reijciuntur.

Iudices ſæculares in delictis temporalibus vt in furtis, homicidijs, & alijs criminibus grauibus ſua remedia adhibere curant, vt tantis malis obuient, & rempub. quietā ac pacificam cōſeruent idq; per punitionem, & Inquiſitionem delictorū: ergo cum crimen hæreſis ſit grauius omni crimine temporali & ſpirituali, Inquiſitores poſſunt, imò & tenentur quâlibet viâ, & remedio tanto malo oc-
21 currere. † Sed nullū aliud exſtat præſtantius, quàm edictū: per illud enim iuſtè obligant homines ad detegendos infideles & hæreticos, qui aliâ ratione cognoſci nequeunt: vt ſic puniantur, & cæteri fideles liberi & ſecuri à tam lethali morbo conſiſtant: ergo neceſſariò, & iuſtè poſſunt, & tenentur edictum non ſolùm publicare, ſed & conſtituere.

Sextò, morbus qui interiùs latet, & celeriter ſe ſpargit tanquam periculoſiſsimus nouo, & inſolito indiget
22 medicamine. † Sed hæreſis crimen eſt venenum quod celeriter, & occultè ſe diffundit, & vt cancer ſerpit in fidelium animas: iuxta illud Pauli 2. ad Timot. 3. loquens de hæreticis. Tum mali & ſeductores proficiunt in peius errantes, & in errorem mittentes, vt patet de Luthero; ergo Inquiſitores per edicti publicationem, & conſtitutionem tanquam per medicamē ſalutiferum animas fidelium tenentur ſanare, cùm illis commiſſus ſit grex Dominicus.

23 Vltimò † ſæpe ob bonum publicum in delictis atrocibus nullâ præexiſtēte infamiâ ſuperiores procedūt contra delinquentes occultos: ergo multò magis Inquiſitores in cauſis fidei per edicti publicationem, & cōſtitutionem poterunt id præſtare.

24 Quartò edictum † differt ab interdicto, reſcripto, & voce præconis. Primò differt edictum ab interdicto. gloſſ. ſingul. in l. prętor. §. 1. ff. de oper. nou. nunc. vt inter cauſam, & cauſatum. quia ſicut actio cauſatur ab obligatione; ita interdictum cauſatur ab edicto: quod tenet Iacob. de Aret. ſed non bene ſecundum Bart. in l. 1. n. 4. ff. de oper. nou. nūt. qui aliam tradit differentiam dicens, quod differt vt genus & ſpecies. Et edictum eſt nomen generis, vt in. §. conſtat. inſti. de iur. natur. & latiùs de hac differentia eſt videre per Imol. in d. l. 1. de oper. nou. nunt. Quot autem habeat capita edictum in his videre eſt quæ tradit Angel. in d. l. prætor. in princ. ff. de oper. nou. nunt. & qualiter cognoſcatur edictum ab interdicto ponit Bart. in d. l. 1. nume. 5. & ibi etiam Imola: differt quoque edictum à reſcripto, quia reſcriptum habet locū tantùm poſt latam primam ſententiam in cauſa appellationis. Edictum vero habet locum pendente cauſâ principali, vt in l. 1. §. non ſolum. ff. vt legat. nom. caueatur. ſiue pendente cauſâ appellationis. vt in l. poſt-

quam heres. §. imperator. in fin. ff. eod.titu. ſiue nullâ cauſâ pendente, vt ex quamplurimis legibus eiuſdem tituli eſt videre. Eſt alia differentia, quia per reſcriptũ efficitur quis poſſeſſor,vt in.d.§.imperator.in princip. d.l.poſtquàm hæres.ſed per edictum non efficitur poſſeſſor,ſed eſt in poſſeſsione,vt l. is cui.ff. vt in poſſeſsionem legat.eſſe liceat.

Vltimò differũt,quia miſſus in poſſeſsionẽ,per reſcriptum non reſtituit poſſeſsionem niſi priùs ſibi ſatisfiat, vel feratur ſententia contra eum. Miſſus autem in poſſeſsionem ex edicto,debet exire,ſi ſibi ſatisdetur, vt in l. ſi legatarij aduerſus. ff. vt legat. nomine caueatur.l. ſi pecuniæ. in fine.ff.vt in poſſeſſ.legat.vt tradit Bar. in d.§.imperator. l. poſtquam hæres. ff.vt legat.nomine caueatur. Differt poſtremò edictum à voce præconis: quia per edictum actore abſente, & reo præſente,citatur actor per interualla triginta dierum,quod ſecus eſt per vocem præconis: quia paucis innoteſcit,& audientibus tantùm, & quibus hi dixerint: ſed edictum ſic per multos dies poſitum pateſcit omnibus,vt colligitur ex tex.in authen. qui ſemel.verſi. qui ſi cauſam. iuncta gloſſ. in verb. paucis innoteſcit. C. quomodo & quando iudex.quam ſequitur Bart.in l.hæredes.num.2 ff.de teſtament.edicta enim poſita in ciuitate afficiunt omnes de diœceſi, vt tradit Greg.Lopez in l.5. titu.9. part. 4. in litera G. &ratio eſt, quia in his, quæ fiunt publicè,præſumitur ſcientia.c.fin. qui matrimonium accuſare poſſunt.cap.1.de poſtul. prælat.& ibi gloſſ.in verb.promulgauit.&.c.illud. de clerico excommunic. & quæ notab. tradit Alex.conſ.81.volum. 4. & dicit Abb. per illum text. in d. c. fin. num. 2. qui matrimonium accuſare poſſunt.& Federic.de Sen. in cõſ.16.

25 Quintò dico,† edictum non habere locum,vbi verba eius non poſſunt adaptari:vt notat Bart.in.l. dies cautioni.§.prætor ait.num.25.ff.de damno infect. ſicut in ſimili dicimus, quòd vbi verba legis deficiunt, deficit & ipſius diſpoſitio. l. ita autem. in princ.& ibi Bart.ff.de adminiſt.tutorum.l.hos accuſare.§.omnib. ff. de accuſatio. l. 1. §. loquitur.ff. de mag. conue.l.Fulcinius.§.1.ff.quib.ex cauſis in poſſ.eatur,& in l.fin.C.de præd. curiali.lib.10.c.indemnitatibus.§.ſed cum eas.de electione,lib.6. quẽ text. dicit ad hoc optimum Ioan.de Anan. in.c.2.de maled.quod & voluit gloſ. in.c.quoniam.verb.qui ſimul.de vita & honeſt. clericorum, & in Clem. 1.in gloſſ.magna in fi.de ſentent. excõmunicationis,Dec.conſi. 444. col. fi.in princ. Angel.de malefic.in verb. reducta ſibi quarta. nume. 10.& latè Tiraquell. qui more ſuo infinitos allegat. in. l. ſi vnquam.in verb. libertis. nume. 2. C. de reuocand. donation.

26 Sextò, †tollẽs edictum, licèt non corrumpat, punitur pœnâ edicti iuriſdictionis omnium iudicum, quæ pœna eſt quingentorum aureorum. iuxta tex.in l.ſiquis id quod.ff. de iuriſdict. omni.iudic.quę procedit tam contra corrumpentem edictũ, quàm contra eum qui corrumpenti fauet, vt tradit Bart.in.d.l.ſiquis id quod. §. ſerui quoque.num.9. & 10. quod ſequuntur communit.DD. licet ſecus ſentiant Speculat.in titu.de dolo, & cõtumacia.§.reſtat.in princ.& Iacob. de Aret.in.d.l.ſiquis id quod.pro quarũ opinionum cõciliatione Marian. Soci.in titu. de dilatio. art. 23.nu.15. aliquas diſtinctiones ponit, quas hîc non repetemus cum non ſit materia noſtra.omnino tamen videndum illum relinquo,vbi copioſè tradit quinam pœnâ prædictâ teneatur, & ſub num.



num. 16. qui veniant à tali pœna excuſandi.

27 Septimò†quod edictum debet affigi publicè.Primò in foribus maioris Eccleſiæ,vt in Clement. 1. de iudic. quanto autem tempore affixum ſtare debeat non reperitur iure expreſſum,vt in l.1.ff. de iure deliber.& facit.c.cupientes.2.reſponſ.&. c. in fin. de electio.lib.6. vnde relinquitur arbitrio iudicis,vt tradit Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verb.publicè.Maranta de ordine iudiciorũ p.6. in ver. recte concipiatur citatio.nu. 96.& Marian.Socin. in tit.de dilatio. art. 23. num. 11. ſufficit tamen quod in actis appareat ſcriptum, quod edictũ fuit publicè affixum in tali loco, neq; eſt neceſſe quod ſcribatur quãto tempore ſteterit affixum, quia ex quo ſemel fuit affixum, præſumitur durare affixum cum eius ablatio, vel corruptio ſit delictum, vt ſuperiùs in ſexto præſuppoſito dixi:bona tamen eſſet cautela, ſi quis fecerit de hoc fieri ſcripturam,ſecundum Bart.in d. extrauag. in.d.verſ.publicè.

28 Quoad†octauũ dicẽdum eſt, quòd cum citatio per edicta actus iuriſdictionis cõtentioſæ ſit,vt docet Ioan. de Imol.in.c.nouit.colum.2. verſic.ſi autem legatus. de officio legati. ad ordinarios, & delegatos à principe ſpectabit hoc facere, non tamen ad alios, vt per text. in authent.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.l. ſancimus.C.de iudic. c. paſtoralis. & c.gratum.de offic. delegat. & in authen.dę litigioſis. §. hominum.collatio.8.DD.in.d.l.ſancimus.Bart. in extrauag.ad reprimẽdum. verſ.per edictum.nu.1.Angel. in l. ad peremptorium.ff.de iudic.& Marian.Socin.qui latè hanc quæſtionem diſputat in tit. de dilatio.art.4.num. 11. vbi multas refert Doctorum opiniones, ſed de iure Canonico non poteſt fieri, niſi de ſpeciali commiſsione Papæ: vt in Clement.1.de iudicijs,& ibi gloſſ. in ver.ex certa ſcientia. vt tradit Bart. vbi ſup. in extrau. ad reprimendum. in verb.per edictum.num.2. Marant. part.6.in verb.rectè concipiatur citatio.num.8.vbi ait, quod talis citatio per edictum, non fit niſi in caſu neceſsitatis,ſcilicet, quando alio modo quis citari non poteſt; putà, propter eius abſentiam, vel quando citantur perſonæ incertæ ſeu quãdo neſcitur quis ſpecialiter ſit citandus. Tunc enim valet etiam generalis citatio per edicta: arg.tex.in authen.omnes creditores.C.ſi minor.ab hæred.ſe abſtine. Abb.in.c.fin.nu. 5. qui matrim. accuſare poſſ.Cardin.conſ.134.Oldr. conſ. 3. Fuluius Pacianus in tractatu de probation.lib.2.capit.48.num.37. Abb.in.c.cauſam.num.12. de dolo & contum.Marian.Socin. de citatione. num.22.art.17.quæ citatio vt ſup. dixi,ſecundum Bart.in extrauag.ad reprimendum.in.d. verb. per edictum. non poteſt fieri niſi per ordinarium, vel delegatum à principe,nõ autem per inferiorem.tex.in authen.qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. & in.§.omne.in auth. de litig.Ergo rectè citare poſſunt Inquiſitores per edicta, cùm ſint delegati,& Pontificis & Regis.c.per hoc.c.ne aliqui.de hæretic.li.6.& per ea quæ dixi ſuprà in quæſt.3.titu.de delegata Inquiſitorum poteſtate, & tradit gloſſ. in verb.ſpecialiter.d.Clement.1. de iudicijs. & Boſsius in titu.de crim.læſæ Maieſt.ſub nu. 110.vbi ait,quòd Papa poteſt immediatè citare, vel eius delegatus, etiam in terris Imperij. allegatur Areti.in conſ.118. col. 2. & Bart.vbi ſuprà.poſſunt etenim Inquiſitores contra hæreticos,ac de hæreſi ſuſpectos etiam incertos procedere,eos per edicta publica citando,vt in ſpecie tradit Inſtruct. Hiſpalenſ.

c.19.& c.64. in nouis.opus iudiciale
Inquiſit. in tit.de hæret.q.2.pag.399.
gloſ.in ſum.3.q.9.Dominic.& DD.in
c.vt commiſsi.de hær. lib.6. Simanc.
de Cathol.inſtitu. titu.2.nu.6.& 7. &
Conrad.Brun.de hæret.lib.4. cap.11.
Et latè exagitat materiam iſtam de
citatione per edicta Felin. in c.quo-
niam frequenter.num.14. cum ſeqq.
vt lite non conteſt. vbi ſub num. 16.
tradit practicam dictæ Clem.1.de iu-
dicijs,& Abb. in. c. propoſuiſti. nu.9.
de foro compet. & in. c. gratum. de
officio legat.quãdo autem, & in qui-
bus caſibus permittatur talis citatio
per edictum, & quãdo valeat diffusè
tradit Sebaſt.Vanti.in tractat.de nul-
lita. tit. de nullitatibus ex defectu ci-
tationis.n.120. vſq; ad 143. & Tiber.
Decian. in tract. criminal.tom. 1.lib.
2. capit.29.de prætorum edictis.

29 Nono & vltimo,† an ſcilicet Inqui-
ſitores poſsint huiuſmodi edicta cõ-
ſtituere, & promulgare contra hære-
ticos,aut de hæreſi ſuſpectos : primò,
pars negatiua ex multiplici capite
30 probatur : † tum quia cauſæ fidei vt
maiores, & grauiores reſeruatæ ſunt
Summo Pontifici, tum etiam quia
ad illum ſpectat illas illucidare , ad
eumque vt præcipuum in Eccleſia
Dei deferri debent,vt docet gloſſ.in
c.conſultationi.,verb. diſpenſatione.
de apoſtat.c.cum quo ad tranſlatio-
nem, & ibi gloſſ. in verbo reſeruata.
de offic. legat. quæſtio etenim fi-
dei Summo Pontifici reſeruata eſt.
text.in. cap. quoties 24. quæſt. 1. Ar-
chiepiſcopus Florent.in ſumm. part.
3.titu.22.cap.7.& 63. Cardinal. ſancti
Sixti in.cap.hæc eſt.17.diſtinct.& 89.
Specul.titu.de legat. §. nunc viden-
dum.gloſſ.in.c.miror.50.diſtinct. l. 5.
titu.5.vbi aſsignat triginta caſus re-
ſeruatos Summo Pontifici , inter
quos iſte hæreſis præfigitur. Hac igi-
tur ratione videtur dicendum, quòd
non poſsint Inquiſitores conſtitue-
re,& promulgare edicta fidei,id quo-
que profitetur Innocentius III. Pa-
pa : & habetur in.cap.maiores.de ba-
ptiſm.cuius hæc ſunt verba : [ Maio-
res Eccleſiæ cauſas præſertim articu-
los fidei contingentes ad Petri ſe-
dem referendas intelligit , qui eum
quærente Domino quem diſcipuli
dicerent ipſum eſſe reſpondiſſe no-
tabat , tu es Chriſtus Filius Dei , &
pro eo Dominum exoraſſe ne defi-
ciat fides eius,] hæc ibi. tradit etiam
ſing.plura Alphonſ. de Caſtr. lib.1.de
iuſt.hęr.punit.c.5.vbi ſeriò loquitur.

31 Præterea † B.Hieronymus in Epi-
ſtola ad Damaſum Papam , vt habe-
tur in.cap.hæc eſt.24.quæſt.1. inquit:
[ Hæc eſt fides Papa beatiſsime quã
in Catholica didicimus Eccleſia ,
quamque ſemper tenemus , in qua ſi
minus peritè ac parum cautè fortè
aliquid poſitum eſt , emendari cupi-
mus à te , qui Petri ſedem & fidem
tenes.Si autem hæc noſtra confeſsio
Apoſtolatus tui iudicio comproba-
tur : quicunque me culpare volue-
rit,ſe imperitum,vel maleuolum,aut
etiam non Catholicum , ſed hæreti-
cum comprobabit,]hæc ibi. Ex quo
text.notare licet quod qui proteſta-
tur ſe nunquàm animũ habere com-
mittendi hæreſim,ſe liberat,licet po-
ſtea in aliquam incidat. Alphonſ. de
Caſtr.de iuſt.hæret.punit.lib. 1. c.11.
& eſt text. ſingularis in c.2. *in fin.* de
ſum.Trinit.& fid.Cathol. Simanc. de
Cathol.inſtitut. titu.55.nume. 4. vbi
per tot.tit. latè tractat quando , & in
quibus caſibus, & quibus talis prote-
ſtatio proſit. Eymeric.in 1. p. Direct.
q.52.num.12.& 13.Rojas de hæretic.
part.1.num. 62. Locatus in opere iu-
diciali in verb.credibilia.nu.6.verſ. ſi
autem. Nonnulla quoque tradit Bar.
in Rubr.de ſum.Trinit.& fid. Catho.
& in l.non ſolùm.§.morte.num.14.ff.
de



de oper.nou.nunt.quę ibi ſequuntur
communit.omn.DD.Felin.in. c.cum
M. de conſtitut.num. 27. Decius nu.
17.& Ripa.nu.67.

32 Rurſus† Innocentius primus ſcri-
bens ad Mileuitanum Concilium, vt
habetur in c.quoties.24.q.1 .hæc pro
tulit verba;[Quoties ratio fidei vẽti-
latur,arbitror omnes fratres,& coepi
ſcopos noſtros,nõ niſi ad Petrũ,id eſt,
ſui nominis & honoris autoritatem
referre debere : veluti nunc retulit
veſtra dilectio,quod per totum mũ-
dũ poſsit Eccleſijs omnibus prodeſ-
ſe,]hæc ibi:quod etiã tradit Alphonſ.
de Caſtr. lib.1.de iuſta hæreticorum
punitione.c.4.& 5. B. Antoninus in 3.
part.ſum.tit.23.c.2.§.3.& cap. 3. cum
ſeqq.& Turre cremata in ſum.Eccle
ſiaſtica lib.2.cap.107. vbi dilucidè &
lib.3. c. 51. cum ſeqq. Villadiego de
hæret.q.7.vol.2. & Albertin. in Rub.
de hæret.in 6.q.13.

33 Quinimò † nec prouincialia Con-
cilia,neq; Patriarchæ, neq; primates,
necEpiſcopi poſſunt ad libitũ decide
re cauſas fidei,ſed ſolùm ad vicarium
Chriſti & ad Concilia vniuerſalia,
quibus hæc poteſtas cõmiſſa eſt,per-
tinet determinatio, ſed in edicto fi-
dei multi caſus continentur, qui de
nouo declarantur pertinere ad ſan-
ctum Officium.Et ſic videntur cauſę
hæ ad fidem pertinere. Ergo videtur
quòd nõ potuerint autores illius edi-
cti tot caſus nouos adiungere neque
aliquid addere , ſed eſſe recurrẽdum
ad ſedem Apoſtolicam , ex iuribus
ſuperiùs allegatis.

34 Præterea† facit illud iuris axioma:
illius eſt interpretari , cuius eſt con-
dere.text.in c. quoniam conſtitutio.
de cõſtitutio.c.inter alia.§. vt igitur.
de ſentent.excõmunicat.c.clericum.
§.ex iis omnibus.11.q.1.l. 1.& vlt.vbi
Bart.nu.2.C. de legibus. c. cum ve-
niſſent.de iudic.& Iaſ.conſ. 20. vol.1.
ſed tam circa editionem dicti edicti,
quam circa ſtylum,& formam proce-
dendi ſancti Officij in Regnis Hiſpa-
niarum, multa reperiuntur ordinata
circa declarationem iuris communis,
per edictum ſupremum ſanctę gene-
ralis Inquiſitionis Senatum. Ergo vi-
detur quod per ſedem Apoſtolicam
(cuius eſt condere Canones, & ius)
debent fieri & publicari edicta.

35 Contraria† verò ſententia procul-
dubio verior eſt ; & obtinere debet.
Poſſunt enim Inquiſitores ſtatuta &
edicta fidei conſtituere & publicare,
tum quia iuri communi conſonũ eſt.
c.vt cõmiſsi.de hær.§. cõuocandi.lib.
6.& ibi DD. & cauetur primis Inſtr.
36 Hiſpalen.c.3.† Tum etiam quia Sum-
mus Põtifex in hoc fidei negotio tri-
buit Inquiſitoribus eandem poteſta-
tẽ & iuriſdictionem quã ipſe habet,
cuius ſunt delegati. vt probatur in c.
per hoc. & ibi Dominic.in princ. de
hæret.in 6.& tenet gloſſ.in Clem. no-
lentes verbo ipſorum.de hæret. in c.
ne aliqui.eod. titu. in 6. & ibi Ioann.
Andr.& Geminian. Peruſinus & alij.
Dec.conſ.137.nu.3.verſ. 2. principa-
liter reſpondetur Federic. de Senis
conſ.145.Eymericus in 3.p. Director.
q.4.& ibid.Franciſc.Pegna commen.
53.Abb.in c.cauſam matrimonij. nu.
7.de offi. delegat.Decia. in tract. cri-
min.part.1.lib.5.titu.de Inquiſitorib.
n.2. 7.& 10.Simanc.de Catholicis In
ſtitutionib.ti.34.nu.13. Rojas ſingul.
27.num.3.44.& 97. Locatus verb. In-
quiſitor.nu. 5. & Bernard. Comenſis
in Lucerna Inquiſitorum,in verb. In-
quiſitor.§.16.& hanc dicit cõmunem
opinionem. Alciat.in Rub.de offi. or-
din.nu.19.& alij plures, quos conſul-
37 tò omitto, † & cõfirmatur quamplu-
rimis diplomatibus Clementis IIII.
Innoc.IX.Bonifa.IX. Sixti IIII. Inno-
cen.VIII. Alex.VI.Leonis X. Adria.&
Paul.III.Pij V. Greg. XIII. Sixti V. &
Cle-

Clem. VIII. ſuprà relatis, ſed ipſe po-
teſt condere ſtatuta & edicta conſti-
tuere, ac publicare; ergo & ipſi Inqui
ſitores. Primum patet ex ſe, cùm de-
legati ſint Apoſtolici. d. c. ne aliqui.
c. per hoc. de hæret. lib. 6. Secundum
ex ſupradictis, & probatur etiam ex.
c. omnes 22. diſt. vbi Petro ęternę vi-
tæ clauigero terreni ſimul, & cęleſtis
Imperij iura commiſit. c. tibi Domino
63. diſt. & c. alios. c. nos ſanctorum. 15.
38 q. 6. ſed cũ Summus Pontif. † qui ha-
bet plenitudinem poteſtatis Inquiſi
toribus vices ſuas committat, & po-
teſtatem inquirendi contra hæreti-
cos, omnia gerunt Inquiſitores eiuſ-
dem Pontificis autoritate: vulgare
enim iuris axioma eſt, omnia noſtra
facere quibus autoritatem noſtram
impertimur, ex deciſione tex. in c. po
teſt &. c. qui facit per alium. de reg.
iuris in 6. l. quod iuſſu alterius. ff. de
reg. iuris & Rub. ff. de autorit. tuto-
rum & curatorum: & argu. Can. qui
peccat. 23. q. 4. Imola in c. literas. nu.
16. de conceſſ. Prębend. Igitur ſicut
delegans in cauſis fidei poteſt edicta
conſtituere, ita etiam & ipſi delegati
illa conſtituere & proponere, ac etiã
interpretari poterunt: illius enim eſt
interpretari cuius eſt cõdere. c. quo-
niam conſtitutio. de conſtitu. c. inter
alia. §. vt igitur. de ſent. excommunic.
c. clericum. §. ex his omnibus. 11. q. 1.
c. cum veniſſent. de iudicijs. l. 1. & vlt.
vbi Bart. num. 12. C. de legib. & Iaſ. in
conſ. 20. volum. 1.

39 Secundò probatur, † quia quando
iuriſdictio in cauſis fidei delegata
fuit Inquiſitoribus, ea etiam omnia
demandata & conceſſa fuerunt, ſine
quibus iuriſdictio explicari non po-
terat. c. prætereà. de officio delegat. l.
2. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. ad rem
mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu
rat. & totum officiũ iuriſdicendi tran
ſit. l. 1. §. hæc autem. ff. de ſuſpecto tu-
tore. Ægidius Bellamera in repet. c.
Roman. de foro compet. Federic. de
Senis, conſ. 163. incip. [Super reuoca-
tione.] Sed Inquiſitio Generalis non
poteſt fieri niſi pręcedente edicto, vt
4. notab. in princi. huius tituli proba-
tur & 1. Inſtruct. Hiſpal. c. 1. 3. & 7. Er-
go Inquiſitores edicta publica con-
ſtituere, & publicare poterunt.

Ex dictis facilè eſt reſpondere vni-
co verbo ad omnia argumenta quæ
40 pro parte contraria adducta ſunt, † ſi-
quidem omnia illa tantum probant
quæſtiones grauiores quæ circa fidẽ
ſe offerunt, & offerre poſſunt, tãtum
ad Concilium Generale legitimè cõ-
gregatum, & ad Sũmum Pontificem
pertinere, illas decidere, & determi-
nare: quod nos libenter concedimus,
41 † iudicare tamen de hæreticis & illos
punire, id ad Inquiſitores fidei etiam
pertinet, qui cum delegati ſint Sum-
mi Pontificis in cauſis fidei eandem
poteſtatem ab eo quam habet conſe-
42 cuti ſunt, † vt enim docet Alphonſus
à Caſtr. lib. 1. de iuſt. hæret. punit. c. 5.
aliud eſt hæreticos iudicare, & puni-
re poſſe, aliud verò de hæreſi ſeu pro-
poſitione de qua dubitatur inter vi-
ros Doctos & Catholicos, an hæreti-
ca ſit vel non ſententiam ferre. Hæc
enim duo multùm differunt: omnis
nãq; qui de hęreſi iudicare poteſt vel
propoſitionẽ dubiam hæreticam aut
Catholicam facere, hæreticũ iudica-
re, & punire poteſt. Et hîc eſt tantùm
Papa vel Concilium Generale legiti-
mè congregatum. Non tamen è con-
tra, omnis qui iudicat & punit hære-
ticum, poteſt propoſitionem dubiam
inter Catholicos doctos, & graues
hæreticam facere, aut de fide. Pri-
mum Inquiſitores facere poſſunt,
imò de facto faciunt: ſecundum ve-
rò ſolùm ſpectat ad ſedem Apoſtoli-
cam: ex quo nihil contra noſtram
ſententiam infertur, quin potius om-
nia aduerſa prædictâ diſtinctione re-
manent reſoluta.

Forma



## Forma edicti fidei.

43 NOs Inquiſitores †
hæreticę priuatis &
Apoſtaſiæ, autorita-
te Apoſtolicâ quâ
fungimur, nobis
hac in parte ſpecia-
liter delegatâ in N.
vel. N. diœceſibus, &c. vniuerſis &
ſingulis tam clericis quàm laicis, tam
regularibus quàm ſæcularibus, cu-
iuſcumque ſtatus, conditionis, quali-
tatis, gradus, ordinis, religionis, digni-
tatis, aut præeminentiæ exiſtant,
exemptis aut non exemptis, ſingulis
& quibuſuis veſtrûm, ad quorum no-
titiam quomodolibet hoc noſtro ge-
nerali edicto contentum peruene-
rit, ſalutem in Domino noſtro Ie-
ſu Chriſto, qui eſt vera ſalus, & no-
ſtris mandatis, quæ veriùs dictà
Apoſtolica ſunt, firmam obediẽtiam,
ſummiſsionem, & obſeruãtiam. No-
tum facimus, quod Licentiatus vel
Doctor. N. Promotor, & Aduocatus
Fiſcalis huius ſancti Officij coram
nobis comparuit, & expoſuit, iam pri-
dem nobis exploratum eſſe, atq; cõ-
ſtare multis in locis huius diſtrictus
& territorij, non fuiſſe celebratam
viſitationem neque Inquiſitionem
generalem, quamobrem ad noſtram
cognitionem & notitiã minimè per-
ueniſſe multa delicta cõmiſſa & per-
petrata cõtra noſtram ſacroſanctam
fidem Catholicam, quæ puniri ac ca-
ſtigari æquũ ac valdè conſentaneum
erat: eò quòd inde grandis contra
Deum offenſa, graueq; damnum ac
præiudicium contra religionẽ Chri-
ſtianam conſequebatur. Quibus de
cauſis iuſsimus atque ſtatuimus præ-
dictam Inquiſitionem, & viſitatio-
nem generalem fieri & executioni
demandari, eoq; fecimus, & promul-
gari legique curauimus edicta publi-
ca, caſtigari deſignantes omnes qui
ſceleribus illis & criminibus obnoxij
deprehendentur, vt inde magis in
dies effloreſcat, & in altum feratur
Catholica noſtra fides, in ſui maius in
crementum. Annuentes igitur illius
æquiſsimę petitioni, inſtantiq; poſtu-
lationi, vt par eſt audientes, ac ſum-
mo remedio cupiẽtes in illis vti quæ
ad Dei, & Domini noſtri honorem
ſpectant, iuſsimus atq; mandauimus
præſens mandatum ac publicum &
generale edictum dari, & promulga-
ri apud vos omnes ſingulos & vnum-
quemq; veſtrũ eadem iam dicta cau-
ſa & ratione, vt ſi dignoueritis, in-
tellexeritis, videritis, aut præuia co-
gnitione ſciueritis, aliquem vel ali-
quam perſonam viuam vel præſen-
tem vel abſentẽ, aut iam defunctam
finxiſſe, promulgaſſe, dixiſſe aut ore
protuliſſe aliquam, vel aliquas opinio
nes aut verba hæretica, ſuſpecta, er-
ronea, temeraria, malèſonantia, ſcan-
dalum redolentia, aut aliquam hære-
ticam blaſphemiam contra Deum, &
eius ſanctam Fidem Catholicam, &
contra id quod amplectitur, docet,
prædicat & tenet noſtra ſancta ma-
ter Eccleſia Romana, nobis declare-
tis, dicatis, & manifeſtetis.

Ac primũ ſi ſcitis aut auditu acce-
piſtis quod aliqui, vel aliquæ perſonę
cuſtodierint, ac obſeruauerint ali-
quod Sabbatum, iuxta ritus cæremo-
nias ac obſeruantiam legis Moyſi, &
eiſdem diebus mundam & recẽtem
ſubuculam induerint, & alias veſtes,
& veſtimenta meliora honeſtiora &
feſtiua: & menſæ mappas mũdas ap-
poſuerint, & lectis linteamina mũda
ob honorẽ dicti Sabbati, aut ignem
nec cõflauerint, nec accenderint, &
ab omni alio opere ijſdem Sabbatis
abſtinuerint, eaq; celebrare incepe-
rint à veſpere diei Veneris, aut car-
nes purgauerint, aut ſeuũ ab ijs quas

erant

BIBLIOTECA U

erāt comeſturi extraxerint, ſiue auulſerint eam aquâ immergētes ad ſanguinem ſugēdum & exprimendum vel ab ouis, aut arietis alteriuſue cuiuſlibet animalis crure vel femore neruū ſeu glandulā abſciderint, aut animalia mactauerint ea trāsfodiēdo & quaſi aliquo murmure, proferēdo certa ac determinata verba experiēdo primū cultellū in vngue an ſit acutus, vel curtatus, vel hebes, ſanguine deinde humum operiendo, aut carnes comederint in Quadrageſima aliiſq; diebus à ſancta Matre Eccleſiâ prohibitis nullâ vrgēte nec exigente neceſsitate, pro certo habentes & credētes poſſe illis licitè veſci, & abſque peccato, aut ieiunauerint ieiunium maius, & ſolenne quod dicunt remiſsionis & indulgentiæ, incedentes eodem die excalciati & nudis pedibus, aut orauerint Iudæorum ritu, & nocte petierint veniam vnus ab alio, vel patres filiorū capitibus manus impoſuerint nullis prolatis verbis, nec benedictione aliquâ impertitâ, aut dicentes: [A Deo & nobis ſitis benedicti vti diſponit lex Moyſis & ex eius traditione.

Aut celebrauerint ieiunium Reginæ Eſther: aut ieiunium quod vocāt vulgò [Ramadan] amiſsionis, & perditionis terræ & domus ſanctæ, aut alia Iudæorum ieiunia intra hebdomadam veluti die Lunæ aut Iouis à cibo abſtinere donec veſpere ſtellæ illuceant, & illis noctib. abſtinendo à carnibus, & die proximè præcedenti mundantes ſe ipſos ad dicta ieiunia celebranda, abſcindentes vngues, & capillorum extremitates, ea omnia aſſeruantes, vel comburentes, recitantes Iudaicas orationes attollentes, & demittentes caput, verſo vultu ad parietem, & ante omnia lauerint manus aquâ aut terrâ, induentes ſe veſtibus ſacci ſtaminei, textis, vel lineis certis, quæ de quibuſdam funiculis vel ligulis corio confectis, & in certos nodos colligatis ad cinguli caput dependeant.

Aut celebrauerint Paſcha panis azymi, incipientes cibum eiuſmodi à lactucis, apio, vel alijs herbis viridibus, & oleribus, aut obſeruauerint Paſcha ſcenopegiæn, id eſt, tabernaculorum, apponentes virides ramos aut tapetes aulicos comedentes, & recipientes compotationes ſuas ſiue collationes, ad quas ipſi ſe inuicem vocauerint: aut Paſcha candelarum, incendentes cādelas gradatim & ſigillatim donec ad decimam vſq; perueniatur, ac poſtea eas extinguētes, & recitantes orationes Iudaicas talibus diebus. Aut ſi benedixerint menſæ more Iudæorum bibētes vinum domi confectum, & celebrauerint vt ipſi vocant [Baraha] accipientes poculum, vel vas vini manu altera, & proferētes ſuper illud quædam verba, vnde ſingulis accumbentibus vini hauſtum porrigāt. Aut ſi comederint carnes manibus Iudæorū mortuam & occiſam, aut eorum menſæ aſſederint, aut eorum cibos guſtauerint; aut recitauerint Pſalmos Dauidicos ſine [Gloria Patri,] aut ſi expectauerint Meſsiam in lege promiſſum, aut dixerint Meſsiam in lege promiſſum nondū veniſſe, ſed venturū, ſeq; eum adhuc expectare vt eos à ſeruitute eximat, in qua ſe dicunt conſtitutos, eoſq; ducat in terram Promiſſionis, aut ſi quæpiā mulier poſt partum quadraginta diebus ingreſſum templi diſtulerit ritu legis Moyſaicæ eiuſq; cæremoniā purificetur. Aut ſi infātes circūciderint de nouo natos, & eis nomina Iudaica impoſuerint, ſic eos nuncupantes. Aut ſi raſerint, vel radi fecerint chriſma, aut partes recenter baptizatorū, in quibus oleo & chriſmate inuncti fuerūt, aut ſeptimâ nocte à natiuitate infantis appoſuerint peluim plenam aquâ immittētes in eam



in eam aurum, argentum, gemmas, triticum, hordeum, & ſimilia, vt prædicta aquâ lauēt natum infantē certa verba dicendo, aut filios fatis cōmendauerint, aut veneficis & magicis. Aut ſi aliqui matrimonium more Iudaico contraxerint: aut ſi celebrauerint [Ruaia] quando ſe itineri committunt. Aut ſi geſtauerint nomina Iudaica: aut ſi quo tēpore pinſunt fermentum à fermentato illud extraxerint, & igni in modum & normam ſacrificij tradiderint. Aut cùm quiſpiā moribundus ad exhalandū ſpiritum ad parietē vertatur, & mortuum tepidâ aquâ lauerint, radendo pilos ſub alas, & reliquas corporis partes piloſas, & inuoluēdo cadauer linteis nouis femoralibus, & ſubuculâ plicatâ chlamyde deſuper iniectâ, ſternentes ſub caput puluinar, & terrā nouā aut virginem aut ori monetā, margaritā vel aliud quidpiam admouendo. Aut abluerint aqua ædes defuncti, ex amphoris & dolijs domus, & alias ædes vicinorum cæremoniā Iudaica humi comedendo retro fores piſcem & oliuas non carnes ob luctum defuncti, non egrediendo limina domus per annū integrū, ex obſeruatione dictæ legis: aut ſi eos inhumauerint terrâ nouâ & virgine, aut in cœmeterio Iudæorū: aut ſi aliqui redierint & conuerſi fuerint ad Iudaiſmum: Aut ſi aliquis dixerit legem Moyſis æquè eſſe ſanctam ac illam quæ à D.N. Redemptore Ieſu Chriſto eſt inſtituta.

Aut ſi ſcitis vel auditu accepiſtis aliquos vel aliquas dixiſſe, & affirmaſſe ſectam Mahumeti eſſe bonam, & nullam aliam eſſe quā poſsit quis in cælum introire, ac in paradiſum aſcēdere: Et Ieſum Chriſtum non eſſe Deum ſed prophetam, neque natum ex Maria Virgine D. noſtrâ, Virgine ante partū, in partu, & poſt partū, aut feciſſe aliquos ritus & cęremonias ſectæ Mahumetanæ cū intētione eam obſeruandi & cuſtodiēdi, verbi gratiâ: ſi diebus Veneris tanquam feſtis feriatis, carnes comederint aut alijs diebus prohibitis à S. matre Eccleſia, aſſerentes nō eſſe peccatū, induentes ſe dictis diebus Veneris ſubuculis recentibus, & mundis, & alijs veſtibus & indumētis feſtorū, aut occiderint aues, aut pecora decollauerint, aut aliud quidpiā cultello transfodiēdo, epiglotide capiti relictâ verſo vultu ad Alquibla, id eſt, verſus Orientē dicendo: [Vizmila,] vinciēdo pedes pecorum, aut abſtineant à comeſtione auiū non decollatarum manibus mulierum, nec velint ipſæ mulieres eas decollare, eò quòd ipſis ſit prohibitū in Mahumeti ſecta: aut ſi filios circūciderint, imponēdo eis nomina eiuſdē ſectæ: & Maurorū ac Saracenorū nominibus eos appellauerint, quod ſic eos nūcupantes, aut quòd Agarenorū nominibus ſe vocari fecerint, vel cum ijs nominibus cōpellentur lætitiæ ſignū ediderint, aut dixerint non eſſe alios cælites præter Deū, & Mahumetū ſuum nūcium & legatū: aut iurauerint per [Alquibla,] aut [Alayminzula] quaſi dicant per omnia iuramenta, aut celebrauerint ieiunium Ramadā, eius obſeruando Paſcha, & eodem die eleemoſynam largiendo pauperibus, & abſtinendo ab omni cibo & potu à mane vſq; ad veſperā ortâ iam ſtella, ac tunc carnibus aut alijs cibis indulgētes; aut celebrauerint [Zohor] ſurgētes ante Aurorā, & antequā illuceſcat cibo ſe ingurgitātes, & deinde os colluētes & ad lectū redeūtes: aut celebrauerint [Guadoc] lauando brachia à iūctura manuū ad cubitū, vſq; genas, os, nares, aures, tibias, & pudēda, aut his cōpletis celebrauerint [Zala,] vertentes faciē verſus [Alquibla] conſtituti ſuper ſtratū Spartanum, aut tapetem, erigendo, & ſub-

& ſubmittēdo ceruicem pronuntiando certa ac determinata verba Arabica, & recitando orationem, quam vocāt [Allanda lu ley, & colhua & guo hat] & ſimiles orationes Arabicas, nec carnibus porcinis veſcantur, nec vinum bibant ob regulam & obſeruantiam ſectę Saracenorum: aut celebrauerint Paſcha agni, vel arietis eumq; occiderint, facientes & celebrantes prius [Guadoc.] Aut ſi aliqui matrimoniū contraxerint ritu Mahumetico, & cantauerint cantus Arabicos Maurorum, aut celebrauerint [Zambras] aut Leleylas muſicis inſtrumentis prohibitis & vetitis, obſeruando quinq; præcepta & mandata Mahumeti.

Aut ſi quis appenderit ſibi aut filijs, aut alijs perſonis [Liācas] id eſt, alterā manum in memoriā quinq; præceptorum, aut lauerint defunctos, ſepelierint cadauer inuolutum linteo nouo, ipſum inhumādo terrā nouā purā vel virgineā in ſepulchris concauis componendo eā in latus, apponendo lapidem capiti, imponentes ſepulchris ramos virides, mel, lac, alioſq; cibos, aut inclamauerint, & inuocauerint Mahumetum in omnibus ſuis euentibus & actionibus, dicendo eſſe prophetā nūtium Dei, & primum dei templum fuiſſe in Mecca, vbi credunt ſepultū eſſe Mahumetum: aut dixerint, quòd non receperunt baptiſmum cum intētione & fide S. Matris Eccleſiæ Cathol. Aut dixerint patres ſuos qui in Mahumeti vel Iudæorū ſecta, vitā finierūt; Saracenū & Iudæū vtrunq; ſuæ ſectæ tenacē, ſaluari. Aut ſi aliquis ad Turcas vel infideles trāsfugerit, fidēq; Cathol. denegauerit, & ab ea retroceſſerit, aut ad alias partes & loca extra hæc regna ad profitendā ſectā Iudaicam aut Mahumeticam, aut quod fecerint, tenuerint, vel dixerint alios ritus vel cæremonias Saracenorum.

Aut ſi ſcitis vel auditu accepiſtis aliquos vel aliquas dixiſſe, tenuiſſe, aut credidiſſe, falſam ac damnatam ſectam Martini Lutheri eiuſq; ſequaciū eſſe veram, ſanctam, & approbatam. Aut crediderint, vel approbauerint reliquas eius opiniones, aſſerendo nō eſſe neceſſariò faciendam confeſſionem ſacerdoti, ſufficereque ſoli Deo confiteri, nec Pontificem ſummum aut ſacerdotes habere poteſtatē abſoluendi peccata, & in hoſtia nō contineri verè corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, nec eſſe inuocandos ſanctos, tollendas eſſe imagines è tēplis, non eſſe purgatorium, non orandum pro mortuis nō eſſe neceſſaria bona opera, ſolam Fidem cum baptiſmo ſufficere ad ſalutē, & quemcumque poſſe confeſſionē alterius audire, & communionē porrigere ſub vtraq; ſpecie panis & vini, & Papā non habere poteſtatē conferendi indulgentias, gratias, indulta, & Bullas: clericos, religioſos, ac monachos, & moniales poſſe matrimonia contrahere: aut dixerint religioſos, monachos ac monaſteria, & religionis cęremonias tolli debere: aut dixerint Deum non inſtituiſſe religiones: & ſtatum connubialem eſſe perfectiorem ſtatu religioſo clericali, aut monachali, & nullos eſſe dies feſtos præter Dominicos, nec eſſe crimen veſci carnibus diebus Veneris, vigilijs & Quadrageſimali tempore, quia eſus carniū non ſit interdictus, & reſtrictus ad certos dies: aut tenuerint aut crediderint aliquā, vel aliquas opiniones d. Martini Lutheri aut eius ſectatorum, aut transfugerint ad alias prouincias ad profitendum Lutheraniſmū. Aut ſi ſciatis vel auditu accepiſtis aliquem aut aliquas perſonas viuas, aut defunctas, dixiſſe aut affirmaſſe probatam eſſe ſectam Illuminatorum, aut Relictorum: ſpecialiter orationem mētalem eſſe præcepti diuini, & eā adimpleri



pleri omnia alia, & orationem eſſe ſacramentū ſub accidētibus, & orationē mentalē ingentis eſſe ponderis & valoris, & orationem vocalem exigui momenti: ſeruos Dei non eſſe diſtrahendos exercitijs corporalibus, nec eſſe obediendū prælato, patri aut ſuperiori, ſi quæ imperent, quæ à contēplatione & oratione mentali auocēt, aut verbis detraxerint ſacramento matrimonij, nec quēquam virtutis ſecretum adipiſci, niſi fuerit diſcipulus magiſtrorū docentium prædictā peruerſam doctrinā: Et neminem ſalutē conſequi poſſe, qui ab eiuſmodi magiſtris nō fuerit edoctus, & generaliter eis confeſſus: & ſecretos ac intimos quoſdā ardores, tremores, ſyncopas, ſpaſmos, & animi deliquia, quæ patiuntur, indicia eſſe amoris vehementis erga Deum, & inde conſpici certò eos eſſe in gratia & habere in ſe Spiritū ſanctū, & ſic eos perfectos alijs adminiculis nō indigere, nec debere adſtringi ad actus ſtudioſos: & quādo pertingunt ad præfixū quendam terminū perfectionis, eſſentiam diuinā & myſteria Trinitatis poſſe in hac vita conſpici, & de facto videri, & Spiritū ſanctum immediatè regere eos, qui ſic viuunt, & ad quidpiam agendū vel non agendum ſolum eſſe ſequendum interiorem motum & inſpirationem Spiritus ſancti: dum ſacroſancta hoſtia in Miſſæ ſacrificio conſpicienda proponitur, ritu & cæremoniā neceſſariā in eius eleuatione oculos eſſe claudendos: aut quod aliquæ perſonæ dixerint & firmauerint vbi ad certum, & diffinitum perfectionis punctum peruentū eſt, crimen cōmittere ſi quis ſanctorū imagines intueatur, cōcionibus interſit, & pijs colloquijs: alijſq; exercitijs eiuſdem ſectæ & abſurdæ doctrinæ.

Aut ſi ſcitis vel auditu accepiſtis alias hæreſes, ſpeciatim: has non eſſe Paradiſum nec cæleſtem gloriā pro bonis, nec infernū pro malis: ſed animam cum corpore ſimul interire: aut alias blaſphemias hæreticas, vt ſunt: non credo, diſcredo, diffido, abnego Deum D. noſtrum, virginalē puritatē Virginis Mariæ D. noſtræ, ſanctos & ſanctas cæleſtes. Aut habeant, aut habuerint dæmones familiares, eos inuocando, & circulos fecerint eos interrogando de aliquibus rebus, & reſponſum eorum expectando: aut ſortilegi, ſortilegæúe fuerint: aut pactum tacitū, vel expreſſum, cum dæmone inierint, miſcendo in eius confirmationem ſacra prophanis, tribuendo creaturæ quod ſolius creatoris eſt peculiare: aut quòd aliquis cùm eſſet clericus, aut in ſacris conſtitutus, aut religioſus profeſſus nuptias contraxerit, aut quòd quis cùm non eſſet ſacerdotali charactere inſignitus Miſſam dixerit, aut celebrauerit, aut aliquod ſacramentum noſtrę ſanctæ matris Eccleſiæ adminiſtrauerit: aut quòd aliquis confeſſarius, vel aliqui cōfeſſarij ſacerdotes, vel religioſi, vel ſæculares cuiuſcumq; ſtatus, aut dignitatis fuerint, in ipſo confeſſionis actu, aut proximè circa eam filias pœnitentiæ pellexerint, prouocādo vel inducendo eas factis aut verbis ad actus turpes carnales & impudicos: aut ſi alia quæuis perſona ſecundas, vel plures nuptias contraxerit viuentibus priore vel marito vel vxore: aut quòd aliquis dixerit aut aſſeruerit ſimplicem fornicationē, vſurā, aut lucrū exceſſiuum aut periurium non eſſe peccata mortalia: aut melius eſſe viuere in cōcubinatu, quàm in legitimo coniugio: aut imagines ſanctorum & cruces probris & vituperijs affecerint: aut quòd aliquis, vel aliqua fidei catholicæ articulos non crediderit, aut aliquem illorum in dubium reuocauerit, aut per annum in-

ſegrum aut diutiùs in excõmunicatio
ne inſorduerit, & perſtiterit, aut cen-
ſuras ſanctæ Matris Eccleſiæ parui pẽ
derit dicendo aut faciendo aliquid
contra illas.

Aut ſi ſcitis vel auditu accepiſtis
aliquem aut aliquos vel aliquas ſub
prætextu ſcientiæ Aſtrologiæ, & con
ſpectus vel aſpectus ſtellarum, aut per
lineamenta aut indicia manuum, aut
alia eiuſmodi ſciẽtiâ aut facultate vel
aliâ viâ reſpondere & annunciare
futura pendentia à libertate & libero
arbitrio hominis, aut caſus fortuitos
qui euenturi ſunt, aut præteritas iam
res occultas & liberas, dicendo & af-
firmãdo eſſe artem aliquam, ſcientiã,
aut certos canones ad eiuſmodi res
cognoſcendas: vt ſuper huiuſmodi re
bus prædictos diuinatores quęrant &
conſulant, cum aliàs falſa, vana, & ſu-
perſtitioſa ſit eiuſmodi ſcientia, & ver
gat in graue dãnum & præiudicium
religionis & fidei Chriſtianæ.

Item ſi ſcitis vel auditu accepiſtis
aliquos vel aliquas habuiſſe aut ha-
bere libros ſectę & opinionis Martini
Lutheri aut aliorum hæreticorũ, aut
Alcoranum Mahumeti, alioſq; libros
eiuſdẽ ſectę; aut Biblia Hiſpano Idio-
mate: aut alios quoſuis libros vel codi
ces reprobatos & prohibitos per cen
ſuras catalogos & edicta ſancti Offi-
cij Inquiſitionis: aut aliquos vel ali-
quas qui nõ id adimpleuerint ad quod
ipſi tenentur: quiue omiſerint dete-
gere, aperire, & dicere quæ ſuper his
ſciunt: aut quòd dixerint vel perſua-
ſerint alijs perſonis ne talia denun-
ciarent, & ad Inquiſitores deferrent,
aut quòd ſubornauerint vel corrupe-
rint teſtes ad ferẽdum teſtimoniũ in
eos qui in foro S.Officij depoſuerãt:
aut quòd aliqui vel aliquæ depoſue-
rint, & dixerint falſum cõtra alios, vel
alias ad damnũ & infamiã earum: aut
quòd fouerint, receptauerint, celaue
rint, & occultauerint hęreticos, fauo-
rem & auxiliũ præſtando ad occultã-
dum & ſeruandũ eorum perſonas, &
bona. Aut quòd fuerint impedimẽto
per ſe aut per alias interpoſitas per-
ſonas liberæ, & rectæ S.Officij Inqui-
ſitionis adminiſtrationi, ſuorũq; mini-
ſtrationũ, & officialium, ac cõmenſa-
lium: aut quòd detraxerint vel auelli
fecerint habitellos ſiue Sanbenitos à
locis illis in quibus à S.Officio erãt po
ſiti, aut alios appoſuerint: aut quòd ij
qui recõciliati fuerũt, & pœnitẽtię ad
dicti à S.Inquiſitionis Officio, non cõ-
pleuerint incarcerationis definita tẽ-
pora aut ſibi iniunctas pœnitẽtias: aut
ſi habitũ recõciliationis publicè ferre
renuerint: aut quòd aliqui recõciliati
aut publicè vel occultè S.Officio pœ-
nitentiæ iugo infixi dixerint aut affir-
mauerint, falſum eſſe quod ipſi con-
feſſi ſint corã S.Officio, tam de ſe ipſis
quàm de alijs. Ipſos id feciſſe & dixiſ-
ſe ob incuſſum timorẽ, vel alio quouis
reſpectu: aut reuelauerint ſecretũ eis
à S.Officio mandatũ & cõmendatum:
aut quòd aliqui dixerint relaxatos à
S.Inquiſitionis Officio damnatos eſſe
abſq; præuia culpa, aut paſſos eſſe tã-
quam martyres: aut quòd aliqui vel
aliquæ reconciliati vel reconciliatæ,
vel filij vel nepotes dãnatorum pro-
pter hæreſis crimẽ, adminiſtrauerint,
& adminiſtrent officia publica & ho-
norifica quæ iure diuino ſunt ipſis pro
hibita, & legibus & pragmaticis horũ
regnorum, & inſtitutionibus ſancti
Officij: aut quòd ad ſacros ordines
promoti fuerint: aut quòd habeant
aliquã Eccleſiaſticã præbendam vel
dignitatem, aut ſæcularem, aut eius
dignitatis inſignia, aut res prohibi-
tas geſtauerint, vt ſunt arma, ſericum,
aurum, argẽtum, hęmatiten, gemmas
corallia, pannum exquiſitũ, aut equũ
conſcenderint, eoq; equeſtres inceſ-
ſerint: aut quòd penes notarium vel
ſcribam,



ſcribam, aut quemuis alium, ſint pro-
ceſſus aliqui, actus, denũtiationes, in-
formationes, aut probationes, concer
nentes delicta hoc edicto contenta?

Tenore igitur præſentium mone-
mus, hortamur, requirimus, & in virtu
te ſanctæ obedientię, & ſub pœna ex-
communicationis latæ ſententiæ, tri-
nâ Canonicâ monitione pręmiſſâ, mã
damus omnibus vobis & ſingulis,
quòd ſi ſciueritis, feceritis, videritis,
aut audiueritis aliquem vel aliquam
perſonam, vel perſonas, perpetraſſe,
dixiſſe, tenuiſſe, aut affirmaſſe aliqua
ex ſupradictis & declaratis, aut alia
(quæcumq; illa ſint) cõtra noſtram fi-
dẽ Catholicã, & contra illud quod te-
net, docet & prædicat noſtra ſancta
mater Eccleſia Cathol. Roma. tam de
viuis præſentibus aut abſentibus, quã
defunctis, nullâ factâ alicui perſonæ
communicatione (quoniam ſic expe-
dit & decet) veniatis & compareatis
perſonaliter coram nobis ad declarã-
dum, & manifeſtandum, infra ſex dies
immediatè ſequentes à die promul-
gationis huius noſtri edicti, etiam ſi
illius partem aliquam & notitiã quo-
modolibet habueritis: præuiâ tamen
monitione, quã vobis facimus, quod
lapſo dicto termino nec ſupradictis pa
rendo, præterquam quod dictas cen-
ſuras & pœnas incurratis, procede-
mus contra eos qui contumaces &
inobedientes & rebelles fuerint re-
perti, tamquam in perſonas quæ do-
lo ſubticent aut occultant huiuſmodi
res, & quæ malè de rebus ſanctæ fidei
Catholicæ, & Eccleſiaſticis cenſuris
ſentiunt. Et quia abſolutio criminis &
delicti hæreſeos nobis eſt ſpecialiter
reſeruata, inhibemus & prohibemus
ſub pœna prædicta omnibus & qui-
buſcumque confeſſarijs, clericis vel
religioſis, ne abſoluant aliquem vel
aliquam hoc crimine irretitum vel
irretitam, aut culpatam: aut qui vel
quæ non dixerit aut manifeſtauerit
ſancto Officio quidquid de his reſci-
uerit, aut alios dicere audierit: imò
ad nos non remiſerit, vt veritate co-
gnitâ, & compertâ mali puniantur, &
boni ac fideles Chriſtiani cognoſcan-
tur & honore afficiantur, & ſancta fi-
des noſtra Catholica felici propaga-
tione dilatetur. Et vt ſupradictâ om-
nia ad omnium notitiam veniant, &
nullus eorum ignorantiâ ſibi prætexe
re excuſationem poſsit, ea mandamus
hodie promulgari.

## *Diuiſio edicti fidei.*

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio cuiuslibet rei magnopere legenti conducit.*
2 *Diuiſionis definitio.*
3 *Methodus quot ſub ſe comprehendat.*
4 *Diuiſio quibus rebus deſeruiat.*
5 *Edictũ in quatuor partes diuiditur, & quid vnaquæque contineat.*
6 *Edicti ſpecifica explicatio.*
7 *Clauſula, nos Inquiſitores, in edicto fidei quare in plurali numero ponatur.*
8 *Clauſula illa [Inquiſitores contra hæreticam prauitatem & Apoſtaſiam, &c.] quid contineat.*
9 *Eccleſia Catholica ab initio mundi vſque ad Chriſtum varias perſecutiones paſſa eſt.*
10 *Eccleſiæ impugnatores non potuerunt nec poterunt euertere illam, imò Dei iudicium patientur.*
11 *Hæreſis, & Apoſtaſia fidei, directè aduerſantur.*
12 *Inquiſitores vigiles & cuſtodes ſunt fidei Chriſtianæ.*
13 *Hæreſi & hæretico nihil eſt deteſtabilius, ad quod referuntur verba quædam Leonis Papæ notatu digna.*
14 *Hæreſis plus nocet quã quodlibet aliud peccatum.*
15 *Clauſula illa [& inſulis coadiacentibus &c.] in edicto fidei quid operetur.*

16 *Siciliæ regnum quas inſulas ſub ſe cõtineat ſubiectas imperio Catholicorum Hiſpaniæ regum.*

17 Clauſula illa [ *autoritate Apoſtolica &c.*] *in edictofidei quid ſignificet.*

18 *Clauſula illa* [ *autoritate Regia deputati, &c.* ] *in edicto fidei quare apponatur.*

19 Clauſula illa[*omnibus & ſingulis perſonis ,&c.*]*quid ſignificet.*

20 *Inquiſitorum mandata reputantur ſummi Pontificis.*

21 Clauſula illa [*ſalutem in Domino Ieſu* Chriſto,]*quid ſignificet.*

22 *Salutatio ſpecialis iniuriam remittit.*

23 *Clauſula illa*[*cuiuſcumque ſtatus gradus & conditionis,&c.* ]*quid deſignet,& quid ipſa verba importet & n.25.*

24 *Hæreticos reuelare & Inquiſitorib. obedire,omnes generaliter tenentur.*

26 *Dictio,*[*omnis,*]*vniuerſalis eſt,idemq; ſignificat quod dictio vnusquiſque.*

27 *Statutum vel diſpoſitio loquens per dictionem omnes vel ſimiles comprehendit, omnia quæ omnino comprehendi poſſunt etiam impropriè.*

28 *Dictio*[*omnis*]*eſt adeò vniuerſalis ,vt vim habeat ſpecialis expreſsionis,includat omnia quæ dici vel cogitari poſſunt,eaque quæ non includerẽtur nihilque intactum deſerit.*

29 *Immunitas cuiuslibet exceptionis ceſſat in crimine hæreſis.*

30 *Inquiſitores contra quoſcumque hæreticos procedere poſſunt.*

31 *Inquiſitores ſolum in cauſis fidei cognoſcere poſſunt.*

32 *Clauſula illa edicti*[ *exempti vel non exempti*]*declaratur.*

33 *Reuelare & reuelatio quid ſit.*

34 *Denunciationis forma qualis ſit.*

35 *Inquiſitores ad quid teneantur poſt denunciationem rei.*

36 *Denuncians non tenetur probare vera eſſe quæ denunciauit.*

37 *Denunciare renuentes grauiter puniendi ſunt.*

38 *Denunciare quis tenetur hæreticum, non obſtante iuramento aut promiſſione.*

39 *Denunciare omittens hæreticos excõmunicationem incurrit.*

40 *Reges &* Principes *tenentur coram Inquiſitoribus hæreticos denunciare, ad quod adducitur exẽplum illuſtre Domini noſtri Imperatoris Caroli* V*.ibidem.*

41 Clauſula illa[*ibi vos ſcire &c.*[ *quàm conuenienter apponatur.*

42 *Clauſula illa edicti* [ *vos exhortamur per huiuſmodi tenorem, &c.*]*congruenter aſsignatur.*

43 *Monitio quot modis ſumatur.*

44 *Monitio quomodo ſoleat fieri à iudicibus litigantibus & ad quid.*

1 QVONIAM Diuiſio † cuiuslibet tractatus plurimũ legenti confert: animum enim eius incitat, mentem præparat, ac memoriã artificioſe corroborat, vt habetur in §.igitur, in verſ. eaſdem. & ibi glo. in procem.Inſt.& in §.ſed non vſque.de legat.& l.1.ff. de doli mal. & met. ex- 2 cept. † Eſt namq; diuiſio totius vniuerſi in ſuas ſpecies, vel indiuidua deductio, per quam aperimus quid conueniat, quid in controuerſia ſit, vel per quam exponimus quibus de rebus dicturi ſumus per breuem compoſitionem innumerabilis materiæ, vt docuit Accurſ.in.§.1.Inſt.de obligat.diuidendo vel totum in partes vel genus in ſpecies. vt res cuius eſt quęſtio facilius atque certius intelligatur, 3 † Expoſiturus ego edictum fidei illud in primis (ordine tamẽ Methodico) generaliter diuidere cenſui : quando quidem Methodus ipſa demonſtrationem, definitionem, reſolutionem, ac diuiſionem ſub ſe comprehendit. Definitio enim ſub ea continetur, cum & ipſa medium ſit in demonſtratione, ſimiliter etiam reſolutio cum demonſtrationi deſeruiat, diuiſio quoque ipſa comprehenditur. Quandoquidem definitioni auxiliatur, quę certè tractatuum in ſubiecto propoſito differentiam arguit.

Congruenter igitur fiet hæc diui- 4 ſio, † Deſeruit etenim ad intelligendum & memoriæ reducendum, tum etiam ad faciliùs reſpondendum ad interrogata. Nam docendi ratio partitionibus diſtributa, generibus diſtincta, formis notata, denique ſerie certâ comprehenſa, non tantùm lucem intelligendi ea quæ confuſione ſunt implicata ſubminiſtrat, & res perceptas memoriæ tenaciter infigit, ſed ingenium in cognoſcendo acuit, & ad ſecretiora myſteria aditum facit.

5 Diuiditur autem † hoc edictum in quatuor partes. Prima eſt ibi in principio. [Nos Inquiſitores,&c.] In qua continentur ipſi Inquiſitores Apoſtolici proponentes generale edictũ fidei, quo præcipiunt vt vnuſquiſque eis reuelet, & denuntiet quæ ſciuerit facto aut verbo commiſſa & perpetrata contra fidem Catholicam.

Secunda pars eſt ibi.[Si aliquis veſtrum,&c.]in hac etiam proponit errores & errantes in lege Moyſi contra fidem Catholicam denunciandos eſſe.

Tertia pars eſt ibi: [Si ſciunt quòd aliquæ perſonæ, &c.] Hîc ponuntur errores ſectæ Mahumetanæ ſimiliter denunciandi.

Quarta pars eſt ibi. [Si quis ſcit, &c.]Hîc referuntur errores impij ac deteſtabilis Martini Lutheri & ſequacium, cæterorumque hæreticorum huius tempeſtatis Inquiſitoribus denunciandi.

6 At enim † vt expoſitio ipſa edicti rectiùs percipiatur, & tota materia eiuſdem aperiatur, ad amuſsim ac minutim vnamquamq; particulam explicabimus, ita vt res per cauſas, & prima principia, cognoſcatur: cùm ſecũdum Philoſophũ, niſi ratio vera inquiratur perfectè nequeat articulus intelligi, Bald.in l.1.nu.7.ff.de iuſt. & iur.& in l.ſi is.numer.1. ff. de acquir. hæred.& Bar.in l.admonendi.nu.1.ff. de iureiurand.

7 In primis etenim † ponitur in edicto hæc clauſula. [Nos Inquiſitores, &c.]licet vnus tantum ſit Inquiſitor loquuntur enim in plurali, vt illorum dignitas & autoritas, delegata à ſede Apoſtolica oſtendatur : quod vtique obſeruatum fuit ab initio inſtitutæ Inquiſitionis, rationabili tamen cauſa hoc inductũ eſſe probatur : cum ipſi Inquiſitores delegati ſint Sum. Pontificis, & eius perſonã repręſentent, vt ſuperiùs ſatis oſtenſum eſt: & not. Abb.in cap.ſanè. de offic. delegat. & Campeg.ad Zanch. cap. 8. & probat in cap. per hoc.& c.ne aliqui. de hæret.libr.6. vbi Ioann.Andr.Gemin. & comm. DD. gloſ. ſingul.in Clement. nolentes.in verb.ipſorum commiſſarijs. de hæretic. iure igitur hæc ampla & honorabilis Inquiſitorum dignitas decorari debet prædictis verbis, quæ confirmantur ex quodam reſcripto Inno.IIII.incipiente. [Orthodoxæ fidei. ] circa finem, ſic ille : [Si verò noſtris in hoc, imò potiùs Apoſtolicis acquieſcere monitis non curauerint,&c.]Et ob id etiam ſententiæ, quæ aliàs per ipſoſmet legi debebant.iux.cap.fin.§ fin.de re iudic. lib. 6.& l.2. C. de ſent. ex breuiculo recitand.& l.4.tit.22.par. 3. ob obſeruandam eorum autoritatem permittitur eis vt ſenſim per alios legantur, edictum publicetur, ac per eos recitetur text.in cap.vt commiſsi.de hæret.lib. 6.in princ. & ibi Ioann. Andr. Domi-

nic. & alij. Ioan. de Rojas de hæretic. ſing. 94. num. 1. Gemin. in cap. vlt. de re iudicat. Comenſ. in Lucerna Inqu. in verbo ſententia. §. 9. & in verbo Inquiſitor. §. 28. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 60. Franc. Pegna in 3. p. Direct. Comment. 40. verſic. & quanquam.

8 Secundò † adijcitur illa clauſula, ibi. [Inquiſitores contra hæreticam prauitatem & apoſtaſiam, &c.] Congruenter quidē hæc ponuntur verba cum Inquiſitores, defenſores fidei ſint, quorū proprium ac præcipuum munus eſt eam aduerſus hæreticos, & ſchiſmaticos, eorumq; defenſores fautores, & receptatores illibatū tueri in extrauag. Ioan. 22. c. cū inter nōnullos. de verb. ſignificat. & ideo Inquiſitoribus cōmittitur defenſio fidei Chriſtianæ cap. accuſatus. §. ſanè. & §. de quæſtionibus. c. vt officium. §. denique. de hæretic. lib. 6. Clemen. 1. de hæretic. cap. vt Inquiſitionis, in princ. eod. tit. & lib. Albert. in rub. de hęret. lib. 6. q. 5. num. 6. Ioann. Rojas de hæretic. 1. p. num. 554. & 2. p. nume. 410. idque etiam eis commiſſum eſt, ne diabolus & eius miniſtri, qui Eccleſiam expugnare conantur per iniuriam pluribus hæreſibus eam perdant, ſuiſque noceant impijs latratibus.

9 Fides enim † gloriatur in Domino vt inquit Propheta Dauid Pſalm. 128. [Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim nō potuerūt mihi.] Vbi oſtendit Propheta Eccleſiam patienter perſecutiones tuliſſe ab orbe condito, vſq; ad Chriſtum, & à Chriſto vſque ad iudicium vniuerſale, fuit namq; impugnata in Abel per Caim, in Noe per Chaā, in Abrahā per Chaldæos, in Iſaac per Iſmael, in Iacob per Eſau, in filijs Iſrael in Ægypto per Pharaonem, in Dauid per Saulem, in Populo Dei per Reges Ægypti & Babylonis, & per Antiochū in IESV CHRISTO & Apoſtolis per Iudæos, in martyribus per tyrannos, in Catholicis Chriſtianis per hæreticos, & demum tota ipſa Eccleſia per Antichriſtum oppugnata nunquā tamē expugnata fuit. † Meritò igitur dixit
10 Propheta. [Sæpè expugnauerunt me, nō tamen præualuêre] nam licet peccatores perſequantur fideles, & Eccleſiam, illamque euertere conētur, in bonis temporalibus, & corporalibus laboribus, eos occidendo & affligendo, non tamen potuerunt occidere animam, nec funditus Eccleſiam delere, quin ipſi diris æterni tonantis fulminibus cōterentur & extinguentur. Sicut enim fuerunt puniti impij & peccatores, impugnantes populum Dei in Lege veteri, ita punientur impij impugnatores Eccleſiæ Chriſti, ſcilicet Iudæi, tyranni, hæretici, & Antichriſtus vt copioſè trad. Iacob. de Valentia in expoſit. d.
11 Pſalm. 128. † Cum igitur hæreſis & Apoſtaſia fidei Catholicæ directè aduerſentur, iure optimo Inquiſitores, cum fidei cenſores & Eccleſię defenſores ſint (c. vt Inquiſitionis. in princ. de hæret. lib. 6. Clement. multorum. eod. tit. Albertin. in rub. de hæret. lib. 6. q. 5. nu. 6. & Rojas de priuileg. Inqu. num. 410.) inquirunt contra hæreticam prauitatē & apoſtaſiam. † Quare
12 meminerint eius quod eis incumbit officium, vt ſint vigiles, cuſtodes, & defenſores fidei Chriſtianæ, nō parcant laboribus, inueſtigantes ſi nouerint pullulare hæreſes, ſcrutantes, & inquirentes donec radicitus vna cum ſemente eos euellāt. Diabolus enim vigilat circumiens quærēs quem deuoret, ideo Apoſt. 1. Petr. cap. 5. admonet eos dicens: [Fratres ſobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite





ſtite fortes in fide.] Nam dormientibus hominibus dicit Redemptor noſter Ieſus Chriſtus Matth. 13. [Inimicus homo ſuperſeminauit zizaniam,] quibus confert in cap. licet deuitanda §. 1. de electio. c. notandum. 24. q.
13 3. † Nihil igitur prauius ac deteſtabilius eſt hæreſi, & hæretico, cum grauius cæteris offendant Deum, hinc Leo Papa, cuius autoritas habetur in cap. quid autem. 24. quæſt. 3. (inquit) [Quid autem iniquius eſt, quàm impia ſapere, & ſapientibus & Doctoribus non credere: ſed in hanc inſipientiam cadunt, quicumque ad cognoſcendum veritatem aliquo impediūtur obſcuro, non ad Propheticas voces, non ad Apoſtolicas literas, non ad Euangelicas autoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt:] hæc ille ſanctiſsimus Papa. Et probatur ex illo 2. Petr. 2. [Melius eſſet nō cognoſcere viam iuſtitiæ.] & deducitur ex illo loco Clement. dicentis in Epiſtola ſua ad Iacobū, quod primum locum in pœnis habent qui aberrant à Deo, ſed tales ſunt hæretici: Id etiam ratione probatur, quia vnumquodque dici-
14 tur malum quòd noceat, † ſed hæreſis plus nocet quàm aliquod aliud peccatum, quia ſubuertit fundamētum omnium bonorū, ſine quo nihil boni remanet quod eſt fides, ergo hæreſis ex genere ſuo eſt maximū omnium peccatorum. text. in cap. cum ſecundum leges. verſ. bona hæret. qui grauius (inquit) horribilius & deteſtabilius, quàm prædicti delinquunt, nihil igitur iniquius inueniri poteſt, quàm ipſa hæretica prauitas: cap. vt Inquiſitionis. de hæret. lib. 6. ibi: [Et Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.] Et in c. ne aliqui. verſ. prauitatis. eod. tit. & libr. & in cap. per hoc. ibi: [Hæreticæ prauitatis.] de hæret. lib. 6. Recedere à bono, & apprehendere malū, quid peruerſius? relinquere veritatem infallibilem, ſcilicet fidem, quæ innititur primæ veritati, ſcilicet Deo? qui ſecundum Ioan. cap. 14. eſt via, veritas, & vita? relinquere quod omnes ſancti & ſapientiſsimi, ac doctiſsimi credunt, & intelligunt, & credere ſuo miſero & obcæcato iudicio, quid furibundius reperiri poteſt? dicit enim Salomon Prouerb. cap. 3. Ne innitaris ſapientiæ tuæ, &c.

16 Tertiò ſequitur † altera clauſula ibi: [Et inſulis coadiacentibus, &c. Quæ meritò additur in edictis fidei regni Siciliæ, quæ potiſsimum mihi propoſui, quia Siciliæ regnum ſub ſe habet nōnullas inſulas circumcirca, ſubiacentes imperio Catholicorum Hiſpaniarum Regum, in quibus Inquiſitores regni Siciliæ obtinent & exercent iuriſdictionem ſuam. Sunt autem inſulæ Melita [Malte hodię] quæ ab eiſdem Regibus cōceſſa fuit Militibus Hieroſolymitanis S. Ioannis, his tamen temporibus proximis per ſedē Apoſtolicam deſignatus eſt ibidem Inquiſitor contra hæreticam prauitatem. Inſula Coſſyra [hodie Fauagnana] non longè diſtans à ciuitate Drepano, quæ [hodiè Trapano.] Inſula Paconia quæ [hodie Pantallaria,] & inſula Phorbantia quæ [hodie Maretamo,] in quibus incolæ degunt, & habitatores reperiuntur. Inſuper infelix Arx Goletta nuncupata in Barbaria, iuxta inſignē ciuitatem Tunes, vbi ferè trigintanouem annos præſidium noſtrorum Hiſpanorum militum validiſsimè pręfuit contra inimicos fidei, in qua hoc ſanctum Officiū Siciliæ habuit Commiſſariū pro cauſis fidei, vnde negotia remittebantur vſque ad hæc tempora.

17 Quarta clauſula † eſt ibi: [Autoritate Apoſtolica. &c.] Hæc clauſula apponitur, vt oſtendatur Inquiſitores

eſſe delegatos Summ. Ponrif. & fidei cenſores, quibus competit fidem Cathol. & Religionem Chriſtianam aduerſus hæreticos defendere, cap. per hoc. & c. ne alij. ſup. citati.

18 Quinta † clauſula habetur [autoritate Regiâ deputati, &c.] Cõſueuerunt Inquiſitores Regni Siciliæ apponere in prouiſionibus, literis & edicto fidei prędictam clauſulam, quia autoritate, ordine, & permiſſu Regum Catholicorum Hiſpaniarum illud exercent in eo regno, ſunt enim protectores, patroni, & defenſores ſancti officij, & illud Chriſtianiſsimè amplificant, & defendunt, tribuendo ei pro ſua defenſione iuriſdictionem temporalem ampliſsimam, ac omnimodã circa ſuos officiales, familiares & miniſtros.

19 Sexta clauſula † edicti eſt ibi. [Omnibus & ſingulis perſonis, ciuibus, ſtãtibus, habitatoribus, & reſidentibus, in regno prędicto Siciliæ & ſuo diſtrictu, &c.] Dictã autoritate fuit mandatum omnibus & ſingulis ſupradictis, vt obediant mandatis Inquiſitorum, quæ potiùs cenſentur mandata Apoſtolica. Ratio eſt quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, ex text. in cap. qui facit per alium. & ibi Din. & DD. de regul. iur. libr. 6. dict. l. quod iuſſu alterius. ff. eod. tit. at cùm Summus Pontif. committat in hoc vices ſuas Inquiſitoribus in cauſis fidei:

20 mandata per delegantem, eorum † qui ipſa faciunt cenſentur facta: & mandata cenſuræ, & excommunicationes Inquiſitorum reputantur ſedis eiuſdem : nam delegatã iuriſdictione committuntur omnia illa ſine quibus non poteſt iuriſdictio expediri, text. in cap. præterea. de offic. deleg. & l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Rom. in conſil. 448. Angel. conſ. 290. vbi de hac re memorabiles tex. adducit, & Felin. in c. de cauſis. col. fin. de offic. delegat.

21 Septimò † ſubſequitur alia clauſula de inuocatione diuinæ gratiæ, ibi: [Salutem in Domino IESV CHRISTO, qui eſt vera ſalus, &c.] Aptè ponitur hæc clauſula: nam quoties de re aliqua graui fit ſermo, inuocatio diuini numinis præcedere debet,

*Ab Ioue principium.*——

Idcirco Chriſtianè D. Paulus ſcribens ad Rom. Epiſtola prima, his vtitur verbis [Paulus ſeruus IESV CHRISTI, &c. Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis, gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino noſtro IESV CHRITO, &c.] Et in Epiſtola ad Corinth. & alibi ſæpè. Id ſeruauit Bea. Petrus Apoſtol. in ſuis Epiſtolis. Nam in 1. Epiſtol. ait. [Petrus Apoſtol. IESV CHRISTI electus aduenis diſperſionis Ponti Galatiæ, &c. Gratia vobis, & pax, multiplicetur.] & Bea. Ioann. Apoſt. in ſua Epiſtola (inquit). [Senior Electæ Dominę, &c. Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à CHRISTO IESV Filio Patris in veritate.] Et in cap. 1. Apocalypſ. Hoc ſtylo vtuntur ſummi Pontifices Chriſti vicarij. Ita Anacletus Romanus Summ. Pontif. primus in literis verbis illis vſus eſt, ſcilicet [Salutem & Apoſtolicam benedictionem, &c.] Bonifacius VIII. in 1. vol. 6. libr. Decretal. dicit: [Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Doctoribus & ſcholaribus, vniuerſiſque Bononiæ commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,] vbi gloſ. not. in verbo, benedictionem, in procemio 6. Decretal. & in Clement. in eod. procem.

22 Hinc dicunt DD. quod † ſalutatio ſpecialis remittit iniuriam. cap. Adrianus 63. diſtinct. & ibi gloſ. in verb. & ad ſalutandum. & per benedictionem prælati deuotè ſuſceptam, venialia remittuntur. c. dictum. cano. maledicam. & can. ſequent. 1. q. 1. S. Thomas in 4. ſent. diſt. 16. optimo igitur iure Inquiſitores, huiuſmodi ſalutationibus vtuntur.

23 Octauo † ponitur illa clauſula. [Cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis, &c.] quæ iuri communi & rationi conſona eſt: poſſunt enim Inquiſitores regulariter in cauſa fidei contra quoſcumque procedere, vt probatur autoritate Sum. Pontif. Bonif. III. & habetur in cap. vt Inquiſitionis. de hæret. libr. 6. [Vniuerſas (inquit) ſæculi poteſtates & dominos tẽporales ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque rectores, quibuſcunque dignitatibus, vel officijs, aut nominibus cenſeantur, requirimus, & monemus: vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei, diœceſanis Epiſcopis & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterũ deputandis, pareant & intendant in hæreticorum credentiũ, fautorum, receptorum, & defenſorum, ipſorũ inueſtigatione captione ac cu-

24 ſtodiã diligenti, &c. †] Vbi generaliter præcipitur omnibus poteſtatibus vt obediant Inquiſitoribus cõtra hæreticos, & fautores, vnde indubitatũ eſt eos, ex eo etiam teneri ad reuelandos hæreticos & fidei noxios, ſi quicquam nouerint contra fidẽ commiſſum, quod pereleganter præſcripſit Concil. Biterr. c. 1. in hæc verba. [Ac deinde mãdetis vt omnes, qui ſe vel alios ſciuerint in crimine labis hęreticæ deliquiſſe, compareant coram vobis veritatem dicturi:] & Eymeric. in 3. p. Direct. in tit. de ſermone general. habendo ab Inquiſit. & ibid. Franc. Pegna in Comment. 12. Quæ etiam procedebant in Epiſcopis, antequam Inquiſitores conſtituerentur. cap. ad abolendam. de hæretic. §. fin. verſ. [Si qui verò fuerint (quia lege diœceſanæ iuriſdictionis exempti, ſoli ſubiaceant ſedis Apoſtolicæ poteſtati,) nihilominus in his quæ ſunt contra hæreticos inſtituta, Epiſcoporum ſubeant iudicium. Et eis in hac parte tanquam à ſede Apoſtolica delegatis (nõ obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs) obſequantur.] Et text. in cap. excõmunicamus. 1. §. adijcimus. & §. credentes. de hæretic. cap. ſicut. & cap. vt officium, de hęret. libr. 6.

Sub generalitate autem horũ verborum cõprehenduntur, omnes perſonę cuiuſcunque ſint ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis, ſiue exempti, ſiue non ſint, ſtãtes vel habitantes in territorio Inquiſitorum, eis obedire tenentur in concernentibus fidem Catholicam,

25 eiuſq; defenſionem. Verbum † enim illud (ſtatus) cõprehendit quempiam, ſiue ſeruus ſit, ſiue ingenuus, ſiue libertinus, ex tex. in l. ſumma. cum l. ſequent. ff. de ſtatu hom. item ſiue integri ſtatus ſint, ſiue diminuti. l. cognitionum. verſ. 1. ff. de var. & extraord. cognit. ſubſequuntur poſtea illa verba, [gradus, dignitatis,] ex quibus patet quod in hoc crimine omne ceſſat priuilegium cum adminiſtratione, vt ea durante nemo conueniat. per tex. in l. pars literarum. & ibi Bar. ff. de iudic. Ceſſat etiam priuilegium conceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus l. final. C. vbi ſenat. vel clariſ. Ponitur demum verbum illud [conditionis] ad hoc vt comprehendantur maſculi, fœminę, minores, vel maiores eius tamen ętatis, quã in eos cadat delictũ, qui ſui ſint iuris, vel alterius l. 1. in princ. ff. de except. item laicus ſiue clericus, ex vi verborum. Hęc addita verba in principis conſtitutione

ſtitutione edicto, decreto, lege, ſeu quâuis aliâ diſpoſitione, digniſsimos quandoq; regulariter cōprehendit. Petrus Prate.in Lexi. iur.ciu.& cano. in lit.C.verb. cuiuſlibet conditionis. Et de his omnibus laxè ſcrib. Bart. in extrauag.ad reprimendū.in verbo ſtatus.cum duobus ſeqq. Vis enim † di-
26 ctionis [omnis] vniuerſalis eſt Bart.in l.moſchis.num.1. ff.de iure fiſc.& in l.hoc articulo.nume.3.ff. de hæred.inſtit.& Hippol.Rimin. conſ.270.nu.1. & 2.vol.3.& conſ.393.num.18.vol.4. & idem ſignificat quod dictio [Vnuſquiſque] vt ait Bal.in d.l.hoc articulo num.2. vnde ſi † ſtatutum vel diſpo-
27 ſitio aliqua loquatur, per modum vniuerſalem, vt puta per dictionem [omnis] vel ſimiles, tunc cōprehēduntur, omnia, quæ omnino poſſunt comprehendi, etiam ſi impropriè.Bar.in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. legat. latè Rolan.à Valle in conſ.5.num. 42. & ſequent. vol.1.conſ.87.num.8.& 9. vol.2.& conſ.54.nu.39. vol. 3. & Menoch. conſ.26.nu. 17.Iacob. Mandel. conſ.505.num.27.lib. 3.& adeò † vni-
28 uerſalis eſt, vt vim habeat ſpecialis expreſsionis, vt eſt doctr.Bar.in l.1.in fine. ff. ſi quis in ius vocat. & in l. 2. ff.de nouat.Iaſ.in conſ.45. col. penul. vol.1.Crau.conſ.294. col.4.& Hippo. Riminal. conſil.351. vol. 4.includitq; omnia quæ dici vel excogitari poſſunt, vt trad. idem Rimin. conſ.369. num.5. vol. 4. eaq; quæ non includerent, vt tenet Natta in conſ. 160. nu. 29.libr.1.nihilque intactum relinquit Bald.conſ.305.num.1.volum.1. Crau. conſ.133.num.5. & Hippol. Riminal. conſ.61.Et ratio prædictorum eſt, quia quilibet Chriſtianus tenetur defendere fidem Catholicā, quam profeſſus eſt, nec vllâ ratione excuſari poteſt. Hinc etiā tenentur hæreſes denuntiare, & fidem defendere ac præceptis Inquiſitorum obedire.

29 Quæ maximè procedunt, quia † in crimine hæreſis cuiuſlibet exceptionis ceſſat immunitas, vt ex Alexand. IIII.reſcripto anno Domini 1260.deducitur, vbi voluit Inquiſitores indiſtinctè contra quoslibet religioſos & exēptos procedere. Verum hoc mutationē recepit, anno 1460.per Pium II.& Sixtū.Hi enim Pontifices exemptos declararunt à iuriſdictione Inquiſitorum fratres minores, ac fratres Prædicatores vt habetur in libro pri-
30 uilegiorum ordinis Prædicatorum.† Cæterùm hodie Inquiſitores contra quoſcunq; hæreticos procedere poſſunt, non obſtantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuſcunque perſonis cuiuſuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, d.c. vt officium. §. denique. de hæret.lib.6.Eymeric.in 3.p.Direct.q. 25.& ſeqq.& ibid.Franc.Pegna.Com-
31 ment. 74. & ſeqq. Iuſtiſsimè † ergo atq; rectiſsimè huius cauſæ cognitio cōtra quoſcunq; à cæteris prælatis abdicata eſt, & ad ſolos Inquiſitores ſiue delegatos, ſiue ordinarios delata.

Quapropter aptè dicitur † in edi-
32 cto [exempti vel non exempti.] Cùm in eo non ſolùm illi cōprehendantur verùmetiam & Religioſi, Monachi, cuiuſcunque religionis, quantumuis priuilegiati: milites etiam Hieroſolymitani S.Ioannis, & milites S.Iacobi, vt refert fuiſſe declaratum, an. 1527. in Hiſpania Epiſc.Simanc.de Cathol. inſtit.c.34.num. 16. & generaliter in omnibus militibus, quantumuis ſint priuilegiati, & exempti: vt not. Ancharan.in cap.vt officium.nume.4.de hæretic.lib.6.& Eymer.vbi ſuprà, qui non ſolùm comprehendūtur, verùm etiam tenentur reuelare & denunciare Inquiſitoribus, quos ſciuerint hæreticos aut ſuſpectos de fide.

33 Eſt namque † reuelare detegere, indicare, manifeſtare, ac quaſi à re obſcura



obſcura & abſcondita velum amouere: quod autē ad noſtrum ſpectat inſtitutum, idem eſt quod denunciare. Eſt autem reuelatio ſiue denuntiatio alicuius criminis apud competentem iudicem ſine inſcriptione facta delatio, ad pœnitentiam peragendam vel aliam pœnā legitimā imponendā, vel etiā ad vtrumq;. Legulei quidā cùm rarò in iure ciuili reuelationis & denūciationis vocabula inuenerint, vtriuſque vſum obſcuræ originis eſſe volūt. At mihi videtur in Eccleſiam veniſſe ſiue delationē, ſiue reuelationē, ſiue denunciationē ex Matth.18.[Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.] Et paulò poſt: [Si non audierit eos, dic Eccleſiæ] quibus ipſe Chriſtus denūciationem innuit: & antè Reip. confuſam dominandi rationem plura de delatoribus. Cicer. in Diuinatione. eius quoq; fit mentio in l.libellorum. ff.de accuſat.ita Hoſt.in ſumm. tit.de denunt. §. 1.& Repertor. Inquiſit. in verbo denuntiatio. & deducitur ex text.in cap.2.& 3.& cap. ſuper his. & cap.cum dilectus.1.de accuſat.& cap. nouit. de iudic. & de hac denuntiatione loquuntur. Anton. Florentin.3. p.tit.9.cap.9.Gundiſal.in tract.de hæret.q.10.num. 6. Campeg.ad Zanch. cap.9.verſ.de tertia.Locatus in opere iudicial. verb. denunciatio. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 19. & in Enchirid.23.tit.Ioa.Rojas ſingul.5.Tabienſ. in ſum.in verb.Inquiſitor.§.26.nu.27. & Franc. Pegna in 3.p. Direct.Comment.15.

## *De denunciatione.*

34 Forma † autem denūciationis talis eſt, quod aliquis fidelis indicat Inquiſitori apud acta, die tali fuiſſe tale maleficium commiſſum, aut talem hæreſim aſſertam, à tali homine, & id ſcire Caium, Titium, & Seium, aut tales & tales: quam quidem formam ſtylus obſeruat, & ita teſtatur Ang. in tract. malefic. verſ.nec ad denunciationem. num.20.& Iul. Clar.in pract. crim.§.final.quæſt.7.verſ.quæro nunc
35 quæ ſit forma. † Poſt denūciationem verò partes Inquiſitorum, ſunt in inquirendo de delicto, ac delinquente, & teſtibus, quos denuncians nominauit, & alijs ex quibus veritas haberi
36 poteſt, † nec opus eſt hodie denunciātē probare vera eſſe quæ in denūtiatione protulerat iux.deciſ.tex. in l. diuus.& l.ab accuſatione.ff. ad ſenat. conſ. Turpillian. ſic praxis Inquiſitorum inuiolabiliter obſeruat: idque fauore fidei fit, ac etiam iudicantium ſtylus admittit libenter: ita Angel.&
37 Iul.Clarus vbi ſuprà. † Qui autem nō denunciauerint, nullatenus excuſandi ſunt, ſed grauiter puniendi, vt te-
38 net Simanc.tit.de denunciat.19.† eſt namque tanta obligatio denunciādi hæreticos, vt locum habeat non obſtante quouis iuramento in contrariū emiſſo, pacto aut promiſsione.S.Tho. 2.2. q.70.art. 1. ad ſecundum argum. cuius verba ſunt.[Circa ea verò quæ aliter homini ſub ſecreto committūtur diſtinguendum eſt: quandoque enim ſunt talia, quæ ſtatim cum ad notitiam hominis venerint, homo ea manifeſtare tenetur, puta ſi pertinet ad corruptionem multitudinis ſpiritualem vel corporalem, vel in graue damnum alicuius perſonæ: vel ſi quid aliud eſt huiuſmodi, quod quis propalare tenetur, vel teſtificando, vel denunciando, & contra hoc debitum obligari non poteſt per ſecreti commiſſum, quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet.] hæc ibi: Alteri quidem (vt inquit Franc. Pegna in 2. p.Direct.Comment.18.) id eſt, bono publico, vel Deo in caſu, de quo agitur fides frangeretur, nam hæreſis bonum publicum perturbat, & lædit,

lędit,& Deum ipſum oppugnat, pro qua ſententia facit tex.in c.quemadmodum §.final.de iureiura. & tex.in. c.intimauit.de teſtib.c. non eſt obligatorium. de reg.iur. in.6. Nulli itaq;
39 dubium eſſe poteſt quin hæreticos denuntiare quilibet teneatur, † imò ſi id (legitima cauſa excuſante)omiſerit excōmunicationis ſententiam incurrit:quam ſententiam multis exornat Franc. Pegn.in.2.p.Directo.Com. 2. ſuper cap. qui alios.de hæret. cuius hæc ſunt verba: [ qui alios ab errore nō reuocat ſeipſū errare demōſtrat.] Qui text.de errore fidei intelligi debet, non autem de quolibet errore in genere.At cùm commune ſit periculum,omnes reuelare tenentur, inquit enim Ambroſius,quòd tale diſſimulare periculum non leue peccatum eſt.lib.2.offic.cap.24. & Paul. ad Roma. cap. 1. non ſolùm dignos eſſe morte, qui malum inferunt, ſed qui facientibus conſentiunt, text.in cap. 1.de offic.delegat.cap.mulieres. & c. nuper. & cap. quantæ. vbi Docto. de ſentent. excommunicatio. Omnes igitur tenentur ſub præcepto coram Inquiſitoribus hæreticum denuntiare.cap.2. vbi gloſ.& DD. de hæretic. Innoc. in cap. 1. de teſtib. Archid.in cap.ſi peccauerit.num.19.2 quæſt.1. Alfonſ. à Caſtr. de iuſt. hæret. punit.libr.2.cap.25. Domin. Soto de iuſtit.& iure lib.5.quæſtione 5. art.2.& Ioann. Rojas in tract. de hæretic. ſing.5.

40 Reges quoque † principes & duces adſtringuntur dicto præcepto,& tenentur reuelare, & in hoc placuit memorandum exemplum adducere, Chriſtianiſsimi,inuictiſsimi ac PP. A. æternæ memoriæ D. noſtri Imperatoris Caroli V. vt omnes mundi principes intelligant, quanta fuerit illius monarchæ religio, & vera fides, & diſcant quantâ debeant reuerentiâ decorari miniſtri Eccleſiæ, & fidei Chriſtianæ defenſores. Anno igitur 1559. in Hiſpania detectum fuit crimen hæreſis Lutheri penes nonnullos ſerpſiſſe, inter quos fuit Auguſtinus Cazalla Valliſoletanus Doctor Theologus, & Canonicus Salamantinus ac Regis concionator, & factâ ſtatim inter Inquiſitores ſuper hoc negotio conſultatione animaduertentes,quàm plurimùm in primis expedire ad totius Reipub. ſalutem conſtituerūt,vt ſereniſsima D. Ioanna Portugalliæ eiuſdem Cæſaris filia interrogaretur, ſuper quibuſdam rebus fidem Catholicam tangentibus, contra quendam. Ipſa poſtquam requiſita fuit ab Inquiſitoribus antequam deponeret ipſum Imperatorem conſuluit, à quo ſtatim monita eſt ne rem protelaret, ſed vt nullâ interpoſitâ morâ deponeret, ne excommunicationem incurreret,ſuper addens, quòd ſi ipſa etiam in minima quaque re ſenſiſſet ſe eſſe culpabilem, expeditâ fidei actione accederet ad Inquiſitores, ac ſi eſſet priuata & particularis perſona, & denunciaret illis, quæ ſciret commiſſa & perpetrata contra fidem Catholicam, non ſolùm contra ſe ſed etiam contra quoſcunque. Tum ſereniſſima Ioanna ſuam depoſitionem dedit coram Archiepiſcopo Hiſpalenſ. D. Ferdinando Valdes tunc Epiſcopo & Generali Inquiſitore in ditionibus Hiſpaniarum.

41 Nonò ſequitur † alia clauſula, ibi: [ Notum facimus, &c.] Conuenienter hæc ponitur clauſula, quoniam edictum generale proponi, & promulgari debet, præcedente petitione, & inſtantiâ Promotoris Aduocati fiſcalis ſancti Officij, vt hoc medio delicta commiſſa contra Fidem Catholicam, in graue damnum Reipublicæ, &

offenſam



& offenſam Dei cōdignè puniantur, cui petitioni Inquiſitores aſſentiri debent,iuxta illud Geneſ.cap. 18. inquit enim Dominus. [Deſcendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint.] Loquēdo de Sodomitis: quæ autoritas adducitur per Innocen.III. in General. Concil. & habetur in cap. qualiter 2. de accuſat. & eandem autoritatem allegauit Euariſtus Papa, & habetur in cap.Deus omnipotens.2.q.1.

42 Vltima † clauſula edicti ſe habet, ibi:[Vos exhortamur : requirimus & monemus,&c. ]iuncto fin.ibi. [Quapropter per huiuſmodi tenorē, &c.] Hæc proculdubio clauſula congruēter hoc in loco ponitur, quia non ſolùm rationi conſonat, ſed etiam iuri.

43 † Monitionis enim nomine ſignificamus hortatum,ſuaſionem, prædictionem, vt quid fugiamus aut ſequamur, vel quid agamus aut non faciamus, cuius rei confirmatio magis in verbo[monēdi,]quàm in nomine reperiemus. Vnde Cicero libr. 1. Epiſt. Epiſt.1.ait in hęc verba.[Pompeium, & hortari,& orare, etiam liberiùs accuſare, & monere vt magnam infamiam fugiat,non deſiſtemus,] & lib. 10.Epiſt.5.[Si moneo vt filium:ſic faueo vt mihi, ſic hortor,&c.] Sumitur etiam pro prædictione & denunciatione quadam in l.ſi filius famil.ff. de tutel. Inde colligitur ſimplicem monitionem non obligare monentem:ſi verò progreditur vt quid caueat, cui ſcribit obligatur. Item pro hortatu, & ſuaſione: in l. ſi ſerui.ff. de negot. geſt. Vtroque enim modo poteſt hîc accipi : & pro ſuaſu & pro prædictione, nam quæ ſuadere vel diſſuadere dicimur, ante prædicare videmur: & pro ſententia iudicis monitoria, & quæ fit ante litis conteſtationem,ſumimus glo.in l.3.ff.de vſur. quandoque pro vocatione, idque in conſequentiam, nam cui quid ante denunciamus, ſiue prædicimus, vt quid nobiſcū fiat, ad id eum vocare & inuitare dicimur.Terent.in Heauton. [Monere oportet Phaniā ad cœ-
44 nam vt veniat,] † fieri quoque ſolet monitio à iudice litigātibus, ad quid faciendum vel audiendum, vel ſimilia.Fit autem monitio ab eo vbicumque vult alicuius conuincere negligentiam, contumacemq; cōſtituere: gloſ.& Panor.in cap.quanto.de offic. ordin.cap.1.de ſupplend.neglig.prælat.& cap.indignè.12. quæſt. 2.ſequitur ergo in caſu noſtro quod per verbum[monemus] hortamur, & vocamus : maximè progrediendo ad alia verba, etiā cum pœna, tenetur enim quilibet reuelare & denunciare Inquiſitoribus ſub pœna excommunicationis;ſi ſcierit vel intellexerit aut viderit,vel quomodocumque cognouerit factum, vel dictum à quacumq; perſona cōtra ſanctam fidem Catholicam,& legem Euangelicam,aut cōtra ea quæ tenet, prædicat, & docet ſacroſ. Eccleſia Catholica Roma.vel quod ipſe tenuerit aliquam propoſitionem hæreticam,vel teneat:debet denuntiare prędictis Inquiſitoribus. Et quidem contra quoſcunque, tam viuos, preſentes, vel abſentes,quàm etiam contra defunctos,cap. excommunicamus.1.§. adijcimus. de hæret. concord.c.cum in tua.& cap. fin. qui matr.accuſ.poſſ.l.congruit.ff.de offic. præſid.de iſtis monitionibus generalibus,vt ſcientes furta, vel alia delicta reuelare debeant,ſcribit Gundiſa.de hæret.q.10.ad finem.Petrus Foller.in pract.crim.can.num.27. & Iul.Clarus in prax.§. final. q. 27. verſ. ſed quæro nunquid poſſit iudex.

Reliquę autem clauſulæ huius edicti,ſpecificè magis ac ſeparatim in altera huius operis ſectione, pluribus quæſtionibus diſcutientur.

CON-

# CONSONANTIA EDICTI Fidei, cum Epiſtola Iudæ Thadæi.

## SVMMARIVM.

1 EDictum fidei quando & à quo initium ſumpſerit & publicari ceperit.
2 Edictum fidei deductum videtur, ex Epiſtola Apoſtoli Iudæ Thadæi, cum qua mirificè conſonat.
3 Edictum fidei ad eius vnitatem & perſeuerantiam fideles adducit.
4 Edictum fidei hæreticos & perturbatores Eccleſiæ depingit & detegit.
5 Edictum fidei hæreticorum errores proponit & damnat.
6 Edictum fidei docet quomodo fideles ſe habere debeant cum hæreticis.
7 Epiſtolæ Apoſtoli Iudæ Thadæi ſeries & contextura.
8 Iudæ Thadæi Epiſtola hortatur fideles.
9 Thadæi Epiſtolæ prima particula exponitur.
10 Edictũ fidei Apoſtolica autoritate antiquitate ac neceſsitate oſtenditur.
11 Epiſtolæ Iudæ Thadæi inſtitutum quale ſit.
12 Fidei fructus referuntur ex Auguſt.
13 Fidei opus quale ſit.
14 Epiſtolæ Thadæi ſecunda pars declaratur.
15 Clauſula illa edicti fidei (Mãdauimus dari & publicari edicta) conſonat cũ ſecunda particula Epiſtolæ Thadæi.
16 Fidei integritas aduerſus Iudæos declaratur.
17 Epiſtola Apoſtoli in illa particula (Per communem ſalutem) fidem deſignat.
18 Fides radix eſt omnium bonorum.
19 Fidei deſcriptio.
20 Fidei ſupercertare quid ſit multipliciter declaratur.
21 Fidei triumphum quam mirificè extollit Paulus.
22 Fidei teſtimonium vſque ad ſanguinẽ tenentur præbere fideles.
23 Epiſtola Apoſtoli in illa particula [ſub introierũt enim quidam homines.] quid ſignificet.
24 Clauſula illa edicti fidei [vt vnuſquiſque denunciet quos ſciuerit, &c.] conſonat cum tertia particula Epiſtolæ Thadæi.
25 Iudæos expectantes Meſsiam, increpat Apoſtolus Thadæus.
26 Iudæorum cæcitas ideo durat, quia Chriſtum negauerunt.
27 Iudæorum principes optimè cognouerunt Chriſtum.
28 Iudæorum maiores cognouerunt Chriſtum eſſe filium Dei.
29 Iudæi, malitia & inuidia excæcati Chriſtum abnegarunt.
30 Hæreticorum finis præcipuus quis ſit?
31 Hæretici Archontici, ſacramenta & eorum virtutem deſpiciebant.
32 Sacramenta omnia nouæ legis, inſtituta ſunt à Chriſto Domino immediatè.
33 Sacramenta veteris legis immediatè inſtituta ſunt à Deo.
34 Sacramenta omnia vim conferẽdæ gratiæ habent, ex meritis Chriſti.
35 Sacramenta fluxerunt ex latere Chriſti in cruce.
36 Sacramẽtis proprium eſt eſſe ſigna ſenſibilia.
37 Hæretici abnegantes baptiſmi Sacramentum qui fuerint.
38 Baptiſmus Chriſti inſtitutus fuit ab ipſo, quando ipſe in Iordane baptizatus eſt.
39 Baptiſmi materiam & formam non docuit Chriſtus in Iordane per verba ſed poſtea.





40 Chriſtus Dominus in Iordane per contactum ſuæ carnis puriſsimæ aquis ipſis vim ſanctificandi contulit, & materiam in aquis, formam verò baptiſmi in verbis determinauit.
41 Baptiſmi Chriſti effectus in Iordane declaratus eſt.
42 Baptiſmus Chriſti ante eius mortem neceſſarius non fuit.
43 Baptiſmus Chriſti quando poſt mortem eius neceſſarius eſſe inceperit.
44 Lex quando incipiat habere vim.
45 Legis nouæ promulgatio quando facta fuerit.
46 Baptiſmum verum eſſe ſacramentum, quæ loca ſcripturæ comprobent.
47 Sacramentis ineſſe virtutem conferendi gratiam probatur ex ſacra Scriptura.
48 Baptiſmum variæ figuræ veteris Teſtamenti adumbrarunt.
49 Hæretici noſtri temporis confirmationis ſacramentum negant.
50 Confirmationis ſacramentum baptizatis dabatur per manus impoſitionem ab Apoſtolis.
51 Confirmationis ſacramentum immediatè inſtitutum fuit à Chriſto.
52 Confirmationis ſacramentum quomodo inſtituerit Chriſtus.
53 Confirmationis ſacramentum confert ſuſcipientibus Spiritus Sancti plenitudinem.
54 Præceptum ad ſui firmitatem per accidens eſt, quòd ſit ſcriptum vel non.
55 Confirmationis ſacramentum conſtat ex antiqua traditione, declaratione Eccleſiæ, & ex eius effectibus.
56 Hæretici qui negarunt Euchariſtiæ ſacramentum, & eorum errores circa ipſum.
57 Euchariſtiæ ſacramentum Chriſtus inſtituit in noctis cœna.
58 Apoſtolos Chriſtus ordinauit in cœnæ nocte.
59 Apoſtoli præceptum conſecrandi corpus & ſanguinem Domini primò receperunt, & in ipſis reliqui ſacerdotes.
60 Euchariſtiæ ſumptio gratiam, & vitam æternam operatur.
61 Euchariſtiæ ſacramentum durabit in ſpecie, vſque ad finem mundi.
62 Euchariſtiæ poſsibilitas, & vis in eius verbis, declaratur ex D. Thoma.
63 Euchariſtiam plurimæ præceſſerunt figuræ in Teſtamento veteri.
64 Euchariſtiæ effectus varij, & mirabiles ſunt.
65 Hæretici quid negent circa ſacramentum pœnitentiæ.
66 Pœnitentiæ ſaramentum Chriſtus immediatè inſtituit, & quando.
67 Pœnitentiæ ſacramentum duo continet neceſſaria ad conſtitutionem ſacramenti.
68 Abſolui non poteſt, qui nulla ſigna pœnitentiæ oſtendit.
69 Pœnitentiæ virtus quæ ſit.
70 Pœnitentiæ virtus in omni ſtatu, & lege neceſſaria fuit.
71 Pœnitentiæ ſacramentum perfectum, ſolùm in lege gratiæ reperitur.
72 Pœnitentiæ ſacramentum non probatur ex Teſtamento veteri.
73 Pœnitentia quam Ioannes, & Chriſtus ante ſuã reſurrectionem prædicauerunt, ſacramentum verum non fuit, ſed figura ſacramenti ac quaſi præparatio.
74 Pœnitentia exiſtenti in mortali poſt baptiſmum ita neceſſaria eſt, vt ſine illa, in re vel in voto, nemo ſaluari poſsit.

75 Pœnitentiæ ſacramentum eſt ſecunda tabula poſt naufragium.
76 Contritio peccata non remittit abſque ordine ad confeſsionem ſacramentalem.
77 Confeſsio ſacramẽtalis auricularis debet eſſe, & vt talis inſtituta fuit à Chriſto Domino.
78 Cõfeſsio ſacramentalis figurata fuit in ſacerdotio Leuitico veteris legis.
79 Confeſsio peccatorum in ſpecie & particulari adhuc probatur ex veteri lege.
80 Abſolutio ſacramentalis reſpondet iudicio facto à ſacerdotibus Leuiticis ſuper leproſis.
81 Iudicium de peccatis abſoluendis quando commiſerit Chriſtus ſacerdotibus.
82 Effectus ſacramenti pœnitentiæ multiplex eſt.
83 Ordinis ſacramentum qui hæretici negauerint.
84 Ordinis ſacramentum immediatè inſtitutum fuit à Chriſto.
85 Ordinis ritus exterior, & gratiæ promiſsio manifeſtata ſunt à Paulo.
86 Ordinis ſacramenti inſtitutio, & præceptum inſinuata ſunt à Paulo.
87 Apoſtolos in Cœna Chriſtus ordinauit ſacerdotes, quoad conſecrationem.
88 Apoſtolos Chriſtus plenè ſacerdotes quoad iuriſdictionem effecit, poſt ſuam reſurrectionem.
89 Ordinis ſacramento eſſentialis eſt manuum impoſitio, per quam confertur gratia.
90 Chriſtus ad conferendam gratiam non alligabatur ſacramentis.
91 Apoſtolos Chriſtus confirmauit ſine ſacramento.
92 Magdalenam Chriſtus ſine pœnitentiæ ſacramento abſoluit.
93 Ordinationem ſacramentum eſſe, multipliciter conſtat.
94 Ordo eſt ſacramentum, & confert gratiam.
95 Ordo & baptiſmus reiterari non poſſunt.
96 Ordinis actus omnes exercuit Chriſtus & quando.
97 Ordinum minorũ actus Chriſtus etiam exercuit, & quando.
98 Epiſcopalem poteſtatem inſtituit Chriſtus, & quando.
99 Epiſcopalis poteſtas ſacramentũ etiam eſt imprimens characterem.
100 Ordines licet ſint plures, omnes vnum ſacramentum conficiunt.
101 Euchariſtia ſacramentum eſt ſacramentorum.
102 Ordinis effectus duplex eſt.
103 Ordinis character non ſuſcipitur abſque charactere baptiſmali.
104 Ordinis character non præſupponit neceſſario confirmationis characterem.
105 Apoſtoli effecti ſunt ſacerdoſes ante confirmationem.
106 Confirmatio quando collata ſit Apoſtolis.
107 Extremæ vnctionis ſacramentum, qui hæretici negauerint.
108 Extremæ vnctionis ſacramentum immediatè inſtitutum eſt à Chriſto.
109 Extrema vnctio adumbrata fuit Marc. 6.
110 Vnctio quæ fiebat ab Apoſtolis nõ erat ſacramentalis.
111 Extremæ vnctionis miniſter ſolus eſt ſacerdos.
112 Chriſtus per non ſacerdotes poterat ſacramenta conferre.
113 Extremæ vnctionis inſtitutio vnde colligatur.
114 Extrema vnctio habet quæ ad rationem ſacramenti requiruntur.
115 Extremæ vnctionis inſtitutio maximè decebat diuinam prouidentiam.
116 Extremæ vnctionis veritas vnde conſtet.
117 Extremæ vnctionis effectus quotuplex ſit.

118 Re-



118 Reliquiæ peccatorum quæ dicantur.
119 Extrema Vnctio non ſemper peccata dimittit, quoad culpam.
120 Extrema Vnctio non imprimit characterem.
121 Extrema Vnctio ornatum in anima cauſat.
122 Matrimonij Sacramentum qui hæretici negauerint, vbi recenſentur eorum errores.
123 Matrimonij ſacramentum immediatè inſtitutum eſt à Chriſto Domino.
124 Matrimonium inſtitutum fuit diuerſimodè iuxta diuerſos hominum ſtatus, & ſolum fuit Sacramentum in noua lege.
125 Matrimonij ſacramentum bifariam ſumitur, vt contractus naturales, & vt ſacramẽtum, & quando iuxta vnumquodque fuerit inſtitutum & præceptum.
126 Sacramenta omnia legis veteris, & legis naturæ, fuerũt in morte Chriſti extincta.
127 Matrimonium quando, & vbi fuerit inſtitutum ſacramentum à Chriſto, & à quo publicatum.
128 Matrimonij ſacramenti materia & forma, quæ ſint, & num. ſeqq.
129 Matrimonij ſacramentum dupliciter accipitur.
130 Matrimonij ſacramenti miniſter, quis ſit.
131 Matrimonij ſacramenti duplex aſsignatur definitio.
132 Matrimonij in ratione matrimonij traditur definitio.
133 Matrimonij ſacramenti materiam & formam Chriſtus non expreſsit.
134 Matrimonij ſacramenti finis duplex eſt.
135 Epiſtola Apoſtoli Thadæi in illa particula, [Commonere autem vos volo, &c.] quid intendat.
136 Hæreticos & apoſtatas grauiter Deus punit, ob carnis libertatem.
137 Deus pronior eſt ad miſerendũ quàm ad puniendum.
138 Peccata ſapientum fidelium, maximè vltus Deus.
139 Hæretici aſsimilantur apris, leonibus & apibus.
140 Hæretici ſub ſanctitatis ſpecie, ſuos errores diſſeminant.
141 Hæretici ſimiles ſunt Sodomitis.
142 Maſculi coeuntes non fiunt vna caro.
143 Maſculorum concubitus, eſt contra naturæ inclinationem.
144 Hæretici omnes hæreſes in luxuria collocant.
145 Luxuriam eleganter deſcribunt B. Auguſt. & Ambroſ.
146 Hæretici per luxuriã fideles illaqueare tentant.
147 Epiſtola Thadæi, in illa quinta particula [Cum Michael Archangelus] declaratur.
148 Hæretici in rebus fidei, ſuæ rationi, & voluntati innituntur.
149 Ratio naturalis circa res diuinas aſsimilatur ſpeculo fallaci.
150 Viſio ſpecularis aliquando certior eſt oculari.
151 Fidei cognitio certior eſt cognitione, & ratione naturali, ſenſuumque euidentiâ.
152 Hæretici præcipuè blaſphemant contra beatiſsimam Virginem.
153 Maria Virgo ſtella fulgens in medio cæli eſt.
154 Maria Virgo omnibus omnia facta eſt ſecundum Bernardum.
155 Mariæ Virginis miſericordia maximè commendatur à B. Bernardo.
156 Maria Virgo quibus rebus aſsimiletur.
157 Virginitas B. Mariæ vaticinata fuit, & adumbrata multipliciter in veteri Teſtamento.
158 Vterus Virginis candidus & eburneus dicitur.

Sſ 2 159 Chri-

159 Chriſtus lapis abſciſſus de monte ſine manibus appellatur.

160 Maria Virgo in Adamo peccaſſe dicitur.

161 Maria Virgo debitum peccati originalis contraxit.

162 Maria Virgo ſanctificari, & præſeruari potuit à peccato originis in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

163 Maria Virgo iuxta D. Thomam, concepta fuit in peccato originali.

164 Maria Virgo ſanctificata fuit in inſtanti ſuæ cõceptionis, & quomodo.

165 Maria Virgo concepta fuit ſine vlla macula originalis peccati, & probatur multipliciter.

166 Maria Virgo præſeruata fuit ab illa ſententia Geneſ. 2. [Puluis es,] &c. iuxta D. Auguſt.

167 Propoſitiones ſacræ Scripturæ, quæ dicunt, omnes peccaſſe in Adamo quomodo intelligantur.

168 Maria Virgo quare non fuit præſeruata à pœnarum, & peccati originalis effectibus.

169 Maria Virgo altiori modo quàm nos fuit redempta per Chriſtum.

170 Propoſitiones Sanctorum aſſerentium B. Virginem fuiſſe cõceptam in peccato originali, quomodo intelligantur.

171 Maria Virgo aliter fuit immunis à peccato originis, quàm Chriſtus Dominus.

172 Mariam Virginem conceptam fuiſſe abſq; originali peccato, an ſit de fide.

173 Eccleſiam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, eorumq; celebratione, an ſit de fide.

174 Papa an poſſit errare in approbatione religionis.

175 Papa an poſſit errare in conceſſione indulgentiarum.

176 Reuelationes & miracula facta in fauorem immaculatæ conceptionis Virginis quam vim contineant.

177 Mariam Virginem fuiſſe conceptam, vel non, in peccato originali, neutrum eſt de fide.

178 Eccleſiam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, & inſtitutione alicuius ſancti, non eſt de fide. Eſt tamen temerarium.

179 Mariæ Virginis conceptionem celebrans Eccleſia, illam celebrat vt quid pium.

180 Eccleſiam non poſſe errare in approbatione alicuius religionis, vel in motiuo & fine, non eſt omnino certum.

181 Reuelationes & miracula facta in gratiam conceptionis Virginis, non faciunt rem de fide.

182 Papa an poſſit diffinire de fide B. Virginem fuiſſe conceptam abſque peccato originali, ex reuelationibus, & miraculis in eius fauorem factis.

183 Papa viâ ordinariâ ex ſolis miraculis & reuelationibus non poteſt diffinire de fide B. Virginem fuiſſe conceptam abſque peccato originali.

184 Papa viâ extraordinariâ diffinire poteſt de fide B. Virginem fuiſſe conceptã abſq; peccato originali ex ſolis miraculis & reuelationibus.

185 Maria Virgo dato quod ſit concepta abſque peccato originali, ſi mortua fuiſſet ante Chriſtum, an deſcendiſſet ad limbum.

186 Epiſtola Apoſtoli Thadæi, in illa ſexta particula. [Væ illis, qui in via Cain] &c. quid intendat.

187 Hæreticos noſtri temporis viuis coloribus deſcribit Apoſtolus Thadæus.

188 Hæretici propter lucra tẽporalia alios ſeducunt.

189 Illuminati hæretici appetitu libidinis, & ambitione honoris in plures errores inciderunt, & quæ mala inde naſcantur.

190 Obedientia quibus debeatur, vbi adducuntur plura exempla.

191 Adam ob inobedientiam à Paradiſo eiectus fuit, & per inobedientiam intrauit mors.





192 Noe per obedientiam fuit à diluuio liberatus, & alia de inobedientia.

193 Impius conſtitutus in profundo, nequit illuminari, quia lux loca recondita non poteſt penetrare.

194 Lapis durus per lucem non viuificatur, oculus cæcus non illuminatur, minùſque lingua arida fœcundatur.

195 Deus quantùm in ſe eſt lux æterna, ſemper alijs influere, & lumen infundere paratus eſt.

196 Duri ſicut lapis, cæci per rationis obfuſcationem, & aridi per laſciuiæ ardorem lucis influentiam minimè recipere poſſunt.

197 Deus eſt conditor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis.

198 Vir religioſus debet habere candorem caſtitatis interiùs & exteriùs, hypocritæ verò ſub ſanctitatis ſpecie exteriùs caſtitatem repræſentant, interiùs autem occultam luxuriam.

199 Simulatores faciliter per mentis elationem, & luxuriæ ardorem liquantur, ſicut vas vacuũ ad ignem poſitum.

200 Spes peccatorum vacua eſt, & eorum opera inutilia.

201 Illuminati ardore libidinis æſtuantes, tanquam febricitantes ſomniãt deliciarum fontes, nec poſſunt ſitim extinguere.

202 Calore & clamore abſtinendum eſt, ne impediant ſomnum contemplationis.

203 Vir iuſtus ſub vmbra dormit, quod denotat refrigerium.

204 Vir iuſtus quomodo dicatur dormire in oratione.

205 Animalia quæ non dormiunt, ex eo quòd non dicantur habere palpebras.

206 Cubiculum in Paradiſo facere debemus per contemplationem abſtractum ab omni cura templi.

207 Caſtitas quomodo cuſtodiatur.

208 Myrrha Aloe & Cinnamomo aſperſi cubile meum.

209 Reges [dormientes in gloria ſua inebriantur dulcedine, & carnalitate, ſicut vulnerati dormientes, & eorum Deus aliquo modo obliuiſcitur.

210 Luxurioſi fallacijs mulierum decepti, obliuiſcuntur Deum, & Deus eorum memor nõ eſt, & quæ ſequantur à tali ſomno dormiẽtium, Samſonis ſcilicet, Isboſeth, & aliorum, & de effectibus huiuſmodi ſomni, & num. ſeq.

211 Dormientibus, & obcæcatis quomodo ſit fugiendum.

212 Epulantes peccata luxuriæ ſolẽt exercere, ob quod mulieres irriſerunt Samſonem.

213 Luxuriâ facilè dæmon ſeducit vnumquemque.

214 Bona quæ homini per peccatum auferuntur, tria ſunt.

215 Timor Dei vbi non adeſt, innumera pullulant vitia.

216 Nubes ſine aqua à vento facilius circumagitãtur: & de alijs effectibus.

217 Impij quomodo ambulent, & quibus ventis circunferantur.

218 Vita hominis tranſit tanquam veſtigium nubis.

219 Homines obſtinati æquiparãtur onagris animalibus quæ domari non poſſunt.

220 Dracones ſunt naturâ ſitibundi, ſicut homines ambitioſi.

221 Ambitio quæ ſit.

222 Charitas quæ ſit & de eius effectibus ſecundum Bernardum.

223 Ambitioſi quibus aſſimilantur.

224 Ambitioſi natura quæ ſit.

225 Impij regnantibus, regnat peccatum.

226 Arbor mala non poteſt bonos fructus facere.

227 Arbor quæ bonos fructus non facit, bis mortua dicitur, ſicut homines peccatores.

228 *Arbor quæ non habet radicem radicatam, non poteſt fructus facere, ſicut homo in fide non firmiter fundatus.*
229 *Plantatio profunda iuxta aquarum decurſus, fructus producit vberrimos.*
230 *Homo aquâ diuinæ gratiæ irrigatus, grata opera Domino reddit.*
231 *Vir perfectus euadet, qui eſt irrigatus ad radices fidei humore gratiæ.*
232 *Fides firmitas eſt charitatis, charitas autem robur fidei.*
233 *Vir iuſtus ex fide viuit.*
234 *Venti quatuor pugnabant in medio maris.*
235 *Tribulatio & aduerſitas ſemper reperiuntur in mari.*
236 *Piſces delicioſe habitant in mari, & de eius qualitate & deſcriptione.*
237 *Equi ſignificant luxurioſos, quatenus ſunt amatores in fœminas, ſuntque ſideribus errantibus æquiparati, & nu. 238.*
239 *Draco magnus viſus, habens capita ſeptem.*
240 *Cometa vnde deriuetur.*
241 *Dominus venturus eſt aduerſus omnes, præſertim contra hæreticos.*
242 *Hæretici impij quicquid cogitant, ad carnis voluptatem faciunt, & dicuntur repleti omnibus defectibus mortalibus, & nu. 243.*
244 *Malitia hæreticorum facile percipitur.*
245 *Voluntatis actus duodecim ſunt ad aliquid peragendum, non ſemper formaliter, niſi tantum virtualiter, & quo ordine procedant in iudicialibus, & nu. 246.*
247 *Delicta præmeditata maiori pœnâ ſunt afficienda.*
248 *Inquiſitores condemnatos igni tradunt, hæreticorumque libros.*
249 *Apoſtolos combuſiſſe libros eorũ, qui fuerant ſectati varias doctrinas.*
250 *Defectus & qualitates impiorum hæreticorum, tanquam inimicorum Crucis Chriſti narrantur.*
251 *Diuites volentes fieri incidunt in laqueum diaboli.*
252 *Diuitias amans, fructum non capiet ex eis.*
253 *Auari dicuntur ſuperbi & crudeles.*
254 *Auaritia eſt radix omnis malitiæ, & mater vſuræ.*
255 *Temporalia ſunt quæ videntur, quæ verò non videntur æterna.*
256 *Inquiſitoris officium eſt contra eos qui ſe ſeparant à communione fidelium.*
257 *Hæretici per fictam religionem, & ſanctitatem decipiunt ſimplices.*
258 *Impij Chriſti crucifixores non ſunt auſi tunicam diuidere, quæ Eccleſiam ſignificat.*
259 *Deus vnus eſt ſuper omnia, per omnia, & in omnibus.*
260 *Ex Deo omnia profluunt.*
261 *Eccleſia noſtra nũquam diuiſa eſt, & quare.*
262 *Iudæi pertinaciâ ſe diuiſerunt à fidelibus ad ſimilitudinem Cain.*
263 *Chriſtus dicitur caput noſtrum, & fidelis paſtor.*
264 *Fides ſine operibus mortua eſt.*
265 *Vnitas fidei eſt vinculum perfectionis.*
266 *Iuſtificati ex fide pacem habent à Deo.*
267 *Vnitas eſt amanda, & à Deo petẽda.*
268 *Deus eſt pax.*
269 *Chriſtus Dominus populum Gentilium, & Iudaicum reconciliauit per mortis & Crucis perpeſsionem.*
270 *Deus proprio filio non pepercit.*
271 *Principes ſæculi, & mundi Monarchæ per vnitatẽ ad vnius domus cohabitationem deuenerunt.*
272 *Chriſtiani dicuntur membra Chriſti.*
273 *Chriſtus eſt caput Eccleſiæ.*
274 *Deo placere ſine fide, impoſsibile eſt.*





275 *Charitas calor eſt natiuus, viuificans animus.*
276 *Adam in animam viuentem factus erat primus homo.*
277 *Chriſtus Eccleſiæ caput, infundit varias functiones fidelibus.*
278 *Chriſtus cum ſit omnia, & in omnibus vnicuique dedit gratiam ſecundum menſuram donationis.*
279 *Similitudo ponitur inter corpus naturale & myſticum.*
280 *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.*
281 *Corpus licet vnum, multa habet membra, & omnia membra vnum in corpus ſunt.*
282 *Vnitas fidei admodum commendatur.*
283 *Carnifices, ſortem miſerunt ſuper tunicam.*
284 *Ego, & Pater vnum ſumus.*
285 *Genus humanum ex vno propagatum eſt.*
286 *Deus vnus, & omnia in vno.*
287 *Oculum vnum, & filium vnum habens maximè diligit.*
288 *Significatum de tribus viris portantibus tres hœdos, tres panes, & tres lagenas vini, & de Trinitate.*
289 *Deus, & natura diligunt vnitatem.*
290 *Fidei vnitas à nobis diligenda.*
291 *Significatum de illis verbis. [Faciamus tria tabernacula.]*
292 *Significatio de animali habente quatuor facies.*
293 *Fides deficit, vbi virtus deficit.*
294 *Exhortatio ad Catholicos in vnitatem fidei.*
295 *Qui non eſt mecum, contra me eſt.*
296 *Chriſtus IESVS eſt fundamentum fidei.*
297 *Lapis viuus ab hominibus reprobatus, à Deo verò electus.*
298 *Charitatem habentes, miſerabilium hominum ſtatum deplorabunt.*
299 *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte.*
300 *Charitas omnia ſuſtinet.*
301 *Amor charitatis omnia vincit.*
302 *Amor charitatis eſt ſpiritualis, fortis, & ſtrenuus: & multa de eâ.*
303 *Charitas traxit Deum de cælo in terram.*
304 *Charitas omnem languorem ſanat, & multa de virtute charitatis.*
305 *Charitas eſt radix omnium bonorum.*
306 *Charitas eſt mater Angelorum.*
307 *Gratia Dei eſt radix omnis meriti.*
308 *Omnes peccauimus.*
309 *Deus perficit omne bonum in nobis.*
310 *Regnum Dei in æternum non diſsipabitur.*

PRæmiſsis igitur his prælud*ijs, ac conſtitutâ & præfixa eiuſdem edicti formâ & diuiſione, ad expoſitionem & cõſonantiam illius cum Epiſtola Iudæ Thadæi gradum faciamus.
1 †Fuit etenim huius edicti archetypus Hiſpali promulgatus, ann. Dom. 1483. quo tẽpore fr. Thomas à Turre-cremata ex delegatione Sixti IIII. Põtif. Maximi confirmatione Innoc. VIII. ordine verò & permiſſu Catholicorum Regum Ferdinandi & Elizabethæ, in ditionibus Hiſpaniarum Inquiſitoris Generalis munus obeundũ ſuſcepit. Is quemadmodum B. Iud. Thad. Epiſtolam ſcripſit, & promulgauit quâ Chriſtianos omnes in vera religione confirmaret, & impios qui eius tẽpore ſubintroierant, Chriſtum abnegantes coerceret, occurrẽs procacitati, & impietati illorũ: ſic vt errores & hæreſes infeſtiſsimorũ Iudæorũ, qui eius ætate rabiem euo-

mouerant contra IESVM Chriſtum Dominũ noſtrum, eiuſque fidem & Eccleſiam Catholicam deleret, edictum eâdem ferè formâ conſtituit, & promulgauit. Hinc exhauſtum & deductum fuiſſe ex ea Epiſtola facilè percipi poteſt ex contextu, verbis, & ſentẽtijs, quia ſi acri iudicio perpendatur, mirificè cum prædicta Epiſtola cõſonare videbitur. Epiſtolam verò ab hinc mille quingentis, & pluſculis annis, ad hæc vſq; tempora Eccleſia Catholica Romana amplexa eſt, vt pote ſacram Canonicam, & legitimam (vt ex Concil. Trident. ſeſſ. 4. c. 1. probatur) & inter Catholicas ſcripturas ab Hieronymo, & Anacleto in ſuis Decretis loco 21. relatam & recẽſitam. Illa profectò in quatuor etiã partes vt edictũ fidei diuiditur.

3 Prima † pars ab ipſo exordio incipit, conatur enim Apoſtolus fideles ad fidei vnitatem, & conſtantem perſeuerantiã in doctrina fidei adducere.

4 Secunda † pars eſt contra fidei perturbatores in primitiua Eccleſiã, vbi hæreticos, eorumq; actiones depingit, & detegit.

5 In tertia † prædictorũ errores eliminat, atque condemnat, eorumq; ſophiſmatum illuſiones proponit & peſſimos illorum conatus deſcribit.

6 In quarta verò parte † docet quomodo hæretici ſint à nobis tractandi, & quibus medijs hoc fieri debeat. Athanaſius in argumento huius Epiſtolæ plura adducit exempla, eaque de cauſa operæpretium me facturum cenſui, ſi ſpeciatim ſingulas quaſque particulas ipſius euoluerem, & enodarem:

7 † ſeries ergo Epiſtolę eſt eiuſmodi.

Iudas IESV Chriſti ſeruus, Frater autem Iacobi: his qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto IESV conſeruatis, & vocatis; miſericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur: Chariſsimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de cõmuni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertare ſemel traditæ ſanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudiciũ) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & Dominum noſtrum IESVM Chriſtum negantes. Cõmonere autem vos volo ſciẽtes ſemel omnia, quoniam IESVS populum de terra Ægypti ſaluans, ſecũdò eos qui non crediderũt perdidit. Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit, ſicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeũtes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes, ſimiliter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemãt. Cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, nõ eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ: ſed dixit: imperet tibi Dominus. Hi autem quæcunq; quidem ignorant, blaſphemant, quęcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. Væ illis, qui in via Cain abierunt: & errore Balaam, mercede effuſi ſunt; & in contradictione Core perierũt. Hi ſunt in epulis ſuis, maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcẽtes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Prophetauit autem de his ſeptimus ab

Adam



Adam, Enoch, dicẽs: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerũt, & de omnibus duris quæ loquuti ſunt contra eum peccatores impij. Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam mirantes perſonas quæſtus cauſâ: vos autẽ, chariſsimi, memores eſtote verborũ, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri IESV Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in nouiſsimo tempore venient illuſores, ſecũdum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritũ non habentes. Vos autem, chariſsimi, ſuperædificãtes vosmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ Fidei, in Spiritu ſancto, orantes, vosmetipſos in dilectione Dei ſeruate, expectantes miſericordiam Domini noſtri IESV Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò ſaluate de igne rapientes. Alijs autẽ miſeremini in timore, odientes & eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam. Ei autem qui potens eſt vos conſeruare ſine peccato, & conſtituere ante cõſpectum gloriæ ſuæ immaculatos, in exultatione in aduentu Domini noſtri IESV Chriſti, ſoli Deo Saluatori noſtro per IESVM Chriſtum Dominũ noſtrum gloria, & magnificentia, imperium, & poteſtas ante omne ſæculum, & nunc, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

8 In hac Epiſtola † cõuocat Apoſtolus cũctos fideles vt pro fide Catholica ab hæreticis per omnes ætates oppugnata, vnà decertent; & nos vt eorum conuerſationem & commercium fugientes, nobis conſulamus. Cæterùm quia plurimum ad inſtitutum noſtrum conducit, antequã quæſtiones ex edicto fidei deſumptas diſcutiamus, theſes & articulos huius ſacræ & Canonicę Epiſtolę minutim exponere, ad eliciẽdum & enucleandum veræ & viuæ fidei iactũ fundamentum, idcirco ab eo exordiri libet: ab hoc enim proculdubio tota materia facilè accipietur. Sic ille.

9 Iudas † IESV Chriſti ſeruus, Frater autem Iacobi, ijs qui ſunt in Deo patre dilectis & Chriſto IESV conſeruatis, & vocatis, miſericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.

10 Si † ſanè prædicta verba perpendantur, facilè hujus edicti Apoſtolicam autoritatem cum antiquitate & neceſsitate coniunctam quiſq; fide-
11 lium deprehẽdet. † Inſtitutum enim S. Thadæi in Epiſtola mirabilem exhortationem, & inſignem fidei confeſsionem continet, quæ fidei vigilãtes obſeruatores munit ac corroborat, eiuſdem autem fidei corruptores & violatores labefactat. Quapropter Apoſtolus loquens de fide ad Epheſ. 6. ſic ſcribit [Vos accipite armaturam Dei in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere,] quia fides eſt radix vnde pullulãt omniũ bonorum genera & munimentũ contra omnia
12 aduerſariorũ mala. † Probatur ex text. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. fidei verò fructus vberrimos egregiè conſiderans Aug. de verbis Apoſtoli ſerm. 1. in hęc verba irruit. [Nullæ quippe ſunt maiores diuitiæ, nulli theſauri, nulli honores, nulla huius mundi maior ſubſtantia, quàm eſt fides Catholica, quę peccatores omnes ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, Catechumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitẽtes reparat, iuſtos augmẽtat, martyres coronat, virgines, viduas, & cõjugales caſto pudore cõſeruat clericos ordinat, ſacerdotes conſecrat, re-

Sſ 5 gnis

guis cæleſtibus præparat in æterna
hæreditate, cum Angelis ſanctis cō-
municat:] audiamus etiā S. Apoſtolos
deprecantes ſimiliter autorem fidei,
& exclamātes Luc. 7. [Domine adau-
ge nobis fidem vt tanto dono corro-
borati tua ardua præcepta perficere
poſsimus,] quib. conſonāt verba illa
Iob. c. 6. dicentis. [Opus hoc eſſe Dei,
vt credamus in eum qui miſit te,]
13 † opus namq; fidei diuinæ eſt inceſ-
ſanter iniurias pati & ignoſcere, de-
linquentem corripere, ſcandala vita-
re, bonos præmio allicere, & impro-
bos ſupplicier terrere, & quod ma-
ius & difficilius eſt, intellectū in eius
cōſtringere obſequio, quæ omnia In-
quiſitores per ſuum edictū perficere
& ſtabilire intendunt, tanquam fidei
defenſores, & propugnatores verbis
ſuprà citatis imitētes, inſtitutū Apo-
ſtoli ſequentes, & eorum imitatores;
c. vt Inquiſitionis in prin. de hær. lib.
6. Clem. multorum eod. tit. Albert. in
Rub. de hæret. lib. 6. q. 5. nu. 3. Verùm
quia edicti introitus cōmunem fidei
ſalutem exoptat, atq; precatur; quod
huius ſancti & Apoſtolici officij pro-
prium eſt munus, vt doceret Inquiſi-
14 tores fidei quid acturi eſſent, dicit. †
[Chariſsimi, omnē ſolicitudinem ſcri
bendi vobis de communi veſtra ſa-
lute, neceſſe habui ſcribere vobis de-
precans ſupercertare ſemel traditæ
ſanctis fidei.] Quibus verbis Inquiſi-
tores edocti, & autoritate Apoſtolicā
quâ vtuntur. c. ne aliqui. c. per hoc. de
15 hæret. lib. 6. dicunt: † [Mandauimus
dari & publicari edicta vt impij dete
16 gantur, & debitâ pœnâ afficiātur. †
Et in primis ſolicitudinem Apoſtoli-
cam de integritate fidei Catholicæ
explicat aduerſus Iudæos, quibus in
edicto primus locus datur. Et hoc per
motus nimio charitatis affectu, ſicut
& Paul. qui 2. Cor. 11. dicebat. [Inſtā-
tia mea quotidiana, ſolicitudo om-
nium Eccleſiarū,] quæ à Paulo repu-
tabatur omnium laborum ſuorū ma-
ximus, eò quòd in cura & perfecta di
ligentia, pro omnium fidelium ſalute
decertaret, & æſtu eximij amoris pro
17 fratribus anathema eſſe cupiebat. †
Per communem autem ſalutē Apo-
ſtolus Thadæus fidem intelligit, quia
18 fides vt ſuprà tetigimus, radix † eſt
omnium bonorū, & inſuper initium
noſtræ iuſtificationis: ſine qua impoſ-
ſibile eſt placere Deo: vt diffinit Cō-
cilium Tridentinum ſeſſ. 6. c. 5. & do-
cuit Paul. ad Hebr. 11. At potiſsimùm
ſi firmata eſt charitas ad ſalutem cō-
munem, prodeſt quæ in fide & Chri-
ſti dilectione ſita eſt, quam & Apo-
ſtoli tradiderunt, Prophetæ prædica-
runt, & martyres effuſione ſanguinis
19 confirmarunt. † Eſt enim fides inter
virtutes ſicut mater inter filias, ſicut
ſtirpes inter frōdes, ſicut caput inter
membra exteriora, ſicut cor inter
membra interiora: Quare ſicut in na-
tura ſecundum Ariſtotelem primùm
formatur cor inter alia membra, quia
eſt primum quod viuit, & vltimum
quod moritur, ſic verè nobis debet
eſſe principalis & præcipua cura de
fide noſtra primò & ante omnia be-
ne formanda, & ordināda: quia re ve-
râ fides vt pes ſuſtentat, vt oculus di-
rigit, vt cor viuificat, & conſtantiam
atque perſeuerantiam conſummat.
Charitate igitur motus eos inſtrue-
re & in fide ſtabilire cupit, ne à per-
uerſis hæreticorum fraudibus, & in-
extricabili laqueo decipiantur & in-
nodentur. Vtrumq; hoc anxiè illum
ſolicitat, vt noſtræ communi ſaluti
proſpiciat, nō enim eſt alia fides quæ-
renda ab ea quam ſemel accepimus.
Vnus enim Dominus, vna fides.
Vnum baptiſma. Vnus Dominus, &
20 Pater omnium † cap. 1. diſtinct. 15.
cap. baptizandos. cum ſequentib. de
conſecrat. diſtinct. 4. cap. 1. de ſum-
ma



ma Trinit. Concil. Trident. ſeſſ. 3.
cap. 1. & ſeſſ. 6. cap. 7. Hinc depre-
catur Apoſtolus ſupercertare fidei,
id eſt, pro fide validè certare, & ſtre-
nuè pugnare. Hic enim Thadæus
Græco vſus eſt verbo ὑπερμαχεῖν, in
quo vt in alijs verbis ὑπὲρ cum ſui
compoſitione ὑπεροχὴν ὑπαγορεύει, id
eſt, denotat præſtantiam, vt notauit
Euſtathi. in Iliad. Hom. ψ. quaſi Chri-
ſtiani ſupercertent opera edendo
legi conſona, tentationibus reſiſten-
do, lacrymis ieiunijs, vigilijs, & oratio
nibus eleemoſynis proximorum mi-
ſerias ſubleuando, & noſtra peccata
redimēdo, vt prædixit Daniel, ſuper-
certare etiam deprecatur vſq; ad ſan
guinem vt dicebat Paul. ad Hebr. 12.
[Nondum vſque ad ſanguinem reſti-
tiſtis aduerſus peccatum repugnan-
tes,] parum enim eſt ſupradicta præ-
ſtare, ſi cum repugnantia & reſiſten-
tia quæ peccato fieri debent compa-
rentur, per peccatum autem princi-
paliter intelligit Paul. infidelitatem,
quod peccatorum eſt grauiſsimum:
quia in peruerſitate opinionis conſi-
ſtit, & præcipuè à Deo mentem ſe-
parat & vehemētem opinionem de
Deo ab eius cognitione remouet;
quæ principium omnis boni cenſe-
tur, cuius tres ſpecies poſuit Turre-
cremata in ſumma Eccleſ. lib. 3. c. 61.
numer. 4. huic infidelitatis peccato
Chriſtus Dominus vſque ad mortem
reſtitit, & nos cuius veſtigijs inhæ-
rentes vſque ad vitæ propriæ con-
temptum reſiſtere debemus, vt pec-
catum deſtruamus ſcientes (inquit.
D. Iacob. c. 1.) quod probatio fidei
noſtræ patientiam operatur, patien-
tia autem opus perfectum habet,
tunc demum ſumus perfecti, & in-
tegri & in nullo deficientes. Et
nos per martyrium & mortis angu-
ſtias (quod eſt Chriſto teſtimonium
perhibere) probatos oſtēdimus ſuper
certare ſemel traditæ ſanctis fidei,
laboribus & vigilijs fidem adiuuare,
& in ea publicanda, ſuadenda, & de-
fendenda, ſolicitè & vigilantius ela-
borare, & hoc ſemel quod idem eſt
ac immutabile eodem modo ſe ſem-
per habeat, vt eleganter docuit S.
Thom. part. 2. quæſt. 106. artic. 4. quia
vt Iob teſtatur cap. 33. [Semel loqui-
tur Deus, & ſecundò idipſum non
repetit,] quem locum explicās Hie-
ronymus, ſic ait: [Vbi ſemel Deus lo-
qui ſignificatur, ſtabilita & diffinita
eius ſententia demonſtratur.] Quia
iam non eſt expectanda noua doctri-
na fidei; & ita omnis nouitas in ea
falſitatis, & vanitatis argumentum
euidens eſt: adeò vt poſt Chriſtia-
næ vitæ ſemel receptam doctrinam
Chriſti, & traditiones Apoſtolorum
non liceat nobis vel Angelos contrà
Euangelizantes audire, præterquam
quod Euangelizatum eſt, vt ſcribit
D. Paul. 2. Corinth. cap. 11. & habe-
tur in c. omnis. 24. quæſt. 1. & 2. Ioan.
cap. 1. Quare rogatus Abraham à di-
uite illo qui ſepultus eſt in inferno
vt mitteret Lazarum in mundum
Lucæ 16. reſpondit: [Habent Moy-
ſem & Prophetas, ſi illis non credi-
derint, nec mortuos reſuſcitatos au-
dituri ſunt,] quibus verbis Chriſtus
Dominus apertiſsimè demonſtrat
quantùm nos aſſentiri obedireque
debeamus fidei & ſcripturis, illiſque
adhærere. Quandoquidem non vo-
luntate humanâ allata eſt Prophetia
ſed Spiritu ſācto inſpirati locuti ſunt
ſancti Dei homines, vt legimus 2.
Petr. 1. vbi hæc ſunt. [Cui benefaci-
tis attendentes quaſi lucernæ lucē-
ti in caliginoſo loco, donec dies elu-
ceſcat, & Lucifer oriatur in cordi-
bus veſtris,] hoc enim firmiſsimum
eſt fidelium præſidium aduerſus hæ-
reticos, & Chriſti inimicos. At ſenſus
elegantiſsimus & omniū præſtantiſ-
ſimus prædictorum verborum. [Su-
percertare fidei,] is eſt: vt nos con-
temni,

tęmni,patiamur pro fide:nec tãtum
vt contemni patiamur, ſed etiam vt
nos contemni parui faciamus, &
omnino ſpernamus. Id verò Chriſti
exemplo qui vt nos redimeret non
aliter quàm moriendo mortem no-
ſtram deſtruxit, nobis relinquens
exemplum, vt eius veſtigia ſeque-
remur,omnes moleſtias & tentatio-
nes huius vitæ non ſolùm patienter
tolerando, ſed etiam alacriter quæ-
rendo,& ſuſcipiendo: dicit enim Ia-
cob.c.1.[Omne gaudium exiſtimate,
fratres mei, cùm in varias tẽtationes
incideritis.]Hac conſideratione im-
pulſi Apoſtoli Act.5.[Ibant gauden-
tes à conſpectu conſilij, quoniam di-
gni habiti ſunt pro nomine IESV cõ-
tumeliam pati,] hoc enim verè eſt
ſupercertare fidei: hoc eſt fide ita
certare vt nullis vnquam aduerſita-
tibus perterrita, victrix aſſurgat,
ſcientes,vt monet Ioann.in Canoni-
ca.1.cap.5.quod hęc eſt victoria quę
21 vincit mundum,fides noſtra:† cuius
fidei triumphum mirum in modum
extollit Paul. ad Hebræos 11. enu-
merans patres, qui fidei ſe ſubijcien-
do mirabile teſtimonium ſui relique-
runt,[Iuxta fidem (inquit) defuncti
ſunt omnes non acceptis repromiſ-
ſionibus,ſed à longè eas ſuſpicientes,
& ſalutantes (quibus tanquam præ-
ſentibus vtebantur) fide diſtenti
ſunt,& ludibria, & verbera experti,
inſuper vincula,& carceres: lapidati
ſunt,ſecti ſunt,tentati ſunt, in occi-
ſione gladij mortui ſunt, circumie-
runt in melotis in pellibus caprinis,
egentes,anguſtiati,afflicti,quibus di-
gnus non erat mundus,in ſolitudini-
bus errantes,in montibus, & ſpelun-
cis,in cauernis terræ, & hi omnes te-
ſtimonio fidei probati non acceperũt
repromiſsionem Deo pro nobis me-
liùs aliquid prouidente, vt non ſine
22 nobis conſummarentur,]† hoc teſti-
monium fidei Thadæus Apoſtolus à
nobis expoſcit vt propter fidem vin-
cti, fide victores euadamus. Hæc vt
inuiolabilis permaneat vſque ad ſan-
guinem nobis reſiſtendum eſſe dicit.
Tum paulò pòſt exploratâ hæretico-
23 rum prauitate,eos deſcribit dicens:†
[ſubintroierunt enim quidam homi-
nes, qui olim præſcripti ſunt in hoc
iudicium impij Dei noſtri gratiam
transferentes in luxuriam & ſolum
dominatorem, & Dominũ noſtrum
IESVM Chriſtum negantes,] ha-
ctenus ille. Vnde Inquiſitores appo-
nunt illam clauſulam in edicto,dum
24 Iudæorum recenſent errores,†[Prę-
cipientes vt vnuſquiſq; denunciet
quos ſciuerit Chriſtianos legem Mo-
ſaicam obſeruare, vel eiuſdem ritus,
ac cæremonias celebrare, vel Meſ-
ſiæ aduentum adhuc expectare.]
25 Suſceptâ † hinc occaſione primùm
omnium, Apoſtolus eos execratur,
qui Euangeliũ recuſant,quod Chriſti
expectatio, & eius aduentus teneat
26 eos ſuſpenſos. † In qua cæcitate, &
errore permanent Iudæi, quia Chri-
ſtũ negauerunt. At illam eandem cæ-
citatẽ in perſona Domini ad viuum
expreſsit,& prædixit Propheta Hier.
5.dicens:[Præuaricatione præuarica-
ta in me domus Iſrael, & domus Iu-
da,ait Dominus. Negauerunt Domi-
num,& dixerunt:non eſt ipſe] expe-
ctantes alium qui Antichriſtus eſt,&
Ezech.12.[Factus eſt ſermo Domini
ad me dicens: fili hominis in medio
domus exaſperantis tu habitas: qui
oculos habent ad videndum, & non
vident, & aures ad audiẽdum & non
audiunt,]& Eſai 53.dicitur.[Non eſt
ei ſpecies,neq; decor & vidimus eũ,
& non erat aſpectus: & deſiderani-
mus eum deſpectum, & nouiſsimum
virorum,virũ dolorum,& ſciẽtem in-
firmitatem,& quaſi abſconditus vul-
tus eius, & deſpectus: vnde neq; re-
putauimus eum,] quibus ſanè verbis
apertè incrudelitatem Iudæorum ſi-
gnifi-



gnificabat Propheta, à quibus viſus
eſt Chriſtus non habere ſpeciẽ neq;
decorẽ. Vnde neq; reputatus eſt eſſe
Deus;quẽ tamen quia non erant co-
gnituri neq; recepturi,idẽ Eſai.c.1.ap
probat,dicẽs:[audite cæli & auribus
percipe terra, quia Dominus locu-
tus eſt,filios enutriui,& exaltaui, ip-
ſi autem ſpreuerũt me:cognouit bos
poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe
Domini ſui,Iſrael autem me non co-
gnouit:& populus meus nõ me intel-
lexit.]Et Matth.13.verſ. 15.[Auditu
audietis,& non intelligetis & cerne-
tis:videbitis, & non ſcietis:incraſſatũ
eſt enim cor populi huius,]viderunt
namq; Iudæi & cognouerũt, vt mox
dicemus:& blaſphemauerũt claman-
tes:[crucifige,crucifige eũ,nos enim
non habemus regem niſi Cæſarem,]
27 †vt enim docet D.Tho.3.p.q.47.ar.5.
perſecutores maiores Chriſti, id eſt,
principes Iudæorum optimè cogno-
uerũt illum eſſe Chriſtũ:etſi non co-
gnouerint eſſe filiũ Dei,& probatur.
Primò,quoniam omnia ſigna videbã-
tur in eo quæ prædixerunt futura eſ-
ſe ipſi Prophetę.Secũdò ex D.Matth.
c.21.vbi [agricolæ vidẽtes filium, di-
xerunt intra ſe:hic eſt hæres: venite,
occidamus,]vbi per agricolas ſignifi-
cantur maiores,& doctores illius po-
puli. Tertiò id cõfirmatur ex D.Hie-
ronymo, qui ex eiſdem verbis pro-
bat,non per ignorantiam,ſed per in-
uidiam Chriſtum Dominum cruci-
28 fixiſſe.† Nicol. verò de Lyra in Mat-
thæ.c.21. addit:maiores Iudæorũ qui
Chriſti mortem procurarunt,non ſo-
lùm cognouiſſe illũ eſſe Meſsiam ſed
eſſe etiã Filium Dei:quod ita probat.
Nam ſicut ſcriptura manifeſtè loqui-
tur de aduentu Meſsiæ; ita quoq; de
illius diuinitate.Eſai.c.3.[Paruulus da
tus eſt nobis,& filius natus eſt nobis:
cuius imperium ſuper humerũ eius,
& vocabitur admirabilis, cõſiliarius,
Deus fortis,&c.] qui locus ſecũdum
Hebræos intelligitur de Meſsia: &
Ierem. 23. dicitur: [Suſcitabo Dauid
germen iuſtum, & regnabit Rex, &
ſapiens erit,] & poſtea: [Hoc eſt no-
men quod vocabunt eũ,Dominus iu
ſtus noſter,] vbi in Hebræo ponitur
tetragrammaton יהוה quod de nul-
lo niſi de Deo vero dicitur. Præterea
miracula Chriſti naturâ ſuâ perſpi-
cuè demonſtrabãt, ſaltim moraliter,
illum eſſe verũ Deum. Sicut ergo ex
primo colligunt D.Auguſt.& D.Tho.
& alij Iudæos cognouiſſe Meſsiã; ita
quoq; ex ſecundo colligit ipſe Lyra-
nus eos cognouiſſe Chriſtum verum
eſſe Deum. Præterea ex ſignis & mi-
raculis omne humanitatis faſtigium
exſuperantibus, rerum ſupernatura-
lium Opificem illũ eſſe ſatis ſciebãt.
Itaq; hoc idem illis exprobrat Ioan.
c.15.[Si non veniſſem & locutus eis
fuiſſem,peccatũ non haberent:nunc
autem & viderunt, & oderũt me, &
& Patrem meum,]quod nõ eſſet ve-
rum,niſi illũ cognouiſſent non ſolùm
eſſe Chriſtũ,ſed etiam Deum. Vnde
oriebatur eorũ in Chriſtũ odium, vt
in Patrem etiam extenderetur æter-
nũ. Deinde quia D.Hieronym. loco
citato nõ ſolùm docet Iudæos ex in-
uidia & odio occidiſſe Chriſtum,ſed
etiam filium Dei:ſentit ergo non ſo-
lùm cognouiſſe eſſe Meſsiã,ſed etiam
eſſe Deum. Id quoq; confirmatur ex
D.Chryſoſtomo, & ex Beda quos d.
artic. citat D.Thomas. Addit tamen
Nicolaus de Lyra, licet à principio
cognouerint illũ. Poſtea tamen cùm
cepit in eorum vitia prædicationis
aculeos inijcere, inuidiæ velo & odij
nube excæcatos eos amiſiſſe cogni-
tionem illam verã quam de illo priùs
conceperant. Eo modo per ignoran-
tiam quandam illius mortem precu-
raſſe. Quemadmodum (inquit) incõ-
tinentiæ laqueis inuolutus, licet à
principio cognoſcat malũ,non ſolùm
in communi,ſed etiam in particulari,
& ſatis

& ſatis ipſe ſciat fornicationem eſſe
peccatũ, quia tamen exuberãte paſ-
ſione amittit illã animi conſideratio-
nem,quãdiu perſtat in eo paſsio, quo
dammodo peccare dicitur ex igno-
29 rantia.† Viderunt ergo Iudæi, & co-
gnouerunt Chriſtũ eſſe Meſsiam, &
verum Deum verè & propriè, & ma-
litiâ & inuidiâ excæcati ipſum abne-
garunt. Tantâ peccati grauitate tur-
piter & infideliter lapſi ſunt in varios
errores,in falſos ritus,& ridiculas cę-
remonias,quæ omnes in edictis fidei
quotannis enumerãtur. Atq; vt non
de Iudæis tantùm, ſed de hæreticis
quoq; recitentur errores aliquot im-
pij Lutheri,& ſequacium, quorũ ſe-
cta inſilit in virtutem, & efficaciam
ſacramentorum,in Sanctorum inuo-
cationem, imaginũ ſanctarum ado-
rationem,ac Summi Pontificis Chri-
ſti vicarij poteſtatem.
Sed quia de ſingulis his in ſuis locis
diffusè ſatis agitur,tantũ in præſentia
cõtra hæreticos doctrinam ſacramẽ-
torũ ex ſcriptura ſacra, & ſanctorum
Patrum autoritate breuitate quãpo-
terimus proponemus,tanquã noſtro
edicto maximè cõſonam & neceſſa-
30 riam.†Hęreticorũ præcipuus finis,&
ſcopus eſt,ſacramenta Eccleſiaſtica à
quibus vniuerſa fideliũ ſalus depen-
det, vel in totũ vel in partem nega-
31 re & abolere. † Exſtiterunt quidam
hæretici, qui omnia ſacramenta &
ſigna ſenſibilia deteſtabantur, & de-
ſpiciebant, tanquam inania & ineffi-
cacia,& vtriuſq; gratię vacua,& ege-
na,ij appellati ſunt Archõtici ab Epi-
phanio hæreſi 40. & à Theodoreto
lib.1.de hæreticorũ fabulis, vt refert
Bellar.2.tom.de ſacram.lib.1. in prin.
32 † contra hos tamen hæreticos exſtat
expreſſa diffinitio Concilij Trident.
ſeſſ.7.Canon.7.cuius hæc ſunt verba.
[Si quis dixerit ſacramẽta nouæ legis
non eſſe omnia à IESV Chriſto Do-
mino noſtro inſtituta, anathema ſit,]
quæ ſanè verba ita intelligenda ſunt
vt immediatè ea inſtituerit:nã quod
mediatè ſint inſtituta à Chriſto,nemo
vnquam quantumuis hæreticus du-
bitauit. Id verò euidenter probatur
ex ſcriptura, in qua Apoſtoli tantùm
vocantur diſpenſatores, & miniſtri
myſteriorum Dei. Ita Paul.1. ad Cor.
4. vbi dicit: [Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores
myſteriorum Dei:] ſolùm igitur ipſi
tanquam miniſtri miniſtrarũt, & pro
mulgarunt ſacramẽta à Chriſto Do-
33 mino inſtituta,quemadmodum fecit
Moyſes de ſacramentis veteris legis,
quæ etiam immediatè à Deo fuerũt
inſtituta, vt conſtat ex Exodo,& Le-
uitico: vbi ſæpiſsimè dicitur: [Lo-
quutus eſt Dominus ad Moyſem.] Si
ergo illa ſacramenta immediatè fue-
runt inſtituta à Deo, & promulgata à
Moyſe, multò magis id conueniens
erat in ſacramentis nouæ legis, quæ
34 potiora ſunt & excellentiora.†Sacra-
mẽta autem omnia habere vim cõfe-
rendi gratiam ex meritis Chriſti do-
cet & probat D.Thom.3.p.q.62.ar.5.
35 † Fluxerunt enim ex latere Domini
perfoſſo in cruce,vnde manauit ſan-
guis & aqua. Apoſtolus ad Epheſ. 5.
[Chriſtus dilexit Eccleſiã & tradidit
ſemetipſum pro ea,mundans eam la-
uacro aquæ,in verbo vitæ,]& conſe-
quenter præclarè Aug. nomine om-
nium Patrum.q.84.in Leuiticum, ita
loquitur:[Sine ſanctificatione inuiſi-
bilis gratiæ viſibilia ſacramenta quid
proſunt?]& lib.19.contra Fauſtum c.
11. ita habet? [Sacramentorum vis
inenarrabiliter valet plurimùm, &
ideo contempta, ſacrilegos facit,im-
piè quippe cõtemnitur ſine quo non
36 poteſt perfici pietas,]† quòd verò ſa-
cramenta debeãt eſſe ſigna ſenſibi-
lia,hęc eſt eorum proprietas:nam ſa-
cramẽtum intrinſecè & eſſentialiter,
eſt cæremonia religionis. Cæremo-
nia autem eſt actus externus: quare
ſancti



ſancti Patres paſſim docẽt ſacramen-
ta eſſe veſtigia quædam,& (vt ita di-
cã) manuductiones ad ſpiritualia, &
inuiſibilia.Ita D.Aug.ea vocat ſigna-
cula,vt de catechizandis rudib.c.26.
& verba viſibilia,vt lib.19.cõtra Fau-
ſtum c.16.Idem docet D. Dionyſius.
c. 1. Eccleſiaſticæ hierarchiæ, & alij
Patres Græci.Sed vbi ſacra Scriptura
id apertè teſtatur,nõ eſt opus aliã au-
toritate.nam Gen.17. circuncîſio di-
citur ſignũ fœderis,& ad Rom.6. ba-
ptiſmus dicitur, ſignum ſepulturæ &
reſurrectionis & 1.ad Cor.11.Eucha-
riſtia dicitur ſignũ paſsionis, & mor-
tis Chriſti.c.fin.15.diſt.c.ſcriptura.de
cõſecrat.diſt.2.& c. iteratur.eãd.diſt.
c.ſaluatur.1.q.3.c.fi.24.q.3.& ad Ephe.
5.matrimonium dicitur,ſignum con-
37 iunctionis Chriſti & Eccleſiæ.† Si au-
tem ſigillatim id quod in communi
tradidimus, de quolibet ſacramento
velimus confirmare, id breui, & ex-
peditâ verborum ſerie conficiemus.
Primùm quidem,incipiẽdo à baptiſ-
mate, quod initium eſt & ianua cæ-
terorum ſacramentorum, per quam
primitias ſpiritus accipimus, & prin-
cipium alterius vitę,vt ſit nobis rege
neratio & ſigillum,& cuſtodia,& illu
minatio,ita Damaſ. in 4.ſent.& ibid.
S.Tho.diſt.4.q.1.art.1. text. in c.cum
itaq; in fine.de conſecrat.diſt.4.nihi-
lominus hoc ſacramentum multi ab-
negarunt,vt autor eſt Tertullianus,
initio libri de baptiſmo, quos Gaia-
nos appellauit.Manichæi quoq; illud
reiecerunt, vt refert Aug.hæreſi 46.
ſimiliter & Seleuciani, teſte eodem
38 Auguſtino hæreſi 59.† At verò quis
neſcit baptiſmum Chriſti inſtitutum
eſſe? & ab eo ſanctificatum, cùm ipſe
in Iordane à Ioanne baptizatus ſit?
Hinc catechiſmus Cõcilij Tridenti-
ni,& Magiſter cum S.Thoma, & alijs
39 li.4. diſt.3.†Notandũ eſt, verbo Chri
ſtum ibi non docuiſſe materiam aut
formam baptiſmi; ſed tantùm ſta-
tuiſſe aquam eſſe materiã baptiſmi,
& formam inuocationem Trinitatis;
hoc autem poſtea declarauit Diſci-
pulis ſuis,prę cęteris autem Nicode-
40 mo.Ioann.3. † Cùm enim aquas ſuæ
mundiſsimæ carnis contactu conſe-
crauit,ex eo ſanxit illas vt eſſent ba-
ptiſmi materia, & ipſis contulit vim
ſanctificandi,vt communiter docent
Tertullian.lib.contra Iudæos cap. de
paſsione, Hilar. Canon. 2. in Matth.
Ambroſ.lib.2.in Luc. cap. 12. Hiero-
nym. in Dialog. cõtra Luciferianos.
Nazianzenus in oratione in ſancta
Lumina,& Beda in cap.3. Lucæ.For-
mam baptiſmatis etiam determina-
uit, quia illic in ſenſus decidit,& ap-
paruit tota Trinitas, vt conſtat ex
Matthæo capit.3. [Cæli aperti ſunt,
vox Patris audita eſt,Spiritus ſanctus
apparuit in ſpecie columbæ, & filius
41 Dei in carne viſibili aderat;] † Vbi
etiam vt teſtatur Hilarius loco cita-
to ſimul declaratus eſt effectus ba-
ptiſmi à Chriſto inſtituti.[Baptiſmus
enim cælos aperit, baptizatos Pater
æternus in filios adoptat, & Spiritus
ſanctus ſuâ gratiâ atq; donis replet.]
42 † Baptiſmus verò Chriſti ante eius
mortẽ neceſſarius non fuit,neceſsita
te medij,aut pręcepti,cùm lex vetus
vſq; ad mortem Chriſti vim habue-
rit: & Dominus ipſe pridie quàm pa-
teretur cæremoniam agni Paſchalis
43 obſeruauit. † Poſt mortem autem
Chriſti,eius baptiſmus cepit eſſe ne-
ceſſarius,neceſsitate medij,& pręce-
pti: non tamen niſi à die Penteco-
ſtes; & ratio manifeſta & efficax eſt,
vt docet S.Tho.1.2.q.90.ar.4.& habe-
tur in Decret. diſt.4.c.in iſtis tempo-
44 ralibus. circa principium. † Lex non
habet vim niſi poſt promulgationem
ſolennem,& idem docuit Cõcilium
Trident.ſeſſ.6.c.4.loquens de baptiſ-
45 mo. † [Hæc autẽ promulgatio nouæ
legis, facta eſt in die Pentecoſtes:
quod ita cõueniens fuit, quia myſte-
ria

ria noſtræ redemptionis cōpleta fuê-
re in aſcēſione Chriſti Domini, & ita
ex tunc vim habere ceperunt verba
illa Chriſti Ioann. 3. dicta Nicodemo.
[Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &
Spiritu ſancto, non poteſt introire in
46 regnũ cælorum.] † Ex quibus verbis
comprobatur baptiſmũ eſſe verum
ſacramentum, & ex illis Apoſtoli ad
Epheſ. 5. dicentis eſſe lauacrum aquę
in verbo vitę, & ad Tit. 3. [Saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis,]
& Matth. vlt. [Baptizantes eos in no-
mine Patris & Filij & Spiritus ſancti:]
& ibidē, [Qui crediderit & baptiza-
47 tus fuerit ſaluus erit,] † ex quibus
etiā locis euidenter oſtenditur in ſa-
cramētis eſſe virtutē conferendi gra
tiam. Nam baptiſmo tribuitur ius ſal-
uandi, & non ſaluat niſi iuſtificando,
& à peccatorum ſordibus abluendo.
48 † Huius ſacramenti variæ extiterūt
figuræ quæ ipſum adumbrarūt: quod
totum factum fuit (vt docet Chryſo-
ſto. ſuper Ioan. c. 5.) vt efficacia huius
ſacramenti incredibilis non cēſere-
tur. Inquit enim [Futurũ erat baptiſ-
ma plenũ maximę poteſtatis, & gra-
tiæ purgaturum peccata, & pro mor-
tuo viuum effecturum.] Prima ergo
figura in lege veteri fuit ſpiritus Do-
mini, qui ferebatur ſuper aquas, eas
viuificans & fœcundans, vt vim con
tinerēt procreādi animalia, & piſces.
Ita & baptiſmus à Spiritu ſancto vi-
talem vim accepit, vt nouos homi-
nes procrearet & regeneraret; ſic do
cent Tertullian. in lib. de baptiſmo,
Hieronym. in Epiſt. 83. ad Oceanum.
Secunda fuit arca Noe ſaluans homi-
nes in diluuio, ita explicat D. Petrus
Epiſt. 1. c. 3. dicens: [In diebus Noe cū
fabricaretur arca, in ipſa animæ ſaluę
factę ſunt, quod & vos nūc ſimilis for
mæ ſaluos facit baptiſma.] Tertia fi-
gura erat Circunciſio, vt docet Apo-
ſtolus ad Coloſſ. 2. quibus dicit [Cir-
cūciſi eſtis Circūciſione nō manu fa-
cta in exſpoliatione corporis carnis;
ſed in circūciſione Chriſti conſepul-
ti, & in baptiſmo, in quo & reſurrexi-
ſtis per fidem operationis Dei qui ſu-
ſcitauit illum à mortuis.] Quarta fuit
mare rubrum. & idem ſcribit 1. ad
Cor. 10 ſic locutus. [Nolo enim vos
ignorare, fratres, quoniā Patres noſtri
omnes ſub nube fuerūt, & omnes ma
re tranſierūt, & omnes in Moyſe ba-
ptizati ſūt in nube, & in mari]. Quin
ta fuit Iordanis, vt legimus 4. Reg. 5.
vbi Naaman princeps militiæ Regis
Syriæ præcepto Eliſei Prophetæ, in-
greſſus Iordanem, lauit ſe & munda-
tus eſt à lepra. Sexta fuit Piſcina Pro-
batica: Ioan. 5. Septima reſtitutio vi-
ſus ei qui fuerat cæcus à natiuitate:
Ioan. 9. Ita intelligit Aug. tract. 44. in
Ioannem. Et aliæ innumeræ, quas lō-
gum eſſet referre, quid igitur garru-
lant hæretici negantes ſacramētum
baptiſmi, & eius efficaciā ad ſalutem
animæ prodeſſe? Hoc vno retundi
illos par eſt Concilij Trident. in ſeſſ.
7. Can. 2. [Si quis dixerit baptiſmum
nō eſſe neceſſarium ad ſalutem, ana-
thema ſit.]
49 Negant † ſecūdò hæretici ferè om-
nes noſtri temporis confirmationis
ſacramētum, vt Lutherus, Zuinglius,
Philippus Melanchthon, Caluinus,
Ioannes Brentius, & ante illos re-
iecerūt Norcatiani Theodoreto te-
ſte lib. 3. de fabulis hæretic. & refert
Bellar. vbi ſup. tom. 3. de ſacramentis
in initio: & eodē tom. fol. 322. agēs de
50 hoc ſacramēto, † de quo legimus Act.
8. per impoſitionem manus Apoſtolo
rum datum fuiſſe baptizatis Spiritum
51 ſanctũ. † Vnde certò colligimus iſtud
ſacramentum immediatè fuiſſe à
Chriſto inſtitutum. Nam certum eſt
nullam poteſtatem creatam eò poſ-
ſe extendi vt per manus impoſi-
52 tionem Spiritus ſanctus detur. †
Inſtituit autem Chriſtus Dominus
hoc ſacramentum, & ſi non exhi-





bendo illud tamē promittēdo, vt cō-
ſtat ex verbis Ioan. 7. loquēs cum A-
poſtolis. [Si nō abiero, Paracletus non
venit ad vos, ſi autē abiero mittā eum
53 ad vos] † in hoc enim ſacramento da-
tur Spiritus ſancti plenitudo, quam
nō oportebat dari ante Chriſti reſur-
rectionē & Aſcenſionē. Dicitur enim
Ioa. 7. [Nondum erat Spiritus datus,]
quia Ieſus nondum erat glorificatus.
54 Neq; † refert quod Kemnitius hære-
ticus dicat in ſacra ſcriptura, debere
oſtendi mandatũ diuinũ expreſſum,
quo ſacramentum Cōfirmationis in-
ſtitutum ab eo conſtet, nam ipſe ſuo
gladio ſe iugulat. Fatetur enim baptiſ
mũ & Euchariſtiā eſſe ſacramenta, &
tamen quando Chriſtus baptizauit
Ioan. 3. & Euchariſtiam diſcipulis de-
dit Matth. 26. adhuc Euāgelium non
erat ſcriptum. Nam quòd præceptum
ſit ſcriptum vel non ſcriptũ, hoc per
accidens ſe habet ad robur & firmi-
55 tatem eius. † Ad hæc accedit etiam
nos hoc ſacramentum habere ex an-
tiqua traditione & declaratione Ec-
cleſię quæ regula eſt nunquam aber-
rans in huiuſmodi rebus: quare &
à Deo immediatè inſtitutum eſt tan-
quam verum ſacramentum, vt cōſtat
ex eius effectibus gratiæ, & roboris
in fide: vnde Pſal. 4. dicitur: [Ego con-
firmaui colūnas eius] hoc eſt, Apoſto-
los, & eiſdem iam baptizatis Luc. vlt.
[Sedete in ciuitate donec induamini
virtute ex alto] idq; inter alios Eccle-
ſiæ veteres patres eleganter, probat
D. Cyprian. lib. 2. Epiſt. 1. vbi dicit, nō
ſolùm baptiſmũ, & Euchariſtiam: ſed
etiā cōfirmationē eſſe propriè ſacra-
mentũ: ſic enim loquitur [tunc plenè
iuſtificari, & eſſe filij Dei poſſunt, ſi ſa
cramēto vtroq; naſcātur.] D. etiā Au-
guſt. lib. 2. cōtra literas Petilian. c. 104.
[Sacramentum chriſmatis in genere
viſibilium ſignorum ſacroſanctum eſt
ſicut ipſe baptiſmus.]
56 Tertiò hæretici † ſacroſ. Eucha-
riſtiæ ſacramentum impudenter, tan-
quam nullũ negarunt & reiecerunt.
Error hic fuit Bruſianorum aſſeren-
tium Euchariſtiam tantùm in nocte
cœnæ à Chriſto D. inſtitutam, ita vt
deinceps à nemine ſit cōſecrata, imò
nec poſſibilis ſit. Bogomilij etiā dixe-
rūt Euchariſtiā nihil aliud eſſe quàm
orationē à Domino traditā [Pater no-
ſter, &c.] Ita refert Euthymius in Pa-
noplia part. 2. tit. 23. Verùm hæc dicta
hęreticorũ, quemadmodũ ſunt libera
57 ita & inſana: † quādo enim Chriſtus D.
in ſacratiſſima noctis cœna hoc ſacra
58 mentũ inſtituit, † Apoſtolos ſuos or-
dinauit, illiſque indixit, [hoc facite in
59 meā cōmemorationē] Luc. 22. † quod
præceptum diuinũ conſecrandi cor-
pus & ſanguinē Dñi, primò Apoſtoli
receperũt, tum in ipſis reliqui ſacer-
dotes ritè ordinati in Eccleſia. Illa
enim verba, [hoc facite,] nō tantùm
ſignificāt, [māducate, & bibite] quod
omnibus Chriſtianis cōpetit, ſed in-
ſuper conſecrate, ſumite, & alijs diſtri
buite, vt me facere vidiſtis. Vnde Ioa.
6. dixit idem Dñs. [Niſi manducaue-
ritis carnem filij hominis & biberitis
eius ſanguinē, non habebitis vitam in
60 vobis,] † & in eod. c. per ſumptionem
huius ſacramēti, gratiam & vitā æter-
nam promittit, dicens. [Qui māducat
hunc panē viuit in æternum,] Ex qui-
bus locis euidenter patet Euchariſtiā
ſimul eſſe, & inſtitutam & ſacramen-
tum ex eius effectibus. Hinc Auguſt.
Epiſt. 118. c. 1. cum dixiſſet Chriſtum
inſtituiſſe ſacramēta numero pauciſſi
ma, ſignificatione prǣſtātiſſima, obſer
uatione facillima, loco exempli po-
61 nit baptiſmum & † Euchariſtiā, quæ
durabit in ſpecie vſq; ad mundi finē.
62 † Quâ ratione autem hoc ſacramen-
tum poſſibile ſit, & quæ vis inſit ver-
bis conſecrationis, non eſt huius in-
ſtituti docere: ad hoc rectè, vt ſolet

D.Thom.3.part.q.78.art.4.in argum.
ſed contra ex.D. Ambroſio lib. 4. de
ſacramentis.cap.4.ante medium, to-
mo 4.cuius hæc ſunt verba. [Si tanta
eſt vis in ſermone Domini Ieſu vt in
ciperet eſſe quod nõ erat, quãto ma-
gis operatorius eſt,vt ſint quæ erant,
& in aliud commutentur? & ſic quod
erat panis ante conſecrationem, iam
corpus Chriſti eſt poſt conſecratio-
nem,quia ſermo Chriſti creaturam
mutat]& in corp.artic.dicit [cũ hoc
ſacramentum Euchariſtiæ ſit cæteris
dignius,conſequens eſt quod in ver-
bis formalibus huius S.ſacramenti,
ſit quædam virtus creata: inſtrumen
talis tamen ſicut & in alijs ſacramen-
tis.]quæ verba cùm ex perſona Chri-
ſti proferantur ex eius mandato con-
ſequuntur virtutem inſtrumentalem
à Chriſto,ad conuerſionem huius ſa-
63 cramenti faciendam.† Euchariſtiæ
verò quamplurimæ exſtiterunt figu-
ræ in teſtamento veteri.Prima fuit li-
gnum vitæ in medio Paradiſi ſitum,
vt habetur Gen. 2. &.3. ita docet Pa-
ſchaſius libr.2. de corpore Domini c.
7.Secunda fuit agni paſchalis,quæ ab
omnibus adducitur Exod. 12. Tertia
Mãna Exod.16.Quarta panes propo-
ſitionis,Exod.25.Quinta participatio
ſacrificiorum quæ offerebantur, vt
conſtat ex eodem cap. Sexta ſacrifi-
cium Melchiſedech. in pane & vino
Gen. 14.† effectus huius ſacramenti
diuini,mirabiles & varij ſunt, primus
enim eſt vnire nos Chriſto corpora-
liter.Secundus eſt & ſequitur ex pri-
mo corpora noſtra reſurrectura ex
hoc quòd vniuntur Chriſti corpori.
Tertius eſt vt Chriſtus qui nobis in
Euchariſtia ſe donat,ipſe faciat vt eũ
intra nos verè habeamus,quod effice
re nequeũt, & ſi maximè cupiãt ho-
mines,qui alios amant:non enim poſ
ſunt ſe donare illis, & intra illos ma-
nere.Quartus eſt vnio Chriſti nobiſ-
cum non ſolùm per fidem & charita-
tem,ſed etiã verè & realiter, quando
eum in ſacramento ſumimus, Quin-
tus eſt quod efficiamur diuinæ natu-
ræ conſortes per huius ſacramẽti per
ceptionem.Alij penè innumeri ſunt
effectus:ſed quia ij & alia quæ de ſa-
cramentis enumerare poſſemus bre
uiter contingimus euolemus ad alia.
65 Quartò† Hęretici Nouatiani ſacra
mentum Pœnitentiæ è medio conati
ſunt auferre, vt autor eſt Epiphanius
hæreſi 59. & Auguſt. hæreſi 38. hanc
hęreſim vetuſtiſsimã perfidus Luthe
rus & eius ſequaces Zuinglius, Cal-
uinus & alij refocillarunt, & ex ter-
ræ viſceribus ad auras ſuſcitarunt:ab-
negantes remiſsionem peccatorũ in
pœnitentia, & poteſtatem eorum di-
mittendorum ineſſe in ſacerdotibus.
66 † Verba Domini Ioan.20. oppoſitum
è diametro oſtendunt, vbi inſtituit
hoc ſacramentum poſt ſuam reſur-
rectionem,vt etiam conſtat ex Con-
cil.Trident.ſeſſ.14.cap.1. dixit enim
Apoſtolis [Accipite Spiritũ ſanctum,
quorũ remiſeritis peccata remittun-
tur eis,& quorum retinueritis retẽ-
ta erũt] † in quibus verbis duo repe-
riuntur quæ ad ſacramenti conſtitu-
tionem neceſſaria ſunt, & ſufficiẽtia,
ſcilicet:ſignum externum à Deo in-
ſtitutũ,& promiſsio gratiæ tali ſigno
coniuncta.Nõ enim credibile eſt cũ
Chriſtus Apoſtolis ſuis poteſtatẽ re-
mittendi peccata largitus ſit,eã vt ip-
ſe exerceret voluiſſe ſibi reſeruare
abſq; ſigno & ritu exteriori : imò ne-
que homines poſſent intelligere ta-
lia peccata ſibi remitti,ſi voce aut ali
quo ſigno ſenſibili deſtituerẽtur,quia
cum corporales ſimus, ea eſt noſtri
ſtatus conditio & natura,vt nihil poſ
ſit eſſe in intellectu quin priùs fue-
rit in ſenſu, ex Ariſtotele in libris de
anima . Quare verba abſolutionis
(quæ ſigna ſunt ſenſibilia ) apertè
ex



68 ex hoc teſtimonio deducuntur.† Et
hinc fit,abſolui nõ poſſe eos qui pœ-
nitentię nulla ſigna oſtẽdunt,quę duo
hæretici Kenitius & Caluinus cõiun-
cti fatẽtur. Gratiæ verò iuſtificantis
promiſsio nullibi à Dño manifeſtiùs
declarata eſt quàm loco citato, nam
peccatorum remiſsio quid aliud eſt,
69 quæſo,quàm animarum iuſtificatio?†
pœnitentia verò (quæ eſt virtus per-
petrata mala lugendi,& vt ab his per
petrãdis abſtineatur.Gregor. Homil.
34.& habetur in c.1.de pœnitẽt. diſt.
3.in Euãgelia:& Ambroſ. in quodam
ſermone quadrag.& habetur in c.pœ
nitẽtia.& in c.pœnitentiã quippe. de
70 pœnit.diſt. 3.) † ſemper in eodẽ ſtatu
& lege naturæ lapſæ neceſſaria fuit;
vt patet ex pœnitẽtia Dauidis,& alio-
71 rũ veterum Patrum.†Sed pœnitentia
quæ verè & perfectè ſacramẽtum eſt,
72 ſolùm in lege gratiæ reperitur, † nec
ipſam ex Teſtamento veteri proba-
mus,niſi fortè ex vaticinijs & figuris:
73 † nam pœnitentiam quam Ioann. &
Chriſtus prædicauerunt ante ſui re-
ſurrectionẽ, ſacramentum non fuiſſe
ex eo patet,quia ſacramenti cõfeſsio-
nis præcipua pars eſt abſolutio , quæ
cõſiſtit in verbis ſimul adiunctis pec-
catorum confeſsioni. Baptiſta itaque
nunquam pronunciauit verbum ab-
ſolutionis, licet auditores eius ſoliti
eſſent confiteri peccata ſua, vt legi-
mus Matt.3. In Chriſto verò Dño, &
ſi verum ſit quod per verba quibuſdã
peccata remiſerit (vt patet in Paraly-
tico & muliere peccatrice) defuit ta-
mẽ altera pars ex parte peccatorum:
nempe confeſsio peccatorum, quæ
nunquã legimus ab his patefacta. Et
quidẽ hæc eſt cauſa, cur ſacramenti
pœnitẽtiæ in factis Baptiſtę & Chriſti
exemplum non habeamus,quia ſem-
74 per aliqua pars ſacramenti defuit, †
cuius neceſsitas(homine exiſtente in
mortali poſt baptiſmum) talis eſt, vt
abſq; illo,vel in actu,vel in voto, ne-
mini pateat aditus ad ſalutem: vnde
Chriſtus Luc.3. dixit: [Niſi pœniten-
tiam egeritis, omnes ſimul peribitis]
75 † eſt enim pœnitentiæ ſacramentum
ſecũdum Hieronym. altera poſt nau-
fragiũ tabula.de pœnitentia.diſt.1.§.
ſec unda. c.medicina.ead.diſt. Quin
76 † ſi aliquando per contritionẽ remit-
tũtur peccata,hoc tamen nõ eſt abſq;
ordine ad confeſsionem ſacramenta-
lem. Hæc veritas cõſtat ex Concilio
Trid. ſeſſ.5.c. 29. vbi dicitur: [Si quis
dixerit eum, qui poſt baptiſmum la-
pſus eſt, non poſſe per Dei gratiam
reſurgere, aut poſſe quidem ſed ſolã
fide amiſſam iuſtitiã recuperare,ſine
ſacramento pœnitentiæ,prout ſancta
Romana & vniuerſalis Eccleſia ſer-
77 uauit,& docuit,anathema ſit.]†quod
autem hæc confeſsio ſacramentalis
auricularis debeat eſſe, & vt talis in-
ſtituta à Chriſto Domino, poſſumus
probare ex illo Matt.6. vbi dicit Dñs
[Nolite putare quoniã veni ſoluere
legẽ aut Prophetas, non veni ſoluere
ſed adimplere.] Adimpleuit ergo le-
gẽ Moyſi, & quæ in ea figurabantur,
quia omnia in figura contingebant
78 illis,vt probat Apoſtolus 1.Cor.10. †
Confeſsio verò fuit figurata in veteri
lege , in ſacerdotio Leuitico quòd
verſabatur circa carnalia & corpora-
lia , & figurabat ſacerdotium Euan-
gelicum , quod futurum erat circa
ſpiritualia, in quod erat transferen-
dum ſacerdotium Leuiticum. Nam
& id fuiſſe translatũ Apoſtolus oſtẽ-
dit ad Hebr.7. dicens. [Translato ſa-
cerdotio neceſſe eſt vt legis transla-
tio fiat] ex quibꝰ talis cõficitur ratio.
Ad ſacerdotes Leuiticos ſpectabat iu
dicare de lepra carnali,quę figura erat
lepræ ſpiritualis, peccati ſcilicet: &
coram ipſis apparere tenebantur le-
79 proſi,† oſtendendo locum ſpecialem
illius lepræ carnalis, (contra qui di-

 cunt

cunt ſufficere cõfiteri peccata in generali.) Vnde Matth. 8. & Luc. 5. & 17. iuſsit Chriſtus leproſis, vt ſe oſtenderẽt ſacerdotibus, ſicut pręcepit Moyſes; ergo cùm ſacerdotiũ Leuiticũ ſit tranſlatũ in Euangelicum, ſacerdotes nouæ legis erunt iudices lepræ ſpiritualis, id eſt peccati: illudque aperire tenentur in ſpeciali peccatores, ſicut leproſi tumorẽ ſuum, & hoc per confeſsionem: quia ea quę ſunt in anima, innoteſcunt per ea quæ ſunt in voce,
80 vt ſic illis cõferatur † abſolutio, quæ reſpõdet iudicio facto à ſacerdotibus Leuiticis ſuper leproſis. Deniq; quemadmodũ qui infecti erant leprâ per ſacerdotis iudiciũ ad caſtra remittebãtur, & erant ſanati: qui verò non ſe oſtẽdebant, vel qui ex ſententia ſacerdotis cogebãtur manere extra caſtra nõ ſanabantur; ita in lege gratiæ qui cõfitentur peccata ſacerdoti, cui cõmiſſum eſt iudiciũ, per eius abſolutionẽ ſalui fiunt. Qui verò id renuũt tanquam incurabiles nõ abſoluuntur
81 neq; ſanantur: † cõprobatur hæc veritas ex canon. in nouo. & c. quamuis. 21. diſt. & in c. ita Dominus. 19. diſt. & originaliter ex verbis Chriſti Matth. 16. vbi Petro & in ipſo omnib. ſacerdotibus hoc iudiciũ de peccatis commiſit, cùm dixit: [Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meã,] & ſubdit. [Quodcumq; ligaueris ſuper terrã erit ligatũ & in cælis, & quodcũq; ſolueris ſuper terrã erit ſolutũ & in cælis,] in quo loco Chriſtus promiſit ſacerdotibus iudiciũ de peccatis abſoluẽdis, vel retinendis, & poſtea clariùs manifeſtauit cùm realiter tradidit talem poteſtatẽ: Ioa. 20. dicẽs: [Accipite Spiritũ ſanctum (hoc eſt poteſtatẽ & virtutẽ Spiritus ſancti,) quorũ remiſeritis peccata remittũtur eis, & quorũ retinueritis retẽta
82 erunt] † Effectus autẽ ſacramẽti pœnitẽtiæ multiplex eſt. Ornat voluntatẽ, & diſponit ad gratiã facientem, ſi eã nõ inueniat. Si verò inuenerit ex abundanti ſtabilit voluntatem, vt in bono perſeueret. Delet reatũ pœnæ pręteritorũ peccatorum iuxta deuotionem recipientis. Delet omnia peccata, iuxta illud Ezechiel. 18. [In quacũq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor] Recuperat virtutes; & dona deperdita per peccatũ: cùm enim cauſam det gratiæ, ex ipſa tanquam ex radice & fonte, ſcaturiunt & pullulãt reliqua bona animę: ſed & quandoq; contingit hominẽ ad hoc ſacramentum ſuſcipiẽdum ita perfectè ſe diſponi, vt reſurgat ad maiorẽ gratiã, propter maiorẽ conatum & feruentiores actus doloris & cõtritionis, quibus correſpondet gratiæ gradus. Et quia per pœnitentiã ſubſequentẽ auffertur peccatũ mortale, mortificãs & impediẽs bona opera pręterita facta in ſtatu gratiæ, idẽ iterum ſtatus viuificatur, vt ſimul per ea homo adiuuetur, & perducatur ad vitã ęternã iuxta illud quod promittit Deus per Ioelem c. 2. [Reddã vobis annos, quos comedit locuſta & bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna quam miſi in vos.]

83 Quintò negauerũt † hæretici quidã Taudemi ſectatores ſacramentum ordinis nihil omnino eſſe dicẽtes. Lutherus, Illyricus, Kẽnitius, & quãplu-
84 res alij eandẽ hæreſim ſequuti ſunt, † cõtra quos Concil. Trid. ſeſſ. 23. can. 3. docuit hoc ſacramentũ inſtitutũ eſſe à Chriſto per hæc verba. [Si quis dixerit ordinẽ ſiue ſacram ordinationẽ non eſſe verè & propriè ſacramẽtum à Chriſto Domino inſtitutũ, vel eſſe figmentũ quoddã humanũ excogitatũ à viris, rerum Eccleſiaſticarũ imperitis, aut eſſe tantùm ritum quendam eligẽdi miniſtros verbi Dei, & ſacra
85 mentorũ, anathema ſit.] Ritus † autẽ





exterior & promiſsio gratiæ huius ſacramenti manifeſtatur à Paul. 1. Timoth. 4. [Noli negligere gratiã, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam cum impoſitione manuum presbyteri] & 2. ad Timoth. 1. Admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quę eſt in te per impoſitionem manuum
86 mearum] † inſtitutionem verò & mãdatum huius ſacramenti innuit ad Epheſ. 4. dum dicit [Ipſe dedit quoſdã quidem Apoſtolos, alios Euãgeliſtas, alios Paſtores & Doctores: & Actorũ 13. legimus [Segregate mihi Paulũ & Barnabam] & Act. 20. [In quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos] quæ omnia loca ſcripturæ ab omnibus expoſitoribus ſacris de Ordinis ſacra-
87 mento intelliguntur. † Chriſtus enim Dñs Apoſtolos ſuos primò fecit ſacerdotes in cœna, quoad primũ actũ ordinis, qui cõſecrationẽ reſpicit, dũ inſtituit, & cõſecrauit ipſe panem & vi-
88 num & dixit [hoc facite in meam commemorationẽ, † quoad ſecundũ verò actũ; qui conſiſtit in iuriſdictione, & abſolutione peccatorũ, fecit eos plenos ſacerdotes poſt ſuã reſurrectionẽ, Ioa. 20. dicens: [Accipite Spiritũ ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remit-
89 tuntur eis, &c.] Impoſitio † verò manuũ in hoc ſacramẽto, eſt quid intrinſecũ & eſſentiale vt ex citatis autoritatibus ſatis conſtat: per ipſam enim impoſitionẽ manuũ tanquam per in-
90 ſtrumentũ cõfertur gratia. † Neq; obſtat quod Kemnitius hæreticus dicat Chriſtũ ordinãdo Apoſtolos nõ fuiſſe vſum manuũ impoſitione, aut id non cõſtare ex ſacra Scriptura: nam Chriſtus Dominus qui excellentiæ poteſtatem habebat, non erat alligatus ſacramentis neq; ſymbolis externis ad conferendam gratiam, quæ effectus
91 eſt ſacramenti. Sicut † enim Apoſtolos ſuos ſine ſacramento confirmauit,
92 & mulierẽ peccatricẽ † abſq; pœnitẽtiæ ſacramẽto abſoluit, potuit etiam Apoſtolos ordinare abſq; ſacramẽto,
93 & manuũ impoſitione. † Præterea ordinationẽ ſacramentũ eſſe, habemus ex Eccleſiæ traditione ex Sum. Pontificibus, Cõcilijs, & ſanctis Patribus. Leo enim I. Epiſt. 81. ad Dioſcorum Alexandrinũ c. 1. ordinationem ſacramentum appellat, tradens formã, tẽpus, & circunſtantias, quibus cõferri debeat, idem Pontifex Epiſtol. 87. ad Epiſcopos Mauritaniæ c. 1. loquens de ordinatione illud ſacramentum expreſſè vocat dicens: [Quis diſsimulare audeat, quòd in tanti ſacramẽti perpetratur iniuriam?] Greg. etiam I. lib. 4. Commentarior. in lib. Reg. c. 5. verba faciens de Ordinis ſacramẽto ita habet: [Is qui promouetur benè foris vngitur, ſi intus virtute ſacra-
94 mẽti roboretur:] quibus † verbis duo apertè docet, & ordinem eſſe ſacramentum, & conferre gratiam: eandem veritatem docuerunt Conciliũ Chalcedonẽſe can. 2. Bracarenſe primũ in can. 3. Florentinũ, & alia quamplurima. Ex Patribus Chryſoſt. libr. 3. de ſacerdotio hæc verba ſcribit: [Sacerdotium in terra peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemq; referendum eſt, atque id perquam meritò: quippe non mortalis quiſpiã, non angelus, non archangelus, non alia quæuis creata potẽtia ſed ipſe Paracletus ordinem eiuſmodi diſpoſuit.] Et Ambroſ. libr. de dignitate ſacerdotali cap. 5. dicit: [Homo imponit manum, Deus largitur gratiam; ſacerdos imponit ſupplicem dexteram, Deus benedicit potenti dexterâ.] Et verè Auguſtin. libr. 2. contra Epiſtolam Parmeniani. cap. 13. loquens de baptiſmo & ordinatione, inquit: [Vtrumque ſacramentum eſt, & quâdam conſecratione vtrumque homini datur: illud cum baptizatur:
95 illud cum ordinatur:] itaq; † in Catholica

lica Eccleſia vtrumq; non licet reite-
rare. Sed quid ampliùs inhæremus in
hac veritate comprobanda teſtimo-
96 nijs,† cùm Dominus ipſe omnes actus
ordinis exercuerit? Primò exercuit
actum presbyteratus in cœna quādo
corpus ſuum & ſanguinem conſecra-
uit. Secundò officium diaconi mini-
ſtrando vbique. Tertiò vſus eſt ſub-
diaconatu præparans ſacramēti ma-
97 teriam in cœna.† De quatuor ordini-
bus minoribus etiam patet: nam of-
ficium exorciſtæ exercuit, cum teti-
git aures ſurdi & muti dicens: [ephe-
thah, quod eſt adaperire. Lucæ] 4.
hoſtiariatus actū etiam exercuit quā-
do flagello eiecit de templo vendē-
tes,& profanantes illud,& Ioann. 10.
dixit de ſe [ego ſum oſtium :] Officio
Lectoratus functus eſt, quando ape-
ruit librum Eſaiç,& lectione abſolutā
clauſit,deditque miniſtro. Acolythus
etiam fuit dicens de ſemetipſo [ Ego
ſum lux mundi, qui ſequitur me non
98 ambulat in tenebris: † [ poteſtatem
etiam Epiſcopalem inſtituit cùm di-
xit Petro. Mat. 16. [ Paſce oues meas]
99 † quæ ſecundùm veriorē opinionem
recentiorū etiam eſt ſacramentū, quo
ſpiritualis character infigitur. Ex eo
patet quòd Epiſcopalis ordinatio re-
peti non poſſit: confert etiā gratiam,
cùm Epiſcopus conferat ſacramētum
confirmationis,& ordinis, quæ abſq;
gratia indignè peragūtur. Ex eo enim
quòd presbyter quædam ſacramenta
debet adminiſtrare, quæ ſine gratia
non dignè miniſtrantur, probant
Theologi in ordinatione ſacerdotali
conferri gratiam. Quæ ratio etiam
militat in Epiſcopali ordinatione (vt
100 dictum eſt) † & licet ordines connu-
merati ſint plures, omnes vnū ſacra-
mentum ſolummodo cōficiunt, quia
101 ordinātur ad vnum ſacramentū † Eu-
chariſtiæ, quod ſacramentū eſt ſacra-
mentorū. Quemadmodum in Eucha-
riſtia, etſi diuerſæ materiæ ſunt,& di-
uerſæ formæ, non tamen ſunt plura
ſacramenta, ſed vnum formaliter eſt
ſacramentum Euchariſtiæ, quia om-
nia ordinātur ad vnam refectionem
ſpiritualem, quæ coaleſcit ex cibo &
potu ſpirituali (in quo aſsimilatur re-
fectioni corporali) iuxta illud Ioan. 6.
[Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis
meus verè eſt potus. cap. quia corpus.
can. in quibus.& c. dupliciter, & cap.
vtrùm. cap. in Chriſto. de conſec. diſt.
102 2.† Tandem effectus ſacramenti or-
dinis duplex eſt. Primarius, & præci-
puus eſt character, qui in quolibet or
dine imprimitur, & eſt diſpoſitio ad
ſecundum effectum, qui eſt gratia ſa-
103 cramētalis:† hic quoq; character prę-
ſupponit characterē baptiſmalē ſine
quo (ſi ſacramentū ordinis cōferatur)
nō accipitur, quia baptiſmus eſt ianua
104 reliquorū ſacramētorū. † Nec tamen
verum eſt ex eo præſupponi, tāquam
de neceſsitate ſacramenti, confirma-
105 tionis characterē, † cùm Apoſtoli ef-
fecti ſint ſacerdotes ante confirma-
106 tionem, † quæ poſt reſurrectionē in
miſsione Spiritus ſancti eis collata
fuit. Hactenus hæc ſufficiant de hoc
ſacramento.

107 Sextò † hæretici Albigenſes Vual-
denſes Vvicleffiſtæ, & qui noſtrā tē-
peſtate nomen ſuum ad poſteros per
improbitatē, & facinus ingens pro-
pagarunt Lutherus, Caluinus, Kem-
nitius,& alij non ſolùm negant ſacra-
mentum Extremæ Vnctionis, ſed etiā
108 irrident.† At enim veritas Catholica
eſt, huiuſmodi ſacramentū ſicut & re-
liqua immediatè eſſe à Chriſto D. in-
ſtitutū: neq; refert ab his objici quod
ſacroſ. Euāgelij ſcriptores, de illius in-
ſtitutione quicquam non retulerint,
tum quia multa Chriſtus Dominus
fecit, & dixit, quæ in Euangelijs non
continentur (vt habetur Ioann. vlti-
109 mo,) † tum quia Marci 6. quædam
quaſi



quaſi imago inſtitutionis Dominicæ
ſeſe profert: ibi enim dicitur quod A-
poſtoli [vngebāt oleo multos ægros,
110 & ſanabant. ] † Quis enim credat A-
poſtolos quicquam niſi ex inſtituto
Chriſti feciſſe? vbi eſt notandū quod
vnctio illa quæ fiebat ab Apoſtolis ſe-
cundum veriorē omnium opinionē
traditā à Ricardo in explicatione ar-
ticuli 12.& Ianſenio in cap. 6. Marc.&
Dominic. Soto diſt. 23. q. 1. art. 1. non
erat eadem cum ea quæ præcipitur
Iacob. 5.& ex conſequenti neque ſa-
111 cramentalis.† Pręcipua ratio eſt, quia
miniſter ſacramenti Extremæ Vnctio
nis eſt ſolus ſacerdos, vt diffiniuit Cō
cil. Trid. ſeſſ. 14. can. 4.& tūc Apoſtoli
adhuc non erant ſacerdotes, ordinati
enim ſunt in vltima cœna, vt docet
112 idem Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 1. † &
ſi verum ſit quod Chriſtus Dominus
per poteſtatem excellentiæ, quam
habebat, poterat ſacramēta per non
ſacerdotes conferre; id tamen feciſſe
nullatenus eſt probabile, cùm nun-
quam legamus id factum in alijs ſacra
mentis magis neceſſarijs: vt pote in
113 Pœnitentia, & Euchariſtia. † Inſtitu-
tio ergo huius ſacramenti colligitur
ex verbis illis Iacobi 5. [ Infirmatur
quis in vobis, inducat Presbyteros
Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngen-
tes eum oleo in nomine Domini, &
oratio fidei ſaluabit infirmum,& alle-
uiabit eum Dominus,& ſi in peccatis
114 ſit, remittentur ei] † In quibus verbis
reperiuntur, quæ ad rationem ſacra-
menti requiruntur. Primò enim in-
uenitur ritus exterior, vnctio ſcilicet
olei, cum fidei oratione: & remiſsio
peccatorum per gratiam, in alleuia-
tione infirmi. Hæc autem deſcriptio
ſacramenti non eiuſmodi eſt ac ſi A-
poſtolus Iacobus illud inſtituerit, ſed
qualem nouerat à Domino acceptam
eſſe, conſtāter monet fideles ad illud
ſuſcipiendum, idcirco Eccleſia Ca-
tholica Romana palā affirmat Vnctio
nem extremam verè ac propriè eſſe
ſacramentum dictum. vt expreſſè ha-
bent Concil. Florent. in inſtructione
Armen. & Trident. ſeſſ. 14. can. 1. de
extrema Vnctione, & omnes Theo-
logi. libr. 4. ſentent. diſtinctione 23.
Inſtitutionis porrò veram imaginem
ex lineamētis habemus. Marc. 16. his
verbis [Signa eos qui crediderint hęc
ſubſequentur: per nomen meum dæ-
monia eijcient, linguis loquentur
nouis, ſerpentes tollent, & ſi quid le-
thale biberint, non nocebit eis: ſuper
ægrotos manus imponent & benè ha
bebunt. ] Iam ne dicant hæretici ſa-
cramentum hoc à Chriſto non eſſe
inſtitutum. Nec effugiant per con-
ſuetas latebras, quibus efferunt non
hîc dici de oleo quicquam. Nam quæ
hoc capite Chriſtus effert, ea in vſum
ab Apoſtolis traducuntur. c. 6. vt vna
ex vtroq; capite vnius rei narratio ſit.
115 † Id verò maximè decebat diuinam
prouidentiā, vt homines quos omni
tempore omni curâ & ſolicitudine
paternâ diuinis ſacramentis, tāquam
remedijs & medicamentis ſanat, &
adiuuat in extremo vitæ ſpiritu cum
à dæmone virulētiùs infeſtati minus
virium habente, ac quodammodo ob
infirmitatis, & dolorum magnitudi-
nem ſubſidere videntur protectione
ſui nominis protegeret: in eo diſcri-
mine, minimè Chriſtum oportuit
ſuos auxilio,& tanto ſacramento pri-
uare.

116 Veritatem † huius ſacramenti tra-
dunt nobis Pontifices Innocentius I.
Epiſt. 1. ad Decentium. Innocentius
III. præclarè. cap. cum veniſſet. de ſa-
cramēti vnctione: ſimiliter & Conci-
lia quā plurima, vt Nicænū ex Arabi-
co in Latinū traductū can. 69. Cabilo-
nenſe II. can. 48. Vuormarcenſe can.
72.& Aquiſgranenſe ſecundū tēpore
Ludouici Imperato. can. 8. monet hę

hoc ſacramentum negligatur, in quo
tam ſalubris recuperandæ valetudi-
nis ratio continetur, hanc quoque ve-
ritatem teſtantur ex patribus Ori-
gen. homi. 2. in Leuit. & Chryſoſtom.
lib. 3. de ſacerdot. vbi dicunt verba
Iacobi ad nos ſpectare, & nunc, & om
ni tempore ſacerdotes in Eccleſia de-
bere facere quod Iacobus ſcribit. Idē
tenet Auguſt. ſerm. 215. de tempor.
Autor operis de viſitatione infirmo-
rū lib. 2. c. 4. Beda in c. 6. Marci. & in 5.
Iacob. Theophylactus in c. 6. Marc. &
Oecumenius in c. 5. Iacobi. qui plura
deſiderat, legat Suriū tom. 2. & Bernar
dū in vita ſancti Malachiæ, vbi inſi-
gne miraculum refert circa ſuſceptio
117 nem huius ſacramenti. † Huius effe-
ctus duo aſsignātur à Theologis vnus
eſt, ſanare corpus quando ſaluti ani-
mę expedit. Alter eſt peccatorum re-
118 liquias abſtergere: † vbi per reliquias
duo intelligimus, primum eſt pecca-
ta: ſiue mortalia ſiue venialia, in quæ
accidit infirmum incidere poſt con-
feſsionem & communionem & igno
rat ſe tali peccato innodari: fieri enim
potuit etiam vt confeſsio & commu-
nio non ritè ab eo peractæ ſint, & ſi-
militer hoc ignoret. Hæ ſunt verè re-
liquiæ, quæ per hoc ſacramentum au-
feruntur. Aliæ ſunt reliquiæ vt quidā
torpor, mœror, & anxietas, quę ex pec
cato relinquuntur, & maximè ſolent
homini in fine vitæ cōſtituto inſidia-
ri. Ex quib. naſcitur quædam infirmi-
tas, & debilitas, vt non poſsit validè
dæmonum tentationibus obſiſtere,
eo quippe & tamen ſacramento con
firmatur & ſolidatur. Id verò eſt, quod
ait Iacob. loco citato, [& alleuabit eū
Dn̄s, & ſi in peccatis fuerit remitten-
119 tur ei † ] quia non ſemper hoc ſacra-
mētum peccata dimittit, quoad cul-
pam: & hoc, non ex inefficaci virtute
eius, ſed ex defectu peccatorum, quæ
aliquando in infirmo non inuenit:
itaque ſub conditione loquutus eſt
Apoſtolus, dicens: [& ſi in peccatis
120 fuerit.] Hoc † ſacramentum non im-
primit characterem, quia per illud
non deputatur homo ad aliquod ſa-
cramentum agendum, vel ſuſcipien-
121 dum. † Et ideo iterabile eſt, cauſatq;
quendam ornatum in anima, ſicut
pœnitentia.

122 Vltimò † ſacramentum matrimo-
nij negarunt hæretici Encratitæ, &
Manichæi, vt refert Auguſtinus hæ-
reſi 33. & 46. & ex hæreticis antiquis
Simon, Saturninus, & Gnoſtici, teſte
eodem Auguſtino libr. de hæreſibus
cap. 1. Ex hæreticis verò noſtri tem-
poris, Lutherus in lib. de captiuit. Ba-
bylon. cap. de matrimonio, dicit in
eo, neque ſignum à Deo inſtitutum,
neque gratiæ promiſsionem eſſe, &
Caluinus lib. 4. inſtitut. c. 19. §. 34. om-
nino negat eſſe ſacramentum, & ſi
fateantur matrimonium eſſe licitum,
& à Deo vero inſtitutum: negant ta-
men illi conuenire poſſe ſacramenti
rationē. Philippus autē Melāchthon,
& Kemnitius in 2. part. examin. Con-
cil. Tridentini, concedunt matrimo-
nium aliquo modo eſſe ſacramētum,
& in ipſo reperiri promiſsionem gra-
tiæ, non tamen gratiæ iuſtificantis &
reconciliantis hominem Deo, qua-
propter negant matrimonium verè
& propriè ſacramentum eſſe. Contra
123 † hos omnes hæreticos & alios Con-
cilium Trident. ſeſſ. 24. can. 1. ita diffi-
nit: [Si quis dixerit matrimoniū non
eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem
legis Euangelicæ ſacramentis, à Chri-
ſto Domino inſtitutum, ſed ab homi-
nibus in Eccleſia inuentum, neque
gratiam cōferre, anathema ſit.] Quo
124 † modo autem fuerit inſtitutum do-
cet elegāter D. Thom. in additionib.
ad 3. p. q. 42. art. 2. in corpore: vbi di-
cit, quod ſecundùm diuerſos homi-
num ſtatus, diuerſimodè debuit in-
ſtitui:



ſtitui: quamobrem matrimonium ſe-
cundùm quod ordinatur ad procrea-
tionem prolis quæ erat neceſſaria,
etiam peccato non exiſtente, inſti-
tutum fuit ante peccatum: at ex eo
quòd remedium præbet cōtra vulnus
peccati, inſtitutū fuit poſt peccatum,
tēpore legis naturæ, & ſecundùm de-
terminationē perſonarū, inſtitutionē
habuit in lege Moyſi. Sed ſecundum
quod repręſentat myſterium cōiun-
ctionis Chriſti & Eccleſiæ, inſtitutio-
nem habuit in noua lege, & ſecun-
dum hoc eſt ſacramentum nouæ le-
gis. Hæc D. Thom. Iam verò & quia
125 † ſacramentū matrimonij habet duo,
vnum eſt eſſe cōtractum naturalem
in quo fundamentum habet ratio ſa-
cramenti, alterum eſt eſſe ſacramen-
tum; quoad primum fuit matrimo-
nium à Deo inſtitutum in ſtatu inno-
centiæ in officium naturæ, in illis ver
bis. [Creſcite & multiplicamini, &
replete terrā,] Gen. 1. in quibus fuit
præceptum matrimonij, vt tenēt D.
Tho. in additionib. in 3. p. q. 41. art. 2.
ad 1. & Magiſt. in 4. diſt. 26. cap. 3. vbi
dicit, quòd prima inſtitutio matrimo-
nij præceptum habuit, & tandē om-
nes Theologi ſimiliter iuxta eandem
rationem contractus. Fuit inſtitutum
in ſtatu naturæ corruptæ, in reme-
dium contra vulnus peccati, & inor-
dinatam concupiſcentiam relictam,
ex ipſo peccato in appetitu. Secun-
dùm verò rationem ſacramenti, nun-
quam fuit inſtitutum ante legem no-
uā: ita ſentit D. Tho. in 4. diſt. 26. q. 2.
art. 2. Et omnes Thomiſtę. Scotus etiā
in eadem d. q. vnic. & eius ſequaces.
Et hęc eſt cōmu. ſententia inter DD.
Scholaſticos quidquid dixerit Alphō.
à Caſtro. Quod autem nunquam fue-
rit inſtitutum hoc ſacramentum ſiue
in ſtatu innocentiæ, ſiue in ſtatu na-
turæ, ſiue in lege veteri, hac ſolā
ratione euidenti comprobatur: quia
ex doctrina omnium ſanctorum, &
126 Theologorum, † omnia ſacramenta
legis veteris & legis naturæ, extincta
fuerunt in morte Chriſti. Talis eſt
conſenſus totius Eccleſiæ, ad quem
facit mirificus locus apud D. Auguſt.
lib. 19. contra Fauſtum Manich. c. 13.
vbi ait: [ Sacramenta veteris legis
ablata ſunt, quia impleta: & alia ſunt
inſtituta virtute maiora, vtilitate me-
liora, actu faciliora & numero pau-
ciora.] Ergo ſacramentum matrimo-
nij non fuit inſtitutum ante legē gra-
tiæ: conſequentia euidens eſt, quia
nunc durat: & Chriſtus fuit inſtitu-
tor eius, vt de fide diffinit Cōcil. Tri-
dent. vbi ſuprà: ergo in lege veteri
vel naturæ, vel in ſtatu innocentiæ
nunquam matrimonium fuit ſacra-
127 mentum. Quando † verò, & vbi ma-
trimonium fuerit inſtitutum ſacra-
mentum à Chriſto Domino, res eſt
ſatis controuerſa inter DD. & in qua
non facilè conueniunt: quidam enim
exiſtimant ſacramentum hoc fuiſſe
inſtitutum in nuptijs, in Cana Gali-
lęæ, quando ibi Chriſtus Dominus
ſuâ præſentiâ nuptias honorare vo-
luit, & primum miraculum ſuum edi-
dit. Alij putant inſtitutū fuiſſe Matth.
19. quādo Chriſtus dixit: [quos Deus
coniunxit homo non ſeparet] & has
duas ſententias refert Adrian. id. 4. q.
p. de matrim. vbi videtur magis ſequi
ſecūdam. At verò Sotus d. 26. q. 2. art.
2. tenet ex citatis verbis Matth. 19.
non tantū Chriſtum expoſuiſſe obli-
gationem quæ de iure naturæ eſt in
matrimonio, verumetiam illud quod
à principio in Paradiſo terreſtri inſti-
tutum fuerat à Deo, quando formata
Eua de coſta Adæ eam illi adiunxit
in vxorem: ſic nouo iure Redempto-
ris illud ſtabiliuit & confirmauit, vt
non ſolùm iam ipſum matrimonium
quod erat in officium naturæ, & in
propagationē hominum, in ſtatu in-

nocentiæ, & in remedium peccati
in ſtatu naturæ corruptæ, eſſet con-
tractus ciuilis, verum etiam virtute
ſuæ paſsionis eſſet ſacramentum no-
uę legis, hominibuſque cōferens gra-
tiam: quod etiam ſequitur Magiſter
Victoria in ſua ſumma n. 221. Hanc
verò inſtitutionem intelligens Apo-
ſtolus, ſacramentum matrimonij pu-
blicauit ad Epheſ. 5. dicens [ſacramē-
tum hoc magnum eſt. Dico autem in
Chriſto, & in Eccleſia] cuius veritatis
& dilectionis typus erat, & figura:
quare viros hortabatur ad diligen-
das vxores ſuas indiuiſibili & inſepa-
rabili dilectione, quemadmodū Chri-
ſtus dilexit Eccleſiam ſponſam ſuam.
128 De materia † verò & forma huius
ſacramenti duas refert opiniones Pe-
trus de Palude in. 4. d. 1. q. 4. Altera eſt,
quod conſenſus contrahentium per
verba manifeſtati: vel verba conſen-
ſuum declaratoria, ſint materia & for-
ma huius ſacramenti. Altera eſt quòd
perſonę contrahentium ſint materia,
forma verò, ipſa verba conſenſum ex
primentia. Ambas ſententias eſſe ve-
ras dicit Bellar. tomo. 2. de ſacramen-
tis lib. 1. de matrim. controuer. 2. c. 6.
eaſque conciliat; aduertendo tamen
129 prius † ſacramentum matrimonij du-
pliciter poſſe accipi: vno modo dum
fit, alio modo dum permanet poſt-
quam factum eſt: aſsimilat enim illud
Euchariſtiæ quæ non ſolùm dum fit,
ſed etiam dum permanet eſt ſacra-
mentum, ita pariter matrimonium
non ſolùm in fieri eſt ſacramentum,
ſed etiam in factum eſſe, dum coniu-
ges viuunt. Qua ſemper eorum ſocie-
tas ſacramentum eſt Chriſti & Ec-
cleſiæ. Iam dicit, ſi matrimoniū con-
ſideretur dum fit, totam eius eſſen-
tiam ſitam eſſe in ſignis exprimenti-
bus mutuum conſenſum: nam cor-
pora coniugum ſunt tantummodo
materia circa quam, non autem ex
qua; & ideo non ſunt pars ſacramēti.
Verba autem vtriuſque ſunt forma,
quatenus determinant verba alte-
rius, quæ ſunt velut materia. Sicut
tota eſſentia ſacramenti Euchariſtiæ
dum fit, conſiſtit in cōſecratione ver-
borum: panis autem & vinum ſolùm
concurrunt vt materia circa quam, &
hæc eſt ſententia D. Thom. in 4. diſt.
26. quæſ. 2. art. 1. & Richardi, Paludani
Capreol. Dominici à Soto, & aliorum
in ead. diſt. Si verò matrimonium ac-
cipiatur iam factum & celebratum,
dicit negari non poſſe ipſos coniuges
& eorum externam ſocietatem eſſe
ſymbolum materiale, externum re-
præſentans indiſſolubilem coniun-
ctionē Chriſti & Eccleſiæ. Quemad-
modum in Euchariſtia poſt conſecra-
tionem remanent ipſæ ſpecies con-
ſecratæ, quæ quidem ſunt ſignum ex-
ternum interni alimenti ſpiritualis,
130 ex dictis facilè eſt colligere † mini-
ſterium legitimum huius ſacramenti
eſſe penes ipſos contrahentes profe-
rentes verba per quæ ſacramentum
eſſentialiter conficitur. Sacerdotem
verò tantùm eſſe miniſtrum ſolenni-
tatis, & neceſsitatis præcepti ipſius
Eccleſiæ approbantis, & exquirentis
conſenſum coniugum. ita tenet ex-
preſſe. D. Thom. in addit ad. 3. p. q. 42.
artic. 1. vbi ita ſcribit. [Verba qui-
bus conſenſus exprimitur matrimo-
nialis ſunt forma huius ſacramenti,
nō autem benedictio ſacerdotis, quæ
eſt quoddam ſacramentale, & in ſolu-
tione ad ſecundum dicit, quod ſacra-
mentum matrimonij perficitur per
actum eius, qui ſacramento illo vtitur
& ponit exemplum in ſacramēto pœ-
nitentiæ. Idem tenet in 4. Senten. diſ.
26. q. 2. art. 1. in ſolut. ad 1. & 2. Idem
Dominic. à Soto in. 4. diſ. 26. q. 2. art. 1.
vbi dicit contrahentium verba aut
nutus, qui eorum loco ſubſtituuntur
eſſe materiam & formam ſacramenti
matri-



matrimonij. Et verò certum eſt for-
mam ſacramenti ſemper debere pro-
ferri à miniſtro eiuſdem ſacramenti.
vt habetur in. 4. diſt. 1. q. 1. art. 6. & in
reſponſo congregationis Cardinaliū,
quæ autoritatem habet interpretan-
di Concilium Tridentinum in quadā
declaratione facta Epiſcopo Salman-
tino, circa hanc difficultatem hęc ver
ba ſunt: [Non pertinet ad ſubſtan-
tiam matrimonij ſacramenti, vt paro-
chus aliqua verba proferat] Hoc etiā
refert Petrus de Ledeſma tractat. de
ſacramento matrimonij ſuper D.
Thom. q. 42. artic. 1. fol. 48. At verbis
Cardinalium docemur non ſolū ver-
ba parochi non eſſe formam huius ſa-
cramenti, verùm etiam ipſo tacente,
dummodo ſit præſens, moraliter etiā
inuitus ſacramentum validum eſſe,
& confici per ſolos contrahentes, te-
ſtibus etiam adſtantibus, hoc idem
conſtanter ſcribit Emmanuel Rodri-
guez in ſua ſum. Hiſpanica tom. 1. c.
211. concluſ. 3. vbi quamplurimos au-
tores citat, & dicit non carere teme-
ritate aſſerere quod contrahentes nō
ſint miniſtri huius ſacramenti, quia
hinc ſequeretur omnia matrimonia
clandeſtina ante Concilium Triden-
tinū celebrata, in quib. ſacerdos non
aderat, non fuiſſe ſacramētum, quod
eſt contra ipſum Cōcilium Tridenti.
ſeſſ. 24. cap. 1. ſtatim in princip. vbi ex-
preſſè oppoſitum definit. Verba igi-
tur quæ præcipit Concilium proferri
à ſacerdote ob eum ſolum finem prę-
cipit, vt contrahentes quos iam mu-
tuo conſenſu per verba aut ſigna ex-
teriora nouerat ſacramēto matrimo-
nij alligatos, in ipſo matrimonio &
coniunctione benedicat in facie Ec-
cleſiæ, vt ab omnib. pro veris coniu-
gibus habeantur, & ſi verum ſit quòd
aliquando contrahētes poſsint ſimul
elicere conſenſus, ſimiliter & verba
proferre: & tunc non ſit maior ratio
cur expreſsio vnius ſit forma alterius,
& dubium ſit, an tunc conficiatur ſa-
cramentum cum non ſit facile aſsi-
gnare materiam & formam. Ad hoc
rectè reſpondet Dominic. à Soto in
4. diſ. 1. q. 1. art. 6. in tali caſu vtriuſque
verba pari iure eſſe ſibi inuicem ma-
teriam & formam, & probat à ſimili
in numeris, vt pote in numero terna-
rio: in quo licet vltima vnitas nume-
rata ex tribus compleat ternarium,
tamen quia quęlibet in illa ſpecie pē-
det ab alia, quæuis illarum vnitatum
poteſt cōſiderari vt forma, & reliquæ
vt materia. Frater etiā Petrus de Le-
deſma vbi ſuprà hoc ipſum exornat
alijs duobus exemplis accōmodatis.
Dicit enim ſi contingat aliquam fi-
guram componi ex figura circulari &
quadrangulari, tunc inuicem ſibi ter-
minum præfinire & ſe habere vt ma-
teriam & formam, cùm non ſit maior
ratio quare vna ſit forma, & non alia:
ſiquidem æqualiter ſe habent ad cō-
ſtitutionem illius figuræ. Aliud exē-
plum eſt de ſacramento Euchariſtiæ,
in quo ſunt partes ſacramenti, quæ
veluti partiales materiæ panis & vi-
ni ſimiliter, & eorundem verborum
formæ concurrunt ad integrum ſa-
cramentum conſtituendum, & tamē
vna pars non ſe habet vt forma, re-
ſpectu alterius: quia nō eſt maior ra-
tio de vna quam de altera: cùm ęqua-
liter ſe habeant ad ſacramentum Eu-
chariſtiæ. Sic concludit in noſtro
caſu dicens, expreſsiones conſenſuū
inuicem ſe determinare, & ſe habere
131 vt materiam & formam. † Huius ma-
trimonij, quatenus eſt ſacramentum,
duas aſsignat definitiones frater Pe-
trus de Ledeſma in tract. de matri-
monio q. 44. art. 3. dub. 2. quarum pri-
ma talis eſt, ſacramentum matrimo-
nij eſt ſacramentum nouę legis ſigni-
ficans coniunctionem Chriſti cum
Eccleſia, ſecunda (quam dicit præ-
ferendam

ferendam,quia magis explicitè expo-
nit cauſas intrinſecas matrimonij,ma
teriam,ſcilicet,ſubiectum, & formā)
hæc eſt, ſacramentum matrimonij,
eſt cōtractus matrimonij poſt baptiſ-
mum ſuſceptum ſub forma à Chriſto
132 inſtituta. † Definitio verò in ratione
matrimonij quæ ab omnibus tā Theo
logis, quàm Iuriſperitis recipitur ſic
habet, Matrimonium eſt coniunctio
viri & fœminæ maritalis inter legiti-
mas perſonas, indiuiduam vitæ con-
133 ſuetudinem retinens.† In hoc verò
ſacramēto Chriſtus Dominus mate-
riam & formam nō expreſsit,quia nō
nouum ſymbolum externum inſti-
tuit,ſed quod erat humanum & vſi-
tatum in ratione contractus ad ſacra-
menti dignitatem & excellentiam
134 euexit.† Effectus autē ſiue finis huius
ſacramenti duplex eſt,alter propaga-
tio & educatio recta ſobolis,alter ve-
ro effrænatæ libidinis temperamen-
tum vt etiam coniuges inter ſe fide-
les ſint, proleſque ipſorum & omnia
opera ad cultum Dei dirigant, & or-
dinent. Sufficerēt iſthæc circa hære-
ticorum nugas in doctrina ſacramen-
torum, quia de ijs fuſiùs in diſputa-
tione contra Græcos ſcripſimus, &
quilibet apud autores, qui ex profeſ-
ſo de ſacramentis ſermonē inſtituūt,
quæ hîc videtur deeſſe poterit facil-
135 limè percipere nūc† eo vnde diggreſ-
ſi ſumus,reuertamur, & verba Apo-
ſtoli Thadæi quæ ſequuntur expenda
mus,in illis enim contra hęreticos &
apoſtatas inuehitur dicens. [cōmo-
nere autem vos volo ſcientes ſemel
omnia, quoniam Ieſus populum de
terra Ægypti ſaluans, ſecūdò eos qui
nō crediderūt perdidit, Angelos ve-
rò qui non ſeruauerunt ſuum Princi-
patum, ſed dereliquerunt ſuum do-
micilium in iudicium magni Dei vin
culis æternis ſub caligine reſeruauit,

ſicut Sodoma & Gomorrha & finiti-
mæ ciuitates, ſimili modo exfornica-
tæ,& abeuntes poſt carnem alteram,
factæ ſunt exemplum,ignis ęterni pœ
nam ſuſtinentes: ſimiliter & hi car-
nem quidem maculant, dominatio-
nem autem ſpernūt, maieſtatem au-
136 tem blaſphemant.]His proponit no-
bis Apoſtolus ante oculos ſempiter-
nam diuini iudicij ſeueritatem,vt his
terrorem incutiat,qui carnis ſequun-
tur libertatē à Luthero propoſitam,
atque Apoſtalicæ ſedis autoritatem,
& ſacramentorum Eccleſiæ maieſta-
tem,& ornatum cōtemnunt. Si enim
Deus populum ſuum dilectum,quem
tot tantiſq; beneficijs affecit ob pre-
uaricationem fidei in deſerto ob ſce-
lus idololatriæ acriter puniuit, & ex
ſexcētis millibus qui egreſsi ſunt de
Ægypto duo tantùm Caleb & Ioſue
terrā Promiſsionis ingreſsi ſunt, Lu-
ciferum quoque quem in Matuta ſi-
ue in origine creationis, perfectum
ſapientiâ,plenum decore, & inter re-
liquos Angelos tanquam inter lapi-
des ignitos maiori fulgore ſplen-
dentem condiderat, ob eius inordi-
natum appetitum glorię,& ſuperbię,
vnà cum ſequacibus apoſtatis for-
titer & miſerè in infernum detruſit,
ciuitates quoque illas Sodomorum
& Gomorrheorum propter abomi-
nabilem ardoris libidinem, igne &
ſulphure è cælo deſcendente peni-
tus euertit & combuſsit; quid faciet
in hæreticos à fide ſemel ſuſcepta de
generantes?Nonne vnus & idem eſt
Deus veteris, & noui Teſtamēti?nō-
ne eadē omnipotentia?& immutabi-
137 lis ſpiritus eius?† Miſericors eſt Deus
vt teſtatur Pſaltes [miſerationes eius
ſuper omnia opera eius, opus enim
eſt ſuū] miſereri & parcere, vt canit
Eccleſia: vlciſci verò & vindictā de ho
ſtibus ſumere valdè alienū eſt ab eo.
Dicit



Dicit enim Eſai. c. 28. vt faciat opus
ſuum alienum opus eius, vt operetur
opus ſuū, peregrinū eſt opus eius ab
eo & cap. 1. idem Eſai. in perſona Do-
mini loquens quaſi dolens de puni-
tione inimicorum,quia nunquam in-
feſto animo improbos punit, ſed vt
conuertantur,ſic dicit.[Heu ego cō-
ſolabor ſuper hoſtibus meis,& vindi-
cabor de inimicis meis:quaſi diceret,
nequaquam]& Lucæ 29. videns ciui-
tatem fleuit ſuper illam,quia per Ro-
manos eam eſſet ſubuerſurus: itaque
vindicta non eſt præcipuus ſcopus &
138 finis eius, † quando tamen malitia
hominū irritatur & præſertim ſapien-
tum, qui eius cognitionem & fidem
adepti ſunt, quia tunc peccata illorū
procedunt ex certa ſcientia & indu-
ſtria, valdè vlciſcitur ſcelera, & lo-
quens ad eos in ira, & in furore ſuo
conturbat eos,vt ait Propheta Pſalm.
2.& ad Hebræos 10. dicit Apoſtolus.
Horrendum eſſe incidere in manus
Dei viuentis. Vnde de Salomone ſa-
pientiſsimo dicitur 3.Reg. 11. [Iratus
eſt Dominus Salomoni eo quod auer
ſa fuiſſet mens eius à Domino Deo
Iſrael] & Daniel 2. dicitur quod Rex
in furorem & iram conuerſus præce-
pit, vt perderentur omnes ſapientes
Babylonis. Maximè ergo prouocant
ad iram Dominum fideles, qui verè
ſapientes dicuntur poſtquam in pec-
cata & hæreſes labuntur:quemadmo
dum enim, vt cecinit Horatius: Sæ-
pius ventis agitatur ingens Pinus, &
celſæ grauiore caſu Decidunt turres,
feriuntque ſummos Fulmina mōtes,
Sic ira diuinæ iuſtitiæ grauius afficit
eos,quorum fides eſt ſublimis, quàm
deiectos & humiles barbaros, quibus
nulla vnquam Dei cognitio mentes
erexit, vt ad fidei culmen aſcende-
rent,de quibus dicitur in Pſalm.[fun-
damenta montium conturbata ſunt
quoniam iratus eſt eis:] Vnde ira Dei

tanquā lapis percutit eos. Ezechi. 13.
[Dabo lapides grandes in ira,in con-
ſumptionem.]tanquam ignis inflam-
mat illos:Ezech. 22.[In igne iræ meæ
conſumpſi eos] & tanquam lanceâ
transfigit ipſos:Sapient. 5.[Acuit dirā
iram in lanceam,& pugnabit cum eo
139 orbis terrarum contra inſenſatos,] †
Hæretici enim impudentes quaſi fu-
rioſi maieſtatem diuinā blaſpheman-
tes,ſimiles ſunt iracundis apris; qui
tanto impetu iracundiæ agitantur,
vt in venatorum haſtas irruant & ſe
ipſos confodiant, ſimiles Leonibus
qui tanto furoris impetu Leopar-
dos perſequuntur, vt in foueam deci-
dentes eâ cum illis includantur,& in-
de nulla exitus via pateat, ſed à Leo-
pardis à parte oppoſita exeūtibus oc-
cidantur:ſimilis quoque ſunt apibus,
quæ tanto ardore vindictæ figūt acu-
leum,vt cum aculeo dimittāt inteſti-
na. Sic dum Deum ſuis blaſphemijs
volunt lædere, ſeipſos ad necem iu-
gulant & à Deo in mortem tempo-
ralem, & æternam deſtinantur.[Du-
rum eſt contra ſtimulum calcitrare]
140 † ſub ſanctitatis ſpecie (vt mos eſt an-
tiquus hęreticorum) ſuos errores diſ-
ſeminantes in angelos lucis priùs ſe
transfigurando, Euangelicam gratiā
& veritatem in luxuriam trāsferūnt,
quapropter beatus Thadęus dicit:[ſi-
141 militer,& ij hęretici ſcilicet,qui† car-
nem maculant cauendi ſunt, tanquā
laſciui Sodomitis perſimiles (qui
abeuntes poſt carnē alteram, exfor-
nicati ſunt]quia extra vas debitum &
materiam à natura ordinatam alte-
rius naturæ carnem requirebant, di-
uerſam ab ea quam ipſius naturæ au-
142 tor ab initio ſtatuerat.† Nam Deus à
principio maſculum & fœminā crea-
uit,vt ex vtriuſque commixtione fie-
ret vna caro,proleſque reſultaret, &
ob id non altera, ſed eadem reputa-
tur natura,quia ad id inclinat. In cō-
cubitu

cubitu verò maſculorum neque vna
caro eſt, neq; proles produci poteſt,
nec fit vna caro: quamobrē altera na
143 tura appellatur † talis copula, & quia
contra naturę inclinationem eſt, me-
ritò contra naturam appellatur. Hæ-
144 retici ergo † vniuerſam hæreſim eri-
gunt ſuper luxuriæ voluptatem, vt in
quit D. Petrus Epiſt.2. cap.2. [Exiſti-
mātes diei delicias, coinquinationis,
& maculæ] de quibus peſsimis homi-
nibus loquens Paul.1. Corint.6. dicit
[Adulteri neque molles, neq; maſcu-
lorum concubitores regnum Dei poſ
ſidebunt] & ad Rom.1.[ Naturalem
vſum mutauerunt in eum vſum, qui
eſt contra naturā] & Ioel.c.3. redar-
guens hoc nefarium ſcelus dicit [Po-
ſuerūt in proſtibulo puerum, & puel-
lam vendiderunt pro vino, vt bibe-
rēt] & Threnor.5. habetur quod ado
leſcentibus impudicè abuſi ſunt. Ex
quo idem Apoſtolus loco citato ad
Rom.1. iterum dicit: [Quia non pro-
bauerūt Deum habere in notitia, tra-
didit illos Deus in reprobum ſenſum
& in paſsionis contumeliæ, vt faciant
quod eis non expedit, maſculi in
maſculos turpitudinem operantes]
145 Vnde † loquens de luxurie immani
& ferâ peſsimâ D. Aug. lib.15. de ci-
uit. Dei ſic docet. [Sicut iniquum eſt
cupiditate poſsidendi tranſgredi li-
mitem agrorum: ita iniquum eſt libi-
dine concubendi tranſgredi limitem
morum: luxuriæ namque inſidiatur
in vijs quaſi latro & quos incautos vi
derit, interficit] ſic Pſalm. 6. dicitur
[Inſidiatur, vt rapiat pauperē, rape-
re pauperē dum attrahit eum] ideo
meritò deſcribens illam Ambroſius,
hæc verba protulit: [Luxuria tantę
improbitatis eſt, quod vbi ſe ingerit
reſerat, palatia principum penetrat,
cameras prælatorum poſsidet, aulas
clericorum ſubuertit, curſus cōtem-
platiuorū rumpit, & cellulas religio-
ſorum, in ſenibus fumigat, in iuueni-
bus militat, mulieribus imperat, totū
fœdat, totum inficit, totū aquis dilu-
uij conſumit. Eſt inſidioſa ſicut ſer-
pens quæ crocodilo inſidiatur & lu-
to inuoluta labitur in eius fauces dū
dormit, & tandem in ventrem ingre-
diens hunc occidit. [Luxuria enim in
ſidiatur hominibus, maximè dormiē-
tibus in delicijs, & proſperis huius
mundi: quæ faciliter labitur in inte-
riora ventris: per appetitus & tenta-
tiones, hominem demulcet per dele-
ctationem, tanden mordet, & occidit
146 per cōſenſus, & operationes. † His ar-
mis & inſidijs callidè & aſtutè peruer
ſi hæretici clanculum & latenter irro
punt vt venenum ſuum euomentes,
animas fidelium interficiant, eorum
intellectus excæcando, fidem euer-
tendo, eorum affectibus in praui-
tatem hæreticam allectis: à quibus
commonet nos Apoſtolus fugere &
deuiare.

Præterea contra † apoſtatas fidei
147 ſequentes falſi ac perfidi Mahume-
ti ſectam, vtentes falſis ritibus & obſ-
cœnis cęremonijs Mahumetanis: ne-
gantes puritatem beatæ ſemper vir-
ginis ac Deiparę Mariæ puritatem, &
diuinitatem Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, veri Dei & hominis. B. Apoſtolus
ſic ait. [Cum Michael Archangelus,
cum diabolo diſputans, altercaretur
de Moyſi corpore, non eſt auſus iudi-
cium inferre blaſphemiæ, ſed dixit:
imperet tibi Dominus. Hi autē quæ-
cumque quidem ignorant blaſphe-
mant, quæcumque autem naturaliter
tanquā muta animalia norunt, in his
corrumpuntur.

148 Eſt enim antiquus & vſitatus hæ-
reticorum mos ſuæ rationi & volun-
tati in rebus fidei tanquā regulæ non
vacillanti adhærere, & per ipſam res
ſupernaturales quæ noſtræ mentis
omnino ſuperāt captum dijudicare,
&



& metiri. Quæ quidē res, cū maxima
inſania & ſtultitia ſit, quæ volūt ipſi,
& iudicant, credunt, quæ autem re-
nuunt, pro libito his fidem denegāt.
146 † Et ſicut inueniūtur in ſpeculis quę-
dam falſa & concaua, quæ oſtendunt
res aliter quàm ſint, & facies repræ-
ſentant tranſuerſales aut geminatas,
cum ſimplices tamen, & nonniſi vnæ
proponātur, alia verò vultū turpē &
rudem referunt, cùm re verâ perpo-
litus & mollis ſit: eâdem etiam ratio-
ne ratio naturalis ad iudicandum de
altitudine & magnitudine rerum di-
uinarū, eſt veluti ſpeculum concauū
varium & fallax. Quia vt docet Paul.
loquens de myſterijs noſtrę fidei. [ſa-
pientiam loquimur in myſterio, quā
nemo principum huius ſæculi cogno
uit, ſed neque cognoſcere poteſt:] &
alibi [ſapientia huius mundi ſtultitia
150 eſt apud Deum:] † vnde ſicut aliquā-
do datur viſio ſpecularis, certior vi-
ſuali (nam multa videntur in ſpeculo
quæ videri nequeunt in ſua propria
eſſentia vel ſubſtantia, vt ſi ſpeculum
in aquam immerſeris, tunc Eclipſim
ſolis, & lunæ coniunctionem, cum ip-
ſo manifeſtè videbis, quæ tamen no-
bis propter altitudinem apparere nō
poterant: Planetæ etiam qui præ cla-
ritate ſolis videri nequeunt, inter-
diu poſſunt nobis mediante ſpeculo
151 apparere) † ita arcana & myſteria diui
na licet in ſe ſint vera & certiſsima,
propter ipſarum tamen diſtantiam &
magnitudinem, nobis ſunt occulta &
abſcondita: quare ſi ea contemplari
velimus, proponendum nobis eſt ſpe
culum certum & terſum fidei, cuius
lumine nobis ſit quaſi quidam pro-
ſpectus ſpecularis, certior oculari
& quâlibet ratione naturali, & ſen-
ſuum euidentiâ, vnde dicebat Apo-
ſtolus 1. Corint.13. [videmus nūc per
ſpeculum in ænigmate] & 2. ad
Timoth.1. [ſcio cui credidi, & cer-
tus ſum, quia potens eſt depoſitum
meum ſeruare in illum diem] & ad
Rom,10. [Omnis qui credit in eum
non confundetur] & ad 1. Corint. 1.
[per ſtultitiam prædicationis ſaluos
facit credētes] & 2. Paralipom. 20. di-
citur [credite in Dño, & ſecuri eri-
tis] Et Eccleſiaſt. 33. [homo ſenſatus
credit legi:] & Eſai.7. dicit [ſi non cre
dideritis, non permanebitis] & deni-
que Chriſtus Dominus Ioa. 12. dixit:
[qui credit in me non ambulat in te-
nebris, ſed habebit lumen vitæ] quod
vtique eſt lumen fidei. Hoc quia defi-
cit hæreticis, deficit etiam & cogni-
152 tio rerum diuinarum: † hinc fit vt ig-
norantia eorum in blaſphemias con-
uertatur, & præcipuè contra beatiſ-
ſimam Virginem: quæ (vt canit Ec-
cleſia) cūctas hæreſes ſola interemit:
cuius puritas & Virginitas purior eſt
luce, & ſpecioſior ſole, vt dicitur Sap.
7. eſt namque ſpeculum ſine macula;
expers omnis corruptionis, & immū-
ditiæ, columna immobilis fidei, & vni
153 uerſalis Eccleſiæ: † ideo ſtella maris
appellatur, quę ſtat in cæli medio im-
mobilis, & cunctis ſtellis motis, iſta
nunquam mouetur: ad illā reſpiciunt
154 nautæ vt ad portum dirigantur. † Ma-
ria enim, teſte Bernardo in ſermone
de ea, omnibus omnia facta eſt, & de
eius plenitudine accipiunt vniuerſi,
captiuus redemptionem, æger cura-
tionem, triſtis conſolationem, pec-
cator veniam, iuſtus gratiam, Ange-
lus lætitiam, Trinitas gloriam, filius
carnis ſubſtantiam. Eſt igitur in me-
dio cæli, quia eſt inter Deum & pec-
catores, pijſsima mediatrix: & ſicut
medium ſe habet æqualiter ad ex-
155 trema, ſic illa ad bonos & malos. †
Vnde idem Bernard. ſuper illa verba:
[Miſſus eſt Angelus] ait: [Ne auertas
oculos tuos à fulgore huius ſideris, ſi
non vis obrui à procellis,] & in alio
ſermone. [Tuæ, inquit, miſericordiæ
longitudo

blosio. de colirio hereticorum. c. 7.

longitudo durabit, B. Virgo, vſque ad iudicium.] Latitudo replet orbem terrarum, ſublimitas reſtaurat Para-
156 diſum, profunditas euacuat infernũ.† Maria eſt ſicut lapis, quæ dicitur Alectoria, cuius præſentia terret leonẽ, ſicut arbor quæ dicitur Cedrus, quæ ratione altitudinis Regina arborum dicitur, cuius fragrãtia fugat ſerpentes. Eſt ſicut Ebur, quod pannum lineum poſitum ſuper prunas, cõburi non patitur, & prunam extinguit. Eſt ſicut arbor fraxinus, ſub cuius vmbram ſerpentes, ſeu dæmones repere neſciunt. Eſt ſicut animal pulcherrimum & manſuetum, qui Panther dicitur, cuius vox & eloquentia conturbat Dracones. Denique Maria eſt ſicut Sapphirus, in cuius medio generatur Carbunculus, Chriſtus ſemper
157 ſplendens, & noctẽ illuminans.† Eius immaculabilis virginitas exſtitit integerrima ante partum, in partu & poſt partum: præmonſtrata ab Eſai. cap. 7. dicente [ Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel,] figurata verò in vellere Gedeonis, vt dicitur Iudic. 6. quod tota terra ſiccã manente, ſolùm ſine pluuia rorem habuit. Rubus etiam, quem cõſpexit Moyſes ardere videbatur, tamen combuſtionem nõ patiebatur; vt legimus Exod. 3. Thronus etiam Salomonis de Ebore puro & candido conſtructus fuit. 3. Reg. 10. De monte Danielis lapis ſine manibus fuit abſciſſus Dan. 2. Et in porta Ezechielis nullus præter dominum fuit ingreſſus, Ezech. 44. ſic proculdubio Virgo Maria fuit prægnans ſine rore ſeminis, & carnalis voluptatis, ſine læſione ſuæ integritatis, per
158 Spiritus ſancti operationem. † Vterus etiam eius Virgineus per caſtitatem fuit candidus & eburneus, & ſanctus. Thronus vero Salomoni Chri-
159 ſto per incarnationem, qui fuit lapis angularis abſciſſus de monte ſui vteri prægnantis, ſine manibus humanæ operationis, & factus grandis per natiuitatis progreſſum & ſic vterus eius factus eſt porta clauſa, ſoli Domino aperta, per virginitatis perpetuam conſeruationem & conſecrationem.

160 Sed quia† diximus de integritate & puritate virginitatis Mariæ, operæpretium erit aliqua breuiter de eius cõceptione ſanctiſsima præfari: ad cuius rei intelligentiam tria tanquam certa ſupponimus. Primum eſt beatam virginem verè peccaſſe in Adam, ſicut peccauerunt omnes alij homines: probatur. Nam ſicut omnes alij erant in Adamo ſecundum ſeminalem ratiõe, vnico excepto Chriſto Domino: ita & beata Virgo fuit in primo parente. Et quemadmodum Adam accepit iuſtitiam pro alijs, ita quoque pro B. Virgine, ſed hoc ſatis clarũ eſt, vt patet ex D. Thom. 1. 2. q. 81. & 82. vt aliquis dicatur peccaſſe in Adam. Ergo, &c.

161 Secundò, certum eſt: beatam † Virginem verè cõtraxiſſe debitum peccati originalis, & hoc ſecũdum ſequitur manifeſtè ex primo: nam ſi beata Virgo peccauit in Adamo, ergo ſicut alij homines, ita quoque & ipſa erat obnoxia debito peccati: & debebat habere peccatum: ita vt quemadmodum reſpectu aliorum ſemen infectum erat productiuum peccati, ita quoque reſpectu virginis. Et hoc eſt veriſsimum, vt optimè notat Caiet. in opuſculis tom. 2. Tract. 1. de concep. Virginis cap. 3. non ſolùm de beata Virgine quatenus fuit in Adamo, ſed etiam quatenus conſideratur in propria perſona: nam ſicut in propria perſona contraxit debitum moriendi, ita quoque debitum peccandi.

162 Tertiò certum eſt † potuiſſe Deũ ſanctificare & præſeruare beatã Virginem





ginẽ à peccato originis in primo inſtãti ſuæ cõceptionis, & animationis, infundendo illi gratiam vt docuit S. Thom. in 3. ſentent. diſtinct. 3. quæſt. 1. art. 1. quęſtiuncula 2. & pariter omnes Doctores: & ratio eſt perſpicua: nam ſicut Angeli creati ſunt in gratia, ita quoque potuit beata Virgo concipi in gratia & amicitia Dei.

163 Quibus ſuppoſitis † ſententia D. Thom. fuit B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali: ita tenuit 3. part. q. 14. art. 3. & q. 27. art. 2. & in 3. ſentent. vbi ſuprà: & cum eo conſentiunt Ferrarien. libr. 4. contra Gent. c. 50. & Capreol. & Deza Hiſpalen. in 3. diſtinct. 3. quæſt. 1. & Caieta. in art. 2. citato, & in tract. de conceptione B. Virginis, & omnino omnes Thomiſtæ, ſaltim veteres. Et quanuis D. Thom. in 1. diſtinct. 44. art. 3. videatur dicere oppoſitum, tamen mutauit ſententiam, cuius rei argumento eſt: quia vbicunque poſtea de hac re diſſeruit, liberè aſſeruit B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali: huic ſententiæ adhæſit Mag. in 3. diſtinct. 3. & Alex. Alenſis 3. part. q. 9. & Hẽricus de Gandauo quodlib. 15. q. 13. & D. Bonauentura, Albert. Magnus, Richard. de Mediauilla, Palud. & Durand. in 3. diſtinctione 3. Greg. Ariminenſ. in 2. diſt. 30. q. 2. & alij plures, quos citat Capreolus loco citato. Omnes denique (vt vno abſolnam verbo) veteres ſcholaſtici.

164 Nihilominus † tamen certò tenẽdum eſt beatam Virginem ſanctificatam fuiſſe in inſtanti ſuæ conceptionis, per infuſionem gratię in animam, idq; ante naturã, ſiue ante animationem: vel per infuſionem gratiæ poſt animationem, & vnionẽ ad corpus, non quidẽ tempore ſed naturâ, quod ſecundum magis placet Doctoribus:
165 † & eo pacto, ſequitur conceptam fuiſſe ſine vlla macula peccati originalis. Ita tenet Scotus in 3. diſtinct. 3. q. 1. quanuis ſtet in concluſione dubius. At ſine vlla dubitatione id defendunt Ioann. Gerſon ſerm. de concep. Abulenſ. in cap. 34. in Exod. q. 8. & Ioann. Maior in 3. diſt. 3. & Gabr. in eod. 3. diſt. 1. art. 2. Dionyſ. Carthuſianus q. 1. & Marſil. in 2. q. 20. & in 3. q. 4 & Tho. de Argentina in 2. diſt. 30. & in 3. diſt. 3. & Ambroſ. Catharinus in opuſc. diſputa. de concept. B. Virginis; & Cordubenſ. lib. 1. ſui quæſtionarij q. 44. & ferè omnes recentiores: & probatur primò hæc veritas teſtimonijs ſacræ Scripturæ: nam Gen. 3. cum Deus malediceret ſerpenti ſic ait. [Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animalia & beſtias terræ: ſuper pectus tuum gradieris, & terrã comedes cunctis diebus vitæ tuę: inimicitias ponam inter te, & mulierẽ:] id eſt, inter B. Virginẽ [Et te] vt multi ſancti interpretantur [ Et inter ſemen tuum & ſemen illius] nõ autem fuiſſet inimicitia omninò perfecta, ſi aliquando fuiſſet beata Virgo ſub poteſtate diaboli. Ergo, &c. & Cant. 4. dicitur: [ Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te,] &c. 5. [Quæ eſt iſta, quę progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol?] &c.

Hæc vt decidat vniuerſalis Eccleſia Romana cantat B. Virgini in feſto ſuæ natiuitatis illud Prouerb. 8. [Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,] &c. Nondum erant abyſſi; & ego iam concepta eram:] id eſt, nondum erat aliquod peccatum in me. Quia abyſſus peccatum innuit in ſcriptura, iuxta illud Pſalmiſtæ, [abyſſus abyſſum inuocat,] & ego iam concepta eram in gratia in diuino propoſito, ab æterno: vt exponit Iacobus de Valentia in Canticum Virginis Mariæ. Hæ autem autoritates licet ad literam intelli-

gantur de Eccleſia, & de ſapientia diuina, tamen in figura intelligũtur de Virgine, & inde non parum habent autoritatis. Probatur ſecũdò teſtimonio D. Auguſt. lib. de natura & gratia, contra Pelagium c. 75. [cùm de peccatis agitur ait Auguſt. nullam prorſus volo habere quæſtionem de B. Virgine, propter honorẽ Domini filij eius:] & cõfirmatur ex regula eiuſdem libri 5. contra Iulianum cap. 9. tomo 7. [Nullus, inquit, eſt qui euaſerit peccatum actuale, qui contraxit peccatum originale] ſed beata Virgo ex priuilegio liberata eſt ab actuali (vt aſſerunt Doctores in 3. diſtinctio. 3. & Vega lib. 14. in Concil. Trident. Corduba lib. 1. ſui quæſtionarij quæſ. 44. & D. Bernard. Epiſtola 124. vbi dicit. [Ego puto quod copioſior ſanctificationis benedictio in virginẽ deſcenderit, quæ illius non ſolùm ſanctificaret ortum, ſed etiam vitam ab omni peccato poſtea cuſtodiret immunem, quod nemini alteri inter natos mulierum creditur eſſe donatum] & beatus Anſelm. lib. de conceptu virginali cap. 18.) Ergo decens erat vt eâ puritate quâ maior ſub dio nequit intelligi, Virgo illa beatiſsima niteret. Cui Deus Pater filium ſuum dare diſponebat. Quare Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. de iuſtificatione Can. 23. [Si quis dixerit poſſe hominem etiam iuſtificatum peccata omnia vitare, etiam venialia, niſi ex ſpeciali priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.] Ergo ex eodem priuilegio piè credendum eſt, fuiſſe liberatam à peccato originali. Tertiò probatur: Chriſtus potuit liberare beatam Virginem ab originali peccato, & decuit: nam filij eſt honorare matrẽ, & eam perfectè liberare ab omni malo. Ergo credendum piè eſt ita
166 Chriſtum Dominum feciſſe. † Hoc argumento probat D. Auguſt. libr. de Aſſumption. Virginis, fuiſſe virginem præſeruatam ab illa ſententia, quæ habetur Geneſ. 2. [Puluis es & in puluerẽ reuerteris.] Et in corpore & in anima fuiſſe aſſumptã in cælum, quia Chriſtus potuit virginem præſeruare, & decuit cùm eſſet eius filius. Ergo probabiliſsimum eſt ita feciſſe.

Quartò: præcipua ratio, quâ D. Tho. 3. part. quæſtione 27. art. 4. probat beatam Virginem fuiſſe liberatam ab omni peccato actuali, eſt quia futura erat mater Dei, & non fuiſſet idonea mater ſi aliquando peccaſſet. Tum quia honor parentum redundat in filios, Prouerb. 17. [Gloria filiorum patres eorum.] Et cõtra ignominia matris, redundaſſet in filium. Tum propter ſingularem affinitatem ad Chriſtum Dominum, qui Virginis carnem ſuſcepit. Sed hæc ratio non minorem vim habet de peccato originali. Ergo ab eo illam præſeruauit.

Quintò: probatur ratione quâ S. Th. probat articul. 1. fuiſſe beatam Virginem ſanctificatam in vtero. Credendum eſt (inquit) conceſſa fuiſſe priuilegia beatæ Virgini, multo maiora illis quæ ſunt alijs ſanctis conceſſa: ſed alij ſancti fuerunt ſanctificati in vtero: Ergo credendum eſt beatam Virginem non ſolùm fuiſſe ſanctificatam in vtero, ſed etiam in inſtanti ſuæ cõceptionis, & confirmatur: nam ſi Angeli ſunt creati in gratia, cur non etiã B. Virgo fuit concepta in gratia? Vltimò, quia quemadmodum Eccleſia celebrat feſtum natiuitatis, ita feſtum Conceptionis: ſed ex primo colligit D. Thom. beatam Virginem fuiſſe ſanctificatam ante natiuitatem, quia feſtum non celebratur niſi pro ſancto. Ergo ex ſecundo quoque poſſumus nos colligere, fuiſſe ſanctificatam in inſtanti ſuæ Conceptionis.





167 Nec obſtat locus ille Pauli ad Romanos 5. [Sicut per vnum hominem peccatum in mũdum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt] & iterum [ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic per vnius iuſtitiã in omnes homines in iuſtificationem vitæ] & 2. ad Corinth. 5. [Chriſtus pro omnibus mortuus eſt. Ergo omnes mortui ſunt,] vbi apertè loquitur D. Paul. de morte ſpirituali peccati. & ad Epheſ. 2. Eramus omnes naturâ filij iræ, quia omnes peccauerũt in Adã] Ergo & B. Virgo eſt mortua, & filia iræ fuit: quia peccauit in Adamo. Nã omnes iſtæ autoritates ſacræ ſcripturæ, & propoſitiones vniuerſales intelligẽdę ſunt vel ſecundùm legem cõmunem, vel ſecundùm debitum, & modũ cõcipiendi, & ex ſe: quibus nõ impeditur ex gratia & ex priuilegio pręſeruatã fuiſſe B. Virginẽ, ſicut enim vniuerſaliter loquitur ſacra ſcriptura de peccato originali, ita quoque de actuali 2. Paralip. cap. 6. [non eſt homo qui non peccet] & Pſalm. 13. [omnes declinauerũt: ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, nõ eſt vſq; ad vnum.] Et 1. Ioan. 1. [Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt,] & tamen non obſtante hac vniuerſalitate cõcedimus B. Virginem fuiſſe ex priuilegio immunem ab omni peccato actuali (vt ſuprà diximus.) Ergo non obſtante eâdẽ lege communi, liberè poſſumus cõcedere ex priuilegio fuiſſe præſeruatã à peccato originali, quia ſtante eâdẽ lege generali de peccato originis, ingenuè fatemur beatam Virginem, Ioannem Baptiſtam, & alios fuiſſe ſanctificatos in vtero.

Non obſtat ſecundò locus Auguſt. libr. de fide ad Petrum cap. 26. qui refertur de conſecratione diſt. 4. cap. firmiſsimè. vbi ſic. [Firmiſsimè teneas, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cùm originali peccato naſci, & idem dicendum eſſe de beata Virgine, quæ hac eâdẽ lege fuit cõcepta: quia licet quicũq; concipitur ex commixtione maris & fœminæ concipiatur in peccato, illud, tamen intelligendum eſt de lege ordinaria, à qua fuit præſeruata beata Virgo, quæ ab initio & ante ſæcula creata fuit.

Nec obſtat tertiò dicere in beata
168 Virgine † fuiſſe effectus peccati originis, vt famem, ſitim, mortem, & alia pœnalia: & ex cõſequẽti in ipſa fuiſſe peccatũ originale, vel ſi non fuit, non fuiſſe redemptam per Chriſtũ, quòd eſt cõtra Pſalmiſtam dicentẽ de Chriſto. [Copioſa apud eum redemptio.] Et contra Zozimum Papam relatum à D. Auguſt. Epiſt. 156. qui ita diffinijt [nullus niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur, neq; redemptus dici poteſt, niſi qui verè per peccatum antè fuit captiuus.] Nam licet de lege, in quo inueniuntur effectus peccati, inueniatur etiam peccatum, ſecus tamen ex gratia & ex priuilegio: & ita cõtigit in beata Virgine, quam Deus voluit præſeruari à peccato, & non ab effectibus peccati: præſertim cùm licet fuerit pręſeruata à peccato, non tamẽ à debito peccati; quod profectò nihil aliud eſt, quàm peccatum in natura & radice ipſa, veluti in cauſa quo vſq; per infuſionẽ gratiæ impediatur: & hoc debitũ peccati conſequuntur effectus peccati, & quamuis potuiſſet Deus ab huiuſmodi effectibus Virginẽ pręſeruare nõ dedecuit, imò cõueniens fuit illos relinquere ad virginis exercitationem, quemadmodũ relinquuntur in homine baptizato, remiſ-
169 ſo peccato per baptiſmũ. † Ex eâdem

doctrina dicimus, & ſi verum ſit beatam Virginem non contraxiſſe peccatum in ſe, contraxiſſe tamen illud in debito, quod ſatis eſt vt verè & propriè dicatur redempta per Chriſtum. Neque enim minùs indiget redemptione, qui captiuitati obnoxius eſt, quàm qui iam actualiter eſt captiuus. Et ita B. Virgo non minùs redempta eſt, quàm nos: imò verò altiori modo: ita Ambroſ. Catharinus opuſculo citato de Conceptione lib. 2. ad princip. & Cordubenſis loco citato, quam ſolutionem Durandus etiam probat, etſi tueatur oppoſitā ſententiam, imò & Caietanus p. 2. q. 81. art. 3. & 3. p. q. 27. art. 2. & nō minùs debetur ei qui aliquem liberat antequam incidat in morbum, quàm ſi illum liberaſſet poſtquàm incidit: imò multò magis. Et ita beata Virgo non minùs debet Chriſto Domino ſi illā præſeruauit ne caderet, quàm deberet ſi liberaſſet poſtquam cecidit: imò multò magis. Et ad Zozimum Papam dicimus, vel illum loqui de redemptione non præſeruatiua, ſed liberatiua, & relatiua ad peccatū iam contractum, quæ neceſſariò ſupponit peccatum. Vel ſecundò loqui de redemptione non ſolùm à peccato in ſe, ſed à peccato in debito.

170 Nec obſtat quartò† Concil. Mileuitanum cap. 2. vbi definit omnes in Adamo peccaſſe, & etiam teſtimonia aliquorum Sanctorum, qui ſine vlla exceptione vbicumq; ſe offert occaſio docent omnes quotquot deſcendunt ab Adamo (Chriſto Domino excepto) naſci filios iræ & contrahere peccatum originale: & quod in particulari cōtraxerit illud B. Virgo docēt D. Aug. D. Ambr. D. Greg. D. Anſel. D. Bernard. Epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunēſes, & D. Vincent. Ferrer. ſerm. de Cōcept. Virginis & multi alij, quorum ſanctorū loca legenda ſunt apud Caiet. tract. illo citato, c. 4. Nō obſtant (inquam) hæc omnia: quia in primis Concil. Mileuitanū loquitur de lege, non de priuilegio. Teſtimonia verò ſanctorum vel loquuntur in vniuerſali, vel in particulari de B. Virgine. Si in vniuerſali, reſpondeo omnia intelligenda eſſe de lege, non verò ex gratia & priuilegio, vt nos loquimur. Si in particulari, de B. Virgine, neceſſariò dicendum eſt, ſed loqui de peccato non formaliter, vel quātùm ad debitum. Et ita reſpondemus teſtimonijs D. Aug. D. Ambroſ. & D. Greg. quæ ad feruntur à Caietano & alijs: nā quod ait Auguſt. B. Virginē mortuam fuiſſe propter peccatū, intelligi poteſt de morte corporea; & de peccato quātùm ad debitū. Et cum ait carnē Virginis de propagatione peccati veniſſe, non tamen concepiſſe de propagatione peccati, ſimiliter intelligēdum eſt. Dicta etiam D. Greg. & Ambroſij eodem modo ſunt explicanda.

Poſſumus ſecundò reſpondere hoc: omnes ſanctos fuiſſe illius ſententiæ, re non ſatis exploratā. Credēdum tamen eſt omnes, ſi modo viuerēt mutaturos eſſe ſententiam: & de B. Bernardo liquidò conſtat ex Epiſt. ad canonicos Lugdunenſes, cuius præcipuum fundamentum, cur ſententiam illam amplexus eſſet, non erat ſacra Scriptura, ſed conſuetudo Romanæ Eccleſiæ: & ita vehementer increpat canonicos Lugdunenſes, quia contra conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, nouum feſtum in Eccleſiam introduxerant. Si ergo modo viueret, & videret Eccleſiam Romanam vniuerſaliter maxima cum deuotione celebrantē feſtum Cōceptionis, & in hāc partem maiori ex parte propendere omnes fideles, in eandem etiam partē, haud dubiè ipſe inclinaret. Idem dicendum eſt de D. Tho. qui ob eam præcipuè cauſam aſſeruit B. Virginem fuiſſe





fuiſſe ſanctificatam in vtero, quia videbat Eccleſiam Romanam vniuerſaliter celebrare feſtum Natiuitatis Virginis, quam credebat non ſolùm in rebus fidei, ſed etiam in rebus pijs peculiariſsimè regi à Spiritu ſācto, ne erret: & ob eādem etiam cauſam exiſtimauit, non fuiſſe ſanctificatam in inſtanti Conceptionis, quia non videbat Eccleſiā Romanam hoc feſtum celebrare. Idem iudicium eſt de D. Bonauent. D. Vincentio & alijs.

171 Nec obſtat vltimò aſſerere peculiare priuilegiū fuiſſe Chriſto D. conceſſum, vt conciperetur ſine peccato originali: & ex cōſequenti credendū eſſe nulli alij fuiſſe conceſſum: etiam B. Virgini. Diſcrimē enim eſt vel maximum inter Chriſtum & B. Virginē. Primò, quia Chriſtus fuit immunis à peccato per naturā: B. verò Virgo per gratiam. Secundò, quia Chriſtus non ſolùm fuit immunis à culpa, ſed etiā à debito culpæ: B. autem Virgo, licet fuerit immunis à peccato, nō tamen à debito. Vltimò, quia Chriſtus fuit immunis à peccato per ſe: beata verò Virgo non per ſe, ſed per Chriſtum.

172 Ex † dictis ſtatim naſcūtur aliquot dubia: primum eſt, an noſtra ſententia ſit de fide, quod & ipſum videtur. Primùm ex Concil. Baſilieſi, vbi definitur ſeſſ. 36. doctrina, quā dicitur B. Virginē fuiſſe conceptam ſine peccato originali eſſe ſuſcipiendam tanquam Catholicam.

173 Secundò, quemadmodum Eccleſia non poteſt errare in canonizatione Sanctorum, ita nec in celebratione feſtorum, ſed tota iam Eccleſia celebrat feſtum Conceptionis. Ergo, &c.

Tertiò Eccleſia non poteſt errare in approbatione religionis, ſed Iulius II. vt refert Cordubenſis loco citato inſtituit regulam & ordinem monialium cōceptionis in honorem immaculatæ conceptionis Beatæ Virginis, qui iam per totam Eccleſiam approbatur. Ergo, &c.

175 Quartò † probatur ex indulgētijs quas Sixtus IIII. conceſſit (in extrauaganti, quæ incipit: graue nimis. tit. de reliquijs & venerat. ſanctor.) illis qui in feſto Conceptionis & in eius octaua officijs diuinis interſunt.

176 Vltimò, † ex multis miraculis & reuelationibus quæ legūtur factæ ad cōfirmandam in animis fidelium immaculatam Conceptionem Virginis, & præterea ex reuelatione facta B. Brigidæ, cui legitur fuiſſe reuelatum Beatam Virginem fuiſſe conceptam ſine originali peccato. vt patet ex libr. 1. Reuelat. cap. 9. & ex lib. 6. cap. 49.

177 Cęterùm neq; noſtra ſentētia his contraria eſt de fide. Primò ex conſtitutione extrauag. citatæ Sixti IIII. vbi Papa excōmunicat illos, qui affirmant hanc vel illā partem: & dicunt eſſe hæreticos, vel peccare mortaliter: & reddit rationem, quia nōdum ab Eccleſia Romana fuit aliquid diffinitum. Probatur ſecundò ex Concil. Trid. ſeſſ. 5. vbi quod attinet ad hanc quæſtionem iubet Concilium vt obſeruetur Cōſtitutio Sixti IIII. ſub pœnis illic contentis, quas etiā innouat. Probatur vltimò ex Motu proprio Pij V. publicato ann. 1570. in quo declaratur neutram ſententiam eſſe de fide, ſed licere vnicuiq; in conflictib. ſcholaſticis hanc vel illam tueri partem, vel impugnare. Præcipit tamen Pius V. & quidem rectiſsimè, vt ab huiuſmodi contentionibus & diſputationibus abſtineant concionatores, in concionibus habendis ad populum, quia hæ contentiones (magiſtrâ experientiâ) generant in animis fidelium odia & ſcandala.

Ad primum argumentum reſpondeo, diffinitionē illā, imò omnia acta illius ſeſſionis nullius eſſe autoritatis

probatur: nã vt optimè adnotat Caietanus tract. citato c. 5. quando peruẽtum eſt ad illam ſeſsionem, iam omnes qui in illo Concilio aderant ab obediẽtia Eugenij IIII. veri Papæ receſſerant: & ita hac in parte non faciunt fidem. Et quod attinet ad hanc veritatem, patet extrauag. citata ex Concil. Trid. ex Motu proprio Pij V. quæ fuerunt multò pòſt.

Ad ſecundum reſpondeo, ſicut non
178 † eſt de fide Eccleſiã nõ poſſe errare in canonizatione ſanctorum in particulari, ita quoq; non eſt de fide non poſſe errare in celebratione & inſtitutione alicuius feſti: ſed quia licet hoc non ſit de fide, tamen oppoſitum
179 ſit vt minimũ temerarium, † reſpondeo meliùs: cùm Eccleſia celebrat Cõceptionem, nõ celebrare illam vt rem omnino certã, ſed vt rem piam
180 & valdè probabilẽ. † Eodẽ modo reſpondeo ad tertium. Primò, non eſſe omnino certum Eccleſiam non poſſe errare in approbatione religionis alicuius, vt docẽt cõmuniter Theologi 2.2.q.1.art.10. vel ſecundò, reſpõdeo Eccleſiam vel Papam nõ poſſe errare in approbatione doctrinæ alicuius religionis: & hoc eſt certum: nõ tamen eſt certum non poſſe Põtificẽ errare in motiuo & fine, quem habuit. Adde etiam quòd motiuum illud Cõceptionis propoſuit ſibi Papa, nõ vt rem omnino certam, ſed tanquam rem piam & valdè probabilem, & hinc ſoluitur etiam quartum argumentum de in-
181 dulgentijs. † Ad vltimum de miraculis & reuelationibus Caieta. tract. de Conceptione c. 5. reſpõdeo oppoſitũ fuiſſe reuelatũ S. Catharinæ de Sena: ſed quidquid ſit de hac re, argumẽto reſpondeo: licet miracula quæ dicuntur eſſe facta, & reuelationes faciant hanc ſententiã valdè probabilẽ, non tamen ſunt adeò certa, vt in eo conſtituant articulum fidei.

182 Secundum dubiũ quod pullulat ex prædicto eſt: an ex motiuis & reuelationibus poſsit Papa induci, vt diffiniat tanquam de fide B. Virginẽ fuiſſe conceptã ſine peccato originali. Aliqui dicunt (inter quos eſt Cordubẽſis queſt. citatã, tot poſſe referri miracula & reuelationes Papæ, vt ex ijs legitimè priùs probatis poſsit hãc veritatẽ vt rem fidei diffinire: & probat quia ex ijſdem motiuis procedit Papa ad canonizãdos Sãctos: ergo ex ijſdẽ etiam poterit procedere ad determi-
183 nandas cõtrouerſias fidei. † Nihilominus tamen dicimus primò viã ordinariã nõ poſſe Papam hanc quæſtionem diffinire ex miraculis ſolis, & reuelationibus: ſic Caietanus loco citato c.1. & multi alij, quia viã ordinariã quam Papa & Eccleſia habent à Deo ad determinãdas veritates fidei eſt inhærendo ſacræ Scripturæ, vel traditioni: ſed B. Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato neq; ſacrã ſcripturã neq; traditione conſtat: Ergo, &c. Minor probatur: nam teſtimonia ſacræ Scripturæ niſi explicentur, magis fauent oppoſitæ ſententiæ: neque conſtat ex traditione: nam retroactis temporibus omnes tenebant oppoſitam ſententiam. Ergo, &c.

184 Secũdò dicemus † viã extraordinariã non eſſe dubium, quin poſsit Papa hãc veritatẽ vt de fide diffinire. Probatur: quia ſi Deus patentiſsimum aliquod miraculum ederet coram Papa vel corã Concil. generali in cõfirmationẽ huius veritatis, vel etiã ſi Deus hoc Papæ vel Eccleſiæ patẽtiſsimè reuelaret, haud dubiè poſſet Eccleſia hanc veritatem de fide diffinire: ad argumentum reſpondetur, non eſſe eandem rationem de canonizatione Sanctorum. Nam illa eſt viã ordinariã data Eccleſiæ, ſcilicet per miracula, & per Inquiſitionem vitæ canonizati, ita vt quoties Papa fact

quod



quod in ſe eſt, Deus illum illuminet, ne erret. Ad diffiniendas verò cõtrouerſias fidei viã ordinariã, eſt adhærẽdũ ſacræ ſcripturæ & traditioni: adde etiã quod ſi ex ſolis miraculis procederet Papa, non haberet plus autoritatis diffinitio illa, quàm habet canonizatio Sancti, in qua quanuis ſit certum non poſſe Papam errare, non tamen eſt adeò certum vt ſit de fide.

185 Vltimum dubium ſit, an dato quòd B. Virgo ſit concepta ſine labe originali, ſi mortua fuiſſet ante Chriſtum deſcendiſſet ad limbum. Gerſon 2.p. ſermone de conceptione B. Virginis quanuis dubius, negat quòd deſcenſura fuiſſet Beata Virgo in limbũ ſed ſtatum conſecuta eſſet gloriæ. Sed concluſio ſit in tali euentu: certè B. Virgo deſcendiſſet ad limbum, probatur: quia licet per præſeruationem eſſet à culpa liberata, & à reatu pœnę totius naturæ, quam cõtraxiſſet, non per peccatum ſed per debitum peccati cui erat obnoxia, tamen hic reatus nihil aliud erat quàm impedimẽtum ad poſsidendam gloriam, & videndum Deum clarè, quouſque pretium ſolueretur pro peccato totius naturæ, quod ſolutum eſt in paſsione Chriſti Domini: inde conſequitur B. Virginem Dei viſionem nõ fuiſſe habituram. Hanc ſentẽtiã tenet Scotus in 3. diſt. 3. q. 1. ad finẽ, & Cordub. lib. 1. ſui quæſtionarij q. 47. & cõmuniter omnes DD. qui cenſent B. Virginem fuiſſe cõceptã ſine peccato originali. Placuit in mediũ hæc proponere de B. Virgine contra hæreticos blaſphemos, qui frequenter os ſuũ in cælum ponẽtes, temerariè & ſacrilegè Chriſti maieſtatem (vt ſuperiùs diximus) eius matris puritatẽ, & integritatem myſteriaq; diuina, alta, & recondita, conuellere & labefactare cõtendunt. At incredibili amplificatione D. Michaelis, dicteria illa profana, tum etiã turpiſsimã Mahumetarum temeritatem, iniquiſsimumq; Iudaiſmũ inſectãtes grauiter obiurgat B. Thadęus, quòd obſequium fidei non pręſtent, ſed potius quæcumq; ſenſu proprio cõprehendere nequeunt dãnent, & blaſphement. Præterea nos quoque admonet, & omnes fideles vt à blaſphemiæ & maledicti ſcelere D. Michaelis exẽplo abſtineamus. Ne huius criminis grauitatẽ cum hæreticis incurramus. Nam cùm Michael Archãgelus contendens cum diabolo ab ipſo laceſſeretur, nõ auſus eſt ei maledicere, ſed temperans cum modeſtia ſermonem, peccati ſui vltionem Deo reliquit, qui dicit: [mihi vindictã & ego retribuã,] nolẽs quidquã acerbiùs in creaturã Dei proferre. Sic & nos fugere debemus maledicẽtiã, ne ſicut hæretici (qui contẽpto rationis vſu, & carnis appetitu cõpulſi tanquã bruta, iuxta ſenſus animalis apprehẽſionẽ omnia inſaniẽtes corruptè agũt, & de Catholicis rebus maledicè loquuntur) turpiter decipiamur & præcipites trahamur in eorũ prauos affectus, laſciuaq; deſideria: & quę quãdocunq; nõ intelleximus, ſicut ipſi à fide diſcedamus, & blaſphemiã proferãmus allecti carnis petulantiã, & paſſionũ turbine excæcati. Vnde B. Thadæus eleganti enumeratione impoſtorum, per cuncta ſæcula hæreticos noſtræ tẽpeſtatis territat, quod tam graui pertinaciã ex adhæſione prauæ volũtatis & appetitus laborẽt, vt nullis rationibus à tam prauo propoſito
186 auerti & diuelli poſsint. † Quare ſubinfert dicẽs: [Væ illis qui in via Cain abierũt, & errore Balaã mercede effuſi ſunt, & in cõtradictione Chore abierũt. Hi ſunt in epulis ſuis maculę cõuiuãtes ſine timore, ſemetipſos paſcẽtes, nubes ſine aqua, quæ à ventis cir

 cunſe

cum feruntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum]hæc ibi.

Mirâ deſcriptione hæreticos noſtræ
187 tempeſtatis deſcribit,†& varijs coloribus ad viuum exprimit, exemplo Cain, Balaam, & Chore, vt iſtorũ notis ipſos agnoſcentes vitemus & fugiamus: nam in furore Cain contra fratrem ſuum Abel pium & iuſtum, quem ex inuidia occidit, demonſtratur inuidia quorundam hæreticorum qui Chriſti fideles perſequuntur, ſuas falſas ſectas & doctrinas ex diametro opponentes Catholicæ fidei vſq; ad mortem fidelium: ex quo in illis ſicut in Cain diuina miſericordiæ diffidentia ex peccatorum ſuorum malitia & grauitate generatur, in cupiditate & auaritia Balaã, qui ita excæcatus fuit vt propter mercedem ab Ammonitis & Moabitis receptam, auſus ſit populo, quem Deus benedixerat, male-
188 dicere: oſtenduntur hæretici, † qui propter lucra temporalia alios ſeducere nunquã non enituntur, deniq; in ſuperbia & inobedientia Chore aduerſus Moyſem & Aaron, propter appetitum inordinatũ primatus aptiſſimè & ſingulariter deſcribuntur. Il-
189 luminati † hæretici qui ſuperbiâ & inobedientiâ contra prælatos elati, pertinaciter in ſuis illuſionibus perſeuerantes appetitu libidinis, excellentiæ & honoris indebiti infeliciter perierunt, abeuntes poſt deſideria ſua, dicentes ſe immediatè regi ab Spiritu ſancto: [Qui enim ſuperioribus reſiſtunt, volũtati Dei reſiſtunt] vt monet Paul. ad Rom. 13. Hinc fit vt omni omnium bonorum morum genere deſtituantur, quod præclarè docuit Bernardus ſuper Cantica his verbis, [optimum moribus dico, ſi in nullo prorſus reſiſtat, poſterior prioribus, aut par inuideat paribus, aut ſuperior noceat minoribus: ſed ſit vnuſ
190 quiſque prælatis obediens. † Socijs congruens, ſubditis condeſcendens, Deo deuotus, magiſtro ſubditus, ſenibus obtemperãs, Angelis placens, verbo vtilis, corde humilis, & omnibus manſuetus: licet enim animus hominis ex affectu ad temporalia ſit labilis & mobilis, tamen ſi rei immobili, Dei ſcilicet præcepto, & ſuperiorum firmiter adhæreat, non poterit moueri:]Nam ſicut communiter omnia genera arborum per tranſplantationem proficiunt, quia regulariter arbor in loco proprio non bene creſcit, bene tamen ſi per Agricolam à ſua primæua radicatione tranſponitur, ſic verè homo niſi euellatur à ſua propria voluntate, & tranſplantetur in voluntatem ſuperioris, in bonitate ſtare nõ poterit; debet enim ab omni terreſtri corpulentia & temporali affluentia, quoad affectum purgari, vt à Deo gubernetur, quemadmodũ aurũ & alia metalla, quæ mixta ſunt cum terra, nunquam ad voluntatem artificis ſunt ductilia & tractabilia quouſque à corpulenta materia ſeparẽtur. Quare ſcriptura dicit 1. Reg. 15. [Melior eſt obedientia quàm victimæ,] quem locum explicans Gregor. 35. Moral. dicit. [Obedientia victimis præponitur] quia in illis aliena caro, in iſtis volũtas propria mactatur: & meritò quidem, quia per inobedientiam mors, & per obedientiam vita in mũdum intrauit. Figurata fuit hæc veritas in Adam, qui ſtatim cùm creatus
191 fuit,† præceptis obedientiæ aſtrictus & ligatus, quamdiu manſit in illis vitâ gratiæ abundauit: at non obediendo, de Paradiſo miſerabiliter eiectus
192 eſt, vt habetur Geneſ. 3. Noe † etiam obediendo in arcæ fabrica à diluuijs fuit liberatus Geneſ. 7. Abraham in-





ſuper attentans filium occidere propter obedientiam, pater multarum Gentium fuit nominatus & conſtitutus, Geneſ. 22. Loth etiam Angelis obediendo relinquens ciuitatem, ab incendio Sodomæ fuit ereptus, & liberatus: obediẽtia enim à iuſtitia trahit originem, quæ ſic poteſt deſcribi, vt ſit habitus parendi præceptis atq; imperijs illorum, quibus lege, iureq; parere tenemur: cuius partes ſunt, pietas, cultus, obſeruantia, reuerentia, ſubmiſſio. Vxor verò eius propter inobedientiam in ſtatuam ſalis conuerſa fuit. Duo etiam generi Loth, quia ipſi non obedierunt, ſimul cum alijs combuſti ſunt, Geneſ. 11. Acham propter inobedientiam fuit lapidatus Ioſue 7. & quidam Propheta Deo inobediens à leone trucidatus, vt legitur 3. Reg. 13. Similiter 3. Reg. 20. legitur à leone deuoratum eſſe illum qui vnum ex filijs Prophetarum in verbo Domini percutere voluit. Hæc & alia ingentia mala gignit inobedientia, & qui obedire renuunt ſimiles apparent vitro, quod nullâ ratione poteſt obedire malleo, citius enim frangitur quàm flectitur. Tales fuerunt illuminati qui elegerũt magis confringi, quàm prælatis obediẽtiam exhibere: tantus in ipſis terrenarum rerũ amor vigebat, vt in Abyſſum peccatorum excæcati ceciderint, contemnentes ſuperiorum mãdata, & correctiones: vt dicitur Prouerb.
193 18. [Impius† cùm in profundum peccatorum venerit cotnemnet, & ſicut conſtituti in profundo nequeunt illuminari,] quia lux loca intima & recondita non poteſt penetrare, ſic iſti voluptatibus obſcœnis inuoluti non meruerunt à Deo illuminari. Hæc enim eſt fatuitas peccatorum vt malint illuminari à creatura, quàm à creatore, à proſperitate citò peritura quàm à perpetuo largitore, à dato quàm à datore, à Luna quàm à Sole, ſicut veſpertiliones, qui de lumine Solis non curant, ſed Lunæ aut candelæ lumine delectantur, & propter peccatorũ obſcuritatẽ & indurationem lumen illis nõ conceditur, quia vt dicit Pſalmiſta Pſalm. 138. [Nox illuminatio mea in delicijs meis.] Et Sap. 17. [Neque ſiderũ limpidę flammæ illuminare poterant noctẽ illam horrendam.] Et ratio manifeſta eſt: quia, & ſi lux quantùm in ſe eſt ſemper ſit parata ſe diffundere & cõmunicare, requirit tamen materiam di-
194 ſpoſitam, & hinc eſt qnod lapis † durus per lucem non viuificatur, oculus cæcus per lucem non illuminatur, & lignum aridum per lucem non fœcũdatur, nam per Philoſophi doctrinam: actus actiuorum ſunt in patiẽte bene diſpoſito. Ideo nihil eſt, quod poſſit alicuius rei influentiam recipere, niſi antea ad hoc diſponatur. Sic verè lux
195 æterna Deus (quãtùm in ſe eſt)† ſemper paratus eſt lucem ſuam in quemuis effundere, verumtamen neceſſe eſt vt ad hoc per gratiam & obediẽtiam diſponamur: Nam qui duri ſunt,
196 †ſicut lapis, per mẽtis indurationem, qui cæci per rationis obfuſcationẽ, & aridi per laſciuiæ ardorem, humoriſq; gratiæ & obedientiæ priuationẽ, lucis influentiam minimè recipiunt, vt dicitur Sap. 17. [Ignis quippe nulla vis poterat eis lumen præbere:] vnde de iſtis illuminatis vel potius vanâ gloriâ ſeductis, & ſuperbiâ elatis poteſt dici aptiſſimè illud Iob 13. [Expectent lucem, & non videant: neq; ortum ſurgẽtis Aurorę:] & illa verba deriſoria Eſai. 28. qui communiter intelliguntur de Iudæis expectantibus adhuc Chriſtum [Expecta, reexpecta modicum ibi: modicum ibi,] inquiro enim quã ratione iſti in reuelatione expectabant Dominum, de quo dici-
197 tur Sap. 7. [Candor † enim eſt lucis

æternæ, & ſpeculum ſine macula, &
imago bonitatis Dei, cùm candor ſit
color inter cæteros puriſsimus, &
ideo faciliùs maculetur: in candore
lucis elucet caſtitas, quæ per luxuriã
quam ipſi ſectabantur citiſsimè cor-
rumpitur & fædatur,]ſi ergo lux eſt
fulgẽs, candida & pura, vir expectãs
Auroræ lucem, fulgere debet caſtita-
tis nitore, iuxta illud Cãt.6.[Dilectus
meus candidus & rubicundus, electus
ex millibus:] Ipſi verò erant deni-
grati libidinis & cõcupiſcentiæ æſtu.
Meritò igitur deriſoriè poterat illis di
ci:[Expecta reexpecta, modicum ibi
modicum ibi:] Vidit Ioannes Apoca.
1. filium hominis habentem caput &
capillos candidos tanquam lanam al-
bam, & cuius facies ſicut ſol in virtu-
te ſua lucebat: ad innuendum quòd
198 vir † perfectus & religioſus debet cã-
dorem caſtitatis habere, & per ipſum
lucere: & in capite intentionis, & in
capillis affectionis, & in facie cõuer-
ſationis: quia ſcilicet, caſtitas eſt inte-
riùs & exteriùs obſeruanda: quod to-
tum eſt cõtra hypocritas ſimiles cy-
gno, qui exterius in plumis eſt can-
didus interiùs tamen in carne valdè
niger. Sic hypocritæ ſub ſanctitatis
ſpecie per exteriorem habitum & cõ
uerſationem, repræſentant caſtitatẽ
& candidam carnem: tamen interiùs
in occulto habent per luxuriam &
obſcœnos æſtus denigratam. Sunt
iſti mendaces & vani: mendaces, vt
dicit Pſalmiſta Pſalmo 143.[quorum
os loquutũ eſt vanitatem] vanas vi-
ſiones dicentes in oratione videre[&
dextera eorum dextera iniquitatis]
quia repleta eſt operibus vitioſis &
prauis. Vani inſuper ſenſu & cogni-
tione, vt dixit Apoſtolus ad Epheſ.4.
[Gẽs ambulans in vanitate ſenſus ſui]
& præclarè Ezechiel.13. vident vana
& diuinant mẽdacia, vnde aptè Hie-
rem.cap.51. [Vana ſunt opera & riſu
digna, & non ſolùm vana, ſed corda
eorum etiam vacua. Nam ſicut vide-
mus vas ad ignem poſitum vacuum
faciliter frangi, ſic verè iſti ſimulato-
199 res † ſi ad ignem tribulationum vel
tentationum applicentur, faciliter
per mentis elationem & luxuriæ ar-
dorem liquantur. Vnde Ezech.24. de
ciuitate peccatrice in figura vnius ol
lę dicitur[pone eam ſuper prunas va-
cuam, vt incaleſcat æs eius, & lique-
fiat] & quid mirum? ſi tales peccato-
res vacui ſint cum bonis terrenis, quę
vacua & vana ſunt innitãtur & firmi-
tate æternorum bonorum per bonũ
deſiderium non ſolidentur? Contra
eos concludit Scriptura Sap. 3. di-
200 cens:[Vacua † eſt ſpes illorum & la-
bores ſine fructu, & inutilia eorum
opera] & cap.5. deſcribens peccato-
rem dicit [Cinis eſt cor eius, & terra
ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior
vita illius,] quia voluptates turpes in
quibus delectãtur aſsimilantur papi-
lionibus, qui poſt longum tempus &
laborem facillimè intereũt. Et tantũ
manus, remanent coinquinatæ: Non
enim delectationes explẽt appetitũ,
nec ſitim affectus extinguunt, imò
vix guſtus earum percipitur, quando
eo ipſo celeriter euaneſcunt, hinc
Eſai.c.29. accommodatã ſimilitudine
prædixit:[ſomniat eſuriens quòd co-
medat, & cùm expergefactus fuerit
vacua eſt anima eius] verè iſti illumi-
201 nati † ardore libidinis æſtuantes tan-
quam frebricitantes ſomniabant de-
liciarum fontes, & riuulos, in quibus
ſitim reſtinguere non poterant, nec
famem deſideriorum euacuare. Et
ſic vacui inter tumentes fluctus paſ-
ſionum dormitabant, non verò dor-
miebant, quia verus & quietus ſom-
nus contemplationis & deuotionis
non contingit animam inter munda
nas delicias, ſed inter tribulationes
& aduerſitates: vnde Dauid Pſalm.
56.



56. dicit[Dormiui conturbatus.] Nec
legimus Apoſtolos dormiſſe, niſi quã-
do erãt triſtitiã & dolore confecti, in
nocte ſcilicet, quã Dominus fuit ca-
202 ptus: Tunc enim dicitur Luc.22. Chri
ſtum inueniſſe eos dormientes præ
triſtitia, & in Pſalm. 3. [Ego dormiui,
& ſoporatus ſum, & exſurrexi: quia
Dñs ſuſcepit me:] qui enim quietè
in cõtemplatione & reuelatione dor-
mire deſiderat, abſtinere debet à calo
re, à clamore, & ab horrore, ſeu fętore,
quę impediũt ſomnũ, hęc mirè deſcri-
203 pſit Iob.c.40. loquẽs de viro † iuſto &
perfecto.[ſub vmbra (inquit) dormit
in ſecreto calami, in locis humenti-
bus] ſub vmbra, quia vmbra ſignificat
204 refrigerium: ita vir iuſtus † cùm dor-
mit in oratione ſeu viſione, dormit
ſub vmbra refrigeratus ab æſtu & ar-
dore libidinis, in ſecreto calami liber
à clamore ſuperbiæ, & inobedientiæ:
obtemperans ſuperiorum mandatis,
& ſegregatus à mundanarum rerum
ſtrepitu. Vt enim docent Naturales
animalia quæ habent palpebras, dum
dormiunt, claudunt eas, & ideo piſces
205 non dormiunt † eò quòd palpebras
nullas habeant, ſic re verâ qui dormi-
re cupit in illuminatione diuina, opor
tet vt oculos cordis claudat per ſen-
ſuum reſecationem, & à mũdi tumul-
tibus ſe abſtrahat per pacis & quietis
vnionem, iuxta illud Pſalmi [In pace
inidipſum dormiã & requieſcam] &
de Iudith.cap.8. dicit ſcriptura: quod
in ſuperioribus domus ſuæ fecit cu-
biculum ſecretum ſibi, vbi per ſupe-
riores domus partes intelligitur pa-
radiſus, in quo debemus cubiculum
206 † noſtrum exſtruere per contempla-
tionem abſtractum ab omni cura &
negotio temporali.[In locis humen-
tibus:] quia in illis erumpunt arbores
flores, fructus, & odores ſuauiſsimos,
quæ omnia protinus fugant omnem
horrorem & fœtorem. Nam in loco
florido viridi & mundo, hoc eſt, in flo
rida & caſta anima ſuauius infũditur
deuotionis ſomnus: immunis à fœto-
re luxurię, quod innuit Iob in illo ver
bo [calami.] Iſti enim ſimul cũ iuncis
ſparguntur per loca, vt mundiora &
gratiora appareãt, & vt ibi profũdius
dormiatur, & ſic cuilibet viro mun-
do & puro poteſt dici illud Ezechi.
16[Stacte & calamus in negotiatione
tua.] ſtacte eſt pura myrrha & proba-
tiſsima quæ ſpecies eſt valdè amara
per quam pœnitẽtia denotatur, quia
207 verè tunc munditia & caſtitas † cu-
ſtoditur quando in amaritudine pœ-
nitentiæ verſamur: exemplum habe-
mus in apibus, quæ valdè diligunt lo-
cum mundum habitare, & ibi dormi-
re, nihilominus tamen cum mundi-
tia interiori, ſemper volunt habere
amaritudinẽ exteriùs, quia vt tradit
Plinius. [orificium alueatis ſui ſolent
ſuccis amaris linire, ne ſubintrent
animalia venenoſa:] hoc ipſum ſeruã-
dum eſt viro, qui caſtitatem interiùs
cupit cuſtodire, ſuccis amaris pœni-
tentiæ exteriùs ſe linire, ne vitia per
immunditiam ipſum coinquinent, &
de ſe poſsit proferre illud Prouerb. 7.
208 [Myrrha † aloe & cinnamomo aſperſi
cubile meum.] & ſic tandem verifi-
cetur, quod antea dicebamus, illud
Eſai.5.[In doloribus dormietis non
in mundi delectationibus & proſpe-
ritate] in his, quia mali & potentes ſæ
culi delectantur, obdormiũt, vt idem
209 Eſai. prædixit cap.14.[omnes reges
dormierunt, vnuſquiſque in gloria
ſua:] dulcedine inebriantur, & infe-
cti carnalitate dormiunt, & intereunt
vt dicit Pſalmiſta. Pſal.87.[ſicut vul-
nerati dormientes in ſepulcris, quo-
rũ nõ eſt memoria amplius] & ſequi-
tur[& ipſi de manu tua repulſi ſunt;]
quia vulneratos dormientes in ſepul
cris cõcupiſcentię obliuiſcitur Deus].
aſsimilantur namque iſti voluptuoſi
ho-

hominesclephantibus,qui in deſerto
audito cantu puellarum currunt ad
delambendum mamillas earum:dor-
miunt illico & ab ijſdem occidun-
tur: & ſanguis ſeruatur pro tingenda
purpura,vt dicit Plinius.Sic homines
210 luxurioſi † in deſerto huius mũdi lu-
ſibus,cantibus, & fallacijs puellarum
& mulierum decipiuntur, delectan-
tur,obdormiunt,& indurantur adeò,
vt vitæ & famæ immemores obliui-
ſcatur Deum,& Deus eorum memor
non ſit ampliùs, quibus aptè conue-
nit illud Amos.6. [væ qui dormitis in
lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis
veſtris,]quia ex tali ſomno grauia
ſemper ſequuntur mala,vt ſacra ſcri-
ptura paſsim teſtatur. Sãſon dormiẽs
fuit attonſus, Iudic.16.Iſ-boſeth dor-
miens regnò fuit priuatus.2. Reg. 4.
Ionas dormiens naufragio periclita-
tus eſt, Ion. 2. Tobias dormiens fuit
excęcatus.Tob.2.Sizara dormiẽs fuit
trucidatus, Iud.4. Holofernes dor-
miẽs fuit detruncatus,Iudith.13.Saul
dormiens aquâ & lanceâ fuit à Da-
uide ſpoliatus 1.Reg.26.Chriſto dor-
miente nauis periclitabatur. Matth.
8.Cœtus Virginum dormiẽs fuit à nu-
ptijs excluſus Mar. 25. Paterfamilias
dormiens fuit zizaniâ locupletatus
Matth. 13. Chriſtus enim legiſlator
ſignificat prælatos.Ionas propheta ſi-
gnificat Prædicatores & religioſos.
Iſ-boſeth Rex ſignificat mundi ſecu-
lares principes & iudices. Quia verò
iſti ſi per malas vitiorum congeries
ſomno ſuccumbunt, certum eſt tunc
regnum eorum regimini cõmenda-
tum diſſolui, & nauiculam Eccleſiæ
naufragium minari, & ipſos ſubditos
de nauicula Eccleſiæ eijci: eos deni-
que perire, vt contigit prædictis il-
luminatis dormientibus in ſuis ob-
ſcœnis delectationibus, ne ergo tur-
piter & periculoſè in ſtatu pecca-
ti dormiamus, ſed à ſomno vitiorum
ſurgentes,in bonis pœnitentiæ ope-
ribus vigilemus, iuxta conſilium Sa-
pient.Prouer.6.vbi dicit[ ne dederis
ſomnum oculis tuis ne dormitent
palpebræ tuæ : eruere quaſi damula
de manu, & quaſi auis de inſidijs au-
cupis]fugiamus iſtos illuminatos ſeu
211 potius excæcatos,†qui in Angelos lu
cis ſæpe ſe trãsfigurãt,vt ait Paul.[Vt
decipiant ſub boni ſpecie animas in-
cautas, & leues ad credendum:]in-
ter iſtos etiam B.Thadæus recenſet
eos,qui mulieres,quarum confeſsio-
nem auricularem ſacramentaliter
audiunt,in ipſo ſacramenti confeſ-
ſionis actu, aut proximè ab illo, ad
carnis libidinem ſolicitãt & inducũt,
quos vitare diligẽter nos monet: ſed
quia contra hos propria & diffuſa ſa-
tis,ac noua expectat nos quæſtio in-
fra diſquirenda, ad vlteriora verba
Apoſtoli progredimur, quæ ſunt ap-
tiſsimæ ſimilitudines naturales, &
propriſsimè quadrant his prauis &
ſuperbis hominibus.dicit ergo.[Hi
ſunt in epulis ſuis maculæ,conuiuan-
tes ſine timore ſe ipſos paſcẽtes &c.]
212 qui enim lautè epulantur, † peccata
luxuriæ quibus animæ fœdantur, fe-
rè ſemper ſolent exercere, vt dicitur
Iacob.5.[Epulati eſtis ſuper terrã, &
in luxurijs veſtris enutriſtis corda ve
ſtra:]& hinc aliorum facta ab eorum
operibus aliena derident, ſicut legi-
mus Iudic.16. de fœminis deriden-
tibus Sãſonem excæcatũ, quòd ſum-
ptis iam epulis pręceperunt,vt voca-
retur Sãſon,& luderet ante eas. Eiuſ-
modi epulones ſolent in medijs epu-
lis in viciniæ familias deblaterare,
vt plurimum. Pſalmo 58. [ Ipſi di-
ſpergentur ad manducandum, ſi
verò non fuerint ſaturati, & mur-
213 murabunt,]in munditiâ luxuriæ † fa-
cilè ſeducũtur,& cõfunduntur à dæ-
mone,in cuius perſona Eccleſiaſ.c.13
his hominibus impudicis & effrænis
ſic



ſic loquitur:[narrãs bona dicet, quid
opus eſt tibi,& confundat te in cibis
ſuis, donec te exinaniat bis & ter]
214 quia † tria bona ſunt quæ aufert per
peccatũ homini,& pręcipuè per pec-
catum gulæ,bona ſcilicet naturę,quę
per nimium cibum in libidinem pro-
rumpens debilitatur & attenuatur,
bona gratiæ tandem,& bona gloriæ
quod totum prouenit illis, quia ſunt
ſine timore Dei in epulis ſuis maculę
conuiuantes,& ſe ipſos paſcentes: nõ
contenti ſemetipſos maculare, ſed
ſuis ſpurcitijs in epulis & conuiuijs
proximos fœdãt,& coinquinant pro-
pter nimiam ebrietatis comeſſatio-
nem:quibus Sapiens dicit Eccleſiaſt.
10:[Væ tibi terra, cuius eſt rex puer,
& cuius principes manè comedunt.
Beata terra cuius rex nobilis eſt, &
cuius principes comedunt in tempo
re ſuo, & ad reficiendum & non ad
luxuriam:]hoc deplorat Ezechiel.
32.dicens [væ paſtoribus Iſrael, qui
paſcunt ſemetipſos:] & etiam Iob. c.
31.eos condemnat ſuo exemplo: [ſi
comedi buccellam panis ſolus, & nõ
comedit pupillus ex ea:]vbi enim nõ
215 eſt timor Dei † innumera pullulant
vitia,ex anima:& grauia oriuntur ma
la contra proximos. Vnde aptè Pro-
pheta Pſalm.13.dixit:[contritio& in-
felicitas in vijs eorum, & viam pacis
non cognouerunt:]& reddit ratio-
nem;[ non enim eſt timor Dei ante
oculos eorum,]&in Pſal.53.conque-
ritur de hominum perſecutione di-
cens.[Deus in nomine tuo ſaluum
me fac, & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam,auri-
bus percipe verba oris mei,quoniam
alieni inſurrexerunt aduerſum me,
& fortes quæſierũt animam meam:]
& ſubdit cauſam horum malorum
dicens,[Ecce enim non propoſue-
runt Deum ante conſpectum ſuum.]
At Deus qui iuſtus eſt repletos cibis
eoſque ſine reſpectu & timore Do-
mini,puniet: & faciet eos euomere,
vt dicitur Iob cap.20, [Cibos quos
deuorauit euomet,& de ventre illius
extrahet illos Deus.]
Addit præterea Apoſtolus,[nubes
216 † ſine aqua, quæ à ventis circunfe-
runtur,] & quia ſine aqua ideo leuio
res,& facilius à ventis circumagitan-
tur,cælum obnubilant,ſed terram nõ
fœcundant, neque refrigerant, imò
tenebris obſcurant,& caligine replẽt
varijs tentationum ventis, & moti-
bus concupiſcentiæ inordinatis, vn-
dequaque circunducuntur peruer-
ſis opinionibus,& falſis doctrinis im-
buuntur, de quibus Dauid Pſal. 9. &
Paulus ad Epheſios 4. dicunt in cir-
217 cuitu † impij ambulãt,& omni vento
doctrinæ circunferuntur, vento va-
nitatis agitantur, ſicut nubes altè le-
uantur,magnæ apparent,tonare, ful-
minare & coruſcare videntur:in loco
cęleſtis dignitatis,& ęſtimationis emi
cant,citò tamen reſoluuntur & defi-
ciunt iſti ſeductores & illuminati,qui
bus aptè dici poteſt,illud Iob 30.[ve
lut nubes pertranſit ſalus mea,] quia
mundi proſperitas, carnis voluptas,
honoris appetitus(in quibus hi confi-
dũt & æſtimãt ſe poſſe ſubſiſtere) ce-
leriter tranſeunt, & finiuntur tanquã
nubes quæ à vẽto rapido diſsipatur,
218 vt habetur 2.Sap.]trãſiet vita noſtra
† tanquam veſtigium nubis, nihilo-
minus tamen iſti & ſimiles homines
219 † tanto libidinis æſtu ardent, tanto
cęcutiunt ambitionis deſiderio,vt ad
loca ſublimia volitent vanæ gloriæ
appetitu inani effrænes ducuntur.
His loqui videtur Propheta Hiere-
mias cap.14.quaſi condolens,dicens:
[Onagri ſteterunt in rupibus attra-
xerunt vẽtum.] ſunt Onagri anima-
lia ſilueſtria & indomabilia, quæ ſi-
gnificãt obſtinatos & ſeditioſos,qui à
nullo prælato volunt corrigi, vel do-
mari

mari,dracones ſunt naturâ ardentes
220 & ſitibũdi, †adeò,vt os vẽto aperiãt,
& eius frigiditate ardor eorum tem-
peretur. His homines ſignificantur,
inflãmati ardore concupiſcentiæ, am
bitioſi,& vanæ gloriæ ſectatores, qui
appetunt ſtare in rupibus,hoc eſt, in
locis eminentibus dignitatis & ex-
cellẽtiæ, vt ab obedientia liberi ven-
tum vanæ gloriæ ambitionis, & pro-
priæ exiſtimationis attrahere poſsint.
Vnde Petrus Rauen. in ſerm. dicit:
[ambitio† eſt quædam ſimia charita-
221 tis; charitas enim patiẽs eſt pro æter-
nis,ambitio patitur omnia pro cadu-
cis:charitas † benigna eſt pauperib.
222 ambitio diuitibus.Charitas omnia ſu
ſtinet pro veritate, ambitio pro vani
tate, vtraq; omnia credit,omnia ſpe-
rat, ſed lõgè diſsimili modo: verè ho-
mines qui medium tenere recuſant,
& obediẽtiæ parere renuunt, ſed lo-
ca excelſa ſupra omnes conſcendere
ambiunt, varia & periculoſa diſcri-
mina ſubire neceſſe erit.] Quare de
ambitionis impietate quæ grauiſsi-
mus animi morbus eſt loquẽs D.Ber-
nard.Homil.1. ſuper. [miſſus eſt] ſic
habet. [quoties hominibus præeſſe
deſidero, toties Deum meum præire
contendo, & tunc verè non ſapio ea
quæ Dei ſunt:] & in Pſalm. 90. di-
cit:[Radix iniquitatis ambitio,ſubti-
le malum, ſecretum virus, peſtis oc-
culta,doli artifex, mater hypocriſis,
liuoris parens, vitiorum origo, crimi-
nis fomes,virtutum ærugo,tinea ſan-
ctitatis,excæcatrix cordium,ex reme
dijs morbos creans,generans ex me-
dicina languorem,]quæ mala volens
Chriſtus longè abeſſe ab animis diſci
pulorum dixit illis:Lucæ 22.[qui ma-
ior eſt in vobis fiat ſicut iunior,& qui
præceſſor eſt ſicut miniſtrator] deſi-
derium enim prælationis Gentile eſſe
reputauit Chriſtus & Chriſtianis in-
dignum:ideo dixit: [reges Gentium
dominantur eorum & qui poteſtatẽ
habent ſuper eos benefici vocantur,
vos autem non ſic]id ipſum Spiritus
ſanctus nos docuit Eccleſiaſt. 11. di-
cens,[cõfide in Deo & mane in loco
tuo:facilè enim eſt in oculis Dei ſu-
bitò honeſtare pauperem.]In eos in-
uehitur ampliùs præclarè Bernard.de
conſideratione ad Eugenium ſic ex-
clamãs:[O ambitio,ambientiũ Crux!
quomodo omnibus places?omnes tor
ques?]nihil acrius cruciat, nihil mo-
leſtius inquietat,nihil tamẽ apud mi-
ſeros mortales celebrius negotijs ei⁹
ſunt ericij qui videntes arborem fru-
ctibus opulentam,illuc accedunt,po-
ma colligũt, & ſuper illis ſe volutãdo
onerati, ad ſpeluncas ſuas gradiũtur,
vt catuli eorum nutriantur, vt dicit
223 B.Iſidor.lib.11.Sic iſti ambitioſi †ino-
bedientes & vanæ gloriæ amatores
ſpinis ſolicitudinum referti, altas &
pomiferas arbores,dignitates ſcilicet
& proprios honores diuitiarum fru-
ctibus abundantes aſcendunt, ita ta-
men iſta affectant, nõ vt alijs proſint,
ſed vt inficiant, & catulos paſsionum
& concupiſcentiæ nutriant & fomẽ-
tent,ideo dicit Eſaias cap.34.ibi.[Ha-
buit foueam ericius, & enutriuit ca-
tulos ſuos,] & cap. 14. loquens in
perſona Luciferi, deſcribit ſuper-
bos & elatos dicens:[ſuper aſtra cæli
exaltabo ſolium meum,aſcendam ſu-
per altitudinem nubium:]ſunt am-
bitioſi & inobedientes, nubes ſine
aqua,vani & vacui humore virtutis,
& volunt præferri viris altis,perfectis
& idoneis, qui ſunt aſtra fulgentiſsi-
ma in cælo Eccleſiæ,&religionis:ſunt
inſuper nubes ſteriles,& leues,& vo-
lunt aſcendere ſuper altitudinem nu
bium fœcundarum, quæ ſunt iuſti, &
perfecti,ſublimes per contemplatio-
nem, qui coruſcant per honeſtã con-
uerſationem,pluunt per pietatem,&
ſanctas operationes,tonant per præ-
dica-



dicationis ſanam doctrinam, & deni-
que fulminant per iuſtitiam, & cor-
rectionem. Contra hos prauos & ini-
quos homines perpulchrè loquitur
Innocentius de vtilitate lib.2.[ambi-
224 tioſus †(inquit)ſtatim vt eſt ad hono-
rem prouectus in ſuperbiam extolli-
tur,in iactantiam effrænatur,non cu-
rat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe,
reputat ſe meliorẽ, quo ſe cernit ſa-
pientiorem, priores amicos contem-
nit,antiquos comites vili pẽdet,vul-
tum auertit,ceruicem erigit, faſtum
oſtendit,gaudia ſublimia meditatur,
præeſſe molitur, ſubditis oneroſus,
omnibus infeſtus,præceps,grauis,ar-
rogans, & importunus] ſimiles ſunt
tales hederæ,quæ arbor cùm debilis,
ſterilis,& immunda ſit; tamen ſæpius
ſuper altas arbores ſolet eleuari: ve-
rè ſic ambitioſi & ſuperbiã elati, quã-
uis nullius meriti ſint vel virtutis,fœ-
tidi in vaniloquijs, ſteriles in bonis
operibus, & debiles induratione: ta-
men arboribus altis magnis, ſcilicet
viris quandoque præferuntur, quod
non abſque magno Eccleſiæ detrimẽ-
to contingit,& ſubditis grauia incõ-
moda adfert. Ideo dicitur Prouerb.
225 28[Regnantibus † impijs ruinæ ho-
minum]cùm enim peccatum regnat
in ſuperioribus, & in viris qui ſancti-
tate & religione fulgere debent,ſta-
tim vt apparent nubes ſine aqua &
quæ omni vento tentationis agitan-
tur,faciliter perturbantur ſubditi ti-
morati, quæ & quot ſcãdala tonitrua
fulgura,& alia grauia mala iſti illumi-
nati,& nubes ſine aqua deuotionis &
humore ſanctitatis in Eccleſia Dei in-
generauerint, non eſt opus hîc recẽ-
ſere,quia ſatis ex fructibus cognoſci-
tur arbor.Ideo addit Apoſtolus[Sunt
arbores autũnales infructuoſæ,& inu-
226 tiles:] quia mala † arbor vt dicitur
Matth.7.non poteſt bonos fructus fa-
cere,& ſi quãdo apparet, viridibus fo
lijs veſtitur,& floribus ornatur exte-
riùs: citò tamen emoritur & marceſ-
cit. Si verò fructus producit, inſipidi,
immaturi, adulterini, & tardi ſunt,
quia arbores in autumno plãtatæ ne-
queunt fructus producere primitiuos
& ſuaues & maturos, inſuper ſunt ar-
227 bores bis mortuæ: quia arbor † quæ
non facit fructũ bonũ,imò & quæ hoc
malum producit bis mortua eſt.Tum
arbor quæ ſine flore,fronde,floribus,
& fructu eſt, homo eſt qui à Philoſo-
pho,dicitur arbor euerſa:arbor virore
gratiæ, conuerſationis honeſtate, &
fructu bonorũ operum deſtituta, bis
mortua eſt.Similiter qui poſt origina-
le peccatũ actuale cõtrahit, bis mor-
tuus eſt,ſed & qui bona omittit,quib.
emittẽdis obligatur: & mala,quæ te-
netur omittere complet,bis mortuus
eſt. Moritur enim morte temporali,
& poſteà æternã:bis moritur quoque
qui culpa & tribulatione præſenti ma
culatur & affligitur. Et qui expectat
pœnam,& afflictionem æternam, bis
mortuus eſt.Denique peccatores qui
per culpam & deprauatam conſuetu-
tudinem mortem corporis ſimul &
animæ incurrunt, meritò arbores bis
mortuas appellare poterimus.Ecquid
mirum ſi arbores eradicatæ ſunt à fide
quæ radix eſt & fundamẽtum totius
228 boni ſpiritualis?nam ſicut arbor,† quæ
non habet radicatam radicẽ non po-
teſt fructus facere, ſic homo ſi in fide
firmiter non fundatur, non poteſt
fructus bonos procreare, ſed neceſſe
eſt vt priùs firmiter radicetur. Vnde
dicitur Eſai.37:[mittet radices deor-
ſum, & faciet fructũ ſurſum.]ſic etiã
de viro iuſto habetur in Pſal.1[& erit
tãquam lignũ quod plantatum eſt ſe-
cus decurſus aquarum,quod fructum
ſuum dabit in tempore ſuo,& folium
229 eius non defluet:]Plantatio† enim fi-
xa & profunda iuxta aquarum decur-
ſus fructus producit vberrimos:Qua-
re

re de vinea Ezechi. 17. dicitur, quòd
in terra bona ſuper aquas plãtata eſt,
vt faciat frondes, & portet fructum:
& Eccleſiaſt. 5. dicitur [quaſi roſa in
diebus veris, & quaſi lilium, quod eſt
in tranſitu aquæ] quando enim arbor
230 hominis † aquâ diuinæ gratiæ affluẽ-
ter irrigatur, fœcundos fructus, &
opera grata reddit. Sic Hiere. 27.
dicitur. [Benedictus vir qui confidit
in Domino, & erit tanquam lignum,
quod plãtatum eſt ſuper aquas, quod
ad humorem mittit radices, & nõ ti-
mebit cùm venerit æſtus, & in tem-
pore ſiccitatis non erit ſolicitum, &
erit folium eius viride nec aliquan-
231 dò deſinet facere fructum, ] qui †
enim ſecundum radices fidei irriga-
tur humore gratiæ, & charitatis, hic
vir perfectus euadet. Quapropter
Epheſ. 3. nobis hęc bona optãtur [Chri
ſtus habitet per fidẽ in cordibus no-
ſtris, in charitate radicati & fundati,
vt poſsitis cõprehẽdere, &c.] Quia fi-
des † firmitas eſt charitatis, charitas
232 autẽ robur eſt fidei, vt elegãter docet
D. Tho. 2. 2. q. 65. art. 2. ad 2. & 2. q. 23.
art. 8. ad 2. Nam fides ex charitate ali-
tur, & charitas eſt forma & perfectio
fidei. Riui huius ſpiritualis influentiæ
fidei, charitatis & deuotionis, cor ho-
minis irrigantes, optimè figurãtur in
Apocalyp. 22. vbi dicit Ioan. [Oſten-
dit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendi-
dum tanquam cryſtallum,] & ibidem
ait loquẽs de viro iuſto & arbore per-
fecta. [Ex vtraq; parte fluminis erat
lignũ vitæ, afferens fructus duodecim
per menſes ſingulos, & folia ad ſani-
tatẽ Gentium, vnde Eccleſiaſt. 24. cõ-
ſequenter dicitur [rigabo hortũ plan-
tationũ, inebriabo partus mei fructũ]
233 Sicut ergo vir † iuſtus & perfectus ex
fide viuit, & ex charitate opera digna
gratiæ & gloriæ operatur, eoq; pacto
quaſi duplici vitâ radicatus viuit, ſic
cõtra apoſtatę & religionis falſi ſimu-
latores deficiẽtes à fide & charitate
arbores bis mortuę ſunt. Sunt & era-
dicatæ abſq; omni ſpe ſalutis, nam vt
habet Ioan. in ſua Canonica. c. 2. [li-
cet à nobis prodierint, nõ erãt ex no-
bis,] & Dominus Ioann. 15. dicit. [Si
quis in me nõ mãſerit mittetur foras
ſicut palmes, & areſcet, & colligent
eum, & in ignem mittẽt, & ardet] ſic
ſcriptũ eſt 2. Reg. 15. [Præuaricatores
autẽ ſicut ſpinæ euellentur vniuerſi.]
Proſequitur Apoſtolus Thadæus ſi-
militudines naturales, & dicit: [Sunt
velut fluctus feri maris deſpumantes
ſuas confuſiones] ſicut enim ex mari
eleuãtur exhalationes, & vapores; ſic
in iſtis peccata ſuperbiæ, vanæ glorię,
elationis & præſumptionis, quæ om-
nia ſũt vapores, & fumi turbidi, exeũ
tes de corde à calore concupiſcẽtiæ,
habẽt cor fluctuans vndis tumẽtibus.
Eſai. c. 57. dixit [Impij autẽ quaſi mare
feruẽs, quod quieſcere nõ poteſt, & re
dundãt fluctus eius in cõculcationẽ
& lutũ] Iacet nãq; motibus, & fluctib.
234 & vẽtis, vt dicitur Dani. 7. [quatuor †
venti pugnabãt in medio maris.] fer-
uet etiã irâ, vt ait Iob 41. [Ferueſcere
faciã quaſi ollã profundũ maris] in eo
235 † ſẽper reperitur tribulatio, & aduer-
ſitas, & cõtinuò nebulâ & caligine cõ
tegitur, vt dixit idẽ Iob c. 38. loquens
de mari cũ Deo: [ipſe poſuit nubẽ ve-
ſtimentũ eius, & caligine tanquã pã-
236 nis infantiæ ipſum inuoluit,] in mari †
piſces delicioſè habitant, vt habetur
in Pſal. 8. [volucres cæli, & piſces ma
ris, qui perãbulant ſemitas maris,] cui
cõſonat illud Abacuch. 3. [Viã feciſti
in mari equis tuis, in luto aquarũ mul
tarũ,] ſolet etiã mare propellere ſpu-
mas, & alias ſpurcitias in littus, & illud
coinquinare. Sic verè iſti illuminati
ſimiles ſunt mari: quia ſuperbiâ elati
incõſtãtiâ mutabiles, diſcordiâ & in-
famiâ tanquã ventis furentibus agi-
tãtur: inobediẽtiâ veſtiũtur, caligine
igno-



ignorãtia inuoluũtur, & pannis infan
tiæ vt dixerat Iob de mari, id eſt, im-
munditie carnis maculantur, tan-
quam piſces delicioſi, & luxurioſi in
cordis ſui mari innatãt, & ſicut equi
in luto aquarum multarum coinqui-
nantur. Equi enim ſignificant luxu-
rioſos, ſicut dicitur Hierem. 5. [Equi
amatores in fœminas, vnuſquiſque
237 ad vxorem proximi ſui † hinniebat,]
denique ſpumis, & alijs immundis,
& fœdis, & ſacrilegis obſcœnitati-
bus in corde latẽtibus ad littus ope-
ris externi, vt omnia quæ ad impu-
ram vitam ducunt adimpleant, euo-
munt ſplendorem religionis, & pro-
ximorum decus obnubilant. Vnde
fit, vt ſicut de aquarum ſpuma maris
exſiccata pumices duriſsimi gene-
rantur, ita vt confringi nequeant ſic
verè iſti deſpumantes ſuas confuſio-
nes, vt inquit Apoſtolus Thadæus.
[In aquis turbidis, & libidinoſis] per
prauam, & inueteratam conſuetudi-
nem in lapidis naturam conuertan-
tur, & indureſcant: vt docuit Iob.
cap. 83. dicens: [In ſimilitudinem la-
pis aquæ durantur, & ſuperficies
abyſsi cõſtringitur, quia abyſſus pec-
catorum in abyſſum inferni dedu-
cit, vbi ſuperficies abyſsi conſtrin-
gitur & concluditur.
Inſuper dicit Apoſtolus Thadæus
238 eſſe [Sidera † errantia,] & bene qui-
dem: quia valdè errant dicentes ſe
tanquam doctores, & magiſtros illu-
minari à Deo, cùm potiùs veluti ſide
ra quę per diuerſas cęli partes volãt,
& diſcurrũt proprio ductu & volun-
tate regãtur, nullã veritatis vnifor-
mem regulam obſeruantes. Planetæ
erratici appellantur ab Aſtronomis
autore Cleomede, Arato in Phæno-
men, Hipparco, & Theone, qui præ-
ter motum orbis ad quem mouen-
tur proprios habent motus con-
trarios, dum enim cælum moue-
tur ab oriente in occidentem ipſi è
contrario ab occidente in orientem
tanquam retrogradi iter ſuũ conſum
mãt, quo fit vt in eodem loco in quo
oriuntur vel occidunt, nunquam cõ-
ſiſtant, ſed iam ſtationarij, iam directi,
iam retrogradi, iam ad Meridiẽ, iam
ad Aquilonem diſcurrãt, eorum quo-
que effectus varij à ſe inuicem longè
diſsiti, ac ferè contrarij ſunt, & ab his
varias animorum & morum conſtitu
tiones, & cõditiones in hominum vi-
tam influere narrãt, quę omnia com-
plexus eſt Euclides venuſtiſsimis ve-
rſibus, quos huc ex Græcorum An-
thologia latinè tranſtulimus.

*Multiuago circum cælos errore feruntur,*
*Tẽpora quæ ſtatuunt æternũ, ſidera ſeptem.*
*Luna micans noctu, Saturnus trux, rutilus Sol,*
*Cypris amica thori, Mars audax, alipes Hermes.*
*Et qui naturæ fœturas Iupiter effert.*
*Hæc genus afficiunt humanum: inſunt quoque nobis*
*Mars, Sol, Luna, Cypris, Saturnus, Iupiter, Hermes.*
*Æthereis hinc qualis homo eſt, hoc ducit ab auris.*
*Luctum, iras, riſus, genus, ignes, verba, ſoporem.*
*Saturnus luctum, genus edit Iupiter, Hermes*
*Verba dat, iras Mars, Cypris ignes, Luna ſoporem.*
*Sol riſus, Hic præcipuè cũ lumina profert,*
*Et cæli ſurſum, rident, & compita terræ.*

Sed & propter motus errantes, &
inſtabiles in octauo cælo planetæ
locum non habent, ſicut ſtellæ fixæ;
quæ tãquam nodi in tabula, motum
cæli ſtelliferi vniformiter ſemper ſe-
quuntur: ſed in alijs orbibus inferio-
ribus motus ſuos vagos, & exorbitã-
tes exercent: ſic verè iſti qui illumi-
nati dicuntur cum motibus ſenſuali-
tatis fluctuent, & corrumpantur va-

rias doctrinas,& reuelationes diſſeminant, vanitate ducũtur, ſuperbiâ accendũtur in cælo Eccleſiæ ſtellifero, Eccleſiam enim dici cælũ, nõ admodum nouum & recens: idq; video illi tributum à Germano Archiepiſcopo Conſtantinopolitano in definitionibus Eccleſiæ [Ἐκκλησία (inquit) ἐστιν ἐπίγειος οὐρανός, id eſt, Eccleſia eſt terreſtre cælum. In eo cælo tantùm vera fidei ſoliditas inuenitur: locum fixum & immobilem non habent, & ob id per alios orbes ſeductionis, & fallaciæ volutantur, & dum ſibi videntur ſidera lucentia per reuelationis,& prędicationis illuminationem, errantia potiùs, & lumine ſolis iuſtitiæ,& veritatis deſtituta apertè conſpiciuntur. Vnde dicitur Ezech. 32. [Cælum nube tegam, & nigreſcere faciam ſtellas eius,]& Apoc. 6. [Stellæ ceciderũt de cælo ſicut ficus emittit groſſos ſuos, cùm à vento magno mouetur,] verè iſti qui ſtellas ſe exiſtimant quocunq; vento doctrinæ,& appetitus inordinati agitati, tãquam ſeductores & Apoſtatæ è cælo ſuæ elationis,& falſi ſplẽdoris, miſerè corruũt, veluti ſtellæ errantes & deuiæ, de quib. dicitur Apoc. 12. [Viſũ eſt ſi-
239 gnũ in cælo,& ecce Draco † magnus rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem,& cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli,& miſit eas in terrã,]& hoc quia in veritate, & fidelitate ſunt incõſtantes & infirmi, videntur ſtellę & nõ ſunt; ſubitò apparent, & ſubitò deficiunt.
240 Similes cometis † præ ſe ferentibus ſtellarum ſpeciem, cùm non ſint niſi vapores inflãmati,& accenſi, qui celeriter abſumũtur & euaneſcunt,& ardore concupiſcentiæ ardentes à Deo repelluntur, figurati in illa ſtella, de qua dicitur Apocalyp. 8. quòd [Stella magna cecidit de cęlo ardens ſicut facula.] Vnde iſti qui ſublimẽ locum per inordinatos, & turpes tramites appetierunt, meritò imprecatur iram Dei Regius vates, Pſalm. 82. dicens: [Omnes principes eorum qui dixerunt hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus, pone illos vt rotam,& ſicut ſtipulam ante faciem venti,] agantur ſpiritu vertiginis,& tanquam ſtabiles & fragiles in præcipitiũ ruant, & ſicut rota non eſt ſtabilis, ſed pars ſuprema volutando cadit,& fit infima, ita iſti ex loco eminenti in profundum deueniant: & quia quocunque vento mobiliter veluti leuis ſtipula quatiuntur, eijce eos abs te ne ſubſiſtãt in malitia ſua, ſed ventus iræ,& furoris tui exurat & puniat eos: dicit enim Propheta de Deo loquens cõtra peccatores Pſal. 10. [Pluet ſuper peccatores laqueos ignis,& ſulphur: & ſpiritus procellarum pars calicis eorum,] his enim procellæ tenebrarum ſeruatæ ſunt in æternum.

Proſequitur Apoſtolus dicẽs, Prophetauit autem, & de his ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens: [Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quę loquuti ſunt contra eum peccatores impij,] hi ſunt murmuratores querulofi, ſecũdùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperbiam, ſuſpicientes perſonas quæſtus cauſã, iterum his verbis Apoſtolus arguit,& condemnat impios hæreticos, quibus minatur vltimum extremi iudicij ſupplicium: de quo prophetauit ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens: venturum † Dominum cum ſanctis, & angelis iudicium facere, aduerſus omnes,& præcipuè contra hæreticos, vt damnet non tantùm





impia & execranda eorum opera, verba etiã & blaſphemias ſacrilegas contra ipſum prolatas, verùm etiam cogitationes occultas & prauas, inſuper affectus impudicos & nefarios erga Deum & proximos, vt dixit Sophon. cap. 1. [Scrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis, non faciet bene Dominus:] non faciet malè, quia
242 iſti impij † hæretici tantopere ſunt deprauati vt quidquid cogitant, faciunt, & loquuntur omnia ad carnis voluptates & illecebras, tanquam ad ſcopum conuertant, & ordinent: vt enim docet Paul. ad Roma. 1. [Hæc effrænata libido radix eſt cæca impietatis illorum,] vnde pullulant rami, frondes, & fructus amariſſimi, atq; ita vniuerſaliter eos vndequaque deſcribens dicit. [Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos
243 † omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidiâ, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia:] & quia ſecundum deſideria ſua ſint ambulantes, mente ſunt maculati, verbis ſacrilegi, & operibus coinquinati, quæ omnia quia in publicum quandoque metu pœnæ perterriti prodere non audent, ardenti deſiderio ſtudent, falſas doctrinas typis mandare, quibus clanculum tanquam venenis mortiferis proximorum animas infeliciter & miſerè interficiant. Ex quibus eorum
244 malitia † & deprauata intentio facilè percipitur. Etenim ea quæ ore tantùm proferuntur, vel ex animi facundia, vel intellectus momentaneâ apprehenſione, vel affectus prauâ adhæſione, vel appetitus, vel paſsionum turbine, vel alijs de cauſis emanare intelliguntur, nec temporis diuturni ſpatium, nec voluntatis magnam prauitatem arguunt: at verò quæ ſcripta in lucem prodeunt, quia maturum conſilium temporis diuturnitatem, rerum affectionem, mentis diſcuſsionem expoſtulant, grauem malitiam demonſtrare videntur. Vt enim docet Caietanus ſuper D. Thom. 1. 2. quæſt.
245 16. artic. 4. [Duodecim † ſunt actus intellectus & voluntatis, qui concurrere poſſunt ad aliquid peragendum, quorum primus eſt apprehenſio finis: ſecundus, voluntas finis: tertius imperfecta fruitio finis: quartus, intentio finis: quibus poſitis voluntas perfectè vult finem: quintus actus eſt vſus, quo voluntas vtitur ratione ad conſiliandum ſeu conſultandum: ſextus eſt conſilij, ſeptimus eſt conſenſus: octauus eſt electio, quia actus eſt vltimus in modo volendi ipſius voluntatis, ad id quod eſt ad finem, nonus actus eſt imperium, quod eſſentialiter actus eſt rationis, connotando tamen actum voluntatis, quia imperare eſt ordinare ſeu intimare, & denuntiare aliquid alicui, mouendo illum ad agendum, vel non agendum, vt cùm dominus dicit ſeruo ſuo: fac hoc, ne facias iſtud: quæ ordinatio, & denuntiatio actus ſunt rationis, præſuppoſito actu voluntatis, quæ primùm mouens eſt, quoad exercitium ad agendum, vel non agendum: decimus actus eſt vſus, quo voluntas vtitur potentijs executiuis ad rem peragendam: vndecimus eſt executio & operatio, per quam finis comparatur: duodecimus & vltimus eſt perfecta fruitio

ipſius finis, quo habito quieſcit & gaudet perfectè voluntas: qui actus concurrunt in rebus agendis à nobis, licet neque ſemper ſint perceptibiles, neque ſemper ſint neceſſarij formaliter, ſed tantùm virtualiter: quia priores in poſterioribus includuntur, vt in intentione ſimplex voluntas, & in electione conſenſus, & ſic de alijs. In iudicialibus
246 † etiam hoc eodem ordine proceditur, primò fit intimatio ſeu denuntiatio præcepti ſuperioris. Secundò, inobedientia. Tertiò, contumacia. Quartò declaratio iudicis, & Quintò, pœna & executio eiuſdem. cap. Epiſcopi 11. quæſtion. 3. & ibidem Ioann. à Turrecremata. Quæ omnia in medium placuit proponere, vt oſtẽderem ea quæ ſcriptis mandantur longinquam rerum conſiderationem, affectus deprauationem, rerum obſcœnarum cõgratulationem voluntatis malitiam, magis quàm intellectus ignorantiam, & errorem manifeſtè demonſtrare. Vnde ma-
247 iori † pœnâ delicta præmeditata ſunt afficienda; quia magis voluntaria: nam in tantum peccatum, in quantum voluntarium, vt ait Auguſtin. & habetur in §. 1. 15. quæſt. 1. & in cap. ſi enim. 32. quæſt. 5. libri ergo materiales hęreticorum meritò ab Inquiſitoribus iudicantur & comburuntur; quia in ipſis (vt ſuperiùs diximus) apertè legũtur opera obſcœna, verba ſacrilega, cogitationes & deſideria occulta, quæ in deprauatis eorum conſcientijs latitabant, quibus animæ fidelium polluuntur, & ſpiritualiter intereunt, ad inſtar ergo iudicij extremi, de quo prophetauit Enoch, in quo Dominus iudicaturus eſt verba, opera, & reconditas cogitationes conſcientię vniuſcuiuſq; vt dicitur Dani. 7. [Libri aperti ſunt, & iudiciũ ſedit,] & Apoc. 20.] libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui, ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecun-
248 dùm opera eorum,] Inquiſitores † condemnant, & igni tradunt hæreticorum libros in quibus falſitas doctrinæ, cõſuetudo morum iniqua, facta eorum turpia, & ſectæ peruerſæ continentur, ne tantorum malorum lectione Chriſtiani homines cõcupiſcentiâ in malum tendente abſtracti & illecti venenum lethale bibãt, & à fide deficientes in æternum pereant. Sic feciſſe legimus Hieremiam capit. 51. qui librum in quo conſcripſerat ventura mala ſuper Babylonem præcepit Saraiæ, vt ligato ad eum lapide proijceret illum in medium Euphratem, & Act. 19. legimus etiam Apoſtolos † coram om-
249 nibus combuſſiſſe libros eorum qui fuerant curioſas & vanas doctrinas ſectati: & computatis pretijs illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Hinc Apoſtolus ſupradicta breui ſermone recenſens, dicit: [Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerũt, & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij.]

250 Hi ſunt murmuratores † queruloſi ſecũdùm deſideria ſua ambulantes: ex hoc enim, quia deſiderij ſui ſunt affectatores, queruloſi, & murmuratores ſunt contra illud Sapientiæ: [Cuſtodite vos à murmuratione quæ nihil prodeſt: & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit,] id eſt, non remanebit impunitus; affectus enim inordinatus ad illecebras carnis innumera fecit experiri mala, vt docuit Apoſtolus Iacob. capit. 4. [Vnde bella, & lites in vobis? non-





ne hinc? ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in membris veſtris?] & capit. 1. vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: hos Pſeudoprophetas deplorat Paul. & monet nos diligenter vt eos fugiamus, dum ad Philippen. 3. dicit: [Multi enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flẽs dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt,] aſpernantur enim continentiam, gulæ & luxuriæ ſeruiunt, reliqua paruifaciunt & os eorum loquitur ſuperbiam, adſpirãtes in perſonas quæſtus cauſâ. Sunt ſuperbi, & ideo os ſuum in cælũ ponunt, quos deflet Eſaias cap. 5. dicẽs: [Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobis ipſis prudẽtes,] veram Dei cognitionẽ & ſcientiam reijciũt, ſolùm de humana (quæ ſtultitia eſt apud Deum) gloriantur; vt dicit Paul. & etiam ſcriptum eſt in Pſalm. 93. Beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum,] ſunt queruloſi quia ſuperbi: & eius filij ſuperbi, qui ſecundùm Iob. [Eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbia,] de quo etiam Daniel cap. 11. ſic loquitur [Eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnem Deum, & aduerſus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur donec compleatur iracundia, ſic iſti arroganter loquuntur, & ſemper murmurãt. Auaritia etiam mendaces & adulatores eos facit, vt liberiùs ventri & quæſtui ſatisfaciant, diuitibus placere cupiunt, & eos magnificè extollunt, lucrandi intentione: quod docet Apoſtolus Thadæus dicens: [Mirantes perſonas quæſtus cauſâ.] Hęc mala quæ ex auaritia procedunt pręclarè docuit Paul. 1. Timot. 6. vbi ſic lo-
251 quitur. [Qui volunt diuites fieri, † incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionẽ, radix enim omnium malorũ eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide & inſeruerunt ſe doloribus multis.]

Et in eodem capite dicit: [Eſt autem quæſtus magnus pietas cũ ſuf-
252 ficientia:] qui enim † amat diuitias, fructum non capiet ex eis, vt dicitur
253 Eccleſia. 5. ſunt † auari, ſuperbi, & crudeles: vnde de illis poteſt dici illud. 2. Reg. 1. [Aquilis velociores, leonibus fortiores, volant namque altæ ſicut aquilæ per ſuperbiam, & ſunt fortes in ſæuitia vt leones, alios impugnando. Poteſt etiam de iſtis exponi illud 1. Reg. 8. [Declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera, & peruertunt iudiciũ.] Obcęcant enim diuites & potentes, allicientes ipſos in ſui amorem, & ſuâ adulatione veritatem illis occultant, ſunt perſimiles hederis, quæ cùm nullũ fructum afferant, tantummodo virent, & cum per ſe ſtare non valeant (quia eius plantæ ſunt imbecillæ) muris & ædificijs adhærent, vt ſuas deformitates & rimas in quibus araneæ, viperæ, & animalia venenoſa generantur abſcondant & contegant, vtilitatis ſuæ & commodi cauſâ. Eadem videntur facere iſti adulatores, qui proprium lucrum & commodum quærentes vitia fouent, & defendunt in diuitibus. Alanus de Archipr. tractans de hoc peſtifero auaritię morbo in hæc verba præclara fertur. [O radix om-
254 nis malitiæ † auaritia! ſeruitus idololatriæ, mater vſuræ genitrix ſimonię, fomes culpæ, machina gehennæ, abyſſus inſatiabilis, inſatiata charybdis, quæ nunquam dici ſufficit,] & in cap. accuſatores. 3. quæſt. 5. dicitur, quòd amor carnalis, & timor atque

auaritia plerumque ſenſus hebetant
humanos , & peruertunt opiniones
vt quæſtum pietatem putent , & pe-
cuniam quaſi mercedem prudentiæ
idipſum docuit ſuprà B. Thadæus,
dicens : [ Auaros mercede Balaam
effuſos eſſe, ] quia vt dicit Hierem.
cap.8. à minimo vſque ad maximum
auaritiam omnes ſequuntur, & Eſai.
56. [ Declinauerunt vnuſquiſque ad
auaritiã,]ideo dicitur Amos 9.[Aua-
ritia in capite omniũ,& nouiſsimum
ipſorum gladio interficiam, ] Hiere.
etiam.cap.22.dicit auaro: [ Tui verò
oculi,& cor ad auaritiam ] huius op-
poſitum monet nos Paul. 1. ad Co-
rinth. 5.dicens:[Non commiſceami-
ni fornicarijs , aut auaris, aut rapaci-
bus , quia hæc omnia celeriter tan-
quam caduca pertranſeunt,ideo bo-
na æterna pro ſcopo habere iterum
ſuadet.2. ad Cor. 4. ſic loquens. [Id
enim quod in præſenti eſt momen-
taneum,& leue tribulationis noſtræ,
ſupra modum in ſublimitate æter-
num gloriæ pondus operatur in no-
bis,non contemplantibus nobis quæ
videntur,ſed quæ non videntur,quæ
255 enim † videntur temporalia ſunt,
quę autẽ non videntur ęterna ſunt.]
Vnde his qui auaritiâ carent, dicitur
Prouerb.28.[Qui odit auaritiam, lõ-
gi fient dies eius.]Et Eſai.33.qui pro-
ijcit auaritiam ex calumnia , iſte in
excelſo habitabit:panis ei datus eſt,
aquæ eius fideles ſunt.Regem in de-
core ſuo videbunt, ] qui enim non
ſunt mirantes perſonas quæſtus cau-
ſâ, ſed potius Chriſtum , qui vberri-
mus quæſtus,& verum lucrum eſt in
gloria & decore felicitatis æternæ,
feliciter aſpicient. Tum miratores
diuinarum rerum erunt , miratores
Dei non hominum , miratores lucis
non auri caduci , verè enim ſunt mi-
rabilia θαυμάτια diuina beneficia,vt
Suydas interpretatur. Nam quid ho-
mines in hominibus admirantur?vn-
de admirationem ab admiratoribus
merentur cùm citò perituri ſint?
ἀπειροι γῦπες verè, vultures egentes
quorum roſtrũ inhiat hereditatem
alicuius ſenis diuitis, interea illũ lau-
dantes , & demulcentes quem citò
moriturum vellẽt, ſalſè eiuſmodi di-
uites , & iſtas mirationes ridet Mar-
tialis lib. 12.Epigramm.74.

*Heredem tibi me Catulle dicis:*
*Non credam,niſi legero Catulle.*

Vnde proſequitur Apoſtolus Iu-
das dicens. [ Vos autem, chariſsimi,
memores eſtote verborum,quę præ-
dicta ſunt ab Apoſtolis Domini no-
ſtri I E S V Chriſti,qui dicebant vo-
bis. [Quoniam in nouiſsimo tempo-
re venient illuſores ſecundùm deſi-
deria ſua ambulãtes in impietatibus,
hi ſunt qui ſegregãt ſemetipſos, ani-
males,ſpiritum non habentes.] Hęc
verba innatam quidem habent ſimi-
litudinem cum illis , quæ ab Inquiſi-
toribus in edicto proferuntur, in illo
enim inijcitur anathematis pœna cõ
tra eos,qui à cõmunione fidelium ſe
ſeparant,& à doctrina ſancta Catho-
lica ſe auertunt : & contra eos , qui
quoquo modo ſciũt aliquos fidei eſ-
ſe obnoxios,& nolunt eos denuncia-
re,idipſum Apoſt.Thadæus oſtendit,
huiuſmodi anathematis pœnâ hære-
ticos ab Apoſtolis percuſſos eſſe dũ
dicit:[Hi ſunt qui ſegregant ſemet-
ipſos,animales,ſpiritum Dei non ha-
bentes,] quia à congregatione Ca-
tholica proprio iudicio exeunt, com
monet enim nos B. Iudas,vt cõſtan-
ti animo in fide ſemel ſuſcepta perſe
ueremus,memores eorum quæ præ-
dicta ſunt ab Apoſtolis , à Petro ſcili-
cet & Ioanne in ſuis Canonicis.Præ-
dixerunt namque Apoſtoli à ſpiritu
Sancto illuminati in nouiſsimo tem-
pore vẽturos illuſores, Antichriſtum
ſcilicet,cuius hæretici noſtri tẽporis
ſunt



ſunt præcurſores , de quibus multa
dicit Apoſtol.Paul.2. ad Theſſalon.2.
1. ad Timoth.4. 2. ad Timoth.3.& 4.
ad Tit. 1. Hos hæreticos venturos à
ſua cupiditate ſed à Deo minimè
miſſos docuit Petrus 2. Epiſtola c. 3.
& apertè Ierem. cap. 23. dicit [Non
mittebam prophetas , & ipſi curre-
bant,non loquebar ad eos,& ipſi pro
phetabant,]& Ioan.c.10.[Quotquot
autẽ venerũt fures ſunt, & latrones]
257 ſunt illuſores , nam per † fictam reli-
gionem & ſanctitatem decipiũt ſim-
plices,ideo ipſe Ioannes 1.Epiſt.cap.
2.dicit:[Filioli nouiſsima hora eſt,&
ſicut audiſtis , quia Antichriſtus ve-
nit,nunc Antichriſti multi facti ſunt
in peiora ſemper tendunt,] & ibunt
in adinuentionibus ſuis, vt dicitur
Pſal.80.Cùm enim ambulent ſecun-
dum deſideria ſua in impietatibus,vt
hic docet B. Iudas,ſunt homines ſe-
ipſos amantes , vt inquit Paul. 2. ad
Timoth.3. [ cupidi,elati,ſuperbi, bla
ſphemi,parentibus non obedientes,
ingrati, ſceleſti , ſine affectione ſine
pace , criminatores, incontinentes,
immites , ſine benignitate,prodito-
res,proterui, tumidi, & voluptatum
amatores , magis quàm Dei,haben-
tes quidem ſpeciem pietatis , virtu-
tem autem eius abnegantes , & hos
deuita. Ex ijs enim ſunt qui penetrãt
domos , & captiuas ducunt mulier-
culas oneratas peccatis , quæ ducun-
tur varijs deſiderijs , ſemper diſcen-
tes & nunquam ad ſcientiam verita-
tis peruenientes.Quemadmodum au-
tem Iannes & Mambres Moyſi reſti-
terunt,ita & hi reſiſtunt veritati,ho-
mines corrupti mente,circa fidem:]
mira quidem deſcriptio & accom-
modata verbis Iudæ quæ ſequuntur.
[Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos,
animales,ſpiritum non habẽtes,]ait:
[Qui ſegregant ſemetipſos,] id eſt,
qui ſchiſma faciunt,& diſtractiones
regni Chriſtiani moliuntur:quod fe-
cerunt ſuperioribus ſæculis Impera-
tores Conſtantinopolitani , quorum
inſana dominandi cupido tantopere
exarſit,vt ne Pontifici Romano reli-
gionis cõſeruationem acceptam fer-
rent , & vt nouæ ſuæ Romæ tribue-
rent Patriarchatum Orientis , pri-
mùm Eccleſiam conuulſerunt in par
tes & centones, deinde in Deum ip-
ſum debacchati , Spiritum ſanctum
cum Patre ſolo coniunxerunt,omni-
no autem à Filio ita ſepararunt vt ab
eo nullo modo procedere illum vo-
luerint inducere , de quibus libro &
integro,& eleganti olim conqueſtus
vir doctus Ioan. Eteranus: eiuſmodi
& Græci Eccleſiaſtici , & hodierni
hęretici ſunt,quorum affectiones ita
obſcœnæ & impiæ turgeſcũt,vt pro-
pter earum applauſum , ſegregent ſe
à vero Dei cultu , & à communione
fidelium , quos omni conatu ab vni-
tate fidei abducere nituntur , cùm
258 tamen hoc impij † Chriſti crucifixo-
res non fecerint : non enim ſunt au-
ſi Chriſti tunicam ( quæ Eccleſia eſt
Chriſti dilectiſsima ſponſa) diuidere
vt habetur Ioan.19. [ Erat autem tu-
nica inconſutilis deſuper contexta
per totum , non ſcindamus eam,di-
cunt , ſed ſortiamur de illa cuius ſit.]
Hæc eſt hæreticorum immanitas &
ſtultitia,vt fidei veritatem ſemel ſu-
ſceptam,ob ſua deſideria turpia , &
iudicia inania inſanè deſerant & diſ-
rũpant. Sed vnde hæc ? iam diximus
in principibus veſanam dominandi
libidinem id efficere,quæ ſola & ma-
xima in illis eſt auaritia,in reliquis ip
ſam philargyriam conſtituas licet ex
præcedentibus Apoſtoli verbis [Mi-
rantes homines quæſtus cauſâ] dice-
bat Eccleſiaſtes cap. 5. [ Eſt infirmi-
tas quam vidi ſub ſole , diuitias con-
ſeruatas apud dominum in perni-
ciem ſuam,& pereunt diuitiæ illæ, in

occupatione malâ. Et genuit filium, & nihil eſt in manu eius: ſicut egreſſus de ventre matris ſuæ nudus reuertetur, vt pergat ſicut venit.] Eſt verè morbus auaritia. Nã omne animi vitium morbus eſt. Lepra eſt Giezi ſpiritu ac mẽte leproſi, vt ait Caſſianus lib.6.cap.26. vnde fiũt [animales] veluti pecora (vt ait Salluſtius) quæ natura prona atque ventri obedientia finxit. In Pluto diuiſi ſunt, quia in Deo nemo eſt diuiſus. Eſt vnus altiſsimus creator omnium, vt dicitur Eccl. 1. & Paul. ad Eph. 4. [Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus
259 Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnib. nobis,] & paulò inferiùs. [Ipſe dedit quoſdã Apoſtolos, alios verò Euãgeliſtas, alios autẽ paſtores & doctores, ad continuationem ſanctor. in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei nec circumferamur omni vento doctrinæ, & 1. Corinth. 1. exclamat dicens: [Nunquid diuiſus eſt Chri-
260 ſtus?] ex ipſo enim † taquam ex fonte vno, viuo, limpidiſsimo, omnia bona noſtra quæ per fidem cognoſcimus, & ſperamus, profluunt, & emanant, ex ipſo procedunt noſtra bona, cogitata, cõſilia, dicta, actiones, & opera. Ipſe eſt vnus, & vnicũ fundamẽtum fidei noſtræ, quæ quidẽ eſt vna propter vnũ reuelantẽ qui eſt Deus. Secũdò propter vnũ per quem Deus reuelat qui ſunt Romani Põtifices Petri ſucceſſores, concilia vniuerſalia, per ipſos confirmata qui omnes, ſunt vni propter vnam cathedram, quam legitimo ſucceſsionis iure, ac nomine ſemper obtinuerũt. Tertiò eſt vna, propter vnam vniuerſitatem, cui
261 Deus per vnũ reuelat, quia Eccleſia † noſtra nunquam diuiſa eſt ab illa, quã Romani primi ex Gẽtibus Deo præcipiente, ac Petro exigente & exequente cõſtituerunt, quam Cyprianus Eccleſiarum matricem vocat. Quartò eſt vna propter vna, quę reuelata ſunt. Etenim ea quæ Pontifices Romani tanquam diuinitus reuelata per ſeipſos ſemel, vel per generalia Concilia approbata determinarunt, nunquam nos immutauimus; ſed illorum antiquorum, & noſtrorum fides ſemper manſit, omnino vna & integerrima. Vltimò eſt vna propter vna illa, quę reuelabuntur vſque ad iudicij diem, quæ omnia prompti ac parati volumus certò & ſine ſcrupulo credere. Ad hanc igitur fidei vnitatem quam execrabiliter abhorrent hæretici hortatur nos Beatus Iudas, diuiſiones enim in fide, & ſchiſmata grauia generãt mala: per hanc namque homines communione ſanctorum carent, pace & tranquillitate deſtituuntur, à regno cælorum manent excluſi, vt patet in Angelis, qui principatum ſuum non ſeruauerunt, ſed à conſortio fidelium Angelorum propriâ ſponte & perti-
262 naciâ ſe diuiſerunt.† Viam Cain ingrediũtur. Et ſicut ille fratrem ſuum, ita & iſti fratres fideles odio incredibili proſequũtur. Errore Balaam propter lucrum temporale decipiuntur, & à via veritatis retrocedunt, & deniq; contradictione Chore adducti, vniuerſa tanquam inobedientes cõtemnunt, lites & ſeditiones ab inferis reuocant, res nouas moliuntur, vt vnitas fidei, & pacis in Eccleſia Dei omnino ſcindatur, & pereat. Chri-
263 ſtus † verò tanquam verus Dominus, caput noſtrum, & fidelis paſtor, ſalutiſque noſtræ firmiſsimum præſidium, fidei vnitatem facit, & ad hoc in mundum venit, vt eos qui diſperſi erant in vnum colligeret, vt habetur Ezech. 37. [& paſtor vnus erit omniũ eorum, vnus populus.] Idipſum

ſum



ſum orans à Patre petebat Ioan. 11. dicens: [Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus,] & Ioann. 10. [Alias oues habeo: & illas oportet me adducere, vt ſint vnum ouile, & vnus Paſtor,] hoc ipſum docet Paul. 1. Corinth. 12. [Omnes vos vnum eſtis in Chriſto IESV, vos eſtis corpus Chriſti & membra de membro] non ſolùm autem oportet nos manere in vnitate
264 fidei ſimpliciter (cùm fides † ſine ope-
265 ribus mortua ſit,) ſed in vnitate † fidei, ſimul & charitatis, quæ vinculum eſt perfectionis & pacis, & donum Dei, in quo conſiſtit omnis noſtra ſalus, ad quam vnitatem inuicem in charitate ſeruandam præclaris verbis nos excitat Apoſtolus ad Epheſ. 4. dicens: [Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: vnũ corpus, & vnus ſpiritus, ſicut & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, quod Propheta Sophoni. cap. 3. prædixerat his verbis. [Quia tunc reddam populis labium electum, & inuocent omnes vocem Domini, & ſeruient ei humero vno, id eſt, vnanimi conſenſu & voluntate.] Hinc præclarè Auguſt. lib. de verâ religio. capit. 5. dixit [Religio neque in confuſione paganorum, nec in purgamentis hæreticorum, neque in languore ſchiſmaticorum, neque in cæcitate Iudæorum quærẽda, ſed apud eos ſolùm qui Chriſtiani, Catholici, orthodoxi, & nominantur & ſunt, hi enim ſunt integritatis cuſtodes, & veritatis ſectatores, & recta ſectantes. Pax enim noſtra nos iuſtificat, vt
266 ait Paul. ad Rom. 5. [Iuſtificati † ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtã, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.] Maximè ergo intereſt, ne ſint in nobis ſeditiones aut ſciſmata, ad quod monet nos Paul. ad Philip. 2. dicens: [Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis implete gaudiũ meum vt idem ſapiatis, eandem charitatem habẽtes, vnanimes idipſum ſentientes,] verba ſanè pietatis & dulcedinis plena, quibus nos excitat & im-
267 pellit, vt hanc vnitatem † amemus, & aſsiduis precibus à Deo petamus, quod ita oſtendit ad Rom. 15. [Deus autem patientiæ, & ſolatij det vobis adipſum ſapere in alterutrum, ſecundùm IESVM Chriſtum, vt vnanimes, ſic honorificetis Deũ & Patrem Domini noſtri IESV Chriſti,] & ad
268 Epheſ. 2. dicit: [Ipſe † enim eſt pax noſtra, qui facit vtraq; vnum & medium parietem, maceriæ: ſoluens inimicitias in carne ſua: legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnum nouum hominem faciens pacem]
269 Chriſtus † enim Dominus populum Gentilitium, & Iudaicum qui diuiſi erant ſecundum legem, per baptiſmũ coadunauit, & Deo patri pro peccatis noſtris, & totius mundi de toto rigore iuſtitiæ ſatisfaciens recõciliauit, inimicitias interficiẽs in ſemetipſo, per mortis, & crucis perpeſsionem, vt ſubdit Apoſtolus eodem loco. [Omnia namque per Chriſtũ, & cum Chriſto cõceſſa ſunt nobis, qui
270 enim † proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] Pater ergo æternus ſic mundum dilexit vt filium ſuum vnigenitum daret, vt dicitur Ioan. 3. & per Chriſtum autor fuit huius vnitatis, Spiritu ſancto interueniente & conciliante. Igitur hæc vnitas fidei, pacis, & dilectionis, patrem habet autorem

torem filium cõſummatorem,& Spiritum ſanctũ conciliatorem, per hãc
271 vnitatem principes † ſæculi, potentes, & mundi monarchæ ad veram fidei noſtræ religionem,& vnius domus(quę Eccleſia eſt)cohabitationẽ deuenerunt,vt prædixit Dauid Pſal. 67.[quę inhabitare facit vnius moris in domo:] per hãc vnitatem adhęre-
272 mus Chriſto capiti,cuius † membra ſumus.Sicut enim in corpore naturali omnes partes eius eâdem animâ viuificantur, eodem humido innato ſubſiſtunt,atq; vi caloris naturalis eodem nutrimento alũtur, & reficiuntur,creſcunt, & proportionatam augmenti magnitudinem conſequuntur,ita etiam in corpore myſtico Ec-
273 cleſię cuius Chriſtus eſt†caput,habitâ analogiâ & proportione, fides eſt totius vitæ ſpiritualis prima radix,& fundamentum, vt docuit Cõcil.Tri-
274 dent.ſeſſ.6.cap.8.quia[Sine† fide impoſsibile eſt placere Deo] ex Apoſtolo ad Hebr.11.ſpes eſt veluti anchorâ quâ fideles ſtabiliũtur in laborum perpeſsione, nihil æſtimantes huius vitæ bona caduca & tranſitoria,tantummodo ſpem ſuam reponentes in autorem, & conſummatorem fidei
275 Chriſtũ I E S V M:charitas † inſuper calor eſt natiuus viuificans animas, & homines redigens in amicitiam Dei per gratiam Chriſti Domini, vt teſtatur Apoſtol.1.ad Corinth.15.factus eſt enim nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem , vt primus
276 Adam † in animam viuentem factus erat primus homo de terra terrenus, tales & terreni,qualis & cæleſtis, vt ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis. Eo modo namq; quo natura in primæua rerum generatione, omnibus partibus & membris innatam propenſionem, proprietates coæuas , diuerſa munera & officia (vt ſibi inuicem &

toti compoſito ad vitę & accretionis terminum inſeruiãt) tribuit & largitur,ita etiam in ſecunda regeneratio
277 ne Chriſtus † Eccleſię caput fidelib. qui membra ipſius ſunt, infundit varias & debitas functiones,quibus inter ſe coaleſcãt,adunentur,& ad maiora virtutis ſemper incremẽta ten-
278 dant,atq; adſpirent, vt Chriſtus † ſit omnia in omnibus,ſic Paul.ad Ephe. 4.[Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti:vt creſcamus in illo per omnia,ex quo totum corpus cõpactum, & connexum per omnem iũcturam ſubminiſtrationis ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri,] quæ omnia fiunt & complentur per Spiritus ſancti operationem , & vnctionem internam. Ideo ſubdit. [Augmentum corporis facit in ædificationẽ ſui in charitate] quæ velut calor natiuus eſt ad viuificanda, & conſeruanda,& tuenda quæcunque in toto homine reperiuntur.
279 Hanc ſimilitudinem † inter corpus naturale & myſticum eleganter & diffuſè proſequitur Apoſtol.ad Rom. 12.& 1. Corinth.12.[Sicut enim (inquit) in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ
280 eundem actum habent, ita multi † vnũ corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autem alter alterius membra]&ſubdit[Odientes malum,adhærẽtes bono,charitatem fraternitatis inuicem diligẽtes,] & Cor.12. poſtquã etiam enarrauit diuiſiones gratiarum,quas vnus & idem ſpiritus operatur & diuidit ſingulis prout vult,dicit: [ſicut
281 enim † corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis , cùm ſint multa, vnum in corpus ſunt; ita & Chriſtus , quod mirâ ampliatione & analogiâ factâ partium naturalium ad corpus, per totum deſcribit , operationes ſpirituales



rituales corporis myſtici communicatas à Chriſto Domino, qui caput eſt noſtrum : & tandem concludit dicens: [Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro charitatis, ſcilicet eius vnitatem tanquam omnium potiſsimam laudans & com-
282 mendans.] Igitur hæc vnitas † fidei, pacis & dilectionis,integra,& incorrupta , quæ vnicam Dei Eccleſiam ſanctam & immaculatam conſtituit, figurata fuit ferè ab initio mundi in arca Noe, quæ vna fuit : in tabernaculo,quod vnũ fuit:in templo,quod vnum fuit : in domo in qua conueniebant ad eſum agni paſchalis : in hominũ ſermone & lingua, quæ ante diluuium fuit vna : & denique in tunica incõſutili,& indiuiſibili Chri-
283 ſti Domini, ſuper quam carnifices † ſortes miſerunt : multitudinis etiam credẽtium in primitiua Eccleſia cor vnum erat, & anima vna vt legitur Actorum 8.cùm enim fides ſit à Deo ad hoc vt ipſa eſſet vna,oportebat vt Deus noſter eſſet vnus, inuariabilis, & vniformis : ſic Chriſtus Ioann. 10.
284 [Ego† & pater vnum ſumus] in vno namque Deo omnia continentur, omnia poſsidentur, omnia gubernãtur,& ad ipſum tandem omnia reducuntur. Quare Moyſes populo duræ ceruicis , & in idololatriam propenſo dixit, Deutero.6.[Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt,] vnus in dignitate regia , vt de ipſo dicit Ezech.37. [Rex vnus erit omnibus imperans] vnus in ſingularitate vt dicitur Eccleſiaſt.4. [Vnus eſt, & ſecundum non habet,] vnus in ratione paternitatis, iuxta Apoſtolum ad Epheſ.4.[Deus vnus,& pater omnium,]& Matth. 23.[Nolite patrem vobis vocare ſuper terrã:vnus enim eſt pater veſter,qui in cęlis eſt,] vnus in ratione principij, & creationis,
285 Actorum 17. [Ex vno† omne genus

hominum propagatum eſt,] vnus in poteſtate & ſapientia, de qua loquẽs Sapiens Sapien.7.dicit: [Cùm ſit vna omnia poteſt, & permanẽs in ſe omnia innouat, & per rationes in animas ſanctas ſe transfert,] vnus denique gubernator & benefactor, de quo Ezech.37.[Paſtor erit vnus omnium corũ. Si ergo tot modis & alijs
286 innumeris vnus † Deus ; certè eius fides valdè erit vna:& ſi vnus dominus,vnus pater, vnus beneficiorum largitorum,quomodo non diligẽdus, & excipiendus:Dicit enim vxor Tobiæ loquens de vnico filio ſuo Tob. 10. [Omnia in te vno habentes non te debuimus dimittere, ſed cõſeruare,]qui enim vnum tantum oculum
287 habet, † vnum filium , & vnum benefactorem, maximè eos diligit , & conſeruare nititur.Eſt tamen formidandus vnicus iudex omnipotẽs, & rex à quo nemo ad alium poteſt declinare : quare Eccleſiaſtic.1. dicitur. [Vnus eſt altiſsimus creator omniũ, omnipotens Rex, potẽs, & metuendus: ] cùm ergo ab vno Deo ſit vna fides noſtra, & vna Eccleſia Catholica : ſub hac vnitate ſtare debemus, tanquam ciues ſub vna ciuitate , vt oues ſub vno paſtore, vt filij ſub vno patre , vt ſerui ſub vno domino, vt milites ſub vno duce, qui Chriſtus Dominus eſt ; in quo licet reperiantur natura diuina, caro, & anima humana,hæc omnia vnum faciunt , & vnum hominem cõſtituunt : ſcilicet Deum & hominem I E S V M Chriſtum. Huius veritatis figura fuit illud,quod legimus.1.Reg.10.vbi prænunciatum fuit Sauli, quod obuiam
288 haberet tres † viros , vnum portantem tres hœdos,alium tres panes, & alium lagenam vini, tres viri ſunt, Pater verbum & Spiritus ſanctus: & pater cui attribuitur potentia creandi,habet tres panes:id eſt, tria quæ

quę in rerum creatione inueniuntur, quę ſunt pondus, numerus, & menſura: vnde Eſai. 40. dicitur, quod hic appēdit tribus digitis molem terrę: qui autem portabat tres hędos, qui erāt tria animalia vnita & alligata; eſt filius, qui tres naturas vnitas in ſe habuit, naturam ſcilicet diuininitatis, animæ, & corporis: ſic Geneſ. 40. dicitur. [Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, & Chriſtus de ſemetipſo diſcipulis ſuis dixit, quod eſſet vitis vera: vnus autem qui portabat lagenam vini eſt Spiritus ſanctus, qui vino conſolationis inebriat omnia. Cant. 7. [Guttur tuum ſicut vinum optimum] Chriſtus igitur à quo Eccleſia & eius fides vna denominatur, vnus eſt, de quo dicit Paul. 1. Timoth. 2. [Vnus eſt Deus, vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus IESVS. Hinc Athanaſius in ſymbolo. [Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo; ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus, vnus non conuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum; vnus autem non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.] Ea etiam quæ pulchra & excellentia ſunt in natura, vnum ſunt; vtpote vnum cælum ſtelliferum, vnus ſol, vna terra, & vnum mare,
289 Deus † enim & natura maximè diligunt vnitatem. Vnde Geneſ. 1. dicitur. [Vidit Deus quòd eſſet bonum, & factum eſt veſpere & mane dies vnus,] adfert etiam vnitas ſecum lætitiam & ſecuritatem, iuxta illud Pſalmi. 132. [Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnū,] quæ enim in vno colliguntur, & faſciantur ſecuriùs & fortiùs conſiſtūt, quàm ſi diſsipentur. Vt patet de viminibus in vnum colligatis, & de militibus ſimul vnitis, qui non ita facilè vincuntur ac ſi diſperſi ſint: nam virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſâ.
290 Hæc ergo vnitas † fidei & Eccleſiæ noſtræ, maximè eſt à nobis diligenda, de ea enim dicit Spiritus ſanctus Cant. 6. vna eſt columba mea, amica mea, quia in Eccleſia, quę congregatio eſt fidelium, eorum eſt cor vnum vnum, ſpiritus vnus, fides vna, religio & habitatio vna. Vna enim eſt fides, vna ſpes, & vna charitas, in quibus tribus vnitatibus vniuerſa Eccleſia fundata eſt; & iſta ſunt tria tabernacula, quę petrus conſtruere optabat, cùm dixit Matth. 17. [Domine facia-
291 mus † hic tria tabernacula] de quibus Chriſtus habet vnum, & hoc eſt charitas: Petrus Eccleſiæ paſtor, habet vnū, & hoc eſt fides: Helias etiam & quiuis iuſtus habet vnum, quod eſt ſpes: ex quibus vnitatibus Eccleſia conſiſtit, vna & indiuiſibilis ſemper. Vnitas illa eſt ciuitas Chriſti, de qua dicitur Eſai. 19. [Ciuitas ſolis vocabitur vna] hæc omnia ſatis apertè videntur militare contra Græcos, qui vnitatem Eccleſiæ ſemper denegāt, & poteſtatem Petri pluſquam aliorum Apoſtolorum nullam affirmant. Sed de his hîc ſatis, cùm alibi contra eos ſatis abūdè loquuti ſimus eorum errores, & inſanias ſpeciatim impugnantes. Nunc aduerſus alios hæreticos ſermonem inſtituimus, qui (vt inquit Apoſtolus Thadæus) ſegregant ſemetipſos ab hac vnitate fidei, & tanquam animales, ſpiritum Dei non habentes, ſacrum Eccleſiæ tabernaculum conantur abducere ab Eccleſiæ corpore: nūquam in vnitate conſtantiæ permanent, ſed varias opiniones, & diuerſas facies ſecū præ ſe ferunt. Hi ſimiles ſunt ani-
292 mali, † quod habebat quatuor facies, vt dicitur Ezech. 1. & 10. vnam deſuper, quæ erat aquilę: aliam anteriùs, quæ erat hominis: aliam à dextris, quę erat leonis: & aliam à ſiniſtris, quæ erat bouis. Nam ij ſunt aquilæ per ſuperbiam, licet appareāt homines: ſunt boues in aduerſis & ſiniſtris, quia facilè in arduis, in quibus virtus habitat ſuperantur, & ſubmittunt colla: in dextera verò proſperitates, & ſecundi ſucceſſus, tanquam leones iraſcuntur, ſuperbè alios deprimendo, vſq; ad contemptum ſupremi Dei & eius legis, inſanè procedunt. Quatuor igitur facies habent iſti, & non vnam, quia vnitatem maximè deteſtantur, & abhorrent: & ſi aliquando illis contingit vnum eſſe, hoc eſt ad impugnandum Deum & eius Sanctos & fideles, vt dicitur in Pſalmo 1. [Reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum,] & Ioſue 9. [Congregati ſunt, vt impugnarent contra Ioſue vno animo,] & Actor. 7. dicitur de impijs quòd impetum fecerunt in B. Stephanum vnanimiter, vnde ipſis ſæpe euenit, vt mutua ſibi vulnera imprudenter infligant Eſai. 9. [Manaſſes deuorauit Ephraim, & Ephraim Manaſſem, ſimul ipſi contra Iudam.] Quare ſimul intereunt, & diſsipantur: vbi
293 enim † deficit virtus, vera vnitas deficiat neceſſe eſt. Nos verò qui Dei beneficio & miſericordiâ per baptiſmum tanquam per ianuam in hanc fidei & Eccleſiæ vnitatem ingreſsi ſumus, ipſam integerrimam conſeruare debemus à conſortio huiuſmodi hæreticorum cauentes, commonitione Apoſtoli Thadæi. Nemo vnquam dubitauit quin errones illæ ſtellæ atque orbes duplici motu circunferantur: mūdano quidem quo rapidiſsimâ volubilitate cum cælo ad dexteram feruntur, nempe ab Oriente in Occidentem, & hic motus diurnus dicitur, & proprio ſuo motu quo contrario curſu deflectūt ad ſiniſtram: nimirum ab occaſu ad ortum. Nam Peripatetici qui motus illos diſtinctiùs quàm cæteri tradiderunt, & adiectis duobus orbibus quibus ſingulis ſingulos aſsignant motus, diurnum motum primo tribuunt mobili, cuius raptu planetæ quoque ab Oriente in Occidentem pergunt in dies. At per nonum circulum contrà mouentur, ab Occidente in Orientem, vnde fit magnus annus. Iam verò ſicut planetæ, & ſtellæ ſingulis ſimul diebus ſuper hemiſphærium noſtrum tranſeunt cum ſuo primo mobili, non ſibi ſed communitati creaturarum prouident, contrà verò nihil niſi confuſionem ineant cum proprio ſuo motu; ſic etiam nos ſi in vna fide firmati fuerimus, in vno vinculo pacis, & amoris acti, vni Deo & Chriſto adhærentes in vna Eccleſia, & vera religione commorantes, in quibus noſtrum propriè primum mobile eſt, ingentes & vberrimos pietatis fructus percipiemus, & quæcunque inchoauerimus, ad æternam ſalutem efficaciter conducent. Sin verò raptu & motu proprio feramur, nihil præter confuſionem & nobis & Eccleſiæ dederimus.

His præmiſsis Inquiſitores in edi-
294 cto exhortantur † cunctos Catholicos fideles, in virtute ſanctæ obedientiæ ad vnitatem viuæ fidei, vt omnes vnà, vnoque fidei ardore oſtendant Inquiſitoribus, quicunque à verâ fide ſe auerterint, aut cōtra eam, vel Eccleſiam Catholicam aliquid indecens, vel falſum protulerint, vt ſic meliùs & rectiùs poſsint eis reſiſtere, pœnaſq; debitas iniungere. Quare Apoſtolus ſequēti clauſulâ acerrimè inuehitur contra fautores hæreticorum, qui contra vnitatem fidei, eis auxilium, conſilium, fauorem, conſolationemq; præſtant: quæ omnia diffusè in edicto enarrātur:

tur: hi enim pœnis iiſdem afficiendi
ſunt, quia in materia fidei: [qui non
295 †eſt mecum contra me eſt, ] & [qui
non colligit, ſpargit. ] Verba igitur
Apoſtoli hæc ſunt. [Vos autem, cha-
riſsimi, ſuperædificantes voſmetip-
ſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei in Spiri-
tu ſancto orantes voſmetipſos in di-
lectione Dei ſeruate, expectantes
miſericordiã Domini noſtri IESV
Chriſti in vitam æternam. Et hos
quidem arguite iudicatos, illos ve-
rò ſaluate, de igne rapientes: alijs au-
tem miſeremini in timore: odien-
tes eam quæ carnalis eſt maculatam
tunicam] hæc verba eundem ſen-
ſum & ſcopum edunt, atque ver-
ba præcedentis clauſulæ de vnita-
te fidei, & dilectionis. Ideo breui-
ter ea percurremus, ne videamur
eadem ſæpe refricare. Exoptat igi-
tur Apoſtolus Thadæus nos magis
ac magis radicari in fide, & funda-
mento eius, quod eſt Chriſtus IE-
SVS, vt apertè docuit Paul. 1. Co-
296 rint. 3. dicens: † [Fundamẽtum enim
aliud nemo poteſt ponere præter
id quod poſitum eſt, quod eſt Chri-
ſtus IESVS.] In hoc ergo funda-
mento radicatos & ſtabilitos eniti-
tur inducere eò nos, vt ſuperædifi-
cemus, per opera viua charitatis, vt
ſic ædificium Chriſti in Eccleſia in-
ſtauretur, & extendatur, [Per lapi-
des viuos & ignitos,] id eſt per fide-
les iuſtos, & charitatis operibus pijs
refertos, ſic Apoſtolus Petrus 1. Epi-
ſtola capit. 2. loquens de Chriſto
cum fidelibus dicit: [Ad quem ac-
297 cedentes lapidem † viuum, ab ho-
minibus quidem reprobatum, à Deo
autem electum & honorificatum, &
ipſi tanquam lapides viui ſuperædi-
ficamini,] quod idem ſic deprecatur
Paul. ad Epheſ. 2. [Superædificati
ſuper fundamentum Apoſtolorum,
& Prophetarum ipſo ſummo angu-
lari lapide Chriſto IESV, in quo
omnis ædificatio conſtructa, creſcit
in templum ſanctum in Domino, in
quo & vos coædificamini in habita-
culum Dei in Spiritu ſancto,] ab hoc
enim quæ ad ſalutem æternam con-
ducunt aſsiduè, petere debemus,
paruifacientes temporalia & mun-
dana, in quibus nulla ſtabilitas, &
firmitas inuenitur, ſed nec inueni-
ri poteſt: quare de hoc Spiritu ſancto
loquens Paul. ad Roman. 8. ſic dicit:
[Qui adiuuat infirmitatem noſtram,
nam quid oremus ſicut oportet, ne-
ſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus,]
vt ad ſuperna ſemper aſpirantes to-
to animi conatu Deum & proximos
298 vnanimiter diligamus. Si enim † cha-
ritatem habuerimus, miſerabilium
hominum ſtatũ deplorabimus, quia
charitas non quærit quæ ſua ſunt,
perditiſsimos homines etſi in pecca-
tis obſtinatos, & iam iudicatos ſe-
cundùm præſentem iuſtitiam argue-
mus, & ſi è profundo peccatorum
exire recuſauerint, ſaltim alios adſuę
turpitudinis imitationem non alli-
cient, ſic etiam qui per ignorantiam
à vero tramite aberrauerint iuxta
munus charitatis, reducendi ſunt
per exhortationem, & doctrinæ il-
luſtrationem. Hoc eſt enim quod
docet hîc Apoſtolus Thadæus cùm
dicit: [Hos quidem arguite iudica-
tos: alijs autem miſeremini in ti-
more, illos verò ſaluate de igne ra-
pientes.] Qui propter delicta ſua ad
inferos appropinquabant, iuxta illud
Prouerb. 24. [Erue eos, qui ducuntur
ad mortem, qui trahuntur ad in-
teritum liberare non ceſſes;] & Ia-
cobi 5. dicitur [ſi quis ex vobis er-
rauerit à veritate, & cõuerterit quis
299 eum: ſcire debet: quoniam † qui cõ-
uerti fecerit peccatorem ab er-
rore viæ ſuæ ſaluabit animam eius
à morte,]



à morte,] itaque quidam trahendi
ſunt minis & terrore, quidam mi-
ſeratione & viſceribus pietatis, alij
verò charitate, & amore, quæ omnia
tentat Inquiſitores, vt oues perdi-
tas & errantes ad gregem Domini-
cum reducant. Si quæ verò difficilia
in ijs exercendis ſe offerant, æquo
animo ſunt ferẽda & ſuſtinenda: quia
300 charitas † omnia ſuſtinet, & patiens
eſt, hoc eſt enim omnibus omnia
fieri, vt Chriſto lucrifaciamus, quos
de ſalute deſperatos cognouerimus,
hæc ſpes lucrifaciendi Chriſto ani-
mas viros iuſtos recreat & charitate
inflãmatos in arduis & difficillimis
301 corroborat: quia amor † charitatis
omnia poteſt, omnia vincit, & ſu-
perat, hinc perpulchrè beatus Ber-
nardus lib. de diligendo Deum, in
hæc verba præclara erigitur. [O iu-
gum ſancti amoris! quàm dulciter
capis, quàm glorioſè illaqueas, quàm
ſuauiter premis, quàm delectabi-
liter oneras, quàm fortiter ſtringis,
quàm prudenter erudis. O felix a-
mor! ex quo oritur ſtrenuitas, mo-
rum puritas, affectionum ſubtilitas,
intellectuum, & deſideriorum ſan-
ctitas, operum claritas, virtutum
fœcunditas, meritorum dignitas, &
302 ſublimitas præmiorum,] eſt amor †
charitatis, & ſpiritualis, fortis, & ſtre-
nuus, contra omnia aduerſa ſtabilit,
& confirmat, vt patet in martyri-
bus, qui ardore diuini amoris ita fue-
runt ſtabiles & conſtantes, vt cru-
deliſsimis pœnis, & cruciatibus ob-
ſtiterint, & mortem pro Domino
ſuſtulerint. Quare idem Bernard.
ſuper Cantica ſermon. 20. ſic ait, [Sit
fortis & conſtans amor tuus, nec ce-
dens terroribus, nec ſuccumbens
laboribus.] Hinc Auguſtin. de lau-
dibus charitatis ita perpulchrè lo-
quitur, [Charitas in aduerſitatibus
tolerat, in proſperitatibus tentat,
in duris paſsionibus fortis eſt, in bo-
nis operibus hilaris eſt, in tempo-
ralibus ditiſsima, in hoſpitalitate
latiſsima, inter bonos fratres lætiſ-
ſima, inter falſos patientiſsima.]
Hugo etiam lib. de Charitate ita ha-
bet. [Magnam vim habes, ô chari-
303 tas! † tu ſola trahere Deum potuiſti
de cælo ad terram, ô quam forte eſt
vinculum tuum! quo Deus ligari po-
tuit, & homo iniquitatis vincula
dirupit, neſcio quid magis in lau-
de tua dicere poſſum, quàm quod
Deum de cælo ad terram traxiſti,
& quòd hominem de terra ad cæ-
lum ſubleuaſti, ô charitas! vulnera-
ſti impaſsibilem: æternum feciſti
immortalem. Hæc autem omnia fe-
ciſti, vt omnia corda noſtra emolli-
res, & ſequitur in eo libro: [Chari-
304 tas † omnem languorum ſanat, vi-
tiorum radices exſtirpat, mentem
illuminat, conſcientiam mundat,
animum lætificat, Deum demon-
ſtrat, animam enim quam inhabitat
charitas, ſuperbia non inflat, inuidia
non deuaſtat, ira non diſsipat, tri-
ſtia mala non vexant, auaritia non
excæcat, gula non inflammat, luxu-
ria non coinquinat,] eſt charitas
(vt docet Auguſtin. ſuper Ioannem
Hom. 8. & habetur de pœnitent. di-
305 ſtinct. 2.) radix † omnium bonorum,
quia ab illa diuerſæ virtutes ema-
nant, ſicut à radice procedunt me-
dulla, flos, folium, & fructus; ideò
de charitate ita loquitur Bernard. in
Epiſtola 2. [O bona mater charitas
quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exer-
ceat prouectos, ſiue arguat inquie-
tos, diuerſis diuerſa exhibens, ſicut
filios diligit vniuerſos. Cùm te arguit
mitis eſt, cùm tibi blanditur ſimplex
eſt, piè ſolet ſęuire, ſine dolore mulce
re, patienter nouit iraſci, humiliter
nouit indignari, mater eſt non ſolùm
hominũ, ſed etiam angelorũ; quæ in
terris

terris,& in cęlis ſunt,pacificauit.Deũ
hominibus placauit, & hominẽ Deo
reconciliauit. ] Charitas ergo om-
nem perfectionem includit, vnde
Apoſtol.ad Coloſſ. 3. monet nos di-
cens: [Super omnia autem charita-
tem habete,quę eſt vinculum perfe-
ctionis.]Hoc eſt igitur quod orãs pe-
tit & obſecrat Apoſtol. Thadæus,cũ
dicit[Superædificãtes voſmetipſos,
ſanctiſsimæ noſtræ fidei, in Spiritu
ſancto, orantes, voſmetipſos in dile-
ctione Dei ſeruate expectãtes miſe-
ricordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti
in vitam æternam,] ſi enim labores,
& aduerſa patimur, quæ ad tempus
ſunt, habentes pro ſcopo operatio-
num noſtrarum vitam ęternam,fida-
mus Chriſto,& ſeruiamus ei in fide,
& dilectione:& ſic fortes, & ſtabiles
erimus,vt dicit Eſai. 30. [In ſilentio,
& ſpe,erit fortitudo veſtra,] quid?
quòd,vt docet Apoſtol. ad Rom. 8.
[Non ſunt condignæ paſsiones hu-
ius temporis ad futurã gloriam, quæ
reuelabitur in nobis?] nã gratia Dei
307 † quæ inchoatiuè eſt vita æterna, &
radix omnis meriti, ſine merito cõ-
ceditur.Per huiuſmodi gratiam eam
quę carnalis eſt maculatam tunicam
odio habemus, vnde Paul. 1. Cor. 9.
dicit.[Caſtigo corpus meũ, & in ſer-
uitutem redigo per mortificationẽ,]
ex quo fit vt peccatum non regnet
in noſtro mortali corpore, neq; obe-
diamus eius concupiſcentijs, ſed ſi-
cut exhibuimus membra noſtra ſer-
uire immũditiæ, & iniquitati ad ini-
quitatem;ſic etiam per gratiam ex-
hibeamus eadem membra ſeruire
iuſtitiæ in ſanctificationem: vt ipſe
docet ad Rom.6.& 12.cap.vbi ſic ex-
clamat.[Obſecro itaque vos, fratres,
per miſericordiã Dei vt exhibeatis
corpora veſtra hoſtiam viuentem,
ſanctam, Deo placentem, rationa-
bile obſequium veſtrum.]

Tandem in edicto imponitur finis,
quo repetũtur prædicta in hunc ſen-
ſum: quòd fides Catholica, & eius
vnitas nobis à Deo dono,& gratioſè
data eſt, vt ei obſequamur vſque ad
aduentum Domini, qui viuit & re-
gnat in ſæcula ſæculorum, ſolique
Chriſto Domino omnifariam glo-
riam deberi, quia ſolus & fidem no-
bis confert, & in ea ab omni macula
immunes in ſempiternum nos con-
ſeruare poteſt, & ſic concludit Apo-
ſtol. Thadæus dicens.[Ei autem qui
potens eſt vos conſeruare ſine pec-
cato, & conſtituere ante cõſpectum
gloriæ ſuæ immaculatę in exultatio-
ne, in aduentum Domini noſtri IE-
SV Chriſti,ſoli Deo ſaluatori noſtro
per IESVM Chriſtum Dominum
noſtrum gloria & magnificentia,im-
perium & poteſtas ante omnia ſæcu-
la,& nunc & in omnia ſęcula ſæculo-
rum, Amen.]Quid ergo pulchrius?
quid euidentius? quidúe ad noſtrum
inſtitutum cõſonantius inueniri po-
teſt? in quibus vltimis verbis maxi-
mas Deo refert gratias,quia ſolus ip-
ſe in præſenti vita immaculatos po-
teſt nos cuſtodire? & in futura præ-
mio æternæ beatitudinis afficere?
Nos etiam in edicto gratias agimus
Deo Patri,qui potens eſt conſeruare
308 nos ſine peccato,omnes† enim nos
peccauimus & egemus gloriâ Dei,&
vt dicit Eſai. cap. 64. [Vniuerſi quaſi
folium cecidimus,& iniquitates no-
ſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.]
Quamobrem Pater cui cõuenit po-
tentia ab omni culpa etiam veniali,
gratiâ ſuâ poteſt nos mundare: ete-
nim nos non ſumus ſufficientes ali-
quid cogitare ex nobis, quaſi ex no-
bis:ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt
(vt ait Apoſtol.2. ad Cor. 3.) hæc au-
tem omnia nobis cõcedit per Chri-
ſtum Dominum,qui omne bonum in
bonis perfecit. Ipſe enim eſt, in quo
Pater



Pater nos benedixit, in omni bene-
dictione ſpirituali in cæleſtibus in
Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante
mundi conſtitutionem, vt eſſemus
ſancti & immaculati:ad Epheſ.1. [Ex
quib.per Chriſtum in nobis Deus ex-
altatur, & magnificentia imperium
atque poteſtas, quæ Deo ſunt attri-
buta propria manifeſtantur,] vnde
Moyſes Exod.15.de Deo loquens,di-
cit: [Iſte Deus meus, & glorificabo
eum: dextera tua, Domine, magnifi-
cata eſt,& in multitudine gloriæ tuæ
depoſuiſti aduerſarios noſtros: quis
ſimilis tui in fortibus Domine? quis
ſimilis tui? magnificus in ſanctitate.
Terribilis atq; laudabilis,magnificen-
tia eius mirabilia operatur.] Quare
Deuteron. 33. dicitur[magnificentiâ
eius diſcurrunt nubes] imperiũ oſtẽ-
ditur ab Apoſt. ad Rom. 14. dum di-
cit[Quia curuabunt omnia genu,]&
ab Eſai. 45. [Et iurabit omnis lingua:
ergo in Domino dicet, meæ ſunt iu-
ſtitiæ, & imperiũ.] De poteſtate au-
tẽ ipſius, quæ omnipotẽtia eſt,apertè
loquitur Paul.ad Rom.9.dicens:[Vo-
luntati eius quis reſiſtet?] & Daniel
310 2.Quia regnum † eius in æternũ non
diſsipabitur,neque alteri tradetur,&
confundentur omnes qui repugnant
ei.]hæc Patri æterno competunt,ſed
Chriſtus virtute ſuâ, & meritis ſuis
quantùm in ſe fuit hęc omnia auxit,
& in omnibus Deum ipſum glorifica-
uit, in quo ſita eſt omnis noſtra bea-
titudo & felicitas,vt dicitur Ioan. 17.
[Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant
te ſolum Deum verum, & quem mi-
ſiſti IESVM Chriſtum, huic ergo
laus ſit & gratiarum actio, & nunc &
in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.]
Quâ particulâ claudit Apoſt. Epiſtol.
ſuam canonicam, vt ſupradicta con-
firmet, & beatitudinis ſecuritatem,
immutabilitatem, & ſtabilem poſſeſ-
ſionem prænũtiet: & quia beatitudo
ęternitate Dei mẽſuratur,de ea dicit
Eſai.c.5.[Nõ eſt deficiẽs neq; laborãs
in ea, non dormitabit neq; dormiet,
neq; ſoluetur cingulũ renũ eius, neq;
rumpetur corrigia calceamenti eius]
& Prouerb. 1. conſequenter dicitur,
[Sed abundantia perfruetur timore
malorum ſublato] & idem Eſa. c. 32.
concludit dicẽs.[Et erit opus iuſtitiæ
pax, & cultus iuſtitię ſilentium & ſe-
curitas, vſque in ſempiternum: & 1.
Petri legimus, [regenerauit nos in
ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu
Chriſti, ex mortuis in hereditatẽ in-
corruptibilem & incontaminatam,&
immarceſcibilem,] quæ verba nõ ſo-
lùm ſignificant hereditatẽ illam nun-
quam eſſe finiendam, ſed ex ſua pro-
pria natura nũquam poſſe finiri. Hoc
enim ſignificat[incorruptibile & im-
marceſcibile;] & in eâdem Epiſtola
c.1.dicit idem Apoſtolus Petrus.[Vo-
cauit nos in æternam gloriam ſuam.]
Vtinam & nos in eã vocet [vt laude-
mus ipſum cum Pſalmiſta dicentes
Pſal.124.[Beati qui habitant in domo
tua, Domine, in ſæcula ſæculorũ lau-
dabunt te.]

## De obligatione quâ tenentur omnes obedire Inquiſitoribus, & adeſſe edicti fidei publicationi.

SVMMARIVM.

1 Inquiſitores ſunt delegati à Sum. Pont.
2 Inquiſitoribus ea conceſſa ſunt ſine quibus cauſæ fidei nequeũt explicari.
3 Inquiſitoribus conceſſa eſt coertio.
4 Alimentis legatis debentur cibaria, veſtitus & habitatio.
5 Caſus omiſſus deprehenditur expreſſi extenſione.
6 Obedientia eſt de lege iuriſdictionis.
7 Crimen hæreſis eſt de neceſſarijs ad iuſtitiam, charitatem, & reuerentiam.
8 Obedientiâ includitur reuerentia.

9 Obedientiæ diffinitio.
10 Obedientiæ & reuerentiæ differentia.
11 Obedientia debetur Inquiſitoribus.
12 Crimen hæreſis, & læſæ Maieſtatis pari paſſu ambulant.
13 Denunciare hæreticum qui renuit graui pœnâ afficiendus, & nu. 20.
14 Denunciare qui renuit reum quem quis nouit læſæ Maieſtatis ſit reus.
15 Alcibiades improbus ciuis, qui patriã tardè iuuerit.
16 Taciturnitas habetur pro confeſsione, & indicio ad quæſtionem.
17 Socius in crimine læſæ Maiſtatis, dignus eſt veniâ ſi denunciat.
18 Crimen hæreſis eſt publicum, & num. 20.
19 Hoſtes communes omnium vigilantiâ profligandi.
21 Denũciare hæreticum, quem quis nouerit, tenetur.
22 Hæreticum occultum denunciare debet, qui nouit.
23 Impietas pernicioſa eſt Reipublic. omniumq; intereſt religionem conſeruari.
24 Denunciare hæreticum quiſq; tenetur, etiam non præcedente infamiâ.
25 Infamia præcedere debet accuſationem in omni crimine, præterquam in hæreſi.
26 Iuramentum hæretico præſtitum accucuſationem nõ debet impedire.
27 Saturnino Conſuli fidem Pop. Romanus non ſeruauit, & meritò.
28 Hæreticum occultum accuſari poſſe aliqui putant.
29 Fratrum nomine Chriſtianè, qui veniãt appellandi.
30 Hæreticos non eſſe denunciandos niſi correctione præmiſſâ, quidam opinãtur, & nu. 31.
32 Denunciandi ſunt hæretici, nullâ præcedente correctione.
33 Summa æquitas, quibus conſtituatur.
34 Priuatus publicum delictum indulgere non poteſt.
35 Interpretatio Apoſtolici mandati [Hæreticum deuita.]
36 Teſtis vocatus contra hæreticum tenetur deponere.
37 Terminus edicto præfixus ad denunciandum, produci non poteſt.
38 Terminus à die monitionis ad diẽ præfixam computatur.
39 Tempus breuiſsimum improbis lõgum & nimium eſt.
40 Edicto Inquiſitorio, in quo terminus non præfigitur annus videtur conceſſus.
41 Edicti perpetui perpetua eſt citatio, vbi non eſt præfixus terminus.
42 Excommunicati ſunt, qui nõ denũciant intra terminum præfixum.
43 Fidei Chriſtianæ commodum nõ patitur dilationem.
44 Edicto Inquiſitorum tenẽtur omnes obtemperare.
45 Imperatori intolerabili nõ prius denegatur obediẽtia, quàm depoſitus fuerit.
46 Æſopi fabula de ranis, quæ à Ioue regẽ deponendum petiuerunt.
47 Seruus à ſæuo Domino nõ diſcedit, niſi cauſa iudici expoſitâ.
48 Lex ciuiliter, & in ſaniorem partem ſumenda; vbi quid proponit faciendum cum animæ periculo.
49 Omnis, vniuerſalis dictio, quomodo ſumatur in iure.
50 Impubes in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis teſtis audiri poteſt.
51 Impoſsibilium nulla eſt obligatio.
52 Edicti publicationi adeſſe omnes tenentur, qui poſſunt.
53 Excuſatione legitimâ pœna excommunicationis euitãtur.
54 Edicti publicationi omnes diſtributiuè, non collectiuè adeſſe tenentur.
55 Edicti publicationi ſemel tantùm in anno adeſſe omnes obligantur, tametſi pluries edictum, & pluribus locis publicatum eſt.

EX



EX ſupradictis originẽ
ducunt dubitãdi quę-
dã argumenta. Vtrùm
ex edicto fidei quotan
nis ab Inquiſitoribus
publicato, & indi-
cto teneantur omnes fideles indi-
care Inquiſitoribus tum hæreticos tũ
de hæreſi ſuſpectos quos illi nouerint
ſcierint, audierint, ſiue illi occulti ſiue
etiam manifeſti habeãtur: tum an in-
tra temporis alicuius limites id præ-
ſtare debeãt, ac poſtmodum, an quo-
tieſcumque publicatur edictum adi-
gi omnes ad id poſsint, vt audiendo
edicto & concioni de fide Catholica
aduerſus hæreticos, & eorum in cri-
mine ſocios adſint.
Hęc vt ordine diſcutiãtur & cuiuſ
que dubij ſoluatur ambiguitas primũ
1 hoc proponimus. † Inquiſitores eſſe
iudices delegatos à ſumm. Pontifice
in cauſis fidei, vbi pręter ea quę ſuprà
ſatis ſuperque extricare in eam rem
nos oportuit, omnes communiter iu-
ris noſtri doctores non aliter loquun-
tur. Hinc igitur ſurgit illud & tritum
2 & vulgare, quòd Inquiſitorib. † id à
ſummo Pontifice ſit conceſſum ſine
quo fidei cauſę diſpici, euolui, decidi,
& diffiniri nequeũt: facit text. in l. cui
iuriſdictio. ff. de iuriſdiction. omn. iu-
dic. l. ad rem mobilem. l. ad legatum.
ff. de procurat. vbi Angelus Blanc. &
Iaſon. Felin. in. cap. præterea. de offic.
delegat. Dec. conſ. 77.
3 Ex vtroq; admiſſo ſequitur † coer-
tionem etiam eis concedi: nã ſine illa
iuriſdictio conſiſtere non poteſt. cap.
Epiſcopus. de offic. ordinar. lib. 6. l. fi-
nal. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi.
c. cum venerabilis. de cẽſibus, quem-
admodum eâdem nec diſsimili ratio-
4 ne † ſi teſtamẽto pater familias alimẽ-
ta legauerit, cibaria quoq;, veſtitus,
& habitatio debẽtur: quia ſine his ali
corpus non poteſt. l. legatis. 6. ff. de ali
mentis legat. Id verò etiam obtinet
quamuis expreſſe nihil de coertione
5 contineatur: † nam quoties admini-
culũ aliquod omiſſum eſt, quod ener
giâ & virtute expreſsi deprehẽdi po-
teſt; toties ad illud extenſio fieri de-
bet. Alciatus in. l. 2. ff. de iuriſd. omn.
iudic. & Roland. à Vall. conſ. 22. Tum
obediendum eſt eorum præceptis &
6 edictis: † eſt enim obedientia de lege
iuriſdictionis. c. cõquerente. de offic.
ordinar. Ioan. de. Imol. in cap. quod ſu-
per his. notab. vlt. de maiorit. & obe-
dient. & in ſpecie de conuocatione fi
delium ad audienda edicta, & concio
nem de fide. Conſtit. Bonifac. VIII. in
cap. vt commiſsi. §. conuocandi. de hę
retic. in 6. & tradit Zanchin. tract. de
hæretic. cap. 11. num. 2. Rojas eodem
tract. de hæretic. 2. p. n. 415 Franc. Pe-
gna. 3. part. Director. comment. 135.
Secundò ex S. Thom. 1. 2. q. 19. art.
1. & quęſt. 100. art. 9. & 2. 2. q. 44. ar. 1.
ediſcitur præceptum eſſe monitionẽ
ſuperioris, aut legem imperatiuam
aliquid faciendi, vel omittendi ali-
quid ex debito: id eſt, ex neceſsitate
ſalutis, vnde differt à mandato, quia
illud eſt motio ad aliquid melius: ſed
non ex neceſsitate ſalutis. Idem D.
Th. 1. 2. q. 94. art. 5. Cùm ergo verba
edicti præceptiua ſint: & inductiua
ſub neceſsitate ſalutis, ex gloſſ. in cle
ment. attendentes. de ſtatu monach.
& gloſſ. in. c. propoſuit. de appellatio-
nib. fideles omnes tenẽtur ſub pœna
peccati mortalis, & alijs pœnis indu-
ctis à iure, indicare Inquiſitoribus hę-
reticos, & cætera cõtẽta in edicto fi-
7 dei. Tũ etiã quòd † crimen hęreſis ſit
de neceſſarijs ad iuſtitiã, & charitatẽ,
ad diuinã reuerẽtiã ex tradit. à Panor
mit. in c. clerici officia. de vita & ho-
neſt. cleric. Gemin. in cap. vt anima-
rum. de conſt. in. 6. Ioann. Andr. in
cap. relatum. ne cleric. vel monach.
Idem Gemin. in capit. perpetuæ.

de electione in 6. Cùm igitur agatur
de re graui in edicto fidei, quoquomo
do Inquiſitores præcipiant aliquid in
materia fidei, proculdubio eis eſt
obediendum. Quoniam à magiſtrati-
bus non eſt exquirenda cauſa fina-
lis, nec impulſiua, quâ mouentur ad
hoc vel illud præcipiendum: quod
vtique tam iure communi quàm di-
uino introductum eſt, ex c. magnum.
2. quæſtione 1. can. prodeſt. 25. quæ-
ſtione 5. can. monet. 22. quæſtione 1.
& D. Paul. ad Roman. cap. 13. [Omnis
(inquit) anima poteſtatibus ſuperiori-
bus ſubdita eſto] non eſt enim pote-
ſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo
ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit po-
teſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Matt.
17. 1. Petri 2. quòd multis exequitur
Ludouicus Molina tracta. 2. de iuſtit.
& iure. diſput. 27. & latiùs nos infrà
hac quæſt.

Tertiò, obedientia in tribus conſi-
ſtit. Primùm in exhibitione reueren-
8 tiæ: & ſic † in obedientia includitur
reuerentia. Deinde in mandatorum
ſuſceptione. Præterea in iudicio ſub-
eundo, ita gloſ. in ſumma 93. diſtinct.
9 † Eſt enim obedientia habitus incli-
nans voluntatem, ad promptè & fa-
ciliter implendum præceptum & vo-
luntatẽ ſuperioris præcipientis, cuius
obiectum eſt præceptum cum inten-
tione obligandi, ſiue præceptum ſit
expreſſum ſiue tacitum, quando vo-
luntas ſuperioris eſt præceptiua: quo
modo etiam ſufficit innoteſcere, D.
10 Thom. 2. 2. quæſt. 104. † obedientia
autem quæ cõſiſtit in reuerentia dif-
fert ab honorificentia: quia reueren-
tia propriè eſt honor exhibitus ſine
verbis, at verò honorificentia eſt ho-
nor exhibitus cum verbis Cardin. in
d. c. de his. q. 3. de maiorit. & obedien.
& ibi Panorm. notab. 3. quæ quidem
obedientia debetur ei qui præeſt or-
dine vel antiquitate cap. à ſubdiaco-
no. 93. diſtinct. c. oportet. & c. final. ea-
11 dem diſtinct. † Ergo cum Inquiſitores
ſint delegati Apoſtolici, & præſint iu-
dicio fidei, hæc obedientia, quæ con-
ſiſtit in reuerentia præſtari debet ab
omnibus, ex doctrina Bald. in l. final.
per illum tex. verſ. & ideo. C. de bon.
libert. Roman. ſingul. 480. Repertor.
Inquiſit. verb. Inquiſitores. Illa verò
obedientia quæ conſiſtit in manda-
torum ſuſceptione, dicitur propriè
obedientia, Panorm. in d. c. de his. &
hæc ſimul, & illa quæ conſiſtit in iu-
dicio ſubeundo, debetur ei qui præ-
eſt iuriſdictioni.

His ſic poſitis dicendum eſt hære-
ticos indicandos eſſe Inquiſitorib.
Primò, quia in licitis & honeſtis tene-
mur obedire ſuperioribus, ſed de-
nuntiare hæreticos licitum & hone-
ſtum eſt: ergo illos denuntiare tene-
mur.

Secundò ex traditis à DD. id ſatis
12 innotuit, vt † eod. modo procedant
crimen hæreſis & crimen læſæ Maie-
ſtatis, nam vt ſuprà oſtendimus ab
hoc ad illud argumentum valet, cum
vtrumque in læſæ Maieſtatis nomen
veniat, alterum diuinæ alterum hu-
manæ: pro qua opinione facit Igneus
in repetit. neceſſarios. §. non alias, nu.
5. & 45. ff. ad Syllanian. Turre-cremat.
in c. ſi quis. 2. nu. 8. diſtinct. 79. Rojas
qui plures in hanc ſententiam addu-
cit ſingul. 50. nu. 2. Bart. in rub. qui ac-
cuſar. non poſſunt. & in l. reos. C. de
accuſat. vbi ponit hæreſeos crimen
maius eſſe quàm læſæ Maieſtatis hu-
manę, quia per eam lęditur domino-
rum Dominus: & adducitur text. in
Auth. Gazaros. C. de hæret. c. vergen-
13 tis. de hæretic. † Inde ſubſequetur
eos eſſe graui pœnâ afficiendos, qui
hæreticos graſſantes in religionẽ &
fidem Catholicam ſubticuerint, nec
eorum voluerint Inquiſitoribus no-
14 men deferre. Nam † qui ſciens ali-
quem



quem velle committere crimen læſę
maieſtatis non reuelat, is perinde in-
cidit in ipſum lęſæ maieſtatis crimen,
vt eſt communis opinio, de qua An-
ton. Gomez de delictis, cap. 2. num. 8.
præſumuntur enim fautores, cum tã-
tæ prauitatis conſcij ſint, nec tamen
eam prodant Bart. in l. vtrum. ff. ad le-
gem Pompeiam de parricid. Ioa. An-
dr. in c. Petrus. de homicid. Specul. in
tit. delegat. §. iuxta. in. 4. col. verſ. quid
ſi ami. Dec. in regul. culpa caret. ff. de
15 regul. iur. † eleganter apud Suydam
Ariſtophanes introducit. Athenien-
ſes de Alcibiade diutius taciturno
quàm illis conueniret, conquerentes
hoc ſenario.

*Qui patriam tardè iuuat, verè hoſtis eſt.*

Inde & illud in iure obtinet, vt in
16 delictis † taciturnitas habeatur pro
confeſſione, at ſaltem in domeſtico
vt indicium faciat ad torturam Bal. in
l. excipiuntur. ff. ad Syllanian. vbi hoc
ſimpliciter dicit, non adhibitâ diſtin-
ctione, an perſona ſit honeſta vel nõ:
Iſtud idẽ voluit Rom. ibi in fin. & Pa-
ris de Puteo de Syndic. in verb. tortu
ra ſequitur hãc concluſionẽ: quod &
idẽ voluit in 10. tract. verb mandauit.
verſ. an ſi reperiatur. & Additionat. ad
Angel. tract. maleficiorũ. verſ. 3. quęri-
tur. n. 58. verb. fama publica. cõtra ve-
17 rò † ſi quis in læſæ maieſtatis crimine
ſocius fuerit, ſtatim eluit ſe ipſum ſce
lere, vbi illud manifeſtat, & ſe veniâ
dignum interdum efficit. l. quiſquis.
§. vlt. C. ad legem Iul. maieſtat.

Tertiò peccata in dãnum publicum
18 tenemur iudici denunciare, ſed †
crimen hæreſis publicum eſt cùm
principaliter offenſam Dei reſpiciat,
& propterea dicatur in omniũ ferri
iniuriam, ex text. in l. Manichæos. vbi
Iacob. Butrigar. Odofred. Cyn. Bald.
& Salycetus C. de hæretic. Angel. A-
retinus in §. 1. col. final. inſtit. de pu-
blic. iudic. Iul. Clar. in pract. crimin. §.
1. verſ. itẽ omne delictũ. Ant. Gomez
Variar. reſolut. tom. 3. tit. de delictis. c.
1. n. 1. & ſupra citati DD. Ergo hæreti-
cos tenemur omnes denũciare. tex. in
c. 2. vbi gloſ. & DD. de hæretic. c. quã
propter. & 2. q. 7. Innoc. in c. de teſtib.
cogend. S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. Archi-
diac. in c. ſi peccauerit. num. 29. 2. q. 1.
Gundiſal. de Villadiego de hæretic. q.
6. numer. 4. Alphonſ. de Caſtro de
iuſt. hæret. punit. lib. 2. c. 25. Dominic
de Soto de iuſt. & iur. libr. 5. q. 5. Si-
manc. de Cathol. inſtitut. tit. 19.

19 Pro ſalute enim communi † cõtra
hoſtes cõmunes oportet eſſe cõmu-
nem omnibus vigilantiam & ſolici-
tudinem. Cùm autem hæretici cõtra
religionem diuinam inſiliant, hoc eo-
rum grauiſſimum ſcelus in omnium
fertur iniuriam. d. l. Manichęos. C. de
hæretic. l. 2. C. de apoſtatis. Et idcir-
20 co (cùm † hoc crimen publicum ſit,
tenentur illud Inquiſitoribus denun-
tiare cap. præſumunt. 2. quæſtione
7. 1. Reges. 2. titul. 26. parti. 7. quæ
adeò vera ſunt ex his quę nuper dixi-
21 mus † vt ſiquis nouerit hęreticũ, & no
lit eũ denũciare Inquiſitorib. vt vio-
lenter ſuſpectus de hæreſi puniri poſ-
ſit, ſi tamẽ cũ illis familiariter tractet
aut cõuerſetur: nã vt Ioã. Apoſt. Epiſt.
2 [nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit
illi, aue, cõmunicat operib. eius mali-
gnis.] Hoſtienſ. in. §. qualiter deprehẽ
datur. n. 4. Alphonſ. de Caſtro vbi ſup.
c. 17. vbi in hãc ſententiã plura addu-
cit: eaq; ſic in iure deciſa ſunt, vt etiã
22 ſi † crimẽ hęreſis occultũ ſit per acci-
dẽs, nihilominus tamẽ teneamur illud
denũtiare, vt probatur ex Deuter. c.
13. [Clam dicens: eamus & ſeruiamus
Dijs alienis. Nõ acquieſcas ei, neque
audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt
miſereãris, & occultes eum.] S. Tho.
2. 2. q. 33. articul. 3. & quæſt. 70. art. 1.
Hoſtienſis vbi ſuprà. §. deuitentur.

num. 5. Innoc. in cap. 1. de teſtib. co-
gend. Cardinal. in cap. ſi peccauerit.
numer. 29. Gundiſaluus de Villadieg.
& Simanc. locis ſuprà citatis. Ergo
non ſolùm ex lege edicti propoſiti ab
Inquiſitoribus tenemur eis obedire,
ſed ex lege charitatis & iuſtitiæ lega-
lis. Imò & hæreticos ad bonum com-
23 mune denunciare. † Impietas enim
pernicioſa eſt vniuerſæ Reipublicæ:
atque omnium intereſt religionem
Chriſtianam inuiolatam conſeruari
l. congruit. ff. de offic. præſidis. cap. 1.
de offic. ordinar. cap. qualiter & quan-
do. 1. & cap. Inquiſitionis. de accuſat.
& tradit Nauarrus in c. humanæ au-
res. 22. q. 5. num. 14. verſ. ad ſeptimum.
Quæ quidem procedunt, & habent
24 locum in hoc crimine, etiam ſi † nul-
la procedat de crimine infamia. text.
in c. excõmunicamus. 1. §. adijcimus.
de hæreticis, vbi Cardin. & Ioan. de
Anan. num. 2. Idem Cardin. in clemẽt.
2. quæſt. 2. de hæreticis. Ludouicus
25 Carrerius, de hęreticis num. 110. † In
alijs verò criminibus, niſi precedat in
famia delicti, non proceditur ad In-
quiſitionem cap. cum oporteat. cap.
qualiter & quando. 2. & d. cap. Inqui-
ſitionis. de accuſat. cap. licet Heli. de
Simonia. cap. Deus omnipotens. 1. q.
1. l. 1. in fin. tit. 17 partit. 3. Omnes er-
go tenentur deferre hæreticum: non
obſtante etiam quocunque iuramen
to, de non reuelando in contrarium
emiſſo, pacto, promiſsione, vel conuẽ-
tione vt ſuprà diximus in quæſt. de
edicto fidei, & infrà dicemus in q. de
denunciatione. Obiter tamen hîc ac
cipiendum, quod diſtinguit Iul. Clar.
5. ſentent. §. hæreſis. verſic. præterea
Nam † hæretico ſeruari fidem publi-
26 cam debere cenſet in licitis: at fidem
à priuato datam, minimè: cui accedit.
l. 3. in fin. C. de apoſtat. Sed eò magis
in religione, hæc promiſſa & iura-
menta explodenda ſunt quod Ethni-
27 ci fidem frangi non exiſtimarint ty-
ranno nec proditori. Refert Suydas in
ἐμπόνμιος † à Saturnino conſule, ty-
rannidem vſurpatam, cui Romani cũ
fidem dediſſent nihilominus mortem
machinati ſunt, iuſiurandum violari
non arbitrati, quod peſti Reipubl. da-
tur. Cum igitur per edictum Inquiſi-
tores hoc præcipiant, duplici & ar-
ctiori vinculo coobligantur omnes
eis denunciare, quæ nouerint dicta
vel facta contra fidem Catholicam,
vt in multis reſoluit Dominicus de
Soto, de tegendo ſecreto membr. 2.
quæſtione 7. & Martinus Nauarr. in
cap. inter verba. concluſ. 6. numero
26. Michael Salon de iuſtitia & iure
ſuper 2. 2. D. Thom. q. 68. artic. 1. titul.
quando obligent præcepta & edicta
ſuperiorum. Simanc. de Cathol. Inſtit.
tit. 19. num. 6. cum ſequentib. Franc.
Pegna 3. part. Directorij, comment.
12. qui plures in hanc ſententiam ad-
ducit. At hanc penitus quæſtionem
ſoluit Gregorius IX. in extrauag. ex-
communicamus contra Patarenos la-
ta, quæ refertur inter literas Apoſto-
licas pro officio ſanctæ Inquiſitionis,
in hæc verba. [Item ſiquis hæreticos
ſciuerit vel aliquos occulta conuen-
ticula celebrantes; ſeu à communi
conuerſatione fidelium vitâ & mo-
ribus diſsidentes, eos ſtudeat indi-
care confeſſori ſuo vel alij, per quem
credat ad prælati ſui notitiam per-
uenire, alioquin excommunicatio-
nis ſententia percellatur.] & copioſè
Ioann. Rojas in ſingularib. fidei ſin-
gul. 5.

Verùm ſupradicta ſic accipienda
28 quidam exiſtimant, vt † non tollant
legẽ diuinam & naturalẽ quam tene-
29 mur fratribus ſeruare. † Fratrum autẽ
nomine intellige, nõ tantum eos qui
naturâ nobis & ſanguine coniun-
cti ſunt, ſed eos quoque quos vnius
& eiuſdem fidei vinculum nobiſcum
per



per baptiſmi regenerationem quaſi
quâdã cognatione deuinxit. Et enim
hæreticos dicunt non eſſe denunciã-
30 dos † niſi præmiſſâ exhortatione &
correptione familiari, & vt habetur
Matth. 28. c. & Luc. 17. & tex. in c. no-
uit de iudic. & in c. ſi peccauerit in te
frater tuus. 2. q. 1. vbi DD. aliter enim
eiuſmodi denũciationes intolerabili
errore notãdas eſſe, & idcirco nemi-
nem obligari tradunt Nauarr. & Salõ
vbi ſuprà. Si autem ad cohibendum
fratrem hæreticum adhibita fuerit
ſecreta admonitio, nec emendatus
eſt, accuſandum & denunciãdum fe-
runt, tum quia id edicto præcipitur,
tum etiam quia ſi non eſſet tale edi-
ctum fidei, teneremur nihilominus
propter bonum commune ex chari-
tate, pietate, & iuſtitia legali denun-
31 ciare. † Si verò emendatus hæreticus
fuerit, non teneri quẽquam eius no-
men deferre, quam in ſententiam te-
ſtes ab illis laudantur. S. Thom. 2. 2.
quæſt. 33. art. 7. Dominicus Soto de
iuſt. & iur. libr. 5. q. 5. art. 1. & probatur
ex tex. l. final. ff. de teſtament. tutel. c.
cum ceſſante. de appellat. c. cum in-
firmitas. de pœnitent. & remiſsion. la-
tè & copioſè Ioann. Rojas vbi ſuprà
num. 32. Sed hæc edicta nihil aliud ef
ficiunt quàm excitare fideles ad de-
nunciãda vel accuſanda crimina, quæ
nocent bono communi vel particu-
lari alterius, ad quod iã ex iuſtitia le-
gali tenebamur ex doctrina prædicto-
rũ DD. Et vt ſanè intelligenda ſunt,
tantùm de lege charitatis hęc veniũt
explicanda, non autem de lege iuſti-
tiæ legalis aut edicti, quæ bonum pu-
blicum reſpiciunt, & conſeruationem
fidei Catholicæ. Nam in caſu noſtro
32 hæretici ad Inquiſitores † deferen-
di ſunt, nullâ præcedente correctio-
ne fraternâ, etiam ſi hæretici occul-
ti ſint. Quia ſtatim atque hæreticus
doctrinam falſam eligit, & doctrinam
falſam arbitratu ſuo pertinaci ſecta-
tur & fidei diſciplinã, quam tenet &
ſequitur Eccleſia S. Apoſtol. Cathol.
& Romana, ſpernit & deſpicit aliquo
errore ductus, cui per voluntatem
adhæret non eſt opus fraternâ cor-
rectione. Imò ſi verè & Chriſtianè lo-
quimur cũ pręcipuè charitas ea quæ-
rat quę Dei ſunt, certum eſt ab accu-
ſatione aut denũtiatione quemlibet
incipere debere, † omnis enim æqui-
33 tas tribus his perficitur: pietate, quâ
Deum immortalẽ, & ea quę Dei ſunt
procuramus: ſanctitate, quâ nos ab in-
quinamentis immunes (quantùm in
nobis eſt) conſeruamus: & iuſtitia, quâ
cuique quod ſuum eſt remittimus. At
in eo fraterna correctio frugem non
faciet, qui iam à ſeptis Eccleſię receſ-
ſit. Ad id facit tex. in c. hæreticus. 24.
q. 3. cap. ad abolendam. de hæretic. Si-
manc. de Cathol. inſtitutionibus tit.
19. à num. 10. Franc. Pegna in. 2. p. Di-
rectorij ſuper c. qui alios, de hæretic.
comment. 2. in cap. 2. qualiter & quan
do. Ioã. Rojas ſuprà. Idque iuſtiſsimis
edictis quibus autoritate Apoſtolica
Inquiſitores vtuntur præcipitur ſub
pœna excommunicationis, & alijs cẽ-
ſuris quibus vnuſquiſque ſtare tene-
tur, ſub pœnâ mortalis peccati. Hęre-
tici enim indicãdi ſunt, ſtatim ac quiſ-
que ſcierit illos eſſe tales, nec opus
eſt, vt antecedat vlla correctio fra-
terna: vt docent vterque Tho. 2. 2. q.
33. & q. 70. Albertin de ſecreto, n. 102.
Alphonſ. de Caſtro lib. 2. de Iuſta hæ-
reticorum punitione cap. 25. Soto lib.
de ratione tegendi ſecretum memb.
2. q. 4. Franc. Pegna in d. cap. qui alios.
comment. 2. verſ. quod ſi quæratur, &
verſ. cęterùm tutius eſt.

Nec obſtant argum. illa prædicta &
ſcripturę loci Matth. & Luc. & cap. ſi
peccauerit, nã illa loquuntur de pec-
cato contra hominem corripientem
cõmiſſo: non autẽ de peccato hæreſis

34 in Deum commiſſo, † quod corri-
piens indulgere non poteſt. Et ſi attē-
tè perpendantur eadem iura, in hunc
deducuntur ſenſum; cui cōſentit vtra
que gloſ. Hieronym. Chryſoſtomus,
Ambroſius, Hilarius, Auguſtinus, &
Beda, & alij quos Bernardinus Are-
ualus in libr. de fraterna correctione
concluſ. 2. refert, & amplectitur.

Neque obſtat Pauli doctrina [Hę-
reticum hominem poſt vnam & al-
terā correctionē deuita.] Quia Pau-
lus Apoſtolus non ad quoſcunq; ſen-
tentiā illam direxerit, ſed ad Titum
Epiſcopū; ad quem ex officio attine-
bat hæreticū corrigere, & per ſentē-
tiam excōmunicationis vitare: vnde
35 dixit † [deuita] id eſt, fac deuitari ab
alijs: ne per eum cæteri inficiantur.
Nicol. Lyran. & D. Thom. vbi ſuprà
ſic interpretantur, & meritò. Nam in
Græcis ſic legitur. [Αἱρετικὸν ἄνθρωπον
μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ,
id eſt, hæreticum hominem poſt pri-
mam & ſecūdam monitionē reijce,]
nam παραιτέομαι, idem quidem ſi-
gnificat quod deuito, reijcio, imò etiā
deprecor, & execror. à ſacris repello.

Præterea, ſi delinquens ductus ſit
36 in iudicium, & nos † vocemur in te-
ſtes iuridiceque interrogemur, veri-
tatem quam nouimus teſtari, tene-
mur denunciare: ſic Abb. in cap. dile-
ctus. de exceſſ. prælat. Felin. in c. inti-
mauit. de teſtibus. Nauarr. vbi ſuprà:
ex quibus facilè deducitur, quòd
cùm hæreſis crimen ſit omnium ma-
ximum, & contra bonum publicum,
Eccleſiam, & fidem Catholicam: om-
nes tenemur non tantùm deponere
vt teſtes, ſed etiam vt denunciatores
deferre.

At quæritur quot quiſq; dies, quam
denūciandi alicuius monitionē ſuſce
pit protelare poſſit, ne incurrat cen-
ſurę Eccleſiaſticæ pœnam ex edicto
propoſitam. Huic decidendo dubio
perpendere oportet, aut in edicto
tempus eſſe præfixum, vt hæretici &
edicto comprehenſi denuncientur,
aut nullatenus limitem eſſe præſcri-
ptum. Primò quidem caſu certum eſt
37 † produci nullo modo poſſe illud tē-
pus, quod edicto comprehenſum eſt:
nam terminus in huiuſmodi edictis
aſsignatus peremptorius eſt. Bald. in
l. illatæ. nu. 1. C. de fide inſtrum. Bart.
in l. manciporum. nu. 6. ff. de option.
legat. addo etiā id temporis eſſe cō-
38 putandum † à tempore monitionis.
Panor. in cap. nos quidem. num. 3. &
10. de teſtam. nam terminus præfixus
ad aliquid faciendum perimi præſu-
mitur in dubio à die publicationis ad
diem deſignatam. Panormit. in cap.
Paſtoralis. num. 3. de exceptionibus,
cuius rei ratio per ſe ipſam ſatis elu-
ceſcit, nimirum ne longâ temporis
intercapedine, detur hæreticis argu-
mentum detrectandę pœnæ, aut con-
ſpiratione aliquâ moliendi aliquid
ad euerſionem Eccleſiæ. Inde ferè
ſemper Inquiſitores breui aliquo tē-
pore per edictum denunciandi diem
pręfigunt: ſatis enim ſciunt illud Se-
necæ in Medea.

39 † *Nullum ad nocendum tempus an-
guſtum eſt malis.*

Altero caſu quando tempus non
conſtituitur, vt hæretici denuncien-
40 tur, † poterit in anni ſpatium dila-
tio remoueri. Ea eſt opinio Nauarri
in Manual. c. 28. nu. 33. per tex. in cap.
cum dilecti. de dolo & contumac. vbi
hæc referūtur: citato Romam coram
iudice, aut alium locum incumbere,
vt quamprimum poſsit compareat,
& manere illi obligationem per to-
tum annum. Eodem modo de edictis
iudicandum, quæ annua ſunt, & ſin-
gulis annis repetuntur. Idcirco diu-
tiùs citationes ex edicto emanantes
extēdi & proferri nō poſſunt. Quod
† ſi



41 † ſi eſſent perpetua, nec dubitādum
quin citationes extenderetur in per-
petuum: argument. l. purè. 5. §. vlti.
ff. de doli mali & met. except. Nec
dubitent interea cum edicto adnexa
ſit excommunicationis pœna, quin
42 † eâ inuoluantur, qui aliquid ſcierint
niſi intra tempus conceſſum edicto
ſatisfecerint: nihilque minus exiſti-
mandum, ſi temporis aliquod ſpatiū
edicto non ſit vallatum, & vel torpo-
re vel tepore conſcientiæ neglexe-
rint anno integro rem detegere, vti-
que hoc procedit, quia in peccatis
quæ iure naturæ & iuſtitię legalis ac-
cuſanda vel denuntianda ſunt, tandiu
ſubſtat obligatio denūtiandi, vel ac-
cuſandi, quandiu neceſsitas boni cō-
munis, & publica vtilitas id exigit, vel
etiam quandiu particulare aliquod
commodum id poſtulat. Sed cùm edi
cto comprehendatur crimen hæreſis,
quod publicum & contra bonum pu-
blicum eſt, obligatio denunciādi nū-
quam ſoluitur, eâ maximè de cauſâ,
quòd edicta Inquiſitorum ad literam
ſunt obſeruanda, & bonum publicum
nunquam debeat quieſcere. Dede-
43 cet enim hominem Chriſtianum †
vllo protextu differri poſſe exiſtima-
re fidei vel publicæ cauſæ commo-
dum. l. 2. C. de priuilegijs ſchol. lib. 12.
nec id limites recipit, niſi fortè con-
tra ius diuinum aut naturale in edi-
cto aliquid iuſſum, & imperatum
ſit.

44 Sed † nec eo caſu vis edicti inter-
cidit, imò omnes obtemperare de iu-
re tenentur, cùm inferioris nulla ſit
autoritas imperij detrectādi, nec poſ-
ſit de viribus edicti examen facere,
nec priuati hominis vlla ſit in iudicē
iuriſdictio: ſed ad ſuperiores priùs quē
relam deferre, quàm obedientiam
denegare conueniat: ſic principi, aut
præpoſitis dyſcolis obediendum eſſe
iubet Apoſtol. Petrus. 1. Epiſtol. cap.
45 2. & DD vtriuſque cenſuræ docent †
Imperatorē intolerabilem à ſubditis
expelli nō poſſe, nec ei obedientiā de
negari, niſi priùs depoſitus ſit. arg. c.
1. vt lite pendente, cum notat. per
Dec. & Abba. in c. 1. not. 5. & in cap.
ſignificaſti. not. 3. de appellationibus
quibus conſonat illud Senecę in Me-
dea.

*Æquum atque iniquum regis impe-
rium feras.*

46 Et † apologus Æſopi de ranis,
quæ miluum regno priuare cùm vel-
lent, non niſi conſulto Ioue id fece-
runt. Eſt quoque illud ſatis notum †
ſeruos à ſeruientibus dominis non
poſſe recedere, niſi priùs officio iudi-
cis id obtineant. §. ſed hoc tempore.
Inſtit. de his qui ſui ſunt vel alien. iur.
& l. 2. ff. eodem titul.

Nunc quod ſpectat ad alterum du-
bium conſideremus, an per edictum
generale publicatum ſingulo quo-
que anno, quo præcipitur vt omnes
conueniant in templum aliquod, cer-
to die, ad audienda edicta, & concio-
nem de fide, ſub pœna excommuni-
cationis, renuentes aut negligentes
id facere, peccent, & in pœnam edi-
cto comprehenſam incidant. Notan-
dum eſt, quòd in dubio quotieſcum-
que lex aliquid proponit faciendum,
47 vbi vergit in periculū animæ, † in ſa-
niorem partem, & ciuiliter, non etiā
amarè intelligendum eſt, quia tutiùs
hoc idē ſuccedit, vt decidit Panorm.
in c. iuuenis. de ſpōſalib. & Silueſt. in
Summ. verb. dubium, n. 4. exautori-
tate illa maximè autentica Eccleſia-
ſtic. 3. [Amans periculum, peribit in
illo] quod vtique procedit & in pœ-
nis in quibus mitior interpretatio ſu-
menda eſt. l. ſi præſes. ff. de pœnis. l.
penult. ff. eodem. cap. hæc autem. §.
pœnæ. de pœnit. diſt. 1. l. ſemper. ff. de
regul. Iuris, & regula, ſemper in ob-

 ſcuris,

ſcuris,de regul.iur.lib.6.Verùm cùm
hoc edictũ generaliter loquatur per
vniuerſalem dictionem[omnes] ge-
neraliter quoque id cenſendum &
49 intelligendum eſt.Nam † vniuerſalis
illa dictio includit ea quæ aliàs non
includerentur. Natta conſil.160.nu.
29.lib.1.& qui omne dicit nihil exclu
dit.l.Iulianus.ff.de legat.3.l.omnia.ff.
ſi cert. petat. generalis enim ſermo
nihil intactum relinquit. Bald.conſ.
305.verb.principis.vol.1.num.1.Cra-
uett.conſ.133. honorabilis. n.5. Hip-
polyt.Riminald.conſ.61. n. 37.nullus
igitur mentis compos,ſiue qui fando
fari poſsit,ſiue ſenex, ſiue fœmina ab
hac parẽdi neceſsitate poteſt eximi:
impuberes enim,cũ † teſtes eſſe poſ-
50 ſint in crimine læſæ maieſtatis Clar.
5.ſent.q.24.poſſunt & in hęreſi,vt ex
preſſè idem oſtẽdit. Sic tamen intel-
lige,dummodo fuerit data poſsibili-
tas. † Impoſsibilium enim nulla eſt
51 obligatio. l. impoſsibilium. vbi Bart.
Alberic. &, Dec.ff.de regul.iur.c.ne-
mo poteſt,vbi Dynus, Ioan. Andr. &
communiter Iuris Pontificij DD.eo-
dem tit.in.6.Ergo quotieſcumque In-
quiſitores indicunt vt omnes con-
ueniant ad audienda edicta & con-
cionem de fide, † non videntur ani-
52 mum habuiſſe obligandi omnes de
populo,cùm non poſsint omnes illuc
conuenire.l.non ſolum.ff. de obligat.
Ex quibus facile eſt deducere † non
53 peccare, nec excommunicationem
inire qui legitimam excuſationem
prætexere potuerint. Nempe quòd
vel morbo,vel ætate, vel aliquo alio
impedimento detineantur, quæ vti-
que iure procedunt, quia lex ſemper
debet interpretari in illam partẽ vt
potius vim obtineat, & liget, quàm
euaneſcat,deciſ.tex.l.quoties.ff.de re
54 bus dubijs.Ergo fatendum eſt † non
omnes obligari,& teneri ad publica-
tionem edicti fidei adeſſe collectiuè
& ſimul,ſed diſtributiuè.
55 Si autem † edictum fidei pluries
legatur, vel eodem, vel alio templo,
ſatis eſt illud ſemel audire. cap.per
totum.22.quæſt.4.c.ſicut. de iure iu-
rand.

Quoniam inſtituti noſtri ratio hęc fuit ab initio,vt ex edicti clauſulis ſingulis ſingulas & ſingulares quæſtiones ſeptuaginta educeremus,eaſque vt ſtatim poſt edicti cum Epiſtola Iudæ Thadæi collationem ſubijceremus: ſupereſſe nobis videbatur, vt iam ad quæſtiones accederemus, & hîc primum operis vniuerſi volumen clauderetur. Sed ad percipiendas & intelligendas quæſtiones nonnulla deſiderantur quæ pendẽt omnino ab edicti publicatione & effectu: nimirum quo pacto ad inquirendum de crimine Inquiſitores deueniant, denunciationes quo ordine recipiant, tum quomodo ad accuſationem efferendam accedant, Inquiſitores verò ad eandã admittendã parẽtur,de his vt dicamus ad alterã quęſtionem orationem transferemus.

DE



# DE INQVISITIONE quæ fit per Inquiſitores, in cauſis fidei.

## SVMMARIVM.

1 *INquiſitionis multiplex acceptio.*
2 *Inquiſitionis definitio quæ traditur ab Hoſtienſe, tanquam imperfecta reijcitur.*
3 *Inquiſitionis vera & exacta definitio ſingulariumque eius partium declaratio.*
4 *Inquiſitionis finis quis, & qualis ſit.*
5 *Inquiſitio duplex, generalis & ſpecialis.*
6 *Inquiſitionis variæ circumſtantiæ.*
7 *Inquiſitio quomodo differat ab alijs iudicijs.*
8 *Inquiſitio alia generalis, alia ſpecialis, & quid vtraq; ſit.*
9 *Inquiſitionis via procedendi contra delinquentes duplex eſt, & receptiſſima.*
10 *Inquiſitionis generalis & ſpecialis, quis vtriuſque finis.*
11 *Inquiſitionis Generalis propria ſignificatio, attinens ad inſtitutum Inquiſitorum.*
12 *Inquiſitio nulla cenſetur, ſi ad ipſam non concurrunt plura requiſita.*
13 *Inquiſitio vt debita ſit priùs conſtare debet de probatione corporis delicti ſaltim in genere, & quod ſit ſcelere commiſſum.*
14 *Inquiſitio quando cum ſola querela ſeu accuſatione fieri poſsit.*
15 *Inquiſitionis remedium, quia extraordinarium eſt, eget accuſatore.*
16 *Inquiſitio ex cõſuetudine indiſtinctè fieri poteſt ex ſolo officio.*
17 *Inquiſitio certa debet eſſe, ſpecifica, & clara.*
18 *Inquiſitor procedens contra aliquem, debet procedere contra delictum in ſpecie, vt inquiſitio valida ſit.*
19 *Inquiſitio vt dicatur ſpecifica, debent in ea exprimi locus, & tempus.*
20 *In Inquiſitione Generali non eſt neceſſaria expreßio loci, & temporis: neque in ea quæ fit de crimine hæreſis, vel læſæ Maieſtatis.*
21 *Inquiſitio formata abſque indicijs præcedentibus eſt ipſo iure nulla.*
22 *Inquiſitionem ex mandato principis, ad petitionem partis debent præcedere indicia, non autem eam quæ ex Motu proprio & ſcientia principis fit.*
23 *Inquiſitionem debet præcedere fama.*
24 *Inquiſitio non poteſt fieri bis contra aliquem ſuper eodem delicto.*
25 *Inquiſitio, vt valida ſit, fieri debet à competenti iudice.*
26 *Competentia iudicis, ex quibus cauſis petenda ſit.*
27 *Familiares S. Officij regni Siciliæ, an ſint exempti de iure diuino.*
28 *Inquiſitores regni Siciliæ omnimodam iuriſdictionem habent in ſuos ſubditos.*
29 *Inquiſitio regulariter, non poteſt formari tranſactis 20. annis à die commiſsi criminis.*
30 *Præſcriptio non currit in delicto hæreſis, neque in aliquibus caſibus.*
31 *Inquiſitio, vt formari poſsit, rei præſentiam de iure poſtulat.*
32 *Inquiſitio ex conſuetudine formari poteſt, etiam contra abſentem, & non contumacem.*
33 *Inquiſitio cui ſuperuenit qualitas aggrauans, euaneſcit, & noua ſubſequitur inquiſitio.*
34 *Inquiſitio vbi delictum non eſt pœnale*

*nale formari non poteſt.*

35 *Inquiſitionem qualis fama præcedere debeat.*

36 *Inquiſitori conſtare debet de crimine commiſſo, ſuper quo Inquiſitionem eſt facturus.*

37 *Inquiſitio fieri debet in forma debita, & decenti, & quæ ſit illa.*

38 *Inquiſitio ſuper criminibus grauibus eſt facienda.*

39 *Inquiſitores, an poſſint inquirere in prouincia ſibi credita ſuper crimine, vel criminoſo occulto.*

40 *Delictum proximi occultum detegere, an ſit iure prohibitum & quo iure.*

41 *Inquirere & interrogare teſtes de crimine occulto proximi non laborãtis infamiâ, an ſit licitum.*

42 *Fama quando ſufficiens ſit ad inquirẽdum & ad torquendum.*

43 *Iudex an poſſit interrogare criminis reum, de ſocijs criminis.*

44 *Iudiciũ humanũ an iudicet de occultis.*

45 *Iudex agnoſcens delictum via Inquiſitionis, an poſſit illud punire pœnâ ordinariâ.*

46 *Inquiſitores poſſunt procedere ad inquirenda crimina occulta.*

47 *Inquiſitores ſũt iudices delegati à Papa.*

48 *Inquiſitores iure pontificio iuriſdictionem plenam habent in omnes hæreticos.*

49 *Inquiſitorũ officium nõ ſolùm eſt vtile, ſed neceſſarium Reipublicæ Chriſtianæ.*

50 *Hæreticos ſcriptura ſacra comparat noxijs, & obſcœnis animalibus.*

51 *Hæreſis crimẽ omnium eſt maximum.*

52 *Hæreticos ſtatim ſub præcepto denũciare tenemur.*

53 *Inquiſitio ſpecialis contra aliquem nõ præuiâ infamiâ, iniuſta eſt.*

54 *Homini inſunt duæ qualitates, altera naturalis, altera accidẽtalis: & quid vtraq; ſit.*

55 *Homo quilibet naturaliter præſumitur bonus.*

56 *Homo quilibet in dubio præſumitur bonæ fidei, & viuere ſecũdum legẽ.*

57 *Notarius in officio ſuo præſumitur verum ſcribere.*

58 *Teſtis in dubio nõ præſumitur velle deierare.*

59 *Teſtium dicta in meliorem partẽ ſunt interpretanda.*

60 *Negatiuam qualitatis naturalis neganti incumbit probare.*

61 *Homo bonis, & virtutibus plenus fuit creatus.*

62 *Homo in dubio præſumitur bonus, verificatur in homine baptizato nõ autem in Iudæo.*

63 *Iudicium temerarium eſt, delinquẽtem occultum, abſq; probatione iudicare, & cõtra eum alios interrogare.*

64 *Inquiſitionem præcedere debet diffamatio delinquẽtis, & à quo principio deducatur.*

65 *Inquiſitores nõ poſſunt inquirere abſq; infamiâ, rumore, aut clamore.*

66 *Inquiſitores nõ ſolùm in delictis occultis, verùm nec in publicis poſſunt cõtra aliquẽ abſq; infamiâ procedere.*

67 *Iudex iuſtitia eſt animata, & cuſtos iuſtitiæ.*

68 *Fama orta à viris probis vicem gerit accuſatoris, & iudex ex illa poteſt inquirere contra aliquem.*

69 *Fama in caſu hæreſis non quælibet, ſed vehemens, & grauis debet eſſe ad inquirendum ſpecialiter.*

70 *Fama quæ per duos teſtes omni exceptione maiores probatur, ſufficiens eſt ad pœnam ordinariam infligendam.*

71 *Fama vno teſte comprobata, nec ſemiplenam probationem facit nec indicium inducit.*

72 *Fama quid ſit.*

73 *Fama vel infamia quomodo probanda eſt per teſtes.*

74 *Fama alicuius in quo loco quærenda ſi.*

75 *Fama ſola non ſufficit in criminalibus ad mortis pœnam inferendam.*

76 No-



76 *Notoria notoria delicti, & delinquentis euidentia vicem gerũt accuſatoris, vt iudex poſſit per receptionem teſtium contra aliquem ſpecialiter procedere.*

77 *Notorium quid ſit.*

78 *Deus, cui omnia manifeſta ſunt, non punit ſine accuſatore.*

79 *Denuntiatio delictorum in graue damnum Reipublicæ vicẽ gerit accuſatoris.*

80 *Hæreſis crimen per confeſſionẽ rei probatur.*

81 *Confeſſio, inter omnes probationum ſpecies obtinet principatum.*

82 *Confeſſio ſola rei, cum de delicto non conſtat, non ſufficit ad condemnationem.*

83 *Confeſſio ſola rei in hæreſis crimine ſufficit ad condemnationem.*

84 *Hæreticus probatur quis ex aliquâ ipſius ſcripturâ, vel librorum improbatorum lectione.*

85 *Hæreticus probatur per facti euidentiam.*

86 *Inquiſitores ex ſuſpicione vel indicio an poſſint procedere ſpecialiter cõtra aliquem.*

87 *Hæreſis crimen an præſumptionibus & indicijs probari poſſit.*

88 *Hæreſis crimen leuiores probationes quàm alia crimina poſtulare falſum eſt.*

89 *Iudicium temerarium eſt aliquem pro hæretico iudicare ob leues coniecturas.*

90 *Crimen quò grauius eſt, euidẽtiora iudicia requirit.*

91 *Inquiſitores an ex ſolo libello porrecto ſine inſcriptione poſſint procedere.*

92 *Inquiſitores in hæreſis crimine propter ſuſpiciones veriſimiles non præcedente infamiâ, poſſunt contra denũtiatum in libello inquirere.*

93 *Denuntiatio de hæreſi tripliciter poteſt fieri.*

94 *Inquiſitores magnâ prudentiâ uti debent cum libellos ad ſe transmittunt teſtes, de crimine continentes, & quomodo illos debeant examinare.*

95 *Inquiſitores contra hæreticum occultum, quomodo procedere poſſint.*

96 *Inquiſitor vnus cùm nouit ſecretò aliquem hæreticum, poteſt illum conſocio Inquiſitori denuntiare, vt cõtra illum procedat.*

97 *Socius criminis an admitti poſſit ad accuſandum, & teſtificandum.*

98 *Socius criminis, an poſſit contra ſociũ torqueri.*

99 *Socius criminis in caſibus exceptis, & præcipuè in crimine hæreſis admitti poteſt ad accuſandum & teſtificandum.*

100 *Iudex cui conſtat de delicto, ſed non de delinquẽte, an poſſit inquirere teſtes interrogando, ad inueniendum delicti autorem.*

101 *Iudex interrogans quis patrauit hoc delictum, an talis inquiſitio generalis cenſeatur.*

102 *Criminis euidentia an indigeat accuſatore.*

103 *Inquiſitores an poſſint ex cõſuetudine vniuerſali procedere contra reum, abſq; præuiâ infamiâ, ſi conſtat de delicto.*

104 *Delicta punire an ſemper ſit vtile Reipublicæ.*

105 *Punitio delictorum iniquitatis, & malorum medicina eſt.*

106 *Delinquentes cùm non puniuntur publica turbatur lætitia.*

107 *Delicta quæ fiunt in offenſam Dei ſunt & dicuntur publica.*

108 *Iudices cùm conſtat de delicto, & non de delinquente, ſi ſecretò illum nouerunt, an ſine infamia poſſint contra illum inquirere, & teſtes interrogare.*

109 *Dominus non inquiſiuit contra villicum abſque infamia delicti.*

110 *Deus delicta publica Sodomorum non inqui-*

*inquiſiuit abſque infamiâ eorundem.*

111 *Iudices in delicto publico an poſsint ſine fama contra delinquentem occultum ad partis querelam inquirere.*

112 *Fama qualis requiratur, vt iudex poſſit inquirere.*

113 *Interrogatus à iudice de delicto occulto à ſe commiſſo medio iuramento an poſsit vel teneatur ſe prodere & infamare.*

114 *Fama an æquiparetur vitæ, & an ſimus domini vtriuſque.*

115 *Infamans ſeipſum, an faciat contra diuinum præceptum.*

116 *Famam propriam contemnere an ſit reprehenſibile.*

117 *Iudices in delicto notorio tenentur inquirere in genere, quis tale delictũ commiſerit.*

118 *Teſtis interrogatus à iudice in delicto notorio ſuper delinquente occulto, nõ poteſt illum detegere.*

119 *Infamia delicti neceſſaria eſt in cauſis tanquam accuſator, vt in illis Iudex procedat.*

120 *Iudices ex officio tenentur punire delicta notoria.*

121 *Delicta manifeſta cõmuni ordine iudiciario non egent.*

122 *Fama delictorum in aliquo loco ſufficiẽs eſt vt iudices generaliter inquirant ad inueniendum delinquentes in ſpeciali.*

123 *Iudex in Inquiſitione generali tenetur interrogare, quis crimen cõmiſerit: non tamen in ſpeciali, an hic, vel ille.*

124 *Iudex ſi in Inquiſitione generali indicia contra aliquem inuenerit, poterit contra illum procedere.*

125 *Occultos peccatores reuelare, eſt cõtra ius naturæ.*

126 *Iudex etiam ſi habeat teſtes occultos iurantes de crimine, ſi delinquens nõ laborat infamiâ, non poteſt contra illum inquirere.*

127 *Deus cùm iudicat, non ſolùm requirit infamiam delicti, ſed etiam delinquentis.*

128 *Interrogatus ſeparatim à iudice de occultis alicuius delictis quorũ nõ laborat infamiâ, quid reſpõdere debeat.*

129 *Iudex interrogans quis commiſit delictum, adſtringit interrogatũ ad reſpondẽdum ſpecialiter, & detegendum perſonam in particulari.*

130 *Delicti euidentia tunc habet vicẽ accuſatoris, quando ſimul conſtat de delinquente.*

131 *Iudicum conſuetudo in Inquiſitione Generali, nõ eſt interrogare circa perſonam in ſpeciali, ſed circa circũſtantias delicti.*

132 *Delicta aliqua nociua Reipublicæ aliquando expedit manere impunita.*

133 *Inquiſitionem omnino ſpecialem infamia debet præcedere tã delicti quàm delinquentis, & teſtis interrogatus tenetur reſpondere.*

134 *In inquiſitione ſpeciali, delicti generalis de perſona iudex licitè interrogat, teſtis verò non poteſt detegere reum non laborantem infamiâ.*

135 *Delinquẽs occultus interrogatus fortè de ſuo crimine à iudice, cùm inquirit generaliter non tenetur reſpondere.*

136 *Iudex in delicto publico poteſt & tenetur de auctore delicti inquirere in genere.*

137 *Teſtis interrogatus iuridicè, de delinquente in genere, ſi illũ nouit in ſpecie non laborantem infamiâ, nõ tenetur aperire veritatem.*

EXPOSITA iam ſancta Inquiſitionis origine, & declaratâ Summi Pontificis poteſtate, à qua omnis iuriſdictio delegata dimanat. Explicato etiam ipſius Inquiſitionis edicto quo apparet, quinam in ſuſpicionem læſæ fidei ſint vocandi, ipſe rerum ordo poſtularo videtur, vt de ipſamet Inquiſitione ſermonem inſtituamus.



Quare vt ſeruato ordine procedamus, primò aperiendum eſt, quid & quotuplex ſit Inquiſitio. Quia (vt inquit Cicero libr 1. de officijs) omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, & probat ratio tex, in. l. 1. in princip. de iuſtit. & iur. vbi dicit Iuriſconſultus. [Iuri operam daturum prius noſſe oportet quid ſit ius] & tradit copioſe Cagnol. in l. 1. ff. de reg. iuris bona igitur diffinitio conſtare debet genere, & differentia, ex Ariſtotele 2. Poſteriorum & 3. Topicorum, atque inrer alia requiſita, debet conuerti cũ ſuo diffinito tex. in. l. 1. §. dolo. ff. de dolo. l. 1. ff. de tutel. & l. 1. ff. de. teſtamẽt. & l. omnis diffinitio. ff. de reg. Iur.

1 Inquiſitio † etenim multifariã accipitur, vt poſt plures (quos retuli in Reſponſo pro defenſione iuriſdictionis ſancti Officij regni Siciliæ cap. 2. à num. 2.) tradit Eymericus in Directorio Inquiſit. part. 3. titul. de tertio modo procedendi in cauſa fidei, per viam Inquiſitionis: & ibidem Franc. Pegna comment. 16. Tabiẽs. in verb. Inquiſitor. §. 27. num. 28. Hoſtien. in ſum. titul. de Inquiſitione. §. 1. Antoninus. 3. p. ſum. tit. 9. cap. 7. Iulius Clarus in pract. Crimin. §. final. quæſtion. 3. Gundiſaluus tract. de hæret. quæſt. 15. Ludouic. Carrerius de hæretic. n. 102. Franciſcus Caſſonus in tract. ſingulari quæſtion. Criminal. cap. 8. Repertor. Inquiſitorum & Locatus, in opere Iudiciali, verb. Inquiſitio & Abb. Felinus, & Marian. Socinus in. c. qualiter, & quando. de accuſat. & in l. congruit. vbi latè Bart. ff. de offic. Præſid. Grammat. vot. 3. num. 32. Hippolytus in pract. §. conſtante. numer. 12. & 19. cum ſeqq. gloſſ. in d. capit. qualiter & quando. Alexand. conſ. 120. vol. 7. Dominicus de Soto de ratione regendi, & detegendi ſecret. 2. memb. quæſtione 6. 1. dubio & mẽb. 3. quæſtion. 3. & latè Proſper Facinac. in tomo. 1. quæſt. criminal. quęſtion. 1. num. 4. optimè Marianus Soc. in d. c. qualiter & quando.

2 Eſt autem Inquiſitio † (autore Hoſtienſe in ſumm. titul. de Inquiſitione. §. 1.) alicuius criminis manifeſti ex bono & æquo iudicis competentis canonicè facta inueſtigatio. Hanc definitionem probat Frãc. Peg. vbi ſuprà d. cõ. 16. Cæterùm quia hæc definitio nõ conuertitnr cũ ſuo definito, & alias patitur exceptiones, minimè aſſumenda eſt tanquam imperfecta, non enim eſt verum ſemper quòd Inquiſitio ſit manifeſti criminis: & propterea inueſtigatio factum redolet, & longè diſtat ab Inquiſitione: nam Inquiſitio non eſt facti, ſed iuris.

Alitet etiam alij deſcribũt ſed vtique malè, quorum opiniones cõſultò prętermitto.

3 Inquiſitio † igitur quoad noſtrũ ſpectat inſtitutum, ſic poteſt deſcribi, vt cõprehẽdat perſonas & delicta, vt ſcilicet ſit ius per officiũ procedẽdi vel inquirendi ad inueſtigandũ quẽlibet criminoſum hæreticum aut ſuſpectũ de hęreſi, eiuſdẽq; defenſorẽ fautorẽ, receptatorẽ cuiuſcũq; ſtatus & cõditionis ſit. In territorio vel prouincia credita Inquiſitorib. à Sum. Pontific. delegatis. Hæc deſcriptio probatur ex tex. in c. ne aliqui. & c. per hoc de hæret. lib. 6. vbi DD. & habetur in Inſtruct. Hiſpalenſ. anni 1484. cap. 1. & 1500. etiam cap. 1. ſub. D. Didaco Deza Inquiſitore Generali. tex. in. l. 3. & l. congruit. ff. de officio Præſid. c. 1. de offic. ordinar. & c. bona. de electione

Dixi

Dixit autem [ius] quia hoc ponitur vt genus ſuum, reliqua verò verba ponuntur ad differentiam, & quia nulla inquiſitio eſt facti, niſi ex ſuo exercitio.

Dixi etiam [per officium] ad differentiam accuſationis & denunciationis, inquiſitio etenim non deſeruit accuſationi, ſed duntaxat in ea proceditur ex officio.

Vlterius dixi [procedendi ſeu inquirendi,] quia talis inquiſitio non fit ad condemnandum vel puniendum, ſed ad inueniendum, vt in dictis iuribus: quod vtiq; idem dicendum eſt de verbo illo [inueſtigare.]

Præterea dixi [cuiuſcunque ſtatus vel conditionis] quia Inquiſitores fidei contra quoſcunque etiam exemptos procedunt: tex. in c. vt officium. §. deniq;. de hæret. lib. 6. cum ſimilibus.

Rurſus dixi [criminoſum hæreticum] quia regulariter non habet locum inquiſitio in cauſa ciuili. Ita tenet Innoce. in c. ad noſtram. de iureiurand. & ibi Panorm. in c. exhibita. de re iudic. Idē Panorm. & Ioa. Andr. in c. fin. de foro compet. lib. 6. quoniā pro priuato commodo agendum eſt ciuilibus actionibus, vt in cap. 1. de libell. oblat. & inſtit. de action. in princ. Angel. in l. ſi vacantia. C. de bonis vacantib. lib. 10.

Dixi præterea [in territorio ſeu prouincia à Summ. Pontif. Inquiſitoribus credita] quia cognitio & punitio hæreticorū Inquiſitoribus à Sum. Pontif. ſpecialiter demandata eſt in ea prouincia vbi reſident. d. cap. ne aliqui. cap. per hoc. de hæret. lib. 6. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 34. nu. 13. Collectaneus in cap. ad abolendam. de hæret. & ibi Ancharan. Alciatus in Rubric. de offic. ordin. nume. 19. Geminian. in d. c. ne aliqui. & in conſ. 54. Lapus alleg. 32. incipiē. an frater. Fredericus de Senis conſ. 145. Ab. in cap. cauſa matrimonij. num. 7. de offic. leg. & in cap. final. de ſentent. & re iud. Gundiſaluus in tract. de hæret. quæſtione 23. num. 6. Locatus in verb. Inquiſitor. nu. 5. & alij plures: non itaq; extra territorium Inquiſitoribus pręſtatur obediētia. Ad hęc faciunt prędicta inſtruct. Hiſpalenſ. anni. 1500. cap. 1. & l. extra territorium. & l. final. ff. de iuriſd. omn. iudic.

4 Huiuſmodi autem Inquiſitio † fit ad hoc, vt reperti hæretici per nouum proceſſum caſtigētur, & vt perditi ac impij homines à prouintia, ſiue territorio repellantur ac puniantur: interest enim boni & zelo accenſi Inquiſitoris & cuiuslibet alterius iudicis pacatam, & purgatam habere creditam ſibi prouinciam impijs ac malis hominibus. tex. in cap. vt officium. de hæret. lib. 6. & in d. l. 3. & l. congruit. ff. de offic. præſidis. & tenet Specul. in. titul. de leg. §. ſuper. in princip. Anton. Scapi in tract. iuris non ſcripti. libr. 5. capitul. 32. & 33. Mar. Soci. in Rub. de accuſat. nu. 18. plures Inquiſitionis formulas tradit Iacob. Nouell. in ſua pract. q. 31. verſ. quæro, quæ ſit forma Inquiſitionis. Angel. de malefic. in verb. hæc eſt quædā Inquiſitio: in princip. Papienſ. in pract. in forma Inquiſit Bonifac. de Vitalinis in tit. de Inquiſitione, & earum formis. Iulius Clar. in pract. §. final. q. 31. verſ. quæro quæ ſit forma. Proſper Farinace. in tit. de Inquiſit. à n. 1. qui tenet quod Inquiſitio in genere nihil aliud ſit, quàm delicti, iudicis officio & autoritate facta informatio, ſecundùm Iodocum in pract. Crimin. tit. de Inquiſition. c. 8. nu. 1. quæ deſcriptio placet etiam Iulio Claro vbi ſuprà, quæſt. 3. verſ. & aduerte. & quæſt. 11. in principio.



5 Plures † alias Inquiſitionis diſtinctiones afferunt ſcribentes. Aliam appellant generalem: ſpecialem alteram. Generalis accipitur quatuor modis, de quibus per Angel. de Malefic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio. §. & pro expeditione iſtius materiæ. n. 3. Nouell. in pract. in princip. nume. 2. Bald. autem inquit in l. ea quidem. C. de accuſat. quòd inquiſitio ſit duplex, alia facti, quæ fit ad Curiæ informationem, vt in l. congruit. ff. de officio Præſidis. alia verò iuris, quæ fit ad criminis punitionem, vt in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. Et ſic dicerem Inquiſitionem eſſe iuris, & facti, reſpectu diuerſorum effectuum ſecūdùm Hoſtienſ. in tit. de Inquiſitione. §. 1. Alij aliter diſtinxerunt ac præcipuè Specul. in tit. de inquiſitione. §. quomodo autem. dicētes quòd dupliciter etiam accipiatur, vna præparatoria, quæ fit ad inueniendum delictum; alia autem ſolennis & ordinaria, quæ fit ad puniendum. Nouellus verò & alij, tripliciter eam diſtinxerunt, vnam ſpecialem tantùm, aliam generalem tantùm: Tertiam, generalem, & ſpecialem ſimul. Quorum exempla aſsignat Iodocus in pract. crimin. d. tit. de Inquiſitione. cap. 8. numer. 14. At verò Marianus Socinus nouem capita diſtinctionum in Inquiſitionis materia ponit in repetitione cap. qualiter & quando. 2. de accuſat. art. 1. in 1. quęſt.
nume. 701. & penult. vbi omnes iſtas
6 ſpecies exemplificat. † Inquiſitio au-
tem qualiter, quando, contra quem,
à quo facienda ſit, & quis ſit eius ef-
fectus, vnde elicitur, ad cuius inſtan-
tiam, quæ ſint præambula neceſſaria,
& quo in loco facienda ſit, qualiter
ſit in ea procedendum, tradit ipſe
Marianus Socinus in d. cap. qualiter
& quando. 2. à nu. 1. vbi etiam ſub nu.
7 93. † aſsignat differētias inquiſitionis
ab alijs iudicijs, dicens: quòd in in-
quiſitione fama habetur loco accuſa-
tionis. c. licet Heli. de ſimon. In alijs
vero iudicijs nullus punitur ſine accuſatore, cap. 1. vt Eccleſiaſt. benefic. cap. relatum. 5. quæſt. 2. Item quia in inquiſitione recipiuntur teſtes; lite non conteſtatâ, in alijs non. Præterea differt etiam, quia in illa recipiuntur teſtes minus idonei, quando fit inquiſitio tam in capite, quàm in membris: ſecus in alijs; vt in cap. ex parte. de teſtibus. c. in teſtibus. 4. quæſt. 3. & maximè in criminalibus. l. ſciant cuncti. C. de probat. Rurſus quia inquiſitio fit de manifeſtis per famā, vt ibidem Marianus Socin. in 10. art. princip. Alia verò iudicia intentantur etiam ſuper occultis, dummodo probari poſsint. cap. plerique. 2. quæſt. 7. Idem Socinus in dict. cap. qualiter & quando. in final. notab. de accuſat. de pœna autem inquiſitionis tradit idem Socinus loco ſuprà allegato. nu. 51. vbi plenè de materia inquiſitionis.

8 Ego verò duplicem † conſtituo
inquiſitionem, generalem ſcilicet, &
ſpecialem. Generalis eſt inquiſitio
quæ contra incertum delinquentem
per iudicem fit ad generaliter inqui-
rendum, quis nam delictum commi-
ſerit generales informationes aſſu-
mendo. Specialis eſt quę fit per iudi-
cem contra particularem perſonam,
de cuius delicto iam Inquiſitores no-
titiam habēt, vel per accuſationem,
vel per denuntiationem, vel etiam
9 alio modo. † Et his duobus modis, ho-
die contra delinquentes per Inquiſi-
tionem proceditur, imò vbiq; terrarū
practica, vſu & communi ſtylo rece-
ptum eſt ſecundùm Innoc. in c. bo-
na. 1. nu. 5. de electione, quem refert
ad hoc propoſitum Bald. in l. edita
num. 30. C. de edendo. & in. l. ea qui-
dem. n. 42. C. de accuſat. & ibi Angel.
n. 5. DD. in c. Inquiſitionis. vbi Anan.
nu. 4. & Felin. n. 5. de accuſation. Tira-
quell. de pœnis temper. cauſ. 53. n. 3. &

plures alij quos refert Iul. Clarus in
pract.quæſtion.5.verſ.poterit igitur.
& quęſtion.20.in princip.& quęſtion.
10 54.verſ.item quia,vbi inquit, † quod
generalis inquiſitio fit ad inueſtigan-
dum delinquentem,ſpecialis verò ad
puniendum, & condemnandum. In
hanc ſententiam venit Ægid.Boſſ.in
tit.de inquiſitione num.2.& poſt præ
dictos, hanc diſtinctionem approbat
Menochius in tract.de præſumpt.lib.
11 1,quæſtion.88.num.7.& 8. ex quo †
ſequitur,quod non dicetur generalis
inquiſitio,ſaltem quoad noſtrum ſpe-
ctat propoſitum,illa quæ fit per offi-
ciales,cùm ineunt officij ſui munus
ab initio:de qua in l.congruit.ff.de of
ficio præſidis. Huius loco ſucceſſerũt
banna ſiue proſcriptiones generales,
quas poteſtates in principio ſui officij
contra homines malæ conditionis &
famæ publicari mandant, vt teſtatur
Angelus de Malefic.in dicto verb.hęc
eſt quædam inquiſitio.num.3.ſed illa
dicetur tantummodo quæ fit cùm pu
blicatur generale edictum, ad inueſti
gandum malefactorem, de quo nul-
lam notitiam ſpecialem Inquiſitores
habent:ſed ad inſtantiam promoto-
ris fiſcalis ſancti Officij quolibet anno
fit,vt ex forma edicti patet, & tenet
Eymericus 3.p. Director.n.52.in for-
ma admonitionis de hæreticis reue-
landis.Zanch. tract.de hæret.c.11.n.
2.Franc.Pegna d.3.part. Director. cõ-
ment.130.Rojas de priuilegijs Inqui-
ſit.n.415.& latè diximus in tit.de edi-
12 cto. Vtraq;† tamen inquiſitio forma
ta nulla erit,& proceſſus inde ſequu-
tus nullus pariter erit,ſi non concur-
runt plura requiſita. Gratus conſ.97.
numer.12.&conſil.57.numer.11.lib.
1. vbi inquit quòd omnes Doctores
intrepidè ita tenent. Petrus Calefa-
tus inter conſil.crimin. conſil.104.
numer.3.libr.1.& Ludouicus Catil.
conſil. crimin.diuerſ.quæſt.num.1.



lib.1.in paruis. idẽ tenet Angel.conſ.
178.Soc. Iunior conſ.37.in princip.&
conſ.38.num.21.vol.2.& conſ.117.in
principio vol. 3. Marſilius conſ. 128.
numer.8.& conſ.130.numer.17.& in
pract.§.ſecunda quæſtio. num.87. Pa-
riſius conſil.163.col.fin.vol.4. Galcat.
Maluaſ. in conſ. crimin. diuerſ. 110.
numer.37.vol.1.Boſſius in titul.de in-
quiſit.numer.77. qui omnes tenent
quòd quando inquiſitio eſt inepta &
nulla,tunc non poteſt ſequi condem
natio per eã,quia omnia corruũt.Imò
reus abſolui debet ab obſeruatio-
ne iudicij,& de nouo alius inchoatur
proceſſus per l.libellorum.verſ.quòd
ſi libelli.ff.de accuſationib.ibi: ſi li-
belli inſcriptionum legitimè ordi-
nati non fuerint rei nomen aboletur,
& ex integro repetendi reum pote-
ſtas fit:ad idem tex.in l.ſi maritus.2.
§.final.verſ.final.ff.de adulter.l.1.ff.
ſi menſor falſ.mod. dixe. & plura in
propoſito adducit,Anton.Gomez Va
riar.reſolution.tom.3.tit.qualiter for-
metur accuſatio.num.1.Roland.conſ.
51.num.23. vol.3. & conſ.94. numer.
77.volum.4.Iul.Clarus quæſt.20.ver-
ſicul.ad formandam.Tiberius Decia-
nus conſ.25.num.11.& conſ.18.num.
41. vol.1. Proſper Farinacius titul.de
inquiſitione.quæſtio.1.& quæſtio.11.
nu.35.

13 Ad debitam † igitur inquiſitionẽ
faciendam multa collectiuè ſunt ne-
ceſſaria,quorum præcipua hîc aperiẽ
tur,vt facilè quiſque totam materiã
vtriuſq; fori Eccleſiaſtici & ſecularis
percipere poſsit, & vt quæ doctores
ſparſim dixerunt,in vnum velut faſci
culũ poſsit colligere.Primũ ipſius de-
licti exiſtentia vt probetur,debet cõ-
ſiſtere,ſaltem in genere:aliàs in quen
quam inquiri non poteſt.l.1.§.item
illud.ff.ad Syllan.& ibi omnes cõmu-
niter:illic eiuſmodi ſunt verba:[Item
illud ſciendum eſt, niſi cõſtet aliquẽ
eſſe



eſſe occiſum non haberi de familia
quęſtionem:liquere igitur debet ſce-
lere interemptum,vt ſenatus conſul-
to locus ſit:] ex quo text. probatur
quòd non ſolùm debet conſtare deli
ctum eſſe cõmiſſum,ſed etiam ſcele-
re,hoc eſt dolo fuiſſe commiſſum,vt
annotauit Brunor.à Sole in ſuo vnico
conſ.crimin.n.13.hanc ſententiã pro-
bant Bart. Auguſt. Rom. Cuman. Io.
Igneus & alij in d.§.item illud.& An-
gel.de Malefic.in verb.fama publica
Bald.in l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.
de hæred.inſtit. DD.in l. neceſſario.
§.1.ff.ad Syllan.l.vnde Neratius.§.fi-
nal.ff.ad leg.Aquiliam.l.1.§.ſi quis vl-
tro. ff.de quæſtio. l. Diuus Traianus.
ff.de milit.teſtamẽto.l.ſi is.66.§.ſi tu
Titium.ff.de furt. l.ſi quis legatum.
§.cæterum. ff. ad l. Cornel. de falſ.l.
eius qui delatorem. verſ. nec enim.
ff.de iure fiſci.Bal.in.l.ſi quando.col.
1.numero.2.C.vnde vi.Caſtrenſ. &
alij in l. quoties. ff.de hæredibus in-
ſtit.Bald.in cap.at ſi clerici. numero,
8.de iudic.Gandin. de præſumpt.col.
3.Boſſ. de delict. numero 1. Iodocus
in d.pract crimin.capit.8.numero.11.
verſ. neceſſum eſt.Gabriel qui plu-
res adducit in titul. de malefic. libro
7.concluſ.17.quicquid dicat Iul.Cla-
14 rus in practic. crimin. quæſtione 4. †
in princip. aſſerens quòd ſola quere-
la in hoc caſu, ſeu accuſatio ſufficiat
ad inquirendum abſque eo,quòd ali-
ter conſtet de corpore delicti, &
aliter faciendo poſſet in ſyndicatu
puniri, vt ibi per eum, cuius quidem
ſententia intelligenda eſt,vt pro-
cedat in delictis facti tranſeuntis,
cuius non remanent veſtigia. Proſ-
per Farinac. in quæſtione crimin.
libr.1. titul.de inquiſitione.quæſtion.
2.à numer.1.Foller.in pract.crimin.
verſicul. capiat informationem. nu-
mero 4.Boſſ.tit.de delict.numer.40.
vbi inquit, quòd non ſatis eſt con-
ſtare de facto; niſi etiam conſtet
de qualitate facti. & hanc dicit cõm.
Farinac. vbi ſuprà, & tenent Bart.
Angel.Roma.& Cuman.in d.§.item
illud.

15 Secundò † obſeruandum eſt,quod
inquiſitionis remedium extraordi-
narium eſt,niſi enim pręſtò ſit accuſa-
tor; iudex ex officio inquirere non
poteſt.l.reſcripto.§.ſi quis accuſato-
rem.vbi gloſ.ff.de muneribus, & ho-
noribus.l.fin.& ibi Alberic.ff.de in
ius voca.cap.1.de accuſat.& ibi DD.
l.3.de accuſat. can. quiſquis.22. quæ-
ſtion.4. Gandin. in titul. quid ſit ac-
cuſatio.in princip. Roman.ſing.519.
Corn.conſ.33.in principio vol.4.gloſ.
in.l.2.§.ſi publico.verſic.ſine accu-
ſatore.ff.de adulter. quæ communi-
ter approbatur, vt refert Albericus
in l.ea quidem. numer.4.C.de accu-
ſat. Conrad.in pract. crimin. titul.
de inquiſition. numer.1.vbi refert
ex Bart.in d.§.ſi publico.Idem te-
net Marianus Socinus in capit. qua-
liter & quando.numer.106.de accu-
ſat. Bernard. Diaz in regul.336. De-
cius in Rubrica de iud. in 1. lectur.
numer.76.& in 2. numer.44. Iulius
Clarus in pract. quæſtion.3.verſicul.
debet autem ſcire: qui plures alle-
16 gat. Hodie verò † de generali con-
ſuetudine, indiſtinctè in omnibus
delictis ex officio procedi poteſt, &
in ſpecie de crimine læſæ maieſta-
tis. Menochius conſ.100.nume.266.
libr.1.imò ex conſuetudine generali
dicitur remedium ordinarium. Al-
beric.in dict.l.ea quidem.columun.2.
verſicul.de conſuetudine tamen.C.
de accuſat.vbi etiam Bald. numer.
44.Ioann.de Anania in cap. Felicis.
colum.2.de pœn.lib.6.Antonius Go-
mez Variarum reſolutionum tom.3.
titul.de delict.cap.1.numer.49.in fi-
ne.Decianus conſil.18.numer.195.
lib.1.

17 Tertium, † Inquiſitio debet eſſe
certa, ſpecifica, & clara, continens in
ſe omnes delicti qualitates, & circũ-
ſtantias: ita vt reo defenſio non tolla-
tur, minimè enim valet obſcura, gene
ralis, & incerta. tex. in l. libellorum. ff.
de accuſat. ex quo text. communiter
DD. dicunt, quod actor quiſque, ſuam
actionem proponere debet certam &
claram, vt reus meliùs poſsit ſe in iu-
dicio defendere. Abb. in cap. final. de
purgat. canonic. Maranta in Specul. p.
6. tit. de Inquiſit num. 37. quos ſequi-
tur Io. Mari. Mõticellus in pract. Reg.
18 1. nu. 4. † Ex quo ſequitur, quòd ſi In-
quiſitor procedat contra aliquem, eo
quod ſit ſolitus prorumpere in bla-
ſphemias & alia committere delicta,
non valet Inquiſitio. In ſpecie enim
debet dici ab eo pronũciatas illas eſ-
ſe: quia alias diceretur vaga, obſcura,
& incerta inquiſitio. Boſsius in d. tit.
de Inquiſitione nume. 15. Decius in l.
edita. C. de edendo. Angelus ibidem:
& in conſ. 83. Vulpell. in 1. Reſponſo
19 crim. Debet itaque † exprimi (ad hoc
vt dicatur ſpecifica inquiſitio) locus,
& tempus text. in d. l. libellorum. de
accuſat. c. final. §. libellorum. 2. quæſt.
5. quæ iura quamuis loquantur in libel
lo accuſationis, procedunt etiam in li
bello Inquiſitionis, cum hodie inqui-
ſitio ſucceſſerit in locum accuſatio-
nis. l. penult. ff. de pub. Iudic. l. cõgruit.
ff. de offic. præſidis. gloſ. & DD. in d. l.
ea quidem. c. de accuſat. Bart. in l. 2. §.
ſi ex publico. num. 12. ff. de adult. & ibi
Bald. num. 57. Marſil. in pract. §. conſtã
te. num. 32.
20 Verùm † prædicta opinio non pro-
cedit in Inquiſitione generali, quam
Inquiſitores quolibet anno tenen-
tur facere, in qua non eſt neceſſaria
expreſsio loci, & temporis, Bald. Cõſ.
355. libr. 5. & 428. in principio eodem
vol. & conſ. 490. libr. 3. Ruyn. conſ. 10.
in princip. vol. 5. Marſil. in Rubrica.
ff. de probat. numer. 360. Bart. An-
gel. & alij, de quibus per Boſſ. in tit. de
Inquiſit. num. 100. Ioan. Marc. Mon-
ticell. in pract. crimin. reg. 1. nu. 3. & 4.
vbi inquit, [ idẽ in inquiſitione ſuper
crimine hæreſis vel læſæ maieſtatis,
in quo minimè exprimendus eſt lo-
cus & tempus commiſsi criminis,]
ita Angel. de Malefic. in verſ. hæc eſt
quædam inquiſit. num. 64. Purpurat.
in l. edita. numer. 54. verſ. 4. limitetis.
C. de edend.
21 Quartò † inquiſitio formata nullis
præcedentibus indicijs ipſo iure eſt
nulla. text. in l. milites, & ibi Docto-
res C. de quęſtion. & l. iuſtiſsimos. C.
de offic. rector. prouinc. & in l. ſi quis
alicui. C. ad legem Iul. maieſtat. Mar-
ſil. in pract. §. conſtante. num. 33. & in
conſil. 2. n. 23. & conſ. 117. n. 11. vol. 2.
Ludouicus Cato in cõſ. crimin. diuer-
ſar. quæſtion. numer. 1. lib. 1. in paruis:
vbi inquit quòd illud totus mundus
ſeruat, & eam ſententiam dicit ab om
nibus receptam. Ruinus conſ. 2. num.
7. vol. 5. Aymon. conſ. 262. in princip.
22 Boſſ. tit. † de Inquiſitione formata ex
mandato principis, quando, ſcilicet
mandat contra aliquẽ inquiri, intelli-
gendũ eſt indicijs præcedentibus, &
nõ aliàs. gloſ. & Bald. per illam gloſ. in
c. licet vndiq; de off. legat. quem re-
fert. & ſequitur Boſſ. vbi ſuprà, n. 23.
Rolãd. à Valle cõſ. 94. n. 11. vol. 4. quæ
quidẽ ſentẽtia intelligi debet, ſi prin-
ceps ad petitionem partis inquiri mã
dauerit cõtra aliquem, ſecus autem ſi
motu proprio, quia ipſe ſcit quem de-
liquiſſe: tunc enim nõ eſt dubiũ quin
poſsit formari inquiſitio nullis præce-
dentibus indicijs. Marſilius ſingul. 14.
& in pract. §. conſtante. nu. 21. gloſ. cõ-
muniter approbata in cap. 2. in verb.
fuerat. de accuſat. libr. 6. Innoc. in
cap. cum oportet. de accuſat. Alexan.
conſ.



conſ. 180. in cauſa. Angel. num. 2. vol.
2. Dec. conſ. 175. num. 3. Menoch. in
tract. de arbitra. iudic. quæſt. 78. num.
4. lib. 1. Prædictorũ ratio eſt, quia ſciẽ-
tia principis in hoc caſu ſupplet om-
nem defectum Inquiſitionis. Hiero-
nym. Magont. Deciſ. Lucen. 22. nu. 7.
part. 1.
23 Quintò, † fama præcedere debet
Inquiſitionem. tex. in cap. qualiter &
quando. 2. de accuſat. & ibi Marianus
Socinus de accuſat. cap. Inquiſitionis.
eodem tit. cap. 1. & 2. eodem tit. lib. 6.
cap. licet Heli. de ſimo cap. Deus om-
nipotens. 2. quæſtion. 1. Grammaticus
conſ. 35. num. 50. & conſ. 38. num. 28.
Alexand. conſ. 174. vol. 6. & conſ. 138.
in princip. eodem vol. Marſil. in pract.
§. conſtante. num. 12. Ruin. cõſ. 80. vol.
4. Salicet. in l. quod promulgantis. C.
de offic. Pręfect. vigil. Bal. in tit. de pa-
ce conſtant. §. damna. circa fin. & in.
cap. lieet vndique. de offic. ordin. Ia-
ſon. in l. ſi legatum. nu. 25. de legat. 1.
24 Sextò † non poteſt in quenquam
de eodem delicto bis inquiri, ſi tamẽ
de illo iam fuerat abſolutus l. penult.
§. fin. ff. naut. caupon. ſtab. l. ſicut. §. ijſ-
dem, vbi Bartholus. ff. de accuſat. c. de
his. vbi DD. de accuſat. l. fin. C. de cu-
ſtod. reorum. Alexand. conſ. 11. vol. 1.
& communem dicit Io. Maria Mõti-
cell. in pract. criminal. Reg. 1. num. 8.
Angel. de Malef. verb. ad querelam.
num. 90. verſ. ſubſequẽter quæro. vbi
de cõmu. teſtatur. Gandin. in tit. vtrũ
ille contra quẽ fuit per Inquiſitionẽ
proceſſum poſsit iterum accuſari. Ma
rãt. in Specul. in 6. p. tit. de Inquiſitio-
ne num. 48. Mant. conſ. 251. lib. 1. Iul.
Clar. in pract. quęſt. 57. in princ. pract.
Conrad. tit. de accuſat. num. 11. vbi
commu. dicit Cephal. conſ. 39. n. 14.
vol. 1. & conſ. 192. n. 12. vol. 2. Foller. in
pract. crimin. cap. 35. num. 3. vbi affir-
mat quòd hæc cõcluſio ſit communi-
ter approbata ab omnibus Legiſtis &
Canoniſtis. Ioan. Maria Monticell. in
pract. crimin. reg. 1. numer. 8. copioſè
Proſper Farinac. tit. de Inquiſitione
q. 4. nu. 1.
Septimum † eſt, competentia iudi
25 cis, quia ſi à non iudice inquiſitio for-
matur, nulla eſt: tot. tit. ſi à non com-
petent. iudic. Angelus de Malefic. in
verb. hęc eſt quædã inquiſitio. verſ. 4.
principaliter requiritur. Boſſ. d. tit. de
Inquiſit. nu. 72. Cõrad. in pract. tit. de
Inquiſit. n. 6. & 7. Iodocus in pract. de
Inquiſitione cap. 8. n. 4. † Iſta etenim
rei ſuppoſitio ad hoc vt poſsit iudex
inquirere, contra eum conſideratur
26 aut ratione loci, originis, vel do-
micilij, vel ratione delicti. tex. in l. 1.
C. vbi de crimine agi oportet. Alias
iudex nõ poſſet contra eum inquire-
re. cap. ſi diligenti. de foro competen-
ti. Angelus de Malefic. vbi ſuprà nu.
50. Boſſ. d. tit. de Inquiſitione. num. 67.
Couaruu. pract. quæſtion. c. 11. num.
6. Iodocus. d. c. 8. num. 4. de Inquiſitio-
27 ne. † Hinc infertur vera doctrina,
quòd inquiſitio formata per iudices
ſeculares, contra familiares ſancti Of-
ficij regni Siciliæ, nulla eſt & inualida
illi enim coram iudice laico, neq; ciui-
liter neq; criminaliter cõueniri poſ-
ſunt, cùm foro S. Officij, ideſt, Eccleſia
ſtico gaudeant: tum ex iure munici-
pali illius regni, tum ex iuris Pontifi-
cij deciſionibus, vt copioſè diximus
in reſponſo pro iuriſdictione prædi-
cti ſancti Officij, & faciunt text. in
cap. clerici. cap. cum non ab homine.
de iud. cap. 2. de foro competent. cap.
continua. cap. placuit. cap. clericum
nullum. 11. quæſtion. 1. Auth. ſtatui-
mus. C. de Epiſcopis & cleric. capit. ſi
iudex laicus. de ſententia excommu-
nicationis. in 6. Conrad. in pract. in
titul. de inquiſitione, num. 8. latè Ro-
land. conſ. 12. num. 34. vol. 2. Brun.
conſ. crimin. diuer. 115. n. 24. vol. 2. Iul.
Clar. in pract. crimin. q. 57. in princ.

& latiſsimè Proſper Farinac. qui plu-
res in hanc ſententiam allegat, in 1.
tom. quæſtion. crimin. quæſt.8. Ale-
xand.Conſil.8.in princip.vol.1. num.
11.Foller.in pract. crimin.verſ.audiãt
excuſatores.num.38.Couaruu. pract.
quæſtion.cap.31.num.3. verſic.tertia
cõcluſio.Abb.in d.cap.ſi diligenti. de
foro competent.num.8.quæ quidem
exemptio inducta eſt de iure diuino
gloſ.in cap. ſi Imperator. 96. diſtin.c.
quanquam.de cẽſibus.lib.6. Abb. Fe-
linus, & Dec. in.c. Eccleſia S. Mariæ.
de conſtit.Romanus ſingul.419.idem
Abb.in c.at ſi clerici. num.23.de iud.
Innocent.Hoſtienſis Io.Andr.Panor.
Felin.& alij in c.2. de maior. & obed.
Vantius tit. de nullitate ex defectu
iuriſd.nu.101.Rolandus d.conſ. 12.n.
44.vol.2. Card. in c. perpendimus. in
7.oppoſitione.de ſentent.excommu-
nicat.in repet.Alciatus in d.cap.cùm
non ab homine.& Couarr. pract.q. c.
28 31.nume.1.† Quod ſpecialiter habet
locum in familiaribus, officialibus &
miniſtris ſancti Officij prædicti regni
Siciliæ, quia Inquiſitores ibidem ha-
bent omnimodam poteſtatem & iu-
riſdictionem in ſuos ſubditos, & pri-
uatiuè alij iudices ſęculares, ex vi tam
priuilegij quàm cõſuetudinis imme-
morialis. Inquit enim Rex Catholi-
cus in concordia inter Inquiſitores,
& iudices ſæculares prædicti regni,
ann.1580. ſub data Paci Auguſtę ſiue
[Badajoz.] quòd Inquiſitores poſsint
cognoſcere de omnibus & quibuſcũ-
que cauſis, tam ciuilibus quàm crimi-
nalibus vel atrocioribus officialium
& Familiarium, cæterorumque mini-
ſtrorum ſancti Officij, vt latè diximus
in pręfatione reſpõſi pro defenſione
iuriſdictionis ſancti Officij eiuſdem
regni, aduerſus iudices ſęculares nu.
67. Et id per amplitudinem: nam in
eadem concordia dictio illa. [ Om-
nis] ineſt, quæ omnes, & quaſcunque
cauſas & caſus comprehendit, cuiuſ-
cunque exiſtant qualitatis.l.Iulianus.
ff. de legat. 3.l. omnia. ff. ſi cert. pet.
Bald.conſil.305.nume.1. volu.1. Cra-
uet. conſil. 133.numero 5. Riminald.
conſ.61.num.37.Hæc autem vniuer-
ſalis concludit ea quæ alias non inclu
derentur.Natta conſ.160.nu.29.libr.
1.Imò per hæc verba generalia cen-
ſetur conceſſa Inquiſitoribus omni-
moda iuriſdictio, ciuilis ac criminalis,
ſine vlla caſuum exceptione.gloſ.ſin-
gul.in clem.1.verb.omnimodã, de fo
ro cõpetent..& nullam iuriſdictionis
ſpeciem excipit.cap. ſolitæ.in fin. de
maior.& obed.Itaque iuriſdictio lar-
gè ſumpta prout illa Inquiſitorũ eſt,
genus eſt comprehendens in ſe me-
rum & mixtum imperium.l. 2.&.3.ff.
de iuriſdictione omn. iudic. & ideo
cum illo ſigno vniuerſali, vt in caſu
noſtro omnia prædicta debet cõpre-
hendere.c. vt fame. de ſententia ex-
communicat.lib.6.c. quamuis.de pœ-
nis.eod.lib.6. & notat Imol.in d. Cle-
ment.1.nu.33. de foro competent.&
dixi latè in tit. 11. ſuper explicatione
concordię prædictę.
29 Octauò, † tranſactis viginti annis à
die commiſsi criminis, non poteſt iu-
dex formare inquiſitionem, quibus
lapſis regulariter delicta pręſcribũtur,
vt latè tradit Iodocus in pract.crimi.
tit.de inquiſitione. vbi de communi
per text.in l.querela & ibi DD.C. ad
leg.Cornel. de falſ. Balbus in tract.de
præſcriptio. in 4. part. quartæ part.
princip. quæſtione 2. numero 2. vbi
pariter de communi teſtatur, Mar-
ſil. in pract. §. conſtante. numer. 80.
Conrad. in pract.tit. de inquiſitione,
numero 36. Boſſ. tit. quomodo pro-
cedatur per actionem in delictis, nu-
mero 17. & 22. & titul. de accuſat.
numer. 32. Antonius Gomez tit. de
delict.cap.1.num. 5. Abb.in cap. cùm
haberet.n.4.de eo, qui duxit in matri-
mon.





mon. quam poll. vbi etiam de com-
muni teſtatur Villalob. in commun.
opinio.verſ.delicta.numer.55. Viuius
libr.1.commu.opinio. verſ. accuſatio
falſa.Iul. Clarus quæſt. 51. in princip.
30 At verò † in caſu hæreſis non cur-
rit præſcriptio, & ideo hæreticus om-
ni tempore poteſt accuſari etiam vſq;
ad mille annos.l. Apoſtatarum. C. de
apoſtat. quam legem ad hoc allegat
gloſ. fin. in l.querela. C.de falſ.c.1. de
homicid. libr. 6. Franc. Balb. de pręſ-
cript.4. p.principali.poſt principium.
Gundiſalu. de Villadieg. de hęret. q.
22.num.3.quorum ratio eſt, quia diu-
turnitas temporis peccatum non mi-
nuit, ſed potius auget.c.cum haberet
in fin.de eo qui duxit in matrim. cap.
fin.de conſuet. c. non ſatis.de ſimon.
quę quidem limitatio regulæ proce-
dit in crimine ſuppoſiti partus, parri-
cidij, læſę maieſt. apoſtatatus, aſſaſ-
ſinij, falſæ monetæ, ſimoniæ, concuſ-
ſionis, & abortus. In his enim nõ cur-
rit præſcriptio, ſed perpetuò horum
criminum rei, dum viuunt accuſari &
inquiri poſſunt de crim. apoſtatatus,
eſt tex.in l.2. & in l. apoſtatarũ.C. de
apoſt.de crimine ſuppoſiti partus, eſt
tex. in l. qui falſam. §. 1. ff. ad legem
Cornel.de falſ.vbi latè Marſil.de parri
cidio.eſt tex.in l. fin.ff.de parricid. de
cõcuſsione tradit gloſ. in d.l. querela.
C. de falſ. de abortiuis in l. Cicero.
ff.de pœn.& tradit Gandin.in tit. qui
accuſa poſſ. vel non.num.24.& gene-
raliter de omnibus ſuprà relatis deli-
ctis, tradit Gigas in tit. de crim. lęſæ
maieſt.lib.1.tit.qualiter in crim. læſæ
maieſt. procedatur.quæſt.14.& q.29.
Carrer.in pract. crim. in tit.de homi-
cid.§.28. Excuſatus.num.7.Marſil.in
d.l.qui falſam.§.1.ff.ad legem Cornel.
de falſ.nu.1.Vnde dicit gloſ.in.verbo
pœnitentia. in cap. admonere.33.q.
2.quod in foro conſcientiæ nulla vn-
quam currit præſcriptio, quam dicit
notab. Abb. in cap.cum haberet. nu.
4.& cap.licet cauſam.num.26.de pro-
bat.Bald.in l.1.nu.3.C.qui accuſ. non
poſſ.Feli.in c.fi.n.2.de pręſcript.Folle.
in pract.crim.in verb. fori iudicentur.
num.20.Boer.deciſ.26.num. 11. Boſſ.
in tit.quomodo proced.per action.in
delict.num.21.Roman.ſingul.185.Io-
doc.in pract.tit.de Inquiſit.cap. 8.nu.
24. in hoc ergo crimine iudex Eccle-
ſiaſticus ſolus competens eſt, cap. ad
abolendam. cap. excommunicamus.
de hæret.c. vt inquiſitionis. §. prohi-
bemus.de hæret.lib.6.DD. in c.cũ ſit
generale de foro cõpetẽt. Maſuerius
in pract. tit. de remiſ. ad fin. Hermas
libr.7. de inſtaurat. Religion.cap.16.
Simãc.in Enchirid.iud.viol. religion.
tit.6.& 66.Gundiſaluus de hæret.cap.
15. Fredericus de Sen.conſ.15. vol.2.
Boſſ.de foro competent.num.160.&
tit.de hæret.num.10. Squilla. in tract.
de fide Cathol. c. 23. & 30.Afflict. in
cõſtit. incõſutilẽ.n. 13. Roland. conſ.
8.num.5.vol.3. Alciatus in l.pernicio-
ſam.num.37. ff. de offic.ordin. vbi de
comm.Rolandus conſ.20.n.10.vol.3.
Nonò † requiritur etiam præſen-
31 tia rei ad hoc, vt inquiſitio formari
poſsit, quia contra abſentem, niſi per
contumaciam ſe abſentem fecerit, de
iure procedi non poteſt, vt notant
DD.in d.cap.qualiter & quando.2.de
accuſat.Marianus Soci. ibidem num.
91.† vbi inquit, quòd hodie cõtrariũ
32 ſeruatur de conſuetudine, ſecundùm
quam ſiue reus ſit abſens, ſiue pręſens
ſiue contumax, ſiue non inquiri po-
teſt: non tamen dãnatur.l. abſentem.
§.aduerſus contumaciam: vbi gloſ.&
DD.ff.de pœn.l. abſentem. C. de ac-
cuſat.l. 1. ff. de requir. reis. Bald. in l.
quãuis indubitati.verſ. præterea non
eſt recedendũ.C. ad leg.Iul.de adult.
Abbas in cap.veritatis.nu.19.de dolo
& contumac.Marian. Soci. vbi ſuprà.
Pedemont.deciſ.105.num.1.Roland.

à Vall.conſ.68.num. 11. & Boſſ. in tit.
de requirendis reis.Decian.conſ. 18.
n.218.Bal.& Salicetus in l.abſentem.
in fin.nu.14.C.de accuſat.
33 Decimò † quando poſt inquiſitio-
nem ſuperuenit aliqua noua qualitas
aggrauans delictum principale in in-
quiſitione deductum, vt putà: ſi poſt
inquiſitionem factam de vulnere ſu-
perueniat mors vulnerati, tunc illa
inquiſitio facta de vulnere euaneſcit,
non enim ex ea poteſt ſequi cōdem-
natio pro homicidio in pœnam mor-
tis:ſed nouâ opus eſt mortis,& homi-
cidij inquiſitione.Bald.in l.ſi vulnera-
to ſeruo.ff.ad leg.Aquil. Bart. in l.dā-
ni infect.§.Sabinus.ff.de dam. infect.
gloſ.in l. final. C. ſi reus vel accuſat.
mort. fuer. & ibidem Marſil. Anton.
Gomez Variarum reſolution. tit. de
homicid.numer. 31.& reddens ratio-
nem dicit; quia aliàs ſententia non
eſſet conformis libello.Rub. & Alex.
in l.pen.§.ad crimen. ff.de public. iu-
dic.
34 Vndecimò,† inquiſitio non poteſt
formari ſuper delicto nō pœnali,quia
vbi delictum non eſt, pœna nō cadit,
nec accuſatio procedit,nec inquiſitio
formari poteſt. Bart. in l. vbi pactum.
C.de tranſact. Bal.in l. decuriones. c.
de infamia. Bart. in l. ſi ſeruus. C. de
his qui ad Eccleſ.confug.Dec. conſil.
256.Riminald.conſ.327.num 29. vol.
3.Proſper Farinac.tom.1.quæſt. crim.
q. 17. vbi plures in hanc ſententiam
adducit.
35 Duodecimò, † quòd non ſolùm
fama præcedere debet inquiſitionē,
verumetiam eam præcedere neceſſe
eſt ab honeſtis,prudentibus, & veri-
dicis viris,fide digniſsimis,non ebrio-
ſis, non inimicis, non aduerſarijs aut
maleuolis, quādoquidem hæc omnia
ad alicuius diffamationem (cuius gra-
tiâ fieret inquiſitio) ſunt inualida: c.
qualiter & quando 2.de accuſat. cap.
iudicet.3.q.7.c.cùm oporteat.eod.tit.
de accuſat. c. in cunctis.& ibi gloſ. in
verb. maledicorum 11. quæſtione 3.
cap. licet Heli.verſ. contra quos.. de
ſimon.& l.miles. §. mulier. & ibi not.
ff.ad leg.Iul.de adult.
36 Decimotertiò, † vt formari poſsit
inquiſitio, neceſſum eſt Inquiſitori
certum eſſe crimen commiſſum ac
perpetratum fuiſſe, de quo inquiſitio
37 nem ſit facturus Iodocus vbi ſuprà, †
& informatio iſthęc debet eſſe in for-
ma debita & decenti, vbi ſubſtātialia
concurrant: nam ſi in forma peccaret
inualida eſſet,& nulla.c.inquiſitionis.
& d.cap.qualiter & quando. 2. de ac-
cuſat.formam debitam ac decentem
intellige, quoties ſubſtantialia infor-
mationis non omittūtur, vt potè, per
quem facta, quando, quo loco, cuius
iuſſu, ætates,iuramenta, nomina, co-
gnomina,qualitates,domicilia teſtiū,
& huiuſmodi circunſtantiæ, vt ex ſu-
pradictis deduci poteſt,& trad.Iodo-
cus in pract.d.c.8.nu.11.
38 Hæc tamen inquiſitio † de maio-
ribus criminibus intelligi debet (non
enim inquirendum eſt de minimis)
vt putà læſæ maieſtatis,hæreſis,homi-
cidij, ſodomiæ, ſimonię, adulterij,
periurij,incæſtus,furti, & huiuſmodi.
l.leuia.ff.de accuſat.d.c.inquiſitionis.
de accuſat.
His ſuppoſitis ſubijcienda eſt quę-
39 ſtio. † Vtrùm Inquiſitores fidei poſ-
ſint inquirere in prouincia ſibi demā-
data,ad inueſtigationem criminis vel
criminoſi occulti. Primò quidem vi-
detur non eſſe licitam huiuſmodi in-
40 quiſitionem, † prohibitum enim de
iure eſt proximi delictum,ſeu pecca-
tum occultum detegere, eſſet namq;
infamare proximum, occultum pec-
catorem, quod vtique prohibitū eſt.
tex in.cap.2.de officio ordin. & aper-
tiùs hoc prohibetur ab Innocētio III.
in c.qualiter & quādo.1.verſ.exceptis
occul-



occultis criminib. de accuſat. vbi in
inquiſitit. hoc fieri prohibetur cùm
ſit grauiſsimum damnum diffamare
proximum, quia melius eſt nomē bo-
num quàm diuitiæ multæ, vt inquit
Sapiens Prouerb.cap.21.& tradit latè
Ioſeph Maſcard.tom.2.de probation.
concluſ.814.nume.1.Occulti inquiſi-
tio regulariter inter prohibita nume-
ratur. text.in cap. 1 .de accuſat. Bald.
conſil.124.volum.5.col.2.Maranta in
Specul.de ord.iudic. 6.par.nu. 6.Bart.
in l. congruit. ff. de offic. præſid.Eſt
enim contra ius naturale, nam non
eſt bonum alijs inferre, quod nobis
fieri nolumus.cap.1. diſtinction. 1. &
Matth. cap. 7. [Omnia quæcunque
vultis vt faciant vobis homines, &
vos facite illis,] ſed ex huiuſmodi in-
quiſitione crimina obiecta detegun-
tur & infamantur multi, ergo vt illi-
cita non debet fieri per inquiſitores.
Anton.Scapa in tract. de inquiſit. ge-
neral.lib.5.c.23.cum ſeqq.
41 Secundò procedere † ad inquiſi-
tionem in peccatorem occultum, &
ad detegēdum eius peccatum, inter-
rogare teſtes, nullo modo licet niſi
pręcedat infamia illius delicti. tex.in
c.cū oporteat.& c.qualiter & quādo.
2.de accuſat.& ibi Marianus Soci. de
accuſat.c.inquiſitionis.eod.tit. & c.1.
de accuſat.lib.6.c.licet Heli. de ſimo-
nia.c.Deus omnipotens.2.q.1.& pro-
batur etiam iure Regio. in l.1. in fin.
tit.17.p.3. Speculat.tit.de inquiſitio-
ne.§.1.nu.5.Bart.in l.congruit.num.3.
de offic.pręſid.Angel.in repet.l. ſi va-
cantia.C.de bon.vacan. lib. 10. Bald.
& Salicet.in l.ea quidem. C.de accu-
ſat.Bart.in l.2.§.ſi publico. ff. de adul-
ter. Paris de Put.in tit.de ſyndicat.in
verb.inquiſitio.Philip.Dec.conſ.170.
& conſ.175.& 189. Ludouic. Carrer.
in pract.crimin.in princ.n.82.Bald. in
l.iubemus. C. de probat. gloſ. & ibi
Bald.in l.2.in d.§.ſi publico.ff.de adul.
Grammat.conſ.35.n.50.Alexand.cōſ.
174. col.6. & alij plures quos retuli
ſuprà], in quinto præſuppoſito huius
quæſtionis, qui hac ducūtur ratione,
quia ex prædicta Inquiſitione dam-
num infamiæ grauiſsimum oritur, vt
notant DD.in d.cap.2.de acccuſat.in
fin.vbi Innocent.III.in Concilio ge-
nerali determinat autoritate ſacræ
ſcripturę,quòd niſi pręcedat infamia,
non procedatur ad inquiſitionem.
Inquit ille [ſicut accuſationem legiti-
ma debet præcedere inſcriptio,& de
nunciationem canonica monitio, &
inquiſitionem clamoſa inſinuatio præ
42 uenire debet,] hæc ibi,† nec ſufficiet
qualemqualem eſſe clamoſam inſi-
nuationem ſeu famam delicti, debet
quippe originē ducere ex fidedignis,
vt plenè diximus 12. antidoto huius
quæſtionis num.35.Ergo, &c. Verùm
ſi à prædictis perſonis fidedignis, &
legalibus fama oriatur,nō ſolùm pro-
cedi poteſt ad inquirendum. verùm
etiam ex illa ſola plenum indicium
inſurgit ad torturam. Marſil. in l. de
minore.§.plurimum.n.30.ff.de quæſt.
Salicet.in l.ea quidem. C. de accuſat.
Franc.Aretin.in.cap.veniens. nu. 36.
de teſtib.Paul. Pariſi. conſ. 153. inci-
piente, in cauſa iſta. numero 12. vo-
lum.4.facit tex.in cap. cùm in iuuen-
tute.de purgat.canon.Hippolyt.Mar
ſil. conſ 3. incipiente, ſæpè ac ſæpius
decreui.nume.5.quod vtique proce-
dit,quoniam perſonæ honeſtæ, & in-
tegræ, à quibus fama duxit initium,
vehementer famam faciunt & indu-
cunt.ita Bart.conſ.191.incipiēte: Do-
mino paci.Bald.in.cap.1.§. iniuria. de
pace iuram.firman.in vſib.feud. Feli.
in.c. veniens. 1 .de teſtibus num.15.
Marſil.in pract. crimin. §. diligenter.
numer.19.idem conſ.3.numero 6.Pe-
trus Dueñas regul. 301.incipiente:
fama in criminalibus. in 1. limita-
tione.

43 Tertiò corroborantur prędicta †
ex eo quòd iudices non debent in-
terrogare criminis reum, ſi delictum
confiteatur confidenter, vt alios cri-
minis ſocios detegat niſi ſint infamia
notati, vt determinat Clemēs III. in
cap. cum monaſterium. de confeſſ.
cuius hæc ſunt verba:[ Eos quorum
ſuggeſtione ſcelus homicidij ſe preſ-
byter perpetraſſe proponit, niſi alijs
modis verum eſſe conſtiterit, nulli
cenſemus pœnæ ſubdendos, cùm ſe-
cundùm vtriuſque iuris ſtatuta, de
ſe cōfeſsi ſuper aliorum conſcientijs
interrogari non debeant,&(crimine
læſæ maieſtatis excepto) de reatu pro
prio confitentis periculoſa confeſsio
non ſit aduerſus quemlibet admittē-
da]tex.in cap.veniens. de teſtibus.c.
nemini.15.quæſt.3.c. negāda. 3.q.11.
l.final.C.de accuſat.& in ſcript.Anto-
nius Corduba ſuper Sotum memb.2.
quæſt.6.dub.vltim.ſub prima conclu-
ſione,& idem Sotus idid.lib.5.de iuſt.
& iur.Adrianus quodlibet.11.in reſ-
ponſion.ad quintam difficultatem,&
ad ſecūdum argumētum principale.
Henric.quodlibet.11.q.33.vt refert
Cordub.vbi ſup.Caietā.opuſculo.17.
reſpōſion.reſponſion.5.tom.1.opuſcu-
lor.Alcozer in ſumma. cap. 26. atque
idem eſſe de iure ſeruandum tenet
Nauarr.Azpilcueta in cap. inter ver-
ba.11.q.3.concluſione 6.Corollar.67.
Petrus Nauarra lib.2.de reſtitutione.
cap.4.dubitatione.5.num. 173.& ſe-
quent.

44 Quartò facit † quia iudicium hu-
manum non iudicat de occultis. tex.
in cap.tua nos.de ſimon. ibi: licet au-
tem taliter duximus reſpondendum,
& nobis datum eſt de manifeſtis tan-
tummodo iudicare cap. ſicut tuis. in
fin.eod.tit.c.à nobis 2.de ſentētia ex-
communicationis can. erubeſcāt.32.
diſtin.quia cogitationis pœnā mere-
tur.l.cogitationis.ff.de pœnis.can.co-
gitationis.de pœnitent.diſt.1.can. hu
manæ aures.22.quæſtion.5.lib.1.Re-
gum cap.16.&.1. ad Corint.c.4.Du-
rā.lib.4.ſentent.diſtin.11.quæſtion.8.
Petr.de Palud.ibid.diſt.13.Almain.di
ſtinct.17. quæſt.1.art.3.& in tract. de
poteſtate Eccleſiæ.c.10.Caietanus &
Franc. Victoria ſuper Tho. 2.2.q.11.
art.3.occulta enim & incognita udi-
cio Dei reſeruantur:ipſe enim inouit
corda fidelium, tex.in cap.ſi quando.
15.quæſt.6.c.conſuluiſti.2.quæſt.5.in-
quit enim ibi Alexander Papa[nō po-
teſt autem humano condemnari exa
mine,quem Dominus ſuo reſeruauit
iudicio,ſi omnia namque in hoc ſecu
lo vindicata eſſent, locum diuina iu-
dicia non haberēt.]Hæc ibi,& ſic Ec-
cleſia non ſcandalizatur ex volunta-
te,quæ non procedit ad actum exte-
riorem.c.Deus quando.24.q.3.c.Ar-
chidiacon.85.diſtin.Hinc dixit gloſ-
ſa in verb.tuo nomine.in c.cum quis.
de ſentēt.excommunicat.lib.6.quòd
ſi quis animo intimo ratā habet cle-
rici percuſsionem tantùm, non inci-
dit in excommunicationem quoad
Eccleſiam,etiā ſi eius amicus vel ſer-
uus clericum à quo iniuriam accepe-
rat,percuſsiſſet:hanc ſententiam pro
bat Hoſtienſ.in c.mulieres.de ſentē-
excommunicat.Sylueſt.verb. excom
municatio.num.4. in fine.Albert. de
agnoſcend.aſſertion.q.33.num.7. er-
go Inquiſitores non debent nec poſ-
ſunt procedere ad inquirendum cri-
mina occulta, quæ Dei ſunt reſeruata
iudicio.

45 Præterea,& quintò † pro hac par-
te exſtat axioma iuris in materia In-
quiſitionis,quod licet iudici conſtet
de crimine per viam Inquiſitionis,nō
poteſt reum punire pœnâ ordinariâ
d.c.Inquiſitionis.de accuſat.Innocēt.
in.c.bonæ.1.num.5. de electione. Iu-
lius Clar. in pract.criminal.q. 50.verſ.
item quia proceſſum.num.4.Anan.in
d.c.



d.cap. inquiſitionis. de accuſat.nu.4.
& ibidem Felinus.poſt num. 5.& Ti-
raquell.de pœnis.cauſâ 53. numer. 3.
Ant.Scap.in tract.de iure non ſcripto.
libr.5.tit. de Inquiſit.general & ſpe-
cial.rub.5.cap.22.num.8 quando fru
ſtra procederetur ad inquirenda cri-
mina.

46 Verùm † contraria opinio in caſu
hęreſis proculdubio verior eſt: expe-
dit enim Inquiſitores, vt procedant
per inquiſitionem generalem ad in-
quirenda crimina: ex eo potiſsimum
47 nomen ſibi vendicarunt,ſunt † enim
Inquiſitores iudices à Pōtifice Maxi-
mo delegati(vt ſępiuſculè iā diximus)
48 quibus † iure Pontificio data eſt ple-
na iuriſdictio contra omnes hæreti-
49 cos & apoſtatas, † quorum officium
non ſolùm vtile, ſed neceſſarium eſt
Chriſtianę Reipublicæ, ne lupi rapa-
ces deuorēt,& perdant Dei gregem.
Hęretici quippe inſtar luporum,fide-
lium animas ſtrangulant,& ſuis erro-
ribus in profundum demergunt, tex.
in cap.excommunicamus.1.§. adijci-
mus. & cap. ad abolendam. in fin.de
50 hæreticis: qui quidem obſcœnis &
noxijs animalibus in ſacris literis cō-
parantur, vt latè tradit Simancas tit.
31.de hæret.num.19.Conrad.Brunus
libr.1.de hæreticis. cap.3. & 13. cum
ſeqq.Ideo puniendi & eijciendi ſunt
à communione fideliū.text.in l. Ma-
nichæos.C.de hæreticis.c.reſecandæ.
24.quæſt.3. quia hæreſis crimen con-
tagioſiſsimum eſt. Serpit vt can-
cer.cap.inter ſolicitudines.de purga-
tion. canonic. cap.& ſi Iudæus.de Iu-
dæis.Paulus Apoſtolus 2.Timoth.c.2.
& in Leuitico cap.5.& latè tradit idē
Simancas de Catholicis inſtitut. tit.
30.num.7.D. Auguſtinus in Ioā.tract.
18.& lib.6.contra Donatiſtas cap.41.
Alphonſ.de Caſtr. lib.1. aduerſus hæ-
reſ.c.1.& lib.1.de iuſta hęreticorū pu-
nit.c.2.Brunus lib.2.de hæreticis.Ioa.
Rojas de hæreticis.1.p.nu.259.& ſin-
51 gul.3.à num.5.† Omnium itaque cri-
minum maximum hoc videtur cum
omne bonum auferat ab anima, ac
eò cæterorum peſsimum, quòd la-
tiùs ſe diffundit,acutiùs penetrat, te-
naciùs adhæret,ac difficiliùs curatur;
impetit enim fidem Catholicam,fun-
damentum totius veritatis, ſine qua
impoſsibile eſt placere Deo:nam pro
fectò ſi odium Dei explicitum,& for-
male fœdiſsimum omnium peccato-
rum iure à ſacris literis & iuris Ponti-
ficij deciſionibus ac doctiſsimis homi
nibus pronunciatur: cùm tamen non
omne bonum auferat omnino ab ani
ma(cum eo enim compati poteſt ve-
ra cognitio & fides ex parte intelle-
ctus.) quantò amplioris malitiæ eſſe
cenſebimus peccatum infidelitatis
quod omni bono tam voluntatis quā
intellectus hominē priuat & ſpoliat?
maximè hac noſtrâ tēpeſtate, in qua
& circumſpectos nos eſſe: & aliqua
52 moderatione vti non oportere,† ſed
ſtatim eſſe denunciandum ſub præ-
cepto coram ordinario vel Inquiſito-
ribus iure cenſeri debet?tex.in cap.2.
vbi gloſ. & DD. de hæreticis. c. qua-
propter 2.q.7.Innocent.in.c.1.de te-
ſtib.cogend.S. Thom. 2. 2.q. 7. art. 1.
Archidiaconus in cap. ſi peccauerit.
num.29.2.q.1.Gundiſal.de Villadieg.
de hęreticis.q.6.nume.4.Alphonſ.de
Caſtro de iuſta hæret.punition.lib. 2.
cap.25.Dominic. de Soto de iuſtitia
& iure libr.5.quęſt.5. art.2. Simancas
de Catholicis inſtit.tit.19.à numer.6.
Ambroſ.2.officiorum cap.24.Leo ſer-
mon. 4. de collectis. & in ſerm. 5. de
ieiunio decimi menſis:cuius verba vt
ſingularia & notatu digna mutuati
ſumus.[Illud quoque dilectiſsimi ob-
ſecrans moneo, vt ſi cui veſtrûm in-
notuerit, vbi habitent hæretici, vbi
doceant,quos frequentent,& in quo-
rum ſocietate requieſcant,noſtræ ſo-
licitudini

licitudini fideliter indicetis: quia parum prodeſt vnicuique quod protegente Spiritu ſancto, ab iſtis ipſe non capitur:ſi cùm alios capi intelligit, nõ mouetur contra omnes hoſtes pro ſalute communi,vna communis debet eſſe vigilantia, ne de alicuius membri vulnere etiam alia poſsint membra corrumpi,& qui tales non prodẽdos putent, in iudicio Chriſti inueniantur rei de ſilentio, etiam ſi non contaminarentur à ſenſu. Aſſumite igitur religioſę ſolicitudinis zelum & contra ſeuiſsimos hoſtes animarum, omnium fidelium cura cõſurgat.Ideo enim miſericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum,vt manifeſtato periculo excitaretur diligentiâ cautionis.Non ſufficiat quod actum eſt,ſed eadem inquiſitio perſeueret: quæ hoc auxiliante Deo conſequetur, vt non ſolùm qui recti ſunt incolumes perſeuerent, ſed etiam multi qui diabolica ſeductione decepti ſunt,ab errore reuocẽtur:]hæc ille.

Cæterùm quamuis prædicta inquiſitio generalis fieri poſsit per Inquiſitores, non tamen procedunt ſupradictæ ratiocinationes in Inquiſitione ſpeciali,quoties contra aliquem proceditur interrogando teſtes: an ſcilicet.N.commiſerit delictum, contra quem nulla præceſsit infamia nec ſufficiens ſuſpicio, vt in quinto notabili
53 diximus,† tunc en.m non licet inquirere ſpecialiter contra aliquem in indiuiduo, quia iniuſta eſt præſumptio quâ iudicatur quis commiſiſſe delictũ abſque præcedenti infamia de illo, quandoquidem quilibet in dubio prę
54 ſumitur integræ vitæ:† ſunt enim in homine duæ qualitates: altera naturalis:altera accidẽtalis.Naturalis qualitas dicitur,quam ab initio natura dedit homini, id eſt ſanitas intellectus, ſobrietas,valetudo corporis, bonitas ſenſus integri,probitas mentis,virginitas,cæteraque id genus quæ certo modo poſſunt dici eſſe primæ naturę ſemina,quę naturaliter hominibus intrinſecè inſunt. Accidentalis qualitas in duas ſpecies diuiditur, quarum vna intrinſeca, vel ſubiecto inhærens dicitur,vt ſunt artes & ſcientiæ: alteram extrinſecam,vel ſubiecto cohærentem appellant, vt ſunt diuitiæ,& paupertas, vt tradiderunt Iacob. de Aren.Cinus.Butrigarius & Salicetus in l.actor.C.de probationibus.

55 Cùm igitur † quilibet naturaliter præſumatur bonus,non poteſt contra eum inquiri,nec cõtra eum cadit præſumptio,optimus tex.in cap. dudum, & cap.non in iuuentute. de præſumptionib.vbi dicitur, quod clauſula in reſcripto inſerta recipiẽdi Titium in clericum(ſi eſt idoneus)non imponit Titio neceſsitatem probãdi eſſe idoneum,quia primâ facie(vt ſubiungitur in tex.) quilibet præſumitur idoneus,niſi aliud in contrarium oſtendatur:per quem tex. dixit ibi Ioann. de Imola num.2.quòd hæc clauſula(ſi eſt idoneus)non reddit gratiam conditionalem,nec grauat onere probãdi dicẽtem ſe idoneum: quia cũ ſubintelligeretur,etiam ſi non fuiſſet appoſita,cenſetur potius ſonare in monitionem, quàm in cõditionem propter eam rationem tex.in l.meritò.ff. pro ſocio.l.ſeruus.C.de mãcipijs.l.iuſiurand.C.de probationibus.His adſtipulatur doctrina egregiæ gloſſæ in c. ſi forte.in verb.ſcientia.de electione. in.6. vbi dicit quod eſt quædã intrinſeca qualitas, cum qua homo naſcitur, ideſt,quòd quis ſit caſtus, pacificus, & ſobrius cuiuſmodi quis præſumitur eſſe.tex.notab.ad hoc in cap.1. de ſcrutinio. hanc ſententiam tenet Albert.in c.1.de hæreticis.lib.6.q.16. num.30.Ioſeph.Maſcard.de probationib.vol.1.q.10.num.25.

Hinc



56 Hinc iure dictum † eſt, quòd non ſolùm in dubio quis bonæ fidei præſumitur eſſe, vt notat gloſ. in dict. c. final.in verb.præſumatur.de præſumptionibus, & Alciatus in pręſumpt. 5.Reg. 3. verùm etiam in dubio quilibet præſumitur viuere ſecundum legem,ac vti iure ſuo ad excluſionem delicti, quod perpetratũ fuiſſe nemo præſumeret.per text.in d.l.meritò.& ibi Bald. ff. pro ſocio, & latè Alciatus in præſumptione 1.Reg.3.quod vtiq; maximè procedit, quia propter eandem præſumptionem naturalis bonitatis, præſumitur quis timere Deum, & erga ipſum eſſe religioſum. l. fin.§. & licet. C. ad l.Iul. repetund. vbi habetur quòd nemo eſt immemor diuini timoris cenſendus: per quem
57 text. † dixit Albericus præſumptionem eſſe,quòd notarius in officio ſuo non ſcribat niſi verum, quia viri honeſti, & bonæ famæ non præſumuntur eſſe immemores diuini timoris, nec velle quid moliri cõtra proprium
58 iuramẽtum. † Idem etiã dicẽdum eſt de teſte,vt in dubio non præſumatur velle deierare, vt ait gloſ.in cap.ſancimus.in verb.arbitramur.1.quæſtione 7.de qua naturali bonitate, & religione notat etiam Angel. in repetitione.l.ſciendum. numer. 25. verſicul. reſtat igitur. ff. de verborum obligat. & Alciatus in præſumptione 39.regul.& præſumptione 4.regul. 3. quibus confert Innocent. doctrina in cap.dudum.2.numer.13.verſ.item in huiuſmodi exceptionibus. de ele-
59 ctione,† vbi tradit quòd ſemper probationes, & dicta teſtium in meliorem partem interpretari debemus: verbi gratiâ, ſi quis dixerit clericum venatorem, debemus interpretari quòd hoc faciat cauſâ licitæ recreationis: item ſi dixerit eum iraſcibilem, vel indignantis naturæ, interpretabimur,quòd hoc faciat ex iuſta cauſâ, niſi in contrarium aliæ probabiles præſumptiones mouerent, id ſequitur Felinus in d.cap.final.nume.
60 11.de præſumption. † Hinc inferri poteſt, quod negatiua qualitatis naturalis, à negante eſt probanda: qui enim negat talem non potuiſſe facere teſtamentum, quia ſanæ mentis non erat, ei incumbit onus probãdi, quia negat ea quæ ex præſumptione naturę præſumuntur hominibus ineſſe,vt ait Bart.in l.nec codicillos.nu. 1. C. de codicil. & ibi Bald. dicens, quòd quilibet præſumitur eſſe talis qualis naturaliter eſſe debet,niſi contrarium à negante probetur, ibi notauerunt Salicetus, & Caſtrenſis, & Alexand. & ante ipſos hoc idem tradidit Iacobus de Arena in d. l. actor. numer.2.verſicul. circa autem negatiuam.C.de probationibus, & ibi Butrigarius verſicul. negatiua qualitatis,col.2. & Salicetus numer.10. verſicul. circa inhærentem. Florianus in l.2.numer.3.verſicul. tu autem dic.ff. de probationibus. & Socinus in conſil. 42. numer. 1. volum. 1. & Decius conſil.448. vis tota. numer. 9. colum. 2.Alciatus in præſumptione 38. Reg. 1. & optimè Angelus in repetitione l.ſciendum. numer. 25. verſicul. reſtat igitur ſolum. ff. de verb. obligationib. Alberic. in l.ſi verò. §. qui pro rei. verſ. ſed in qualitate intrinſeca. ff.qui ſatiſd.cogant. & Bald.in cap. final. numer. 11. verſic.ſi igitur negatur qualitas naturalis.de pręſumpt.& Fulgoſ.in d. l.2. verſ.dicite. 1.par. col. 2.ff.de probationib.

61 Confirmatur præterea † prædictum axioma, quia homo à principio fuit creatus bonus,& virtutibus plenus vt habetur in cap. princeps. diſtinction. 2. de pœnitentia:ideo conueniens eſſe videtur,vt bonus & virtutis ſtudioſus in dubio præſumatur. text.in dict.cap.ex parte tua.de ſcrutinio

tinio. & cap. final. de præſumpt. maximè ſi de præteritis operibus quæſtio ſit: tunc enim præſumitur de præſenti bonus: quia ex ſtudijs ſuis cognoſcitur puer: & conuerſatio in adoleſcentia facit præſumptionem in ſenectute. cap. ex ſtudijs. cap. cum in iuuentute. de præſumptionibus. Si verò ex præteritis operibus reſultat malum, tunc de præſenti præſumitur malus. §. final. inſtitut. de ſuſpect. tutor.

62 At vbi nec bonum, † nec malum reſultat, tunc in dubio bonus præſumitur l. omnimodo. C. de inofficioſ. teſtam. Qualitates igitur ſupradictæ naturales ſemper præſumuntur hominibus ineſſe, vt not. allegata gloſſ. in dict. cap. ſi forte. verb. ſcientiæ. de electione. in 6. & ibi Ioann. Monachus numer. 9. verſic. ſed quilibet præſumatur. column. penult. & Florianus in dict. l. 2. numer. 3. verſicul. tu autem dic clarius. ff. de probationibus. Ancharanus in cap. ſemel malus. nume. 1. verſicul. venio ad quæſtiones aliquas. column. 6. de reg. iur. in 6. & Salicetus in dict. l. actor. num. 10. verſicul. eodem modo ſi quis negat. column. ſecunda C. de probationibus. Felinus in dict. cap. final. num. 11. in gloſ. verb. idoneus. column. 4. de præſumpt. Bald. in l. 1. numer. 10. verſicul. vltimò quæritur. C. ſi omiſſ. ſit cauſa teſtament. Albericus in l. ſi verò. §. qui pro rei. verſicul. ſi in qualitate extrinſeca. ff. qui ſatiſdar. cogant. Anton. de Butr. in dict. cap. vnico numer. 12. verſicul. quandoque aliquid petit. de ſcrutinio. Maſcardus in concluſione 878. in verb. idoneus numer. 4. libr. 2. de probation. quæ concluſio procedit in homine baptizato: in alijs ſecus, in quibus propter originale peccatum, virtus animæ deſtructa eſt: & cùm nunquam reparata fuerit à ſacramento baptiſmi ſemper deſtructa præſumenda eſt, quam ſententiam tenent omnes præcitati Doctores, & in ſpecie Anton. de Butrio in dict. cap. finali numer. 11. verſicul. quæro an idoneus. column. penultima de præſumpt. Archidiacon. in dict. cap. accuſatus. nu. 5. col. 2. 6. quæſt. 5. Et ibi Bellamera num. 4. quæſt. 2. Ex quo cōſultiſsimè infertur quòd nec Iudæus, nec vllus alius infidelis in dubio præſumendus eſt bonus, cùm nunquam fuerint à ſacro baptiſmate reparati.

Erit † igitur iudicium temerarium aliquem peccatorem & delinquentem iudicare, & contra eum quen-
63 quam interrogare, quando nullâ humanâ probatione conſtat de delicto. Hoc idem voluit prohibere Chriſtus Redemptor noſter, Matth. c. 7. dum dixit: [Nolite iudicare, & non iudicabimini.] Et Paulus ad Roman. c. 14. vbi ſic: [Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?] quo loco ex mente Theophylacti, ſeruus alienus eſt, qui alteri in ſeruitutem adſcriptus eſt, non quòd tuum, inquit, ſed Dei ſit mancipium. Arguit hìc Apoſtolus eos qui propter fidei donū inſoleſcunt, & minus perfectos ambiūt iudicare. Idem probatur ex textu ſingulari in cap. Deus omnipotens. 2. quæſtion. prima, cuius hæc ſunt verba. [Deus omnipotens, vt nos à præcipitādæ ſententiæ probatione compeſceret, cùm omnia nuda & aperta ſint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquam manifeſtè cognoſceret quæ dicebantur. Vnde ipſe ait: deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed cui omnia manifeſta ſunt antequam fiant, non ideo hæc, & alia multa quæ ob prolixitatem capi-

tulo



tulo non inſeruimus, per ſe inquirere dignatus eſt: non quòd ea ignoraret, ſed vt nobis exemplum daret ne præcipites in diſcutiendis, & iudicandis negotijs eſſemus: & ne mala proximorum prius quiſquam præſumat credere, quàm probare: cuius exemplo monemur, ne ad proferendam ſentētiam vnquam præcipites ſimus, aut temerè indiligenterq; probata, & indiſcuſſa quoquomodo iudicemus, dicente veritatis voce: nolite iudicare & non iudicabimi: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & reliqua. Mala verò audita nullum moueant: nec paſsim dicta abſque certa probatione quiſquam vnquam credat, ſed ante audita diligenter inquirat: nec præcipitāter quidquam agat aliquis] hæc ille.

Quibus in locis † Deus iudices &
64 ſuperiores docet modum procedendi in puniendis criminibus, vt intelligant ipſi diffamationem delinquentis debere præcedere inquiſitionem, in qua inueſtigare debent, an infamia illa deducatur ex bono vel malo principio: & an vera vel falſa ſit. Hinc etiam vt exemplum cæteris eſſet, Chriſtus Dominus Redemptor noſter dixit de villico, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quòd diſsipaſſet bona ipſius: [Quid audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare, &c.] Hanc concluſionem determinat Innocen. III. in ſacro Concil. generali, vt habetur in cap. qualiter & quando. 2. de accuſationibus. vbi hæc leguntur: [Sed cùm ſuper exceſsibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, vt iam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſsimulari non poſsit, vel ſine periculo tolerari abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum eius exceſſus, non ex odij fomite ſed charitatis procedatur affectu, &c.] & habetur Geneſ. cap. 18. & notat. in dict. cap. Deus omnipotens. 2. quæſtio. 1. idipſum etiam probatur ex text. in cap. inquiſitionis. §. tertiæ dubitationis. de accuſationibus. verſicul. ad hæc reſpondemus, inquit enim nullum eſſe pro crimine ſuper quo aliquâ non laborat infamiâ, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum: quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere, cùm inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt. Hanc concluſionem multis exornat Dominic. de Soto, de ſigillo ſecreti 2. membr. quæſtione 6. colum. tertia, & de iuſtitia & iur. libr. quinto quæſtione 5. titul. 1. text. in cap. 1. de confeſsis. Vbi prohibetur inquiri de his criminibus occultis contra hos, qui non ſunt infamati: quam ſententiam dicit receptiſsimam eſſe per Theologos, ac vtriuſque iuris Doctores, & præter eos quos cita-
65 uimus in quinto antidoto, † ad id quòd Inquiſitores non poſsint procedere ad inquiſitionem niſi præcedat diffamatio, rumor, aut clamor delicti: tenet Nuñez de Auendaño in regul. 298. vbi refert viginti octo limitationes, & tradit notabiliter Marant. in Specul. iudic. in 6. part. titul. de denuntiatione. vbi refert nouem limitationes, & Auguſtinus de Arimino ad Angel. de Maleficijs. verbo inquiſitio, numero 57.

66 Prædicta † concluſio non ſolùm habet locum in delictis occultis, verùm etiam in publicis: etiam ſi de eis plenè conſtet, veluti: ſi reperiantur

Char

Chartulæ, ſeu, vt vocant noſtri Car-
telli in plateis, & locis publicis, in
quibus reperiuntur hæreſes de-
ſcriptę, vel ſanctiſsima crux & ima-
gines fractę, ſi tamen delinquens ſit
occultus, nec aliquod indicium, nec
ſuſpicio contra aliquem ſtrictim &
particulatim reperiatur, tunc nullo
modo Inquiſitor debet procedere
ad inquiſitionem particularem, quia
eſſet diffamare aliquem, & contra
præceptum charitatis, quod vtique
nemini violare licet ex ſupradictis.
Iudex enim nō poteſt aliquem dam-
nare ad pœnam, niſi accuſatore in-
ſtante, vel aliquo vice accuſatoris,
text. in cap. 1. de accuſationib. & ibi
DD. [Si legitimus (inquit Felix Papa)
non fuerit accuſator non fatigetur
accuſatus,] & Paulus Actor. Apoſtol.
cap. 25. [Non eſt conſuetudo Roma-
nis damnare aliquem hominem, priùſ
quam is qui accuſatur præſentes ha-
beat accuſatores, locumque defen-
dendi accipiat ad abluenda crimina
quæ ei objiciuntur.] & Beatus Am-
broſius ſuper illud 1. Corint. c. 5. de
inceſtuoſo dicit: [Iudicis non eſt ſi-
ne accuſatore damnare quemquam,
quia Dominus Iudam quod fur eſ-
ſet ſciebat, ſed quia non erat accu-
ſatus minimè eiecit:] & Ioan. cap.
8. de adultera, cui Chriſtus dixit.
[Nemo te accuſat, nec ego te con-
demnabo:] probatur etiam ex tex.
in cap. vt noſtrum. vt Eccleſiaſt. be-
nefic. l. liberorum. ff. de accuſat. l.
reſcripto. §. fin. ff. de muneribus &
67 honor. †Prædictorum enim ratio eſt,
quia iudex eſt interpres, & cuſtos
iuſtitiæ, ad quem confugiunt qui
iniuriam paſsi ſunt, tanquam ad
iuſtitiam quandam animatam, eſt
enim illa æqualis inter duos, inter
quos idem iudex iuſtitiam con-
ſtituit, quorum alter eſt actor, alius
verò reus, iudex autem inter eos eſt:
vt medium rectum in neutram par-
tem flectens ſeu inclinans: & ideo
dicitur miniſter iuſtitiæ, qui tribuit
vnicuique quod ſuum eſt. S. Thom.
2. 2. quæſtion. 63. art. 3. Ariſt. in 5. Ethi-
corum. Sotus vbi ſuprà. 2. memb. quę-
ſtion. 6. & docet B. Iſidorus in libro
Etymolog. & habetur in cap. forus. de
68 verbor. ſignificat. †Si igitur fuerit ali-
quis diffamatus & conſtiterit deli-
ctum aliquod commiſiſſe, & ortum
habuiſſe à legitimis, bonis, probis, &
fide dignis hominibus, tūc fama ſup-
plet vicem accuſatoris, & iudex po-
teſt procedere ad inquirendum con-
tra eum: tex. in cap. cum oportet. cap.
inquiſitionis. cap. qualiter & quando.
de accuſation. notat Repertorium In
quiſitor. verb. fama. & Vmbert. in iu-
diciali inquiſitorio. verb. infamia. Zā-
chin. de hæretic. cap. 11. num. 3. & ibi
Cāpeg. in verb. fama publica. Eyme-
ricus in. 2. p. Director. quæſtion. 57. &
ibidem Franc. Pegna comment. 82.
Concil. Toloſanum. cap. 16. §. illud au-
tem, relatum ab ipſo Pegna, vbi in
hæc verba deſcribit: [Diffamatus de
hæreſi, illi autem, inquit, cōcilium de-
bēt pro diffamatis haberi, cōtra quos
publica fama clamat, vel de quorum
diffamatione apud bonos & graues
coram Epiſcopo loci legitimè conſti-
terit:] Hæc ibi: tradit etiam Bart. in. l.
turpia. §. 1. num. 3. ff. de legat. 1. non
69 quælibet † autem fama ſufficiet in
hoc caſu, ſed vehemens, & grauis, quę
conſiderata facti & perſonarum qua-
litate cognoſci poteſt: vt pulchrè no-
tat Panor. in cap. inquiſitionis. §. quæ-
ſiuiſti. numer. 6. de accuſationibus.
vbi inquit, quod ſi factum graue eſt,
& perſona magni pretij, fama requi-
ritur, aut totius, aut ſaltem maio-
ris partis ciuitatis: quod ſi factum
anguſtum, & reſtrictum ad certos
homines



homines eſt, qui veriſimiliter id ſcire
debeant, maior pars illorum ſufficit
ad inducēdum famam: multis quip-
pè modis deprehendi poteſt quādo
dicatur grauis hęreſis infamiâ, quan-
do ſcilicet quis apud bonos viros ſeu
pluries, ſeu paſsim notetur infamiâ,
ea grauis, & vehemens cēſenda erit.
Si quis propterea à bonorum conſor-
tio repellatur, eumq; viri probi eui-
tent, accedantque etiam indicia, &
ſuſpiciones infamiam hæreſis augē-
tes, ea grauis quidem infamia putan-
da erit.

Rurſus ſi ſtatim poſt magnum ali-
quod delictum commiſſum fama or-
ta fuerit, verbi gratiâ: poſt dele-
tas ſanctorum imagines, combuſta
templa, violata ſacramenta, & ſimilia
ſtatim aduerſus aliquem oriatur in-
famia, illa planè grauis cenſebitur.
Sed & alijs quoque modis innote-
ſcere id poterit, quos prudens Inqui-
ſitor facilè inſpectis perſonarum, lo-
corum, & temporum circunſtantijs,
rimabitur, vt inquit Panor. vbi ſuprà:
70 hæc † tamen ſi probetur per duos te-
ſtes graues, integros, & omni exce-
ptione maiores, ſufficiēs erit ad pœ-
nam ordinariam infligendam. Bar. in
l. de minore. §. plurimū. & §. de quæ-
ſtionibus. & gloſ. communiter rece-
pta in. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus.
Salicetus in l. ea quidem. nume. 106.
verſic. ad ſeptimam. C. de accuſatio-
nib. Hanc dicit communem ſenten-
tiam Albericus in l. ea quidem, num.
24. C. de accuſat. & Marſilius ait in d.
71 §. plurimùm. num. 93. † adeò verum
eſſe duos teſtes requiri ad probatio-
nem famæ, vt ſi vnus tantùm depo-
neret, non modò non faceret ple-
nam, ſed nec ſemiplenam probatio-
72 nem, nec etiam indicium. † Quia fa-
ma eſt indicium à crimine remotum,
omne autem indicium à crimine re-
motum, debet ſaltem per duos te-
ſtes probari. gloſ. ſingul. in. l. vlt. C.
famil. erciſcund. & tradit Marſilius
73 vbi ſup. Fama † etenim vel infamia,
vt eleganter docet Innocentius in.
c. qualiter & quando. de accuſat. pro
batur hoc modo. [Teſtis dicat (in-
quit ipſe Innoc.) eum de quo agitur
de tali crimine diffamatum, & ſic
quæratur ab eo apud quos eſt infa-
matus; debet reſpondere, apud hunc
& illum, & niſi eos deſignet, non vi-
detur bonam reddere cauſam ſui di-
cti, hæc ille.] Ergo teſtes debent aſ-
ſignare cauſam ſufficientem ſui di-
cti, alias non probant, Salic. in l. ſciant
cuncti. C. de probation. quem refert
& ſequitur Alexan. conſ. 15. col. 8. vo-
lum. 1. Iaſ. in l. admonendi. ff. de iure-
iur. latè Marſil. in pract. crimin. §. di-
ligenter. num. 31. Deci. conſ. 37. num.
7. conſ. 100. num. 2. conſ. 429. num. 11.
Decian. conſ. 51. num. 121. volum. 5.
hanc ſententiam dicit communem
Corneus lib. 2. conſ. 232. & lib. 3. con-
ſil. 216. & idcirco teſtes ſuper adul-
terio deponentes, debent etiam non
interrogati reddere dicti ſui ratio-
nem. Bart. in. l. capite quinto. ff. ad le-
gem Iul. de adult. Bald. in l. ſolam.
C. de teſtibus. At ſi teſtes dicant ſe
audiuiſſe à talibus, ab his, aut ab illis
publicè dici, Lutherum imagines
ſanctorum deleuiſſe, hoc eſt, publi-
câ voce dici à populo, optimè pro-
bant. Ita Baldus in c. literas. num. 2.
de præſumpt. in c. præterea. num. 9.
& 10. de teſtibus. & in l. hæredes pa-
lam. in princip. ff. de teſtib. Iul. Clar.
in pract. criminali. §. fin. quæſt. 6. verſ.
debent etiam dicere. & Caſſadorus
deciſ. 3. num. 7. de probationib. Pari-
ſius lib. 3. conſil. 52. Ioſeph. Maſcard.
de probation. concluſ. 749. num. 9.
74 vol. 2. Iſta † autem fama quærenda
eſt in eo loco in quo verſatur aut eſt
aliquando verſatus, vt de milite in
caſtris & bello, de doctore in ſcholis

& foro, de monacho in monaſterio,
iuxta tex. in d. l. de minore. §. plurimũ
ff. de quæſtionib. ibi: vel cuius exiſti-
mationis quiſque in ciuitate. Prædi-
ctorũ ratio eſt, quia ſatis mouere de-
bet iudicem publica fama, quòd ali-
quis commiſerit aliquod delictum, vt
procedat ad inquiſitionem veritatis,
ſatisfaciat Reipublicæ, & publico
ſcandalo: aliàs enim malefaceret, vt
patet Heli ſacerdotis exemplo, qui li
cet in ſe bonus fuerit, quia tamen fi-
liorum exceſſus efficaciter non cor-
ripuit, & in ſe pariter, & in ipſis auer-
ſionis diuinæ vindictã excepit, dum
filijs eius in bello peremptis, ipſe de
ſella corruens, fractis ceruicibus ex-
ſpirauit.

75 Sola tamen fama † in criminalibus
ad capitaliter damnandum non ſuf-
ficit, vt tradit Paris de Puteo in tra-
ctat. de ſyndic. verb. ratificatio. ver-
ſic. quidam latro famoſus. Boſsius in
tit. de inquiſitione. nu. 29. & 30. Gan-
dinus in rubr. qui ad famæ probatio-
nem poſsint, &c. num. 15. Bonifacius
Vitalinus in rubr. de teſtib. qui repel-
li poſsit. nu. 61. qui vnanimi voto con
cludunt neminẽ ex præſumptionib.
& indicijs, etiam indubitatis, diffini-
tiuè damnari poſſe. Boeri. deciſ. 164.
& præſertim in criminalibus, vbi re-
quirũtur probationes luce meridia-
nâ clariores. tex. in l. ſciant cuncti.
C. de probationibus. & ibi Salicet.
concordat verb. tenus. c. ſciant cun-
cti, 2. quæſt. 8. c. Epiphanium presby-
terum. 5. q. 6. l. qui ſententiam. C. de
pœnis. l. ſingulæ. C. de accuſat. l. addi-
ctos. C. de appellat. optimè Iodoc.
Damhoud. in pract. crimin. c. 49. nu.
8. & cap. 54. num. 5. Gandin. in rubric.
de præſumptionib. & indic. tot. titu.
Boſsius in pract. crimi. verb. circa igi-
tur tertium. nume. 17. & Folerius in
pract. crimin. 2. part. 2. partis, in rubr.
dẽtur capitula quod ſuffocauit vxo-
rem in verb. fiſcus. num. 21. Paul. de
Caſtr. conſ. 199. Spec. in titu. de iura-
mento delat. verſ. ſecũdum eſt, & tit.
de teſte. §. 2. verſ. quis ſit criminali-
ter, & tit. de probationibus. §. 1. poſt
verſ. vltimò quæritur, & alij plures
quos conſultò omitto.

76 Cæterùm † ſi notorium eſt deli-
ctum, & de delinquẽte conſtat, tunc
notorij notitia, & euidentia quæ non
poteſt vllà tergiuerſatione celari, ha-
betur loco accuſatoris. tex. in c. eui-
dẽtia. de accuſat. ibi: [Euidẽtia patra-
ti ſceleris, nõ indiget clamore accuſa
toris,] vt putà facta corã populo vel
illius maiori parte. c. manifeſta. 2. q. 1.
c. de manifeſta, eâd. cauſ. & q. c. ſuper
eo. de teſtib. cogend. l. ea quidẽ. C. de
accuſat. tradit poſt alios Anton. Go-
mez Variarũ reſolutionum tom. 3. tit.
de delictis. cap. 1. nu. 41. Iul. Clar. in
pract. §. final. q. 9. in princip. Tunc iu-
dex procedere poterit ad inquiſitio-
nem per receptionem teſtium con-
tra particularẽ perſonam, Lucerna
Inquiſitorum. verb. notorium: & ibi
Additionat. Zanchin. in tract. de hæ-
ret. cap. 12. num. 1. gloſ. in c. ad abolen-
dam. §. præſenti. verb. deprehenſus.
de hæret. & Panor. & Felinus. & DD.
in d. c. euidentia. de accuſationibus.

77 † Nam notoriũ, quod vocatur à DD.
notorium facti, eſt cuius teſtis eſt po-
pulus, & diſsimulationi ſiue inficia-
tioni non eſt locus. DD. not. in Clem.
paſtoralis. de ſent. & re iudicat. illud
quod nõ poſsit aliquatenus offuſca-
ri, & quod ſit indubitatum ſecũdum
comm. vſum. Capra in 2. memb. prin-
cipal. de notorio. in ſuis Regulis fol.
78. Decia. conſ. 11. nu. 19. col. 2. Franc.
Viuius in 2. tom. comm. opinio. verb.
notorium opin. 548. nu. 1. Bal. in l. ci-
ues. C. de appellat. Anton. Burgus in
c. ad noſtrum. nu. 27. de empt. & ven-
dit. Ioann. Iacob. de Leonard. inter
conſ. Bruni, conſ. 117. n. 176. Menoc.





15. remedio recuperãdę poſſeſsionis.
nu. 261. in tract. & de arbitrarijs quæ-
78 ſtionib. lib. 2. caſ. 166. num. 4. † Vnde
etiam Deus omnipotens, cui omnia
ſunt nota, non caſtigat ſine accuſato-
re, ſaltem ſine conſciẽtia peccatoris,
ſecundùm illud Pauli ad Roma. [Te-
ſtimonium illis reddente conſcientiâ
ipſorum,] & in iudicio finali ſtabunt
quemadmodum accuſatores publici,
vt habetur Matth. cap. 12. [Viri Ni-
niuitę ſurgent in iudicio cum gene-
ratione iſta, & condemnabunt eam,
quia pœnitentiam egerunt in prædi-
catione Ionæ, &c.]

79 Si autem † crimina vergũt in gra-
ue damnum, & pręiudicium Reipub.
(vt ſuprà diximus) tunc denunciatio-
nes habentur loco accuſatoris, & po-
teſt iudex procedere ad inquiſitionẽ
particularem contra eũ, qui tam gra-
uiter eſt diffamatus, tunc enim ſuf-
ficit vnus teſtis in hoc crimine cum
fama, ad hoc vt Inquiſitor poſsit pro-
cedere contra aliquem. tex. in Clem.
1. de offic. ordinar. vbi Zabarella, &
Ioann. de Imola cæteriq́; ſcribentes,
quia vnus teſtis facit eum ſuſpectum
& poteſt procedi ad inquirendum: ſi
tamen fama fuit denunciata à teſte.
Eymericus in 3. p. Directorij q. 61. &
ibid. Franc. Pegna, tit. de quæſtionib.
ſeu tormentis, verſ. ſecunda regula
eſt. per text. in c. præterea. de teſtib.
gl. in l. 3. verb. cõuictus. C. ad leg. Iul.
maieſt. vbi Cinus, Bart. Albericus,
Bald. Salicetus, & communiter Do-
ctores. text. in l. de minore. §. tormen-
ta, vbi gloſſ. Bart. & DD. ff. de quæ-
ſtionib. Anto. Gomez tom. 3. Var. re-
ſol. cap. 13. num. 7. & 10. & Carrerius
in practica crimin. num. 110. & 111.

80 Probatur præterea † hoc crimen
hæreſis per confeſsionem rei, vt ſi
quis dicat ipſum habuiſſe, vel habere
errorem in intellectu contra fidem,
quæ ſententia non ſolùm in hoc cri-
mine hæreſis procedit, verumetiam
in alijs grauiſsimis criminibus in per-
niciem Reipublicæ contractis. Hanc
ſententiam tenet Dominicus de So-
tò de tegend. & detegend. ſecreto.
mẽb. 2. q. 6. conclu. 3. nã per propriam
confeſsionem optimè quis cõuinci-
tur, vt deducitur ex l. obſeruare. C.
quor. appell. nõ recip. l. ſi confeſſus. ff.
de cuſtod. & exhibit. reor. l. 1. §. ſi quis
vltro. ff. de quæſtionib. & quòd ex
ipſa confeſsione quis probetur hære
ticus, tradit Archidiac. in c. quicum-
que. nume. 2. de hæretic. in 6. Bald.
in l. ſi quis non dicam rapere. in prin-
cip. verſ. venio ad accuſationem, ibi:
iſtud tamẽ fallit in hæreſi. C. de Epi-
ſcop. & cleric. idem tenet, & ſequitur
Ludouic. Carrer. in tract. de hær. nu.
85. verſ. item prædictas perſonas pu-
nire, ſic quoq; ſenſit Gundiſal. tract.
de hæreticis, in q. 13. nu. 1. Nicol. Are-
letanus tract. de hæret. in 2. notab. in
c. commenda memoriæ. nu. 2. verſ. in
crimine tamen hæreſis ſola cõfeſsio.
hoc quidem probat Ioann. Calderi-
nus tract. de hæret. cap. 12. nu. 1. verſ.
81 3. titu. quot & quibus modis. † Con-
feſsio namq́; inter omnes probatio-
num ſpecies obtinet principatum, &
ad eruendam illam, poteſt procedi
ad torturam illius, qui huius criminis
reus eſt. Auguſtinus Beroius in c. at ſi
clerici. de iudic. n. 91. cũ plurib. ſeqq.
tamen Proſper Farin. lib. 1. quæſt. tit.
de inquiſitione. q. 2. num. 25. ampliat
hanc concluſionem, & tenet habere
locum etiam in confeſsione extra-
iudiciali, & in ſpecie in crimine La-
miarum, quia eo ipſo quòd dicant ſe
proceſsiſſe ad ludos, poſſunt abſque
alio condemnari. Felinus in c. olim.
nu. 6. de reſcript. Franc. Viuius tom. 1.
comm. opinion. opin. 137. nu. 6. Car-
dinal. Alban. ad Bart. in l. 1. num. 34. ff.
de offic. conſul. Conradus titu. de in-
quiſitione nu. 26. in fin. Albertin. de

agnoſcend. aſſertion. Cathol. q. 25. in 1.dubio.nu.1.vbi dicit:quod ſi Lamiæ fateantur hæreſim, vt putà dicendo ſe abnegaſſe Chriſtum,& dæmonis clientelæ ſe dedidiſſe,ſiue, vt loquuntur, ſe dæmoni feciſſe homagiũ,vel ſe in alia quàm in Chriſti fide ſpem ſalutis collocaſſe,& huiuſmodi, quæ verificari non poſſunt extrinſecus,ſed in ſola voluntate conſiſtunt, tunc ex ſola confeſsione poteſt,abſq; aliâ extrinſecâ probatione,ſequi cõdemnatio. Secus, ſi fateantur infantes vnũ,vel plures ſuis maleficijs occidiſſe,tùnc enim eis non eſt credendum,niſi verè, & realiter illos fuiſſe occiſos aliter conſtet, quàm ex eius confeſsione. Ex illa ergo ſola confeſsione hæreſis ad condemnationem
82 Lamiarum deueniri poteſt, † licet aliàs nemo ſolâ confeſsione damnari poſsit, quando aliter de delicto non conſtet,vt probat text.in l.1. §. item illud.ff.ad Syllania.Bal. in authẽt.ſed nouo iure.num.5.C. de ſeru.fugitiu. Angel.in l.1.C. de confeſſ.atque Angel.de Maleficijs.verb.& veſtem cæleſtem abſtulit. verſ. quod ſi aliquis confitetur ſe plura facta.in 12.col.Iaſon.in l.error.col.3.C.de iuris,& facti ignorantia.Marſil.in pract. crimin. in
83 princip.ſub num.5.† Nihilominus in hæreſis crimine(vt diximus) ad condemnationem ſola confeſsio ſufficit, quoniam aliter de huiuſmodi delicto conſtare non poteſt,quàm per ſolam cõfeſsionem. Solus enim Deus ſcrutator eſt cordis,vt ait Bal.in d.l.ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & cleric.& ſequitur Felinus in c. auditis.col.15.& ſeqq.in tit.de præſumpt. Paris de Puteo in tract. de ſyndicat. verb. nunc videndum.nu.1. debent tamen præcedere indicia adeò vehementia,vt indubitata ſint,vbi autem indubitata eſſent ſufficerent ad torturam: ita tenet Gundiſaluus vbi ſuprà q.13.nu.2.ex autoritate Ioann. Andreæ ad Speculat.tit.de probat.in fin.& in tit.de notorijs criminib.quæ autem ſint indicia indubitata, arbitrio iudicis relinquitur.l.3.§.eiuſdem quoque. ff. de teſtibus.Bart. in l.vlti. num.5.& ibidem pleniùs Marſil. nu. 4.ff.de quæſtionib. Menoch.de arbitrarijs iudicum.caſ.270.n.3.lib.2.Centuria 3.Gundiſaluus vbi ſuprà.nu.3. quo in loco Bart. nõnulla affert exẽpla ad inſtruendos iudices.

84 Probatur quoq; † aliquis hæreticus ex aliqua ipſius ſcriptura, in qua dicat aliquid credere quod hæreticum ſit:ita Felinus in c. cùm in Eccleſijs. num.4.de maiorit.& obedientia.hoc idem voluit Simanc.de Cathol.inſti. tit.51.nu.14.verſ.poteſt hæreſis probari:vel etiam per inſtrumentũ poteſt probari hæreſis crimen:vtpotè, ſi apud aliquem reperiantur libri improbatæ lectionis, ſecundum Archidiac.& Ioann.Andr. in c.filij.de hær. tex.in l.2.ff.quorũ appellationes non recipiantur:& notatur in l. cõtra negãtem.C.ad leg.Aquil.& l.inficiatus. ff.ad Turpillianum.Cald. in tract. de hæret. c. 12. poſt nu.2.Debet tamen priùs prædictum inſtrumentum recognoſci authenticum.Authent.cõtra qui propriam. C. de non numer. pecun.Simanc.in d.tract. de Cathol. inſtit.titu.51. nu. 14. Hoc tamen intelligi debet verum, ſi cum inſtrumento adſint aliæ coniecturæ per quas Inquiſitor animum ſuum informet.Gundiſaluus in tract.de hæretic. quæſt.13.num.19.

85 Rurſus hæreticus † probatur per facti euidẽtiam, vt quia publicè quis hæreſim prædicauit.gloſſ.in c.ad abolendam.ſuper verb.deprehenſus. de hæreticis:argum.l.palam.§.vlt. ff. de ritu nuptiar.Hoſtienſ.in d. c.ad abolendam num.6.& in c. excommunicamus.2.nu.4.ſuper verb. deprehẽſi. & ibi



& ibi Guidus Baijs in capit. quicunque num.6.verſic. nam factis præſumitur de affectu.de hæret.in 6.argument. l. dolum. C. de dolo.& in cap. qui viderit. & cap.ſicut.num.23.q.5. cap.nuper.de bigam. Eymericus in 2. part. Director. quæſt. 50. num.3. verſic. factis autem. & ibi Franc. Pegna comm.75. Calderinus tract. de hæret.cap.12.num.2.in rubric. quot & quibus mod. per cap. priuſquam. 28.diſtinct. iunctâ ibi gloſſ. vltim. ac gloſſ. in cap.nullus dubitat. de præſumptionib.cap.ſuper quibuſdam.in princip. iunctâ ibi gloſſ. 1. in princip.de verbor. ſignificat. Euidentiſsima enim eſt probatio quæ ipſo facto fit. gloſſ. in cap. Deus omnipotens. in §.quoniam.verb.iudicis non ſedentis. 2. quæſt. 1.& l.2. in fin. ibi: aſpectu atrox. ff. de ferijs.Archidiac. in d.cap. quicumque num. 8. verſic. nam probatur euidentiſsimè.de hæret.in 6.

Ne igitur videamur vagari,& extra inſtitutum procedere eò vnde digreſsi ſumus, redeamus. Atque in primis proſequamur quæſtionem il-
86 lam.† An contractâ aliquâ ſuſpicione contra aliquem, ex eo quòd fecerit aut ſcripſerit aliquid hæreticum contra fidem, poſsint Inquiſitores procedere ad inquiſitionem ſpecialem,veluti ſi reuulſa imago alicuius Sancti, vel libelli hæretici adfixi,aut iacentes reperiantur, propiùs illic vbi delictum commiſſum fuit aliquâ horâ inſolitâ, aliæ circunſtantiæ ad inducendum delictum promineant, quæ iuſto, & prudenti iudici ſufficientia indicia viſa fuerint; poterit tunc Inquiſitor procedere ad inquiſitionem, iuxta Innoc. doctrinam. in cap. cum oporteat. & ibi gloſſ. de accuſationib. Speculat. titu. de inquiſitione. §. 2. verb. per ſuſpicionem. etiã Repertorium Inquiſitor. verb. ſuſpicio. ibid. & text. in d.cap.excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hæretic. vbi ſcribentes. text.in cap. vt officium. de hæretic. in 6. Simancas de Cathol. inſtit.titu. de præſumptionib. nu.18. & ſeqq.

87 Hoc namq; † crimen hæreſis etiam probari præſumptionibus,& indicijs poſſe, tenet Gundiſaluus vbi ſuprà quæſt.13.num.21.Ioann.Andreas in d.c. excommunicamus. §.adijcimus. & in §.volumus igitur. de hæreticis. Eymericus in 3.part. Directorij q.61. num.2.verſ.quibus autem indicijs.& ibidem Franc. Pegna comment.110. Prout quodlibet crimen per indicia probari poteſt. text.in l.final. C. de probationibus.Ioann.Andreas in additione ad Speculator.circa finem in titu. de probationibus. Non tamen minores ac leuiores probationes ſufficiũt,vt in alijs criminib: quod perperam voluit probare Iul. Clar. in pract. criminal. §. hæreſis. verſic. habet etiam hoc crimen libr. 5. motus ex dicto cap.in fidei fauorem.de hæretic.in 6. cuius ſententiam ſequuntur communiter doctores:& Boſsius in titu.de hæretic.nume.5. verſic. ad hoc quod leuiores.num.6.Carrerius in tract. de hæreticis num. 116. verſ.
88 & nota.† Ego autem falſum eſſe cẽſeo, probationes in crimine hæreſis leuiores quàm in alijs criminibus ſufficere, nam propter grauitatem præiudicij, requiruntur euidentiſsimæ coniecturæ.optimè Simãcas tit. 51.de probationib. num.11. Ambroſius Epiſtola 84. Iſidor.lib.2.de Eccleſiaſticis beneficijs.capit.23. Rabanus lib.2.de inſtit. clericorum c. 57. titu. 12. cap.2. l.2. C.de hæret.lib.6. quæſt. 13.num.28. Conradus Brunus lib.4. de hæretic. cap. 9. Simancas vbi ſuprà, de præſumption. & ſuſpicionib. numer.28. Non enim ex leuibus ſignis moueri debemus aduerſus Catholi-

tholicos, quibus iniuria fit, ſi malam
opinionem de illis habuerimus abſq;
89 iuſta, & probabili cauſa, † imò iudi-
cium temerariũ illud ducerem quo
quis indubitatè iudicaretur hæreti-
cus ex leuibus coniecturis. text. in c.
eſtote. de regul. iur. [ Eſtote (inquit
Beda) miſericordes, &c.] in hoc loco
nihil aliud nobis pręcipi exiſtimo, ni-
ſi vt ea facta quæ dubia ſunt, quo ani-
mo fiant in meliorem partem inter-
pretemur: quod enim ſcriptum eſt:
[Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos,]
de manifeſtis dictũ eſt, quæ non poſ-
ſunt bono animo fieri, vt eſt ſtuprum
blaſphemiæ, furta, ebrietates, & ſimi
lia, de quibus nobis permittitur iudi-
care. ita Alciat. in Reg. 3. præſumpt. 1.
nu. 3. vbi latè, quia ſecretorum Deus
iudex eſt, & cognitor. capit. erube-
ſcant. 32. diſtinct. cap. Chriſtianæ.
32. quæſt. 5. cap. conſuluiſti. 2. quæſt.
5. S. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 2. Caie-
tanus in ſum. verb. ſuſpicio. Dominic.
Soto lib. 3. de iuſtitia & iure. quæſt.
4. artic. 3. quanuis autem quodlibet
crimen poſsit probari per indicia, vt
latè proſequitur Ioann. Andreas in
addition. ad Speculat. in titu. de pro-
90 bationib. circa finẽ; † tamen quo ma-
gis crimen eſt grauius, eò maiores
præſumptiones, & euidentiora indi-
cia requirit. ſic probat text. cum
gloſſ. in cap. literas. de præſumptio-
nib. & ibi not. Abbas, quem ſequi-
tur Gundiſaluus vbi ſuprà q. 15. num.
21. Franc. Pegna in 2. part. Directorij
Inquiſitorum, tit. de præſumptionib.
& Simancas vbi ſuprà. Sola igitur ſu-
ſpicio nõ ſufficit ad condemnationẽ,
ſed ad purgationẽ indicendam. Ho-
ſtienſ. in c. excommunicamus. §. qui
autem. nu. 1. Archidiacon. in d. cap. vt
officium. §. verũ quia. nu. 7. verſ. ſcias
quod Innocent. de hæret. in 6. & alij
quos refert Iul. Clar. in pract. crimin.
in §. vlt. q. 6. verſ. item ſcias.

91 Sæpè aliqui occultè † tranſmittunt
libellum compoſitum, continentem
in ſe hęreſes ſubreptitio modo, clam,
aut clauſo libello, per modum Epiſto
læ, ſine ſubſcriptione accuſatoris, ſeu
delatoris, in quo alios conteſtes no-
minant ad illas probandum; quæri
tunc ſolet, an hoc ſit ſufficiens indi-
cium ad inquirendum contra ali-
quem. Ex ſupradictis facilè hæc quæ-
ſtio dilui poteſt: nam ſi abſque accu-
ſatore, ſeu delatore, aut denũciatio-
ne, cum qualitatibus ſupradictis, aut
fama, tam ex ſacra pagina, & Euan-
gelica deciſione, quàm ex iure Pon-
tificio probatum eſt, Inquiſitores
non poſſe procedere ad inquiren-
dum de crimine hæreſis, vt Ambro-
ſius ſuper illud. 1. Corinth. cap. 5. ait,
& Ioan. c. 8. de adultera, cui Chriſtus
dixit: [Nemo te condemnauit, neq;
ego te condemnabo] cap. 1. de accu-
ſat. cum alijs ſuprà allegatis. cap. qua-
liter & quando. 2. de accuſat. & ibi
Marian. Socin. in cap. inquiſitionis.
eod. titu. & in cap. 1. & 2. de accuſat.
lib. 6. cap. licet Heli. de ſimonia. cap.
omnipotens. 2. q. 1. Simanc. in Enchi-
rid. titu. 22. nume. 8. & plenè diximus
in quinto Antidoto, minimè Inquiſi-
tores in hoc caſu procedere poſſunt.
Moueor, & aliâ non pœnitendâ ra-
tione, quia in porrectione huius li-
belli maxima imminet ſuſpicio falſi-
tatis, quod in eo non manifeſtetur
nomen denunciantis, ex quo ſolo fa-
cilè colligi poteſt, malo animo, & ca-
lumnioſè, non zelo domus Dei hu-
iuſmodi denunciationem fieri: quia
non licet in tanto crimine cum alte-
rius iniuria vagari. l. Prætor. in princ.
vbi gloſſ. in verb. certum. ff. de iniu-
rijs. l. item exigit. ff. de dolo. Bald. in. l.
licet gratis. §. poſſumus. per illũ text.
ibi: vt certi hominis factum argua-
mus. eod. titu. de iniurijs, & famoſ. li-
bel. aliàs enim tolleretur defenſio in-
quiſit.



quiſit. maximè cum falſitas per con-
iecturas probetur, & ſola ſuſpicio fal-
ſitatis habeatur pro falſitate, ne in-
ſtrumento fides detur: ita Dec. con-
ſil. 448. num. 28. & conſil. 602. num.
7. Grammat. conſi. 30. col. 1. Calcan.
conſil. 27. col. penult. Anan. conſil.
49. Crauet. conſil. 134. num. 39. Ruin.
conſ. 35. num. 9. volum. 4. Abb. con-
ſil. 99. num. 2. dum inquit, quòd quan-
do ſuſpiciones oriuntur ex vitio
viſibili ipſius ſcripturæ procedit illa
opinio communis, quòd ſuſpicio ha-
beatur pro plena probatione, aliàs
ſecus.

Verùm contrariam ſententiam ve-
92 riorem cenſeo, imò † quod iuſtè poſ-
ſint Inquiſitores ſine præiudicio de-
nunciati inquirere in hoc crimine
hæreſis propter indicia, & ſuſpicio-
nes, & præſumptiones veriſimiles
nullâ præcedente diffamatione ad
inquiſitionẽ. c. excommunicamus. 1.
§. adijcimus. vbi Cardinal. & Ioann.
de Anan. & Felinus. text. in c. vt offi-
cium. in princip. eod. tit. lib. 6. & illic
Dominicus, & Philippus Francus de
hæret. Bart. in extrauag. ad reprimẽ-
dum. in verb. inquiſitionem. quom.
in crimi. læſæ maieſtatis. in vſib. feud.
& idem Bart. in l. congruit. ff. de offi-
cio præſidis. Bald. in l. iubemus. C. de
probat. Alciatus in c. 1. de officio or-
din. num. 49. Cardinal. in Clement. 1.
§. penultim. & in Clemen. 2. in 2. q. de
hæretic. Auguſt. de Arimin. in addit.
ad Angel. de maleficijs verb. hæc eſt
quædam inquiſitio. nu. 58. Carrer. in
pract. criminal. de hæret. num. 100.
Poſſeuinius in tract. de hære. nu. 104.
Dueñ. Reg. 298. in 9. limitat. Boſ-
ſius in tit. de hæret. num. 6. Rolandus
conſ. 8. num. 6. volum. 3. Menochius
conſil. 100. num. 97. libr. 1. Decianus
conſil. 18. num. 43. verſic. at in cauſa
hæreſis. lib. 1. & dicit comm. eſſe opi-
nionem. Felinus in cap. qualiter, &
quando. in princip. in vltimis verbis:
quem refert Iul. Clar. dict. quæſt. 6.
verſicu. item ſcias. Simancas de Ca-
thol. inſtit. titu. 44. nume. 9. & in En-
chirid. titu. 22. de inquiſitionis ordi-
ne. num. 6. & 7. vbi inquit, quòd licet
inquiſitio ſpecialis contra certas per
ſonas fieri nõ debeat niſi præceden-
te infamiâ, cùm non leuis irrogetur
iniuria homini non infamato, ſi con-
tra eum ſpeciatim inquiratur, per
dictum. c. qualiter, & quando de ac-
cuſationib. cum alijs ſuprà adductis.
Hoc tamen non habet locum quan-
do exſtant indicia, & pręſumptiones
vrgentes, contra quempiam de hæ-
reſi ſuſpectum, quo caſu nulla ei fit
iniuria ſi ſecretò de indicijs illis, &
præſumptionibus, cautè tamen in-
quiratur, quanuis nulla præcedat fa-
ma. c. excõmunicamus. §. adijcimus.
vbi omnes interpretes de hæreti. &
capit. vt officium. in princip. & illic
Philippus Francus, de hæreticis eo-
dem titu. lib. 6. nec hoc mirum vide-
ri debet, cùm hoc crimen grauiſſi-
mum ſit contra Deum, & eius offen-
ſam, & in graue damnum totius Rei-
publicæ, quod præferri debet bono
ſingulari maximè in hoc caſu, cùm
non inferatur damnum infamiæ, non
teſtes interrogentur in ſpecie, nec
ſuper ſpeciali errore ſed in genere: &
ſic debent intelligi iura adducta pro
parte negatiua, in principio huius
quæſtionis, prout fit in publicatio-
93 ne edicti fidei generalis. † Pro cuius
intelligentia in primis eſt notãdum
in hac materia triplici poſſe quis
de hæreſi denunciari. Primò, per de-
nunciationem occultè, ſine nomi-
ne, & ſubſcriptione accuſatoris, vel
denunciatoris. Secundò, quando
non aſsignantur teſtes in libello de-
nunciationis, & tunc nõ debet pro-
cedere Inquiſitor ad inquirendum,
cùm non conſtet de denunciante;

nec nominentur teſtes per quos poſsit crimen comprobari. Tertiò, quando in tali denunciatione nominantur aliqui teſtes in libello, & dicitur eos ſcire aliquem eſſe hæreticum: hoc tamen caſu procedere poſſunt Inquiſitores ad examinationem teſtiũ in libello nominatorum, quia multoties denunciantes timore inducti aut amicitiâ ſuperati, non au-
94 dent publicè reuelare: † magnâ certè in admittendis huiuſmodi denunciationibus prudentiâ ac cautelâ vti debent Inquiſitores. Debent tamen hoc in caſu teſtes nominatos in libello examinare, & generaliter interrogare, an aliquis commiſerit aliquod delictum contra fidem, & ſi dixerint teſtes ſe neſcire, interrogẽtur, an audierint ab aliquo talia, & talia prout continentur in libello, ſi dixerint ſe audiuiſſe quicquam in eum, qui denunciatus eſt in libello occulto; bene quidem, & tunc procedent ad examinationem aliorum teſtium: ita tamen, vt nullo modo denunciati nomen declaretur ab inquiſitoribus, nec circunſtantiæ per quas teſtes deponentes cognoſcere poſsint reum denunciatum. Si verò negauerint ſe audiuiſſe, interrogentur in genere de loco, & tempore: videlicet, an audiuerint verba, facta, aut propoſitiones in libello expreſſas, in illa ciuitate, in tali anno, aut menſe, tunc proculdubio apparebit falſitas, & iniquitas denunciantis, & fama denunciati integra, & ſalua remanebit, quæ omnia valdè ad practicam faciunt.

95 Alioquin, etiam † ſi Inquiſitoribus conſtet aliquem hæreticum eſſe, & occultè deliquiſſe, non poſſunt contra illum procedere: quia vices ſubirent duarum perſonarum. text. in c. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1. vbi licet Deus noſſet peccata Sodomorum, non ſtatim illos condemnauit, ſed dixit: [Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita] & habetur Geneſ. 18. & Prouer. 12. & Iob. 28. copioſè Ioann. de Turre-cremat. in d. cap. Deus omnipotens. à nume. 2. & ſequent. & ibidem Archidiacon. quæ Chriſtus confirmauit in Iuda, quem ſceleratiſsimum nouerat, & tamen ſine accuſatore vt ſuprà diximus non condemnauit, nec quidẽ reuelauit, imò ei Euchariſtiam dedit. cap. cum omne. cap. illud. de conſecration. diſt. 2. cap. ſicut Chriſtus. 1. quæſt. 1. cap. ſi ſacerdos. de officio iud... ordin. ſic igitur clamore, & rumore publico inſtante, procedit Deus ad inquirendum, vt ipſe omnibus iudicibus
96 exemplum ſit. † Poterit tamen Inquiſitor denunciare, quem nouerit delinquentem Inquiſitori conſocio, vt procedat ad inquirendum contra illum.

97 Hinc inferri poſsit, † an ſocius criminis admitti debeat ad accuſandũ, & teſtificandum. Negatiuam vt agitemus eiuſmodi ſocium non admittendum eſſe, probatur in l. ſi filium. C. de liberal. cauſa. in c. nemini. 15. q. 3. Specul. in titu. de accuſatore. §. 1. verſ. item repellitur, quia fuit ſocius. num. 10. qui allegat. c. veniens. 1. de teſtib. vbi ſocius criminis repellitur à teſtimonio ferendo contra ſocium, quod etiam probatur in l. quoniam. C. eod. titu. de teſtib. argumentum enim valet de teſte ad accuſatorem.

80 Hinc † & illud prouenit ſocium criminis non poſſe contra ſocium torqueri. l. repetitio. §. vlt. de quæſtionib. imò, & confeſsio ſocij criminis non præiudicat ſocio. c. 1. de confeſsis, & quòd non poſsit accuſare tenet etiã Gandin. in tract. maleficiorum in rubric. qui poſsint accuſare. & Goffredus in tractat. libelli iuris Pontif. ſub rubric. ſocij ciminis. Decia. in tom. 1. tract. criminal. lib. 3. cap. 19. nume. 1. & 2. l. 1. §. D. Antoninus. ff. de quæſtio. l. final. C. de accuſationib. l. quia liberis. C. de teſtib. Bald. in l. 1. num. 5. in fin. C. de ſumma Trinit. & fide Catholic. & in rubric. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. qui accuſare. vbi gloſ. in verb. vt mulier. circa finem. ff. de accuſationib. Raphael Fulgoſius conſ. 173. in cauſa inquiſitionis. in princip. Ægidius Boſsius in pract. tit. de indicio ante torturam. nu. 151. & tit. de tortura teſtium. nu. 3. text. in l. 21. tit. 16. part. 3. cuius ratio eſt, quia fortè veniã ſperans, fauore, vel priuilegio alterius illum falsè nominaret, vel fortè odio, & inimicitiâ, vt eodem pereat ſupplicio: ita probat text. in d. l. fin. C. de accuſat. Angel. de malef. verbo, & ad querelam Titij. verſ. decimò nonò repellitur, & ibi Auguſt. de Arim. in additionibus.

99 Verùm in criminibus † exceptis, ſocij criminis admittũtur vt puta in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, & Simoniæ, ab accuſando nõ repellũtur, & in ſpecie in crimine hæreſis eſt tex. in c. in fidei fauorem. lib. 6. vt tradit Gigas de crimin. læſæ maieſt. lib. 2. rubric. qui accuſare poſſunt in crimine læſæ maieſtatis. q. 5. Villadiego de hæreticis q. 13. nu. 15. Anton. Gomez lib. 3. reſolutionum. cap. 12. num. 16. Simanc. de Cathol. inſtit. cap. 62. num. 3. idem in tract. contra Zanchinum: Iacobus Nouellus in tract. ad defenſionem omnium reorũ, aduerſus quaſcumque accuſationes in tit. quæ perſonæ accuſari non poſſunt. num. 34. verſ. fallit tamen in crimine Simoniæ. Eymericus in 3. p. Directorij q. 64. & ibidem Franc. Pegna com. 113. Zanchinus in tractat. de hæret. cap. 13. Bernard Comenſ. in Lucerna Inquiſitorũ verb. teſtis. §. 18. Panor. in c. licet Heli, de Simonia. num. 20. & per gloſſ. in verb. indifferenter. Bald. conſ. 95. lib. 1. col. 1. Boer. quæſt. 319. num. 2. Specul. in titu. de accuſat. in princip. verſic. item repellitur. Grammat. conſ. 35. num. 25. Menochius conſ. 101. nume. 28. Vmbert. in Iudicial. Inquiſitorum verb. excommunicari. num. 4. Cardinal. Albanus in lucubratione ad Bart. in l. 1. num. 41. ff. de beneficio conſulis.

100 Hinc deueniri † poteſt ad quæſtionem illam, an reperto homine occiſo, abſq; notitia percuſſoris poſſint iudices procedere ad inquiſitionem, interrogando teſtes ad inueniendum patrati delicti autorem. Ex ſupradictis quæſtio hæc redditur difficilis, ſed aliquibus tamen medijs, & ſententijs hinc inde interpoſitis facili viâ veritas illius aperiatur.

101 Primò, idq; in partem affirmãdi † iudices poſſe inquirere, imò, & quod teneantur quotieſcumque crimen eſt publicum, & notorium, & teſtes etiam ad patefaciendam veritatem cum iuridicè interrogentur, tenent Innoc. IIII. in c. bonæ. de elect. & ibi Panor. col. 4. Imola col. 5. Bart. l. 2. ff. ad legem Iul. de adulter. nu. 17. & apertius l. fi. de quæſtio. & ibid. Alex. gloſ. in can. quidam maligni. 5. q. 1. & in c. qualiter & quando, de accuſation. Nauarr. inter verba concl. 6. nu. 121. & 124. quorum ſententia probatur: primò, ex eo, quia huiuſmodi inquiſitio per iudices facta, ac eorundem interrogatio generalis, & nõ ſpecialis eſt, pro inſtructione magiſtratus, & iudicũ ad inueſtigandũ delictum, vt tradit Boſsius in tit. de inquiſitione. nu. 2. Menochius in tract. de præſumpt. lib. 1. q. 88. num. 7. Bart. in l. 2. §. de publico. ff. ad leg. Iuliam de adulterijs. Angel. Aretinus in tracta. malefic. in verb. hæc eſt quædam inquiſitio. Gandinus in tract. malefic. titu.

titul. quomodo de malefic. cogno-
ſcatur.Blancus in pract.crim.in prin-
cip.nu.28. & 29. Marſilius in practic.
criminal. §. conſtante. Robert. Ma-
rant.in practic. ciuili part. 6. in prin-
cip. numero 7. & alij quos recenſet
Ægidius Boſsius in præcitato loco.
Nō enim interrogat iudex an Petrus
vel Martinus occiderit hominem,ſed
interrogatiuè dicit, quis occiderit
aut patrauerit delictum ? quæ cùm
generalis ſit inquiſitio vtique fieri
poteſt.

Secundò † euidentia patrati ſcele-
102 ris non indiget clamore accuſatoris.
text.in c. euidentia.de accuſationi-
bus.gloſſ. in c.2. de verborum ſigni-
fic.lib.6.in verb. manifeſtum.Panor.
in d.c.euidentia. & ibi communiter
ſcribentes,ſed in hoc caſu eſt euidē-
tia delicti commiſsi, cùm conſtet de
homine occiſo,ergo procedi poteſt,
ac ſi eſſet accuſator.

Tertiò inſurgit ratio pro prædicta
concluſione à conſuetudine quæ iu-
ris interpretatio eſt,imò pro lege ha-
betur. tex. in c.videtur, qui matrim.
accuſat.poſſ.c.in his.11.diſt.c.diutur
ni.12.diſt.in.c.conqueſtus. 9.q.3.l.16.
tit.9.p. 4. † ſed vniuerſa Reſpublica
103 Chriſtiana huiuſmodi vtitur cōſue-
tudine,vt poſt patratum delictum(li-
cet non adſit delinquētis aliqua no-
titia) omnes iudices tam ſæculares
quàm Eccleſiaſtici ad inquiſitionem
contra reos procedant, ergo licita
eſt inquiſitio. Hæc ſententia proba-
tur autoritate D.Tho.in 2. 2. & ibid.
Caietanus q.69. art. 2. & Soto de te-
gendo,& detegend. ſecreto memb.
2.q.6. verſi. ſed ad maiorem euiden-
tiam.

104 Quartò facit † quia in punitione
delictorum vertitur vtilitas publica:
& ideo expedit illa impunita non re-
linquere.tex.in l.ita vulneratus.in 1.
reſponſo in fin.ff.ad leg. Aquil. l. lici-
tatio.§.quod illicitè.ff.de publicanis,
& vectigalibus.l.Stichum.§. tametſi.
ff.de ſolutionibus.l. ſi longus. §. 1. ff.
de iudicijs.l.capitalium.§.famoſos.ff.
de pœnis.l.cōgruit.ff.de officio præſi
dis. l.ſi operis.C.de pœnis.c.vt fame.
de ſententia excommunicat. Petrus
à Plaza in epitome delictorum cap.
21. in principio; aliàs enim daretur
occaſio delinquendi alijs, ſi crimina
non punirentur,vel ſaltem nimis le-
uiter.tex.in c.vt clericorum.de vita,
& honeſt. cleric. facilitas namq; ve-
niæ incentiuum præbet delinquen-
di.c.loci. §. proinde.35.quæſt.9. & c.
perueniet.90.diſt.in.l.1.C. ad leg. Iul.
repetend.in l.capitalium. §.famoſos.
ff.de pœnis. vbi habetur quod deli-
cta ſunt acriter punienda, vt vnius
pœna metus poſsit eſſe multorum.
Hinc Horatius cecinit lib. Epiſto. 1.

*Oderunt peccare boni virtutis amore,*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ:*

Quos enim ad vitæ decus domeſti-
cæ laudis exempla non prouocant,
correctionis ſaltem medicina cōpel-
105 lit.l.vnic. C.de emendat. propinq. †
& delictorum punitio iniquitatis, &
malorum medicina eſt, ita Ariſtotel.
in 2.Ethicorum, & Lucas de Penna,
in l. omnes.C.de annonis, & tribut.
libr.10. & in l. 1. de exactionibus lib.
12.Iodoc. in pract.crim. in procemio
nu.5.& 6. vbi etiam dixit quod dare
pœnas, proximi mali euitatio eſt,
quia facit alibi prudētiores,& iuſtio-
res, oportet hanc noxam caſtiga-
re non ob prȩteritum delictum cùm
id corrigi nequeat, & factum infe-
ctum eſſe non poſsit, & futurum ite-
rum non ſit,ſed ne delinquens ſimili
crimine peccet,& ne ipſius exemplo
cæteri quoq; peccēt.Et vt exorditur
106 Grammat.in deciſ.36.in princ.† quā-
do delinquentes non puniuntur,pu-
blica turbatur lætitia l. nemo. & ibi
Bald.C.de Epiſcop.audient.Quod vt
docu-



documentum neceſſarium ad hanc
materiam tradidit ipſe I. C. iudici-
bus in l. congruit.ff.de officio præſi-
dis.& text.in l. 16.titu. 4. partita 3. &
habetur Exod.cap.22.ibi:[Maledicos
non patiaris viuere] quod etiam na-
turali ratione conſentaneū eſſe do-
cet S.Tho 2.2.q.64.artic. 2. nam cùm
ſinguli ciues ſint totius Reipublicæ
partes,& membra(vt habetur ad Ro-
man.c.12.& in c.1.89.diſt.) quemad-
modum membrum putridum pro ſa-
lute corporis humani detrahitur, ne
contagione cætera membra perdat;
ita pro ſalute corporis Reipublicæ
humanæ homo delinquēs tanquam
membrum putridū Reipublicæ per-
nicioſum reſecari debet,quam ratio-
nem probat Dominicus de Soto lib.
5.de iuſtitia & iure.queſt.1.art.2.tex.
in cap.reſecandæ.24.quæſt.3. in cap.
ſed illud.45.diſtinct. & apud Ælia-
num Variæ hiſto.lib.1.ſub finem Ra-
coces ille pater,qui filium ſuum natu
minorem tolli de medio poſtulat, vt
ſua illi familia magis effloreſcat: ad-
ductâ in id exhorto ſuo pulcherrimâ
comparatione: nam inquit, me in
horto amaros caules creſcentium la-
ctucarum frangente, & tollente ma-
ter lactuca non triſtatur, imò magis
floret,maiorque & dulcior fit. Hinc
iura pro Reipublicæ intereſſe cla-
mant, & indicūt criminum punitio-
nem.d.l.ita vulneratus.ad leg. Aqui-
liam. c. vt famæ. de ſentent. excom-
municat. cum alijs ſuprà allegatis.
Hęc optimâ ratione fulciri poſſunt,
107 † quia delicta commiſſa in offenſam
Dei ſunt,& dicuntur publica:& tunc
ſuccedit regula quòd quilibet de po-
pulo poteſt accuſare duplici ratione.
Primò,quia illud quod fit in offenſam
Dei dicitur fieri in omniū iniuriam.
Secundò,quia ſi non eſſet publicum,
& quilibet de populo non poſſet ac-
cuſare, tale delictum remaneret im-
punitum,quia nulla priuata perſona
in ſpecie eſt offenſa. text. in l. Mani-
chęos. & ibi Iacob. Butrigar. Odo-
fred. Cinus. Bald. & Salicetus. C. de
hæret.& in l.quod ſenatus.ff.de iniu-
rijs.Bart.in l.1.col.2.Imola col. fin. &
alij doctores. ff. de publicis iudicijs.
Bart. in l. reos col. 4. C.de accuſat.
Ioann.de Anan.in cap. 2. de maledi-
cis.Angel. Aretinus in §. 1. col. final.
inſtit. de public. iudic. & commu-
nem dicit Antonius Gomez Varia-
rum reſolutionum tom.3.titu.de de-
lictis,cap.1.num.1.Iul. Clar. in pract.
criminal.§.1. verſic.item omne deli-
ctum, vbi ponit exemplum in bla-
ſphemia, deturpatione Eccleſiarum,
vel imaginum,&c.Sed ſi iudices non
poſſent procedere ad inquiſitionem
contra delinquentes, quando cōſtat
de delicto, & ignoratur delinquens
cū delicta, vt plurimùm, in occulto
committantur (qui enim malè agit
odit lucem, Ioan.cap.3.) delicta pro-
culdubio manerēt impunita, in gra-
uiſsimum damnū, & perniciem Rei-
publicæ: quod vtiq; dicendum non
eſt. Ergo iudices procedere poſſunt
ad huiuſmodi inquiſitionem.

108 Contraria ſententia † eſt, iudices
non poſſe procedere ad inquiſitio-
nem ſi delictum eſt publicum, & de-
linquens occultus,ſi nulla eſt contra
eum infamia, vel ſuſpicio, nec teſtes
poſſe interrogari de delinquente, ſi
tamen illū nouerunt occultè,docent
Palud.in 4.diſt.19.Adrian.quolib.11.
Caiet.22.q.69.ar.2.Sot.de tegen.ſecr.
memb.2.q.6.dub.4.poſt ſecundā con
cluſion.& lib. 5. de iuſt. quæſt. 6.art.
2.& etiam idem Nauarr.inter verba
num.185. hanc ſententiam probant
omnia iura ſuprà adducta, quatenus
prohibent ne procedatur ad inqui-
rendum contra ſingularem perſo-
nam, niſi præcedente infamiâ, vel
indicijs.Innoc. III. in c.cū oporteat.
de

de accuſationibus.cap. inquiſitionis. cap.qualiter & quando.2. eod. titul. de accuſationibus.cap.licet Heli.de ſimonia.canon.Deus omnipotens.2. quæſt.1. & text.in d. cap. cum oporteat,ibi: [Niſi ſuper prædictis famam ipſius ſcilicet,perſonæ læſam eſſe noueritis, vos ad Inquiſitionem ſubitò non procedatis,] faciunt etiam verba dicti cap. inquiſitionis. [Nullum (inquit idem Innocentius in §. tertiæ dubitationis)eſſe pro crimine ſuper quo aliqua infamia ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum: quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere,cùm inquiſitio fieri debeat ſolummodo ſuper illis de quibus clamores aliqui præceſſerunt,]hæc ibi.Item probatur in d.c.qualiter & quando.2. & in Euan-
109 gel. Lucæ cap.16.† legitur quod villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum quaſi diſsipaſſet bona ipſius audiuit ab illo, [Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris
110 amplius villicare] † & in Geneſ. cap. 18.Dominus ait: [Deſcendam,& videbo vtrum clamorem,qui venit ad me opere compleuerint,] hæc nos aliquoties repetita iterum damus, quia faciunt ad id vt probetur ea publica fuiſſe crimina.Nihilominus tamen Deum,qui omnia nouit dixiſſe [Deſcendam, & videbo clamorem qui venit ad me,] ſcilicet ex publicatione peccati, cuius rei rationem reddit Euariſtus Papa ſanctiſsimus in d. c. Deus omnipotens.2.q.1. [Deus omnipotens (inquit) vt nos à præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret,cùm omnia nuda, & aperta ſint oculis eius,mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquã manifeſtè cognoſceret, quæ dicebãtur: non quod ea ignoraret, ſed vt nobis exemplum daret,ne præcipites in diſcutiendis,& iudicandis negotijs eſſemus,& ne mala proximorum prius quiſquam præſumat credere, quàm probare: cuius exemplo mouemur ne ad proferendã ſententiã vnquam præcipites ſimus, aut temerè indiligenterq́; probata indiſcuſſa quoque modo iudicemus,&c.]Hanc ſententiam etiam probat Speculator in tit. de inquiſitione rubric.qualiter in inquiſitione ſit procedendum, col. 3. Hoſtienſ.in titu. de inquiſitione, in ſum.col.2.verſic.quomodo procedatur.Et Præpoſitus in c.1.2.q.8.Angel. de malefic.verb.hęc eſt vera inquiſitio.§.4. principaliter. Et hæc regula communiter à Doctoribus recipitur, vt refert Roland. à Valle conſ. 3.n.9. vol.3.& conſ.57.nu.9.& 28.Nouellus in pract.crimin.in tertia forma inquiſitionis,pro puro homicidio.num.17. Berous conſ.172 n.4.Iul.Clar. in practic.crimi.q.4. in princ. & alij plures,
111 quos ſuprà retulimus, † quæ procedunt etiam ſi iudices inquirant ad partis querelam, & accuſationem,ſiue etiam ex officio ſecundum commun. de qua per Ægidium Boſsium in tit.de Inquiſitione nu.29.in tit.de iudicijs.n.75.in fine.Rimin.conſ. 59. nu.3.Marſilius in.§.conſtante.nu.22. Hippolytus Riminald. conſ. crimin. diuerſ.105.nu.27.lib.1.Hieron.in additio.ad Angel.de Malefic.in d.verſ. hæc eſt quædã inquiſitio.nu.68.verſ. 4. Gratus conſ.57.nu.11.lib.2.Rolãd. à Valle conſ.24.nu.21.cum ſeqq. lib. 1.& conſ.3.nu.15.vol.3. & cõſ.57.nu. 29.volu.4.Alex.conſ.120.col.2.vol.6. Alex.de Neuo cõſ.86.in princ. & latè Decianus,qui plures allegat,conſ. 18.nu.51.vol. 1. & Auguſtin. de Arimin.ad Angelum vbi ſuprà, qui de communi teſtatur.numero 57. Iul. Clar. in pract. crimin.q.6.verſ. idem etiam.Bonacoſſa in com.opin.1. par. verſ.



verſic. Inquiſitio eſt nulla.pag.93.

112 Nec ſufficit † huiuſmodi famã præcedentem eſſe ſimplicem,debet eſſe vehemens,& à clamoſa inſinuatione procedens, ſæpius ad iudicis aures deueniens,& eiuſmodi,vt ſcãdalum generet,niſi iudex inquirat, ita Bart. in l.congruit.ff.de officio præſidis.in l.fin.C.de officio præfect. vrbis, Maranta in Specul.in 6.par.nu.19.in tit. de inquiſitione.

113 Rurſus confirmatur † hæc ſentẽtia, primò ex eo quòd licet quis regulariter interrogetur de aliquo delicto,ſeu peccato occulto à ſe ipſo commiſſo, à iudice,medio iuramẽto,non tenetur nec poteſt ſe prodere nec infamare ſub pœna peccati mortalis, cũ nulla ſit cõtra eũ præſumptio nec infamia. gloſſ.in c.ſi ſacerdotib.15.q.6.c.ſi non licet.23.q.5. & notat Archidiaconus in c.nõ eſt.23.q.5.Abb.in c. ex parte. de ſepulturis. Idem Abb. & Felinus in c.1.de teſtib.cogend.col.2. Ioann. Lupus in tract.de Regn. Nauarræ. 3. p.§.2.col.4.Idem Ioann.Lupus in repetitione rubr. de donationib. inter vir.& vxor.§.70.n.4.Silueſt.verb.detractio.q.3.Armilla verb.detractio.§. 4.Caietan.in ſumm.eod.verb.& 2.2. q.73.art.2.Ioann.Maior in 4. ſent.diſtinct.15.q.22.col. 5. Paludanus in 4. diſtinct.21.q.2.art.3.concluſ.4.Antoninus 2.p.titu.8.cap.4.§.1.verſ.primo modo.Simancas de Catholic. inſtit.
114 tit.17.num.3. & † probatur: quia fama æquiparatur vitæ. ff. de manumiſ.vindictã.l.iuſta.& in.§.ſuſpectus. inſtit. de ſuſpecto tutore. & l. Iulianus.ff.ſi quis omiſſ.cau.teſt.Marianus Soc.in repetitione ſuper.c.ad audiẽtiam.de homicidio. nu. 164. ſed non ſumus domini propriæ vitę,ergo nec famæ. Ergo ſicut occidere ſeipſum ex genere ſuo eſt peccatum mortale.d.c.ſi non licet;ſic etiam infamare ſeipſum mortale eſt, vnde in extremo tenetur quis reuocare quod falſò de ſe teſtificatus eſt. Ita Panorm. & Felinus in cap.1 de teſtib.cogend. Ioan.Lupus in d. repetitione. de donat.inter vir.& vxor.§.70.num.4.

115 Præterea probatur, † quia qui ſe ipſum infamat facit contra diuinum præceptum,quo præcipimur curam habere de bono nomine.Eccleſ. cap. 41.& confirmatur ex Auguſt.in c. nõ ſunt audiendi. 11.q. 3.& ibi gloſſ. in
116 in quo c.† Auguſt. grauiter reprehẽdit contemnentes propriam famam, & concludens ait: [Nobis enim neceſſaria vita noſtra, alijs fama noſtra] ſed clarius feciſſet illuc Auguſt. lib.1.de ciuit.Dei cap. 20. vbi in hæc verba ait:[Falſum teſtimonium non dices aduerſus proximum tuum,nec ideo tamen ſi aduerſus ſeipſum quiſquam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putauerit alienum, quoniam regulam diligendi proximum à ſemetipſo dilector accepit, quandoquidem ſcriptum eſt:diliges proximum tuum ſicut teipſum. Porrò ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt, qui de ſe ipſo falſum fatetur, quàm ſi aduerſus proximum hoc faceret, cùm in eo præcepto quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum prohibeatur,poſsitque non rectè diligentibus videri non poſſe eſſe prohibitum, vt aduerſus ſe ipſum quiſquam falſus teſtis aſsiſtat,&c.] Ex his verbis apertè deducitur ſecundum B. Auguſtin. infamare ſe ipſum peccatum eſſe ex genere ſuo,lethale: idem etiam ſenſit Auguſtin.12.quæſt. 1. can. nolo. & lib. de bono viduitat. c. 22. qui liber habetur tom.4.vbi ait eos, qui bonum nomen contemnunt,occidẽre animas aliorum,ſiue blaſphemantium viã Dei, quibus ſecundũ ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis,quæ caſta eſt diſplicet vita ſanctorum, & eodẽ Can.

Can.nolo.aſſerit: [Qui conſcientiæ ſuæ famã negligit,crudelis eſt,] quaſi dicat,peccat mortaliter. Vltimò confirmat hoc idem tex.in c.quatuor.12. q.2.Plaza de delictis.lib.1.c.23.

Inter has verò extremas ſentẽtias Silueſter verb. correctio. §.8.& verbo inquiſitio.c.1.q.3.num.3.mediam quandam opinionem tenet, verum eſſe in vnaquaque ex ſupradictis, repulſã falſitate cuiuſlibet;ex quo eius opinio verior, & ſubtilior apparet. Prima namq; ſentẽtia docet iudices in notorio teneri ad inquirendum reum occultũ,quod verum eſt;& teſtes interrogati teneri ad manifeſtãdum illud quod falſum eſt. Secunda verò ſententia affirmat iudices nec poſſe inquirere ſi notoriũ falſum eſt, nec teſtes interrogatos poſſe prodere delinquentem occultũ, quod ve-
117 rum eſt.† Ex quibus colligit,& tenet Silueſter in caſu propoſito in initio quæſtionis id eſſe verũ, & ſuſcipiendum:nempe quod iudices,& ſuperiores teneantur inquirere in genere, quis tale delictum commiſerit,vt ſic ſuo muneri ſatisfaciant,quod eſt inquirere,& tollere è medio malefactores ad ſedandum populi ſcandalum, vt manifeſtetur ſceleris patrator ſi
118 fortè infamiã laboret.† Teſtem verò interrogatum à iudice de notorio, cuius autor non laborat infamiã nullatenus poſſe reſpondere cum iure naturæ teneatur celare occulta. Hæc ſentẽtia quoad primum, ſcilicet iudices licitè poſſe, & teneri ad inquirẽdum in crimine publico, & notorio, præter argumenta primæ opinionis,
119 quæ illam ſatis confirmant,† quæ ſequuntur accedunt:primò conſenſus eſt omnium doctorum infamiam requiri tanquam accuſatoris loco:ita vt abſq; ea in cauſis procedi non poſſit,ſed quando crimina ſunt publica, & notoria ipſa euidentia delicti plus confert quàm accuſator,teſte D.Auguſt. c.euidentia. de accuſation. vbi dicit.[Euidentia patrati criminis clamore accuſatoris non indiget,]ergo
120 &c. Secũdò,iudices,& ſuperiores ex officio tenentur quantũ poſſunt punire delicta,quę notoria ſunt,& infamiã laborãt,ſic habetur c.Romana.§. notoria.de cenſib. lib.6. c.cum ſit.§. ſin autem.de appell.c.veſtra.de cohabitat. clericorũ. & l.eadem.C.de accuſat.cum alijs ſuprà citatis.Sed quãdo delictum publicum eſt patratum, nec iudici poteſt cõſtare vtrũ autor illius laboret infamiã, & an ſit licitũ aduerſus illum procedere ſpeciatim, niſi priùs inquirat generaliter quis illud cõmiſerit, tenetur vti generali inquiſitione;vt ſi inueniat reũ laborãtem infamiã illum puniat,& ſic ſuo
121 muneri ſatisfaciat.† Tertiò in c bonæ memoriæ 1.de electione.dicitur[exceſſus notorius communi ordine iuris non indiget,]& in c.ad noſtram.3. de iureiurãdo [Manifeſta delicta accuſatione nõ indigent, nec in eis eſt ordo iudiciarius obſeruandus,] quia in ſimilibus ipſa Reſpublica eſt accuſatrix,& pars læſa,& tacens cenſetur clamare. In his igitur criminibus, ad id vt inquirat iudex; non requiritur infamia delinquentis: hoc namque ſonant illa verba quæ dicunt. [Ordo iudiciarius non eſt obſeruan-
122 dus.] Quartò† quando in aliquo loco eſt fama, & rumor confuſus aliquorũ delictorum, poſſunt iudices imò, & tenentur generalem inquiſitionem facere, vt ſic inuenire poſsint delinquentes,qui ſint in ſpecie.Ergo eãdẽ ratione, quando delictum eſt notorium, poteſt, & tenetur iudex in genere inquirere,vt ſi ex tali inquiſitione,quis de tali delicto reperiatur laborans infamiã contra ipſum ſpeciatim procedatur,& puniatur.Hæc eadẽ veritas patet ex l.1.titu.17.partita

3.vbi



3.vbi poſtquã de generali inquiſitione dictum fuerat: [ Maguer que no ſe querelle ninguno, nin aya ende mala fama, puede el Rey fazer peſquiſa, para parar mejor ſu tierra, y caſtigar los malefactores,ideſt,quanquam nemo conqueritur,Rex poteſt inquirere, etiam non præcedẽte famã malã ad repurgandũ regnum, & corrigendos homines ne auſint delinquere,] de particulari Inquiſitione ſubdit. [La ſegunda manera de peſquiſa es, ſobre fechos de algunos que no ſaben quiẽ los hizo, id eſt:ſecunda forma inquiſitionis eſt ſuper quibuſdam delictis;quę quis commiſerit, ignoratur,] & apertiùs in l. 3. [Si fueſſe vn hõbre muerto, y no ſupieſſen quiẽ lo matara, quier ſea fecho de dia,quier de noche, porq vienẽ muchos males dello y grãdes daños,e los omes non ſe pueden ende guardar,deuẽ ſer las perſonas peſqridas por los peſqueridores ſolo, que non ſean fecha alguna deſtas querellas de perſonas ciertas,id eſt: ſi quis interẽptus eſt, nec vllus ſciat à quo patratum eſt,ſiue diu ſiue noctu; eò quod inde mala,& damna multa ſurgunt, à quibus homines cauere nequeũt,rei à ſolis inquiſitoribus inquiri debent,ne de certis perſonis querimonia facta videatur.]Idem etiam decernitur l.6.tit.1.li.8. Recopil. vbi habetur. [Si la tal coſa fuera fecha quier en villa, quier en yermo,y ninguno pidiere querella al Alcalde, el Alcalde de ſu officio ſepa la verdad por peſquiſa, o por donde mejor pudiere,porque razõ es, que los males y deſaguiſados y malefactores no queden ſin pena, id eſt: ſi eiuſmodi delictũ commiſſum eſt, ſiue in vrbe, ſiue rure; nec vllus cõqueritur apud iudicem,iudex officio ſuo per inquiſitionem veritatẽ inueſtiget,aut quã ratione poterit:æquum enim eſt, vt improbi ſcelerati, & facinoroſi graſſatores impune id nõ ferant.] Ex his iuribus in hãc ſentẽtiam venit Petr. de Aragon in ſuo lib.de iuſt.& iur.q. 69.art. 1.& 2.fol.357. §. his ſuppoſitis
123 dico.† Vbi etiã aduertit, & benè,inquiſitionem fieri debere à iudice reſpectu perſonę in genere,interrogãdo quis crimen cõmiſerit; nõ autẽ in ſpecie,an hic vel ille,neq; iudicẽ poſſe indiſtinctè quoſcũq; voluerit interrogare,ſed ſolũ eos,de quibus poteſt eſſe aliqua probabilis opinio, quòd poſsint aliquid ſcire. Vt,inuento cadauere in itinere,poterit quoſcũq; illac trãſeuntes interrogare,† cũ
124 verò poſt factam generalem inquiſitionem aliqua indicia,vel ſemiplena probatio aliquẽ inſinuauerint ſpeciatim,tũc de illo inquiſitio poterit iniri.Secundum verò, quod aſſerit Silueſter, ſcilicet interrogatum à iudice de reo non laborante infamiã,nõ teneri reſpondere etiã demonſtrant argumenta ſecundæ ſententiæ: nihilominus ampliùs cõfirmatur. Primò, iudices nõ poſſunt iuridicè inquirere in genere niſi præuiã infamiã delicti,quę vicem gerit accuſatoris,ergo multò minùs interrogatus de crimine,& de reo in ſpecie qui non laborat infamiã cogetur illum prodere, cùm iuridicè non interrogetur à iu-
125 dice.† Secundò reuelare peccatores occultos eſt cõtra ius naturæ,ſed nõ laborãs infamiã ſuper delicto à ſe cõmiſſo eſt peccator occultus, ergo interrogatus à iudice nõ poterit illũ
126 detegere.† Tertiò in c. inquiſitionis, præcipitur etiãſi iudex habeat tres vel quatuor teſtes iurãtes ſe crimen illud vidiſſe,niſi delinquens laboret infamiã,iudicẽ non poſſe procedere ad inquiſitionẽ delinquentis:ergo à cõtrario,interrogatus de reo occulto etiam ſi ipſe ſciat euidenter illũ autorẽ eſſe delicti,cũ non laboret infamiã nullo

nullo

nullo iure poterit detegere.† Quar-
tò cùm Dominus Deus iudicaturus
eſſet illas quinque ciuitates Geneſ.
18. & villicum Luc. 16. non ſolùm
voluit vt infamia delicti notorij prę-
cederet, verumetiam perſonę:[Cla-
mor (inquit) Sodomorum multipli-
catus eſt,]& villicus ipſe legitur dif-
famatus, ecce perſonarum infamia:
vbi ergo illa nõ exſiſtit, interrogatus
nõpoteſt prodere perſonas occultas.
128 †Secundò,& vltimò probatur:quan-
do infamia criminis eſt generalis, &
perſona eſt ſpecialis: vtpotè cùm
Ioannes exiſtimatur ſceleratus in cõ-
muni, ſed delicta in ſpecie non deſi-
gnantur, iudex interrogans quæ cri-
mina Ioannes habeat,qui ſic interro
gatur non poteſt aperire delicta Ioã-
nis occulta in ſpecie, quorum nulla
adhuc loborat infamiâ, ergo multò
minùs quando delinquẽs eſt occul-
tus poterit illum iudici manifeſtare.
Hanc opinionem Silueſtri ſic expoſi-
tam,& confirmatam, ſequitur Salon
de iuſtit.& iure.q.69.ar.2.& illam iu-
dicat tanquam veriorem, & ample-
ctendam.
129 His ita præhabitis,† reſtat modo
reſpondere ad argumenta vtriuſque
ſententiæ.Ad primum primæ opinio
nis reſpõdemus, quòd licet interro-
gatio iudicis inquirentis ſit generalis
ex parte ſui,interrogando quis com-
miſerit delictum;tamen aſtringit in-
terrogatum reſpõdere ſpeciatim de-
tegẽdo perſonam in indiuiduo, quæ
erat occulta, non diffamata nec iu-
dicata, nec ſuſpecta: & ſic in effectu
eſt potius Inquiſitio particularis,quã
generalis,quæ non poteſt fieri, vt ſu-
prà diximus.
130 Ad ſecundum reſpondeo † quod
illa autoritas illius.c.euidentia.intel-
ligitur quando notoriũ eſt delictum,
& delinquẽs,tunc illud notorium ha-
bet vicẽ accuſatoris. Secus verò eſt
quando non conſtat de delinquen-
te,qui eſt cauſa effectiua delicti,nam
tunc non eſt euidentia patrati ſcele-
ris, ſufficiens ad inquirendum delin-
quentem.
131 Ad tertiũ reſponderi poteſt† quòd
talis conſuetudo procedit quando
Inquiſitio fit per interrogationem
non directè circa perſonam delin-
quentis,ſed circa circunſtantias de-
licti,veluti quando iudex vidit deli-
ctum commiſſum homicidij,& igno-
ratur delinquens,poterit interroga-
re quâ horâ fuerit commiſſum, & ſi
in enſe, vel alio inſtrumento, & per
quam viam fugit, & de alijs circun-
ſtantijs:vel talis conſuetudo ſeruabi-
tur circa delicta à iure humano ex-
cepta,vt ſtatim dicemus.
Nec obſtat quartũ fundamentum,
nam reſpondetur quod ſi verum eſt
quod S.Thom.dum eſſet iuuenis te-
nuit illam opinionem, eam mutauit
dum fuit maior factus,vt apparet. 2.
2.quæſt.69.artic.2.vbi illam reuocat,
& tenet contrariam.
132 Ad quintum† etiam reſpondetur
argumentum,ſatius eſſe aliqua deli-
cta non magno Reip.detrimento ma
nere impunita, quàm vt fiat iniuria
proximo,reuelando ſecretum,cuius
non erat infamia nec ſuſpicio.
Ad argumenta verò ſecundæ ſen-
tentiæ.Ad primum reſpõdemus om-
nia capita, & iura citata in illo argu-
mento potiùs cõfirmare,quàm euer-
133 tere noſtram ſentẽtiam. Nos† enim
conſtanter aſſerimus in Inquiſitione
omnino ſpeciali, tam delicti quàm
delinquentis neceſſariò requiri præ-
uiam infamiã, vt iudex iuridicè poſ-
ſit interrogare de reo,& teſtis tenea-
134 tur fateri veritatem, † ſed hoc in In-
quiſitione ſpeciali. Cùm autem de-
lictum eſt publicum, & notorium ge
nerale,circa perſonam quę non labo
rat infamiâ,apertè fatemur teſte in-
terro-



terrogatum non poſſe, neque teneri
manifeſtare iudici veritatem, iudex
tamẽ licitè poteſt: imò & tenetur in-
quirere in communi & generali de
reo, quis commiſerit illud delictum;
non deſcendendo ad ſpeciem, vt ſic
ſuo muneri ſatisfaciat. Si verò ex tali
generali inquiſitione inuenerit indi-
cia, vel ſemiplenam aliquam proba-
tionem contra aliquem in ſpecie,tũc
licitè poteſt & tenetur contra illũ in-
quirere, vt ſuprà docuimus, & ſic in-
telligendæ ſunt doctrinæ ſupradictæ.
135 Ad ſecundum dicimus † ex inqui-
ſitione generali iudicis in delicto no-
torio,cùm inquirit,quis illud commi-
ſerit?nullatenus ſequi,ſi fortè interro
getur delinquens occultus, vt tenea-
tur ſe prodere:hoc enim facere abſq;
præuia infamia,& notoria,ſemper di-
cimus eſſe contra vniuerſum ius, cũ
iuridicè nõ interrogetur, & nemo te-
neatur ad ſe prodendum.Si autem ſe
prodat & fateatur veritatem contra
ſe, hoc imputet ſibi qui antequam
reſpondeat non attendit quomodo
Chriſtianę & licitè reſpondeat.Iudex
enim vtitur iure ſuo, & rectè ſuũ mu-
nus exercet.Inde tamen teſtis inter-
rogatus de occulto reo,ſi is nõ laboret
infamia,non tenetur reſpondere ve-
ritatem:quia nequit manifeſtare de-
linquentem occultum.
136 Ex his manifeſtò colligimus † in cà
ſu de quo propoſita eſt quæſtio, iudi-
cem in delicto publico,& notorio poſ
ſe licitè & teneri inquirere de autore
delicti,modo ſuprà explicato:quia ad
id ſufficit euidentia ipſius criminis,
quæ abundat pro infamia,& eſt pluſ-
137 quam accuſator:† interrogatum verò
de delinquente,ſi nullâ laboret infa-
miâ non teneri ad aperiendam veri-
tatem,etiam ſi iuridicè interrogetur
à iudice.Quia in via inquiſitionis nõ
bene ſequitur,iudex iuridicè interro-
gàt,ergo reus vel teſtis,ſi autor eſt oc
cultus,tenetur reſpondere: quia nul-
lâ præcedẽte infamiâ in inquiſitione
generali,ex notorio delicti, iudex iu-
ridicè interrogat: interrogatus tamẽ
ſi delinquẽs ſit occultus,non tenetur
reſpondere: cùm nemo aduerſus ſe
ipſum teneatur dicere teſtimoniũ, &
teſtis teneatur celare omni iure de-
linquentes, & peccatores occultos.

# DE INQVISITIONE CONFICIENDA, ABſq; præuia infamia, an ſit iuris diuini & naturalis.

## Quæſtio 7.

### SVMMARIVM.

1 *Infamatio proximi an ſit prohibita iure diuino, & humano.*
2 *Inquiſitio ſpecialis abſque infamia, an ſit iudicium temerarium, & quo iure prohibeatur.*
3 *Inquiſitio ſpecialis ſine fama, an ſit cõtra ius naturale.*
4 *Fidelitas, an ſit ſeruanda amicis & quo iure.*
5 *Promiſsio cũ iuramẽto de nõ accuſãdo aliquem, an ſit ſeruãda iure diuino.*
6 *Accuſatio fratris iam emendati, an ſit contra ius naturale & diuinum.*
7 *Occulta an cadant ſub poteſtate iudicis.*
8 *Secretũ cõmiſſum quo iure ſit ſeruãdũ.*
9 *Infamatus de vno tantũ crimine, an poſſit cõtra ipſũ de alijs occultis procedi.*
10 *Iudicium in rebus dubijs, quâ ratione ſit ferendum.*
11 *Delictum ſuperiori reuelatum, an ſufficiat ad inquiſitionem ſpecialem.*
12 *Occulta quæ ſunt improbabilia, an cadant ſub humanum iudicium.*
13 *Occulta delicta, an iuridicè poſsint probari.*
14 *Iudex an teneatur repellere accuſationem iniuſtam.*
15 *Inquiſitio ſpecialis abſque infamia, an plus noceat proximo, quam denunciatio Euangelica, abſque admonitione ſecreta.*
16 *Delicta latentia, an habeãt vindictam in hoc ſæculo.*
17 *Iudex inquirẽs ſpecialiter abſq; infamia, an agat contra ius diuinum.*
18 *Iudici interroganti de delicto ſine infamia, an ſit manifeſtanda veritas.*
19 *Delictum, nomẽ eſt generale, differtq; à crimine, & maleficio.*
20 *Delictum quomodo cognoſcatur, an ſit publicum vel priuatum.*
21 *Delicta quædam ſunt notoria quædam verò occulta, & quid vtraque ſint.*
22 *Delictum notorium quâ ratione differat à manifeſto, euidenti, publico, noto, indubitato, & liquido, & quãdo æquiuocè referatur ad prædicta.*
23 *Occultum delictum aliud eſt occultum ſimpliciter, aliud non ſimpliciter, & quid vtrumque.*
24 *Delictum occultum quid ſit.*
25 *Delictum notorium quit ſit.*
26 *Delictum notorium & publicum non conuertuntur.*
27 *Infamia vnde oritur.*
28 *Ius naturale & diuinum quomodo intelligitur.*
29 *Iudex quibus in caſibus poteſt inquirere, abſque præuiâ infamiâ, & nu. 57.*
30 *Iudex qui in cognitione vnius criminis incidenter aliud detegit, quo modo & quando poſſit de illo interrogare, & nu. 36.*
31 *Inquiſitio quot modis fieri poteſt.*
32 *Inquiſitio alia eſt generalis, & alia ſpecialis.*
33 *Inquiſitio abſque præuiâ infamiâ, non eſt prohibita iure diuino.*
34 *Inquiſitio ſpecialis abſque præuiâ infamiâ, nõ eſt prohibita iure naturæ.*
35 *Inquiſitio ſpecialis abſque præuiâ infamiâ, ſolùm eſt prohibita iure humano poſitiuo.*
36 *Princeps poteſt diſpenſare, vt iudex procedat via inquiſitionis ſpecialis, abſque præuiâ infamiâ, vel clamoroſâ inſinuatione.*
35 *Princeps ſupremus diſpẽſare poteſt in his quæ ſunt iuris diuini poſitiui, & Eccleſiaſtici.*





38 *Inquiſitio ſpecialis ne fieret abſq; præuiâ infamiâ, quis conſtituit.*
39 *Princeps vt in pluribus euẽtibus in lege poſitiua diſpẽſet, æquum eſt.*
40 *Cõtrariũ charitati & legi naturali, nõ ſẽper cadit directè ſub iure diuino.*
41 *Vẽdere triticum vltra taxatum pretiũ an ſit cõtra finem iuris naturalis.*
42 *Iuri diuino & naturali, quædã ſubſunt immediatè, quædam verò mediatè.*
43 *Inquiſitio ſpecialis ſine infamia, nõ eſt iudicium temerarium directè.*
44 *Cõtrarium iuſtitiæ nõ ſemper eſt cõtra ius naturale immediatè.*
45 *Reuelare ſecretum ex interpretatione legislatoris, in aliquo caſu non eſt fraudulentia.*
46 *Reuelare occultum crimẽ, ex ſe nõ eſt intrinſecè malum.*
47 *Promiſsio ſub iuramẽto, de nõ accuſando hæreticum non obligat.*
48 *Accuſatio fratris quãdo nõ eſt faciẽda.*
49 *Iudex poteſtatem habet ſuper occultis, non ſimpliciter.*
50 *Secretũ detegẽs, quod vergit in commune damnum, facit iuxta ius naturale & diuinum.*
51 *Occulta ex accidenti bene cadunt ſub iudicio humano.*
52 *Occulta omnino nequeunt iuridicè probari.*
53 *Iudex in foro iudiciali nõ attendit ex charitate damnum ſpeciale.*
54 *Delicta omnino latẽtia, nõ habent vindictam in foro exteriori.*

EX ſupradictis oritur dubium. Vtrum ſit de iure diuino & naturali prohibitum procedere ad inquiſitionem contra aliquem non præcedente infamiâ: aut alta & clariſona inſinuatione, adeò vt nõ poſsit princeps in eo diſpẽſare.

Hæc quæſtio perdifficilis eſt. Itaque in primis diſputationis gratiâ pro enucleanda veritate quibuſdam medijs pro parte negatiua inſurgam.

Primò eſſe de iure naturali & di-
1 uino probatur: † quoniam vtroque
iure prohibetur proximi infamatio,
eſt enim cõtra charitatem, quâ tenemur diligere proximum ſicut noſmet ipſos, & illis facere quæ nobis fieri volumus: itaque qui contra ius illud faciunt meritò λυκάνθρωποι, lupihomines vocantur, & in eos cadit prouerbium, homo homini lupus, vt exinde feritas quædam præter naturam, humanæ formæ inſita demõſtretur: hoc cauetur c. 1. diſtin. 1. & Matth. cap. 7. [omnia, inquit, quæcumque vultis vt faciãt vobis, & vos facite illis,] & Leuit. c. 19. Luc. 10. & Ioa. 4: 15. & Matt. 25. ſanctus Tho. 2. 2. q. 25. & B. Anton. tom. 4. ſumm. tit. 6. c. 4. & 5. vbi plura adducit, ſed inquirere cõtra aliquem non diffamatũ eſt illũ diffamare abſq; culpa, & cauſa, & proculdubio grauiſſima ei irrogatur iniuria cum bona fama ſit bonũ inæſtimabile, iuxta illud Eccleſ. 41. [Curã habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quàm multi theſauri pretioſi,] & Prouerb. 22. [Melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multæ] ergo niſi præcedat infamia, Inquiſitores tam ex deciſione iuris naturalis quàm diuini nõ poſſunt inquirere contra aliquem.

2 Secundò, inquirere † cõtra aliquem
in ſpecie, niſi præcedat fama, vt diximus, eſt iudiciũ temerariũ, quod vtiq; iure diuino prohibitũ eſt. c. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. c. qualiter & quando. 2. de accuſat. & ibi cõmu. DD. & præcipuè Marian. Soc. ibid. & tex. in c. Inquiſitio. eod. tit. & c. 1. & 2. eod. tit. libr. 6. c. licet Heli. de ſimon. Proſper Farina. plures adducẽs in tom. 1. tit. de Inquiſition. q. 1. n. 50. & q. 9. n. 1. ergo vt omnino prohibitũ non poteſt diſpenſari per ius humanũ: nã interrogare teſtẽ an Petrus (qui iure nõ eſt diffamatus nec ſuſpectus) ſit hæreticus, eſt iudicium temerariũ, & contra legẽ Euangelicam,

gelicam,quia eſt diffamare proximū. [Nolite , inquit Deus iudicare &c.] Prouerb. 24. [ne inſidieris & quæras iniquitatē in domo iuſti.] & Paul.1.ad Corint.4.[Nolite ante tempus iudicare.]& reddit Paulus rationem quouſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.

Tertiò,probatur eſſe contra ius na
3 turale:† nā iuſtitia dicit æqualitatē inter duos, inter quos iudex eā ſeruare tenetur,ergò cōtra iuſtitiā eſt procedere cōtra aliquē, & illū dānare abſq; accuſatore,& præuia diffamatione.

4 Quartò ,iure naturali tenetur † quilibet ſeruare fidelitatem amicis, alioquin dignus eſt,cui in frōtem humanitas ipſa inurat verſus Ouidij in eū qui promiſſam fidē fregerat Eleg. 7.Triſt.

*Illud amicitiæ ſanctū & venerabile nomē,*
*Re tibi pro vili ſub pedibuſque iacet.*

Quod vt oſtēdat eſſe contra naturę iura, ſubiecit Poeta ingenioſus.

*Quæque tibi quōdam tenero ducēda palato,*
*Plena dedit nutrix vbera,tygris erat.*
*Aut mala noſtra minus, quàm non aliena putares.*
*Duritiæque mihi non agerere reus.*

Imò verò & iure diuino ſeruāda , ſed accuſare aliquem abſq; præcedēti infamia aliquando eſt contra fidelitatē, quam quis debet[amico , iuxta illud Prouerb.c.11;]qui ambulat fraudulēter reuelat arcana, qui autem fidelis eſt,celat amici commiſſum,ergo non tenetur quis ad accuſandū,imò eſt cōtra ius naturale & diuinū,minor probatur: verbi gratia, quis commendat crimen ſecretū amico; & ille eum accuſat, tunc iure diuino prohibita eſt accuſatio ſine præuiâ infamiâ , aut altiſonâ inſinuatione.

5 Quintò,† poteſt quis alteri iuramēto promittere ſe non accuſaturū illū: at ſi is qui promiſit frāgeret iuramētū accuſando,ageret cōtra iuramentū:& tamen iure diuino illud ſeruare tenemur. Petrus de Aragon ſuper 2.2. D. Thomæ de iuſtitia & iure.q.89.de iuramento.art.7. in reſponſ. ad 3. argument.

6 Sextò, Præ ceptū correctionis fraternæ eſt de iure diuino, cuius finis eſt emēdatio fratris:ergo ſi poſt emēdationē proximi, quis procederet ad accuſandū & inquirendū de illo,ageret contra diuinū pręceptū.Ergo iure diuino eſt prohibita accuſatio in hoc ſaltim caſu, igitur non ſolum iure naturali eſt prohibitū procedere viâ inquiſitionis abſq; infamia , imò & iure diuino.

7 Septimò, † iudex non habet poteſtatē aliquid pręcipiendi ſuper occultis, niſi quatenus innoteſcunt per aliqua indicia,ſcilicet, infamiā,ſuſpiciones,&c. vt docet S.Th.1.2.q.33.art.1. Ergo peruerſe agit his non præmiſsis contra aliquē ſpecialiter inquirendo.

8 Octauò† ſecretū quod eſt cōmiſſum alicui aut duobus, & nō vergit in dānum cōmune vel ſpeciale , eſt celandū vinculo naturali & diuino , vt habetur in c.omnis vtriuſq; ſexus.de pœnitent.& remiſſ.in c.ſacerdos.de pœnitent.diſt.6.in c.dilectus filius.de exceſſ.prælat.& cōmu. DD.& pręcipuè Gabriel in 4.diſt.21.q.vnica,ſed delicta occulta alicuius poſſunt eſſe ſecretiora , quia fieri poteſt vt patrata ſint nemine ſciente: ergo procedere ſpecialiter cōtra illū nō pręcedēte infamia , eſt agerę cōtra ius naturale & diuinum indiſpenſabile à principe.

9 Nonò,† quādo delinquēs eſt infamatus de vno tātū crimine,nō poteſt procedi cōtra ipſum per inquiſitionē aliorū criminū,vt docet Caiet.22.q.5. & propter eandem rationem non ſunt inquirendi complices delicti: ergo à fortiori multo minùs poterit iudex contra aliquem ſpecialiter inquirere



quirere quando eius fama integra & illęſa ſubſiſtit.

10 Decimò † in ferendo de rebus iudicio,ſi res ſit dubia,ſemper inclinandū eſt in meliorem partē & fauorem rei, quia tunc non ſupponitur malū, cùm non ſit certum, ſed definiēdo & determinādo interp retatur in bonū, vt docuit.S. Thom.2.2.quæſtion. 60. art.4.ad.3.ſed quando non præceſsit infamia perſonæ adhuc res non eſt dubia, ſed integrum ius poſsidet ſui honoris , ergo non eſt cur contra illū inquiratur,cū non laboret infamiâ.

11 Vndecimò,† delictum reuelatum ſuperiori ſub ſecreto, per duos vel tres teſtes non eſt ſufficiens cauſa ad id vt prælatus publicè puniat delinquentem, & cōuocet teſtes ad inquirendū de vita ipſius,vt expreſſè diffinitum eſt in iure c.inquiſitionis.& c. qualiter & quando. de ſententia excommunicat.ſed quando ſpecialiter inquiritur contra aliquē nulla præcedēte infamia minor cauſa in eo reperitur,quā in caſu propoſito,ergo &c.

12 Duodecimò.† Quæ ſunt occulta &arcana cordis tanquam improbabilia, non cadunt ſub hominum iudicio & cēſura , vt habetur c.erubeſcāt diſtinct.32.ſed peccata quorum nulla præceſsit infamia,ſunt huiuſmodi.ergo iudex non poteſt de illis inquirere ad iudicandum.

13 Decimò tertiò † in iudicio ſicut eſt iuridicè verum quod iuridicè probatur,ita eſt iuridicè falſum quod nō poteſt iuridicè probari:peccata autē occulta iuridicè nequeūt probari , quia ex illis non ſuborta fuit infamia, ergo nequeunt iuridicè inquiri nec deferri ad iudicium:aliter iudex erit calumniator, tenebiturque ad reſtitutionem famæ.

14 Decimoquartò:†cuſtos iuris & iuſtitiæ non debet eſſe diſsipator eius, ſed iudex deferenti accuſationē iniuſtam habet ius ad illam repellendam & tenetur repellere:ergo ipſe non poterit permittere inquiſitionem iniuſtam , cùm vniuerſum ius clamet ad ſpecialem inquiſitionem , neceſſariò vt præcedat infamia.

15 Decimoquintò , † plus damni & periculi imminet proximo ex inquiſitione ſpeciali iudicis ſine prędia infamia quàm ex denunciatione Euangelica quę fit prælato,ſed hæc non eſt faciēda quin præcedat ſecreta admonitio, ergo neque illa abſque infamia.

16 Decimoſextò, † peccata latētia,vt docent omnes Iuriſtæ , non habent vindictam in hoc ſæculo, ſed quando perſona priuata nō eſt infamata,peccata illius latent:ergo iniquè facit iudex procedendo ad punitionē illorū.

Decimoſeptimò. Geneſ.18.dicit in perſona Deus agens de peccatis Sodomorum:[Deſcendā,& videbo an clamorem qui ad me venit opere cōmpleuerint]& Luc.16.quia villicus erat diffamatus apud dominum ſuū quaſi diſsipaſſet bona illius, deſcendit, vocauit,& dixit.[ quid eſt hoc quod au-
17 dio de te ?] † ergo iudices tenentur deſcendere ad delictorum inquiſitionem,per præuiam infamiam,& rumorem,aliter faciunt contra præceptum diuinum.

18 Decimooctauò,† ſuperioribus nūquam eſt obediendum contra præceptum Dei,iuxta doctrinam D.Thom. 2.2.q.33.art.7. ad 5.& iuxta illud Act. 5.[obedire oportet Deo magis,quàm hominibus.]ſed præceptū diuinū eſt vt patet ex argumento ſuperiori, ne procedatur ad inquiſitionē &punitionē delictorū, niſi præcedēte clamore & rumore.Ergo iudicibus aliter inquirētibus nūquā in dicenda veritate eſt obedien dum.

Sed ne extra terminos videamur vagari,& faciliùs noſtra oratio percipiatur,in primis aliqua ſupponēda pro

 intel-

intelligentia huius quæſtionis, & to-
19 tius materiæ delictorum cenſui.† Et
primò, notandum eſt delictũ, nomen
eſſe generalem, iuxta doctrinam glo.
in l. 1. C.ſi aduerſ. delict. & differt à
crimine, & maleficio, ſicut genus à ſuis ſpeciebus hoc modo, quia ſecundum Latinos & Legiſtas delinquere nihil aliud eſt quàm peccare, aliquando autem delictum fit dolo malo, & malâ intentione, aliquando per ignorantiam, vel non malà intentione, ſic mihi probat tex. in l.reſpiciendum.§. delinquunt.ff.de pœnis, ibi:aut propoſito aut impetu, aut caſu &c.&ibi:ſi tamen delictũ, nõ ex animo ſed extra venit, &c.& in.l.1.ff. de legib.ibi ſpõte & ignorantia contrahi &c. & in l. 1. C.ſi aduerſ.delictum.& in.l.2.ff.ter de in amot.in fine ibi:mente.l .ignorantia. & in.l.abſenti. in fine.ff.de pœnis.ibi:conſulto aut caſu.

Primò notandum eſt de iure Canonico, omnia crimina eſſe publica.glo. in.c.infames.in verbo fures.6. quæſt. 1.Bald.in Rub.C.qui accuſare nõ poſſunt.num.10.in fine.Anania in.c. ſtatuimus.n. 19.de maledicis.& refert commun.Iulius Clarus in pract.d.§. 1. Cõrad.in pract.vbi ſup.pag. 227.col. 1.in principio.& propterea etiam in priuatis delictis ſicut in publicis poteſt iudex ex officio procedere per inquiſitionem, tanquam remedium ordinarium, Bald. in cap.1.de officio ordin.Decius in rub.de iudic. nu. 68. & 69.Barbat.con.43.col.4. vol.1. Maranta in Specul.in 6. p. tit.de Inquiſitione num.39.Iacob.Nouell.in pract. in principio numer.4.verſ. inquiſitio. Ioannes Maria Monti.in pract.crimi. Reg.1.numer.2.& 7.limita. non procedere.

20 Eſt tamen obſeruandum † quòd delictum vt cognoſci poſsit, an ſit publicum vel priuatum regulatur à loci conſuetudine, quæ non obſtante iuris diſpoſitione poteſt facere delictũ priuatum de publico, & è contra, ſecundum Iulium Clarum in pract.d.§. 1. verſ. hæc tamen omnia. vbi plures alios adducit pro hac opinione.

21 Secundò notandum eſt, † delicta alia eſſe notoria, alia verò occulta, notoria dicuntur illa delicta, quæ aliquâ tergiuerſatione celari non poſſunt, vt putà facta coram populo. l. illius maiori parte.c. manifeſta.2. quæſt. 1. c. de manifeſta. eâdem cauſa, & quæſtione. cap. ſuper eo.de teſtibus cogendis.l. ea quidem. C. de accuſationibus.tradit poſt alios Anton. Gomez Variarum reſolut. tom. 3. tit. de delictis.cap.1.nume.41.Iulius Clarus in pract.§.final. quæſtione 59.in principio.

Delicta autem occulta & difficilis probationis, ſunt ea quorum probatio à communiter accidentibus non faciliter haberi poteſt, prout ſunt dolus, fraus, ſimulatio, contractus, falſitas, partus ſuppoſitio, incendiũ, adulterium, ſimonia, furtum, tractatus de homicidio, conſpiratio, falſa moneta, delicta nocturna, & alia id generis quæ tradit Iacobus Nouellus in ſua Reg.166. in 3. fallent.Hercul.de negatiu.num.309.Marſil.in rub.de probat.num.230.Menoch.de arbitr. libr. 2.caſu 116.nu.4.

22 Tertiò notandum eſt, † notorium differre à manifeſto, euidenti, publico, noto, indubitato, & liquido: aliquando tamen vnum pro alio accipitur, idemq́ue ſignificat, nam notorium eſt, vt diximus, quod patet omnibus, vel maiori turbæ populi, manifeſtum quod publicè pluribus patet, non autem omnibus aut maiori parti, vt docet Bart. in l.heredes palam. in principio.ff.de teſtam. & in l. ſi verò. §.qui pro rei.vbi Alexand. & Iaſon.ff. qui ſatisdare cogantur. Abb.in c.tertio loco.n. 3. de probationibus. Guirl in



in tract.de quæſtionibus & tortura.q. 3.numer. 14. Tamen in iure hæc vox [notorium] aliquando æquiuocè refertur ad manifeſtum euidens, publicum, notum, indubitatum, & liquidum, ſecundum Antonium de Butrio in tract.de notorio art.1.nu.13.Nicolaus de Mill.in Repertorio verſ.notorium ſumitur.Conradus in Pract. crimin.tit.de Notorijs criminib.num.7. probat poſt alios Ioſeph Maſcardus in ſuo tract.de probationib.lib.2.concluſ.1101.n.1. & ante eum Benedict. Capra in d. tract. de notor.in præfat. nu.26. vbi pariter è contra quòd manifeſtum eſt, ſic in genere & largo modo ſumptum, aliquando capitur in iure pro eò quod eſt, notorium facti permanentis vt in d.c. manifeſta. & c.de manifeſta 2.q.1.Ite aliquando pro notorio facti tranſeuntis, vt in c. quia ſuſpecti.3.quæſt. 5.ſed in ſpecie de per ſe, & propriè ſumptum manifeſtum, eſt publica ſeu famoſa inſinuatio communis, ex certa ſcientia & certis autoribus proueniens, text. in cap.de hoc. de ſimonia. Itaque ſecundum hanc definitionem differt in pluribus, & in pluribus conuenit cum notorio famâ, & publico, vt pulchrè declarat Capra dict. numer. 26. & ſequentibus, & latiùs Ioſeph Maſcardus vbi ſuprà, concluſ. 1044. vbi optimè pertractat manifeſti materiam, quid ſit, & quotuplex, quomodo probetur, & in quibus differat à notorio.

23 Contrarium verò † notorio, dicitur id quod occultum eſt, quorum exempla ſuperiùs retuli, occulti autem duæ ſpecies dantur, occultum ſcilicet ſimpliciter, & occultum non ſimpliciter, ſed penè & quaſi occultum remotis probationibus factum vocatur occultum in genere.cap. vt noſtrum. vt Eccleſiaſtica beneficia, & ſi probationes remoueantur in totum, vt quia nullâ ratione actus probari poſsit tunc dicetur ſimplex occultum ſoli Deo certum, qui eſt omnium ſecretorum ſcrutator.cap.Deus qui. 22.q.1. ſi verò non remoueantur in totum probationes, vt quia actus probari poſsit, ſed cũ difficultate, & ſic ſolum deſit iudicialis indagatio, & tunc dicitur penè occultum.ita Ioan. Andr.in cap.veſtra duxit.de cohabit. clerico. & mulier. vt putà per duos, vel per tres teſtes, imò etiam & per plures, antequam ſit iudicialiter diſcuſſum, ita Capra vbi ſuprà.

24 Quartò notandum eſt, † occultum adhuc eſſe triplex: vnum per ſe occultum, videlicet quod mente concipitur, aliud per accidens quod exteriori actu committit quis nemine vidẽte: alterum etiam eſt occultum, ſcilicet quod à paucis ſcitur, & factũ non eſt euidens, vt tradunt Doctores in d.c.veſtra duxit.de cohabit.cleric. & mulierum.

25 Quintò notandum eſt, † notorium tripliciter diſtingui: vnum eſt notorium de iure, quod ſcilicet in iudicio, vel iudicis ſententia notum eſt, vel rei confeſsione dignoſcitur, vt notatur in cap.olim.de verborum ſignificatione. cap. quæſitum. de cohabitat. cleric. & mulier. aliud dicitur notorium de facto, quod ſcilicet reus negare non poteſt, vt habet gloſ. 291. C. de manifeſt. cap. euidentia. de accuſation. ſicut cùm quis alium occidit, multis præſentibus, alterum eſt notorium ex præſumptione iuris, quod etiam ſi non ſit euidens nihilominus tamen iudex procedit, ac ſi eſſet notorium propter indicia quæ inuenit.

26 Sextò notandum eſt, † licet omne illud quod eſt notorium, ſit publicũ, non autem è contra omne publicum eſt notoriũ, vt habet glo.in c.quis aliquando.de pœnitent.diſt.1 .in verbo

ſecreta. & c. 2. de apoſtat. ſicut quãdo plures homines malæ conſcientiæ, dicunt Petrum commiſiſſe tale crimen, illud diuulgantes cùm aliàs ſit publicum, non tamen notorium eſt.

27 Septimò aduertendum eſt, † quod infamia, vel eſſe aliquem infamatum oritur ex notorietate delicti, quæ notorietas nõ eſt attendẽda ex eo, quòd ij qui in domo aliqua commorantur ſciant crimen, ſed ex eo quod maior pars hominum illud ſciat: text. in d. cap.

28 Octauò aduertendum eſt, † in his quæ ſunt iuris diuini & naturalis, quędam eſſe de iure primęuo, quæ nullatenus interpretari nec diſpenſari poſſunt in aliquo euentu: vt non mẽtiri, non diligere Deum: mendaciũ enim nunquam poteſt cohoneſtari, quia intrinſecè, & ex ſe ſemper eſt malum. Alia verò ſunt de iure ſecũdario, quæ aliquando interpretationem admittunt: exemplum ponit D.Tho. in pręceptis legis naturæ in 1. 2. quæſt. 94. art. 4. in corpore, dicens quædam eſſe generalia, & quaſi prima principia tam in ſpeculabilibus, quàm in practicis, vt omne totum eſt maius ſuâ parte, & quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, quæ omnino ſunt inuariabilia, & omnibus æqualiter nota, in ipſis lex naturæ eſt eadem apud omnes & ſecundum notitiam, & ſecundum rectitudinem, quia ab omnibus cognoſcũtur, & ſemper in omni caſu & euentu ſunt, & apparent iuſta. Alia verò ſunt quæ tanquam cõcluſiones deducuntur ex huiuſmodi principijs, relictis ſpeculabilibus, quæ verſantur ſemper circa neceſſaria: ob idque ſemper ſunt vera & in ſpecie apud omnes, & ſi non ęqualiter omnibus innoteſcant: in operabilibus tamen, quia verſantur circa contingentia, dum deſcendimus ad proprias cõcluſiones rationis practicæ, nec ſemper eſt eadem veritas, ſeu rectitudo apud omnes, nec etiam apud quos eadem eſt æqualiter nota, quia pendent ex varijs circunſtantijs loci, temporis: multi quoque inueniuntur defectus in agendo, vel non agendo, & ideo in iſtis quæ ſunt ſecundariò de iure naturæ, lex naturalis non poteſt eſſe eadem, & inuariabilis in omni euentu, & hæc doctrina verificatur in redditione depoſiti, eſt enim apud omnes rectum & verum, vt homines ſecundum rationem agant, ex quo principio ſequitur tanquam concluſio propria, quòd depoſita ſunt reddenda, ſi tamen ſit caſus, in quo periculoſum eſſet illud reddere, vt ſi petat quis ad impugnandam patriã, vel ad ſeipſum occidendum irrationabile eſſet illa reddere, nec in tali euentu lex naturalis ad id obligare poteſt, atque ita quantò plures conditiones in ſpecie conſiderãtur, & interſunt, tantò pluribus modis poterit deficere vt non ſit rectum, vel in reddendo, vel non reddendo.

29 Nonò aduertendum eſt, † hîc nos non loqui de quibuſdam caſibus, in quibus iudex poteſt inquirere etiam abſque infamia, quos adfert Bart. l. 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iuliam. de adulterijs. & etiam illos recenſent Soto de tegendo ſecreto membr. 2. q. 6. & Salon de iuſt. & iur. quæſt. 69. art. 2. controuerſ. 7. Quorum primus eſt in crimine hæreſis, quando hæreſes ita diſſeminarentur, vt in magnam Reipublicę perniciem vergerent, etiam ſi autor illarum omnino eſſet occultus, vt habetur in cap. final. de hæretic. libr. 6. Secundus, cùm quis ſuum crimen coram multis confeſſus eſt extra iuris ordinem. Tertius eſt, qui traditur à Bartol. in 3. regul. quando ſcilicet, iudex in generali Inquiſitione cognouit aliquem deliquiſſe in tali euẽtu poteſt deſcendere ad ſpecialẽ inquiſitionẽ & reũ condemnare. Quartus quando crimen eſt immane & atrox, vt eſt crimen læſæ maieſtatis. Ita habetur in extrauag. ad reprimendum. de hæretic. quæ habetur in iure ciuili in fine voluminis. Quintus quando delictum perpetratum eſſet in iudicio, vel in conſpectu iudicis. Sextus quãdo crimina vt furta, homicidia, in republica inualeſce-
30 rẽt, † & poſtremò, vt alios plures omittam, quando incidenter iudex in cognitione vnius criminis aliud detegit: tunc poteſt de illo inquirere, vt docet Soto, vbi ſuprà: & ſi dicat hoc verum eſſe tantùm, quando crimen habet connexionem cum altero, & eſt circũſtantia illius, de quo reus eſt iam infamatus: vt ſi quis inquiratur de concubinatu, & iudex incidenter cognouerit concubinam eſſe conſanguineam, tũc iudex poteſt perſcrutari de illa circunſtãtia aggrauãte, quia delictum non poteſt perfectè cognoſci ſine illa, non tamen cum crimina ſunt diſparata: vt ſi inquirens de concubinatu inueniat reum eſſe occultum homicidam, de quo non laborabat infamiâ. Hãc ſententiam tanquã veram & ſequendam amplectuntur Caietanus in 2. 2. quæſt. 69. art. 1. & 2. Adrianus quodlib. 11. Enriq. quodlib. 9. quæſt. 25. Nauarro in c. inter verba. concluſ. 6. corollario 51. num. 127. & in ſumma cap. 25. n. 36. qui addunt alium caſum quando ſcilicet criminis cognitum eſt indicium, reſpectu alterius: vt ſi quis ſit conuictus homicidij, & cadauer inueniretur nudum, iure iudex poſſet interrogare de ſpolio & furto: in his ergo caſibus relatis & ſimilibus, in quibus quotieſcumque ex non inquirendo maius malum: & præcipuè communis boni vaſtatio ſequitur, & iudices licitè poſſunt nulla pręuia infamia ad inquiſitionem procedere, non inſtituitur à me ſermo, ſed



abſolutè & in cõmuni inquiro, vtrum inquiſitio quæ fit abſque præcedente infamia ſit prohibita iure diuino.

31 Decimò, aduertendum eſt † inquiſitionem dupliciter fieri poſſe: aut enim inquirimus de delicto in communi & generali, ſed perſona exprimitur in ſpecie & particulari: vt quando de Ioanne quęrimus quæ crimina cõmiſerit, aut è contra quando crimina ſunt notoria & publica, ſed autor illorum omnino eſt occultus, neq; laborans infamia.

32 Vndecimò ſuppono † inquiſitionẽ eſſe duplicem, generalem & particularẽ, vt ſuperius copioſè expoſuimus.

33 His omnibus ſic præhabitis† ſit prima concluſio, quod iudex non procedat ad inquiſitionem niſi pręuia infamia. At non eſſe de iure diuino probatur: nullus eſt locus ſacræ ſcripturæ, quo id eſſe de iure diuino probari, aut ſuaderi poſſit: ergo non eſt de iure diuino: quin ſi vllus locus eſſet, maximè ille Gen. 18. clamor Sodomorũ (id eſt) infamia delicti multiplicatus eſt, & deſcendi vt videam, id eſt ad inquirendum. & alius Luc. 16. vbi Chriſtus præmittit villicum diffamatum eſſe apud Dominum, quòd diſſipaſſet bona illius, & illa infamia pręcedente inquiritur villicus, & interrogatur: [quid eſt hoc quod audio de te?] at verò in his locis non ſtatuitur præceptum, ſed tãtum refertur factum diuinum, conſonum rectę rationi, vt patet ex verbis ſacræ Scripturæ, ergo non eſt de iure diuino ſtatutum.

34 Secunda concluſio, † quòd ſi iudex non procedat viâ inquiſitionis ſpecialis niſi pręuiâ infamiâ, non eſt de iure naturæ, probatur. Ius naturale merum, in nullo caſu poteſt variari neq; alterari, vt docet Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 7. & habetur in cap. ius naturale. 1. diſtinction. at videmus quòd in multis caſibus, iudex poteſt

& debet procedere ad inquiſitionem ſpecialem ſine infamia delinquentis præcedente, vt patet in crimine hæreſis, in quo nullâ etiam diffamatione præcedente inquiſitor procedere poteſt, iuxta ſentẽtiam tex. in cap. excõmunicamus. §. adijcimus. vbi Cardinalis & Ioannes de Anania. de hæreticis. Bart. in extrauagant. ad reprimẽdum. in verb. Inquiſitionem. quomodo in crimin. læſæ maieſtat. in vſibus feudor. Cardinalis in Clemen. 1. §. penult. & in Clement. 2. quæſtione de hæreticis. Auguſt. in addit. ad Angelum de Maleficijs in verb. hæc eſt quædam inquiſitio. numer. 58. Carrerius in pract. crimin. in tract. de hæreticis num. 100. Põcinianus in tract. de hæreticis num. 87. Dueñ. Reg. 298. in 9. limitatione. Boſius in tit. de hæreticis num. 6. Rolandus conſ. 8. num. 6. vol. 3. Menochius cõſ. 100. n. 67. lib. 1. Decian. conſ. 18. numer. 43. verſ. at in cauſa hæret. libr. 1. & eſt communis opinio, vt tenet Felinus in. cap. qualiter & quando. in principio in vltimis verbis. Simancas in Enchiridio de hęreſ. titul. 22. de inquiſitionis ordine, n. 6. & 7. eandem ſententiam tenet Philippus Franc. in capit. vt officium. in principio de hæreticis libr. 6. immò etiam in alijs caſibus & delictis poſſunt iudices procedere, & inquirere etiam non pręcedente infamiâ, vt tenet Bart. in locis citatis, & ibi gloſ. verb. per inquiſitionẽ Dueñ. d. reg. 298. in 15. fallentia. Gigas de crimine lęſæ maieſtatis queſt. 9. n. 4. lib. 2. in tit. qualiter in crim. læſæ maieſt. procedatur: vbi hoc idem ampliat procedere etiam in omnibus alijs enormibus delictis. Alciatus in cap. pernicioſam. n. 64. de officio ord. Menoch. conſ. 100. num. 64. lib. 1. Cephal. conſ. 304. n. 88. lib. 3. Decius conſ. 18. num. 42. libr. 1. & multi alij vt ſuprà: ergo non eſt de iure naturali.

35 † Tertia cõcluſ. quòd iudex non procedat ad inquiſitionem ſpecialem abſque præuia infamia, ſolùm eſt de iure humano poſitiuo, probatur à ſufficienti diuiſione: non eſt de iure diuino neque naturali, ergo eſt de iure humano poſitiuo. Probatur ſecundò: quotieſcumque iudex iuſtè facit, non poteſt facere contra ius diuinum & naturale, ſed quando delicta non ſunt publica vt furta, homicidia, & rei ſunt occulti, tunc iuſtè inquirit deſcendendo ad ſpeciem ne delicta maneant impunita, ne populus conqueratur de iudice, & delinquentes reddantur audaciores, ergo non facit contra ius diuinum & naturale, neque exinde eſt prohibitũ tali iure id crimen relinqui, ergo nec ſolũ poſitiuo iure prohibetur. Tertiò quod eſt de iure diuino nõ poteſt eſſe contra ius diuinũ, quemadmodum quod eſt ex charitate nõ poteſt eſſe contra charitatem, ſed de iure diuino eſt quod iudex in delicto notorio, etiã ſi delinquẽs ſit occultus, & nullâ laboret infamiâ, procedat ad inquiſitionem ſpecialẽ ipſius, ergo talis inquiſitio nõ poteſt eſſe cõtra ius diuinũ: minor propoſitio quòd ſit de iure diuino inquirere probatur Deuteron. 21. vbi Deus pręcipiebat iudicibus quòd ſi cadauer hominis occiſi inueniretur in agro, vel via obſeruarẽt cui oppido vel ciuitati cadauer eſſet propinquius, & maiores natu talis oppidi vel ciuitatis inquirerent, ac punirent reum: quòd ſi apud eos non inueniretur, exirent in agrũ & per oblationẽ ſacrificij teſtarẽtur, ſe mũdos eſſe à ſanguine hominis occiſi. Ergo iudices inquirẽtes de crimine nullâ infamiâ præuiâ delinquẽtis, nõ ſolùm nõ faciũt cõtra ius diuinũ, imò ex tali iure tenẽtur ſpecialiter inquirere. Quartò, ſicut enim princeps poteſt inquirere non pręcedẽte diffamatione, ita pariter poterit eius delegatus. Bal. in l. nullus. per tex. nu. 1. C. ad leg. Iuliam maieſt. Innocentius in cap. cum oporteat. poſt num. 5. de accuſatione. Angel. de Malefic. in verb. quod fama publica. num. 5. Cępol. conſ. crim. 17. num. 48. Carrerius in pract. crim. in princip. ſuper l. obſeruare curabis, num. 84. Angel. in l. vacantia. num. 10. C. de bon. vacant. lib. 10. Felinus in cap. ſicut Romana. nu. 5. de reſcriptis. Alciatus in cap. pernicioſam. num. 46. de officio ordinar. Marſilius in pract. §. conſtante. nu. 21. Dueñ. reg. 298. in 7. limitatione, Menoch. de arbitr. quæſtionib. libr. 1. nu. 4. Bonacoſa in quæſt. ſub verbo inquiſitio. pag. 101. Iulius Clarus in pract. crimin. quæſtio. 6. verſ. præterea ſcias. Io. Mar. Monti. d. reg. 1. n. 47. Cephal. qui pluribus rationibus hanc ſententiam comprobat in conſ. 304. nu. 72. & ſequentibus lib. 3. & Menoch. conſ. 100. nu. 68. & ſeqq. lib. 1. Decius conſ. 18. num. 44. libr. 1. quæ doctrinæ procedunt in inquiſitione facta de principis mandato motu proprio emanato. Secus ſi ad poſtulationem partis, gloſ. in cap. 2. verbo fuerat. de accuſatione. libr. 6. Marſilius ſingul. 14. in d. §. conſtante. & n. 22. verſ. hanc tamẽ. vbi teſtatur de commun. Auguſt. ad Ange. in d. ver. quod fama publica. n. 3. Felinus in cap. cum oporteat, in 4. notabil. & ibidem Ioannes de Anania nume. 2. Decius conſ. 170. & conſ. 189. Dueñas d. regul. 298. in 7. limitatione, Gigas de crim. læſ. maieſt. libr. 1. tit. qualiter in crimine læſę maieſt. procedat. quæſt. 7. nu. 8. ergo Inquiſitores poſſunt ex delegatione Summ. Pontificis inquirere abſque præuia diffamatione, & clamoroſa inſinuatione.



36 Vltima concluſio, † quę reſpondet poſteriori parti tituli quæſtionis propoſitæ. Princeps poteſt diſpenſare quantùm ad hoc, quod iudices procedãt viâ inquiſitionis ſpecialis abſq; præuia infamia, vel clamoſâ inſinuatione: probatur ex text. in c. ſunt quidam. 25. quæſtion. 1. Turre-cremat. in ſumm. Eccleſiaſtica lib. 3. c. 51. Anton. ſum. 4. p. tit. 12. cap. 4. Ideo inquiſitores vtuntur edicto publico, quo præcipiunt, vt vnuſquiſque reuelet omnia quæ ſciuerit commiſſa, & perpetrata quantumcunque occulta cõtra fidem Catholicam: quod vtique iure fit: quoniã quoties ſpectatur aliquod crimẽ futurum eſſe in damnũ, & perniciem Reipublicę, quilibet tenetur illud reuelare, etiam ſi ſit occultum; vt euitetur malum quod eſt in fieri: ita Soto vbi ſuprà: ſed nõ eſt dubium, quin crimen hæreſis ſit huiuſmodi qualitatis, ſerpit namq; vt ignis, quemadmodum ex ſcintilla Arij ac Lutheri aliorumq; hæreticorum conſpicitur. Ergo reſecandum eſt. cap. reſecandæ. ſupra dicto, ne immenſum damnum inde ſequatur, & reuelandum Inquiſitoribus, vt bono publico prouideatur. cap. vt inquiſitionis. de hæreticis. lib. 6. Nauar. in rub. de iud. in 23. principali. n. 93. verſ. tertiò quod ratio. pag.

37 mihi 114. col. 2. tom. 2. † Secundò probatur ratione. Princeps ſupremus poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt iuris diuini, poſitiui, & Eccleſiaſtici, putà in voto & alijs: ergo cùm in noſtro caſu ſolùm intercedat id quod iure humano poſitiuo cautum eſt, multò me-

38 lius poterit diſpenſare. † Tertiò eius eſt tollere legem cuius eſt eam ſtatuere: ſed Pontifex eſt qui legem ſtatuit, ne viâ inquiſitionis ſpecialis procedatur niſi præuiâ infamiâ, in c. inquiſitionis vbi habet hæc verba: [De ſpeciali inquiſitione nullus eſt pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoroſa præceſſerit inſinuatio puniendus] & ſubdit, [cùm inquiſitio fieri ſolùm debeat ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt,] ſimile habetur in cap.

cap. qualiter & quando 2. ergo cum Pontifex hanc legem condiderit, ipſe poterit diſpenſare. Ita Salon loco ci-
39 tato. §. probant. † Quartò princeps ſemper debet facere quod iuſtū eſt, iuxta illud Sap. 1. [diligite iuſtitiā qui iudicatis terram,] ſed iuſtum eſt vt pluribus euentibus diſpenſet in lege poſitiua, vt quando obſeruatio legis aduerſatur bono communi, & ratione loci & temporis, inducit aliquod ſcandalum ſi obſeruetur; ergo cùm ij caſus frequentiſsimè contingāt, non ſolùm poterit in illis diſpenſare, verumetiam & tenebitur, ex quibus omnibus collige non eſſe iure naturali prohibitum, nec diuino procedere ad inquiſitionem ſpecialem niſi præuiâ infamiâ, aut clamoſâ inſinuatione, quòd apertè colligitur ex Soto loco citato, & benè aduertit Salon. 22. q. 69. art. 2. controuer. 7. §. probatur hæc ſententia.

His ſuppoſitis ad argumenta initio quæſtionis propoſita, ſupereſt reſpōdeamus.

40 Ad primum reſpōdeo † quòd non ex eo quod aliquid eſt, contra charitatem, & contra legem naturalem, ſequitur directè cadere & immediatè ſub iure diuino & naturali, verbi gratiâ: quando quis omittit ſumere Euchariſtiam ſemel in anno, is peccat contra charitatem diuinam, & finem charitatis, & tamen nō ſequitur quod ſumere Euchariſtiam in anno ſit immediatè præceptum iuris diuini, imò eſt iuris Eccleſiaſtici, vt ſatis patet.

41 Aliud exemplum eſt, † præcipit lex ne quis vendat triticum vltra taxatum pretium, ſi quis illud ſic vendat peccat mortaliter, & contra finem iuris naturalis, à quo hæc lex deducta eſt, & ſubinde contra charitatem, & tamen non ſequitur, quòd non vendere vltra taxatum pretiū ſit de iure naturali: ſed ſatis eſt (ad hoc vt aliquid dicatur eſſe contra charitatē, & contra ius naturale,) vt eius oppoſitū ſit conforme iuri diuino, & iuri naturali.

42 Vbi nota † quòd duobus modis aliquid dicitur cadere ſub aliquid iure diuino vel naturali; vno modo immediatè, ſicut dilectio proximi & Dei: & horum oppoſitum dicetur cōtrarium iuri diuino & naturali. Alio modo mediatè, vt ſunt cōmunicare in anno ſemel, & alia quæ pertinent ad ius diuinum mediatè, & non vēdere vltra iuſtum pretiū quidquam: & alia huius generis quæ pertinent mediatè ad ius naturale, & ſic dico quod omnia quæ iure pontificio præcipiuntur, cadūt ſub ius diuinum mediatè, & omnes leges humanæ poſitiuæ cadunt ſub ius naturale mediatè, & ſic bene ſtat quòd iudicem procedere ad inquiſitionē ſpecialem ſine præuia infamia, ſit contra legem naturalem, & peccatum, & contra ius diuinum: & nihilominus non ſit immediatè de iure diuino, & naturali, cùm ad hoc vt ſit peccatum, & eiuſmodi procedat, ſat ſit mediatè pertinere ad ius diuinum & naturale.

Ad ſecundū ex dictis patet: diximus enim iā in ſuperioribus, quomodo indulgeatur illa lege, de nō procedēdo ad ſpecialē inquiſitionē abſq; infamiâ
43 præuiâ; † quod iudicium temerarium immediatè non eſt, inquirere eo modo de proximo, ſed reductiuè: nam ſi eſſet lex quâ diceretur iudicibus eſſe licitum procedere deinceps, ſine prę uiâ infamiâ, tunc ceſſaret malitia quæ infertur in argumento, & non dubito quin iudicium temerarium ſit contra ius naturale, directè cōtra illud: [quod tibi non vis fieri alteri non feceris] ſed tamen inquirere ſpecialiter ſine infamiâ præuiâ, non eſt iudicium temerarium directè.

44 Ad tertium reſpondeo, † quod eſt contra iuſtitiā, ſed non ſequitur: ergo contra





contra ius naturale immediatè, verbi gratiâ eſto, eſſet lex quæ præciperet ne quis ſub pœna capitis ferret palliū ſericum, tunc is qui legem violaret faceret contra iuſtitiam: & tamen non ageret propriè cōtra ius naturale, ſed contra ius poſitiuum.

45 Ad quartū argumentū † reſpōdeo, quod is qui reuelat ſecretum amici, agit fraudulēter, & malè, ſed ex eo nō ſequitur quod princeps nō poſsit diſpēſare in hoc iure, imò poſitā diſpenſatione legiſlatoris, cuius intereſt interpretari, quādo ſeruādū eſt ſecretū, nō intercedit fraudulētia aliqua, imò
46 addo quod reuelare † crimē occultū ex ſe nō eſt intrinſecè malū, vt multis confirmat Bañes 22. tom. 2. q. 73. articul. 1. dub. 1. concluſ. 2. & in caſu hæreſis ſatis patet, & de incendio ciuitatis.

47 Ad quintū reſpōdeo † quod quādo ego promitto ſub iuramento me non accuſaturū Ioannē de crimine hæreſis, non teneor ſeruare promiſſum, ſi verò promitto ſub eodem iuramento me non accuſaturum illum de damno mihi illato, tunc teneor ſeruare, ex hoc tamen non ſequitur intētum in titulo quæſtionis.

Ad ſextum argumentum ſi petitur illa quæſtio, an quādo aliquis ſperat ſe poſſe corrigere delinquentem per correctionem fraternam, teneatur accuſare vel poſsit licitè accuſa-
48 re.† breuiter dico, quod quando ſperatur correctio & emendatio delinquentis, non tenetur quis eum accuſare, niſi crimen ſit bono cōmuni pernicioſum. ita Bañes 2 2. tom. 2. quæſt. 68. art. 1. dub. 2. cōcluſ. 1. ex quo patet ſolutio argumenti.

49 Ad ſeptimum † reſpondeo, iudicē habere poteſtatem ſuper occultis nō ſimpliciter, qualia ſunt delicta manifeſta, etſi peccator ſit occultus: tunc enim per indicia vniuerſalia inquirēdo deſcēdit ad ſpecialem inquiſitionem, quia in ſimilibus delictis Reſpublica eſt accuſator, & pars læſa in ſpeciali, etſi tacens cenſetur clamare, ſicut ſanguis Abel: quare iam præſupponitur infamia, idq; maximè conuenit bono communi, quod omni iure anteponendum eſt particulari.

50 Ad octauum reſpondeo † ſtrictioris iuris naturalis & diuini eſſe reuelare ſecretum, quàm illud celare, quando vergit in bonum commune, ne vniuerſa reipublicæ pax perturbetur, vel etiam cum redūdat in magnnm malum ſpecialis perſonæ, atq; ita qui taliter detegit ſecretum, non cōtra, ſed iuxta ius naturale & diuinum optimè agit impediens maiora mala, vt potè ſcandala, & ne relinquantur crimina impunita, huius autē cōditionis ſunt delicta manifeſta, licet delinquens ſit latens.

Ad nonum reſpōdeo propter cau-
51 ſas ſupradictas † poſſe iudicem ad inquiſitionē ſpecialē procedere, in quo nō faciet cōtra ius naturale & diuinū, cùm id tātum prohibitum ſit de iure humano poſitiuo, in quo propter maiora bona vel mala vitanda poteſt princeps diſpenſare.

Ad decimum reſpondeo illud tantum procedere de iure poſitiuo, non autē de naturali aut diuino. Et ſimiliter reſpondeo ad vndecimum argumentum.

52 Ad duodecimum reſpondeo † delicta quæ non ſunt occulta ſimpliciter & per ſe, ſed actu exteriori cōmiſſa, & ex accidenti occultantur, quia à nemine ſciuntur, quis illa cōmiſerit, bene cadere ſub iudicium humanū, maximè quando vergunt in commune damnum, quod ſufficiens cauſa eſt, vt ad ſpecialem inquiſitionē procedatur.

53 Ad decimum tertium reſpondeo † peccata omnino occulta quæ mente

concipiuntur, non poſſe iuridicè probari, bene tamen occulta per accidens, quia nemine vidente patrata ſunt, vel à paucis ſciuntur.

Ad decimumquartum ex vltima concluſione patet ſolutio, nam iudex ſupremus cum cauſa licitè poteſt diſpenſare in iure poſitiuo, vnde cū decet bonum commune, faciens illud nō cenſetur diſsipator, ſed potius cuſtos integerrimus iuſtitiæ.

54 Ad decimumquintum † dicitur in foro iudiciali nō attēdi damnum ſpeciale ex charitate, maximè quando bonum commune interuenit, non enim conſiderant iudices an emendari poſsit, ſed ne delicta inualeſcant, & maneant impunita, vt ſic vitentur maiora mala, & paci Reipublicæ conſulatur, quod eſt bonum diuinum.

55 Ad decimum ſextum † reſpondeo, peccata omnino latētia in anima quæ in opus externum non eruperunt nō habere vindictā in foro exteriori, bene tamen latentia per accidens, idq; ex multis cauſis.

Ad decimumſeptimum reſpōdeo, ex locis illis non cōtineri aliquod præceptum diuinum, ſed tantum narrari quid geſtum & factum ſit, & ex hoc patet ſolutio ad vltimum.

# DE DENVNCIATIONE in cauſa hæreſis.

## SVMMARIVM.

1 *Definitio quid ſit, & quod eâ cuiuslibet rei eſſentia explicetur.*
2 *Definitio denunciationis, ſecundum Speculatorē, nō ſatis accuratè tradita*
3 *Denūciationis definitio, ſecūdum Hoſtienſem non contemnenda.*
4 *Definitio & definitum inuicem conuertuntur.*
5 *Definitio genere & differentiâ cōſtat.*
6 *Nunciatio noui operis, vt plurimùm fit extra iudicium, & nu. 10.*
7 *Denūciationis optima & maximè probanda definitio.*
8 *Nunciatio ſiue denūciatio, nō ſolùm de crimine fit in iure.*
9 *Inſcriptio nō fit in denūciatione, & n. 21. & 29.*
11 *Nunciare cauſam & nunciare, quid ſignificat in iure.*
12 *Noui operis nūciatio quid eſt: & quæ ſit eius forma.*
13 *Denūciare cuilibet, ex iure Canonico licet.*
14 *Denūciatores olim inſtituebātur, nec licebat vlli denūciare, niſi iuſſus eſſet.*
15 *Diuinatio in denūciatione quid ſit.*
16 *Denūciatoribus tyranni olim abutebantur.*
17 *Vmbra denunciatorum ſub tyrannis horrifica fuit.*
18 *Denūciare teſtimoniū, quid eſt in iure.*
19 *Obuagulatio in teſtimonij denūciatione quid fuerit.*
20 *Denūciare autori quid ſit in iure.*
22 *Talionis pœnæ denūciator nō ſubiacet.*
23 *Denūcians calumnioſè in expenſas tenetur.*
24 *Denūciatio ad correctionem, accuſatio ad pœnam tendit.*
25 *Denūciationis & accuſationis genuinæ differentiæ.*
26 *Iuramētū denūciatoris poſt denūciationem.*
27 *Denunciationis formula.*
28 *Denūciare in iure ſumitur interdùm pro eo quod eſt, accuſare.*
30 *Notorium denūciatoris quid ſit.*
31 *Notoria etiā dicitur genere fœminino*
32 *Notorium tam fit verbo quàm ſcripto.*

33 *Notorio*



33 *Notorio non tanta fides adhibenda, vt ſtatim reus damnetur.*
34 *Irenarchæ & apparitores olim notorijs vtebantur.*
35 *Denuntiationis analogia, ſiue etymologia.*
36 *Definitionem ab etymologia, probant Iureconſulti & Philoſophi.*
37 *[De] propoſitio in compoſitis auget.*
38 *[Denuntiare] verbum apud autores variæ ſignificationis eſt.*
39 *[Nuntium] pro omine, oraculo, & diuino reſponſo à Poetis ſumitur.*
40 *Nuntiare ſumitur pro monere.*
41 *Species de proprietate ſermonis ineſt ſuo generi.*
42 *Denuntiationis plures differentiæ.*
43 *Euangelica denuntiatio quid.*
44 *Euangelica denuntiatio, cur ſic dicta.*
45 *Euangelica denūtiatio quando locum habeat.*
46 *Euangelicæ denuntiationis finis.*
47 *Iudicialis denūtiatio quid, & quotuplex.*
48 *Publica & iudicialis denūtiatio quid.*
49 *Priuata & iudicialis denūtiatio quid.*
50 *Denuntians in foro ſeculari, quando non tenetur denuntiationem probare.*
51 *Denuntiatio fori Eccleſiaſtici.*
52 *Canonica denuntiatio quid.*
53 *Specialis denuntiatio quid.*
54 *Specialis denuntiatio binam exigit monitionem.*
55 *Generalis denuntiatio quid.*
56 *Regularis denuntiatio quid.*
57 *Regularis denūtiatio maximè propria monaſteriorum & capitulorum.*
58 *Appellatio tāquam ab abuſu, ne quidem in Gallia admittitur cùm de regulari denuntiatione lis eſt.*
59 *Denuntiatio fit coram Inquiſitoribus.*
60 *Denūtiatione factà, quodnam ſit iudicis officium.*
61 *Teſtes duo ad hæreticum comprobandum ſufficiunt.*
62 *Denūtiator & accuſator, in vnoquoque tribunali ſancti Officij fiſcalis eſt.*
63 *Impoſsibilis nulla eſt obligatio.*
64 *Hæreticus non facilè cognoſcitur.*
65 *Hæreticus non eſt, qui errorem in intellectu nō habet.*
66 *Intellectus res eſt ſpiritualis.*
67 *Proximo bene velle, & eius peccatum non reuelare pium eſt.*
68 *Fama auro pretioſior.*
69 *Denūtiare tenentur omnes ſub pœnis in edicto comprehenſis.*
70 *Hæreſis nō ſolùm eſt in Dei offenſam, ſed etiam in fidelium iniuriam.*
71 *Ciuis probus Reipublicæ defenſionem vbique ſuſcipit.*
72 *Hæreſis publicum crimen eſt.*
73 *Filius negligens vindictam patris, hæreditate priuatur.*
74 *Filij Dei ſumus.*
75 *Ingratus eſt erga Deum, qui eius hoſtem non denuntiat.*
76 *Hæreſim quodammodo approbat, qui nouit hæreticum, nec eum denunciat.*
77 *Platonis elegans ſententia de hæreticorum denuntiatione.*
78 *Charitas eſt hæreticos à proximo amouere.*
79 *Alimentum qui non porrigit mēdico, cùm poſsit, interficere cenſetur, ſi ob id mendicus moriatur.*
80 *Proditionem qui ſcit nec eam detegit, graui pœnâ eſt afficiendus.*
81 *Leonis authoritas pro denuntiatione repetenda proponitur.*
82 *Occulta hæreſis denuncianda eſt.*
83 *Pater alijque parentes, etiam denuntiandi hæreſis crimine delibuti.*
84 *Filius à patre plus quàm pater à filio diligitur.*
85 *Deus magis diligendus quàm pater.*
86 *Parentes filijs odio habendi, qui fidem illis tentant auellere.*

87 *Filius*

87 *Filius arcem cuſtodiẽs pro Catholica fide, ſi patrem obſidentem occidit, manus ſuas Deo ſanctas dicauit.*

88 *Filio patrem licet occidere in patriam armatum.*

89 *Filius ob delictum patris infamis, ſi illum interimit ſe ipſum in integrum reſtituit.*

90 *Hæreticus correctione reductus ad Ecclesiam denũciandus eſt.*

91 *Arriani vt Catholicos opprimerent finxerũt ſe ad fidem & mentem rediſſe.*

92 *Hæretici ægrè reſipiſcunt.*

93 *Malus ſemel ſi quis fuit, ſemper præſumitur malus.*

94 *Hæreticus correctus nihilominus interrogari debet ab Inquiſitoribus.*

95 *Hæretici impunè à quolibet capi, ſpoliari & occidi poſſunt.*

96 *Confeſſarius ſacerdos quæ ſcit per confeſsionem detegere non debet.*

97 *Confeſſarius non vt homo, ſed vt Dei miniſter confeſsioni aurem præbet.*

98 *Ius diuinum eſt immutabile.*

99 *Confeſſarius adſtrictus à iudice ad cõfeſsionem aperiẽdam, quo pacto eius eludat imprudentiam.*

100 *Secretum confeſsionis, eſt ſecretum Dei.*

101 *Hiſtoria de monacho, qui cõfeſsionem reuelauit, ex Caſsiano.*

102 *Confeſsio ſacramentalis ſi reueletur, reuelanti non creditur.*

103 *Confeſsio facta confeſſario, extra ſacramentum reuelari poteſt.*

104 *Reo petenti confeſſarium datur ab Inquiſitoribus.*

105 *Epiſcopus ex Concil. Triden. priuatum hæreticum poteſt abſoluere.*

106 Hæreticum *in foro publico nec* Epiſco*pus, nec vllus ſacerdos poſſunt abſoluere.*

107 *Hæreticus in iubilæo, in quo hæreſis non ſit excepta abſolui non poteſt.*

108 *Confeſsio generalis hæreſim nõ comprehendit.*

109 *Articulo mortis abſoluit quilibet ſacerdos.*

INTEREA quæ
edicti explicationẽ
ac totum tractatum
hæreſis lucidiorem
nobis reddunt non
eſt poſtrema denũ-
ciatio. Ea enim ſecũ-
dũ locũ obtinet in hoc iudicio cõtra
hæreticos. Quamobrẽ præcipitur in
edicto vt omnes denũciẽt Inquiſito-
ribus quicquid contra fidẽ Catholicã
nouerint dictum aut factum, aut quo
modolibet perpetratum. Ergo de ea
hoc loco noſtra erit oratio, ſed vt mo-
re ſolito methodus ſeruetur, & radici
dus tractatus iſte aperiatur, ab ipſa de
finitione initiũ ſumemus, deinde eius
ſpecies, vnde dicatur, quomodo ſuma
tur, quid operetur, quando & coram
quibus ſit facienda, & quando liget
declarabimus. Definitionis vires in
vniuſcuiuſq; rei traditione & in om-
ni docendi via & ratione neceſsitatẽ
ſuprà ex Ariſtotele. Bald. & alijs tam
Iuris, quàm philoſophiæ peritis in me
dium adduximus, eamque veram &
maximè conſonam oſtẽdimus, ad rei
cuiuslibet eſſentiam eruendam, quæ
genere & differentià conſtat: nam ex
1 genere † & differẽtia rei manifeſta-
tur eſſentia, & eſſentia nõniſi per de-
finitiones poteſt optimè dignoſci,
quod ex ipſius definitionis definitio-
ne collectu facillimum eſt, quam eiuſ
modi eſſe exponit Pſellus ἐν ἐπιλύψει
εἰς τοὺς τῆς φιλοσοφίας τρόπους: in hæc
verba [ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος, δηλωτι-
κὸς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας τοῦ πράγμα-
τος, id eſt, definitio eſt oratio conciſa,
quæ ſubiectam rei eſſentiam manife-
ſtat. Ab ea nos initium ſumemus.]
2 Eſt igitur † denunciatio (vt placuit
Speculatori, viro quidem Iuriſperitiſ-
ſimo lib. 3. p. 1. tit. de denunciatione
§. 1.) alicuius crimen ad præſentiam
deferre, idem ferè dicit Dynus in
tract. malefic. ſub Rubric. quomod. de
malefic. cognoſcatur per denũciatio-
nẽ: inquit enim: [Denũciare eſt defer
re aliquem reũ criminis:] per l. ea qui
dem. C. de accuſat. & l. ab accuſatore.
§. denunciatores. ff. ad Turpill. eandẽ
diffinitionem ſequutus eſt Guido de
Suza. in tract. de malefic. ſub rub. de
denunciationibus: quæ tamen expo-
ſitio inutilis eſt, quia ſolummodo ex-
ponit verbum per aliud verbum ſy-
nonymicῶs, quod etiam expoſitione
indiget, cùm & id quæri poteſt, quid
ſit deferre reum criminis: ſed Hoſtiẽ-
ſis in ſua ſumma tit. de denunciatio-
ne. §. 1. aliter definit, dicens: quod de-
nunciatio ſit criminis alicuius apud
3 iudicem † ſine inſcriptione legitimè
facta delatio, ad pœnitentiam pera-
gendam, vel aliam pœnam legitimã
imponendam, vel etiam ad vtrũque;
vt colligitur ex tex. in. cap. 2. & 3. &
ex cap. ſuper his. de accuſat. cap. cùm
dilectus filius. eod. tit. cap. nouit. de iu-
dicijs. Albertus de Gandino in tract.
de malefic. §. non ſolùm. pag. 27. vbi
aliam refert definitionem: & vbique
doctores plures alias definitiones, ſeu
potiùs deſcriptiones aſsignant. S. An-
toninus in 3. part. tit. 9. c. 9. Gundiſal-
uus in tract. de hęretic. quæſt. 10. n. 6.
Campegius ad Zanchin. cap. 9. verſ. de
tertia. Repertor. Inquiſitorum. Loca-
tus in opere iudiciali, verb. denũcia-
tio. Simanc. de Cathol. inſtitut. tit. 19.
idem in Enchiridio. titul. 23. Rojas de
hæreticis ſingul. 5. Tabienſ. in ſumma
verb. Inquiſitor. § 26. n. 27. & alij plu-
res, quos conſultò omitto.
At enim prædictæ definitiones ex
multiplici capite reijci debent, cùm
genus & differentia in ea non ſint.
Primò quia Speculator dicit quòd de
nunciatio eſt alicuius crimen ad prę-
4 ſentiã deferre: nã † omnis bona de-
finitio debet conuerti cum ſuo defi-
nito. l. 1. §. dolum. ff. de dolo, & à nul-
lo ſuo definito ſeparari poteſt. Bald.
in cap. ex parte. de appellation. debet
5 etiã † conſtare ex genere & differẽ-
tijs. Bart. in. l. 1. ff. de tutelis. Bart. &
DD. in. l. 1. ff. de acquirenda poſſeſsio-
ne. & in l. 1. ff. de regul. Iur. & in defi-
nito ſubiectum rei aut finis, aut vtrũ-
que ſimul cõnecti debet, vt definitio-
ne includatur. Idem Pſellus loco eod.
Sed hæc non conuertitur. Nec in de-
finito ab illo propoſito, vllum eſt ſub-
iectum aut finis denunciandi. Nam
denunciatio non ſemper poteſt fieri
de crimine delatione nominis delin-
quentis, ergo non eſt bona definitio,
quòd etiam ratione probari poteſt.
Nam quiſpiam poteſt videre delictũ
commiſſum, ſcilicet hominem exani-
mẽ & proſtratum, aut domum incen-
ſam, & audire vocem proferentem
hæreſim vel blaſphemiam, vel aliquas
hęreſes deſcriptas in pariete aut alibi,
& quid ſimile, & tamen penitus au-
torem & delinquẽtem ignorare po-
teſt, & tunc poſſent nihilominus hæc
denunciare: tum germana & vera de
nunciatio foret, nec tamen contra de
linquentem, ergo non eſt hæc perfe-
cta definitio, quatenus dicit, quòd de
nunciatio ſit alicuius crimen ad præ-
ſentiam deferre.
Secundò, hæc definitio ſeu deſcri-
ptio Speculatoris minus poteſt ſuſti-
neri, tũ quia ambigua, tum etiã quia
imperfecta videtur, cum dicit ad præ
6 ſentiam deferre: quia † nunciatio ali-
quando fit extra iudiciũ alicui, vt non
ædificet aut deſtruat ruinoſum, ne ex
ruina damnum veniat vicino: de qua
habetur in tit. ff. de nou. oper. nuncia.
& in decretal. eod. tit. vbi dicitur [de
ferre ad notitiam.] non eſt denuncia-
tio de qua nos agimus ea, cõpetit nũ-
ciationi, quæ longè diſtat à denun-
ciatione. Nam delatio ad præſentiam

illius cui fit nunciatio, eſt vera nunciatio,non tamen denunciatio: ergo non poteſt conuerti.Ex prædictorum tamen definitionibus, & præcipuè ex illa Hoſtienſis quam non improbamus,alia ſelectior deduci poteſt, quæ proculdubio vtcunque iuri conſona, ad rem magis accedere videtur (cui videtur adſtipulari Salicet. in l. ea quidem. C. de accuſat.. Angel. in tract.maleficiorum verſicul. nec non ad denunciationem. in princ.) vt †
7 ſit denunciatio delatio criminis ſine inſcriptione apud iudicem competentem,vt puniatur reus: & ponitur delatio loco generis, verbum enim hoc [delatio] idem operatur quòd relatio ſeu notitia, quæ datur iudici alicuius criminis.

Ponitur [criminis] loco differētiæ,
8 nam † nunciatio non fit de crimine tantùm, ſed & de damno infecto, & nouo opere, & defertur iuramentum parti.l. iuſiurandum ff. de iure iurād. & honos iudici. cap. vt debitus. de appellationib. defertur quoque hæreditas ex teſtamento. l. lege 130. ff. de verb. ſignificat. defertur & à lege iuriſdictio. l. & quia. ff. de iuriſdict.

9 Ponitur † ſine inſcriptione ad differentiam accuſationis, quæ licet ſit criminis fit tamen cum inſcriptione accuſatoris. tex.in l.3.C.qui accuſare non poſſunt,& ibi Cynus Bald. & Angel.& Salicet.in l.ea quidem.in princip. C. de accuſat. Angel. tamen de maleficijs in verſ.nec non ad denunciandum,dicit non facere partem in iudicio,ſed tantùm inſinuare iudici negotium,vt notat Marant. de ordine iudiciario p.6.in Rubric. de denūciatione.

Præterea ponitur [apud iudicem] quia in hoc etiam differt denuncia-
10 tio † à nunciatione noui operis quæ non ſemper fit apud iudicem, text. in l. vnica. C. de noui. oper. nunciat. & à cæteris delationibus quarum aliæ fiunt non apud iudicem, ſed vel à iudice vel à lege, vt ſuprà diximus.

Ponitur [competentem] ad oſtendendum denunciationē criminis fieri debere apud iudicem competentem poteſtatem habentem emendandi, & corrigendi crimina, & delicta iam perpetrata, vel prohibendi quod paratum eſt ad delictum, fruſtra enim eſſet denunciatio facta ei qui non poteſt punire, nec poteſt impedire ne ea vitentur ex defectu iuriſdictionis.argument. l. fin.ff. de iuriſdictione omnium iudic.c.2. de conſtitut in.6.

Iureconſulti etiam multifariam accipiebant prædictum verbum nun-
11 ciatio, nam † nunciare cauſam deferre dicebāt, ſicut renunciare cauſam, à cauſa deſiſtere.l.res. 22. §. vltim. ff. de iur. fiſci, nunciatio noui operis
12 in pandectis aliter accipienda eſt. † Nam ibi prætor edicit, vt ſi quis putet vicinum nouum aliquod opus molientem non habere ius id faciendi,liceat ei denunciare vicino ne id faciat: itaque eum prohibere: vetatque ei cui denunciatum eſt, ſiue ius habeat, ſiue non, tamen ne quid inſtituat. Quod ſi edictum neglexerit, Prætor aditus interdicit, vt opus factum reſtituat:id eſt interim id decernit dum apud iudicem à prætore datum, planum faciat ſibi ius eſſe ſic ædificare:omnino autem diruere id cogitur propter edictum Prætoris ſiue iure,ſiue iniuriâ ędificauerit:quod ſi nūciator velit remittere nūciationem licebit ędificare: licebit etiam nouatori ſatiſdare, ſe opus demoliturum, ſi nunciator actione ſuâ negatoria(quam continuò poſt nunciationem debet intendere)probarit apud iudicem, id illi non licuiſſe, quæ ex



ex toto titulo de nou. oper. nunciat. deducuntur.In materia autem maleficiorum nunciatio, quam commentatores denunciationem vocant,maxima differentia conſtituitur inter ius Ciuile & Canonicū. Nam Roma-
13 ni Pontifices † admittunt quemlibet ad denunciandum iudici crimen alterius,modò illum prius admonuerit emendationis.cap.qualiter & quando.de accuſat.cap.licet Heli.de Simonia. & tunc iudex poteſt procedere per inquiſitionem nullâ factâ mentione nunciatoris,poteſt etiam procedere ſuper nunciatione,inquirendo crimen: hoc eſt, vt nominatim exprimat nunciatorem: debet tamen in hoc conſuetudo obſeruari. Iure autem Ciuili nemo idoneus cenſetur ad nunciandum,niſi ſpecialiter deſi-
14 gnatus fuerit ad id munus. † Olim enim inſtitui ſolebat hominum genus arcanis ſceleribus inquirendis & deferendis operam impendens,vt crimina publicè innoteſcerent: adeò vt ſi plures eſſent qui de eodem crimine denunciare vellent, priùs iudicio contenderent, quàm ad munus hoc
15 admitterentur: † quod genus actionis diuinatio vocabatur in Romano foro,vt patet ex Aſconij Pediani ſcholijs,in act.1.in Verrem, quod fieri ſolebat in denunciationibus externorum criminum, de quibus agendum eſſet in vrbe.Si verò intra vrbis mœnia delictū cōmitteretur,erāt denunciatores collocati per ipſius regiones, qui munere illo fūgebātur, vti cōſtat ex baſi marmoreâ quæ Romæ eſt in Capitolio, cuius ad ſiniſtrū latus tres regiones,ad dextrū duæ cum ſuis curatoribus, denunciatoribus, & vicis, eorumque magiſtris continentur.Idē & in municipijs denunciatores fuiſſe deprehenditur, ex tabula marmoreâ antiquâ,quæ eſt Melphiæ in Lucania in templo S.Angeli, ad aram S. Franciſci adfixa, vbi recenſentur denunciatores Puteolani hodie [de Puzzole] in Cāpania,temporibus Antonini Pij optim.Imperatoris.

IMP. CÆSARI
DIVI. HADRIANI. FIL.
DIVI. TRAIANI
PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVÆ. PRONEP
T. ÆLIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. PONT. V
IMP. II. COS. III. P. P
CONSTITVTORI. SACRI
CERTAMINIS. SELASTICI
SOCII. LICTORES. POPVLARES
DENVNCIATORES. PVTEOLANI.

Per hoc enim antiqui bonos mores mirum in modum tuebantur, & tales nunc quibuſdam in locis deſignā-
16 tur.Cæterùm ne talis delatio in adulationē degeneraret( quia † Tyranni quoque huiuſmodi indicibus abutebantur, quaſi emiſſarijs duntaxat, & auſcultatoribus) quorum etiā vmbra metum innocentibus aliquando incuſſit,vt tradit Plutarc. in Ariſtide,& apud Suydam in ἐνδείκται citatur paucula ſine autore; vbi delatores Reipub.peſtes vocantur: cuiuſmodi fortaſsis fuerūt quos Cicero quadruplatores vocat:ideò ſancitum fuit primū vt nunciatores quodam teſtificati ge-
17 nere vterentur ad inueſtiganda commiſſi criminis indicia, priuſquā † aliquid efferrent,ne errantes ipſi magiſtratum quoque ſeducerent, deinde vt notorijs ſuis nūciatores aſsiſterēt: (ſic enim tota illa criminis per teſtificationē inquiſitio vocabatur) nā falſis, nec ne, notorijs inſimulatus quis eſſet,perpenſo iudicio diſpiciebatur. l.ea quidem.C. de accuſat.Quamobrem Romanæ leges per nunciationem non admittunt aliter inquiſitionem fieri aduerſus criminoſum, niſi

 factâ

factà mentione nunciantis, vt reo co-
pia fiat ſui defendẽdi legitimis exce-
ptionibus, vt de publicę pacis cuſtodi
bus traditur in.l. Diuus Adrianus. ff.
de cuſtodia, & exhibitione reorum.
&.l.ab accuſatione.§.nunciatores.ff.
ad Senatuſ.con. Turpillian. Denun-
tiare etiam diuerſimodè accipitur
apud Iuriſconſultos: nam† denuncia-
re teſtimoniũ alicui, vt vetus locutio
oſtendit, ſignificat vocare aliquem
ad teſtimonium dicẽdum l.4.&l. 19.
de teſtibus.l.6.ff.ad leg.Iul. repetũd.
ſic in lege Manilia: [ TESTIBVS
PVBLICE DVNTAXAT IN
RES SINGVLAS DECEM
DENVNCIANDI POTE-
20 STATEM FACITO ]† ea denũ-
ciatio fiebat per triduũ, vt cõſtat ex
lege.12.Tabul.relata Feſto in vagula
tio: [ CVI TESTIMONIVM.
DEFVERIT. IS. TERTIIS.
DIEBVS.OB. PORTVM.OB-
VAGVLATVM. ITO. ] vbi
obuagulationem interpretatur quæ-
ſtionem cum conuicio. Pręterea de-
nunciare autori, eſt eum ad rem de-
fendendam conuenire.l 29.§. final.l.
53.in fin.l.55.&56.§.ſe pręſente.l.74.
§.1.ff.de euictionib. Inde denuncia-
tione interpoſita, accipitur.l. He-
rennius 63. de euictionib. eſt & de-
nunciatio iudicium præcedens.l.7.ff.
de inoffic.teſtament.denunciare do-
mum, pro ad domum.l. 1.§.1.de liber.
agnoſc.

21 Notandum item eſt quòd † denũ-
cians non tenetur ſe ſubſcribere de-
nunciationi, nec ea verificare, quod
etiam vſu & conſuetudine receptũ
eſt. Ægidius Boſſ.in pract.crimin.tit.
de denunciation.n. 14. iuxta doctri-
nam Angeli & Saliceti in.l. ea quidẽ.
C.de accuſat.n.17.& Bart.in.l.Diuus.
ff.de cuſtodia & exhib.reor. Idem An
gel. de maleficijs in verb. necnon ad
denunciationem.n.12.&20 Bernard.
Diaz in pract.criminali canonic. cap.
59.n.4.Grammat.deciſ.39.num.1.Iul.
Clar. in practic.§.final. quæſt. 7. verſ.
vlteriùs quæro.cap.ſuper his.de accu
22 ſat.† Neque propterea puniri debet
pœnâ Talionis, ſicut accuſator.c. nul-
lus. verſ. inſcriptio.4. q. 4. & ibi gloſ.
in verb.inſcriptio.tex. in cap. calum-
niatur.1.quæſt.3.&.c.qui non proba-
uerit.& c. licet Heli. de ſimonia.l. li-
bellorum.ff.de accuſat.l. qui crimen.
C.qui accuſare non poſſunt, cum ſi-
milibus. Couarruu.lib.2.Variarum re-
ſolutionum cap.9.num.1.Soto de te-
23 gendo ſecreto, col.2.q.5. † ratione ta
men calumniæ condemnatur in ex-
penſis denũcians.Cyn.in.l. ſeueriter.
in fine.C. de iudic. Guid. Papę deciſ.
269.Catald.de Syndicatu.q.182.& cõ
munem dicit Grat.q.47.n.2.lib.1.Gre
gor. Natta in repetit. Clement. ſæpe
n.29.de verb.ſignif.

24 Prædictorũ ratio eſt, quia † denun-
ciatio tendit ad correctionem, accu-
ſatio verò ad pœnã, vt deducitur ex
d.c.ſuper his. de accuſat.& tradit So-
cin.in c. inquiſitionis. n. 22. eodẽ tit.

Ad hęc faciunt, quia accuſator de-
fert ad iudicem crimen cum actione:
inſtat enim apud illum, † vt accuſa-
25 tus puniatur, vt delictum non rema-
neat impunitum: at verò denunciatio
eſt nuda & mera manifeſtatio ſeu inti
matio delicti facta iudici, ſine aliqua
actione, vt ſuper eo ad libitum proui-
deat iuxta doctrinam Bald. in l.1.C.ſi
ex delicto defunctorum.col.3.

His ſic denunciatis denuncians†
26 iurare debet de nõ reuelandis geſtis
per ipſum & Inquiſitorem, vt tradit
Eymeric.in.3. p. Directorij tit. de ſe-
cundo modo procedendi in cauſa fi-
dei per denunciationem.pag.445. &
ibi Franc. Pegna comment. 15. cuius
27 hæc ſunt verba. † [In continenti ipſe
inquiſitor faciat iurare ad quatuor
Euangelia ipſum denũciantem de ve





ritate dicẽda ſuper denunciatis prę-
ſtito iuramento interrogabit eum;
vnde ſcit eſſe vera quæ denunciauit,
& an viderit vel audiuerit. Si dicat ſe
vidiſſe, interrogabit eum de loco, &
tempore, & quoties, & per quem mo-
dum, & qui erant præſentes; ſi dicat
quòd non vidit, ſed audiuit, interro-
gabit eum Inquiſitor à quibus audiuit
& vbi, & quãdo, & quoties, & per quẽ
modũ, & quibus præſentibus audiuit,
formãdo articulos de quolibet prædi
ctorũ ſingulariter, & diuiſim. His ſup-
poſitis notarius prædictã denũciatio-
nẽ in actis reducat dicẽs [quam quidẽ
denunciationem ſic vt pręmittitur fa
ctã ipſe Inquiſitor fecit iurare in con-
tinẽti ad quatuor Dei Euãgelia ipſum
denunciantẽ de dicenda veritate ſu-
per denũciatis, & interrogabit eũ vn-
de, & quomodo ea quæ denũciauerat
nouerat eſſe vera, qui ſi reſpõdet qđ
ideò ſcit ea quæ denũciauerat eſſe ve
ra quia vidit, interrogatus vbi vidit di
ctũ talẽ facere vel dicere ſupradicta,
dixit quod tali die talis mẽſis, & talis
anni &c. ] hæc ibi: idẽ tenet Simanc.
de Cathol.inſtit. titul.64.de teſtibus.
nu.10. & ſeqq. inſtructio Hiſpal.c.14.

Rurſus notandum eſt quod ſæpiſ-
28 ſimè in iure † nunciare vel denun-
ciare pro accuſare accipitur, vt de-
ducitur ex tex. in l. abſentem. C. de
accuſat. l. mulier. 4. ad Senatuſconſ.
Turpillian.& Paul. in.d.l. ab accuſa-
tore.§.nunciatores.ff.eodem.nuncia-
tores appellat, qui delicta produnt
apud iudices, & in hac quoq; ſignifi-
catione debet intelligi tex.in l.qui ſe
pulchra.C.de ſepulchro violato.ibi: ſi
ue quicũque alius accuſauerit, vel ad
officiũ nũciauerit, & de hoc verbo, de
nũciare, in eadẽ ſignificatione ſũptus
eſt tex.in d.l.ea quidẽ.C.de accuſ.ibi:
ea quidẽ quæ per officiũ pręſidib.de-
nunciãtur. Hi autẽ nũciatores, vel de
29 nũciatores † nõ tenebãtur libellũ ac-
cuſatoriũ ſolẽniter proponere: ſed tã-
30 tũ† notoria exhibebãt iudici, ideſt, cõ
pẽdiariũ ſcriptũ cõtinẽs qualitatẽ deli
cti, rei, & teſtiũ nomina, πιττακώματα.
vocãtur in fragmẽtis Baſilicorũ eclog.
60. id eſt matriculę: dicitur & fœmi-
31 næ genere† notoria: Apuleius Fabul.
Miles.lib.7 [Falſam de me notoriã per
tulit] vnde nõ malè, ſiue notoria ſiue
notorias dicemus, notas quaſdã ſigni
ficãtes delictũ, teſtes, ac delinquentẽ.
De his notorijs loquitur Iurecõſultus
in ſpecie, d.§.nũciatores.& d.l.ea qui
dẽ & in l.Diuus.ff.de cuſtod.reor. Aio
32 tamẽ nõ minus notoria † verbo quã
ſcripto fieri poſſe: cùm & vtroq; mo-
do denunciationes receptæ ſint. Iul.
Clar.in pract.crimin.§.final.q.7. verſ.
vlterius quæro.in fin.Boſſ.tit.de denũ
ciatione.n.14.Angel.& Salicet.in l.ea
quidẽ.C.de accuſat. Ex quib. deduci-
tur, quòd ex his notorijs ſiue elogijs
33 ſtatuitur † neminẽ eſſe facilè ac teme
re cõdẽnandũ, vtebantur autem prę-
cipuè hoc modo denũciandi crimina
34 † apparitores & irenarchæ, de quibus
in.l.vlt.§.1.ff.de munerib.& honorib.
& in.d.l.Diuus. qui etiã ſtationarij mi
lites ab Vlpiano appellantur in l.1.§.
vlt.ff.de offic.præfect. vrb. & hoc ap-
pellat officium d.l. ea quidem. & l.1.
C.de cuſtod. reor. ibi. ſiue cum cura
publicæ ſolicitudinis.

35 His ſic poſitis ad expoſitionẽ† anã-
logiæ verbi (denũtio) veniẽdũ, nõ ver
bi ſolũ ſed etiã rei, ſic enim à Iurecõ-
ſultis aliquando propriè quęritur res,
explicatur, & ſymbolum ſubſequitur.
36 Nã Pſellus lib.ſupra citato,† definitio
nẽ & nomẽ conſtituit ad idipſum in-
ueſtigãdũ de quo quæritur: quo loco
per nomẽ etymõ intelligit, & Ariſtot.
ait: Etymologia notam facit rẽ de qua
prędicatur. Idcirco ne per ignotã prin
cipia procedamus, hoc loco congruẽ-
ter videndum erit vnde dicatur de-
nũciatio. Et primò dicendũ eſt, quòd

denunciatio deducitur & cōponitur à de propoſitione & nuntio, quod vtiq; ſignificat certiorare, notificare, intimare,narrare,prędicare,reuelare, & declarare, de quo in Pſal. 50. [Iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo.] Et in Eccleſiaſt.c.10.[Qui habet pennas annunciet ſententiam.]Et Luc. c.2. annuncio vobis gaudium magnum,quia natus eſt nobis hodie Saluator mundi.

37 Secundò,præpoſitio† [de]auget ſignificatum,nūciare quippe ſignificat relationem ſimplicē facere, quâ voluntatem ſuam relatione quis declarat,prout faciunt nuntij, qui mittuntur à Sum.Pont. vel ab alijs principibus:& iuxta hanc doctrinam intelligi debet tex. in l.ab accuſatore. §. nunciatores. ff. ad Senat.conſult.Turpill. &ibi Bart.n.1.At verò propoſitio[de] adiūcta verbo, ſignificat nunciationē cū aliqua actione: nam qui denūciat quodāmodo videtur nūciādo mouere animū illius, cui fit denunciatio, vt ſuccurrat vel emēdet aut prouideat.

38 Latini verò autores per verbum † [denuncio] futurum aliquid nunciabant.Ita Cicero de Seneſt.[quomodo (inquit) Carthagini malè diu cogitāti,bellum inferatur multò antè denūcio.]Columella:[ſin autē(ait)cæli ſtatus frigidus,& pruinoſus hyemis violentiā denunciat in Idus Februarias hanc curā differemus.]Cicero 1.Tuſculan. [Nos verò ſi quid tale acciderit vt à Deo denunciatū videatur, vt exeamus è vita læti: & gratias agentes pareamus.]

Ponitur aliquando pro indico, iubeo,impono,Cicero pro Sex.Roſ.[nō putaſti me familiariſsimis tuis teſtimonia nunciaturum.]Aliquando pro palàm dico: ſignifico, idem pro Quinctio[procuratorum ſe eſſe denūciat.]

39 † Nūciū etiam pro oraculo & præſagio,reſponſo,& re quę diuinitus nūciatur accipitur:hinc Tibul.lib.3.elegia 4.(inquit.)

*Diui vera monent venturæ nuncia ſortis:*
*Vera monēt Thuſcis exta probata viris.*

& Catullus de Berecyntia & Aty.

*Geminas Deorum ad aures noua nuntia referens.*

40 Nuntio etiam idē † quod moneo, & ſignifico.Terent.Hecy.

*At iſtos inuidos Dÿ perdant: qui hæc libenter nuntiant.* Et Plautus:

*Nunquid aliud vis patri nunciari?*

Cicero ad Brutum. [Ita enim Romam erat nunciatum, ita perſuaſum omnibus cum paucis inermibus perterritis metu,fracto animo fugiſſe Antonium.]Huius cōpoſita ſunt annuntio,denuntio,enuntio,obnuntio,pronūtio,renūtio: hinc nunciatio ſignificat ipſos denūciandi actus. Vnde Cicero 2.Philoſoph.[Nos enim nunciationē ſolam habemus, conſules & reliqui magiſtratus inſpectionē.]Hinc Iuriſcōſulti nunciatorē appellarūt,qui rem quampiam nuntiat, aut qui crimen defert,quibus cōfert illud Pauli in l. 6. ſuprà allegat. ff. ad Turpillian. [nunciatores qui per notoria indicia prodūt notorijs ſuis aſsiſtere iubētur]

Quāuis igitur genus verè & propriè omnes ſuas ſpecies cōtineat, iuxta rationē tex.in l.ſemper in generalib.de reg.iur.& Dec.in l.1.2.notabil. ff.eod.Bald.in l.2.C.de iur.annu.Bart. in rubr. ff. ſolut. matrim.col. penult. Abb.in c.in noſtra.de reſcript.tamen quādoq; genus exprimitur cū quibuſdā ex ſuis ſpeciebus.l. Sanctio legū.ff. de pœnis. l. doli clauſularus. ff. de verb.obligat. quod vtiq; fit ad denotandum quod ius alterum ſit in illis caſibus particularibus,quàm regulariter ſit conſtitutū. Idcirco poſtquam dixerimus aliqua notabilia de denūciatione in genere, quia per ſpecies veriùs quàm per genus ſignificatur negotiū,de quo diſputatur (nam ſpecies



ſpecies de proprietate ſermonis ineſt ſuo generi; vt copioſè tradit Frāc. Nicon. in repetit. capit. qui contra. de probationib.numer.749. Bart.in l. 1.col. 2. ff.de vulgar.& pup. & in l. ſi quis in principio teſtamenti.col.3. ff. de legat.3.facit. l. munus propriè. ff. de verb. ſignific. vbi munus habens ſignificationem generis & ſpeciei(vt ibi apparet cum gloſ.)quando in ſpecie ſignificat,propriè dicitur ſignificare:ex.l.iuris gentium.ibi proprium nomen contractus.iuncta gloſ.in ſuo. dum dicit : id eſt, ſpeciali, & notat Socin.in.l.1.num.2.ff.de vulgar.& pupil. ſubſiſtit. pro quo adduci poteſt illud Bald. in l.actor.col. 1. numer. 4. C.de probation.vbi dicit,quod ſi volo probare aliquem hæreticum in genere,produco duos teſtes: vnus deponit de hæreſi in vno articulo fidei, alter in alio: iſti teſtes probant identitatem generis per diuerſitatem ſpecierum: probatio enim per genus fit per quamcumque ſpeciem, idem dicit Bald.in l.1.C. quo numero. Et ſequitur Barbat.in l.1.§.ſi ſtipulanti.col. 8.in principio.ff.de verb.obligat. Cōgruenter igitur vt tota materia dilucidetur ,& meliùs percipiatur ad denunciationis ſpecies gradum fa-
42 ciamus.Doctores † plures conſtituūt differentias denunciationis in capit. nouit. de iudicijs , & in ſpecie Abb. numer.34.& in capit.ſi peccauerit. 2. quæſtion.1.vbi Archidiacon. & Turre cremat.Ludouic.Gomezius in repetit.c.ſi annum.§.ſi verò.de iudicjis. Iacob.Beluiſ.in.c.Romana.§. contrahētes.de foro compet. in 6. Io.Quintin.in d.c. nouit.de iudicijs nu. 56. & omnes criminaliſtæ copioſè in ſuis locis.Sed de denunciatione quoad noſtrum pertinet inſtitutum,agit Eymeric.in 3.p.Director.tit.de ſecūdo modo procedendi in cauſa fidei per denūciationem, & ibi Franc.Pegna cōmētario 15.S.Antoninus in.3.p.tit. 9. c.9.Gundiſal.de Villadieg.tract.de hæretic.c.10.n.6.Campegius apud Zanchin.c.9.verſ. de tertia.Repertor.Inquiſitor.& Locatus in opere iudicial. verb.denūciatio.Simāc.de Cathol.inſtit.tit. 19.Idem in Enchiridio. tit.23. Ioā.Rojas in ſingularib.fidei ſingul. 5.Tabiens.in ſumm.verb. Inquiſitor. §.26.n.27.& alij.Petrus de Aragon in 2.2.D.Thom.de iuſt.& iur. quæſt. 67. de iuſtitia iudicis art.3. quarto caſu. Salon.in.2.2.D.Tho. quęſt. 68. de iniuſtitia accuſatoris art.1.verſ.differūt denunciatio iuridica.Dominicus Bañes de iure& iuſt.q.64.de homicidio, art.8.& alij plures,ex quorum doctorum traditionibus deducitur, quòd denūciatio quadrupliciter accipitur. Euangelica ſcilicet, iudicialis, canonica, & regularis, quos in hoc etiam ſequitur Dominic.Sotus de ſigillo ſecreti membro 2.quæſt.5.& Marianus Socinus in cap.veniens.num.283. de accuſat.Speculator tit.de denunciat. §.2.verſ.vt autem.

43 Euangelica denunciatio eſt † delatio criminis ad prælatum, vt ad patrem gratiæ,ad emendandum fratrē, vt docet Speculator tit.de denunciatione.§.2.verſ.Euāgelica eſt.Abb.vbi ſuprà verſ.& primò circa Euangelicam.Archidiacon.in d.cap.ſi peccauerit.2.q 1.vbi inquit,quòd hęc denūciatio quatenus ordinatur ad tollēdum peccatū procedit ab actu charitatis, ſed quatenus ordinatur ad inſtruēdū alios per exemplum,procedit ab actu iuſtitiæ. argum. c.pręcipuè.2.q.3.quæ tēdunt, vt denunciatus per monitio-
44 nem à peccato ſeparetur, † & dicitur Euangelica quia ab Euangelio Chriſti Domini noſtri originem ducit, vt probatur ex illo Matth.capit.18.& Matth.cap.18. vbi, [ſi peccauerit in te frater tuus,corripe eū primò inter te & ipſum,]& in c. ſi peccauerit. 2.

quæſt.1.vbi Archidiac. & Turre-cre-
mat. Soto de tegẽdo ſecreto. memb.
2.q.1.Theologi in.4.Sentẽtiarum,fra-
ter Areualenſ. in tract. de fraterna
correctione.Imola in.cap.nouit.de iu
dicijs.Hæc autem denunciatio Euan
45 gelica † practicari poteſt hoc modo,
quoties quis occultè nouit aliquem
eſſe in peccato mortali,vel quãdo ſe-
cretò ſcit illud committere velle ſe-
cretè & in charitate monere debet,
vt à peccato reſipiſcat & auertatur,
exemplo Saluatoris noſtri,vt deduci-
tur ex dictis locis,vbi dicit[ſi peccaue
rit in te frater tuus corripe eũ inter
te & ipſum ſolum,ſi te audierit,lucra
tus es fratrem, ſi autem monitus no-
luerit exire à peccato, debet denun-
ciãs adducere ſecum vnum vel duos
& coram ipſis iterum eum monere
vt à peccato ſuo exeat,& ſeparetur:vt
ipſi poſſint eſſe teſtes. Si verò adhuc
in ſuo peccato permanere voluerit
debet Eccleſiæ dicere] id eſt,denun-
ciare iudici cõpetenti,vt iudex ex de
nũciatione ad corrigendũ illũ exiſtẽ-
tẽ in peccato, iudicialiter procedere
poſſit:receptis tamen teſtibus, vt ex
dicto loco colligitur Matth.18.d. c. ſi
peccauerit.2.q.1. Soto de iuſt.& iur.
lib.5.q.5.art.1.& de tegendo ſecreto
vbi ſuprà.Turre-cremat.in ſumm. de
Eccleſia.lib.2. cap.92.Doctores in. c.
46 nouit. de iudicijs. † Finis igitur iſtius
denunciationis eſt proximi emenda-
tio, & ne remaneat in peccato poſt
monitionem prædictam,quã contem
ptã ad actum iudicialem peruenit, vt
iudex,qui habet poteſtatem coactiuã
illum compellat à peccato auerti, ex
notatis per Barbat.& Abb.in d.c. no-
uit.de iudicijs.
47 Altera eſt denũciatio†iudicialis quę
fit corã iudice cõpetẽte, quæ idcirco
iudicialis appellatur.quia ſtatim fit re
latio criminis in iudicio abſq; præuia
monitione,quę ſecũdũ denũciationis
locũ obtinet,cùm denũciationi,quæ
à domino inſtituta fuit,primus locus
debeatur,ſecũdus verò huic quę inſti
tuta fuit à vicarijs ipſius tã in tempo-
ralibus quã ſpiritualibus,quæ in dupli
ci differẽtia cõſtituitur,eſt quippè pu
blica & priuata,vt tradũt omnes Do-
ctores in.c.nouit.de iudicijs,& notat
Specul. vbi ſup. in tit.de denũciatio-
48 ne verſ.iudiciales verò.† Publica eſt
quæ cõpetit alicui ex mero& puro of
ficio ſuo, in quanõ requirit̃ monitio,
ſed iudex ex ſuo officio procedit per
denũciationẽ ſuorum officialiũ.iuxta
tex.in c.Romana.§. ſanè.de cenſibus.
in.6.l.ea quidẽ.C.de accuſat.c.Epiſco
pus.ſynodo tertia.5.q.6.l.diebus.ff.de
cuſtod.reor.l.1.§.ſanè.ff.de offic.prę-
fect.c.nullus.§.aliquãdo, vbi gloſſ. in
verb.dictũ eſt.4.q.4. Ab. in d.c.nouit.
de iud.n.46.Soto de tegendo ſecreto
memb.2.q.5.Specula.vbi ſup. verſ.pu
blica iudicialis dicitur illa.
49 Alia dicitur † priuata iudicialis de-
nũciatio quæ cõpetit læſo propter pri
uatũ intereſſe,ita tradit Speculat. tit.
de denũciat. §. quis denũtiare poſſit.
verſ. priuata verò iudicialis. vbi exẽ-
plificat cõcluſionẽ in eo cui iniuria il-
lata eſt vel res ſubrepta & ſublata.Pa
nor.in.d.c.nouit.§.iudicialis.de iudic.
Marãt.in pragm.iudicial.tit.de denũ-
ciat.§.expedita.col.2. Prętereà denũ-
ciat. ioduob. modis expeditur. Vno
in foro ciuili ſeu ſæculari, alio mo-
do in foro canonico ſeu Eccleſiaſtico.
In foro ciuili nõ requiritur vt præce-
dat nũciationis probatio,&habeat lo
50 cũ † cùm oppreſſus nequit agere cõ-
tra opprimẽtem,quia tunc expeditur
de plano:vt puta quia denũcians op-
preſſus eſt ſeruus, vel alterius pote-
ſtati ſubditus:vt in §.penult. inſtitut.
qui ſunt ſui vel alieni iuris.idẽ dicitur
in monachis, & alijs conquerentibus
de iniuſtis grauaminibus ſuorum præ
latorum.Innoc.in.cap.inſinuante qui
clerici



clerici vel vouentes. Idem eſt quoq;
in his quæ ſpectant ad forum venale,
vt res vẽdantur iuſto pretio: per tex.
in.c.1.de emptione & venditione.Idẽ
in ruſticis oppreſsis eſt habendum iu
dicium.l.neque. §. de plano.ff. de of-
fic. proconſul. Speculat. & Panorm.
vbi ſuprà.
51 Alia eſt † quę expeditur in foro Ec
cleſiaſtico,& in hac quoque nõ requi
ritur proceſſus monitionis,quę etiam
de plano expeditur.text in d.c. nouit
in fin. de iudic. ibi: de plano cogno-
ſcant, vbi etiã in principio,dicitur de
præmiſsione monitionis. vbi idem
Panormit.dicit hanc opinionem eſſe
Ioann. Andreæ & commun. Docto-
rum.
52 Alia dicitur denunciatio†Canoni-
ca,quę à canonibus inuenta fuit,licet
ortum habuerit ſecundum Innocen.
à lege veteris Teſtamenti, & hęc du-
pliciter accipitur,alia ſpecialis, gene-
ralis altera.Panor.in d.c.nouit.verſ.vl-
timò poteſt quæri. de iudic. numero
58.&.59.† Specialis dicitur illa quæ
53 competit ei cuius intereſt, habere
prelatum bonum Eccleſiæ ſubditum:
& fit ad hoc vt quis ab officio remo-
54 ueatur: illi præmittere opus eſt † bi-
nam monitionem. Speculat. d. titul.
de denunciatio. §. quibus poſſit de-
nunciare.verſicul. canonica quoque
denunciatio,& Panor. vbi ſuprà licet
Speculat. ibi dicat neceſſe eſſe tri-
nam præmittere monitionẽ huic de-
nunciationi,quod negat Panor.cuius
ſententiam ſequor eò quòd text. in.
d.capit. nouit. loquens de monitio-
nibus quæ debent præcedere denun
ciationẽ, apertè concordat cũ Panor.
qui adducit Domini præceptũ in quo
duplex tantùm reperitur monitio: &
alij iuris autoritati non innititur ſen-
tentia Speculatoris.
55 Generalis verò canonica denun-
ciatio dicitur illa quæ fit cùm agitur
de matrimonio impediendo,vel diſſol
uendo, vel cùm agitur de prædicto
iudicio Eccleſiaſtico corrigendo in
quo aliquod priuatum non incurritur
intereſſe Speculat.& Abb. vbi ſuprà.
56 Regularis† verò denunciatio ſecun
dũ Speculatorẽ vbi ſup. §.2. circa fin.
eſt denũciatio,ſiue proclamatio in.c.
ad correctionem exceſſus facta.ſecũ-
dum verò Panorm. in d. capit. nouit.
57 Denũciatio regularis eſt†quę ſecũdũ
diuerſas religioſorum inſtitutiones
expeditur, & procedit ſimpliciter &
de plano,neq; appellatur ab ea, vt in
c.ad noſtram.& in cap.reprehẽſibilis.
& cap.cum ſpeciali.§.porrò.in fine.de
58 appellat.adeò quidẽ † vt in Gallia,vbi
appellationes tanquã ab abuſu nũquã
reijciuntur à Parlamentis; tamen vbi
de moribus & diſciplina regulari agi-
tur,omnino prouocantes declarẽtur
inadmiſsibiles, & in duplicẽ appella-
tionis temerariæ pœnam condemnẽ-
tur.Rebuff.in tract.de appellat. tan-
quam ab abuſu.
59 Denunciatio autem quoad noſtrũ
ſpectat inſtitutum † fit coram Inqui-
ſitoribus, vt tradũt Eymeric. & Frãc.
Pegna vbi ſuprà in prima part. Dire-
ctor.Cõment.15.de modo procedẽdi
in cauſa fidei per denũciationẽ. Clar.
in pract. crimin. §.fin. q. 7. verſ. vlte-
rius quæro.in fin.Boſſ.titul.de denun-
ciat.n.14.Angel.Salicet.& alij in l. ea
quidem.C.de accuſat. Poteſt autem
quilibet eam facere,& indicare hęre
ticos inquiſitori apud acta,dicens die
tali fuiſſe tale maleficium cõmiſſum,
aut talem hæreſim prolatam à tali ho-
mine,præſentibus Caio & Nęuio,&c.
in quã ſententiã adducit plura exem
pla Angel.in tract.de maleficijs. verſ.
neq; ad denũciationẽ. n.20. Iul. Clar.
in pract. vbi ſuprà verſ. quæro nunc
quæ ſit forma denũciationis. Quibus
60 peractis†nullę ſunt ampliùs denũciã-
tium partes, ſed iudex tunc inquirit

 de

de delicto,adhibitis teſtibus quos denuncians nominauit,& alijs à quibus veritas excipi & haberi poſsit. Angel. & Salicet.vbi ſuprà.Soci.in c.qualiter & quando 2.num.712. verſ. licet, ſecundum iura.de accuſat.

Nunc verò videndum eſt, an fidei cenſores per monitionem, ſeu edictum fidei, quo publicè quotannis præcipiunt, vt omnes quos ſciuerint labe pollutos denuncient, ſub pœna excommunicationis poſsint & valeant procedere contra renuentes id facere: an illi teneātur Inquiſitoribus id denunciare quod ſcierint ſub pœna peccati mortalis, & hæreticos indicare. In id nos hactenus quæſtionē quintam impendimus, vt oſtenderemus edicto non ſolùm adeſſe publicando omnes debere,ſed etiam ei vt obedirent vniuerſos teneri.Sed cùm hìc de denūciatione nobis eſſet dicēdum, & quo quiſque vinculo ad eam perficiendam obligaretur, nonnulla, quòd ambæ quæſtiones eodem recidant, ex illa in hanc reſeruare, nonnulla breuiter repetere, & quædam ſummis digitis contingere proponebamus.

Primò videtur dicendū,quod non omnes teneantur indicare hæreticū Inquiſitoribus ex vi edicti publici: Nam ſi plures in concione vel alibi publicè audierint aliquē hæreſim affirmare,† ſufficeret ad cōuincendum
61 illū de hæreſi duos vel tres affirmare, cùm omne verum ſit in ore duorum vel trium.Matt.c.18.Luc. 17.Ioa.8.& habetur in c.in omni negotio. & c. licet,de teſtib.l.vbi numerus.ff.eod.titul.c.nouit.de iudic.Cardinal.in Clement.2.de hæret.videtur enim abſonum,vt omnes præciſè teneātur prędictos hæreticos indicare,& ſic quòd tota ciuitas vel populus, qui cognouit illum hæreticum deberet illum indicare: ergo non omnes obligātur ſub peccato mortali; ſed potiùs illi tantum penes quos eſt regimen ciuitatis,vel ſacerdotes quibus incumbit proſpicere pro ſalute animarum.

Secundò, vnumquodque tribunal S. Inquiſitionis, habet perſonam publicā ſpecialiter ad hoc deputatam, cui præcipuè hoc onus denunciandi
62 & accuſandi hæreticos, † quem promotorem fiſcalem appellamus,vt habetur in c.vlt.2. q. 8.& Simanc. tit.4. n. 12.& Franc.Pegna in 3.p.Director. Comment. 14. & copioſè diximus in quæſt. de accuſatione. Ergo ad illos tantùm pertinet hoc onus denunciādi hæreticos, & nō ad cæteros niſi expreſſe ad teſtificandum vocentur, & per conſequens non incurrēt pœnam peccati mortalis, neq; excommunicationis.

63 Tertiò † nemo obligatur ad impoſſibile,ex text. in cap.nemo.de regul. iuris in 6.Lex enim Domini ſuauis & onus eius leue.Matth. cap. 11. Nam peccatum ex voluntate procedit, ex quo deducitur illud axioma, in tantum dici peccatum in quantum eſt voluntarium,text.in cap.cum voluntate.de ſentent.excommunicat. cap. meritò 25. quæſtione 1. notat. Paludan.in 4.ſentent. deciſ. 29. Doctores in c. ſi verò. de iureiurand. Si autem præceptum eſt impoſsibile, & non poteſt per ſubditos adimpleri; cùm fecerint contra præceptum ſine vo-
64 luntate, non videntur deliquiſſe: † ſed cognoſcere aliquē hæreticū impoſsibile videtur, cùm hæreſis in voluntate & intellectu cōſtituatur(non enim verba aut facta hęretica faciūt aliquem hæreticum, ſed conſenſus cum deliberatione in anima, vt omnes fatentur, & tradit Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione. libr. 1. cap. 1. & de hæreſibus libr.1.cap. 1. & probatur ex cap. hæreticus.& cap.dixit Apoſtolus.) Ergo

omnes



omnes non tenentur indicare huiuſmodi hæreticos, cùm impoſsibile ſit illos cognoſcere ratione impoſsibili-
65 tatis prædictæ. † Hæreticus namque eſt, qui circa ea quæ ſunt fidei errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori per voluntatem, approbans falſa pro veris,& vera pro falſis, certa pro incertis. Non ergo conſtitui poteſt hæreticus, niſi error ſit in intellectu: requiritur enim in hæretico falſa credulitas ex parte rationis, & peruerſa voluntas ex parte concupiſcibili, vt probatur ex ratione text. in d. cap. dixit Apoſtolus,24. q. 3.ibi: [qui errant & parati ſunt corrigi, nequaquam in hæreticos ſunt computandi,]ad hæc text.in cap.excommunicamus.1.§.credentes. de hæreticis. Ancharanus & alij in c. quicumque. de hæretic.libr.6. Ioannes de Anania in c.firmiter.in fin. de ſum. Trinitate & fide Cathol. Ad hoc autem vt quis verè,& propriè hæreticus dicatur tria requiruntur.Primò, vt fidem Cathol. ſit profeſſus,& baptizatus exiſtat.Secundò, vt error intellectus ſit in ijs quæ ſunt fidei. Tertiò, pertinacia in voluntate, vt docet Alphonſ.de Caſtro libr.1. de iuſt. hæretic.punit. Tabien.in ſumm.verb.hæreticus.nume. 1. verſ. vnde ad hoc.& §.25. & 26.Simanc.de agnoſcend.aſſertionib.q. 2. num.2.Couarru.lib.3.Variarum reſolution.c.1.nume.2.verſ.hinc ſanè deducitur.Conrad.Brun.lib. 1.cap.2. de hæretic. Rojas in tract.de hæretic. 1. part.numer.40. Melchior Canus libr. 12.de locis Theolog. cap.8.S.Thom. 2. 2. quæſtione 11. art. 2 .Eymeric.in 2.p.Director.q.32.& ibi Franc.Pegna Comment. 57.

66 Cùm igitur† intellectus ſit res ſpiritualis, & non poſsit videri, nequaquam (audientes aliquem proferentem propoſitionem hæreticam)illum hæreticum iudicare poſſunt: de occultis enim animi, neque Eccleſia iudicat.text.in cap.tua nos.c.ſicut. c. humanæ aures.22.q. 5.& habetur lib. 1.Regum cap.16.hæc enim reſeruata ſunt Deo, iuxta illud Paul. 1.ad Corinth.c.4. & tradit Iureconſultus in l. cogitationis pœna.ff. de pœn. Ergo præcipiendo Inquiſitores, per edicta publica pœnā excommunicationis, vt omnes indicent hæreticos,videntur obligare ad impoſsibile;& ſic tale præceptum non obligat.

67 Quartò confert ſupradictis, quia † celare peccatū proximi eſt opus virtutis,& charitatis,ex tex.in c.ſi ſacerdos.de offic.ordin. in c.ſi peccauerit. 2.q.1.Nam tali nunciatione proximo
68 fama læſa vileſcit, quæ † pretioſior diuitijs omnibus præcellit, vt habetur Prouerb.c.22.& Eccleſ. c.7. [Meliùs(inquit) eſt bonū nomē quàm diuitiæ multæ] ergo ſi præcipiatur ſub excōmunicationis pœna, vt quis reuelet hæreticum,quem occultè & ſecretè nouit,nō obligatur neq; ligatur excōmunicatione, cùm potius obedire debeat Deo, quàm hominibus iuxta.tex.in c.Iulianus.11.q.3.

His tamen non obſtantibus cōtraria ſententia vt verior eſt tenenda. †
69 Tenentur enim omnes fideles ſtatim ad Inquiſitores deferre ſub pœna peccati mortalis,& excommunicationis, nullā præcedente correctione fraternā ex edicti fidei præcepto autoritate Apoſtolicā ab Inquiſitoribus propoſito & publicato.Cōplures in hanc ſententiā excuſsimus rationes in 5. quæſt. quas hìc obiter tantùm contingemus, ſuppreſsis autorum grauiſsimorum locis, qui illic citati ſunt, ne bis idem mouere videamur, cùm præſertim ita commodè illinc peti poſsint,ac ſi hìc repeterentur.

Prima ratio eſt,quæ hactenus ſatis probata eſt, quia quæ committuntur contra veram fidem & Deum(qui eſt

ſumma

ſumma veritas) & contra religionem
Catholicã, cenſentur non ſolùm eſſe
70 † in maximam Dei offenſam, verùm
etiam in omnium fidelium iniuriam,
& ideò omnibus incumbit eiuſdem
fidei communis defenſio cõtra hoſtes
Eccleſiæ. Hinc ad ea quæ ſuprà dixi-
mus, monemus conſtitutiones Impe-
ratorum Arcadij, Honorij, & Theo-
doſij plures in libris Iuris deprehendi
quibus id ſanciunt, ac præcipuè in l.
Manichęos. C. de hæreticis. vbi ſic lo-
quuntur [Manichæos ſeu Manichęas,
vel Donatiſtas meritiſsimâ ſeuerita-
te perſequimur. Huic itaque hominũ
generi nihil ex moribus, nihil ex le-
gibus commune ſit cum cæteris. Ac
primùm quidem volumus eſſe publi-
cum crimẽ, quia quod in religionem
diuinam committitur in omniũ fer-
tur iniuriam] hæc illi. text. quoque in
c. cum ſecundum leges. de hæret. lib.
6. cap. vergentis. iunctâ gloſ. verb. gra-
uiùs. eod. tit. Idcirco quilibet tenetur
indicare hæreticos, cùm potiùs de-
beamus perdere vitam, quàm fidem:
can. conuenior. 23. q. 8.

71 Secunda ratio eſt, quia † quicunq;
in aliqua Repub. ciuis probus haberi
cupit, eam tenetur defendere, ne rui-
na cõmunis in omnes, imò & in caput
ſuum veniat, vt potè, ſi proditio, ſi tra-
ditio ciuitatis immineret inimicorũ:
vel ſi periculum mortiferæ infirmita-
tis contagioſæ, aut peſtis eueniret,
aliàs enim veluti communis hoſtis, &
crudelis inimicus patriæ ſeueriſsimâ
pœnâ deberet puniri: ad hæc tex. in l.
poſtliminiũ. §. transfugæ. ff. de capti-
uis, & poſtlimin. reuerſ. & ibidẽ Bart.
in §. filius. nam propter Remp. crimi-
na neceſſariò & rei puniendi ſunt, vt
cæteri metu pœnæ arceantur à ſimi-
libus committendis, cap. non eſt in-
nocentiæ. 23. quæſtione 5. & cap. vt
clericorum. de vita & honeſtate cle-
ricorum. l. capitalium. §. famoſos. ff. de
pœnis. c. deniq;. verſ. thuribula quo-
que. 7. q. 1. at in crimine hæreſis ma-
ior ratio procedit, cùm inde Reipu-
blicę maximę inferantur calamitates
& miſeriæ, tum in perſonis & bonis,
tum etiam in ſpiritualibus rebus, &
fide Cathol. ac etiã tractetur de ani-
marũ cõſeruatione & dãnatione, quæ
præferri debet omnibus rebus: nullũ
namque peccatum eſt grauius ac pe-
riculoſius hæreſi. cap. quid in omni-
bus. 32. quæſt. 7. cap. quid autem. 24.
quæſtione 3. cap. primum, 22. quæſtio.
2. atroxq; dicit crimen Bald. in Mar-
garita in verb. hæreſes, ac crimen
publicum dicitur: Speculator de te-
ſte. §. verum inter crimina, quæ pu-
blica numerantur, vt habetur in qua-
dam conſtitutione Frederici Impera-
toris, quæ incipit [inconſutilem tuni-
cam] §. ſtatuimus. cuius hæc ſunt ver-
ba, [ Statuimus in primis, vt crimen
hæreſeos & damnatæ ſectæ, cuiuſcun
que nomine cenſeantur ſectatores,
prout veteribus legibus eſt indictũ,
72 † inter crimina publica numeretur]
hæc ille, & text. in l. Manichæos C.
de hæret. Proſper Farin. de delictis &
pœnis, quæſt. 18. nume. 60. & per tot.
vbi plura adducit. Ideò Saluator no-
ſter dicebat [Nõ timete inimicos qui
ſolùm poſſunt occidere corpus, ani-
mam verò non] hæretici verò ſunt
lupi ſceleratiſsimi, qui per ſuos erro-
res demergunt animas in profun-
dum Barathri. Meritò igitur quilibet
fidelis tenetur reuelare hæreticos, ne
per iniquitatem ſuam, alios in perdi-
tionem deducant, quorum venenum
(quod alibi diximus) vt cancer ſer-
pit, Apoſtolus 2. ad Timoth. cap. 2.
vnde reſecanda eſt à principio, ne
paulatim intima cordis corrodat,
& ſpiritualem vitam adimat, reſe-
candæ ſunt quidem putridæ car-
nes, & ſcabioſa ouis à caulis repel-
lenda, ne tota domus, maſſa, corpus
ardeant



ardeant, corrũpantur, putreſcãt, & in-
tereant. c. reſecandę. 24. q. 3. cum ſimi-
libus. adde ad hæc quæ ſuprà de pie-
tate erga Deum, patriam, & parentes
adduximus in d. q. 5.

Tertia ratio eſt, quia † iniquus, & re-
probus meritò iudicãdus eſt filius qui
non vindicat iniuriam patris ſui. & iu-
ſtiſsimè meretur excludi ab hæredi-
tate paterna. l. 1. C. de his quib. vt in-
dign. Sed omnes ſumus filij Dei, & vt
dicit Aratus referẽte D. Paul. Act. 17.

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν ——
*Et genus illius ſumus* ——

& hæreſis eſt in grauiſsimam Dei in-
iuriam; ergo inimicus & iniquus iudi-
cabitur filius ac infidelis, qui non de-
fendit fidem Dei, & vindicat eius in-
iuriã, hoc nõ eſt cõfiteri Deum. Et vt
74 ipſemet † Redemptor dixit, [qui non
eſt mecum, contra me eſt: qui me cõ-
feſſus fuerit coram hominibus, confi-
tebor & ego eum coram patre meo,
qui eſt in cælis.] at verò tacere, & nõ
defendere offenſam Dei, ab hęretico
illatam eum indicando, eſt negare
Deum: Ergo meritò dicendum eſt,
omnes teneri hæreticos denunciare,
& fidẽ defendere.

Quarta, quę quodãmodo ad ſupe-
riorẽ accedit eſt eiuſmodi, qui patris
honorẽ non tuetur, & Deũ nõ defen-
dit grauiſsimè peccat, & ingratus eſt,
& tantò grauiùs delinquit, quãtò ma-
gis naturali, & diuino iure tenetur
Deũ diligere. c. dilecto. de ſentent. ex
75 cõmunic. in 6. meritò igitur † ingratiſ-
ſimus iudicandus eſt, qui Dei honorẽ
nõ tuetur, vt habetur Tob. c. 4. & He-
ſther c. 2. Sed Deus pater noſter eſt,
Pau. ad Ro. c. 8. & ad Ephe. 4. cui oĩa de
bemus, quippe qui immẽſa beneficia
ab eo recepimus adeò vt filiũ ſuũ vni
genitũ daret: Ergo niſi honorẽ illius
& ſanctiſsimã fidem (quam nobis di-
gnatus eſt ex ſua immenſa miſericor-
dia reuelare) cõtra ipſos impios hære-
ticos, qui ei aduerſantur reſpuẽtes &
pro nihilo reputãtes Dei dogmata &
diuina myſteria; proculdubio ipſius
omnipotentis Dei indignationem, &
grauiſsimũ ingratitudinis crimen, ſi
hoc neglexerimus, incurremus: his
cõfert text. in c. illud autẽ. de Iudæis:
[Illud autẽ (inquit Innoc. III.) diſtri-
ctiſsimè inhibemus ne in contumaciã
creatoris proſilire præſumant, quo-
niã illius diſsimulare nõ debemus op-
probrium, qui opprobria noſtra dele-
uit] etiam & in dict. Authent. vt non
luxurientur. §. 1. collat. 6.

Quinta ratio eſt, quia nõ reſiſtere
hęreticis, & illos nõ deferre Inquiſito
76 ribus, vt eorũ errores arguant & pu-
niant, † eſt quodãmodo hęreticorum
errores approbare, & fidẽ negare. Id
pluribus in d. q. 5. cõprobauimus: ſed
mirũ in modum afficit me, ac quęli-
bet Chriſtianũ locus elegãs Platonis
77 lib. 10. de Legib. † [Si quid (inquit) im-
piè quiſquam agit, & aliquis tum prę-
ſens fuerit qui Deos defendat, id ma-
giſtratibus ſignificet, & qui primi au-
dierint hoc ad eorum iudicium ſecũ-
dum leges deferant] ergo vt hæreti-
cis Chriſtiani reſiſtant, indictis per
78 edictum pœnis adigi debent.

Sexta, ex † debito charitatis omnes
adſtringimur ſub pœna peccati, ſi poſ
ſumus amouere aliquod damnũ gra-
uiſsimũ à proximo ex c. hoc videtur.
22. q. 5. & tradit Soto de ſigillo ſecreti
2. membr. q. 4. concluſ. 2. & tex. in d. c.
dilecto. de ſentent. excommun. in 6. &
79 cõfert illud Matt. c. [22 diliges proxi-
mum tuum] ita vt † ſi quis cùm poſsit
non tribuit proximo alimenta exi-
ſtente in neceſsitate, & ex hoc mo-
riatur illum interfeciſſe cenſeatur,
text. in cap. paſce fame. 86. diſtinct.
[Quiſquis enim paſcendo (inquit
Ambroſ. in libr. de offic.) homi-
nem ſeruare poteris, ſi non paue-
ris fame occidiſti:] & facit text. in
l. 3

l.3.tit.24.part.1.Couarru.lib.3.Variar. cap.14.Soto vbi ſuprà,memb.2.quęſt. 1. concluſ. 3. Tenemur igitur proximos ſicut noſmetipſos diligere: & †
80 grauiſsimum peccatum incurrimus, ſi ſcimus proximo vel Reipublicę paratas inſidias, & proditionem eſſe, & non reuelamus,ex dict.cap.hoc videtur. ſed nullum maius malum accidere poteſt proximo, & Reipublicæ quàm quod ex hæretico poteſt prouenire,videlicet hęreſes & impugnatio fidei, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo Paul.ad Epheſ.cap.11.Ergo tanquam priuatum proximi, & Reipubl. communem hoſtem tenentur omnes oſtẽdere, & denũciare hæreticum.

Septima† noſtra ratio deciditur per
81 Leonem Sum. Pont.in ſermone 5.de ieiunio decimi menſis, cuius verba ex d. q. 5. repetere nemini profectò tædio eſſe poſsit.

Octaua ratio nititur autoritate ſacræ Scripturæ ex c. 13. Deuteron. in
82 quo traditur regula, quòd † etiam ſi crimen ſit occultum, non excuſatur quiſquam ab obligatione reuelandi hæreticum, quam ſententiam omni penitus difficultate & periculo expulſo, ſequuntur ferè omnes DD. D. Thom.2.2.q.70.art.1.Canoniſt.in c.2. de hæret.& per illum tex.Arch.in c.ſi peccauerit nu.29. 2. q.1.Gundiſal. de Villadieg.de hæret.q.6.n.4.Alphonſ. de Caſtro de iuſt. hæret. punit.libr 2. cap. 25.in princip. Soto de iuſtitia & iur.libr.5.q. 5. art.2. de ſigillo ſecreti, vbi ſuprà. Ferdinandus Menchaca in controuerſia 26.n.4.Simanc.vbi ſupr. Rojas de hæret. in ſingularibus fidei, ſingul. 3. numer.14. vbi copioſè,& in 2.part. aſſertione 2.à numer.1. Magiſtraliter Innocent.in cap.1. de teſtib. cogend. numer. 5. inquit enim quòd vbi vertitur in periculum, ſi crimen ſit occultum vt hęreſis,teſtes poſſunt cogi ad teſtificandum, nam eſt periculum ſi non deferatur, per text. in cap.qualiter & quando.de accuſatione.tex in cap.ſi quis per capillum 2.2. quæſt.1.& nu.4.traditur regula,quòd vbi eſt peccatum celare veritatem, ibi teſtes cogendi ſunt teſtificari, etiam ſi crimen ſit occultum: Sed nõ eſt dubium, quòd ſit peccatum celare hæreticum, cùm ſit grauiſsimum periculum & damnum Reipublicæ, Ergo ſequitur quod teſtes poſſunt compelli & obligari, ſub excommunicationis pœna,vt detegant hæreticos. Vnde Auguſtin. dixit: [Vterque reus eſt, qui veritatem occultat,& qui mendacium dicit,quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.]Et habetur in cap.falſidicus.1.in ordine. de crimine falſi. quod vtique procedit & habet locum, non obſtante quouis iuramento in contrarium emiſſo pacto aut promiſsione, iuxta doctrinam D.Thom.cuius verba ex 2.2.quæſt.70. art.1. ad 2.retulimus dict. quæſt. 5. cum alijs magnæ autoritatis deciſionibus, quas inde petere cuique licet cum ijs,quæ pluribus in eam rem illic digeſsimus.

Et quidem hæc quę dictâ quæſtione quintâ, & in hac ipſa deciſa ſunt
83 adeò vera ſunt,vt procedant etiam† contra proprium parentem in hæreſim lapſum, quem filius tenetur denunciare, vt probatur ex illa Deuter. lege:cap.12.quâ planè præcipitur, vt impius occultus accuſetur & indicetur, etiam ſi frater, filius, vxor, vel amicus ſit,ſi filius eſt accuſandus,ergo & pater: † plus enim filius à patre, quàm pater à filio diligi ſolet, Ariſtotele autore in Ethic. libr.8. vbi rationes exaggerat eius in natura conſtituti:& Euripide in Alcmena

Δεινόν τι τέκνων φίλτρον ἔθηκεν θεὸς
Ἀνθρώποις—*id eſt,*

*Natorum*



*Natorum amorem fecit ingentem Deus*
*Mortalibus*—.

Contemnenda denique ſunt omnia, & omnes conſanguinitates, & affinitates quæſitæ, reijciendæ propter
85 Deum, qui † longè magis diligendus eſt,quàm pater.cap.33. Deuteron. & Matth.cap.10.ibi: [Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrẽ ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam] & paulò pòſt ait: [qui amat patrem, aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus] Ad hæc illud etiam Luc. cap. 14. [Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum,&c.]Et Hieronym.ſcribens ad Heliodorum, & in opere aduerſus errores Ioan.Hieroſolymitani: [Ego(inquit) ſi patrem, ſi matrem, ſi germanum, aduerſus Chriſtũ meum audiuiſſem iſta dicentes, quaſi rabidi canis blaſphemantia ora laceraſſem, & fuiſſet in primis manus mea ſuper eos, qui diligit patrem aut matrem ſuper Chriſtum non eſt eo dignus] & Hilarius,& Theophylact.
86 in cap.4.Matth.docent †odio habendos eſſe parẽtes, qui ab amore Chriſti filios abducere conantur: & ipſe Theophylact. ait in cap. 10. Matth. Patrem relinquendum eſſe quando obſtat virtuti, & pietati, & denique in cap.14.Luc. inquit: [Chriſtus præcipit habere odio parentes, quando in cultu Dei periculum eſt, tunc enim non parentes cenſentur, ſi in hoc nobis obſiſtant,] quibus acce-
87 dant,quòd † ſi filius ſit cuſtos arcis,& pater illam oppugnet, filius patrem occidere tenetur, vt arcem defendat.l. 12.tit. 18. partit. 2. Si ergo propter patriam, & propter principem indicandus eſt pater magiſtratibus, & pro arce tuenda profligandus, & occidendus,quanto id magis fieri debet propter Deum, & Catholicam fidem. Ad hæc facit Alexandri de Ales doctrina 3.part.ſummæ,præcepto 4.quæſtione 33.& Henric.in idipſum præceptum ſermon. 5. Thom. Caietan.in Deuteron.cap.13. Nauarr.in cap.inter verba.11. quæſtione, 3. Alphon. de Caſtro de iuſt. hæretic. punit.lib.2.cap.fin.Palat.Rube. in repetit.cap. per veſtras. §.17.numer.7.de donat.inter virum & vxorem.Siman. de Cathol.inſtit. titul. 29.numer. 35. qui plura in hanc ſententiam adducit. Quia potiùs Deo quàm parentibus obediendum eſt.cap.relatum.de ſentent. excommunic. cap. quiſquis
88 metu. 11. q. 3. Nam ſi filio † licet occidere patrem oppugnãtem patriam ex l.minimè. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. multò magis licebit filio denũciare patrem oppugnantem Deum, & eius fidem Catholicam, ob id er-
89 go † filius qui aliàs ob delictum patris infamis erat, ab illa & alijs ipſo iure pœnis latis,immunis exiſtit.argumẽt. tex.in.l.quiſquis.§.final. C. ad legem Iuliam maieſtat.&.l.5.titul.2. part.7. quæ etiam habent locum in patre contra filium hæreticum denunciantem, in vxore, marito, fratre, & alijs perſonis coniunctis, vt tradit Ioann. Rojas de hæreticis, ſingul.5. num.30. & Alphonſ. de Caſtro libr. 2. cap.26. de iuſt.hæretic. punit. & nominatim hanc quæſtionem definiuit Fridericus Romanorum Imperator in l. cõmiſsi nobis cælitus:vbi poſt latas pœnas in hæreticos eorumque complices & filios,ſubdit: [ne quidem à miſericordiæ finibus duximus excludẽdum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latẽtem patrum perfidiam reuelauerint quâcumque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceat innocentia filiorum, ]quam conſtitutionem Summi Pontifices comprobarunt, vt ſuprà oſtendimus: & copioſè dicemus in quæſtione de filijs hæreticorum.

Eodem

90 Eodē modo procedi poteſt † contra hæreticos ad Eccleſiā quaſi emēdatos redeuntes. Sunt enim ſuâpte naturâ callidi, vt loquitur Epiphanius de hæret. lib. 1. tom. 3. hæreſ. 38. & libr. 2. tom. 1. hæreſ. 59. & Conrad. Brun. lib. 1. de hæret. cap. 7. & 8. nec mirum videri debet, cùm hæretici ferè ſemper fingant ſe eſſe correctos, & emēdatos, vt faciliùs poſsint Catholicos decipere: hoc obſeruauit Sulpicius
91 Seuerus in † Arrianos hiſtor. ſacræ lib. 2. qui cùm vidiſſent nihil ſe poſſe afferre, quo Catholicorum doctrinā euerterent, finxerunt ſe veritati acquieſcere, vt quos apertè rationibus vincere non potuiſſent, eos fictâ reli-
92 gione & dolis opprimerent. † Difficillimè hæretici reſipiſcunt l. omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. l. ſi aliquid
93 C. de ſuſcept. arcano. libr. 10. † Semel nāq; malus ſemper malus præſumitur cap. illo vos. de pignorib. regul. ſemel malus. de reg. iur. in 6. Eū verò pro hæretico, qui ſemel hæreſi fuerit infectus ſemper eſſe tenendum expreſſè contendit Baldus l. non ignorauit n. 5. C. ad exhibēdum. Albert. de agnoſcend. aſſertionib. quæſt. 25. nume. 14.
94 † qui quidem quamuis correcti ſint, tamen interrogari debent ab Inquiſitoribus, vt quos magiſtros ac diſcipulos habuerint ſaltem illi patefaciant.

Rurſus prædicta ampliantur, vt nō ſolùm quilibet denunciare teneatur,
95 † ſed propriâ autoritate hæreticos poſsit capere, bonis ſuis exſpoliare, & impunè occidere, auth. Gazaros. C. de hæretic. ibi: diffidamus. can. ſi audieris. vbi gloſ. in verb. necabis. 23. q. 5. cap. excommunicamus. 2. §. Catholici. de hæretic. Ioan. Monach. & Ioa. Andr. in cap. præſidentes. de hæretic. lib. 6. Gundiſal. de Villadieg. de hæretic. q. 24. & Deuteron. d. c. 13. ibi: [vt miſerearis & occultes eum, ſed ſtatim interficies] vt ſuprà, quos refert Ioan. Rojas d. ſingul. 5.

Cæterùm prædictę doctrinæ nōn procedunt, nec habent locum, quo-
96 ties † in confeſsione ſacramentali quis crimen hæreſis cognouit, quod tunc non tenetur reuelare nec indicare iudicibus fidei, licet ad id cenſuris & edicti pręcepto confeſſarius compellatur: celare etenim huiuſmodi crimen in confeſsione ſacramentali acceptum tenetur. text. in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & remiſsion. Inquit enim. [Caueat autem omnino ne verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem,] cap. dilectus. de exceſſibus prælat. cap. ſacerdos. de pœnitentia. diſt. 6. & ibi Martin. Nauarrus. Et hę quidem deciſiones plurimis rationibus fulciuntur. Primò, quia id ſeruare tenetur ſecreto iure naturali. Secūdò, quia in illo actu ſacerdos Dei vices gerit. Tertiò, quia ſi detegeretur abſtraherentur à confeſſione fideles, & omnibus eſſet exoſa, niſi exactè eius ſecretum ſeruaretur. S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. cuius hæc ſunt verba: [De his quę homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſsionē, nullo modo debet dicere, neque teſtimonium
97 ferre, quia † hæc nō ſcit vt homo, ſed tanquam Dei miniſter, & quaſi à ſecretis, quia maius eſt vinculum ſacramenti quolibet hominis præcepto, eſt namq; de iure diuino confeſsio-
98 nis ſigillum, vt ipſamet confeſsio & † ius diuinum eſt immutabile, & omni tempore, & caſu permanere debet, neque lege aliquâ humanâ tolli poteſt.] can. nulli fas ſit. 25. q. 3. [Nulli fas (inquit) ſit, diuinas conſtitutiones tollere.] cap. final. de conſuetud. Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 18. de conſtit. Cardinal. Turre-cre. in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 107. Didacus Couarr. lib. 1. Variar. reſolut. c. 17. num. 8.



num. 8. & in 4. de ſponſal. hoc enim confeſsionis ſigillum fuit inſtitutum in fauorem totius religionis Chriſtianæ, & ob id priuatorum pactis, & conuentionibus tolli non poteſt. c. ſi diligenti. de foro competent. c. contingit. in principio. de ſententia excommunicat. l. ius publicum. ff. de pactis. cum ſimilibus.

99 Quinimò † ſi confeſſarius cōpellatur ab imperito iudice ſub iuramēti vinculo, vt quæ in confeſsione accepit denunciet ei, aut ſi in teſtem ducatur, nullo modo obtemperare debet, poteſt enim aſſerere ſe nihil eorum ſcire, quia quæ audiuit nō vt homo, vt dictum eſt, nec vt priuata perſona accepit, ſed vt Dei vicarius
100 & cæleſti functus munere: † nec ſecretū confeſsionis dici poteſt hominis ſecretū, ſed Dei cui confeſsio fit per miniſteriū ſacerdotis: quod iudicans, & diffiniens Oecumenicum Concilium Tridentinum his verbis expreſsit ſeſſ. 14. cap. 6. [Abſolutio ſacerdotis alieni beneficij eſt diſpenſatio] ad hæc facit d. c. dilectus. de exceſsib. prælat. vbi gloſ. & communiter DD. d. c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remiſſ. S. Thom. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad ſecundum argumentum. Innoc. & alij in c. qualiter & quando. 1. de accuſat. Sotus, & Theolog. lib. 4. ſentent. diſtinct. 18. ar. 5. Nemo igitur exiſtimet vllo modo confeſſionis ſecretum eſſe detegendum, niſi ſua eſſe certò teneat quæ ſunt ſupra ſe. Poetæ vel fabulis ſuis de Deorum ſecretis tacendum eſſe docent, Ouid.

*Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat*
*Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.*

101 Sed & refert Caſsianus collation. 2. de diſcretione. cap. 12. † quemdam monachum in Syriæ partibus cogitationes alterius fratris monachi exceptas ſimplici cōfeſsione, poſtmodum detexiſſe, vnde ferè omnes illius ætatis monachi in Africa & Syria degentes verecundiùs ac timidiùs ad confeſsiones accedebant. Caueant igitur confeſſarij ne per imprudentiam iudicis ad id compellantur.

Hæc moneo ſacerdotes, & iudices vt ediſcant, ne labi turpiter illis cōtingat, vt Theologulis quibuſdam Turonenſibus in Gallia ſuperioribus annis accidit, quibus hoc placuit ad detegendos Catholicæ religionis athletas, vt programmata per parœcias mitterentur, quibus ſacerdotes inuitarentur ad ea denunciāda quæ per confeſsiones edidiciſſent. Sed vt diximus nec ſacerdotes in lucem quicquam educere, nec iudices à ſacerdotibus explorare vllo modo de-
102 bent. Veniunt in hanc ſententiam ſupra citati DD. adeò quidem vt † ſi reus crimen ſacerdoti ſit confeſſus eiuſmodi cōfeſsio nihil operetur, ac ne quidem indicium ad torturam faciat. argumen. text. in cap. ſi ſacerdos. de offic. ordinar. Bald. in l. archigerontes. C. de Epiſcopali audient. quem refert, & ſequitur Anton. Gomez tom. 3. Varia. reſolution. cap. 13. num. 9. Eymeric. Direct. Inquiſ. part.
103 2. in prooem. & ibi Franciſc. Pegna comment. 25. At † ſi extra confeſsionem ſacramentalem, & pœnitentiæ ritus reus ſacerdoti de crimine aliquid ſignificarit, quantumuis id ſub ſecreto dictum ſit, etiam præſtito iuramento, & obſtrictâ fide ſi producatur in teſtem ſacerdos, & poteſt, & tenetur reuelare in veritate teſtimonij, hoc ſentiunt Innocent. in c. qualiter & quando. 1. de accuſationi Panormit. in cap. ſi ſacerdos. de offic. ordinar. Felin. in cap. intimauit. de teſtibus. S. Thomas 4. ſentent. diſt. 21. quæſt. 3. art. 1. at maximè in hoc eri-

crimine, cuius excuſsio vix ſatis tutè fieri poteſt, ſub pœna peccati mortalis etiam ſacerdos tenetur: id cenſet Guido Fulcodius in conſultatione ad Inquiſitor. quæſt. 8. S. Thomas 2. 2. quæſt. 70. articu. 1. Soto lib. 5. de iuſtit. & iure. quæſt. 5. art. 2. & copioſè Ioann. Rojas in ſingul. fidei ſing. 5. num. 14. & Franciſc. Pegna. d. comment. 25.

Ad has quæſtiones attinet obiter diſquirere an hæreticum in vinculis reum exiſtentem audire in confeſſione poſsit quiuis ſacerdos, idemque an dari illi ab Inquiſitoribus debeat; negat Simancas de Catholic. inſtitut. tit. 16. num. 30. nec omnino abeſt à rationis elucidatione, cùm ait Inquiſitione pendente reum hæreticum reputari, itaque indignum videri tanta indulgentiâ, & benignita-
104 te: at maxima pars DD. † benigniùs cum vincto agendum eſſe affirmat; tum ad elucidandam veritatem ſi quid dicat extra confeſsionem, tum ad id vt ouis, quæ perierat ad caulas ſi fieri poſsit reportetur; refert ex Theologorum ſententia Franciſc. Pegna. d. comment. 25. quo loco inſtructionis Matritianæ verba ſic Latinè exponit. [Si reus aliquis ægrotauerit in carceribus, præter quàm quod Inquiſitores debent diligẽter curare, vt ei fiat medicina, exhibeaturque cuncta ad ſalutem eius neceſſaria, conſilio medici ſeu medicorum, qui ei medentur, ſi petierit cõfeſſarium debet ei concedi; qui ſit ſpectatæ probitatis, & de quo plurimùm confidatur, à quo iuramentum exigatur de cuſtodiendo ſecreto: & quòd ſi pœnitens ei dixerit aliquid in confeſsione, quod velit reuelari extra carceres, ne in hoc vllo modo ei obtemperet, nec ſimilia mandata reuelet: quòd ſi extra confeſsionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquiſitoribus manifeſtabit. Ad hæc Inquiſitores confeſſarium admonebũt ac inſtruent qualiter ſe gerere debeat cum pœnitente, vt videlicet dicat ei, quod cùm ſit pro hæreſi incarceratus, ac de ea reus accuſatus, non poteſt abſolui, niſi iudicialiter hæreſim ſuam manifeſtet. Et cætera relinquentur confeſſoris iudicio, & conſcientiæ, ſacerdos verò debet eſſe doctus, vt intelligat id quod in cauſa tali fieri conueniat.] Hæc ille, quæ ſatis ſunt ad huius dubij reſoluendam ambiguitatem.

Hinc alia quædã exſurgit contẽtio inter Theologos, & Canoniſtas, an quiuis ſacerdos hæreticũ abſoluere poſsit: non enim abs re incidit hæc quæſtio in materiam denunciationis, vt vel ſacerdos denunciet, quod audierit extra confeſsionẽ, vel reum admoneat vt publicè id denunciet. Certè ex Bulla in cœna Domini crimen hæreſis Summo Pontifici reſer-
105 uatur, † quod tamẽ foro priuato per Concilium Tridentinum Epiſcopis relaxatur, non etiam eorum vicarijs, vt habetur ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6. vnde etiã deſumitur deciſio quod
106 † nullus ſacerdos, nulluſue Epiſcopus in foro contẽtionis poſsit hæreticum abſoluere, idq; confirmatũ Bullâ ſiue motu proprio Greg. XIII. relatâ à Franciſc. Pegna comment. 25. ad Eymericum. Ad quid igitur hic de confeſsione? cùm ſacerdos audiendi hæretici ius non habeat? Fieri aliquãdò poteſt, vt quis hæreticus ex Iubilæi vi quo Summus Pontifex abſoluendæ omnimodæ hæreſeos cuiuis facit poteſtatem, petat abſolui; vel cùm fuerit abſolutus, vt ad forum publicũ trahatur, deinde vt cùm moribũdus putetur abſoluatur, ac ſtatim valetudinem recuperet: ſi quis hæc conſideret mirari deſinet in hoc loco de cõfeſſario nos dicere. Supereſt igitur



igitur vt id an locum habeat in foro Dei diſcutiatur, Theologis id pla-
106 cuit, vt † quiuis ſacerdos hæreticum occultum poſſet abſoluere, & pro vtraque parte diſputat Rojas de hæretic. 1. part. nu. 240. & aſſertion. 37. Contrà in aliam ſententiam ferun-
107 tur Iuris Canonici Coryphæi: nam † ſi aliquâ Bullâ, vel Iubilæo ſolẽni in quo cõceſsit Summus Pontifex omnes caſus etiam reſeruatos non ſit hæreſis excepta, hæreticus abſolui
108 non poteſt, quia † in generali cõceſſione nunquam venit abſolutio hæreſis. can. frater noſter. 16. quæſt. 1. Couar. in cap. alma mater. 1. p. §. 2. Rojas vbi ſuprà. aſſert. 39. Simanc. c. 3. de inſtitut. Catholic. & in Enchirid. tit. 51. quanuis contra teneat Soto 4. diſtinct. 22. q. 2. art. 3. & Abb. in cap. de cætero. de ſentent. excommunicat. Quâ ratione neq; Epiſcopis id liceret, niſi expreſsè, & implicitè Concilium Tridentinum. d. cap. 6. rem complexum eſſet his verbis, vbi loquitur de Epiſcopis. [Idem, & in hæreſis crimine in eodem foro cõſcientiæ eis tantùm, non eorum vicarijs, ſit permiſſum,] quo loco pluribus diximus in ſcholijs noſtris ad Concilium nondum luci datis.

Ab hac tamen deciſione eximendam ſemper cẽſuimus neceſsitatem
109 in articulo mortis, † tum enim hæretico ſeu publico, ſeu priuato indulgere abſolutionem poteſt quiuis ſacerdos, vt conſtitutum eſt, in Cõcil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 7. ante reformat. can. 15. qui tempore. can. ſi quis. 26. q. 6. & text. in cap. eos. de ſent. excom. in 6. Dominic. Soto 4. Sent. diſt. 18. q. 4. art. 4. attamen ſi commodè Inquiſitor poteſt aduocari, quærenda eius eſt præſentia, Rojas vbi ſuprà, aſſert. 38. & Simanc. vbi ſuprà.

# DE ACCVSATIONE PROPONENDA A PROMOTORE & Aduocato Fiſcali ſancti Officij, aduerſus fidei noxios.

## SVMMARIVM.

1 IVdex in omnibus delictis, tam publicis, quam priuatis, poteſt ex officio inquirere.

2 Accuſationis definitio, & etymologia.

3 Accuſare omnibus permittitur, niſi prohibitũ reperiatur expreſsè: & quibus cauſis ab accuſando quis repellatur, & num. 4.

5 Accuſare prohibiti, admittuntur, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur.

6 Appellatione ſuorum, qui veniant in materia accuſationis.

7 Hæreticus eſt vniuerſæ Chriſtianæ Reipub. hoſtis peſtifer, & exitioſus.

Accuſare de crimine hæreſis quilibet poteſt, ac tenetur, ibidem, & nu. 45.

8 Ciuium quiſque, pars & membrum eſt ciuitatis.

9 Accuſator in crimine hæreſis, non punitur pœnâ talionis, ſed ſeuerè arbitrio Inquiſitorum plectitur, ſi in probatione defecerit: ſecus eſt in alijs delictis.

10 Pœna talionis iuxta qualitatẽ delicti arbitrio iudicis, venit imponenda.

11 Pœna talionis iure ciuili inducta fuit.

12 Pœna talionis per conſuetudinem ſublata eſt.

13 Accuſator libellum in ſcriptis porrigere debet.

14 Accuſatio verbalis in crimine hæreſis, valida eſt.

15 Promotor fiſcalis ſancti Officij, quare inſtitutus, & nu. 30. ad pœnam talionis non ſe ſubſcribit, & ex officij neceſsitate compulſus reos accuſat, & num. 39.

16 Promotor fiſcalis S. Officij, quæ narrare, & quæ omittere debet in libello.

17 Accuſationis forma neceſſaria eſt, & in dubio præſumitur ſubſtantialis.

18 Forma eſt ordinata ſeries, rem ad ſubſtantiam reducens.

19 Accuſationis in crimine hæreſis formulæ variæ, ſecundùm aliquos Doctores.

20 Accuſationis forma ex Eymerico, Pegna, & Simanca, quam Promotor fiſcalis Inquiſitoribus porrigit.

21 Accuſationis forma ex communi Inquiſitionũ ſtylo, ab autore traditur.

23 Inquiſitores quare Reuerendiſsimatus titulo afficiantur.

24 Inquiſitores Summi Pontificis locum tenẽt, eiuſq; perſonam repræſentãt.

25 Inquiſitores quare plurali numero, tã in edicti fide quam in ſententijs, vtantur.

26 Conſuetudinem in fauorem fidei, iuſtum initium credendũ eſt habuiſſe, habetq; vim legis ſcriptæ.

27 Inquiſitorum nomina cur in accuſatione exprimantur.

28 Iudicij definitio.

29 Promotoris fiſcalis ſancti Officij, nomen, & gradus, quare in accuſatione deſcribatur.

31 Reus, non ſtatim vt quis accuſatur, cenſendus eſt.

32 Ordo procedendi in cauſis fidei, ex communi Hiſpaniarum ſtylo.

33 Carceratio pro crimine hæreſis quomodo ab Inquiſitoribus facienda.

34 Reus non debet ante ſummariam informationem capi, niſi adſit ſuſpicio de fuga.

35 Cognitio ſummaria in cauſa hæreſis, arbitrio



arbitrio Inquiſitorum relinquitur.

36 Inquiſitores quomodo procedere debẽt in cauſa hæreſis contra graues, & qualificatas perſonas.

37 Promotor fiſcalis debet eſſe iuris peritus, & quare, & num. 40.

38 Promotor fiſcalis tenetur ad ea, ad quæ accuſator obligatur.

41 Promotor fiſcalis cuius cõditionis, & qualitatis eſſe debet.

42 Aduocare quid ſignificat.

43 Promotor fiſcalis caueat ne aliquem malitioſè accuſet.

44 Promotor fiſcalis debet reos in ſcriptis & propriâ voce accuſare.

46 Crimen contra diuinã religionem commiſſum, in omnium fertur iniuriã.

47 Promotor fiſcalis ſolus hæreticos accuſat.

48 Differentia quæ ſit inter accuſationem, & denunciationem.

49 Clauſula illa [Vt meliùs de iure poſſum, & debeo, compareo, &c.] in accuſatione apponi ſolita, quare non ſit neceſſaria in crimine hæreſis.

50 Clauſula illa [præuijs ſolennitatibus à iure requiſitis] in accuſatione ponitur ex abundantia, non autem ex neceſsitate.

51 Verbum [accuſo] quid indicat, & quando quis accuſare dicatur.

52 Accuſatio propriè quæ ſit, & quæ actio, & in quo differant.

53 Nomen rei apponendũ in accuſatione cum alijs ſignis, nec ſi error nominis vllus ſit, minùs illa ſubſiſtit.

54 Rei origo, aliæque circunſtantiæ multæ, debent diligenter inquiri, quæ arbitrio Inquiſitoris relinquuntur, & num. ſeqq.

55 Reus ex natione, & patria præſumitur bonus, vel malus.

56 Filius talis præſumitur, qualis pater.

57 Homo, ex educatione præſumitur bonus, vel malus.

58 Conuerſatio mala, malum facit quemlibet præſumi.

59 Conuerſatio prauorum hominum pernicioſiſsima.

60 Malus, ſemper præſumitur malus.

61 Præſumptio alicuius talis eſt hodie, qualis olim fuit.

62 Inquiſitor in rebus dubijs, quæ conſiderare debeat.

63 Aures humanæ talia verba iudicant, qualia foris ſonant, & num. 79.

64 Pœna ordinaria nõ imponitur per ſuſpiciones, ſed per probationes clariores.

65 Suſpicionis definitio.

66 Clauſula illa, in accuſatione poſita. [Et narrando facti ſpeciem, & caſum] quare ponatur.

67 Clauſula illa [Qui cùm eſſet Chriſtianus] neceſſaria eſt in accuſatione, & quare.

68 Hæreſis non dicitur in infideli.

69 Qualitas in diſpoſitione requiſita, omnino probari debet.

70 Promotor fiſcalis in accuſatione contra inquiſitos de hæreſi, quid ſuperaddere debeat, vltra clauſulã illam [Qui cùm eſſet Chriſtianus.]

71 Iura incorporalia, quæ tãgi nequeunt, poſſideri non poſſunt, ſed ad ſimilitudinem rerum corporalium quaſi poſſideri dicuntur.

72 Signa, quòd aliquis ſit in quaſi poſſeſſione Chriſtiani, quæ ſint.

73 Violenta præſumptio iuris ex quibus oriatur, ad hoc vt ſit ſufficiens ad condemnandum.

74 Præſumptio iuris transferens onus probandi in reum, quæ ſit.

75 Præſumptio oriens ex euidentibus cõiecturis, cenſetur præſumptio iuris approbata, transferens onus probandi in reum.

76 Clauſula illa [neglecto timore Dei, &c.] quare addita fuit in accuſatione Promotoris fiſcalis S. Officij.

77 Hæretici in errore pertinaces ſeueriter puniũtur, curiæq; ſæculari traduntur.

78 Clauſula illa in accuſatione Promotoris fiſcalis. [Fecit, & dixit aliquid hæreticum] quid importet.

80 *Nemo præſumitur dicere, quod priùs non cogitauerit, & talis præſumitur, qualia verba profert.*
81 *Verba intentioni deſeruiunt, non verbis intentio.*
82 *Actus præſens præteritam intentionem declarat.*
83 *Deus eſt ſcrutator cordium.*
84 *Verba animum dicentis exprimunt.*
85 *Confitens factum hæreticum, ſi intentionem impiam neget, non eſt audiendus.*
86 *Ambiguitas vbi nõ adeſt in verbis, nõ debet voluntatis quæſtio admitti.*
87 *Hæreticus qualiter deprehendatur, an verbis, an verò factis, & nu. 108.*
88 *Verba & facta ſunt ſigna indicantia interiorem mentis conceptum.*
89 *Hæretici quot modis conuincantur pertinaciæ, & malè ſenſiſſe contra ſeptem genera veritatũ, & articulos fidei: & quæ ſint.*
90 *Hæreticus quando ex factis deprehendatur, & quot modis dignoſcatur.*
91 *Suſpicio leuis de hæreſi ex quibus inducatur.*
92 *Promotor fiſcalis S. Officij quare in accuſatione vtitur illis verbis, [Et ſpeciatim laicum accuſo, &c.]*
93 *Promotor fiſcalis debet in accuſatione, ponere locum ciuitatis, vbi cõmiſſa fuit hæreſis, & quid de tempore, & num. 95.*
94 *Tempus commiſsi criminis debet ſpecificè in libello apponi, aliàs nõ procedet inquiſitio.*
96 *Reus ſi petat ſibi declarari locum, & diem commiſsi criminis, poteſt ſibi concedi, præſtitâ tamen priùs cautione, ne aliquod capiant teſtes detrimentum.*
97 *Occidens aggreſſorem licet excedat modum inculpatæ tutelæ, non eſt puniẽdus pœnâ mortis, ſed aliâ mitiori.*
98 *Negatiua coarctata loco & tempore, probabilis eſt.*
99 *Defenſio cum ſit de iure naturæ, nullo modo denegari debet.*
100 *Fama veteribus Poetis dea fuit, & veridica.*
101 *Priuilegia Chriſtianorum quibus non vtuntur pagani, nec Iudæi.*
102 *Matrimonium iuſtum Pagani, & Iudæi non habent.*
103 *Teſtimonium non ferunt Pagani nec Iudæi propter infamiam, & vtilitatem ſuam.*
104 *Hæredes inſtitui non poſſunt Pagani nec Iudæi.*
105 *Teſtamẽti factionem Pagani nec Iudæi habent.*
106 *Donationes nec facere nec admittere poſſunt Pagani.*
107 *Dignitates nullas Pagani habere poſſunt.*
108 *Aduocationibus Pagani nõ funguntur.*
109 *Militare non poſſunt pagani, nec Iudæi.*
110 *Docere non poſſunt pagani nec Iudæi.*
111 *Confugere in Eccleſias non poſſunt Iudæi.*
112 *Miles vtens illicitis inſignibus falſi tenetur.*
113 *Priuilegijs Chriſtianorum ſi pagani vtuntur puniuntur vt hæretici.*
114 *Pœna hæreticorum.*
115 *Clericus ſæcularibus implicitus à ſæculari iudice iudicatur.*
116 *Laicus in Eccleſiaſticis rebus ſi delinquit ab Inquiſitoribus, & iudicibus Eccleſiaſticis iudicatur.*
117 *Promotor fiſcalis quare in accuſatione ponit clauſulam illam [dixit aliqua verba hæretica, ſiue ſuſpecta de hæreſi.]*
118 *Hæreticus, ſecundum qualitatem verborum ab eo prolatorum, cenſendus eſt.*
119 *Verborum qualitas, eſt mẽtis, & fidei noſtræ teſtimonium.*
120 *Vox eſt nota paſsionum, quæ in anima ſunt.*
121 *Lingua eſt nuncius, præco, organum, & tuba intellectus, ac mentis euidentiſsimum argumentum.*
122 *Homo illud vult, quod verbis explicat.*
123 *Hominis animus ex loquelà indicatur.*
124 *Hæretici pertinaces ex quibus dignoſcantur.*
125 *Promotor fiſcalis quare in accuſatione vtatur illis verbis; [vel fecit tale quid hæreticum.]*
126 *Qualitas factorum, intentionem, animum, & voluntatem actorum demonſtrat.*
127 *Exteriora ſecreta animi interiora indicant.*
128 *Facta plus aliquid demonſtrãt, quàm verba.*
129 *Clauſula illa in accuſatione hæreſis [Adductis aliquibus ſacræ Scripturæ locis, &c.] quare ponatur.*
130 *Reus magis animum deprauatũ oſtendit, ſi errorem ſuum nititur autoritate corroborare.*
131 *Verbum [grauiter reprehenſus] quare ponatur in accuſatione.*
132 *Pertinax quis dicatur.*
133 *Verba illa [curans in dies ſuum ampliare errorem, &c.] quare in accuſatione hæreſis ponatur.*
134 *Hæreſiarcha propriè quis dicatur?*
135 *Dogmatizans an debeat admitti ad miſericordiam, ſi conuertatur.*
136 *Clauſula illa [quod hac ſuſpectâ doctrinâ, fidei aduerſâ, & ſuo facto, vel dicto minùs recto, &c.] quare in accuſatione apponatur.*
137 *Scandalum vt euitetur, relinquitur ſeueritas iuris poſitiui.*
138 *Scandalizantes debent grauiter puniri.*
139 *Chriſtus, vt euitaretur ſcãdalum, ſoluit tributum.*
140 *Hæretici ob ſcãdalum debent à communione fidelium reijci, & curiæ ſæculari tradi.*
141 *Delicta ne impunita remaneant, Reipub. intereſt.*
142 *Clauſula illa in accuſatione poſita [quod accuſandus venit, eò quòd is ſpiritualis commodi ſuæque conſcientiæ parum ſolicitus, ſigno crucis ſe ſignare neſcit, &c.] quare inducta fuit.*
143 *Chriſtiana doctrina, ac articuli fidei, debent à quocumq; ſciri.*
144 *Errans ignorãtiâ inuincibili, ab hæreſi excuſatur, & quomodo.*
145 *Errans bonâ fide, quærens veritatem rerum difficilium, non eſt puniendus.*
146 *Ignorantia iuris naturalis, & diuini neminem excuſat.*
147 *Clauſula illa in accuſatione poſita [repertum fuiſſe in eius domo librum, vel chartam dogmata, & errores nefarios Lutheri continẽtem, &c.] quid ſignificet.*
148 *Libri hæretici penes aliquem reperti, qualem ſuſpicionem faciant.*
149 *Inquiſitores, ex perſonarum ac librorum qualitate, aliarumq; circunſtãtiarũ hæreſim ſtatuere poſſunt.*
150 *Detinens hæreticorum libros, an, & quomodo ſit de hæreſi ſuſpectus.*
151 *Clauſula illa in accuſatione poſita [quod cùm aliàs ad miſericordiam fuerit receptus, quia ſuos fuit confeſſus errores, &c.] quid importet.*
152 *Hæreticus ſuam impiam incredulitatem confitens quomodo recõciliandus, & quâ pœnâ afficiendus.*
153 *Eccleſia nemini ad ſe recurrenti gremium claudit.*
154 *Abiurans de vehementi, ſi relabitur quâ pœnâ plectatur.*
155 *Relapſus quis dicatur, & quotupliciter, & num. 139. 142. & 154.*
157 *Pœna relapſorum quæ ſit, & qui ſint emanſores.*
158 *Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non denegantur hæreticis ad Eccleſiam conuerſis, vnctio verò extrema ſic.*
160 *Relapſus ſiue negatiuus, ſiue confeſſus relaxandus eſt.*

161 *Delictum geminatum veniam non meretur.*

162 *Clauſula illa in accuſatione poſita [eū accuſo; quòd cùm è Saracenorum familia originem traxerit, &c.] quid denotet.*

163 *Filius talis præſumitur, qualis fuit pater.*

164 *Filius punitur ob delictum criminis læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ à patre commiſſum.*

165 *Filij ex iniquis parentibus nati, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus eos.*

166 *Filijs hæreticorum vetitum eſt eorum ritus ac ſectas obſeruare.*

167 *Communicatio hæreticorum cum Catholicis interdicta eſt.*

168 *Sapiens erit, qui cum ſapiente graditur, & è contra.*

169 *Societas ac familiaritas hæreticorum, tanquam peſtis fugienda.*

170 *Communicare cum excommunicatis non licet, & quæ ex hoc oriatur ſuſpicio.*

171 *Purgatio quandoq; canonica, quandoque vera, indicitur ob hæreticorum familiaritatem.*

172 *Clauſula illa [quod verbis ſcandaloſis, & nouis opinionibus, in publicis concionibus vſus eſt, &c.] Cur in accuſatione apponatur.*

173 *Prædicans aut docens contra fidem, hæreticus eſt manifeſtus, & quâ ſit afficiendus pœnâ.*

174 *Prædicans, legens, vel diſputans publicè, ſi aliquid ſcandaloſum dixerit, quid ſit contra eum agendū, & quid ſi aliquid ambiguū protulerit.*

175 *Clauſula illa [quoniam ex pluribus à ſe dictis, & minus conſideratè prolatis præſumi poteſt, &c.] quâ de cauſâ in accuſatione inſeratur.*

176 *Hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi ſemel, ſemper talis præſumitur, & num. 177.*

178 *Clauſula ſeu proteſtatio illa in accuſatione poſita, [& fidem adhibuiſſe multis alijs erroribus, vt hæreticus, &c.] ad quid adinuenta.*

179 *Clauſula [ſaluo iure impertinentiarum, & non admittendorum] cuius ſit effectus.*

180 *Iudex licet in cauſis ordinarijs non poſſit ſententiam proferre, niſi ſit concluſum in cauſa, non procedit in cauſis ſummarijs.*

181 *Promotor fiſcalis ſancti Officij non tenetur in cauſa fidei concludere.*

182 *Clauſula illa [tum etiam quoniam fortaſsis nouit alios complices, &c.] cur in accuſatione ponatur.*

183 *Reus in crimine hæreſis tenetur complices reuelare, & ob id torqueri, & num. 166.*

185 *Clauſula [Quapropter, &c.] in accuſatione poſita, quid importet.*

186 *Clauſula [prædictum reum ſententiā excōmunicationis eſſe ligatū, &c.] cur in accuſatione ponatur.*

187 *Hæretici, credentes, receptatores, defenſores, & fautores, ipſo facto excommunicationis pœnam incurrūt. & num. ſeq.*

188 *Pœnā excommunicationis contra hæreticos, antiquiſsimam, & à Chriſto inſtitutam eſſe.*

189 *Hæretici non poſſunt abſolui niſi à Papa, eiuſq; delegatis Inquiſitorib.*

190 *Inquiſitores in foro interiori hæreticum occultum abſoluere poſſunt, & an Epiſcopi. & num. 173. & 174.*

193 *Promotor fiſcalis, licet reus ante accuſationem, vel in accuſatione confiteatur, debet petere illum declarari hæreticum, & quare.*

194 *Confeſsio debet eſſe integra, & non diminuta.*

195 *Confeſsio diminuta quæ ſit.*

196 *Periurus in cauſa fidei iudicialiter conuictus, eſt vehemēter ſuſpectus.*

197 *Clauſula illa [declarando omnia bona ſua mobilia, & immobilia, &c.] quare in accuſatione apponatur.*

198 *Hæreticus eo ipſo quòd hæreſim committit, priuatur dominio bonorum ſuorum.*



199 *Declaratio Inquiſitorū eſt neceſſaria, antequā bona hæretici occupentur.*

200 *Clauſula, [& eorum filij, & nepotes, &c.] cur in accuſatione ponatur.*

201 *Filij hæreticorum, credentium, aliorumque ſimilium, ſunt ipſo iure inhabiles ad officia, & beneficia; & quando, & num. 202. & 205.*

202 *Filij hæreticorum quare ſint infames, & paternâ infamiâ affecti.*

204 *Textus in c. quicumq; de hæret. lib. 6. intellectus.*

205 *Inhabilis od obtinenda beneficia, non priuatur obtentis.*

207 *Hæretici propriè, reincorporati, qui dicantur.*

208 *Clauſula illa. [Tandem Deum, & hanc ſanctam crucem teſtor, &c.] quare in accuſatione per promotorem fiſcalem ponatur, & in quibus caſibus hæc clauſula recipiatur.*

209 *Forma iuramenti de calumnia, vnde ortum habuit.*

210 *Iuramentum de calumnia, quæ in ſe comprehendat.*

211 *Iuramentum calumniæ in qua parte accuſationis præſtari debet.*

212 *Iuramentum calumniæ ſi tacitè omittatur, poteſt in quacumque parte iudicij peti, vt iuretur.*

213 *Iuramentum calumniæ eſt adeò neceſſarium, vt ſi omittatur, proceſſus ſit nullus: & quid in iure canonico.*

*Quæ in fauorem publicum, publicamq; vtilitatem introducta ſunt, nō poſſunt à parte remitti. ibidem.*

## QVÆSTIO IX.

QVanuis Inquiſitio hodie ex conſuetudine Generali remediū ſit ordinariū, & propterea † iudex in omnibus
1 delictis publicis, & priuatis poſsit ex officio inquirere, vt tradunt Alberi. in l. ea quidem. col. 2. verſ. conſuetudine tamen. C. de accuſationib. vbi etiam Bald. nu. 44. Ioann. Andr. c. felicis. de pœnis. lib. 6. idem in additionib. ad Specul. tit. de Inquiſitione. §. quando autem. in princ. Cuman. cōſ. 136. cap. final. Vitalin. de maleficijs in rubric. de inquiſitione nu. 6. & Anan. in c. qualiter, & quando. §. licet autem. nu. 9. de accuſationib. & Ægidius Boſſ. in tit. de inquiſitione. nu. 8. Antonius Gomez Variarum reſolutionum tomo. 3. titu. de delictis. cap. 1. num. 49. in fin. & nu. 10. & id procedat non ſolùm, quando ex officio inquiſitio fit de delictis publicis, ſed etiam de priuatis, vt communiter tradunt DD. Conradus in pract. tit. de inquiſitione num. 2. Ioann. Maria Monte Cell. in pract. Reg. 1. num. 61. Iulius Clar. in pract. crimin. q. 3. verſic. quicquid fit de iure, & multos adducit concordantes. Decian. conſil. 18. num. 195. cum ſequentib. lib. 1. Nihilominus tamen, quia Promotor fiſcalis ſancti Officij Inquiſitionis hoc remedio inſurgit contra noxios fidei, vtens ad hoc ſpeciali formâ accuſationis, priuſquàm illam præſcribam, operæpretium cenſui in primis accuſationis definitionem
2 conſtituere. Accuſatio eſt † delatio alicuius criminis ad vindictā publicam, legitimâ interueniēte ſubſcriptione. Ita definiſt cōmuniter DD. vt refert Felin. in rubr. de accuſationib. nu. 3. Marian. Soci. in rubr. de accuſationib. n. 1. quam ſecūdum eundem ſequuntur omnes doctores; & Conrad. in ſuo Prætor. breuiario titu. de accuſation. per totum. Anton. Gomez in tract. de delictis titu. 4. verſic. vt formetur accuſatio Angelus. de malefic. in verb. & ad querelam. num. 10. ſequitur Gandinus in 3
rubr. qualiter fiat accuſatio. Boſsius in titu. de accuſation. & Speculator

eodem titu. Gigas de crimine læſæ maieſtat. lib. 1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſt. procedatur. q. 1. nu. 4. Dicitur autem accuſatio quaſi cauſatio, & accuſator quaſi cauſator, ſiue quòd cauſas maleficij ab his Iudex ediſcat, vnde Græcè αἰτιᾶσθαι, & accuſare, & cauſam reddere eſt; ſiue quòd ad cauſam reus vocetur, quò pertinet cap. forus. de verb. ſignific.

3 Accuſare autem quilibet poteſt, † omnibus enim generaliter permiſſum eſt accuſare, niſi expreſsè prohibitum reperiatur. text. in l. qui accuſare. ff. de accuſat. in principio. inſtit. de public. iudic. l. 2. tit. 1. par. 7. lex. 1 titu. 20. lib. 4. fori legum. Antonius Gomez. in cap. 1. delictorum, num. 31. Iul. Clar. in pract. criminal. lib. 5. §. final. q. 14. nu. 1.

4 Sunt tamen † aliquæ cauſæ, propter quas aliqui ab accuſãdo repelluntur, propter dignitatem, ſcilicet, vt clericus, & miles: propter defectum concernentem ſtatum perſonæ, vt filius familiæ, vel ſeruus. Propter defectum ætatis, vt pupillus, & minor; & propter imbecillitatem ſexus, vt mulier: aut propter indignitatem perſonæ: vt reus criminis infamis, damnatus, excommunicatus, & huiuſmodi, aut propter defectum fidei, quia de ea planè non confiditur, vt inimicus, & pauper; hodie tamen pauper ab accuſationis munere non excluditur dummodo vitæ probæ ſit, & integræ. Clar. 5. Sentent. §. vltim. quæſtio. 14. verſic. ſed hic etiam quæro. aut propter reuerẽtiam ad quam obligantur: vt ſeruus, & libertus, aut vaſſallus aduerſus Dominum, quem accuſare volunt, de quibus videnda l. qui accuſare. 8. ff. de accuſat.

5 Cæterùm † hi omnes, qui regulariter à iure prohibiti ſunt accuſare, admittuntur indiſtinctè ad accuſandum, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur. text. in l. is qui. & in l. hi tamen omnes. ff. de accuſat. Hanc ſentẽtiam dicit communem Villalpand. ſuper l. 22. c. 50. poſt nu. 4. Eſt enim fauendum ijs, qui propriam iniuriam proſequuntur.

6 Appellatione † autem ſuorum in hoc propoſito veniunt parentes, & deſcendentes omnes. Item patroni, & eorum liberi, frater, ſoror, vxor, ſocrus, gener, nurus, vitricus, nouerca. Ita Abbas in c. de cætero. nu. 7. de teſtibus, cuius opinionem dicit eſſe communem Felin. in c. cum dilectus. num. 9. de accuſat. quam refert, & ſequitur Maranta in ſuo Speculo fol. 84. nu. 62. & Carauita ſuper ritu magnæ regiæ curiæ, rit. 192. num. 2. cap. 11. licet aliqui doctores tenuerint, quòd frater non poteſt accuſare pro iniuria illata fratri, niſi quando crimen eſt publicum, quo caſu agit vt quilibet de populo. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. num. 10. de verb. obligat. Alexand. nume. 20. Iaſon. num. 52. & 53. Bald. in cap. 1. §. ſimiliter. nu. 6. titu. quibus modis feuda amittantur, qui teſtatur de communi, & Iaſon prædicto loco Socin. conſ. 228. nume. 8. volum. 2. contrarium tamen tenet Iulius Clar. vbi ſuprà. quæſt. 14. §. final. verſ. volo etiã nu. 2. qui teſtatur de communi, cuius opinio, vt verior, ac receptior tenenda, & fouenda eſt. text. in c. omnes. 6. quæſt. 1. & c. præſumunt. 2. q. 6.

Cùm igitur crimen hæreſis publicum ſit, ab omnibus poteſt, & debet accuſari, plus enim ſaluti Reipublicę conſulere debemus, quàm vitæ noſtræ, vt perſæpe iã diximus, eſt enim
7 † hæreticus Chriſtianæ Reipublicæ hoſtis peſtifer & exitioſus, quia (vt Ambroſius ait lib. 2. Officiorum cap. 24.) in cauſa Dei, vbi cõmune periculum eſt, etiam diſſimulare peccatum non



eſt leue. l. 1. C. de famoſis libellis. l. Manichæos. C. de hæreticis. l. 2. C. de apoſtatis. c. nonnullis. de iudicijs. l. 2. titu. 26. part. 7. quod vtique vnuſquiſque facere poteſt,
8 quia † vnuſquiſq; ciuiũ pars, & membrum eſt ciuitatis, vt Ariſt. lib. 8. Politicorum inquit. [Ciuium quiſq; nõ ſe ſuum, ſed omnis ciuitatis eſſe putare debet:] eſt enim vnuſquiſq; ciuitatis pars. Et Seneca Epiſt. 96. dicit: [Mẽbra ſumus corporis magni] tex. in l. 1. §. generaliter. de ventre in poſſeſſionem mittendo. Chryſoſt. lib. 3. aduerſus vituperatores vitę monaſticę, quos refert Simancas tit. 4. de accu-
9 ſation. † Huc etiam reſpicit elegans Polydamantis apud Homerum ad Hectorem facta exhortatio, nã quòd minus ſibi credere ſolitus eſſet Hector in his quæ nunciabat ille cõqueritur, at cùm ciuis ſit, & rem magni ponderis dilucidandam habeat, non poteſt non illam patefacere: ſic ille loquitur Iliad. μ.

*Conſilio ſi quando loquor, me reprimis Hector*
*Recta licet moneã, tu me de plebe paratum*
*Dicere, nec medio pateris conſtare Senatu,*
*Nec caſtris, tua ne fiat minor inde poteſtas,*
*Sed iam non taceam: res namque hæc ſpectat ad omnes.*

Accuſator tamen in crimine hęreſis, cùm proceditur per viam accuſationis, non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis, nec ad hoc eſt compellendus: ſeuerè quidẽ coercendus eſt arbitrio Inquiſitoris, ſi probationib. defecerit, non tamen puniẽdus pœnã talionis. l. & in priuatis. ff. ad Turpilianum, gloſ. in c. tuæ. verb. effectũ. de procuratorib. l. apoſtatarum. C. de apoſtatis. Couar. lib. 2. Variar. reſolutionum. c. 9. n. 10. Rojas de hæreticis in ſing. fidei ſingul. 6. Franc. Pegna in tertia parte Directorij, comm. 14. De iure autem ciuili accuſator in libello debebat ſe inſcribere, & ſubſcribere ad pœnam talionis, ad ſimilitudinẽ ſupplicij, ſcilicet vt accuſator eãdem pœnã afficeretur, quã merebatur affici accuſatus, ſi delictũ, de quo accuſabatur, commiſiſſet: & ad hanc pœnam accuſator ipſe, etiam cũ promiſſione de proſequendo accuſationem vſq; ad finem cauſæ, in accuſationis libello ſe ſubſcribẽdo, adſtringere debebat, & ordinariã eiuſdem criminis pœnã puniendus erat, ſi falſo crimine impoſuerat; ſi autem falſa eſſet accuſatio, & crimen extraordi-
10 nariũ, † pœnã iuxta illius qualitatem arbitrio iudicis plectẽdus veniebat, quæ omnia probantur in leg. 1. §. calumniatores. ff. ad S. C. Turpil. in l. final. §. 1. C. de accuſat. in l. fin. C. de calumnijs. in l. libellorũ. & in l. 3. C. qui accuſare non poſſunt. auth. ſed nouo iure. C. de adult. c. 1. & 22. q. 3. c. 1. 2. 3. cum ſequentib. 5. q. 6. c. qui crimen 2. q. 8. gloſ. in d. l. 1. §. ſed non vtique, & ibid. Bart. ff. ad Turpil. Alber. in l. fin. ff. de priuat. delict. Bart. in l. ſi cui. in princ. nu. 2. ff. de accuſat. Alex. cõſ. 11. n. 7. vol. 1. Paul. Guirland. in tract. de relaxat. carcerato. titu. de calumniat. c. 2. nu. 3. in fine, & nu. 9. Boſſius titu. de accuſat. nu. 17. Bern. Diaz. in pract. criminal. can. c. 59. in princ. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. caſu 322. nu. 1. & ſeq. lib. 2. Centur. 4. Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. q. 12. verſ. dixi quoq;. & q. 81. in princ. & teſtatur de communi Aret. in c. ſuper his. nu. 21. & 33. & Abb. n. 8. de accuſat. Bertrãd. conſ. 267. in prin. lib. 4. Cardin. Alex. in c. libellorum circa finem. 2. q. 8. &
11 Dueñas regul. 27. in princ. Fuit † etenim huiuſmodi pœna talionis inducta à iure ciuili ex lege XII. tabul. ad refrenandam temeritatem propter delicti grauitatem. Ita Iul. Clar. in pract. criminal. quæſt. 12. verſic. dixi quoque. Paulus Guirland. in d. tract. de relaxat. carcerat. tit. de calumnia. c. 2. nu. 4. Soto in tract. de iuſt. & iur. lib. 5.

12 lib.5.art.4.† Hodie autem huiuſmo-
di pœna talionis ſublata eſt per con-
ſuetudinem, quemadmodũ, & nata
videtur ex conſuetudine inter illos
paſtores, qui prima Reip. Romanæ
fundamenta iecerant: nam ſi ex legi-
bus Græcis per trium viros allatis in
Italiam, tranſlata fuiſſet in XII. tabu-
las, eam Rhadamanti legem nõ vo-
caſſet Ariſtot. 5. Ethic. nec quàm in
illa proportio malè deprehendatur,
tam rigidè diſputaſſet, vbi & veterẽ
verſum pro Rhadamanęto proponit
explodendum.

*Quod quis patrarit, ſi perferat, æqua ſiet lex.*

Atqui ex legẽ diuina ſumpſiſſe initiũ
videbatur, nam quis neſcit ferreum
Hebræorũ genus nonniſi ferreis le-
gibus regi potuiſſe? Sanè quantùm à
ratione diſcrepet, nõ modò Ariſtot.
oſtendit, ſed & A. Gellius noct. Atti-
carum lib.20.c.1.& paſsim iuris DD.
in quibus Speculat. tit. de accuſat. §.
10.n.4. Ioan. Andr. in additio. ad Spe-
culat. titu. qui accuſare non poſſunt.
Gandin. tract. de maleficijs, eod. titu.
qui accuſare non poſſunt. nu. 38. Sali
cetus in l. qui crimen. nu. 4. eod. titu.
qui accuſare non poſſunt. Couar. vbi
ſup. Bart. in l. ſi cui. ff. de accuſationi-
bus, quẽ ſequuntur Angel. & Salicet.
in authẽt. ſed nouo iure. C. de adult.
Petrus Dueñas in Reg. 27. incipiẽte:
accuſans aliquem. Rojas, & Simãcas
vbi ſup. & alij quos refert Franc. Pe-
gna in d. comm. 14. qui hac potiſsimâ
ratione ducti fuerunt, ſcilicet, quòd
ſi pœna talionis accuſatoribus infli-
geretur, non reperirentur facilè qui
vellent accuſare, & crimina remane
rent impunita, quod procuildubio in
maximum Reipublicæ detrimẽtum
13 verteretur.† Præterea acuſator libel
lum accuſatoriũ in ſcriptis porrigere
debet. Bart. in extrauag. ad reprimẽ-
dum. verb. per inquiſitionem, nu. 33.
cuius opinionem ſequitur, & com-
mun. dicit Cardinalis in c. 1. verſ. po-
nitur etiam. 2. quæſt. tamen per text.
vbi accuſatorum perſonæ nunquam
14 recipiuntur ſine ſcripto. Cæterùm †
in crimine hæreſis valida eſt accuſa-
tio verbalis apud acta iudicis in ſcri-
ptis redacta, præſertim cùm in hoc
crimine procedi poſſet ſimpliciter,
& de plano, & abſq; aduocatorum ac
iudicum ſtrepitu, & figura, id eſt, ſine
porrectione libelli in ſcriptis, & ſi-
ne litis conteſtatione. c. final. de hær.
lib. 6. Villadiego de hær. q. 12. cui ad
ſtipulatur Saliceti doctrina in l. pe-
nultima, nu. 2. C. de accuſat. aſſeren-
tis, validam eſſe accuſationem, ſiue
accuſator porrigat libellũ in ſcriptis,
ſiue verbalem tantum querelã apud
acta iudicis. Nec mirum hoc videri
debet, cũ non ſint neceſſariò requi-
rendæ ſummæ iuris ſolẽnitates. Ber-
nard. Comenſis in Lucerna Inquiſi-
torum, verb. litiſconteſtatio. & Lu-
douicus Carrerius in tit. de hæret. Si-
mancas de Cathol. inſtit. titu. 44. nu.
30. Ioan. Rojas in ſingul. fidei ſingul.
125. incipit litis conteſtatio. Archi-
diaconus c. 1. de homicidio lib. 6. quẽ
refert Hippol. in pract. crimin. §. dili-
genter. num. 158.

15 Ad obuiandũ † igitur calumnian-
tium, & hæreticorũ dicterijs, & alijs,
quib. facilè accuſatores deterreban-
tur S. Officium publicum conſtituit
miniſtrũ quem Promotorem fiſcalẽ
vocãt, qui perſonam accuſatoris ſu-
bit, & reos accuſat. Hic etenim mini
mè ſe ſubſcribit ad pœnam talionis,
nec ad alias, quas falſi accuſatores pa
ti ſolẽt; nec quemquam accuſat, niſi
teſtibus habitis, præcedente diligẽti
inquiſitione de crimine. Poſtea autẽ
ex officij neceſsitate cõpulſus reos
accuſa. l. poſt legat. 1. §. Aduocat. fiſci.
ff. de eis quę vt indignis. l. qui cũ ma-
ior. §. penult. ff. de bonis libertorum.
l. 2. C. de dilationibus lib. 10. Alciat.
16 lib. 9. parergon. c. 8. &† in libello cri-
mina



mina ſingula admiſſa ipſe Promotor
fiſcalis narrare debet, vt reus ſibi pro
uideat, & ſciat quib. delictis reſpon-
ſurus ſit, ſeq; tueatur; omittũtur etiã
nomina teſtiũ, & quædam alię circũ-
ſtãtię commiſsi criminis, ne quid de-
trimenti teſtes patiãtur, quod vtiq;
conſtitutum fuit ab initio delegatæ
Inquiſitionis: nec pariter dies, & lo-
cus cõmiſsi crminis aperitur, ne reus
teſtes cognoſcat, aut quippiam frau-
dis excogitet, quo veritatẽ confun-
dat: quamobrem editiones nonnun-
quam ſine die & conſule fiunt, men-
ſis tamẽ & ciuitas, aut oppidum de-
ſignari ſolet. l. 1. §. editiones ff. de edẽ
do, & habetur in Concil. Biterrenſ. c.
10. cuius hæc ſunt verba: [Illud autẽ
caueatis ſecundùm prouidam ſedis
Apoſtolicæ voluntatem, ne teſtium
nomina ſigno, vel verbo aliquo pu-
blicentur.] Idem cautũ reperitur in
Concil. Narbon. c. 22. & inſtruct. Hi-
ſpalenſ. ann. 1484. c. 16. & ex traditis
per Franc. Pegn. in 3. p. Dictor. com.
124 & Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 4.

17 Verum enimuerò quia† forma ac-
cuſationis eſt neceſſaria, & in dubio
præſumitur ſubſtãtialis, vt tradit Bal.
in l. cõparationes. 3. oppoſit. in fine.
C. de fide inſtru. quâ non ſeruatâ, cor
ruit actus, vt tenet idem Bald. in l.
humanum col. 2. C. de legib. Angel.
conſ. 89. Petrus de Anchar. conſ. 35.
18 Eſt † namque forma ordinata ſeries,
rem ad ſubſtantiam reducẽs, ſecun-
dùm Bal. in c. de nou. form. Feudi. Al-
ciat. lib. 1. Paradox. c. 16. in princ. Ideo
19 reiectis aliquorum opinionibus, † ex
quib. Promotores, & Aduocati fiſca-
les S. Officij in vnaquaq; prouincia
aliquas deſumpſerãt formulas, inter
ſe tamen pugnãtes, præter quas etiã
Eymeric. in 3. p. Directorij tit. de pri-
mo modo procedendi in cauſa fidei
per accuſationẽ, & ibid. Franc. Pegna
comm. 14. & Iacobus Simanc. de Ca-
thol. inſtit. tit. 4. n. 11. alias tradiderũt,
quas hîc inſerere libuit; de quib. vi-
dendus eſt Speculat. tit. de hæret. in
princ. Conrad. Brunus lib. 4. de hær.
c. 7. ferè omnes rerum criminalium
ſcriptores in ti. de libellis, & Milleus
in tit. de accuſationis formula. Hie-
ron. Gigas tract. de crim. læſæ maieſt.
lib. 1. tit. qualiter in crimine lęſæ ma-
ieſtat. procedatur. q. 3. & Iul. Clar. in
pract. criminal. §. fin. q. 12. verſ. Quæ-
ro quæ ſit forma, & alij, quos lõgum
eſſet recenſere.

*Forma libelli accuſatorij quam Inquiſitoribus porrigit Promotor fiſcalis, ex Eymerico, & Franciſco Pegna.*

20 EGo N. † Officij ſãctiſsimæ Inqui
ſitionis Fiſcalis, corã vobis Re-
uerend. Inquiſitore iudice de-
legato in cauſis fidei contra hæreti-
cam prauitatem, criminaliter accu-
ſo N. qui cùm ſit Chriſtianus bapti-
zatus, & velut talis apud omnes ha-
bitus, à fide Catholica receſsit, & ad
peſtiferam hæreſim Manichęorum,
ac aliorum hęreticorum, talem vide
licet, & talem, impiè acceſsit; prædi-
cans, ſcribens, componẽs, firmiterq;
aſſerens multa dogmata hæretica,
erronea ſcãdaloſa, & valdè ſuſpecta,
in approbationem, & laudem præfa-
tę hæreſis, & hęreticorũ, quos velut
magiſtros imitatur. Hęc ibi: Aliam
tradit Iacobus Simanc. in tit. de ac-
cuſationibus, cuius hęc ſunt verba.

Accuſo N. qui cùm ſit Chriſtianus
baptizatus, multas hæreſes credit, &
docuit, ſpeciatim autẽ hanc, & illam;
quibus enumeratis, cõcludit promo-
tor fiſcalis, petens vt N. tãquam hæ-
reticus pertinax puniatur, & pœnas
grauiſsimas hæreſis expoſcit.

Alteram formam cum explicatio-
ne eiuſdem, tum ex communi Inqui-
ſitionum

ſitionum ſtylo, tum etiam ex iuris Pontificij deciſionibus præſcribere cenſui, cuius tenor talis eſt.

## FORMA LIBELLI ACCVſatorij ſeruanda à Promotore Fiſcali ſancti Officij.

*Illuſtres admodum ac Reuerendiſsimi Domini.*

21 EGo † Doctor, vel Licenciatus N. Promotor, & Aduocatus Fiſcalis huius almæ Inquiſitionis, vt meliùs de iure poſſum, ac debeo, compareo coram Dominationibus veſtris Reuerẽdiſsimis, & præmiſsis ſolennitatibus de iure requiſitis, ac neceſſarijs criminaliter accuſo N. Oppidi ſeu ciuitatis N. diœceſis N. Regni N. & narrando facti ſpeciẽ, dico, quòd cum prædictus N. eſſet Chriſtianus, & baptiſmalibus aquis ablutus, & Chriſti charactere inſignitus, atq; communi æſtimatione talis reputatus, & omnium opinione ſic appellatus, vel cum reperiatur talis, & in poſſeſsione, vel quaſi Chriſtiani eſſet, ſimulq; Chriſtianorũ exemptionibus ac immunitatibus gaudẽs & eorum priuilegijs vtens, & vti debens, neglecto timore Chriſti Saluatoris noſtri, & ſpreto rigore iuſtitiæ huius ſanctæ Inquiſitionis officij, fecit & dixit aliquid hæreticum, & vt hæreticus plura alia, ex quibus præſumitur, & debet præſumi prædictũ N. fidem, & eam credulitatem ſeu virtutem credendi quâ fuit donatus in ſacroſanctis baptiſmi, & confirmationis ſacramentis, amiſiſſe, & (quod peius eſt) illũ indubitatam fidem adhibuiſſe illis erroribus, quos falſi illi, ac impij Martinus Lutherus, Caluinus, Mahumetes, & alij hæreſiarchæ adſtruxerunt, & quia id ſibi perſuaſum fuit, poſſe quempiam æternam gloriam his erroribus comparare, ſpeciatim eum accuſo.

Ac primum iam ferè duobus annis elapſis (vt reor) præfatus N. cùm eſſet in certo loco ciuitatis, ſiue oppidi N. præſentibus venerabilibus ac diſcretis viris N. dixit atq; protulit aliqua verba hæretica, ſiue ſuſpecta de hęreſi, vel fecit illud tale quod ſapit hæreſim indicans manifeſtè ſe ita ſentire, ſolam (videlicet) fidem ſine operibus ſatis eſſe ad ſalutẽ, & gloriam æternam conſequendũ, vel Mahumetem illum nuncium veri Dei fuiſſe, legeſq; ab eo latas ſufficere, vt quis ſaluari valeat, & ſaluetur. Quãobrem quidam ex circunſtantibus, ijs attentè auditis, eũ grauiter reprehendit: è contra ipſe adductis aliquibus ſacræ Scripturę locis, ac repente allegatis, vt ſuam impiam ac hæreticam fulciret opinionem, mutato atq; cõtempto germano ſenſu ac genuinâ intelligentiâ, ſuo arbitratu præallegata loca interpretatus eſt, & contra Romanæ Eccleſiæ vulgatam editionem, & canonicè receptam ſententiã tenaciùs ſuo adhærebat errori: His quoq; non contentus, plura argumenta in medium adduxit, quibus ſuam adſtrueret, & confirmaret hęreſim, quã firmiter tenet, credit, & defendit, ex quo manifeſtè deducitur illum proculdubio eſſe hęreticũ.

Præterea prædictus N. curans in dies ſuum dilatare errorẽ, ſuo lapſu minimè cõtẽtus, ſummo ſtudio, & ſolicitudine graui, hoc, vel illo loco, die tertiâ, vel quartâ mẽſis N. ſua peſtifera dogmata alios (munus magiſtri obiens) ex animi ſententiâ docuit, auditoreſq; ſuos tãdem dogmatizãs fefellit, ac à veritate Catholica deuiare fecit, ita vt in frequẽtioribus colloquijs ſuos errores omnibus ſit conatus perſuadere.

His addo, hac ſuſpectâ doctrinâ, fidei aduerſâ, & ſuo facto, vel dicto mi
nùs



nùs recto alijs circunſtantibus morum probitate, religione, vitâque ſatis honeſtâ præſtãtibus, manifeſtam præbuiſſe occaſionẽ ruinæ, quinimò ſcandalo à fide Catholica deuiarunt, & eius dogmatibus fidem adhibuerunt.

Præterea prædictus N. accuſandus venit, eò quòd is ſpirituali cõmodo, ſueq; conſcientiæ parum proſpiciẽs, ſigno crucis ſe ſignare neſcit, & (quod peius eſt) Symbolum Apoſtolorum, orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, & alia id genus omnino ignorat.

Ad hæc accedit aliud quidpiam nõ minùs graue, & magnam ingerens ſuſpicionem, videlicet repertum fuiſſe in eius domo librum, vel codicem quendam, vel chartam dogmata, & errores nefarios Lutheri, Buceri, aut aliorum hæreticorum continẽtem, vel legem à Mahumete editam, quæ omnia ab eo occultè ſeruata, & publicis edictis, ac Eccleſiaſticis cenſuris prohibita, non leuem coniecturam deprauati cordis inducunt.

His accedit, quòd cum aliàs ad miſericordiam fuerit receptus, quia ſuos confeſſus fuerat errores, ſimulque reconciliatus, ac ſanctæ matris Eccleſiæ (quæ pietate maternâ ad ſe confugientes non deſpicit) gremio vnitus, aut de vehementi abiurauerit, promittens talibus erroribus ſe non aſſenſurum, ſub pœna relapſi in eoſdem iterum deuolutus eſt. Quæ omnia ſimulatè, fictè, ac prauâ intentione fugiendi ſupplicij cauſâ callidè fecit, ac libenter præſtitit, quod apertè comprobari videtur, ex quo iterum, ſicut canis ad vomitum, ad eoſdem, & ſimiles redijt errores, vt ſufficienti probatione conſtat. Quo fit, vt pœnę relapſorum ſit obnoxius, quam infligendam illi iure peto, ſimulque veſtram dominationem, vel dominationes hortor, vt tanquam membrum iam penè mortuum, ac influxus capitis Eccleſiæ, ſcilicet Chriſti minimè capax, abſcindatur, & à fidelium conſortio eijciatur, ſeparetur, & ſecludatur, ne ſit alijs fluctuandi in fide occaſio, & totam maſſam corrumpat. Et quoniam Eccleſiæ (cuius miſericordiæ fuit indignus) nihil ampliùs reſtat agendũ, expellatur ab ea in modum arboris infructuoſæ, & ſterilis, & tandem iudici ſæculari tradatur.

Præterea eum accuſo, quod cũ ex Saracenorum familiâ originem traxerit, eique fuerit à veſtris dominationibus vetitum ac interdictum, ne his couteretur, neue in, eorum domibus veſceretur, mandatum iſtud contemnens, clam eſt allocutus, & locis ſuſpectis ſecretò in eorum ſe colloquia inſinuauit.

Inſuper eũ accuſo propterea quod verbis ſcãdaloſis, & nouis opinionibus in publicis concionibus vſus eſt, non ſatis ędificans populum, imò anſam errandi cõtra receptam ſanctorum Patrum doctrinam, & ſcholaſticorum placita temerè prębuit. Quid? quòd hæc omnia vanitate motus, ſuperbus, elatus, & arrogantiæ plenus docuit? vigilanter ſtudens, recedere à Catholica, & ab omnibus recepta veritate, vt ſingularis opinionum ac dogmatũ ſingularitate videretur, ac vnus, & autor taliũ inter omnes dignoſci poſſet. Quamobrem cõſtanter expoſco, vt omnia à ſe concione prolata recantet, & ſententiam publicè mutet, ſaltem in ſcandoloſis, & malè ſonãtibus, & ambigua alia, quæ dubitationem præ ſe ferunt, quo ſenſu ea intelligat, ſtatim declaret, vt deinceps ſcandalo ſit nemini, ac denique munere concionandi, nullâ intercedente morâ, priuetur.

Tandem

Tandem quoniam ex pluribus à ſe
dictis, & minùs conſideratè prolatis
præſumi poteſt, vel pręſumitur ſuprà
dictum reum fortaſsis aſſeruiſſe, vel
dixiſſe alia repugnantia Catholicæ
fidei, & fidem adhibuiſſe multis alijs
errorib. vt hęreticū, & Apoſtatam &
licet de eis modò non accuſo, nihilo-
minùs eū accuſare in cauſæ progreſ-
ſu contendo; tū etiam fortaſsis nouit
alios complices hæreſibus infectos,
& maculatos in hoc, vel alio D. N.
Regis regno, noluitque illos denun-
ciare, ne pœnis afficerentur. Hos
etiam nouiter, quantùm de iure poſ-
ſum, denuncio & accuſo, vt eâdem
pœnâ puniantur.

Quapropter veſtras dominatio-
nes oro, vt prędictis omnibus, aut eo
rum parti, quoad ſufficiat, fide habi-
tâ, prædictus N. veſtrâ ſententiâ de-
claretur, & condemnetur, tanquam
hæreticus relapſus, impœnitens, ne-
gatiuus, fictus, ſimulatus, confeſſus,
pertinax, periurus, incorrigibilis, ſi-
mulque ei infligantur pœnæ ſtatutę
iure communi legibus, pragmaticis,
atque inſtructionibus huius ſancti
Officij, & alijs quibuſlibet, quomo-
dolibet ab eo incurſis: & tandem
(vt moris eſt) brachio ſæculari trada-
tur. His addendum eſt prædictum
reum ſententiâ excommunicationis
eſſe ligatum, & eidem obnoxium, ex
quo bona omnia mobilia, & immo-
bilia ad ipſum quocunq; titulo per-
tinentia, actiones etiam ac iura à die
commiſsi criminis veniunt applicā-
da, & adiudicanda fiſco D. N. Regis,
ac tandem contractus penitus, &
omnino reſcindendi, & deniq; om-
nes eius filij, nepotes maſculinâ li-
neâ ab eo deſcendentes, vſque ad
ſecundam generationem declaren-
tur inhabiles, indigni, & incapaces
ad quælibet officia, & dignitates ob-
tinendas.

Quod ſi omnia hæc à me propoſi-
ta, & in hoc grauiſsimo tribunali cō-
ſideratè dicta, teſtibus ita compro-
bata non fuerint, vt tāquam hæreti-
cus ſtatim puniatur, ſatis ſint vt tor-
turæ ſubijciatur, quâ palàm verita-
tem prædictorum aperiat, & errores
patefaciat, de quibus accuſatus eſt.

Tandem Deum, & hanc ſanctam
crucem teſtor, me accuſationē hanc
non ex odio, aut alio prauo cordis
affectu ſuſcepiſſe, ſed eo tantummo-
dò animo, vt delicta puniantur, &
bono Reipublicę conſulatur, quæ vt
ex animi ſententiâ cedant veſtrum
Officium ſanctum imploro.

*Licentiatus, aut Doctor N.*

## Accuſationis explicatio.

TRadita iam accuſationis diffi-
nitione, eius formâ corā quo
quando, & à quo quiſpiam
accuſari valeat, vt nihil prætermit-
tamus ex his quæ ad exactiſsimam
accuſationis explicationem pertinēt
ſingula quæq; verba nobis ſunt pro-
ſequenda, & ad amuſsim explicāda.
23 In principio † igitur accuſationis
tituli Inquiſitorum præmittuntur.
Nam & Domini illuſtres, & Reue-
rendiſsimi dicuntur, vel alio titulo
compellantur, prout conſuetudo re-
gionis ſeu prouinciæ eis creditæ ex-
poſtulat, & meritò tam honorifico
titulo præfulgent, cùm ſint Summi
Pontificis delegati, & in cauſis ma-
ioribus, ſcilicet fidei, quocunq; Or-
dinario præſtantiores, maioremque
habeāt iuriſdictionem, text. in c. per
hoc. & c. ne aliqui. de hæretic. lib. 6.
Abb. in c. cum I. & A. de ſentent. &
re iudic. Geminian. in d. c. per hoc.
poſt Ioann. Andr. quod mirum vide-
24 ri non debet, cùm † eius locum te-
neant, cuius perſonam repræſentāt.





cap. ſi Epiſcopus 2. quæſtione. 6. ſanè.
2. de offic. delegat. & ibi gloſ. in verb.
committi. & in verb. amouere. Cle-
ment. 2. de hæret. optimus text. in c.
præcipimus. 93. diſtinctio. quem text.
reputauit ſingul. Romanus in verb.
vicerector. Repertorium Inquiſitor.
in verb. vicarius. Campeg. ad Zan-
chin. c. 8. verſ. Epiſcopus, ſed & cùm
ſint iudices maximè honore digniſ-
ſimi, dominos eos vocari non abs re
conuenit quaſi Deos. Nam vt refert
Suydas in θεούς. & omnis Theologorū
curia cenſet, Iudęorū magiſtratus dij
dicebantur, quo veniūt illa. [Principi
populi tui nō maledices] & illud quod
idē eſt [Dijs non conuiciaberis] Quia
Deus iuſtus eſt iudex, & iudicium ho
minibus conceſsit: dicti dij ſunt qui
iuſtè iudicant: vnde Poeta Pſalmogra
phus [Ego dixi, dij eſtis] & [Deus deo
rum dominus locutus eſt, & vocauit
terram] nec minùs illis reuerētia de-
betur, imò cùm reuerendiſsimatus ti-
tulo Præfecti prætorio afficerentur,
æquè vt Epiſcopi) quod videre eſt ex
l. Epiſcopale. 8. C. de Epiſcopali audiē
tia) tandem præfecti prætorio religio-
nis & honoris cauſa reuerendiſsima-
tum Epiſcopis reliquerunt, & ſe illu-
ſtres & magnificos dici paſsi ſunt, vt
paſsim in libr. iuris legitur, & in libr.
notitiæ Imperij Romani. Ergo Inqui-
ſitorib. Sum. Pont. delegatis tāquam
partem Epiſcopalis muneris, quātum
ad iuriſdictionem præſtantibus reue-
25 rendiſsimatus ceſsit. His confert †
ſtylus loquēdi in plurali numero, quo
ties Inquiſitores edicta fidei publicāt
aut ſentētias proferunt, vtūtur enim
dictione illa [Nos Inquiſitores] quia
vt delegati perſonam Summ. Pontif.
repræſentant. Panor. & Barbat. in d. c.
ſanè quia. Lucerna Inquiſitor. in verb.
Inquiſitor. qui cum ſint defenſores
fidei, & Patres animarum, meritò hoc
honorifico nomine debent declarari,
quod vtique vetuſtiſsima conſuetu-
26 dine etiam introductum eſt, quæ †
cùm in fauorem fidei ſit, iuſtum initiū
habuiſſe credendum eſt. & proculdu-
bio vim legis ſcriptæ habebit: dicit
enim Dominus Hierem. cap. 6. [State
ſuper vias, & videte & interrogate
de ſemitis antiquis, quæ ſit via bo-
na, & ambulate in ea, & inuenietis
refrigerium animabus veſtris,] tex. in
l. diuturna. ff. de legib. [Diuturna (in-
quit Vlpianus l. 1. ff. de offic. proconſ.)
conſuetudo, pro iure & lege in his,
quæ non ex ſcripto deſcendunt, ob-
ſeruari ſolet,] & Iulianus in l. de qui-
bus. ff. de legib. inquit: [De quibus
cauſis ſcriptis legibus non vtimur, id
cuſtodiri oportet, quod moribus &
conſuetudine inductum eſt,] & Bart.
ibidem in 1. & 2. lectura. l. 1. C. quæ ſit
longa conſuetud. l. an in totum. C. de
edict. priuat. & ibi Bal. Alberic. in l. 2.
quæ ſit long. conſuetud. Quod etiam
in traditionibus Eccleſiaſticis proce-
dere indubitati iuris eſt, teſte Epipha
nio in libr. contra hæreſes, hæreſ. 55.
& 61. inquit enim: [Oportet traditio-
ne vti, non enim omnia à diuina Scri-
ptura accipi poſſunt, quapropter ali-
qua in ſcriptis, aliqua in traditionib.
ſancti Apoſtoli tradiderūt.] Idem te-
net Chryſoſtom. in 2. ad Theſſaloni-
cenſ. Auguſtin. de fide Chriſt. libr. 11.
contra Fauſtum, & ad Ianuarium Epi-
ſtol. 118. Franciſ. Picus libr. de fide,
Theoremate 6. Roffenſ. cōtra Luthe-
rum, in veritate 10. Albert. Pighius
lib. 1. Hierarchiæ Eccleſiaſt. cap. 2. &
Alphonſ. de Caſtro libro 1. aduerſus
hæreſes c. 5. Inualuit hoc vſu tantùm,
ſed tamē is vſus mihi videtur ortum
habuiſſe à Chriſtianis, qui honore di-
uino ſi quē afficerēt vt reges & iudi-
ces, eodem modo illi loquebantur,
quo Abraham ipſi Deo, vbi tres vi-
dit, & vnum adorauit Geneſ. 18. [Do-
mine, ſi inueni gratiam in oculis tuis,

ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam
pauxillum aquæ, & lauentur pedes
veſtri, & requieſcite ſub arbore] ferè
enim illos loquendi modos in Lati-
num ſermonem irrepſiſſe, videmus à
Traiani & Plinij temporibus, & pro-
dijſſe tãdem per Caſsiodorum, Sym-
machũ, & eorum æquales ſcriptores.
27 Exprimuntur † præterea in accuſa-
tione nomina Inquiſitorum, vt Aduo
catus Fiſcalis oſtendat id iuridicè fie-
ri proponendo accuſationem contra
hæreticos, aut ſuſpectos de hæreſi
coram Inquiſitoribus, qui iudices
ſunt competentes, ac ſpecialiter con-
ſtituti ad huiuſmodi cauſas diffinien-
das. Propterea appellandi reuerâ
πιςοφυλακες, id eſt, defenſores fidei,
& Eccleſiæ, text. in cap. vt inquiſitio-
nis. in principio de hæretic. in 6. Cle-
ment. multorum. eodem titul. Alber-
tin. in rubr. de hæret. libr. 6. quæſtione
5. numer. 3. quibus etiam commiſſa
eſt Chriſtianæ Religionis defenſio,
cap. accuſatus. §. ſanè. & §. de quæ-
ſtionibus. & dict. cap. vt officium. §.
denique. de hæretic. libr. 6. quod ex
eo maximè procedit, cùm in quoli-
bet iudicio neceſſariò interuenire
debeat iudicis perſona, qui cauſam
iudicet, expeditur namque iudicium
ex perſona iudicis, actoris, & rei, vn-
de Martinus Abb. diffiniuit iudiciũ,
28 vt eſſet † actus legitimus trium per-
ſonarum in iudicio, iudicis (ſcilicet)
actoris, & rei, ita Hoſtienſ. in ſumm.
titul. de iudic. §. 1. numer. 1. Silueſter
in verb. iudicium. nume. 1. text. & ibi
gloſ. in cap. foues. in verb. iudicium.
de verbor. ſignificat. Speculat. titulo
de offic. iudic. §. 1. Abbas in rubrci.
de iudic. numer. primo, & ibidem
Dec. nume. 3. dicit Com. in prima le-
ctura, & Beroius num. 24. text. in l. 1.
tit. 22. part. 3. vbi prædicti Doctores
plures definitiones referunt, hanc
tamen defendunt ab impugnatione
Cardin. qui eam reprobat. Poſſet
etiam ſic definiri, quòd iudicium ſit
diſſenſio cauſæ, quæ coram iudice le-
gitimè fit, ex mente Abb. vbi ſupr. &
Marant. de ordin. iudic. in 2. part. in
princip. numer. 11. per dict. cap. forus.
Alias conſtituunt differentias Ripa
in d. rubr. num. 51. & ibid. Felin. num.
5. Dec. num. 7. & latiſsimè Maranta in
4. p. principal. vbi viginti diſtinctio-
nes aſsignat, & ita recipitur. ff. & C.
de iudic.
29 Ponitur præterea † in accuſatione
nomen & gradus ipſius Aduocati, &
Promotoris Fiſcalis ſancti Officij, di-
centis: [Licẽtiatus aut Doctor N.] vt
conſtet in iudicio de accuſatore, cu-
ius perſona neceſſaria eſt in iudicio
d. cap. forus. de verb. ſignificat. l. 3. ff.
de accuſatio. debet namq; eſſe diſtin-
ctio perſonarum accuſatoris, ſcilicet,
iudicis, & rei, ex ſuprà dictis.
Verùm quia ferè ſemper procedi-
tur in Officio ſanctę Inquiſitionis per
30 accuſationem, neceſſum fuit † con-
ſtituere Promotorẽ Fiſcalem, vt pro-
moueret materiam in iudicio, ex qua
fieret proceſſus fidei, & veritas, de
qua iudici non conſtabat, actione Pro
motoris Fiſcalis moueretur, & de-
tegeretur, & crimina punirentur:
non enim ſtatim ac quis potuit ac-
cuſari, cenſendus reus eſt, text. in l.
final. C. de accuſatio. cap. à nobis. qui
matrimo. accu. non poſſ. nec etiam ſi
31 accuſaretur: [quia † eo ipſo quòd quis
accuſatur, reus cenſendus non eſt,] c.
ſciſcitantibus 15. q. 8. c. nonne. 8. q.
4. & ibi gloſ. in verb. nonne. inquit
enim: [Nonne ſola accuſatio nõ con-
ſtituit aliquem reum, vel crimino-
ſum,] Rolan. à Valle conſ. 24. Placen-
tinus, conſil. 25. quaſi per totum in
materia criminali, Petrus Anton. An-
guſcol. conſil. 25. libr. primo l. final. in
princip. C. de quæſtio. & diximus latè
in reſponſo pro iuriſdict. ſancti Officij
Regni



Regni Siciliæ, cap. ſecundo, in hoc
etenim proceſſu hoc ordine proce-
32 ditur, vt † (ſcilicet) quamprimùm ex
teſtimonijs & delicti qualitate (iuxta,
formã Hiſpaniarum inſtruct. Matri-
tiana, anni 1561. capit. 1. 2. & 3.) viſum
fuerit delatos eſſe huius criminis hæ-
reſis reos, fiſcalis petit ab Inquiſito-
ribus, vt rei comprehendantur. Illi
verò perpenſis depoſitionibus, &
alijs circunſtantijs protinus habito
peritorum conſilio, ſi opus fuerit, ſi-
mul cum ordinario quid facto opus
ſit, deliberant, & ſi validioribus quàm
ſemiplenis probationibus reos con-
uinci conſtiterit, eos comprehendi
iubent. Forma illa nata eſt vnà cum
Imperio Romano, eaq́ue ferè deſcri-
bitur à Cicerone 1. de Finib. [Impro-
borum facta ſuſpicio inſequitur, dein
de ſermo atque fama, tum accuſator,
tum iudex] & laudatur à Simanc. de
Catholic. inſtitut. titul. 44. numer.
duodecimo, eodem in Enchirid. ti-
tul. vigeſimoquinto, numer. primo, &
2. Ioann. Rojas in tract. de hæretic. 2.
part. aſſert. prima, numer. 12. & ſeqq.
quo ſtylo vtuntur Hiſpaniarum In-
quiſitores, idq́ue præſcriptum etiam
fuit in dict. inſtruction. Toletan. anni
1561. cap. 3. in hæc verba: [Inquiſito-
res viſâ informatione ſimul, ſi præſen-
tes fuerint, deliberent de captura,
quæ magis iuſta videretur, ſi fieret
cum conſilio conſultorum eius in-
quiſitionis, ſi commodè fieri poſſet,
& videretur Inquiſitoribus conue-
niens, & neceſſarium, & quod fue-
rit in actis, referatur.] At quia in hoc
33 crimine † ex ſola captura, quis non
modicè læditur, & notatur infamiâ,
quamuis ipſi Inquiſitores ſoli decer-
nere poſsint, vt rei deprehendan-
tur, ac perſonaliter capiantur, Cle-
ment. 1. §. propter quod. de hæretic.
tutiùs tamen fecerint ac ſecutiùs in
re tam graui, ſi peritorum conſilio
vtantur, nã in crimine hæreſis nemo
mittendus eſt in carcerem, abſque
ſufficienti probatione, quâ antece-
dente interlocutorio iudicio captu-
ram Inquiſitores excutiunt, quemad-
modum in dict. inſtructio. Toletan.
cap. 6. habetur. Salicet. in l. 2. C. de ex-
hib. reis. l. 1. §. diligens. ff. de fugitiu.
l. 1. de requirend. reis. Gundiſal. de
Villadiego de hæretic. quæſtione 11.
Blanc. in l. vltim. de quæſt. Simanc. de
Catholic. inſtitut. titul. 16. à numero
primo, non enim ab ea inchoandum
eſt, text. in l. nullus in carcerem. &
l. final. vbi Bartol. Bald. & Salicet.
C. de exhibend. reis. l. nemo C. de
exactorib. tributo. libr. 10. Bald. in l.
quod euitandæ. nume. ſecundo. C. de
condit. ob turpem cauſ. Salicet. in l.
abſentem, numer. 9. C. de accuſat.
Anton. Gomez tom. 3. Varia. reſo-
lution. cap. 9. numer. 1. Iulius Clarus
in pract. crim. §. final. quæſtione 28.
Ioann. Rojas de hæret. part. 2. aſſert.
34 1. num. 2. † nam reus non debet capi
ante ſummariam informationem, niſi
ſit probabilis ſuſpicio de fuga, text. in
l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de pro-
curat. Salicet. in dict. l. abſentem, nu-
mer. 9. C. de accuſat. Iaſon in l. pleri-
que. numer. 10. ff. de in ius vocand. &
l. viuum. numer. quarto, ff. ſi cert.
peta. Archiadiaco. in cap. primo de
iudic. in 6. Idem & Ioann. Andre. in
cap. ſi clericos. de ſentent. excom-
municat. in 6. Felin. in cap. cum non
ab homine. numer. 2. de iudic. Ægid.
Boſsius de captura reor. numer. 3. &
in titul. de indicijs ante tort. numer.
180. Franc. Marc. deciſione 946. &
912. part. prima, & latè Nicol. Boer.
deciſione 215. incip. antequam ve-
niam. num. trigeſimoquarto, Eyme-
ric. in tertia part. Director. titul. de
forma examinat. teſt. pag. 448. num.
37. verſicul. conſimiliter examinen-
tur.

35 Quæ autẽ † ſummaria cognitio ad hæreticorum capturam ſit neceſſaria, Inquiſitorum arbitrio, inſpectâ delicti & perſonarum qualitate relinquitur, vt ex doctrina Salicet. in l. final. C. de accuſatio. & in l. 2. C. de exhib. reis. probatur. & in dict. Clement. 1. §. 1. de hęret. & deducitur ex inſtruct. Hiſpalenſ. anni 1484. cap. ſecundo, & inſtruct. Abulenſ. 1498. cap. tertio, & inſtruct. Matritian. 1561. cap. quarto, & 5. Villadiego vbi ſuprà, quæſtione 11. numer. 4. Boer. deciſione 215. numero 34. vbi dicit quatuor eſſe in reorum captura neceſſaria, latè Ioannes Rojas de hæretic. part. ſecunda aſſert. 1.

36 His præhabitis, ſi perſonæ † graues & qualificatæ, aut conſiliarij Regij, Religioſi, vel nobiles ſint, ſimul cum conſultoribus ſancti Officij, perpenſis priùs informationibus expediri debet, & ante executionem interlocutoria Inquiſitorem generalem, & proceres ſupremi ſanctæ generalis Inquiſitionis conſilij conſulere debent, an rei ob crimen hæreſis in carcerem mitti, & conjici debeãt, quæ omnia in acta debẽt referri iuxta inſtruct. Matritian. d. anni 1561. dict. cap. 4. & 5. nam in tam graui crimine oportet Inquiſitorem: nec properè nec oſcitanter cautelas indagare: ac ferè imitari illud quod de Cicerone Salluſtius ſcribit bello Catilinario: [Illum ingens cura atque lætitia ſimul occupauêre. Nam lætabatur intelligens, conjuratione patefactâ, ciuitatẽ periculis ereptam eſſe: porrò autem anxius erat, dubitans in maximo ſcelere, quid facto opus eſſet.] Idem enim præſcribit Clemens IIII. in c. vt officium. §. verum. de hæret. libr. ſexto, quia ſola captura infamat. Villadieg. de hæretic. quæſtione vndecima, & Simanc. in Enchirid. titul. 45. numer. 3. per text. in l. prima. §. diligentes. ff. de ſeruis fugitiuis. Ad promotorem itaq; ſpectat denunciare & accuſare hæreticos quos ſciuerit eſſe
37 ſuſpectos, ſed vt ſciat † promouere, denunciare, vel accuſare, & ſuam intentionem exactè inſtituere, oportet illum eſſe iurisperitũ, vt trad. Repert. Inquiſitor. in verb. fiſcalis. Simanc. in Enchirid. titul. 20. de Promotor. & titul. 23. de accuſat. & de Catholic. inſtitut. titul. quarto & 53. Promotoris itaque officio, quod quaſi mortuum, occultũ, aut ſepitum erat, iam ad notitiam iudicis actione ſuâ manifeſtatur.

Verùm quia Promotor Fiſcalis accuſatoris perſonam ſubit, & publicus conſtitutus eſt accuſator contra fidei
38 noxios, ideo † ad ea tenetur, ad quæ accuſator adſtrictus & obligatus eſt, hoc tenet Bartol. in l. ex lege. §. ſi publica. num. 12. verſicul. quæro vtrum, ff. de adulter. Afflict. in conſtit. Regn. Neapol. hi qui. 13. notab. contra verò Abb. in cap. final. de purgat. canon. cenſet non teneri. Is enim reos accuſat, vt reſipiſcant ne in hoc crimine pereant. Et quidem in diſpendium Reipub. magnum cederet, ſi denuntians hæreticum inſtare ac proſequi accuſationem cogeretur, damnoſum que non ſolùm ſibi Promotor, ſed & religioni Catholicæ officium præſta-
39 ret. Non igitur † Promotor ad Talionem tenetur, vt ſuprà diximus, illa accuſatoribus pœna iampridẽ impoſita exoleuit, & meritò: quia accuſatores ab accuſando arcebantur, fiſcalis autem ex iniuncto ſibi officio, tum ex natura & neceſſitate eiuſdem id facit. Quamobrem etiam ſi reum non peragat calumniatoris pœnam non timet eâ maximè de cauſâ, quòd non per ludibrium ad eiuſmodi accuſationes accedat, ſed optimâ fide ac quaſi compulſus officiũ illud exequi, & cõplere teneatur, tex. in l. poſt legatum



legatum. §. aduocatum fiſci. ff. de ijs qui vt indign. l. quę cum maior. §. penult. ff. de bonis libert. l. 2. C. de dilatio. libr. 10. Alciat. libr. 9. parerg. cap. 8. Simanc. de Cathol. inſtit. titul. 4. numer. 8. Præcipuum tamen illius munus & officium eſt, dicta teſtium exquirere, libros depoſitionum (quos alphabetos vocamus) reuoluere, quos agnouerit reos petere vt in vincula mittantur, & pœnis debitis afficiantur, vt iuſſum eſt inſtruct. Hiſpalenſ. anni 1500. ab Epiſcopo Palentino inſtituta.

40 Si verò † Promotor Fiſcalis iuris Pontificij, & Cæſarei perfectam cognitionem obtinuerit facilè, rectè, ac iuridicè apud Inquiſitores officium ſuum exponet, l. ſciendum. §. 1. & l. Paulus. 1. & ibi Bartol. ff. de legat. l. nemini. C. de aduocat. diuerſor. iudic. & not. Bartol. in l. 1. ff. de var. &
41 extraord. cognit. oportet † præterea illum eſſe probum, diligentem, ac induſtrium, vt cognoſcat quando & quomodo poſſit accuſationẽ proponere contra reum, & cauſam vſque ad diffinitiuam ſententiam proſequi, ſcribit enim Vlpianus in l. 1. §. aduocatus. ff. de extraord. actio. [Aduocatos accipiendos omnes omnino, qui agẽdis cauſis quoquo modo operantur inde aduocationibus interdicere,] l. 8. ff. de poſtulat. l. 9. ff. de pœ-
42 nis. aduocare † enim ſignificat homines vel patrocinij, vel conſilij, vel teſtimonij cauſa conuocare. l. 1. & 20. ff. ad l. Cornel. de falſ. Caueant
43 igitur † Promotores, & Aduocati fiſcales ne malitioſè aliquos accuſent, nam contra improbos aduocatos inſurgit Deus per Hieremiam cap. 5. ad finem, in hæc verba, [Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiẽdos viros ſicut decipula plena auibus & ſic domus eorum plenæ dolo, ideò magnificati ſunt, & ditati; craſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè.] Aio quidem ſi detegerentur quicquã per ludibrium & calumniam feciſſe, non minori pœnâ eos afficiendos, quàm ſi priuati eſſent delatores, neque hi impunè tantùm ſcelus committeret; his potiſsimum feliciſsimis temporibus quibus nec ſummi Põtifices, nec Catholici Reges, nec Generalis Inquiſitor à iuris æquitate quemquam deflectere patiuntur, quin citiſsimè in eorum caput decideret illud Martialis lib. 1.

*Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,*
*Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.*
*Traducta eſt Getulis, nec cepit arena nocentes,*
*Et delator habet, quod dabat exſilium.*
*Exſulat Auſoniâ profugus delator ab Vrbe:*
*Impenſis vitam principis annumeret.*

44 Hanc verò † accuſationem Promotor fiſcalis præſente reo corã Inquiſitoribus in ſcriptis ferre debet & propria voce literas ſuę accuſationis legere, vt Stephanus Papa conſtituit in capit. per ſcripta 2. quæſtion. 8. in hęc verba: [Per ſcripta nullius accuſatio ſuſcipiatur, ſed propriâ voce (ſi legitima & cõdigna accuſatoris perſona fuerit) pręſente videlicet eo quẽ accuſare deſiderat:]

Cæterùm cùm cauſa fidei publi-
45 ca ſit ob publicã vtilitatẽ omnes † Catholici tenentur hęreticos denũciare & accuſare, vt diximus nõ ſemel, ſi illud teſtibus cõprobare poteſt. c. pręſumunt. 2. quæſtione 7. l. Regia. 2. titul. 26. part. 7. S. Thom. 1. 2. quæſt. 68. art. 1. dicẽs. [Si crimẽ fuerit tale quod vergat

vergat in detrimentum Reipub. te-
netur homo ad accuſandũ dummo-
do ſufficienter poſsit probare.]Idem
tenet Caietan. ibi Alex. de Ales in 3.
p. quæſt.42. Dominic. Soto de iuſt.&
iur.lib.5.quæſt.5.art.1.& in lib.de ra-
tion. tegend. & detegend. ſecret.
membr.2.q.5.concluſ.2. Cardin. in c.
ſi peccauerit in te frat.tuus.num.20.
2.q.1.& in cap.1.nume.5.2.q.7. Brun.
de hæretic.libr.4.cap.7. quod vtique
46 procedit,quia † quod contra religio-
nem diuinam committitur,in omniũ
fertur iniuriam & id probauimus ex l.
Manichæos. C. de hæretic. l. 2. C. de
apoſtat. Simanc.de Catholic. inſtit.
tit.19.à num.1.Rojas de hæret.ſing.3.
& alijs pluribus: iam verò conſtitutũ
eſt per nouiſsimas inſtructiones ſan-
47 cti Officij,vt † ſolus Promotor fiſcalis
accuſet hæreticos, vt teſtatur Iacob.
Simanc.vbi ſuprà,tit.4. & Io.Rojas d.
48 ſing.3.numer.11. vbi † aſsignat diffe-
rentiam accuſationis & denunciatio-
nis, quam in quæſtione de denuncia-
tione tradidimus:Neceſſarium igitur
fuit & ſummâ prouidentiâ decretum
ac conſtitutũ eſt,vt perſona publica
inſtitueretur ad producendum reos
in iudicium,& cauſam proſequeretur
vſque ad finem.

Adducitur præterea in accuſatio-
49 ne hæc † clauſula, [vt melius de iure
poſſum,& debeo,cõpareo,&c.] Quæ
ex ſuperabundãtia ad euitandas ſub-
tilitates iuris apponitur:non erat hæc
neceſſaria, cùm in hoc crimine hæ-
reſis poſsit procedi ſimpliciter, & de
plano, non enim ſunt neceſſariò in
huiuſmodi proceſſu cõſtruendo ſum-
mæ iuris ſubtilitates requirendæ, ad
incommodum declinandum,& vt in
cauſa fidei,quę priuilegijs munita eſt,
& in qua ſola rei veritas inſpici de-
bet,parui momenti defectus Dei cul-
tum non remorentur.text.in cap.ſta-
tuta.de hæreticis lib.6.Clem.ſæpe.de
verb.ſignif.gloſ.in extrauag.ad repri-
mendum. quomodo in læſæ maieſt.
crim.procedatur,Oldradus conſ.115.
Socinus Senior conſ. 54. libr. 4.Felin.
in cap.1. de libelli oblatione,Brunus
lib.4.de hæret.c.5.Bernard. Comenſ.
in Lucerna Inquiſitorum, verb. litis
conteſtatio. Ludouic. Carrerius in
tract.de hæret.Simanc. de Cathol.in-
ſtit.tit.44. n. 30.Io. Rojas ſingul.fidei
125.

50 Dicitur etiã in accuſatione † [pre-
uijs ſolennitatibus à iure requiſitis,]
hæc etiam clauſa ponitur ex ſupera-
bundãtia, non autem ex neceſsitate,
licet de iure ciuili, olim in accuſatio-
ne nomen Imperatoris, vel Summi
Pontif.præſcriberetur, text.in l.libel-
lorum.ff. de accuſat.& inſcript. Iulius
Clarus in pract. criminali lib.5.§.final.
q.12.num.8. de accuſat. Salicetus au-
tem in l.penult.num.3. C.de accuſat.
dicit non eſſe in vſu: idem tenet An-
gel.de Maleſ.verb. de anno præſenti
num.23.& in d l.libellorum.In ditio-
nibus autem Hiſpaniarum, quibuſdã
in locis inductum eſt, vt apponatur
illa clauſula ſequens, [præſidente ſeu
regnante in Eccleſia Dei N.Papa.] in
cauſis grauioribus.

Inſuper ponitur in accuſatione hoc
verbum,[criminaliter accuſo, &c.]
51 Quamuis † hoc verbum [accuſo] de
ſui natura crimen inducat in iure ad
tollendam omnem difficultatem, &
ambiguitatem, ac etiam ad conſti-
tuendam differentiam actionis pri-
uatæ & publicæ,tum criminalis ciuili
viâ intentatę Promotor fiſcalis vtitur
illâ dictione ſeu locutione[accuſo cri
minaliter] eodem dicendi genere,
Cicero 3. Verr. 29. [ſuis eum certis
proprijſq; criminibus accuſabo.] Ac-
cuſare autẽ eum dicimus qui crimina
obiecit, & cauſam perorari vſque ad
ſententiam effecit: Cæterùm ſi antè
quieuit, non accuſauit. Vlpianus in l.
qui



qui cum.§.accuſaſſe.ff.de bon.libert.
Accuſare igitur Vlpiano, eſt crimen
obijcere legitimè:hinc accuſatio, eſt
legitima criminis obiectio ex eodem
Vlpiano:differt tamẽ ab actione:&ac-
52 cuſatio † propriè ſumpta eſt illa ex
qua imponitur pœna mortis,vel cor-
poris coertio,vel pecuniaria fiſco ap-
plicanda.Actio eſt ius perſequendi in
iudicio quod ſibi debetur. Angel. in
rubric.inſtit.de public. iudic. Bart. in
l. prætor.artic. 3. ff. de ſepulchr. vio-
lat.

Ponitur etiam in accuſatione no-
men rei contra quem dirigitur accu-
53 ſatio. Nam † reus accuſatus, eſt per-
ſona neceſſaria in iudicio,vt dicit tex.
in d. capit. forus, de verborum ſigni-
fic. & ibi DD. ideo ponitur nomen
rei proprium & appellatiuum, cum
reliquis circumſtantijs ſcilicet, nata-
lium & habitationis loci, diœceſis,
& cuius qualitatis, officij dignitatis
& cuius exercitij ſit, vt nullũ dubium
reperiri poſsit, vt habetur in tracta-
tu modi procedendi Inquiſitionis à
Paulo Garcia ſupremi ſanctæ Inquiſi-
tionis Senatus ſecretario, viro vndi-
que in his rebus prudenti & accu-
rato tit.de prima audientia.Nam ſi in
rei nomine fiat error, aut fortaſsis in
prænomine, aut cognomine, aut in
quolibet horum,accuſatio nihilomi-
nus certa eſt,dummodo certò perſo-
na deſignetur.Hoc Cicero ait [cùm
intelligitur quid ſignificetur, minus
laborandum eſt de nomine] & con-
firmat Quintilian.]Non intereſt di-
ſcentium quibus quidque nominibus
appelletur, dũ res ipſa manifeſta ſit.]
At diſertè in iure id deciditur.l. ſiquis
in fundi vocabulo.ff.de legat. 1. l. de
vnoquoque.ff.de re iudicat. adeò vt
ſi plures rei conueniendi ſint, idem
ius obſeruetur.l.1.C. de fideiuſſ. tut.
vel curat. & ibi Bartol. Hippolyt.ſin-
gul.144.error in nomine Vital. Gam-
bauu.tractat.clauſul.§.nunc tranſea-
mus de errore nominis proprij.Vnde
ſtipulationem non vitiari propter er-
rorem in nomine appellatiuo,ſi de re,
& eius corpore conſtet, alias vitiari
certum eſt. ex l. certum, ibi: digito
oſtenditur.ff. ſi certum petatur. l. in
venditionibus.ff.de contrahend. em
ption.& præciſè Didac.Perez in or-
dinat.Regn.Caſtel.lib.8.titul.3.l.1.ad
verb. [*heredades*:] Ergo non tantùm
nomine,ſed etiam alijs ſignis,& circũ
ſtantijs, corpus ipſum rei deſigi & de
ſignari debet, vt ipſiſsimum nõ aliud
dici poſsit, ſaltem cum nomine duæ
qualitates copulari debent, nimirum
patris nomen, & patriæ ſi hæc ſciri &
ædiſci facilè poſsint: nam patria vni-
cuique ſignũ eſt.l.quod ſi nolit.§. qui
mancipia vendunt.ff.de ædilit.edict.
vbi gloſſ. exemplificat in expreſsio-
ne nominis paterni & materni, no-
tauit Bart.in.l.3.in princip.ff.de liber.
& poſthu.vbi dicit id ſatis eſſe vt no-
men patris & matris exprimatur, ſi
planè & clarè aliquem declarare &
demonſtrare velimus, quod & idem
vult in.l.ſi in rem.in fine. ff.de rei vẽ-
dic.certè vt hæc quæſtio deciſionem
ſuam nanciſcatur, nomen rei expreſ-
ſum præſumptionis dat argumentum
Bartol.in l.Diuus.verb.faciat confite-
ri.num.5.ff. de cuſtod. reor. & Alex.
conſil.125.viſo proceſſ. num.7. con-
firmantur prędicta.vol.7.Pacian. pra-
cticab. tractatus de probationib. lib.
2.cap.15.num.25.& ſeqq.ſed ad hanc
præſumptionem certa eſt demon-
ſtratio, ſi addatur nomen patris, &
matris, & domicilium aut patria,vt
eadem illa rei perſona denotetur in
quam agere velit fiſcalis: hoc dicit
Bartol. in.l. demonſtratio, num. 14.
verſicul. ſeptimò quæro. ff. de con-
ditionibus, & demonſtrationibus.
Vult igitur duobus accidentibus,
ſaltem nomen conſociari, vt ſic ex-
 prima-

primatur: Caluinus Lutheri filius de
Nouiomo.
At vbi ad interrogationem ven-
tum eſt, debet Inquiſitor de origi-
ne, & alijs circunſtantijs medul-
litus ſubodorari rei mentem, & oc-
cultiſsimos receſſus foras egerere,
quia non leuia ſuſpicionũ argumenta
ſumuntur ex genere, natione, patriâ,
educatione, diſciplinâ, bonitate, pra-
uitate, tempore præterito, ſocietate
& amicitiâ, moribus & verbis, ac alijs
vt docet Cicero lib. 2. Rhetor. ad He-
rennium. Quintilianus libr. 5. cap. 10.
Orato. inſtit. Gandinus in tract. cri-
min. tit. de præſumpt. Franc. Coſanus
tract. 1. de indicijs ex perſona cap. 1.
quod in hoc crimine hæreſis potiſſi-
mùm eſt obſeruandum, nam qui in
locis ſuſpectis eſt educatus facilè cre
ditur labe hæreſis infectus: hæc om-
nia plenè docet Eymeric. in. 3. p. Di-
rector. in. tit. de modo interrogandi
reum accuſatum, pag. 452. Alex. de
Ales. 3. p. q. 45. mẽbr. 7. qui ſummâ di-
ſtinctione proſequitur hãc materiã,
& dicit huiuſmodi prẽſumptiones ex
diuerſis perſonarum, & rerum circũ-
ſtantijs oriri: quarum inueſtigatio iu-
dicio prudentis Inquiſitoris relin-
quenda eſt.
Verùm quod attinet ad nationem
ſunt quædam peculiaria vitia, pro-
55 prijq; mores: & quandoque † bonus
vel malus præſumitur ex natione &
patria: vnde de Nathanael apud Ioã-
nem cap. 1. dicitur: [A Nazareth po-
teſt aliquid boni eſſe?] & Vlpianus in
l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de
ædilit. edict. ait: [plerumq; natio ſerui,
aut prouocat, aut deterret emptorẽ,
idcirco intereſt noſtrâ ſcire nationẽ:
præſumptum etenim eſt quoſdã ſer-
uos bonos eſſe, quia natione ſunt non
infamatã: quoſdam malos videri, quia
eã natione ſunt, quæ magis infamis
eſt,] quod vtique verum exiſtimo ex
ijs quæ ſcribit Plinius Natural. hiſtor.
libr. 2. cap. 78. ſic apud Liuium libr. 1.
vbi de Numa Pompilio: natio Sabi-
norum triſtis, ſeuera, & tetrica deſcri-
bitur: vnde apud Ciceronem pro L.
Flacc. vetus illud Prouerbium: Phry-
gem plagis fieri ſolere meliorem: &
de Cretenſibus D. Paulus qui Poetæ
Callimachi verſum citat in Epiſt. ad
Tit. c. 1. quem habes apud Callimach.
in hymn. Iouis.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες
ἀργαὶ

*Cretenſis mendax, mala beſtia, venter*
*obeſus*

Text. cap. ſi gens Anglorum. cum ſe-
quentibus 56. diſtinct. Tiraquell. de
nobilitate. capit. 12. quæ quidem
præſumptio cum alijs adminiculis
coniunctis, multùm valet contra
reum.
56 Filius etiam † naturali quâdam ra-
tione, talis eſſe præſumitur, qualis pa-
ter, ex bonis namque bonum gene-
rari conſentaneum eſt, ac vt Ariſtot.
lib. 3. Politic. c. 8. & libr. 4. de genera-
tione cap. 3. ait: ex melioribus melio-
res procreari probabile eſt, gloſ. in l.
quod ſi nolit. §. qui mancipia. de ædi-
lit. edict. Ezechiel. cap. 16. Eccleſiaſt.
cap. 11. Alciatus libr. 1. præſumpt. cap.
48. Alphonſ. Caſtrenſ. libr. 2. de iuſta
hæret. punit. cap. 8. Tiraquell. in l. 7.
cõnubiali: hinc præſumũtur nobiles,
qui ex patre nobili, periti qui ex peri-
to naſcuntur, præſumptione quâdam
in lege naturæ inſitâ: Horatius,

*Fortes creantur fortibus*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*

57 Fluxa, & lubrica † filiorum educa-
tio quæ ex blanda parentum indul-
gentia



gentia oriri ſolet facilè corrumpitur.
Vnde Socrates apud Platonem lib. 3.
de Legibus, eam labem indulgentiæ
matrum (quę teneriores ſunt) tribuit.
Lactantius libr. de opificio Dei c. 19.
Abulenſ. de optima politia num. 148.
Alciatus lib. 1. præſumpt. cap. 24. Ex
bona itaque aut mala educatione, bo
nus, vel malus homo præſumitur,
quia educatio ipſa mores facit, hinc
Horatius ait:

*Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit*
*odorem*
*Teſta diu* ——

Et Paulus Apoſtolus, [vos patres (in
quit) nolite ad iracundiam prouoca-
re filios veſtros, ſed educate illos in
diſciplina, & correctione Domini:] &
1. ad Corinth. cap. 15. Menandri co-
mici Poetæ verſum profert in eam
rem.

φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ
*Rumpunt bonos mores ſocietates malæ.*

Eccleſiaſt. cap. 7. & 30. Daniel. 13. &
58 text. in cap. ſicut. 47. diſtinct. Ideo † ta-
lis præſumitur, quiſque qualis eſt cũ
quo conuerſatur: hinc quoque Salo-
mon inquit, [qui cum ſapientibus
graditur ſapiens erit, amicus ſtulto-
rum ſimilis efficietur: cum ſancto ſan-
ctus eris, cum viro innocente inno-
59 cens eris.] Et Chryſoſtom. † in Matt.
homil. 60. & in Ioan. homil. 56. [ami-
citia atque conſuetudo, & ad nocen-
dum & ad adiuuandum plus non vn-
quam efficit, quàm neceſsitas potuiſ-
60 ſet:] Vnde reg. Iuris, † qui ſemel ma-
lus, ſemper præſumitur malus, [dixit
enim inſipiens, non eſt Deus:] Vnde?
[quia corrupti ſunt & execrabiles fa-
cti ſunt in iniquitatibus ſuis.] Pſalm.
13. Et tex. in l. 1. C. ſiquis Imper. male-
dix. Hoſtienſis in ſumma tit. de Iudæ.
§. quibus. Lucas de Pen. in. l. quemad-
modum. C. de agricol. & cenſit. libro
61 11. & ſic † talis vnuſquiſque præſumi-
tur hodie, qualis olim fuit. cap. ex ſtu-
dijs. de præſumpt. c. ſi ſermo. de pœ-
nit. diſt. 2. Bald. in. l. ex perſona. C. de
probat. Felinus in. c. ſcribam. de præ-
ſumpt. Alciatus lib. 2. cap. 25. eodem
tit. Menochius in tract. de præſumpt.
62 Prudens autem † Inquiſitor in re-
bus dubijs prædicta & ſimilia enixè
conſiderabit interrogando (ſi à Fiſ-
cali nõ ſint propoſita in accuſatione)
vnde veriſimilia argumenta educet
ad eruendã veritatem ex genere na-
tione, patria, educatione, diſciplina,
bonitate, tempore præterito, ſexu, ęta
te, fortuna, conditionis diſtantia, ani-
mi natura, ſtudio, literis, exercitio,
cauſa, tempore, loco, occaſione, &
modo, de quibus Cicero lib. 2. de In-
uenti. & libr. 2. Rhetor. ad Herenn.
tex. in. l. aut facta. ff. de pœnis.
His præhabitis ac perpenſis Inqui-
ſitor ex malè factis, aut dictis conij-
cient malè præmeditata fuiſſe: huma-
63 næ † namque aures talia verba no-
ſtra iudicant qualia foris ſonant, tex.
in. l. ſiquis extraneus. ff. de acquirend.
hæred. l. ſi non conuitij. C. de iniurijs.
c. 1. de præſumpt. & illic. Felinus. cap.
humanæ. 22. q. 5. l. Labeo. §. idẽ Tube-
ro. ff. de ſupell. legat. Ioan. Lupus in
allegat. de hæreſi. § 7. cum ſequenti-
bus. Ex his certè coniecturis, & præ-
ſumptionibus tametſi valent ad ac-
cuſationem, nulla tamẽ ad condem-
64 nationem. Pœna † etenim ordinaria
non debet imponi propter ſuſpicio-
nes aut probationes, niſi luce meri-
dianâ ſint clariores text. in. cap. lite-
ras. de præſumpt. Innocentius in. cap.
quia veriſimile. de præſumpt. Anto-
nius Cardinal. & cæteri in. cap. affer-
te. eodem titul. Hippolytus in Rubri
ca de probationibus numer. 241. Boe
rius deciſ. 264. Tiraquellus de pœnis.
Eee 5 cauſa

cauſa 27.hoc tamen obſerua quod faciliùs in ſuſpicionē incidimus quàm in præſumptionem, pro cuius termini & differentiæ intelligentia, ſciendum erit quòd ſuſpicio minor eſt, quàm præſumptio: faciliùs enim ſuſpicamur aliquid, quàm id ipſum præſumimus, & ſic ex ſuſpicionibus oriri ſolent præſumptiones, eſt enim
65 † ſuſpicio acceptio vnius partis cum formidine alterius, vel eſt opinio mali ex leuibus ſignis, vel vt Bald. diffinit in authentic. ſi quis. C. de adult. & S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtione 60. articul. tertio. Bald. in rubric. de probationibus. Dominicus Soto libr. tertio, de iuſt. & iure quæſtione quarta, articul. tertio. Petrus Aragon eodem titul. de iuſt. & iure, ſuper quęſtione 60. D. Thom. articul. 3.

Suſpicio eſt paſsio animi aliquid firmiter non elegentis, quia vt dicebat Philolaus apud Suydam in ὑπόνοια, & ſi nihil committis, ſed tantùm committere videris, infelix es. Sic etiam Philolaum ſua patria Croton de medio ſuſtulit, quia domum tyrannicam illum velle habere ſuſpicata eſſet. Suſpicionum autem plures ſunt ſpecies, quas recenſet Simanc. de præſumption. titulo 150. numer. vigeſimotertio: vide Proſperum Farinac. tom. primo, quæſtion. criminal. titul. de indic. & tortura. quæſt. 36, num. 172.

66 Ponitur etiam alia † clauſula ibi: [& narrando facti ſpeciem & caſum accuſationis, dico,] quia non ſufficeret reum nominare, eum accuſando, niſi etiam cauſam concludentem delictum, & rationem clariſſimam eiuſdem delicti oſtenderet accuſator.

Item alia ſequitur † clauſula, ſci-
67 licet [qui cum eſſet Chriſtianus, &c.] Hæc clauſula neceſſariò ponitur, quia eſt qualitas neceſſaria, cum agatur de qualitate requiſita in reo, ad hoc vt accuſatio hæreſis poſsit
68 procedere. Nam hæreſis † de qua noſter eſt ſermo, non dicitur in infideli, ſed in eo qui cùm eſſet Chriſtianus & baptizatus, in hæreſim ſe præcipitem dedit contra fidem Catholicam quam fuit profeſſus ſeruare: & de hoc loquitur B.Paul. 1. ad Corint. 5. dicens: [De his qui foris ſunt nihil ad nos.] Quo loco eleganter Theophylactus ait, eos, qui intus ſunt eſſe Chriſtianos, qui verò foris Græcos ſiue Gentiles. [Nulla, inquit facio verba de ijs qui foris ſunt, tantùm enim eſt quod ait, extra meas leges iſti ſunt: ſuperuacaneū itaque fuerit legē ſancire ijs, qui extra Chriſti regiā & aulā agunt. Quęcunq; enim lex loquitur ijs qui ſunt in lege loquitur] & habetur in c. gaudemus. de diuort. cap. multi. 2. quæſtione prima, Oldrad. conſil. 51. Romanus ſingul. 680. Felinus in rubric. de iudic. Marcard. in tract. de Iudęis & infidel. ſecunda part. cap. 8. cum ſequentibus. Alphonſ. de Caſtro libr. 1. cap. ſeptimo de iuſt. hæretic. punit. Tabienſis in ſumma verb. hæreticus numero 1. verſicul. vnde ad hoc quod proprię. Simanc. de Cathol. inſtit. titul. 31. numero quarto, Albert. in tractatu de agnoſcend. aſſertionibus quæſtione 2. numer. 2. Couaruuias libro tertio cap. primo, numero ſecundo Variarum reſolut. verſiculo hinc ſanè deducitur, Conradus Brunus libr. primo cap. ſecundo de hæret. D. Antoninus in ſumma ſecunda part. titul. duodecimo cap. quinto. §. primo, Ioann. Rojas tract. de hæret. part. 1. numer. 40. Melchior Canus libr. duodecimo cap. octauo de locis Theologicis. Franciſ. Pegna in ſecunda part. Director. Commentario 57. verſicul. ad hanc reſpondemus,



69 mus, quod vtiq; procedit: quia † quoties in aliqua diſpoſitione requiritur aliqua qualitas, illa omnino probari debet: Ioan. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. & ibidem cęteri Canoniſtę: Bald. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appellation. idem Bald. in l. ſi quis nō dicam rapere. C. de Epiſcopis, & clericis. Bart. in. l. 1. §. 1. ff. ne quid in loco publico. Alexand. conſ. final. vol. 2. & conſ. 1. num. 42. volum. 3. & Gulielm. de Peru. conſ. 36. nu. 7. dicit, quòd vbi aliqua qualitas adiecta maleficio lacerat legis diſpoſitionem, & ſuperponitur in iudicio ad puniendum, debet ſingulariter & concluſiuè probari. l. prætor. §. docere. ff. de vi bonorum rapt. & nō dicitur factum probatum, niſi etiam probetur qualitas. l. ſi quis alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Cyn. Bald. & Salicetus in l. 2. C. de probat. cap. notificaſti. 33. q. 5. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. Corn. con. 197. vol. 2.

At verò quia poſſet contingere, vt reus ſe profiteretur non Chriſtianū, vnde ludificaret intētionem Promotoris fiſcalis (nā dicere [qui cum eſſet Chriſtianus baptizatus] pertinet ad proprietatem) cuius propoſiti probatio penes fiſcalem foret, vt illum fuiſſe Chriſtianum baptizatum manifeſtaret. Hac de cauſa ſuperaddere de-
70 bet † fiſcalis in accuſatione [vel cùm reperiatur vt talis, & in poſſeſsione vel quaſi poſſeſsione Chriſtiani eſſet] hinc ſi reus accuſatus reperiretur in quaſi poſſeſsione Chriſtiani, ſuffice-
71 ret. Nam † hæc incorporalia iura ſunt quę tangi nequeunt, & poſsideri non poſſunt, ſed & ſimilitudinem rerum, quaſi poſsideri dicuntur: vt probat tex. in l. etiā. §. 1. ff. de petitione hæredit. & Caius in l. 1. ff. de rerum diuiſione.

Tunc transfertur onus probandi in reum quod non ſit Chriſtianus: fiſcalis enim fundatam habet intentionem ſuam. Nam præſumptio eſt in contrarium, ſi reperitur in ea quaſi
72 poſſeſsione: ſigna † autem huius quaſi poſſeſsionis hęc ſunt: videlicet ſi reus ſe Chriſtianum nominabat, & ab alijs ſe nominari patiebatur, & communiter talis reputabatur, & gaudebat priuilegijs & expētionibus ac prerogatiuis, quibus cęteri Catholici Chriſtiani ſolēt gaudere. Ex quibus ſimul
73 collectis oritur † violenta præſumptio iuris, quâ mediante onus probādi transfertur in reum, quæ ſufficiens eſt ad condemnationem: Natta conſ. 170. num. 2. verſ. nec probant talia teſtimonia. volum. 1. & Cephal. conſil. 435. numer. 86. verſ. vbicumq; etiam præſumptio. vol. 3. idem Natta conſ. 475. numer. 10. verſicul. ſed præſumptio. volum. 2. Salicetus in l. ſiue poſſidetis. num. 18. C. de probat. Abb. in cap. quanto. nu. 3. de probation. Brunus in quæſt. 4. 1. part. de indic. & tortur. Bald. in d. l. ſiue poſsidetis. numer. 15. verſicul. quædam eſt præſumptio. Ioann. de Imol. l. hoc iure. numer. 13. colum. final. ff. de verborum obligat. vbi tradit quòd iura quæ dicunt pre-
74 ſumptionem † iuris onus probandi in aduerſarium transferre, debent intelligi de illa violenta præſumptione, quæ fit loco probationis: ſequitur Corn. conſ. 230. nume. 54. Bald. conſil. 376. nume. 32. Bellamera in cap. accuſator. nu. 10. verſ. ad de hoc intellige. col. final. 6. quæſt. 5. Angelus in repet. l. ſciendum. nume. 26. ff. de verb. obli-
75 gat. Cùm igitur hæc † præſumptio efficiatur à nobilibus, & euidentibus coniecturis, proculdubio cenſetur præſumptio iuris approbata, quæ onus probandi transfert in aduerſarium reum. d. l. ſiue poſsidetis. l. Quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi. pactum. l. quinquaginta. l. cū indebito.

indebito.§.ſin verò ff.de probat.l. ne codicillos.C. de codicillis. l. non eſt veriſimile.ff.quod metus cauſa. can. accuſator.6.quęſt.5.c.1. vt Eccleſiaſt. benefic.ſine diminut. c. final. §. ſanè. de iureiurand. cap. quia ſunt culpæ. diſtin.28. cap. contra morem. diſtin. 100.cap.requiſiſti.de teſtament. cap. conſtitutus. de religio. domib. cap. cùm nō liceat.de præſcript. cap. quia veriſimile. eod.titul.capit.2.de reſtit. ſpol.cap. ſuper hoc. de renunciat. facit tex.in.capit.iudicas. 3. quæſt. 9.& capit.poſt ceſsionem. de probat.l. ſi qua per calumniam. in fin.C. de Epiſcop. & cleric.l.2.C. de errore aduocat.l.1.C.ad leg. Cornel. de fic. hanc ſententiam tenuerunt gloſſatores, in d.l.2.ff.de probat.& gloſ.in l.ne codicillos.C.de codicill.&alij plures,quos conſulto amitto.Et Innoc.in.cap.cùm in iure. ſub num.4.verſ. ſed dices. de officio delegat. & Archidiac. in d. c. accuſator.num.4.verſ.nulla fit. 6. q.5. & Præpoſ.in d.cap.contra morem. in princip.de renunciat.diſtin.100.& in d.cap. accuſator. Ægidius Bellamera, in d.cap.contra morem.numer. 4. Antonius de Butrio in d. c. cum in iure. col.5.in fine,de procurator.de officio delegat.& in d.c.1.col.5.in fine. verſ. tu conclude.vt Eccleſiaſt.benefic. & ibi Abb. num. 17. verſ. in gloſ. ſuper verb.actore. col.2. Ioan. de Imola in d.capit.cum in iure.numer.7.de officio delegat.& alij quamplurimi quos longū eſſet recēſere. Satis ergo iuridicè in accuſatione proponitur prædicta clauſula,& ex his actibus ſatis quaſi poſſeſsio, probatur, vt tradūt Doctores in cap.per tuas. de probat. & in d.l.Barbarius Philippus. ff. de officio præſidis.

76 Item dicitur † in accuſatione [neglecto timore Dei &c.] iure optimo hęc addita fuit clauſula in accuſatione, quia peccatores qui proteruè, ac impudenter delinquunt,& in peccato perſeuerant grauiori pœnâ afficiēdi ſunt. text. in.c. conſideret. de pœnitēt.diſtint.5.cap.ſchiſma.24. quæſt. 1.l.inficiendo.§.infans.ff.de furt. cap.
77 ita nos.15.quæſtion.2.ſic etiam † hæretici qui pertinaciter in errore perſiſtunt,contradicendo articulis fidei, traditionibus Eccleſiæ Catholicæ, ac reuelationibus Dei, eiuſdem timore & reuerentiâ poſtpoſitis ſeueriùs puniri, & curiæ ſæculari tradi debent. capit.ſuper quibuſdam. §. ſuper quolibet.de verborum ſignif. Albert. de aſſert.Cathol.quæſt. 3. & 29. numer. 8.&.33.Alphon.de iuſt. hæret. punit. capit.6. Simancas de Cathol. Inſtit. tit.48.Franc.Pegna.in.2. p. Director. comment.1.pag.88.& Eymeric.in eadem.2.p.quæſtion.34.& ibidem Frāc. Pegna cōment.59.Ioan.Rojas.reg.23. de hęreticis. & in 2.p.eod. tit. de hæret.aſſertio.45.vbi copioſè.

Contemnit etiam hæreticus iuſtitiam,& rigorem eius, cùm ſciat ſeueriſsimè ſe debere puniri, & nihilominus contra fidem Catholicam & præcepta Eccleſiæ patrat hoc ſcelus, & ideo ad grauandum eius peccatum ponitur in accuſatione,[quod neglecto timore Chriſti ſeruatoris noſtri, & ſpreto rigore iuſtitiæ huius ſacri tribunalis.]

78 Ponitur etiam † in accuſatione, [fecit & dixit aliquid hæreticū credulitas contra fidem, cùm reſideat in animo(cuius ſolus Deus eſt iudex & cordis ſcrutator)non poteſt videri ab homine,ſed voluntas, ſeu credulitas, ſeu error indicatur ſecundum verba,vel facta exteriora,& ex ijs pręſumitur malus animus, & error, nam
79 † humanæ aures & oculi talem iudicant animum,quales ſunt actus exteriores.tex.in capit.humanę aures.22. quæſtion.5.l.non aliter.ff. de legat.3. l.1.§.ſi is qui nauem.ff. de exercitor.

action.



action.capit.ex literis.de ſponſal.Verba enim ſigna ſunt eorum,quę animo
80 adhærent:neque † quis præſumitur dicere,quod prius non cogitauerit. l. Labeo aliàs legata.C. de liber. legat. Talis quippè præſumitur quis, qualia verba profert,ſi malè autem loquatur malum cenſetur habuiſſe animū & intentionem tex.in.capit.1.de præſum-
81 pti.†non tamē intētio verbis,ſed verba intētioni debēt deſeruire c.intelligentia.de verb.ſignif.capit. 1. de reg. iuris.quibus rationibus valdè confert
82 illud axioma,ſcilicet:quod actus† præſens præteritam intentionē declarat, tex.in l. ſi hi qui adulterij. C. de adulter.l.cū quis.C.de naturalib. liber.intentio autem aliter probari non po-
83 teſt, ſolus enim Deus † ſcrutator eſt cordium.gloſ.in capit.de occidendis. 23. quæſtio.5. & in Clem.exiui de paradiſo.de verb.ſignific.& in l. 2. ff. de interrogat. action. & per dicta iura Marcus Mantua conſ.24.numer.4. Barbat.conſ.42.nume.14.per.cap.nouit.de iudic.vol.1.capit.tua. in fin. de Simon.cum concord.gloſ.in Clemēt. vnic.de reliquijs & vener.ſanct.Blancus de indicijs numer.57.verſ.15.Ioā. Lupus in tract.de matrim. & legit. 1. part.numer.6.& 10. vbi inquit eſſe quaſi impoſsibilem probationem, vt plenè Corn.conſ.81.numer. 16.vol.1. & conſ.124.nume. 3.& Homod.conſ. 63.numer.3. per verba etenim quid in animo quiſque tenuerit facilè pro-
84 batur,nam verba † inuēta ſunt,vt dicentis animum exprimant, & declarent,vt inquit Alciat.in lib.1. in princip. tractat.de verborum ſignific. & ante eum Cicero in Topicis.Ideo qui
85 confitetur † factum hæreticum, ſed negat intentionem impiam, non eſt audiendus: quippè qui in malis factis malus præſumatur animus. & nemo exiſtimandus ſit dixiſſe quod priùs mente non agitauerit,& cum in ver-
86 bis † non ſit ambiguitas, non debeat admitti voluntatis quæſtio. l. ſi non conuitij.C.de iniurijs. l. Labeo. ff. de ſupell.legat.l.ille aut ille. ff. de legat. 3.imò relaxari poteſt. vt tradunt Archid.Ioan.And. Domin.& alij in cap. quicumque hæreticos.numer.3.&.4. de hæret.lib.6.Albert. de agnoſcend. aſſertionib.q.8.n.12.& q.25. nu.14.& q.12.numer.17.& quæſt.34. nu.53.& in Rubric.de hæret.libr.6. quæſtion. 13.numer.68.& quæſtion. 2. numer. 61.Alphonſ.de caſt.de iuſt.hæret.punit.lib.1.cap. 1.& c.7. Turre-cremat. in ſum.de Eccleſ.2.part.lib.4. cap.4. & 13.Simancas de Cathol.inſtit. tit. 13.numer.15.Ioan.Rojas tract. de hæret.1.p.num.276.& n. 311. cum ſeqq. & in 2.p.aſſert.17.

Qualiter autem deprehendatur
87 hæreticus † ex verbis aut factis,præſcripſit Eymer.in 3.p. Director.in tit. de ſignis & indicijs exterioribus, & ibidem Franc. Pegna comment.24. verſ.verum nos.& verſ. illa facta. Et probantur ex c. contra Chriſtianos. de hæret.lib.6.cap.cum contumacia. de hæret.lib. 6. c. inter ſolicitudines. de purgat.canonica. cap. ad abolendam.§.illos quoque.de hæreticis.cap. ſuper eo.&. cap.accuſatus.§.eum verò.de hæret.lib.6.cap.accuſatus. §.ille quoque,de hæret.eod.lib.6.cap.excommunicamus. 1. §. qui autem. de hæret.cap.filij.de hæret.lib. 6. quibus oſtenditur omnem hæreſim bifariam deprehendi,& detegi:verbis, ſcilicet aut factis. Verba † enim & facta ſigna
88 ſunt indicantia interiorem mentis cōceptum.Ariſtoteles lib. 1.de interpretatione : & Imperator in dict. l. ſi non conuitij.C de iniurijs. Albert.de agnoſcen.aſſert.quæſtion.30. vbi po-
89 nit ſeptemdecim modos,quibus† hæreticorum pertinacia conuincitur: quos gradatim.& plures alios recenſere placuit.Eum etenim hæreticum

dicimus

dicimus ex verbis deprehendi,qui ali
quid dixerit contra ſeptem genera
veritatum Catholicarũ , & articulos
fidei , & in ſpecie ſub illis generibus
contenta ; vt docet Eymericus in 2.
p.Directorij, & ibidem Pegna com-
mentario 27.Turre-cremat.in ſumm.
de Eccleſia libr.4.part.2. cap. 9. & 10.
Vmbertus Locatus in oper.Iudic. In-
quiſitorum verb. credibilia. numero
8.Arnald. Albert.de agnoſ.aſſert.quæ
ſtion.5.ſunt autem ea quę ſequuntur,
Primum earum veritatum quæ in li-
bris ſacris habentur expreſſe.Secun-
dum earum quæ ex ſacris literis ne-
ceſſariâ conſequentiâ deducuntur.
Tertiũ earum quæ verbotenus Chri-
ſtus Apoſtolis,& Apoſtoli Eccleſię tra
diderunt. Quartum earum quæ in
concilijs vniuerſalibus diffinitæ ſunt.
Quintum earum quæ à ſede Apoſto-
lica ſunt fidelibus ad credendum
propoſitæ.Sextum earum quæ de fide
ac refutatione hęreſum ſancti Patres
vnâ mente vnoque conſenſu docue-
runt. Septimũ earum quæ ex tertio,
quarto,quinto,& ſexto generibus cõ
ſecutione firma ac neceſſaria deri-
uantur.Quibus Catholicis veritati-
bus demonſtratis,facilè eſt hæreticas
propoſitiones patefacere. Illæ enim
hæreticæ cenſebuntur , quæ his Ca-
tholicis dogmatibus repugnãt. Quos
Catholicarum veritatum gradus tra-
didit Melchior Canus lib.12.capit. 7.
de locis Theologic. vbi ſingularem
ac plenam prædictorum inuenies
explicationem , quam Franc. Pegna
in d.2.p.Directorij comment. 27.de-
ſcripſit.

90 Ex factis † autem deprehenditur
hæreticus quoties ex eo oritur vio-
lenta præſumptio , ſi tamẽ approbata
eſt,& in contrarium non admittit di-
rectam probationem. Veluti tranſire
ad ritus Iudæorum ſe circunciden-
do,vel ad ritus quorumuis infideliũ:
hoc enim factum indicat hominem
hæreticum vel Apoſtatam.dict.capit.
contra Chriſtianos. de hæretic. libro
6.Et qui animo pertinaci per annum
in excommunicatione perſiſtit. cap.
cum contumacia. de hæretic. libr.
6.Concil.Trident.ſeſſ.25.ſub rubric.
de reformat.c.3.§. in cauſis quoque.
Eymeric.in 2. p. Director. quæſtione
47.& Franc.Pegna cõment.72. verſ.
quidam ſunt excommunicati non in
cauſa fidei. Qui etiam in purgatione
canonica deficit.cap.inter ſolicitudi-
nes.de purgation.Canonic.Et qui re-
labuntur in hæreſim, iuris præſumpt.
hæretici putantur.cap. ad abolẽdam.
§.illos quoque.de hæretic. cap. ſuper
eo.capit. accuſatus.§. cum verò. de
hæret.libr.6.Et qui viſitando , rece-
ptando,deducendo,aſſociando,dona
vel munera eis donando, vel mitten-
do,cum hæreticis communicat, hæ-
reticus etiam iudicatur. cap. accuſa-
tus.§. ille quoque. de hæretic.libro 6.
Qui dum malè valent, petunt ab hæ-
reticis conſolari : ij etenim hæretici
habentur.capit.filij.de hæret. libro 6.
Alios etiam caſus recẽſet Albertinus
in tract.de agnoſ.aſſert.quæſt.3.num.
7.& quęſtion. 30. numer. 2. eiuſmodi
ferè ſunt etiam omnia illa facta, quæ
numerat Concilium Biterren. capit.
26. & 29. quæ refert Franciſ. Pegna
vbi ſuprà.Plura alia facta deduci poſ-
ſunt ex gloſ.communiter recepta in
d.c. accuſatus. § ſanè. verſ. apparent.
de hæret.libr.6.Zanchinus in tract.de
hæret.cap.22.numer.7.ex quibus ve-
hementer hæreſis ſuſpiciones oriun-
tur,vt ad aras idolorum thus incen-
dere,dæmones colere,& inuocare,ab
eiſque reſponſa petere , ſidera vene-
rari ; hæc quidem manifeſtæ hæreſis
91 ſunt ſigna. De alijs † quæ ſuſpicio-
nem inducunt leuem , videndus eſt
Zanchinus in tract. de hæretic. ca-
pit.7.numer.7. & capit. 35. numer. 2.
vbi



vbi Campegius,& Felinus in cap. ad
abolendam. nume.2.de hæret. Alber
tinus vbi ſuprà quęſtion.8.numer.12.
Rojas in tract. de hæret. p. 1. numer.
304. His referri debent fautores, re-
ceptatores , & defenſores hæretico-
rum , & ij qui fidem Catholicam &
ſacrum Inquiſitionis officium, dire-
ctè vel indirectè perſequuntur & im-
pediunt,de quibus latè Eymericus in
2.p. Directorij quæſtion. 50. Alberti-
nus vbi ſuprà dict.quæſtion.30.nume
ro 60.Simancas de Cathol. inſtit. tit.
31.numer.14. iudicium igitur huma-
num iuſtè iudicat illum hæreticum
qui aliquid dicit vel facit contra fi-
dem,& præſumitur errorem habere
in intellectu & falſam credulitatem;
& ideo meritò ponuntur dicta verba
in accuſatione.

92 Ponitur † etiam in accuſatione [&
ſpeciatim eum accuſo] nam in prin-
cipio accuſationis:vt in genere accu-
ſatur hæreticus, oportet vt ad indiui-
duos actus,& errores deueniat fiſca-
lis , eos ſpecificando : vt ex quibus
reſultat & conſtat illum hæreticum
eſſe, cognitu non ſit difficile: idq; ex
præcepto inſtruct. Matritianæ anni
93 1561.cap.18. Ideo † ponitur primùm
capitulum [quòd cum eſſet in certo
loco ciuitatis:] Non ſpecificatur tem
pus certum,dies,nec locus commiſsi
criminis in indiuiduo,aperiendo diẽ
mẽſis,& locum loci,vt clariùs & aper-
tiùs innoteſcat & pateſiat veritas cõ-
fitentis, nam ſi ipſe confitetur deli-
ctum commiſiſſe in loco & tempore
pro vt teſtes aſſerunt , & deponunt,
præſumitur veriſimilis confeſsio, ſuf-
ficit enim menſem & annum in libel
lo præſcribere, iuxta tex. vbi Bart. &
omnes communit. in.l.libellorum. ff.
de accuſat.canonizatum in.cap.libel-
lorum.9.quæſtion.8.& in capit.tuæ,&
94 ibi DD.de procuratoribus : aliàs † ſi
non apponeretur certum & præſcri-
ptum tẽpus, tunc libellus vel inquiſi-
tio non procederet,etiam procurato-
re fiſcali non apponente, vt in d. l. li-
bellorum. verſ.quod ſi libelli, vbi no-
tat Bart.in l.edita.col.2.C.de edendo
& Ioan.de Amicis in conſ. 127.col.9.
verſ.vltima concluſio ſit.

Nam contingeret quod aliquis ob
timorem ne duceretur ad torturam
vel propter tædium longiſsimi car-
ceris fateretur delictum, quanuis il-
lud non commiſerit; ſi verò omnia ex
plicarentur in accuſatione,locus indi-
uiduus,ac tempus , nõ poſſet de faci-
li deprehendi veritas confeſsionis,
quod vtique prohibitum eſt , ne ex
editione diei,& loci ,reus in teſtium
cognitionem deueniat,aut quippiam
fraudis excogitet:quod probationes
& proceſſum impediat , quamobrem
in ſancto Officio ferè ſemper ſine lo-
co, die & conſule fiunt , menſis † ta-
men,& ciuitas,aut oppidum deſigna
ri ſolet.tex.in l.1.§.editiones.ff.de edẽ
do. quod proculdubio procedit , niſi
reus petat diẽ & locũ aperiri,ac decla
rari, & iudicibus videatur id cõueni-
re,ne alicui defenſio auferatur.Tũc †
enim fieri poteſt,adhibita tamẽ priùs
cautione:ne quid detrimenti teſtes
capiant.l.defenſionis. C.de iure fiſci.
lib.10.Bart.Bald. Angel. & Iaſon in l.
2.§.vlt.de eo quod cert.loc.Clem.pa-
ſtoralis. de re iudic. l. 1. quomodo in
læſæ maieſt. crim. proced. gloſ. verb.
figura iudicij.Bald.in l. cum fratrem.
C.de his, qui vt indign. l. vt vim. de
iuſt.& iur.Felinus in cap. quæ in Ec-
cleſiarum.de cõſtitu.Bart. Bald. & alij
in l. final.C.ſi contra ius, vel vtilita-
tem publica defenſio eſt de iure na-
turali.l.1.§.cum arietes ff. ſi quadrup.
pauper.feciſſe dic. Clem.paſtoralis.§.
Cæterùm. de re iudicata. l. vt vim.
de iuſt.& iur.l.ſcientiam.§. qui cũ ali-
ter.ff.ad leg.Aquiliã.l.1.C. vnde vi. l.
2.& 3.C.ad leg.Cornel.de ſic.l.2.tit.8.
partit.

partit.7.l.3.&.4. titul. 23.*de los homicidios* libr. 8.noui Ordinamenti. Quod
97 vtique adeò verum eſt, vt quamuis † is qui ſe defendit debeat obſeruare moderamen inculpatæ tutelæ, vt notant DD.in d.l.1.C.vnde vi. & in d.l. vt vim & in cap.ſignificaſti.de homicid.licet excedat modum inculpatæ tutelæ,& aggreſſorem ſuum occidat, non tamen eſt puniendus pœnâ mortis, tanquam doloſus, ſed aliâ miniori pœnâ, propter exceſſum commiſſum: ita Ioann. Andreas in cap. ſignificauit.de pœnitent.& remiſsion.glo. in ſumma. 23.quæſtion. 1. Angel.de malefic. ibi.dictus Titius ſe defendẽdo.verſ.aduertas etiam.Cæpola conſ. 39.cauſ.crimin.col.penult.Hippol.in l.1.nu.41.ad leg. Cornel. de ſicar.Tiraquell.de pœnis temperandis cap.1. numer.6. vbi latè. Præterea facit alia non pœnitenda ratio, quia poſſet faciliter contingere, quòd reus in multis locis docuerit hæreſim, vel affirmauerit errores ſuos, & cognoſcens ſe accuſatum in genere, confitetur delictum in omnibus locis, intelligens quòd ſi de vno loco confiteretur, defectuoſa appareret confeſsio.

Nec exiſtimet aliquis ex eo tolli defenſionem rei, cùm videatur ad illius defenſionem pertinere, ſcire locum in indiuiduo, in quo delictũ fuerit commiſſum, vt poſsit ſe defendere, vel negando eo tempore ibi fuiſſe coarctando negationem loco & tempore; quæuis enim negatiua, vaga, pura & ſimplex eſt improbabilis.tex. in cap.ſuper his. in fin. de renunciatione.vbi inquit, quòd negantis factum per rerum naturam, nulla eſt probatio:& idem notatur in cap. accuſator 6.quæſtion.5.& in l.actor.C.de probation.& in cap.bonæ memoriæ.§.contra verò legati.de electión. & in cap. quoniam contra. in princip.de probation. vnde dixerunt DD. huiuſmodi negatiuã adeò improbabilẽ, vt neque directè neq; indirectè probari poſsit. gloſ.in d.c. bonæ memoriæ.verb. per rerũ naturã. verſ.& hæc negatiua pura.& in d.c. accuſator. verſ. negatiua facti.6.q.5.Speculator in.§.probare in princ.de probation.& egregriè Abb. in d.cap. bonæ memoriæ. numer. 13. verſ.& pro clariori intellectu.de electión. & ante ipſum Ioann. Andr. ibi. numer.43. verſ. item dicitur natura. col.8.& Anton.de Butrio numer. 51. Salicet.in l. 1.in fine.ff.eodem. Butrigar.in d.l.actor. verſ.quæro ergo quotuplex.C.de probation.& Cynus ibi ſub.numer.4.quorum ratio eſt, quia probatio debet fieri per ſpecies, & differentias: ſed illud quod negatur non eſt, illud verò quod non eſt, non poteſt habere ſubſtantiam, neque ſpecies, neque differentias: ergo negatiua probari non poteſt, vt ait Iacob.Butrigar.in d l. actor. col. 1. Florian.in l.2.ff.de probat. ſub numer. 5. quod vtique à fortiori procedit, quia probatio fieri debet per cauſas: ſed non entium nullæ ſunt cauſæ, neque qualitates, ergo eorum non fit probatio.Secus autem dicendum eſt in negatiua, quæ ſit loco, & tempore coar-
98 ctata, hæc enim † cum cadit in ſenſum teſtis, erit probabilis. gloſ. communiter approbata in l.optima.C. de cõtrahend.& committend.ſtipul.Socin. iunior conſ. 12. numer. 22. volu. 2.Curt.in allegat.tract.de teſtib.concluſ.2.Grammat. Deciſ. 56. numer.4. Franc. de Mardeus Delphinat.266.p. 2.Boſſ.titul.de defenſione reorum n. 17.latè Faber de teſtib. concluſ. 3. n. 3.Nihilominus tamen ſufficienter ſatisfit omnibus, nam quando in ſancto Officio fit publicatio teſtium, ſi reus perſeuerat in negatione, tunc plenior teſtificationũ relatio datur reo vt ipſe poſsit ſe defendere, defenſiones legitimę dari debent inquiſitis de cri





99 mine hæreſis: quoniam † iuſta defenſio eſt de iure naturę, & propterea nullo modo poteſt aut debet denegari. l. vt vim.ff. de iuſtit. & iur. & ibi commun.DD.l.quotiens.C.de precib. imperat. offerend.Clemen.paſtoralis. §. cæterùm defectus. de ſententia & re iudic.Franc.Pegna in.3.part.Director. comm.28.verſ.ac defenſiones.

Subiungitur altera hæc clauſula[atque communi æſtimatione talis reputatus] quâ ſignificat Fiſcalis cõmuni omniũ famâ hęreticũ reum pro Chriſtiano habitũ eſſe, vt de eo nulla apud vllum mentio in contrarium facta fuerit: nos de fama ſuprà multis diximus, vt iam nemo dubitet quã vim in probationibus illa obtineat: hoc loco ne quid repetamus tantùm monebimus,
100 Famã† veteribus Poetis pro Dea cultam, quaſi à mendacio alienam fuiſſe, vnde Martialis.

*Crede mihi, verum dicere Fama ſolet.*

Apponitur ſtatim & illa clauſula[Simulque Chriſtianorũ exemptionibus ac immunitatibus gaudens: & eorum priuilegijs vtens, & vti debens]in verbis iſtis Fiſcalis duo cõſideráda, & agitanda proponit. Primùm quæ ſunt exẽptiones, immunitates, & priuilegia Chriſtianorũ, quorũ vſus prohibitus ſit Iudæis, Saracenis, Paganis, Mahumetanis, & reliquis ſiue idololatris ſiue Ethnicis: deinde an ſi Iudæi & cætera id genus hominum priuilegijs Chriſtianorum vſi ſint, debeant vt hæretici Chriſtiani puniri. Priuilegia qui-
101 dem † Chriſtiani in genere illa ſunt, quæ ciui Romano cõpetunt: ex ordine verò, vt Chriſtianus poſsit nuptias iuſtas & legitimas inire, liberos quoque iuſtos, & legitimos gignere, teſtis eſſe, hæreditatem adire: vt teſtamenti factionem habeat, donatione Chriſtianum afficiat, & à Criſtiano donationem admittat, dignitate quâlibet decoretur, ius dicat, aduocationibus fungatur, militet, fruatur annonâ publicâ, doceat, & in Eccleſiam confugiat, quæ omnia Iudæis & Paganis, quædam etiam hæreticis Im-
102 peratorum conſtitutionibus prohibita ſunt.† Nam quod matrimonium iure non contrahant, conſtituerũt Valentinianus, Theodoſius, & Archadius Imperatores l. ne quis Chriſtianam, 6.& l.nemo Iudæorum.7.C.de Iudæis & Cęlicol.cui conſonat illud Geneſ.6. [erũt duo in carne vna]Exod. 34.Deuteron.7.3.Reg.cap.11.2. Eſdr. capit. 9. Act.2. cap.15.1. Corinth. 6. can.caue. & can. non oportet. 28. quæſtione 1. Concilium Loadicen. cap. 31. Chalcedonenſe capit. 14. Carthagin. capit.21. Tertullian. libr. 2. ad vxorem Cypriã.libr.3.ad Quirin.& D.Auguſt. 1.de adulter. coniug. adeò quidem, vt ſi alter coniux paganus, alter Chriſtianus ſit, & inter eos contractus cõfectus, reſcindẽdus omnino ſit huiuſ-
103 modi contractus.l. penult. in fine. C. de ſponſalib.† Teſtimonij quoque ferendi ius non habent, idque illis ademptum ab ijſdem Imperatoribus: vt eſt in l.3.C.de apoſtatis, ibi [à conſortio omnium ſegregati ſint, à teſtimonijs alieni, &c.]maximè verò in criminalibus vt eſt in capit.1. & capit. Iudæi. de teſtibus.& in capit.pagani. & can. ſi hæreticus. 2. quæſtione 7. in eam venit ſententiam Speculat. & cum eo Ioann.Andr.in add. titul. de teſte. §. 1. verſic. item quod eſt Iudæus. & Bart.in l.1.in 9. oppoſ. C.de ſum. Trinit.Marſil. quoque conſ.12. cor mundum.nu.14.& ſeqq.& ſingul.41. deciſ. Neapolitan. 214. ac videndus latiſsimè Suſan. de Iudæis. parte 2.capit. 5. numer.9.& ſeqq. cuius rei ratio pendet ex infamia qua ſuffuſi & notati ſunt, vt not.in Authen. Gazaros. C. de hæreticis: cui aſſentitur Marſil. in

conſil. 12.numer.14.verſicul. & facit ratio, ſed & Socin. conſilio 62. col. penult. verſic. 2. hæc opinio in 1. & Grauet.conſ.63. dicendum. numer.6. pendet quoque hæc eadem ratio ex eo quod viles,abiecti, & humiles cõditione & ſtatu, & re ipſâ ſint, probatur ex text. in l. vltim.C. de Iudæ. & cælicol. id voluit Alexand. conſil.13. numer.1.vol.7.Socin.conſil.86.col.penul.in fin. 4. vol. & Tiberius Decian. tract.criminal.libr.5.cap.13.num.9. & 10.hinc eſt quod Iuuenal. pergraphicè eos depingit quaſi viliſſimos Satyr.3.

*Nunc ſacri fontis, nemus & delubra locantur*
*Iudæis, quorum cophinus, fœnumque ſupellex.*

& Satyr.6.

*——Cophino fœnoque relicto*
*Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.*

104 Heredes † illos fieri vetuerunt ijdem Imperatores d.l.3. ibi: [à nemine ſcribantur heredes. & l. vltim. C.de hæretic.& Manich.addo & illud nec eos legatum poſſe capere : quin ſi Chriſtianus, Iudæo vel Pagano legaret,excommunicaretur etiam poſt mortem.cap.ſanè profertur. vbi gloſ. in verb.permittantur. 24. quæſtion.2. in capit.Iudæi.2. vbi Hoſtienſ. col. 2. verbo ex teſtamento. & in l.1. C. de Iudæis.& in l.cum ſenatum.ff.de reb. dubijs, quod minimè coarctatur ad legatum quod fieret collegio ſiue Synagogæ aut Moſcheæ, ſed etiam extenditur ad legatum vni ex illis collatum ; doctrina eſt Felini in capit. Iudæi.colu.2. de Iudæis, nec ſunt audiendi DD.qui contra ſentiunt in d.l.1. C. de Iudæis. de quibus omnibus vide, quæ traduntur à Deciano in d.tract.crimin.tom.1. libro 5. capit.

105 13. Quâ † ratione nec teſtamenti factionem vllam habent , vt ijdem Imperatores ſanxerunt.d.l.3 . ibi: [teſtamenti ( vt iam ante ſancimus) non habeant factionem. ] Donare
106 † item nemini poſſunt ex ſanctione Iuſtiniani. l. ſanctæ. 17.C. de hæretic. [neque donant(inquit)aut aliter alie-
107 nant].Nullus † autem dignitatis particeps fieri poteſt , nec ius dicere ex Valentiniani & Theodoſij prohibitione. l.hac valiturâ.C.de Iudæis & cælicol. ibi [ quibus omnes adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſũt nec defenſoris ciuitatis fungi ſaltem officio : nec patriæ honorem arripere concedimus]extendunt DD. hanc deciſionem vt eiſdem interdicta ſint officia publica & commercia omnia. Ex ijs enim nõ poſſet non inferri grauamen Chriſtianis, vt in capit.vltim. vbi Abb. notab.1. de Iudæ. nec rem faciunt in eo Iaſon in Rubrica ff. de iuſt. & iur. & Bart. in l.final. C.de Iudæis, quorum ea opinio eſt, vt à publicis tantùm muneribus arceantur. Et quidem perperam,nam à priuatis muneribus etiam repelluntur,cùm neque quæſtoriam dignitatem , neque aduocationẽ poſſint exercere. vt per Ioan.de Platea in l.probatorias. C. de diuerſ.offic. libr. 12. & in l.omnes.C. de decurionibus libr. 10. & Decian. dict.cap. 13.numer. quinto.Aduoca-
108 tionibus † fungi,ſiue militiæ, ſiue togæ,nullo pacto poſſunt , ex conſtitutione Iuſtiniani in l.quæ de Samaritis 18.C.de hæret.& Manich. & d. l. hac valiturâ. Id quoque extenditur per DD.adeò vt notarij ſiue tabelliones exiſtere nequeant. Iaſon in rubric. ff.de iuſt.& iur.colum.1.verſ.ſimiliter Iudæis: ſed nos latiùs producimus ad medicinam vſque, vt gradum in facultatem medicinæ nullum adipiſcantur , nec principis valetudini præfici: nam dicerentur habere dignitatem qua de re Bart.in l.1.C.de comitib. & archiatr.



archiatr.lib.12.priuatorũ enim medici ſine gradu eſſe poſſũt,vt per Anan. in rubric.de Iudæ.Et Decian.d.capit.
109 13.numer. 5. Neque † militant cum id vetitum ſit ex eodem nomocan.relato vt ſuprà,& reſcripto Iuſtini Imperator.in l.Manichæi.12.l.quæ de Samaritis. 18.C. de hæreticis. & l.nemo militet. 20. C. de Epiſcopal. audient. vbi in hæc verba,[ Nemo militet,qui non apud acta teſtificatus cum tribus ſit, propoſitis ſacro ſanctis Euangelijs, ſe eſſe Chriſtianum orthodoxũ ] eoſdem vero annonâ publicâ non frui comprobatur ex eodem nomocanone in fine in hæc verba : [ Pagani neque publicâ fruuntur annonâ, nec ſecundum ſacram quidem formam ] eo
110 dem † etiam loco traditur docendi facultatem vſurpare non poſſe [ Non docent Pagani ( inquit) qualemcumque doctrinam] quod & idem traditur d.l.quæ de Samaritis. C. de hæretic.& Manich.His adſtipulantur quæ tradit Bart.in prooem.C.in 3.col. verſic.quæro circa hæc. & in l. omnes. 3. C. de decurionib. libr. 10. & libro 1. colum. 2. C. de dignitatib. libr. 12. & in l.vltim. verbis vltim. C. de poſtuland.& in l.generaliter.§.final. de decurionibus. & per Ioann.de Anan. in rubrica de Iudæis. & Felin. in capit. 1.eodem titul.col. 2. Decian. d. capit.
111 13. num.5.Quod † autem non liceat illis in Eccleſias confugere , ſiue pro debito ſiue pro crimine , palàm eſt in l.1.C.de his qui ad Eccleſiam confug. quæ & extat pro. l. 2. C. Theodoſiano, eodem titul. facit ad hęc quæ ſcribit Oldrad. conſil. 54. aufugiens pro debito.colum. 2. verſic. qui de Iudæo , & quæ Azo in ſumma. C. de titul. neque aliter omnes DD.ad d. l. 1. & gloſ. in §. ſed neque. verbo cogentur.in fine.in authent. de mandat. principum. & Ioannes de Anan. in capit.Iudæi.1. de Iudæis. colum. 2. verſic . nunquid autem Iudæi. & hanc communem dicit Marſil.in l. ex ſenatus conſulto. col. vltim.ff. ad legem Cornel. de ſicar. & pluribus Decian.in d. cap.13.numer.5.His igitur & alijs nõ paucis priuilegijs Chriſtianorum priuantur Iudæi , Pagani, & qui ſacro baptiſmo nunquam intincti ſunt.& cum eis hæretici. Iam verò quod reſtat, explanandum eſt, an qui priuilegijs illis vſi ſint, & ſe paganos eſſe profiteantur:puniendi ſint an relaxandi.Equidem dico eos eſſe puniendos : ſed cui crimini ſubiaceant forte aliquis dubitabit : nam cum ſe Chriſtianos non eſſe aſſerant pro hæreticis habendos , & puniendos eſſe non videtur conſonum:imò accuſandos tãquam falſi reos. Hoc enim
112 iure ciuili obtinet , vt † ſi miles alijs militiæ inſignibus vtatur , quàm debeat, incidat in pœnam legis Corneliæ de falſis.l. eos qui inter.27.ff. ad leg.Cornel.de falſis. vbi ſic Modeſtinus [ Qui ſe pro milite geſſit , vel illicitis inſignibus vſus , eſt, vel falſo
113 diplomate vias commeauit pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt]quo loco Bart.& Cynus.At certè† expedit Eccleſiæ & Reipublicę Chriſtianæ, vt pro hæreticis eiuſmodi infidelitatis athletæ puniantur , & vt pro talibus in pœnam dentur quales ſe finxerunt & haberi voluerunt. Sic enim ſua in eorum caput cudatur noxa. Id quoq; Iuſtiniani conſtitutione inualuit expreſſis quæ ſequuntur verbis. l. quæ de Samaritis.C. de hæretic. & Manich. [ Siquis (inquit) ad ea obtinenda ſimulet ſe orthodoxum , & appareat vxorem habens aut liberos hæreticos , & non adducat ipſos ad orthodoxiam, eijcitur. Si verò etiam lateat , non poteſt quid ſuarum rerum donare aut aliter alienare hæretico , ſed hęc & hæreticam delatam ipſius ſucceſſionem

vindicat fiſcus. In vniuerſum enim qui participes ſunt militiæ, aut dignitatis, aut aduocationis, aut publicæ liberalitatis, aut applauſus ſolos orthodoxos habent ſucceſſores, & res ipſorum quocumque modo ad hæreticum delata, fiſcus vindicat ] idem traditur in d. nomocan. ſiue in l. vlt. C. de paganis & ſacrific. & templ. iiſdem aut non abſimilibus verbis: [ Si verò propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant baptizari & liberos aut coniuges ipſorum aut domeſticos ſuos in errore reliquerint, & eos qui ſibi attinent, & neceſsitudine iuncti ſunt publicantur, & competenter plectuntur & Rempublic. non attingunt. Si verò non ſunt baptizati, nec participes erunt in illa parte Reipublicæ neque domini erunt rerum mobilium vel immobilium, ſed fiſcus ipſa vindicabit, & congruè punientur, & exulabunt. Si autem apparuerint ſacrificãtes, aut idololatrantes, vt Ma-
114 nichæi puniuntur ] Pœna verò † Manichæornm ſummum eſt ſupplicium. vt conſtat ex l. 11. & l. 12. C. de hæretic. & Manich. Ex his patet eiuſmodi fictores non aliter puniri, quàm ſi Chriſtiani verè fuiſſent, quia priuilegijs & immunitatibus Chriſtianorum vſi ſint. Eodem modo quo quis ſe ipſum videndum exhibet, eodem
115 quoque ſumitur. Sic † clericus qui ſe negotijs ſęcularibus immiſcet, & officia prohibita ſordidaſque artes exercet, aut habitu laico incedit, ipſo facto clericatum negat, & à iudice laico poteſt puniri, tanquam laicus: tex. in capit. contingit. 45. de ſentent. excommunicat. & capit. vltim. de vita & honeſtat. cleric. docent Socin. regula. 56. in fallent. 8. Pract. Conrad. titul. de Inquiſitione numer. 8. fallent. 21. & 22. Clarus. 5. ſent. quæſtion. 36. verſ. hæc autẽ. Alex. de Neuo conſ. 60. numc. 4. Foller. in pract. crimin. verbo audiantur excuſatores. numer. 48. & ſeqq. & Proſper Farinac. tom. 1. de inquiſit. quæſt.
116 8. numer. 95. Sic è conuerſo laicus † qui rebus Eccleſiaſticis animum intendit, & hæreſes molitur, à iudicibus Eccleſiaſticis optimo iure iudicãdus, quod legitur apud Sulpicium Seuerũ de Priſcilliano, qui purè laicus erat, & hæreſis ſuæ princeps à Cõcilijs duobus iudicatus eſt, & brachio ſęculari traditus, nam omnis hæreſis Eccleſiaſticus, nõ etiam ſęcularis, iudex eſt competens. capit. ad abolendam. &. capit. excommunicamus. de hæreticis. capit. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. de hæreticis in 6. DD. in capit. cum ſit generale. de foro compet. Maſuer. in pract. titul. de remiſsion. ad finem. Simancas in Enchirid. iudic. violat. religion. titul. 6. & 66. Gundiſalu. tract. de hæreticis. cap. 15. Federic. de Senis conſil. 15. vol. 2. Boſſ. titul. de foro compet. num. 160. & titul. de hæretic. num. 10. & Squillacenſ. in tract. de fide Cathol. cap. 23. & 30. Afflict. Conſtit. inconſutilem. nu. 33. Rolan. Conſilio 8. numer. 5. vol. 3. Alciatus in l. pernicioſam. numer. 37. ff. de officio ordinar. Clar. in practic. §. hæreſis. verſic. hoc crimen. & Proſper Farinac. tom. 1. de inquiſitione. quæſtione 8. numero 127.

Ponitur etiam verbum [ dixit aliqua verba hæretica ſiue ſuſpecta,
117 de hæreſi. ] Hæc † clauſula ponitur quia verbis hæreticis colligitur quem eſſe hæreticum, cum mala verba, malum animum oſtendãt, vt ſuprà dixi-
118 mus. ex verb. † namque hæreticis quis hæreticus cẽſendus eſt, qui ea protulit cũ in eo violentiſsim, iuris præſumptio, malus animus, peruerſa voluntas, ac impia intentio, & credulitas pręſumatur: d. l. ſi nõ cõuitij. C. de iniurijs. l. non aliter. l. ille aut ille. ff. de legat. 3. cap. 1.



cap. 1. de præſumpt. cap. is autem. can. humanæ aures. 22. quæſt. 4. Ioan. Rojas tract. de hæret. 1. p. numer. 602. cum ſeqq. inquit enim Bald. allegando dictum Caſsiadori, quòd † nullum ma-
119 ius mentis & fidei noſtræ teſtimonium præfert quàm qualitas inſpecta verborum. tex. in l. generaliter. 1. notab. C. de non numerata pecunia. & in l. tres denunciationes. numer. 5. C. quomodo & quando iudex. & in l. ad cognoſcendos in princ. C. de ingen. & manumiſſ. & in rubric. de teſtibus in decretalibus. Iaſon in l. nec poſſeſſio. numer. 6. C. de teſtamentis. & in l. ſiquis filium. in fine. C. de liberis pręteritis vel exheredatis. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus. numer. 4. ff. de regul. iur. Tiraquellus in l. ſi vnquam. in verb. libertis. numero 18. de reuocand. donat. Mens itaque eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima, & cor eſt Imperator linguæ & eam habet ſicut Dominus mancipium ſub
120 iuriſdictione ſua, & voces † ſunt notæ earum quæ in anima ſunt paſsionum Bald. in. capit. mandatum. in principio de reſcript. idem in capit. bene 2. numer. 3. de poſtulatione prælat. & conſil. 160. vol. 1. vbi dicit quod † lingua eſt nuncius, & organum intellectus, & tuba, & præco, ac mentis euidentiſsimum argumentum. Idem Bald. in capit. ex tranſmiſſa. numer. 2. de reſtitution. ſpoliat. hinc dicimus
122 quòd non credimus † hominem velle niſi illud verbis explicet. l. repetendi. de conditione ab cauſam. l. quicquid adſtringendo. 99. ff. de verb. obligat. idem Bald. in l. ſed reprobari. in principio. per text. ibi. ff. de excu-
123 ſat. tutor. vbi ait: quod † ex loquela hominis animus iudicatur. ob idque ſunt nomina, & verba in mente vt oſtendatur voluntas dicentis; vt ex capit. 16. Matth. probatur ibi [ Loquela tua manifeſtum te facit ] & Cicero lib. 1. de Legib. tradit etiam orationem eſſe mentis interpretem iuxta vulgare prouerbium. loquere & cognoſcam te. quod refert Bald. in Rubrica de teſtibus in finalibus verbis in capit. ſuper literis. numer. 11. de reſcript. & oportet quod per verba affirmatiua aſſerat errorem, vt animus hæreticus præſumatur: nam licet quis proferat verba hæretica, ſi illa dicat vel quòd ea legit vel quòd ioco ea dicat, non cenſetur hæreticus: & ideo ponitur clauſula [ per verba affirmatiua. ] ij enim hæretici affirmatiui habent eorum, quæ ſunt fidei errorem in mente, & verbo vel facto oſtendunt ſe habere pertinaciam in voluntate. capit. ſuper quibuſdam. de verb. ſignific. cuius hæc ſunt verba: [ ſuper quibuſdam mandatorum articulis, & infrà: tua deuotio poſtulauit à nobis, qui ſint dicendi hæretici manifeſti, ſuper quo tibi duximus reſpondẽdum, illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant, aut profitentur ſeu defendunt eorum errorem, vel qui coram prȩlatis ſuis conuicti ſunt vel confeſsi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica prauitate ] latè expendit Auctor Repertor. Inquiſit. verb. hæreticus. §. hæreticus affirmatiuus. & Campegius ad Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 12. Vmbertus Locatus in opere pręiudiciali verb. hæreticus, num. 25. verſ. horum eſt hęreticorum. Eymericus in 2. part. Director. quæſtione 34. & ibidem Franciſ. Pegna Comment. 59. & alij plures.

124 Ex his † igitur conſtat impiã intentionem, peſsimamq; incredulitatem ex factis ſeu verbis hæreticis violentiſsimâ iuris pręſumptione probari.

125 Ponitur † etiam in accuſatione [ vel fecit tale hæreticum, ] quia vt

ſuprà diximus non ſolùm verbis , verùm etiam factis,vel ſignis detegitur animus hæreticus,veluti ſi quis crucē vel imagines Sanctorum, vel ſacroſanctam Euchariſtiam rumperet,vel quid
126 ſimile,qualitas enim † factorum demonſtrat intentionem , animum , & voluntatem actorum.l.quod ait lex.§. illud ſanctiſsimè.ff.de diuort. ibi : animum habuiſſe: optimus tex in l. militis codicillis.§.veteranus.ff. de milit.
127 teſtament.exteriora † quippe indicāt ſecreta animi interiora.l.ſi tamen ſine culpa.§. ei qui ſeruū.ff.de ędilit.edict. ibi.[multo amplius eſt id facere quam pronunciare] & §.pauonum. inſtitut. de rerum diuiſ.l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſtit.tex. in cap. ex ſtudijs. de præſumpt.cap.eſtote. de regul.iur. c. ſi quis diaconus.50. diſtinct. c.qui vi-
128 derit.32.quæſt. 5. plus enim † eſt aliquid factis demonſtrare,quàm verbis enucleare,vt in d.§.ei qui ſeruū, & in l.reprehendēda.C.de inſtit.& ſubſtit. & latiſsimè Ioann.Rojas.1.p.de hęret. numer.284.Frāc.Pegna.2.p.Director. comment.59.pag.343.& in accuſatione delicta debent clarè& apertè ma-
129 nifeſtari.

Ponitur † etiam in accuſatione alia clauſula [adductis aliquibus ſacræ ſcripturæ locis ac repente allegatis, vt ſuam impiam fulciret opinionem hæ-
130 reticam]ad oſtendendum magis † animum deprauatum rei, ex quo autoritati malè intellectæ nititur errorem adſtruere, & tueri. capit. qui aliorum 24.quæſt.3. cap.ſuper quibuſdam. de verb. ſignific. Albertin. de aſſert. Cathol.quæſtione 30.nume.6.& quæſtione 29.numero 25.Simancas in Enchirid.titul. de dogmatiſt. numer. 59. & de pœnis.num.11.

131 Ponitur verbum † [grauiter reprehenſus ] conſummata malitia præſumitur & pertinacia,quæ in hæreſi requiritur, ex quo reprehenſus non ſe correxit, & excluditur præſumptio, quod ex ignorantia peccet : pertinax
132 † namq; dicitur, qui perſiſtit in errore quem omnino deſerere tenetur.Archidiac.in.cap.hæreſis.24.quæſtion.3. Ioannes Monach.in Clemēt.1.de vſuris.Albert.de agnoſcen.Cathol. aſſertion.quæſt.3.& 29.Alphonſ.de Caſtro lib.1.de iuſt.hæret.punit.cap.9.Eymeric.2.part.Director. quæſtio.32. & ibidem Franc. Pegna comment. 57. Simancas de Cathol.inſtit.titul.48. à nume.1. Melchior Canus de locis Theologic.libr.12.cap.9.

133 Ponitur † in accuſatione verbum [curans in dies ſuum ampliare errorem, & ſuo lapſu minimè contentus qua augmentatur grauitas delicti] † quando hæreticus ſuadet ſuos errores & illos alios docet, tunc dicitur dogmatizator,& grauiùs punitur.Hęre-
134 ſiarcha † enim propriè ille vocatur qui aut hæreſes inuenit, aut inuentas alios docuit.Repert.Inquiſit. in Verb. hæreſiarcha.§.item dicendum. Locat. in opere iudiciali : in verb. hæreticus numer.23.& verb. ſcriptura. nume.7. Albertin.in tract. de agnoſc. aſſertio. quæſt.29.nu.23.& quæſt.nu. 50.60.Simanc.de Cathol.inſtit.tit. 47. numer. 54.Rojas.de hæretic.p. 3. aſſert. 43.&
135 an dogmatizans † errores debeat admitti ad miſericordiam ſi conuertatur propter primum lapſum, diſputat alibi.

136 Ponitur † quoq; in accuſatione alia clauſula [quod hac ſuſpecta doctrina fidei aduerſa , & ſuo facto vel dicto minus recto , alijs circunſtantibus morum probitate, religione, vitæque ſatis honeſtæ præſtantibus , manifeſtam præbuiſſe occaſionē ruinæ]quando hæreticus ſuis erroribus , multos ignorantes ſcādalizauit,grauibus pœnis debet puniri propter ſcandalum datum: quod vtique procedit etiamſi propoſitio hæretica non ſit, dummodo



do ſcandalum notari poſsit. Vt ſcilicet, Eccleſiæ Romanæ abuſus confictos coram plebe narrare,ieiuniorum & rituum aliorum ſanctæ Eccleſiæ incommoda referre , quæ facilè idiotis & ſimplicibus,ac maleuolentibus cauſam ruinæ præſtant,& ſcandalum
137 generant : & ſic vt † euitetur ſcandalum relinquitur veritas iuris poſitiui. Abbas in cap.qualiter & quando. de accuſat. nullus tamen pro eo euitando debet incidere in peccatum mortale . Abb. in cap. cum ex iniuncto.de nou. oper. nunt. cap. qui multotiēs.de reg. iur. latè ac diffuſè hanc materiam pertractat Turre-cremat. in ſumm.de Eccleſ.lib. quarto part.2. cap.11.Albert.de agnoſcend.aſſertio. quæſtione 6. Melchior Canus libr. 12.c.11.de locis Theologic. Alphonſ. de Caſtro lib.1.cap. 3.de iuſta hæret. punit.Simanc.de Cathol. inſtit. titul. 54. Franc. Pegna in 2. part. Director. Comment. 28. tum etiam Chriſtus Redemptor noſter, vt habetur Lucæ cap. 17. [Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis qui in me credunt]pec-
138 cant † enim grauiter:cap.cauendum. 10.quæſtione 3.& ſunt rei eorum qui pariuntur ſcandala cap.hi quoſcumq;
139 1.quæſt.1 ob quam cauſam† Chriſtus Redemptor noſter ſoluit tributum, vt euitaretur ſcandalum: cap. inter
140 verba 11. quæſtion. 3. quare † cum hi hæretici peruerſi ſint , & ſua falsā doctrinā in Deum ſcandalizentur, puniri , & reijci debent, & à communione fidelium ſeparari. cap. ille proculdubio. 93. diſtinct. & vt hæreſiarchæ , Magiſtri errorum dogmatizantes, aut perfectè hæretici tradi debent curiæ ſæculari , vt leges ciuiles in eos exſequatur , & nullo modo recipi , aliàs non conſuleretur ſaluti
141 Reipubl. nam † eius intereſt nullum delictum impunitum relinqui.l. nunquam plura depriuat.delict.l. ſi adulterium cum inceſtu. l. vim paſſam.ff. ad l. Iul. de adulter. optimè Simanc. de Catholic. inſtitut.titul. 47. de pœnitentib. ſeu conuerſ. à numer. 54. cum ſequentib. Ioann. Rojas de hæret.ſecunda part.aſſert.43. Albert.de agnoſc.aſſertio.quæſtione 30.numer. 60. Repertor. Inquiſit. in verb.docere quod in odium tanti ſceleris procedit contra dogmatizantes, etiam non baptizatos gloſ. in verbo hæreticum. in Clement. vnica. §. final. de vſur. Villadiego de hæretic.quæſtion. 9. in fine. Conrad. Brun. de hæretic. lib. quarto cap. ſecundo , Albert. in rub.de hæretic.libr.6.quæſtione 3. in fine.

142 Apponitur † etiam alia clauſula in accuſatione, ſcilicet, [quod accuſandus venit, eò quod is ſpiritualis commodi,ſuæque conſcientiæ parum ſollicitus ſigno Crucis ſe ſignare neſcit, &c.] Hæc vtique clauſula iure optimo introducta fuit, quia contra hos vehemens inſurgit ſuſpicio , cùm in his quæ ſunt fidei,ignorantia non ex-
143 cuſet à delicto: doctrinam † quippe Chriſtianam & articulos fidei quilibet ſcire debet.text. in cap. ſchiſma. 24. quæſtione prima, & ibi gloſ. cap. excellentiſsimus. vndecima quæſtione tertia. Ioann. Andre. in rubr. de ſumm. Trinit. & fide Catholic. Bald. in l.prima num.quadrageſimoquinto, C. qui accuſar. non poſſ. Anton. de Butr. in cap. primo de hæretic. Gundiſalu.de Villadiego de hæretic.quæſtione ſecunda numer.quarto.Ioann. Rojas de hæretic.ſing.92. Simanc. de Cathol.inſtit.tit.38.n.13. Eymer.in 1. p.Director. q. 6. & ibid. Franc.Pegna Comment. 12. Melchior Canus de locis Theologicis libr. 12. capit. 10. quæ proculdubio procedunt, & habent locum in eo , qui ignorantiā craſſā,ſupinā,& affectatā deliquit,ſecus autem in illo qui ignorantiā in-


uincibili

144 uincibili errat: iſte † enim ab hæreſi
excuſatur.Ioan.Maior.lib. 2.Sentent.
diſtinct.22.quæſtio.2. Simanc de Ca-
thol.inſtit.tit.26.nume.6.quæ. profe-
ctò procedunt ſi in inueſtiganda ve-
ritate,omnia ex capite ſummam dili-
gentiã adhibuit, & nihilominus eam
ſuperare nõ potuit, is enim malitiam
habere videtur, nec pertinaciam, &
ſic non eſt aliquâ pœnâ coercendus,
145 ſicuti † neque illi puniendi ſunt, qui
bonâ fide veritatem quęrentes in re-
bus difficillimis aberrauerint, hinc
D.Auguſt. dixit. [Errare poſſum, ſed
hæreticus non ero.] Ioann. Maior. in
libr.2.Sent.d.diſt. 22. q. 2. nec minus
146 † ignorantia iuris naturalis, & diuini,
neminem excuſat. quia vt inquit
Chryſoſtomus Homil. 12. ad popul.
Antiochen. [Ab initio Deus hominẽ
formans legem ipſi naturalem indi-
dit,&c.]

147 Ponitur etiam alia † clauſula, ſcili-
cet [repertum fuiſſe in eius domo li-
brum, vel codicem quendam vel
chartam dogmata & errores nefarios
Lutheri continentem, &c.] Nam ex
quo ſcit illos prohibitos eſſe cum pœ-
nis & cenſuris animo deprauato illos
retinere videtur, tũc enim † cẽſendus
148 eſt ſuſpectus de hæreſi, quod Pij IIII.
reſcripto probatur incip. [Dominici
gregis] his verbis. [Is quidem qui hæ-
reticorum libros vel cuiuſlibet auto-
ris ſcripta propter hæreſim, vel falſi
dogmatis ſuſpicionẽ damnata lege-
rit, habueritúe, ipſo iure in excommu-
nicationis pœnam incidat: eamq; ob
cauſam in eum tanquam de hæreſi
ſuſpectum, inquiri, & procedi liceat,]
cùm verò à Summ. Pontifice non ex-
plicetur qualis ſit hæc ſuſpicio, dubi-
tari poteſt ſit ne leuis, an vehemens,
an violenta, verum de hoc certa re-
gula aſsignari nõ poteſt, pendet enim
huius cognitio ex multarum circun-
ſtantiarum conſideratione, quas In-
quiſitor diligenter examinabit. Fieri
enim aliquãdo poteſt, vt tales, & tot
circunſtantiæ concurrant, vt abſque
vlla hæreſis ſuſpicione libri damnati
penes aliquem reperiri poſsint, quare
plurimum arbitrio iudicum tribuen-
149 dum eſt. Nam † ex perſonarum, & li-
brorum qualitate, alijſq; circunſtan-
tijs, cauſâ cognitâ Inquiſitores, in
vtraque ſpecie meliùs ſtatuere pote-
runt, ita Simanc. de Catholic. inſtitut.
tit.38.num.24. Gundiſalu. de hæretic.
q.13.num.19. Albertin. de agnoſc. aſ-
ſertio.q.28.nume. 25. Rojas ſing.124.
nume.3. Franc. Pegna in 2.part. Dire-
ctor. Comment.3. vbi pluribus expẽ-
dit hanc quæſtionem. Hinc reijcie-
mus eſſe eorum opinionem qui vni-
uerſaliter aſſerunt eos † vt hæreticos
150 eſſe puniendos qui libros hæreticos,
aut hæreticorum retinent, Archid.
Ioann. Andr. & Domin. in cap. filij. de
hæretic. in 6. idem Archid. in cap. vlt.
24.q.2. Ludouic. Roman. ſing. 323. Io.
Anan. in cap. ſi quis Epiſcopus. de hæ-
retic. Hippol. in l. qui falſam. ff. de falſ.
& in pract. §. diligenter. numer.92.&
conſ.52. Grat. conſ.151.lib.2. Ludouic.
Carre. de hæret. nu. 125. alij aſſerunt
retinentes libros vetitos vehemẽter
eſſe ſuſpectos de hæreſi, ſed intelli-
gendi ſunt habitâ ratione circunſtan
tiarum, vt ſuprà dictum eſt.

151 Ponitur † etiam in accuſatione alia
clauſula, ſcilicet: [quod cum aliàs ad
miſericordiam fuerit receptus, quia
ſuos errores fuerat confeſſus, ſimulq;
reconciliatus ac ſanctæ matri Eccle-
ſiæ (quę pietate maternâ ad ſe confu-
gientes non deſpicit) gremio vnitus,
aut de vehementi abiurauit, promit-
tens talibus errorib. ſe non aſſenſurũ
ſub pœna relapſi, in eoſdem iterum
deuolutus eſt, &c.] Iure optimo hæc
ſubijcitur clauſula. Quandoquidem †
152 hęreticus qui impiam ſuam incredu-
litatem confitetur recõciliandus eſt,
cum



cum habitu pœnitentiali, & carcere
perpetuo, ac bonorum confiſcatione:
abiuratis primò publicè erroribus,
quæ doctrinę, rationi, vſuiq;, & com-
muni ſtylo Inquiſitorum cõſona eſt,
& probatur in cap. ad abolendam. §.
præſenti. & cap. vergentis. iuncto c.
excommunicamus.2.§.final. de hære-
tic. cap. ſuper quibuſdam. de verb. ſi-
gnific. cap. vt commiſsi. cap. necnon.
cap. cum ſecundum leges. de hæret.
lib.6. Clem.1.§. duro tamen. de hæret.
cap. conuenientibus. cap. quoties. c. ſi
quis Epiſcopus. cap. ſaluberrimum. 1.
quęſt.7. cap. ego Berengarius. de con-
ſecrat. diſtinct.2. authen. Gazaros. C.
de hęret. l. final. C. ad leg. Iul. maieſt.
inſtr. Abul. anni 1498.c.5.& inſtruct.
Hiſpal. anni 1484. cap.4. & inſtruct.
Toletan. anni 1561. cap.14. quod vtiq;
153 fit, quia † Eccleſia nulli ad ſe reuertẽti
claudit gremium ſuum: Matth. 18. c.
Ezechiel.18.& 33. Cyprianus ſerm. de
cœna Domini propè finem, l. final. in
fine. C. de ſum. Trin. & fide Cathol. l.
Manichæos. C. de hęretic. cap. ſuper
eo. de hæret. libr. 6. cap. quieſcamus.
42. diſtinct. latè Simanc. de Cathol. in-
ſtit. tit.47.num.47. cum ſequentib. Io.
Rojas de hæret. in 2.part. aſſert.16.&
154 regul. 6. Et quia † qui de vehementi
abiurat, ſi relabatur in hęreſim rela-
pſorum pœnâ punitur, & curię ſęcu-
lari traditur iuris quâdam fictione,
cap. accuſatus. in princip. vbi Docto-
res de hæretic. libr.6. Simanc. de Ca-
tholic. inſtit. tit.1.num.19. Ioan. Rojas
de hæretic. ſingul. 1. num. 26. Eyme-
ric. in tertia part. Director. titul. de
form. ferendi ſententiam, ſeu iniun-
gendi pœnitent. numer. 165. & ibi
Franc. Pegna Comment.40. inſtruct.
Hiſpalenſ. anni 1500. fol.14. pag.2. vbi
forma abiurationis de vehementi
155 pręſcribitur: relapſus † namque dici-
tur qui iterum poſt abiurationem la-
bitur in hæreſim. dict. cap. accuſatus.
de hæret. lib.6. Anton. de Butr. in cap.
ad abolendam. in princip. de hæret.
Gundiſaluus de Villadiego de hære-
tic. quæſtione 20. numer.5.& 6. Mul-
156 tifariam † tamen hæretici relapſi ac-
cipiuntur, quidam enim ſunt relapſi
manifeſti: alij præſumpti manifeſti
ſunt, de quorum primo lapſu legiti-
mis probationibus conſtat: præſum-
pti relapſi ſunt, quorum duplex la-
pſus non plenè probatur, ſed tamen
violentâ iuris præſumptione relapſi
eſſe cenſentur. Ille igitur verè rela-
pſus hæreticus eſt, qui poſt ſolennem
abiurationem recidit in hæreſim,
non autem is qui ante abiurationem
etiam ſi per longum tempus, & ſe-
piſsimè hæreſibus inhæreat & lapſus
ſit.

157 Pœna † autem hæretici relapſi eſt,
vt ſine ſpe veniæ iudici ſęculari re-
linquatur, animaduerſione iuſtâ pu-
niendus, cap. ad abolendam. de hæ-
retic. cap. ſuper eo. eodem titul. lib. 6.
Eorum relapſi ſimillimi ſunt, qui à
Iureconſultis emanſores vocantur,
de quibus in l. 3. §. ſi plures. vbi Bar-
tol. l.4. in fin. & l. 5. in princip. ff. de re
militar. quibus traditur, militi eman-
ſori, (id eſt, qui ſtationem deſeruerit)
maximè verò tironi parcendum eſſe,
qui ſi iteratò id commiſerit, pœnâ cõ-
petenti eum puniendum. Hæ tamen
leges ſublatæ ſunt per conſtitut. Leo-
nis Imperat. 67. in qua etiam iteratò
emanſori indulgendum ſancit Im-
perator, vnde quidam opinantur
emollitos militum animos deſeren-
dorum caſtrorum licentiam ſumpſiſ-
ſe. Atque ego, vt dicam quòd ſen-
tio dolere nemo non debet ſegni-
tiem, & vecordiam militiæ tempo-
ralis in locum magnanimitatis, quæ
antiquis legibus vigebat, latenter
irrepſiſſe: vtinam æquè in militia
Chriſti vt in temporali dicere lice-
ret:

*Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque.*

Eodem modo ſe habet in relapſos ex delicto violatę religionis pœna, quo veteribus legibus in emanſores: nam ſi reſipiſcerent ex primo delicto tantummodo gradu pulſi in alia loca mittebantur, vbi coacti merebant: quemadmodum & relapſi carceribus detinentur. At verò iterati delicti nulla vnquam venia erat, vti neque vnquã relapſis remitti vidimus ſuam pœnam. Idem etiam docent Imol. conſil. 34. numer. 3. Panorm. conſil. 3. numer. 5. in 6. quæſtione, verſicul. vi-
158 dentur etiã prędicti. Decian. † in tract. crimin. tom. 2. lib. 7. c. 15. numer. 12. & ſequentib. in eo ſacra noſtra militia aliquando patitur, vt docendi cauſa cum militia profana conferatur. Milites enim in Chriſti vexillo omnes ſumus, vt eleganter D. Paulus ſignificat 2. Corinth. cap. 10. [Arma militię noſtrę non carnalia ſunt, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum] 2. Timoth 2. [Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus] & paulò pòſt [Labora ſicut bonus miles.] Relapſis tamen priuſ-
159 quàm ſęculari brachio tradantur, † ſi verè ad Eccleſiam Deumque conuertantur, ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ non denegantur. Vnctio tamen extrema non dabitur ei, quia illis tantùm dari iubetur, qui corporali morbo laborant. cap. 1. de ſacra Vnctione. Iacob. Epiſt. cap. 5. can. quęſitum. 13. quæſtion. 2. S. Thom. cæterique Theologi in 4. ſentent. diſtinct. 23. cap. ſuper eo. de hæretic. libr. 6. vbi Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in dict. cap. accuſatus. & cap. ſuper eo. de hæretic. libr. 6. & Petr. de Anchar. in d. cap. accuſatus. numer. 2. Simanc. de Catholic. inſtitut. titul. 57. à numer. 1. Alphonſ. de Caſtro libr. ſecundo de iuſta hæretic. punit. cap. ſecundo.] Is verò qui propter vehementem ſuſpicionem abiurauit hæreſim, & poſt hoc hæreticis communicat, hæreticus relapſus non eſt, nam ad hoc vt quis relapſus habeatur, requiritur vt ſaltem ſemel de primo lapſu plenè conſtet, non enim ſolis præſumptionibus, quis tanquam relapſus condemnari debet, text. in dict. cap. accuſatus. §. ille quoque. de hæretic. libr. ſexto, & illic Dominic. text. in cap. literas. de præſumptio. & optimè expendit Alphonſ. de Caſtro libr. ſecundo de iuſta hæretic. punit. cap. ſecundo. Ioann. Rojas de hæretic. part. ſecunda à numer. 75. Simanc. de Catholic inſtitut. titul. 57. numer. quinto, Eymeric. in ſecunda part. Director. quæſtione 40. numer. quinto, & ibi Franciſ. Pegna Comment. 65. ex prędicta inſtruction. Toletan. anni 1561. cap. 41. in fine, ibi quod intelligi debet, &c. Relapſus itaque
160 † ſiue negatiuus, ſiue confeſſus ſtante legitimâ probatione eſt ad ſeculares amandãdus, text. in c. ad abolendam. §. illos quoque. de hæretic. cap. ſuper eo. cap. accuſatus. §. 1. & 2. eodem titul. libr. 6. idem Rojas de hæretic. par. 2. aſſert 41. in principio, quod vtrique rationi conſonum eſt, quia delictum
161 † geminatum veniam non meretur, præſertim cum præſens actus præteritam intentionem declaret, text. in l. ſi hi qui adulterij. C. de adulter. cum ſimil.

162 Item ſequitur alia † clauſula, ſcilicet [cum accuſo, quod cùm Saracenorum familia originem traxerit, &c.] præſumitur enim filios laboraturos eod. vitio quo laborauit pater, imò alijs multis diuerſis, quib. affici ob paternã malitiã credetur, c. ſi gens Anglorum diſtinct. 56. quo dicimus,
163 quòd † ſi pater fuit incontinens, talis etiam præſumitur filius, ac etiam inconſtans & infidus, & poſt Andr. in cap. ſemel malus. de regulis iuris in 6. ſcribit Alciat. in tract. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 24. hinc dicimus quod ſi pater fuit factioſus & rerum nouarum cupidus, & ſeditioſus, talis quoque præſumitur filius. Ita reſpondit Gram. in conſ. 13. numer. 5. & conſ. 18. numer. 2. poſt Angel. in l. ſi fugitiui. & Barbat. Sicul. in conſ. 34. libr. 2. & dicimus quod filius talis præſumitur, qualis fuit pater. l. quod ſi nolit. §. mancipia. ff. de ædil. edict. tradunt Gandinus in tract. de indicijs & tortura. col. 2. verſ. præſumptio enim. Marc. Ant. Blancus in practica criminal. p. 1. num. 36. & Tiraquell. in tract. de pœnis legum cauſ. 51. numer. 46. & hinc factũ eſt, vt in grauiſsimis criminibus, non ſolùm pater criminis reus, ſed & filij alioqui de eo innocentes plectantur, ſicuti in crimine læſæ maieſtatis, in
164 quo filius † punitur ob crimen à patre perpetratum. l. quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſt. quæ ſententia procedit etiam in crimine hæreſis. capit. 2. §. hæretici. de hæreticis in 6. & in capit. felicis. §. Ouili. de pœnis. in 6. & tradũt. Alphõſ. de Caſtro, lib. 2. de hæret. punit. c. 11. Simancas de Cathol. inſtit. tit. 29. eâ autem ratione alijs prætermiſsis punitur his in caſibus filius ob ſcelus paternum, quia præſumitur quod etiam talis futurus ſit ipſe filius, quoniã ex prauis parentibus procedũt ferè ſemper filij peruerſi paternę iniquitatis imitatores, quemadmodũ ex cicuta oritur fructus virulẽtus, aut ex ſẽtina aliqua defluit aqua putrida & ſordida, hoc ipſum Salomonis teſtimonio comprobatur, qui in libr. Sapient. ait. c. 4. [ex
165 † iniquis enim omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua] denique vera ſemper habita eſt hæc ſententia & veteri adagio celebratur: mali corui, malum ouum. Et eo magis procedit, quia in ſpecie culpatur de actibus vel ritibus pertinentibus ad illorum
166 ſectã vel errores, & ideo † interditur eis ne veteres ſuarum ſectarum ritus obſeruent, ſicut diſpoſitum eſt in Concilio Lateranen. ſub Innocent. III. cap. 70. & refertur in cap. quidam. de apoſtatis & rei terantibus baptiſma, maximè cum conſtet de conuerſatione illorum, quia tunc vehemens oritur ſuſpicio, ſi communicant cum hæreticis infidelib. vel Mahumetanis eſt enim Catholicis communicatio cum hære-
167 ticis valdè periculoſa & ideo ſępè † interdicta. Prohibetur enim pluribus Apoſtolorum canonibus: nempè 44. 45. 46. 63. 69. cum ſequẽtibus, ſæpè etiã à ſanctis Patribus prohibitum eſt. cap. cum quibus. 24. quæſt. 3. cap. ſiquis inquit. 1. queſt. 1. c. accuſatus. §. ille quoque. de hæret. lib. 6. Franc. Squillat. de fide Catholica cap. 13. numer. 3. latè Conradus Brunus de hæreticis lib. 6. cap. 1. Iacobus Septim. de Cathol. inſtit. tit. 11. per totum. Ioã. Rojas ſingul. 36. & 175. n. 3. & 4. & ſingul. 212. nu. 3. & ſeqq. & ſingul. 213. à n. 3. & eſt text. ſingularis in c. inter ſolicitudines, de purgat. Canonic. ibi: [in pœnã autem familiaritatis illius quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur] in eum enim qui conuerſatur cum hæreticis & eſt eis familiaris oritur ſuſpicio de hęreſi ita vt ei ſit neceſſaria purgatio. ſic ex textu illo tenuit Hoſtienſis in ſumma tit. de hæreticis. §. qualiter deprehendatur. num. 4. & Alphõſ. de Caſtro de iuſt. hæret. punit. libr. 2. c. 17. optimè facit text. in cap. nulli. & in cap. repellantur. de accuſatione. & c. cum in iuuentute. de purgat. canonic. ibi: [Ab illius familiaritate ceſſando,] & text. in can. quorundam relatione. 32. diſtinct. ibi: [immoderatam teneat familiaritatem.] Et ob id mala fama ei orta ſit, quia conuerſans cum aliquo talis præſumitur, propter mutuam & aſsiduam

aſsiduam inter eos conuerſationem
168 Prouerb.13.[qui cum † ſapiẽtibus gra
ditur ſapiens erit,& amicus ſtultorum
ſimilis efficitur] Eccleſiaſt.13 [qui te-
tigerit picem inquinabitur ab ea ,&
qui communicauerit ſuperbo induet
ſuperbiam]& Prouerb. cap. 22. [ noli
eſſe amicus homini iracundo , neque
ambules cum viro furioſo,ne fortè di-
ſcas ſemitas eius.] Vnde quiſque præ-
ſumitur talis quales ſunt hi cum qui-
169 bus conuerſari ſolet , ideò † à ſocie-
tate & familiaritate hæreticorum tan-
quam à peſte fugiendum eſt , ne eo-
rum peccatis inuoluamur. tex. ſingul.
in cap.& ſi Iudæos.de Iudæ.cap.corri-
piantur.in fin.24.quæſtion.3.text.egre
gius in cap.reſecandæ.24. quæſtion.3.
numer.13.Dominus per Moyſem.[re
cedite (inquit) à tabernaculis homi-
num impiorum,& nolite tangere quę
ad eos pertinent,ne inuoluamini pec-
catis eorum]& Apoſtol. in Epiſtol. ad
Titum ſcribit: [hæreticum hominem
poſt vnam & alteram correptionem
deuita,ſciens quia ſubuerſus eſt , qui
huiuſmodi eſt &alibi[quia ſermo eo-
rum vt cancer ſerpit.]&[corrumpunt
ingenia bona confabulationes peſsi-
mæ:] Vitandi præterea ſunt hæretici
quia ipſo iure ſunt excommunicati:
170 cum excommunicatis † enim com-
municare non licet,ex Paulo.2.ad Ti-
moth.cap.2.& 1. ad Corinth. cap. 15.
cap.excommunicamus, de hæreticis.
cap.excellentiſsimus. 11. quæſtion. 3.
cum ſeqq. illud denique addendum
eſt pro qualitate perſonarum,loci , ac
temporis circumſtantijs,habendos eſ-
ſe plus minuſue ſuſpectos,qui cum hæ
171 reticis communicauerint:Vnde † pro
pter familiaritatem hæreticorum in-
dicitur interdum purgatio, vt ſuprà di
ximus,aliquando verò hi qui poſt ab-
iurationem hæreticos comitantur, vi-
ſitant,accipiunt, vel deducunt,eo ipſo
relapſi eſſe cenſentur , quia ex appro-
bati à ſe prius erroris conſequentia,ea
feciſſe iudicantur.ita Simancas de Ca-
thol.inſtit.tit.11.n.9.

Ponitur etiam alia clauſula [ quòd
172 verbis ſcandaloſis, & nouis † opinio-
nibus in publicis concionibus vſus eſt
non ſatis ædificans populũ,imò anſam
errandi contra receptam ſanctorum
patrum doctrinam,& Scholaſticorum
placita temerè prębuit , &c. ] Hæc
clauſula meritò appoſita eſt in accuſa
tione, vbi qui accuſatur eius eſt con-
ditionis,vt in eum prædicationis mu-
173 nus cadat,quia † qui contra fidem præ
dicat aut docet hæreticus eſt manife-
ſtus cẽſendus. Nam proculdubio per-
tinaciam infixam animo fouet in ſe.c.
ſuper quibuſdam.§. ſuper quo tibi. de
verb.ſignific.Albert.in tract.de aſſert.
Catholic. quæſtion.3. & 29. numer.8.
& 33.Alphonſus de Caſtro lib.1. de iu
ſta hæret.punit.cap.9. Ioann. Rojas in
tract.de hæreticis.2.p.numer. 362. Ia-
cobus Simancas de Cathol. inſtit.tit.
48.Eymericus in.2.p.Directorij quæſt.
32. & ibi Franc. Pegna commentario
57.Archidiac.in.cap.hæreſis.24.quęſt.
3.Ioann.Monach. in Clem.1. de vſur.
Turre-crem.in ſum.de Eccleſia lib. 4.
cap.16.hi certè acriori pœna plecten-
di ſunt, vt potè aliorum ſeductores.B.
Ioan.in Apocalypſ.cap.19.Brunus lib.
1.de hæret.cap. 4.& lib.5.de ſeductio.
c.6.Eymeric.in 2. p. Directorij quæſt.
39.& ibidem Franc.Pegna Commen-
174 tario 64.ſi quando enim † publicè præ
dicando,vel legendo , vel diſputando
dixerit aliquid quod ſcandalo ſit auri-
bus Chriſtianorum docendo opinio-
nes nouas,& ſcandaloſas,hoc vt pluri
mùm ex vana ſuperbia & curioſitate
certum eſt prouenire.Et inde iudica-
ri ſolet quâ mente motus ſit,qui eiuſ-
modi verba effutiuerit:nec enim ille-
pidè videtur dixiſſe Democritus , vt
autor eſt Diogenes Laertius, λόγονε ἰναι
τȣ̃ βίȣ τὸ ἒιδωλον, ſermonẽ eſſe vitæ ſi-
mulacrũ. At ſi quis aliquid dixit publi-
cè oportet vt publicè vbi ſcandalũ de
dit



pit de maledictis retractet , & dete-
ſtetur errorem, vt ſatisfaciat populo;
Franc.Pegna in 2. part. Directorij ſu-
per.cap.inter ſolicitudines,de purga-
tione canonica: comm. 14. pag. 122.
Zanchin.de hæret.capit.20.numer.2.
verſ.item ſi talis.Repertor.Inquiſito-
rũ verb. pœnitentia. verſ. item ſi ma-
lè.& extrauag. Ioa.XXII. vas electio-
nis .de hæretic. ſi verò aliquid ambi-
guum dixiſſe conuincitur, oportebit
vt ibidem ſe ipſe interpretetur. Al-
phonſ.de Caſtro libr.1. de iuſt.hæret.
punit.cap.3.Simanc.de Cathol. inſtit.
tit.54.nu.11.
175 Item † ponitur in accuſatione alia
clauſula ibi : [quoniam ex pluribus à
ſe dictis & minùs conſideratè prola-
tis , præſumi poteſt vel præſumitur
ſupradictum reum fortaſsis aſſeruiſſe,
vel dixiſſe alia repugnantia Catholi-
cæ fidei , &c. ] Poſtquam Promotor
fiſcalis reum accuſat de omnibus in
ſpecie ſeu indiuiduo , de quibus per
teſtes conſtat in proceſſu , vel ipſe
reus confeſſus fuit,illum etiam accu-
ſat de præſumptione iuris : nam qui
ſemel circa fidem deliquit, dum con-
ſtat de illius errore,non leuis ſuſpicio
remanet contra eum, quòd alios etiã
errores tenuerit: nam inde præſumi-
176 tur , quòd† qui ſemel fuit hæreticus
vel ſuſpectus de hæreſi , ſemper præ-
ſumitur talis.tex.in cap.ſemel malus.
de regul.iur.in 6.l.non omnes.§.à Bar
baris.ff. de re milit. Marſil.in practic.
§.diligenter. n.100. Alciatus in tract.
de pręſumptione.reg. 2. pręſumpt.7.
num.2.1.Emit.Cephal.conſ.82.num.
34.volum 1.Natta conſ.362.nume.8.
in conſ.420.num.4.& in conſ.422.nu.
21.volum.2.& in conſ.42. num.5.vol.
1.Cacher.in deciſione Pedemontan.
88.num.27.Ioan.de Amicis conſ.116.
num.7.Rimin. Senior conſ.391. num.
22.volum. 2. Alexand. conſ.5.volu.1.
Bart.in l.ſi cui.§.ijſdem. ff.de accuſat.
& in l.1. ff.de ſenat.in l.de pupillo.§.ſi
quis ipſi pręctori. quæſt.7. ff. de oper.
nou.nunciat. Bald. in l. final. in fine.
C.de his qui per met.iud.non appell.
latè Felin. in cap. final. de præſumpt.
Menoch.de pręſumption.libr.5.præ-
177 ſumptione 32. quæ clauſula ad hoc †
tendit vt reus quę amore non voluit
cõfiteri, timore fortè inductus priuſ-
quam ad notitiam Promotoris fiſcalis
perueniat,quę occultauerat confiteri
cogatur.
178 Ponitur † etiam quaſi proteſtatio,
videlicet. [ Et fidem adhibuiſſe mul-
tis alijs erroribus vt hæreticus & apo
ſtata,& licet eorum illum modò non
accuſem ; nihilominus eum accuſare
in cauſæ progreſſu intẽdo,&c.] Quia
etiam in diſcurſu proceſſus poſsit de
nouo illum accuſare,quando illorum
habuerit notitiam, & ideò concludit
[ ſaluo iure impertinentium & non
179 admittendorũ:]cuius †clauſulę is eſt
effectus , ne cauſę fidei retardentur,
& in infinitũ cauillationibus & ſub-
terfugijs reorum protrahantur : DD.
in cap.cum contingat.de offic.& po-
te.iud.deleg.& ibi gloſ.in addit.Ioan.
Andr. in verb. probationibus. in fin.
Ioan.Andr.& Anton.de Butr.in dict.
cap.cum contingat.numer.17.Abbas
Philip.& Dec. in cap.in nomine Do-
mini. num.35.de teſtib.Bal.in cap.in-
ter dilectos.num. 4. de fide inſtr.& la-
tiſsimè Felin.in cap.cum inter mona-
ſterium.nu.3. de ſent. & re iud. quod
vtique procedit , quia Promotor fi-
ſcalis non videtur ſe reſtringere
ante vel poſt litem cõteſtatam etiam
ſi aliàs talis eſſet qualitas , per quam
actio formaretur , & condemnatio
moderationem ſumeret arg. text. in
l. Pomponius. ff. de nego. geſt. l. in
180 delictis. ff. de noxalib. quia † licet in
alijs cauſis iudex regulariter non poſ-
ſit ſententiam proferre, niſi priùs cõ-
cluſum fuerit in cauſa, iux.doctr.gloſ.
in

in Clem.ſæpè. de verb.ſign. & Ioann. Andr.in addit.ad Specul.ſecus tamen eſt in cauſis ſummarijs, vt in d.Clem. & not.in cap. Paſtoralis. de cauſ.poſſ. & propriet. & in ſpecie procedit hæc doctrina in cauſa hæreſis,cap.final. de hæretic.lib.6.iunctâ gloſ. in d. Clem. ſæpè, expreſsè Gũdiſalu. de hæret.q. 12.nu.2.Io.Rojas de hæret.ſing.40.& dicit comm. Angel. in pract.crim.in verb. qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum cõtra proceſſum.col.3. & Hippol.de Marſ. in ead. prax.§. ſequẽs.n.1.Boſsius tit.de public.proceſ. n.19.Iul.Clar.libr.5.ſent.q.61. verſ.fin. verb. quęro etiã nũquid in cauſis cri-
181 minalib.concludatur in cauſa.Ergo † Promotor fiſcalis S. Officij non tenetur in cauſa fidei concludere, cùm in ea procedatur vt diximus ſuprà ſimpliciter & de plano,gloſ.in Cle.ſæpè. & faciunt trad. per Bart. in extrauag. ad reprimẽdum Abb.c.cum dilectus. de fide inſtrum. Bald. in auth. ſi quis in aliquo.col.3.verſ.ſed aduerte.C.de edend.

182 Ponitur etiam alia † clauſula quâ inculpatur reus de alia ſuſpicione, ſcilicet[tum etiam quoniam fortaſsis nouit alios cõplices hæreſibus infectos, & maculatos in hoc vel alio regno, noluitq; illos denunciare,&c.]quia †
183 cum ipſe hoc delictum cõmiſerit,præſumitur & alios eſſe eiſdem, vel alijs criminibus obnoxios, quos tenetur manifeſtare, quãuis illi ſuper eiſdem non ſint in ius vocati, quod ſpeciale eſt in hoc crimine,etiã in occulto, vt iam ſuprà latè diximus, & probatur c. 17.Deuteron.vterq; Tho.2.2.q. 33.& q.70. Aluarot.in §. credentes. de ſtat. & conſuetud.lib.feud. Albert.libr. de ſecreto.n.82.Alphonſ.de Caſtr.lib. 2. de iuſta hæret.punit.c.25.Soto lib.de de tegen.ſecret.in 2.mẽbr.q.4.Simã. de Cathol.inſtit.tit.19. à n.1.cũ ſeqq. Atque ea de cauſa illic ponitur hæc clauſula, ne ex ignorantia reus omittat reuelare alios complices: maximè quando præſumitur alios eſſe.
184 Nam tunc † licet ipſemet reus de ſe plenè fuerit confeſſus poterit torqueri, vt alios reuelet.l. ex libero.l. vnius.§.teſtes. ff. de quæſt. l.qui vltimo.29.ff.de pœnis.l.8.tit.30.p.7.l.& ſi certus.ad Syllania. & ibi Roman.& Ioan. Igneus, Alberic. & Salicet. in l. vlt.C.de quæſt.Gandin.de malefic.c. de tormentis.Auguſtin. ad Angel.de malefic.part.fama.Boſſ.titul. de tort. teſt.Carrer. in pract. crim. verſ. circa quintum.num.30.pag.90.Paris de puteo.in verb.tortura. in verſ. an ſtetur dicto,ibi cum certum eſt quem commiſiſſe.& Thom.Gram.Deciſ.96.

185 Ponitur alia † clauſula, quæ eſt concluſio totius accuſationis ſcilicet, [Quapropter] nam poſt relationem criminum concludit fiſcalis, & petit vt accepta & viſa informatione condemnẽt Inquiſitores dictũ reum, hîc namque eſt finis & ſcopus fiſcalis, vt delicta puniantur, & ne remaneant impunita in offenſam Dei, & totius Reipublicæ perniciem.l. ita vulneratus.1.reſponſ.in fin.ff.ad l.Aquil. c. vt famæ. de ſent. excõmunic.l. licitatio. §.quod illicitè.de publican.& vecti.l. ſi longiùs.§.1.de iudic.l.ſi à reo.§.illud de fideiuſſ. ibi : Nam pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet.

186 Ponitur † etiam clauſula, [prædictum reum ſententiâ excommunicationis eſſe ligatum, & eidem obnoxium, &c : ] nam hæreticus eo ipſo quod hęreſim committit,incurrit excommunicationis pœnam, text. in c. ſicut ait. & in cap. ad abolendam. in principio, & in cap. excommunicamus.2. de hæretic. vbi in hæc verba inquit : [Excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos, Patarenos, & alios quibuſcumque nominibus cenſeantur, de



credentibus,receptatoribus,fautoribus,& cæteris.habetur in cap. excommunicamus.1. §. credentes : vbi
187 ait : [Credentes † præterea receptatores,defenſores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus ſubiacere.] Franc. Pegna in 2. p.
188 Director.Comment. 12. Hæc enim † pœna excommunicationis cõtra hæreticos omnium eſt antiquiſsima,& à Chriſto iam inſtituta. Matth.cap. 18. & B. Paul. ad Corinth. cap. 5. & 1.ad Timoth.cap.3.Ioan.Epiſt. 2.not.24.q. 3.& 24.q.1.& 2.cap.ad abolendam.in princ.de hæret.Mart. Perez de Ayala Epiſcopus Valentin.libr. 1. de Eccleſiaſt.tradit par.3.art.6.quam ipſo iure hæretici incurrunt.text.in cap. excõmunicamus.1.§.credentes.de hæret. cap.nouerit.de ſentent.excommuni. l.2.tit.9.p. 1. Simanc.de Catholic.inſtit.tit.27.à num.1.Ioan.Rojas de hæret.ſing.77.num.1.Repertor.Inquiſit. in verb.pœna.Eymeric. in 3. p.Director.q. 122. ibid.& Franc.Pegna Cõment.171.& in 1.part.Comment. 12. & ſic à communione fidelium diris proſcriptionibus ſeparati, & quotannis in Bulla cœnę Dom.die Iouis hebdomadæ ſanctę à ſumm.Pontifice pu-
189 blicè excommunicantur,& ideò † ab alio quàm ab ipſo, vel eius delegatis non poſſunt abſolui. Hoc priuilegiũ ſingulare eſt conceſſum Inquiſitoribus,vt probat apertè reſcriptum Clementis IIII. relatum ab Eymerico q. 92.in 3.par.Director.& idem quadraginta ferè annis ante Clementẽ IIII. ſanxit Gregorius IX. in reſcripto incipiente[Ille humani generis.]Cuius hæc ſunt verba.[Si verò aliqui hæreticâ labe penitus abiuratâ ad Eccleſiaſticam redire voluerint vnitatem, ipſis iuxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus conſueuit iniungi:] hęc ibi : Idem conceſsit Innocẽtius IIII.quorum diplomata habentur in Bullario literarum Apoſtol.Directorij in fine.Idem probatur ex multis iuris Pontif.deciſionibus in d.cap.excommunicamus.de hæret.c. cum inferior. de maioritate & obedientia. cap.ad abolendam.de hęret. cap.vt officium.eodem tit.lib.6.Zanchinus de hæreticis,cap. 34. Locatus in opere iudiciali verb.abſoluere.nu. 11.& in verb.excommunicamus.Repert.Inquiſit.ver.abſolutio.§.ſed nũc. Simancas de Cathol.inſtit.titul.23.& tit.3.Silueſter in ſumm.verb. hæreſis. Eymericus 3.p. Director. quæſt. 122. & ibidem Pegna Comment.171.quę proculdubio procedunt in foro exte-
190 riori. In foro † tamen interiori hæreticum occultũ ipſi abſoluere poſſunt, at nõ niſi prudẽtiâ maximâ adhibitâ, vt docuit Eymericus 3.part.Directorij tit.de ſpontè venientibus in tempore gratiæ, verſ.attendat tamen Inquiſitor.nume.59.Concil. Tridentin. ſeſſ.24. de reformatione cap. 6. & reſcriptum Clement.VII.quod incipit: [cum ſicut.] §. vobis etiam litera A. editum anno Domini 1530. relatum in dicto Bullario. Simãcas de Cathol. inſtit.tit.3.numer.6. Nauarrus in Manual.confeſſ.cap.27.num.275. verſic. 14. quod nullus præter Papã. Manuel Rodericus in ſum.tom. 1. cap. 128.& in expoſitione Bullæ. §. 9. dub. 3. Angles.in ſum. quæſt. 4. de confeſsione art.5.difficultate 6.pag.278.in vltima impreſsione.Ioan.Gutierrez in pract. quæſtion.cap. 13. part.151. nu.29.Nauar.libr.5.conſil.tit. de ſentent.excõmunic. conſil. 5.fol.595.quorum opinio licet ſubſtineri poſſet,hodie tamẽ diluta quæſtio fuit, tùm ex declaratione ſupremi Prætorij generalis
191 Inquiſitionis Romanæ, vbi deciſum fuit ſæpè † Epiſcopos non poſſe nec debere abſoluere virtute prædicti Cõcilij occultos hæreticos, vt refert. Pegna

Pegna 3.p. Director. Comment. 141. tum ex proceſſu Bullæ in cœna Domini,per quam derogatum fuit Concilio Tridentino, tum etiam per Bullas Pij V.& Gregorij XIII. tradit etiã Locatus in opere iudiciali verb. ab-
192 ſoluere. nume.10.tenens † ſolum Inquiſitorem poſſe abſoluere eos quos ipſe excommunicauit per reſcriptum Alexandri IIII. quod incipit: [Ad capiendum vulpeculas.] relatũ ab ipſo Locato,ita Franc.Pegna 3.part.Directorij Comment.141.ad quæſtionem 92. Aliæ autem pœnæ veniunt declarandæ ab Inquiſitoribus quoties cõtra hæreticos ferunt ſententiã, tamquam tales condemnant, & ſæculari poteſtati relinquunt puniendos pœnis quibus puniuntur hæretici ſecũdum legitimas ſanctiones: & ſic tali ſententiã latã relinquunt damnatum iudici ſæculari.cap. ad abolendam. §. 1.verſ.laicus de hæreticis.

193 Et licet † reus vel ante accuſationem, vel in accuſatione confiteatur, non ideò magis fiſcalis debet omittere,quod eſt officij ſui, quin petat illũ declarari hæreticum, apoſtatam, impœnitentẽ, pertinacem, negatiuum, fictum,& ſimulatum, confitẽtem, diminutum,periurum, incorrigibilem: & hæc ponuntur propter iuris præſumptiones,vt ſuprà diximus: nam ſi de ſe vel de alijs non eſſet plenè confeſſus,verè poſſit dici eſſe cõtra illum omnia in accuſatione contenta:con-
194 feſsio † etenim,vt ſit fructuoſa,debet eſſe integra,& non diminuta aut mutilata:Eſt enim quædam impietatis & infidelitatis ſpecies ab illo, qui iuſtus & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam. cap. quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. 1.cap. vltim. de pœnitent.diſtinct.5.cap.ſunt plures.de pœnitent. diſtinct. 3. c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & remiſsione: & Innocent.III.in cap.maiores.§. ſed adhuc. de baptiſm.& eius effect.vbi ſic loquitur. [Dominus qui totum hominem ſaluum fecit in Sabbato, opus imperfectionis non nouit,& ob hoc peccata nõ ex parte, ſed ex toto dimittit] ad hæc gloſſator verſus è promptuario ſuo,vt opinor, adducit:

*Larga Dei pietas veniam non dimidiabit:*
*Nam nihil aut totum te lacrymante dabit.*

Idem quoque docent Alexander de Ales 4.p.quæſt.77. membr. 5. artic.6. & Epiphanius libr.2.de hæret.tom.1. hæreſi 59.quod vtiq; procedit quãdo in parte ſubſtãtiali eſt diminutio propoſitionis hæreticæ veræ,formatæ,ac plenè probatæ:ita inſtruct.Hiſpalenſ. anni 1484.cap.13.

195 Diminutus † enim confitens dicitur qui vel omnes hæreſes,vel omne delicti tempus, vel omnes complices non reuelat, vel non omnes qualitates & circunſtantias grauiores, vel nõ prodit omnes quos hæreticos eſſe ſcit, vel negat intentionem & malitiam, errorem, vel quidpiam ſimile ad excuſandos, vel minuendos erro-
196 res.Periurus† autẽ in cauſa fidei iudicialiter conuictus vehemẽter ſuſpectus eſt.cap. literas. de præſumption. Eymericus 2.part.Director.quæſt.56. nume.9.Calderinus conſ.2.ſub titulo de hæret.& conſ.5.quia incorrigibilis hæreticus,ſemel & iterum correctus ſemper in errore ſuo perſiſtit, hinc D.Paulus in Epiſtola 3. ad Titum, dicit: [Hæreticũ hominem poſt vnam & ſecundam correctionem deuita, ſciẽs quia ſubuerſus eſt,qui huiuſmodi eſt,& deliquit,cum ſit iudicio proprio condemnatus,] vbi ſubuerſum vocat Apoſtolus,incorrigibilem, qui quidẽ vt hæreticus punitur.Alphonſ. de Caſtro lib.2. de iuſta hæreticorum puni-



punitione.capit.1.DD. in capit. cum non ab homine.de iudic.d.capit.quẽ pœnitet.de pœnitentia diſt.1.Simancas de Cathol.inſtit.titul.48. numer. 28. cum ſeqq.Ioannes Rojas de hæreticis.2. part.aſſert. 21. Franciſcus Pegna in 2. parte Directorij commentario 59.

197 Ponitur † & alia concluſio,[declarando omnia bona ſua mobilia,immobilia & mouentia, iura quoque, & actiones publicari debere] quia ius
198 humanum ipſo facto quod † hæreticus committit crimen hæreſis, priuat illum dominio bonorum ſuorum, vt probant text.in capit. vergentis. de hæreticis. cap. cum ſecundum leges. de hæret.in 6.l.bonorum.& l.mouentium. de verborum ſignificat.l. 1. §. interdum. ff.de ſuis & legitim. hæredib.

199 Eſt tamen neceſſarium decretum† Inquiſitorum antequam occupentur illius bona,vt decidit text.in d. capit. cum ſecundum leges. l. ſi quando. & l.ſi vacantia.C.de bonis vacantibus. libr.10.& declarat Ioannes de Platea in d.l.ſi vacantia. col. 1. ideo petit fiſcalis vt declaretur hæreticus priuatus bonis ſuis & huius bona fiſco addicantur.

200 Ponitur etiam † clauſula [& eorũ filij & nepotes,&c.]nam filij hæreticorum credentium, fautorum, receptatorum, cæterorumq; ſimilium vſque ad ſecundam generationem paternam, ad primam verò maternam,
201 † ſunt ipſo iure inhabiles ad beneficia, & officia, niſi parentes Eccleſiæ incorporentur.tex.in cap.quicunque §. hæretici.de hæreticis.libr.6.& cap. ſtatutum. 2.& ibi gloſ.verb.inane. de hæretic.libr.6.& habetur in reſcripto Alexa.III.incipiente [nouerit.]§.hęretici.Anto.Gomez tom.3.Variar.reſolut.cap.2.numer.4. quorum omniũ eamens eſt, ſi pater ſit hæreticus, filius eius & filia, & ſimiliter nepos ex filio cenſentur inhabiles: ſecus verò ſi ſit nepos ex filia,is enim non eſt inhabilis:quia ſequitur familiam patris. Si verò mater hæretica eſt,ſolus filius vel filia exiſtens in primo gradu inhabilis efficitur,& non vlteriores: quibus accedit doctrina Hoſtienſ.in cap. vergentis.de hæret. Quod vtiq; iure ſic fit vt inhabilitatio procedat vſq; ad ſecũdam generationem paternã, & in materna vſque ad primam,quia magis timetur audacia filiorum quã filiarum, vt docet Iacob .Butrigar.in l.1.C.de hæredibus inſtituend. quod
202 vtique fit quia † infames ſunt & paterna infamia eos afficit, & in odium paterni ſceleris non ſolùm lex animaduertit in patres,ſed etiam in eorum progeniem.d.capit.vergentis.de hęreticis.& vt à tanto crimine deterreãtur quandoque in filios hæreticorum leges ſæuiunt, quia parentes ob vehementem amorem quem erga filios habent, magis filiorum pœna quàm propria terrentur.l. iſti quidẽ. ff. quod metus cauſa. Alphonſus de Caſtro lib.2.de iuſta hæret.punitione cap.10.

Prædicta tamen ſententia de priuatione beneficiorum, & officiorum
203 non procedit in † beneficijs obtentis,quam ſententiam tenuerunt Repert. Inquiſitorum in verb. filij. §. ſupradictum eſt. Gundiſaluus tract. de hæretic.quæſtion.23.numer.2. Couarr. libr.2. Variarum reſolutionum. capit.8.numer.4.Montalu.in.l.4.titul. 26.partit. 7. qui hac fuerunt ducti ratione.Primò quia non reperitur iure cautum, vt filij hæreticorum & fautorũ, beneficijs iam obtentis priuentur, quo tempore parentes damnantur. Quare cum hoc ſit pœnale non debet extendi, ſed potius reſtringi. tex.in capit.odia. de regul.iur.libr. 6.
204 nec oberit text.† in capit. quicumq;

de hæret.libr.6. non indicat priuatio-
nem obtentorum ipſo iure : verbum
enim aſſumantur futurum reſpicit,
205 quibus facit, quoniã regulariter † qui
inhabilis efficitur ad obtinenda be-
neficia, obtentis non priuatur. gloſſ.
ſingul. in Cleme. 1. §. ipſius. de pœnis.
quam ſequuntur ibi Zabarell. Imola
& Boniſac. Vitallinus nu. 54. Senten-
tia prædicta ampliatur, & habet lo-
206 cum † contra filios & nepotes rela-
pſorum, qui ſine miſericordia tradũ-
tur curiæ ſæculari, quanuis pœniteãt,
conuertantur, & Catholici morian-
tur, & admittantur ad Eccleſiaſtica
ſacramenta pœnitentiæ, & Euchari-
ſtiæ. Illi enim infames ſunt & inha-
biles ad publica officia, & beneficia:
hanc tenent & fouent concluſionem
Ioannes Andreas in cap. ſtatutum. 2.
de hæreticis libro 6. ſuper gloſ. verb.
reincorporatos, quem ſequitur ibi-
dem Philippus Francus in fin. & Do-
min. Ioann. Lupus: Decanus Sego-
uienſ. tracta. de hæretic. cap. 18. cap.
ſuper eo. de hæretic. libr. 6. cap. in Ec-
cleſia. cum ſequentib. 1. quæſtione 1.
& Simanc. in Enchirid. violatę reli-
gionis, & de Catholic. inſtitut. titulo
29. numer. 17. Ioann. Rojas tractat. de
hæretic. part. 2. aſſertione 42. numero
337. & moueor ad hanc ſententiam
ſequendam, quia tales relapſi quan-
uis pœniteant non dicuntur Eccleſiæ
207 reincorporari. Nam † illi dicuntur
propriè Eccleſiæ reincorporari, qui
per Inquiſitores abſoluti & ad gre-
mium Eccleſiæ, per debitam abſolu-
tionem, & obedientiam reducti, vt
iniunctam pœnitentiam peragant,
admittuntur. Quod cum relapſis non
poſsit conuenire non poterit eorum
filijs accommodari diſpoſitio text. in
dict. capit. ſtatutum. 2. de hæreticis
lib. 6. Ita Ioannes Monachus & Ge-
min. in cap. accuſatus. §. ſi verò. nu-
mer. quinto. de hæreticis libr. 6. nec
vllo modo relapſus emendatus dici
poteſt, cum defecerit ſolenni iure-
iurando in primo lapſu, vt latè de fi-
lijs hæreticorum dicimus inferius in
208 quæſt.

Vltimo loco ponitur † clauſula de
iuramento calumniæ præſtando per
Promotorem, & Aduocatum fiſca-
lem, ibi: [Tandem Deum & hanc
ſanctam crucem teſtor me accuſatio-
nem hanc non ex odio, aut alio pra-
uo cordis affectu ſuſcepiſſe.] Hæc
clauſula hodie recipitur in praxi, in
rebus arduis. text. in c. final. de iura-
mento calum. lib. 6. Bart. in l. ſi bona.
§. ſi alieno. & in §. penult. de damn.
infect. l. 23. titul. 11. partit. tertia l. 1.
titul. quarto. libro tertio Ordinam.
noui. Iurat enim Promotor fiſcalis per
Deum & ſanctam crucẽ ſe bonâ fide,
& non calumniandi animo agere vel
reſpondere, nec calumniandi animo
209 egiſſe nec reſpondiſſe, quæ quidem
† forma deducta fuit ex text. in cap.
1. vbi Doctores. de iurament. calumn.
libr. 6. gloſ. & DD. in l. 2. C. de fide
inſtrum. gloſ. in cap. de parentela. 35.
quæſtione 6. Bart. in l. ſi is qui reus. ff.
de public. iudic. & in l. 1. C. de iuram.
calumn. Conrad. in pract. titul. de ac-
cuſat. nu. 5. pag. 225. & de communi
teſtatur Angel. de maleficijs. verſ. hęc
eſt quædam inquiſitio. numero 68.
verſic. quęro. & Auguſtinus ad eun-
dem Angel. in verb. ad querelam.
numero quarto, Mantic. in l. tranſi-
gere numero vigeſimotertio, C. de
tranſaction. Albericus in l. libello-
rum numero vndecimo, ff. de accu-
ſat. Curtius Senior in titulo de iura-
ment. calumniæ. numero ſecundo,
Foller. in pract. crimin. canonic. num.
51. quos ſequitur Iul. Clarus in pract.
crimin. §. fin. quæſtione decimoocta-
ua. verſiculo dicit etiam. numero ter-
tio, Andr. Gail. obſeruat. 90 libr. 1. in l.
cum iudices. in princip. C. de iureiur.




prop. calumn. dand. l. inter cohære-
des. §. ſi familiæ. in finalibus verbis.
ff. famil. herciſc. ibi. Ideo iurare de-
bent non calumniæ cauſa litem in-
tendere: nõ calũniæ cauſa ad inficia-
tiones. Azo in ſum. de iureiurando
propter calumniam dando. numer. 1.
Hoſtienſis in ſum. de iuramento ca-
lumniæ. §. 1. l. 23. titul. 11. part. 3. qui-
bus cõcordat pragmatica Matritienſ.
42. capit. 11. libr. pragmaticarum Re-
gum Catholicorum. l. 8. titul. 10. par-
tit. 3. l. 11. titul. 1. lib. 3. Ordinament.
l. cum & iudices. cũ ſuis. §§. C. de iure
iur. propter calumn. dand. quod qui-
110 dem † iuramentum multa in ſe com
prehendit, vt teſtatur Hoſtienſis, vbi
ſuprà in. §. quid contineatur. Sed cùm
in hac accuſationis formula iuret per
Deum & ſanctam Crucem quam ip-
ſe manu tangit, quęri poſſet, an ſi reus
maius aliquod iuſiurandum efflagitet
Promotor illud ſuſcipere teneatur.
Nimirum ſi ſuper Euchariſtia ſacra
deferatur, quod iuriſiurandi genus in
dupondij litem defertur in Britannia
Minore Gallię prouincia, ſi ſuper pa-
ne in vinum intincto quod fiebat in
Anglia ante ſuſceptam illic hæreſim,
ſi ſuper Sãctorum reliquijs, vt in qui-
buſdam Europæ regionibus adhuc
obtinuit: ſi ſuper Euangelijs ſanctis,
aut alijs ſacris libris. Eius generis ſa-
cramenta vidẽtur à Promotore ſub-
eunda, & præſtanda, nam vt inquit
Vlpianus Iureconſultus in l. ait Præ-
tor. §. vltim. ff. de iureiurand. Iura-
re oportet vt delatum eſt iuſiuran-
dum. & l. non erit. in princ. & §. dato.
d. tit. idem ſentiendum prodit. Nos
contra dicimus Promotorem ad aliã
iurandi formulam adigi non poſſe,
quàm quæ ſuper Cruce, vel ſanctis
Euangelijs eſt, vtriuſque enim iuriſiu
randi conceſſa eſt forma Chriſtianis
tam iure Canonico quàm Ciuili. De
S. Euãgelijs ſanxit Iuſtinianus in l. pe-
nult. §. penult. C. de reb. cred. [In om-
nibus caſibus in quibus ſacramenta
pręſtantur obſeruationẽ iudicialem
permanere cenſemus ſecundum per
ſonarum qualitatem: ſiue ſub ipſo iu-
dice præſtari oportet iuramentum, ſi-
ue in domibus, ſiue ſacris Scripturis
tactis, ſiue ſacris oratorijs] idem ſta-
tutum can. ſi aliqua. 23. quæſtio. 1. De
Cruce quoque ſiue ſacra ſiue non ſa-
cra licitum eſſe, cuiuis videre eſt can.
qui iurat. 22. quæſt. 5. Id verò intelligo
dummodo Fiſcalis ſacerdotio non ſit
decoratus, cuius cauſa poſſet etiam
per ſacros ordines ad iuramẽtum co-
gi. can. quoti. 1. quæſt. 7. A reliquis iu-
ramentis Chriſtiani temperare de-
bent, quamtumuis ſacra & ſancta vi-
deantur, & quidẽ in Hiſpania id cau-
tum eſt ſpeciali cõſtitutione Alphõſi
inter leges Taur. l. 67. cuius verba La-
tinè ſic fecimus [iuramẽtum tametſi
à iudice decretum &, à parte dela-
tum nullo modo fiat in S. Vincẽtium
Abulẽſem, ſiue [de Auila] aut in S. Aga
thę ſeram, eſt in Hiſpanico [*herrojo*,
antiquè pro *cerrojo*] nec ſuper altari,
nec ſuper vllo corpore ſancto, neq; in
vlla altera Eccleſia iuramentis confi-
ciendis aſſueta, ſub pœnã decies mil-
lenorum Marauedeúm Camerę no-
ſtrę & fiſco ſoluẽdorum, tam per eum
qui iurauerit, quàm per iudicem qui
ſententiam tulerit, eumque qui iura-
mentum detulerit aut fieri petierit]
hanc legem Anton. Gomez numer.
1. ratione graui admodum extollit,
nempe inquit ſublata ſunt iuramenta
purgationis in ferro igneo & can-
denti, vel duello, quia videbatur ten-
tari Deus, qua de re eſt text. in capit.
Menam. 2. quęſtio. 5. & in cap. ex tua-
rum. de purgat. canonic. & capit. 1. de
purg. vulg. & ibi gloſſ. & communiter
Doctor. eâdẽ ratione reprobata eſſe
iuramenta ſuper reliquijs, quia cum
in eis fiant miracula ſi qui litem aut

negotium his committerent tentare Deum omnino viderentur, & hanc rationem veram, & fundamentalem illius legis aſſerit, quod verum eſt. Nã ſiue defert ſiue refert iuramentum litigantium alteruter, reliquię abeũt in contemptum apud eum qui cauſa cadit. Iuramentum vt refert Didymus in illud Pſal. 14. [qui iurat proximo ſuo & non decipit] nihil aliud eſt quàm ſermo cum Dei teſtimonio. Quare D. Paulus iuramenti formulã in Epiſtolis relinquens Rom. 1. interdum ait [Teſtis eſt mihi Deus cui ſeruio in Euangelio filij eius] & mox 2. Corinth. 1 [Ego teſtem Deum inuoco in animam meam] & rurſus, nouit is qui eſt ſuper omnes quod non mẽtior.] Atque hæc omnia ex præſcripto Dei ipſius qui iuſsit populo ſuo vt per ſuum nomen iuraret, neque ad iuramenti vim arcæ præſentiam iubet adhiberi. Deuteron. c. 6. verſ. 13. [Dominum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis] & non abſimili modo capit. 10. verſ. 20. [Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies: ipſi adhęrebis, iurabiſque in nomine illius: ipſe eſt laus tua] Non dubito quin ſibi admodum gratulentur qui alio modo iuramẽta ſua pręſtant, at ſi attentè ſuos errores examinent ſacroſanctam Euchariſtiam ſi fidei ſuæ fluxæ & lubricæ ſubijciũt, non aliud illi volunt quàm vt iuramentum (quod ſimplex eſſe debet fidei conſtitutum) ſacramenti nomine illuſtrent. At illud prorſus gentilitatis fumum exhalat, è cuius monumentis vixdum ſepultis nuſquam legitur, fidẽ publicã ſiue fœdus initum eſſe abſque ſacrificio. Apud Homerum ſæpiſsimè, maximè verò Iliad. γ. in monomachia Paridis & Menelai agnæ diſſectę Priamus mediam partem ſecum detulit tanquam indigena. Græci verò vt recenſet Euſtathius mediam alteram partem in mare proiecerunt: ſic refert Polybius hiſtoriæ libr. 3. de fœdere intet Carthagineſes & Romanos poſt ſacrificium verba ſolennia pronunciata, à feciali. In iuramento coniurationis impię inter Cleopatram & Antonium puer iugulatus eſt quidam, & iuramentum vtriuſq; datum ſuper illius extis, quę paulò pòſt comederunt. Poſſem & iuramentum coniurationis Catilinarię humani ſanguinis ſacrificio confirmatum, & alia non minus vituperanda depromere, ſed præter omnium DD. qui de ea re ſcribunt ſententiã inter quos Hoſtienſ. in Summ. in c. 1. quomodo cenſeatur illicitum iuramentũ num. 4. & 5. de iureiurãd. velim in eo maximè conſiderari quàm ſit impiũ ad nos præſentiam Dei euocare cùm ad eum non niſi lotis pedibus & manibus accedere debeamus. Ecce Magus ille Perſes Zoroaſter qui ne quidem ad dæmones Dei miniſtros quẽquam accedere premittit niſi prius purgatum:

Οὐ γὰρ χρῆ κείνους σε βλέπειν, πρὶν σῶμα τελεσθῆ.

*Non decet vt videas illos, niſi corpore lotus.*

Quantò minus igitur decet Deũ pręſentem aſciſcere, vt teſtimonio ſit illius ſacrum corpus his iuramẽtis, quę per ſuum nomen permiſit cõfirmari? Multa hîc prætermitto quæ mihi dicẽda ſunt in quæſtione de iuramento. Azo etiam vbi ſuprâ, & Robertus Maranta in Specul. aduocatorum 6. part. de ordine iudiciorum, & primus actus. numer. 10. Inprimis namque actor ſeu Promotor fiſcalis profitetur ſe iuſtè petere & non calumnioſè, & ſuper petitis omnibus veritatem reſpondebit, nec vtetur falſâ probatione, nec minus corrumpet iu-





dices, nec tabelliones, minuſque petet calumnioſam dilationem: ita Speculator de iuramento calumniæ. §. eſt autem iuramentum. de calumnia, & habetur in d. l. 23. titul. 11. part. 3. gloſ. calumniæ. in capit. 1. de iuramento
211 calumniæ. Hoc† tamen iuramentum præſtari debet poſt conteſtationem delicti incontinenti. Specul. vbi ſupr. §. 1. & de iuriſdictione omnium iudicum. §. 6. Hoſtienſ. in ſumma, de iuramento calumniæ. §. quando præſtandum eſt. in principio, tex. expreſſus in l. 2. in principio. C. de iuramento calumniæ. l. rem non nouam. C. de iudicijs. capit. 1. & cap. cum cauſam. de iuramento calumniæ. capit. dudum. 2. de electione. Montaluus in d. l. 23. titulo 11. partit. 3. in verbo, *por demanda y por reſpueſta*, & probatũ
212 ex text. in l. 1. titulo 4. libro 3. Ordinamenti ibi *conteſtando el pleyto y hecho iuramento de calumnia.* Si autem † tacitè fuerit omiſſum ab initio poterit peti in quacumque parte iudicij, vt iuretur. Speculator de iuramento calumniæ. §. etiam autem. numero 1. & §. ſequitur. numer. 4. col. 2. in principio. Archid. in capit. 1. in verbo iurari. & ibi Ancharanus nume. 2. Dominicus & Francus colum. 1. de iuramento calumniæ libr. 6. inquit enim ibi Bonifac. VIII. ſi de calumnia ſeu de veritate dicenda, in litis exordio non iuretur, vt debet, poterit poſt modum in qualibet parte litis iurari cum huiuſmodi iuramenta præſtari ab initio de ſubſtãtia ordinis iudicia-
213 rij nõ exiſtat. Prædicta autem † clauſula adeò neceſſaria eſt, vt ſi omittatur corruat proceſſus, & nullus ſit, & quia in fauorem publicum publicamque vtilitatem introducta fuit à parte, non poteſt remitti. l. 2. §. ſed quia veremur. de iureiurando propter calumniam dando. Secus tamen eſt de iure Canonico ex capit. 1. §. 1. de iuramento calumniæ. in 6. quod verum cenſeo, niſi à parte aduerſa fuerit petitum. l. de pupillo. §. qui opus, & ibi notat. Bart. col. 5. ff. de nou. oper. nunti. DD. in l. qui bona. quæ omnia iura corriguntur per l. 11. tit. 1. lib. 3. Ordinamenti: niſi huiuſmodi iuramẽtum, petatur. l. final. tit. 4. libr. 3. ordinamenti, & ibidem latè Didacus Pererius.

Hic nobis erat ſiſtendum, & huic volumini primo finem imponẽdum: ſed amicorum precibus victus, hanc quoq; quę ſequitur quęſt. cõtexere & vnanimi omnium deſiderio concedere ante ſuum tempus & ordinem habui, quam tamen (quia ad edictum pertinet) in finem voluminis ſecundi reſeruari cõueniebat. Nos in ea re ſi noſtro inſtituto defuimus, deeſſe nobis per vota neceſſariorũ & expectationẽ virorũ bene de literis meritorũ nullo vnquam tẽpore pœnitebit. Tu, lector, æqui boniſque conſulas velim.

# DE SOLICITATIONE AD libidinem, in actu confeſsionis, vel proximè illi, antè vel pòſt.

SVMMARIVM.

Solicitationis delictum mulierum ad libidinem, in actu confeſsionis antè vel pòſt, deteſtabile eſt.

2 Cognatio ſpiritualis inter cõfeſſarium, & confitentem contrahitur.

3 Confeſſarius in confeſsione mulieres ſolicitans, an in hæreſis ſuſpicionem incidat, & nu. 56. & 77.

4 Inquiſitores hæreticæ prauitatis, an poſſint procedere cõtra confeſſarios in confeſsione mulieres ſolicitantes, & nu. 5. & 90.

6 Inductio ad libidinem in actu confeſsionis ſacramẽtalis, vel proximè illi, an oriatur ex inclinatione naturæ deprauatæ, an verò ex contemptu ſacramenti.

7 Præceptum de integritate cõfeſsionis magis obligat, quàm de reuelando confeſſore ad actum libidinis in cõfeſsione inducente.

8 Ob periculum ſcandali ſacerdotis, vel eius inimicitiæ, nõ ſolùm excuſatur cõfeſsio mulieris, ſed poteſt ſolâ cõtritione communicare.

9 Inſtitutum pro charitate, nõ debet cõtra charitatem militare.

10 Verba Pauli 1. ad Corinth. 4. [Nolite ante tẽpus iudicare.] Et ad Roman. 14. [Tu quis es, qui alium iudicas?] quomodo accipienda.

11 Chriſtus in hac vita permittit miniſtros malos Eccleſiaſtica officia exercere, & quare.

12 Mala non ſunt facienda, vt inde veniant bona.

13 Iudicium Aſtronomicum ab Eccleſia prohibitum, & à quo tempore edicto ſanctæ Inquiſitionis prohibetur.

14 Prælatus ſuperior, vel Iudex nõ poteſt aliorum peccata, quæ ſolùm ex confeſsione innoteſcũt, per exploratores inquirere.

15 Scientia priuata ſuperioris, valet ad corripiendũ occultè, nõ autẽ palàm infamare, & delictũ detegere poteſt

16 Probationes in criminalibus, debẽt eſſe luce meridianâ clariores duorũ, vel trium teſtium.

17 Teſtium ſingularium depoſitio in crimine hæreſis, inutilis eſt.

18 Mulieres an poſsint ſimul accuſare, & deponere, & ſic duo ſubire officia.

19 Teſtium defectus & inhabilitas, non poteſt in criminalibus ſuppleri, nec teſtium multitudine purgari.

20 Delictum nõ præſumitur, vbi poſsibile eſt quid ſine crimine fieri poſſe.

21 Pœna vbicunque agitur de ea imponẽda, potiùs pro reo, quàm contra eum præſumendum & iudicandum eſt.

22 Confeſſarius accuſatus de ſolicitatione in cõfeſsione facta: dicitur res dubia.

23 Confeſſarius inquiſitus de ſolicitatione in confeſsione, pro eo in dubio iudicandum eſt, & quare.

24 Dependẽte aliquo ab anima & cõſcientia alicuius, ſtatur eius dicto cum iuramento.

25 Animus, quòd quis vulnerauerit animo nõ occidendi, probatur per iuramentum partis.

26 Pœna nõ poteſt infligi, vbi nõ adeſt certitudo, & euidentia culpæ.

27 Socius criminis nõ admittitur ad teſtificandum contra ſocium.

28 Viâ ad effectum nõ eſt effectus.

28 Factum ſub tempus contractus belli, vel matrimonij, quãdo dicatur in ipſo contractu factum, ibidem.

29 Quæ incontinenti fiunt antè vel pòſt, non dicuntur ineſſe.

30 Via, ſiue proceſſus ad effectum in crimininalibus non punitur, ſed ipſe effectus.

31 Pœnitens quãdo dicatur incipere confiteri.

32 Confeſsionis ſigillum quid ſit.

33 Differentia quæ ſit inter ſecretum confeſsionis, & ſecretum naturale.

34 Id etiã pro facto habetur, quod proximè faciendum eſt.

35 Potentia propinqua actui reputatur pro actu.

36 Paria ſunt quæ ſunt in actu, aut in via deductionis ad actum.

37 Priuilegium idem competit rei, quæ eſt in fieri, ſicuti rei factæ.

38 Deſtinatio pro actu facto & completo habetur.

39 Cauſa fidei fauorabilis eſt.

40 Crimen hæreſis eſt publicum delictũ, & reipub. pernicioſiſsimum.

41 Conatus & proceſſus ad maleficium, debet pro maleficio haberi.

42 Statuto exſtante, ne quis ſub pœna triticum extra territorium extrahat, ſi in itinere inueniatur, dicitur ſtatuto contrauenire, licet prouinciam non exierit.

43 Vicinitas actuum antè vel pòſt, diſpoſitionem eandem quodammodo reddit, facitq; vnicum eſſe actum.

44 Inſtructio S. Officij contra confeſſarios ad libidinẽ pœnitentẽ inducẽtes, procedit etiam in actu proximo confeſsioni antè vel pòſt.

45 Paria ſunt aliquid fieri in actu cõfeſsionis, vel incontinenti antè vel pòſt.

46 Quod debet certo tẽpore fieri, intelligitur illo tempore factum, quod eſt immediatè antè vel pòſt factum.

47 Actus proximus confeſsioni antè vel pòſt, quando dicatur.

48 Factum, id incontinenti eſſe dicitur, quanuis antè vel pòſt facta ſint, cùm tamen ineſſe videantur.



49 Actus continuus quoties requiritur, licet interueniat modicũ interuallum, dicitur tamẽ vno fieri cõtextu.

50 Facta inter eaſdem perſonas eodem die & loco præſumuntur in dubio incõtinenti, & vno contextu facta.

51 Factum quid, ſi eodẽ die probatur, præſumitur incontinenti factum.

52 Inquiſitores ſolùm in his quæ ad fidem pertinent, procedere poſſunt.

53 Delictum ſolicitationis in confeſsione commiſſum non eſt contra fidem, ſed contra conſcientiam, & quæ ſpecies peccati ſit.

44 Peccati ſolicitationis grauitas, duobus modis peti poteſt, & qui ſint.

55 Contemptus & iniuria duobus modis conſiderantur, materialis & formalis, & nu. 58.

56 Intellectus Heſter. 1. dum de cõtemptu loquitur.

57 Intellectus Leuit. 26. Paul. ad Heb. 12. & ad Romanos. 2. & Eſaiæ. 33.

56 Intellectus 2. Reg. numer. 18. Ezech. 5. Eccleſ. 45. Sapient. 14. de quo contemptu loquuntur.

60 Contẽptus cõfeſſarij abutẽtis ſacramẽto pœnitẽt. probatur indicijs & cõiecturis.

61 Occultè geſta improbitatis ſuſpicionem reddunt.

62 Citatus vel monitus nõ comparens ſuſpectus efficitur.

63 Gloſſæ in c. Metropolitanum. 2. q. 7. & in c. cum illorum. in verb. in cõtemptũ, de ſentent. excomm. intellectus.

64 Hæreticus formalis quis dicatur.

65 Fides nõ cõſiſtit ſolùm in oris cõfeſsione, ſed præcipuè in aſſenſu mentis.

66 Hæreticus, nec ſuſpectus nemo debet iudicari ex materiali contemptu.

67 Peccatores conſtituentes vltimum finem in creatura, mortaliter delinquunt, nec ob id dicuntur hæretici.

68 Intrinſeca per extrinſeca cognoſcũtur, & animi interiora per exteriora iudicantur.

69 Animus & voluntas ex factis & geſtis exterioribus intelligitur.
70 Animus talis præſumitur, qualia ſunt facta.
71 Opus externum, an dicatur quodammodo hæreſis.
72 Sotus in relect. de hæreſi, malè loquitur & num. ſeq.
73 Opera ad quæ homines cõmuniter procliues ſunt, dupliciter conſiderantur & in quibus quis dicatur de hæreſi ſuſpectus.
74 Senſualitas quæ ſit.
75 Sacerdos ſeu religioſus matrimonium contrahens, ſuſpectus de hæreſi iudicatur, quod etiam procedit in clericis. & num. 76.
77 Sacerdos in confeſſione mulierem ſolicitãs, ſuſpectus de hæreſi iudicatur ratione ſacramenti adiuncti.
78 Confeſſio auricularis per quos hæreticos improbata, & ſublata, eorumque errores, & num. 79. & 80.
81 Confeſſio peccatorum mortalium iure diuino neceſſaria eſt.
82 Homines peccatum mortale contrahẽtes, iure diuino tenentur de illo pœnitentiam agere.
83 Pœnitendi modus aſſignatus in lege Moyſi.
84 Opera facta ex animi paſſione, & ex errore intellectus quæ, & quãdo ex eis quis dicatur de hæreſi ſuſpectus.
85 Error intellectus maximus eſt.
86 Hominis natura ex ſe nunquam inclinare poteſt ad actum carnalem.
87 Inclinatio naturalis appetitus ſenſitiui, in bonum hominis eſt.
88 Creaturæ propter hominis bonũ conditæ ſunt.
89 Opera ad quæ voluntas non ex ſe mouetur quæ, & quando ex eis quis dicatur de hæreſi ſuſpectus.
90 Inquiſitores procedere poſſunt cõtra cõfeſſarios in confeſſione ſolicitãtes ad libidinem, licet ſuſpicio ſit leuis & modica.
91 Opinio Nauarri lib. 5. conſ. tit. de hæret. cõſ. 2. à n. 1. & 3. fo. 121. reprobatur.
92 Inquiſitores an poſſint procedere cõtra cõfeſſarios, in cõfeſſione ſolicitantes pueros ad libidinem, ſicut fœminas.
93 Ratio vbi eadem eſt, eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio, etiam in pœnalibus.
94 Conſtitutio pœnalis non dicitur extẽdi vbi extenditur ex eiuſdem conſtitutionis mente.
95 Lex licet prohibeat extenſionem, tamẽ de ſimilibus ad ſimilia fit extenſio.
96 Similia quæ dicantur.
97 Inquiſitores ſunt iudices & fidei cenſores, ſediſque Apoſtolicæ ſpecialiter delegati.
98 Sacerdos vel religioſus ducens publicè vxorem, dicitur de hæreſi ſuſpectus.
99 Opera ab hæreticis ſpecialiter laudata ſuſpicionẽ manifeſtã hæreſis inducũt.
100 Suſpicio quid ſit, & n. 102. vſque ad num. 106.
101 Suſpicio mouet animum iudicis, non tamen in totum remouet dubium.
103 Indicia quãdo non ſunt admodũ vrgẽtia, rectè poſſũt ſuſpiciones appellari.
104 Probatio, leuis licet ſufficiat ad probãdã ſuſpicionẽ, tñ debet plenè probari.
105 Suſpicio vnica nõ inducit præſumptionem, ſed plures ſuſpiciones requiruntur.
106 Præſumptio quid ſit, & an differat à ſuſpicione.
107 Suſpicio ſeu præſũptio triplex eſt, leuis, magna & maxima, & n. 109. & 110.
108 Signa leuia in crimine hæreſis, nõ debẽt mouere animum viri conſtantis.
111 Probatio in contrariũ admittitur aduerſus maximam præſumptionem.
112 Præſũptio maxima ex quibus naſcatur.
113 Suſpicio tripliciter diuiditur, leuis, vehemẽs & violẽta, & quid in ſe quælibet cõtineat, & n. 114. & 115.
116 Inquiſitores ex ſtylo, communiq; vſu confeſſarios in confeſſione ſolicitantes puniunt, ac decreto ſupremi S. Inquiſitionis Senatus, & nu. 117.





118 Solicitare proximè circa actum cõfeſſionis antè vel pòſt, quid ſit.
119 Solicitatio in actu proximo cõfeſſionis quãdo dicatur per cõfeſſariũ cõmitti.
120 Cõfeſſarij in actu cõfeſſionis, mulieres ad libidinẽ ſolicitantes nõ ſolùm peccant cõtra puritatẽ ſacramenti, ſed etiam contra illius ſecuritatem.
121 Confeſſarius ſolicitans, mulierem in cõfeſſione ad alia peccata, non dicitur ſuſpectus, nec talis ſolicitatio pertinet ad Inquiſitores.
122 Delictum ſolicitationis in cõfeſſione perpetrans, infamiam incurrit.
123 Captura ſola pro crimine hæreſis vehementer infamat.
124 Delictũ ſolicitationis in cõfeſſione clã cõmittitur, & ob id acriùs punitur.
125 Perſuadere grauius eſt, quàm cõpellere.
126 Delictum clãdeſtinum plus punitur, quàm publicum.
127 Filiæ pœnitentiæ tenẽtur cõfeſſarios, à quibus ſolicitatæ ſunt, Inquiſitoribus denunciare.
128 Delictum ſolicitationis in cõfeſſione mulieris quomodo probandum.
129 Mulierum defectus & natura, & ad quæ bona de iure prohibẽtur, & n. 130.
131 Cõfeſſarius eſt iudex, medicus, paſtor, & Dei miniſter.
132 Mulieres an ſint idoneæ teſtes contra cõfeſſarios in cõfeſſione ad libidinẽ ſolicitãtes, & n. 133. vſq; ad n. 144.
134 Mulieres in cauſa criminali de iure Canonico, à teſtificãdo nõ repellũtur.
135 Mulieres in crimine hæreſis læſæ maieſtatis, ſimoniæ, & alijs exceptis criminibus fidem faciunt.
137 Mulieres plenè probãt quando veritas aliter haberi & detegi nõ poteſt.
138 Mulieres duæ plenè probãt delictũ in caſu, quo veritas aliter haberi nõ poteſt.
139 Mulieres admittũtur ad teſtificãdum, quãdo agitur de probatione facti ab eis tractati.
140 Teſtes admittũtur etiam in actu proprio, ſi actus eſt talis vt de ſui natura nõ ſoleant interuenire niſi ij, qui commodum aut intereſſe habẽt.
141 Teſtes inhabiles & ſingulares admittuntur, quãdo per alios veritas ratione loci, & temporis haberi nõ poteſt, & n. 158.
142 Mulier cõtra cõfeſſarium ad libidinem in cõfeſſione ſolicitantem poteſt eſſe teſtis, & accuſatrix.
143 Teſtes ſingulares probãt aliquem eſſe hæreticum.
144 Teſtes ſingulares probãt, vbi agitur de probãda iuriſdictione in genere.
145 Teſtium ſingularitas triplex eſt, obſtatiua, cumulatiua, & diuerſificatiua, & nu. 146. 147. & 148.
149 Teſtis ſingularis quis dicatur.
150 Teſtes ſingulares in quolibet crimine, regulariter non probãt, multo minùs in crimine hæreſis, & quare.
151 Teſtes duo ſingulares, an probẽt contra cõfeſſarios in cõfeſſione mulierem ad libidinem ſolicitantes, & nu. ſeqq. vſq; ad n. 159.
152 Sacramẽtum in dubio nõ creditur violatum.
153 Probatio plenior requiritur quàm ordinaria, vbi agitur de probatione delicti iuris, præſumptionem contra ſe habentis.
154 Præſumptio iuris pro liquidiſſima probatione habetur.
155 Teſtes ſeptem requiruntur quando de diuortio agitur.
156 Teſtes duo ſufficiũt ad perfectam probationem inducẽdam, in quauis cauſa tã prophana, quàm Eccleſiaſtica, vel ſpirituali.
157 Teſtes duo ſufficiunt, ad condemnandum Epiſcopum, & Summ. Pontif.
159 Teſtes duo licèt ſingulares loco & tẽpore ſint, probãt vbi agitur de certa ſpecie hæreſis.
160 Solutio argumentorum ſexdecim.
161 Confeſſarius an admittatur ad teſtificandum, contra pœnitentem eum ad libidinem ſolicitantem.
162 Socius criminis nõ admittitur in teſtẽ cõtra ſocium: quid in crimine hære-

*ſis n.162.& quid in crimine occul-*
*to,nu.163.*
*165 Practica contra confeſſarios ſeruanda,*
*in prolatione ſententiæ.*
*166 Pœnæ imponendæ confeſſarijs per In-*
*quiſitores quæ.*
*167 Confeſſarij ſi in crimine ſolicitationis*
*relabentur,nõ ſunt puniẽdi pænâ re-*
*lapſorum.*
*168 Bulla & declaratio Clementis VIII.*
*contra confeſſarios ſolicitatores.*
*169 Quid iuris ſi mulieres ſint ſolicitatri-*
*ces.*

INQVISITORES HÆRE-
ticæ prauitatis, an poſsint procedere
contra confeſſarios inducẽtes,aut ſo-
licitantes mulieres in turpitudinem,
aut libidinem in actu, vel circa actum
confeſsionis antè vel pòſt.

## Quæſtio X.

NEMO eſt(vt exiſtimo)
pietatis aut Chriſtianæ
fidei cultor,† qui mecũ
1 id nõ cõfiteatur & ſen-
tiat,eorum crimen eſſe
teterrimũ ac deteſtandũ,qui per ſum
mum ſacramentorum cõtemptum,&
inſignẽ impietatẽ, mulieres ad eorũ
aures confitendorũ peccatorũ ergô
procidentes,turpiter in ipſo cõfeſsio-
nis, vel in proximis illius actibus antè
vel pòſt ad libidinẽ inducũt, & ſolici-
tãt:tum quia(vt Symmachus Papa ait
in c.omnes.30.q.1.)inter † cõfeſſariũ,
& confitentẽ contrahitur ſpiritualis
2 cognatio:huius hæc ſunt verba:[Scri
ptũ eſt:Omnes quos in pœnitẽtia ac-
cipimus,ita filij noſtri ſunt, vt in ba-
ptiſmate ſuſcepti: quapropter ſacer-
dotẽ,qui cũ ſpirituali filia fornicatus
fuerit,grauiſsimis pœnis iura ſubege-
rũt:[hæc ille, quo loco nõ abs re Sym
machus confeſſarios dicit eſſe patres
confitentium.Nam quicunq;in ſacra-
mentorũ adminiſtratione operã im-
pendit ſuã alicui,verè huius eſt pater,
& illius hîc filius: inde eſt quod D.
Hiero.in prolog.ad Euãgel.D. Marci,
eundẽ D.Marcũ D.Petri filium fuiſſe
dicit his verbis: [Marcus Euangeliſta
Dei electus, & Petri in baptiſmate fi-
lius]in eadẽ cum Symmacho ſentẽtia
eſt Cæleſtinus Papa in can.nõ debet.
& can.ſi quis. ead.c. & q.& c.ſolicita-
3 tores.de pœnitẽtia diſt.1.tum etiam†
quia in hæreſis ſuſpicionẽ incidit, qui
ſacramẽti vim violat, & nefandâ ani-
mi,& intellectus prauitate polluit:nã
cũ hoc ſacramentũ medela ſpiritua-
lis ſit,& peccati antidotũ,aliud vene-
nũ execrãdum, ad perpetuã mortẽ ei
ſuperinducere cõtendit:quibus adſti
pulatur ſentẽtia Matth. Epiſcopi Ve-
ronenſis in tit.9.c.3.ſuarũ conſtit.qui
in hęc verba dicit:[Siquis cũ ea cuius
cõfeſsionẽ audiuit, quidquã inhone-
ſtè turpiterúe egerit, aut eius pudici-
tiam attẽtauerit,aut eam ad laſciua &
inhoneſta perpetranda ſuaſerit, ſi nõ
eſt deuentum ad actum,temporaneâ
pœnâ acriter puniatur.Si verò ad actũ
turpitudinis deuẽtũ eſt,beneficijs of-
ficijſq;eo ipſo ſuſpẽſum,priuatũ,perpe
tuiſq; addictum vinculis, volumus &
declaramus.]& facit d c.nõ debet.Ex
quibus ſatis probari videtur clericum
conuictũ de hoc delicto deponẽdum
eſſe, alijſq; pœnitẽtijs acriter afficiẽ-
dũ,ne ex huiuſmodi confeſſariorũ de-
lictis,anſa detur hereticis aliquid mo-
liendi neúe frigeſcente charitate ac
timore Dei, occaſio detur Catholicis
viris & patribus vxores ac filias ab
hoc ſacramento retrahendi,& ne dif-
ficiliùs ac tardiùs ad illud ſuſcipiendũ
accedant. Quamobrẽ non immeritò
in eum tanquã de fide ſuſpectum qui
venenũ pharmaco,& lutũ fonti puro
admiſcere tẽtat,Inquiſitores hæreti-
cæ prauitatis videntur procedere, vt
diſcernãt,an id genus morbi ſpiritua-
lis ex humana imbecillitate, vel ex
hæreticâ



hæretica macula naſcatur,vt non ſo-
lùm in eos animaduertant, ſi canden
tè ferro,opus ſit,ſed & ſi leuis ſit mor
bus, vt leui pænitentiæ ſpecillo ad ſa-
nitatem reuocẽt.Ea verò in re matũ-
rè agant,quia hoc delictum ſerpit cõ-
tra bonum cõmune & honorẽ Chri-
ſti, & vix vafer confeſſarius emenda-
ri ſolet correctione.Verùm quia quã-
plurimæ excitatæ fuerunt difficulta-
tes, quibus anceps reddebatur iſte
proceſſus contra confeſſarios, operæ
pretium me facturum cenſui,antequã
formam procedendi in hos præſcri-
berem, ſi cæteris fidei quæſtionibus
hãc annecterẽ, cùm quia noua ſit, tũ
etiam, quia hactenus à nemine fuerit
exagitata.Inquiſitores non poſſe pro
cedere contra huiuſmodi cõfeſſarios,
ex multiplici capite cõtenditur.Quæ
quidem quæſtio admodum celebris
eſt,& pro vtraq; parte ſuos fautores
atque rationes habet,partis tamẽ ne-
gatiuæ potiſsima hæc ſunt argumẽta.
5 Primò, quia † ſuſpicio hæreſis in
hoc caſu,oritur ex contemptu ſacra-
mẽti pœnitentiæ:ſed talis cõtemptus
nõ naſcitur ex ſolicitatione ad libidi-
nẽ:ergo neq; hæreſis ſuſpicio. Minor
6 probatur.Inductio † ad libinẽ in actu
cõfeſsionis ſacramẽtalis,vel proximè,
potiùs oritur ex inclinatione naturæ
deprauatę, & carnis inuſtione, quam
ex contemptu ſacramenti,teſte Paul.
ad Rom.c.7.[ſentio aliam legẽ in mẽ-
bris meis, repugnãtẽ legi mẽtis meę,
& captiuũ me ducentẽ in legẽ pecca
ti] & ad Galat.c.5. [caro concupiſcit
aduerſus ſpiritũ]& 2. ad Corinth.12.
[datus eſt mihi ſtimulus carnis ſpiri-
tus Sathanę,qui me colaphizet]& ha
betur in c. Teſtamentũ veteris legis.
in fin.verſ.video aliã legẽ in membris
meis.diſt.6.& c.ſi Paul. 32.q.5.& ibid.
Ioa.de Turre-cre.nu.1.& 2.& in 15.q.
1.in princ. Ergò nõ videtur inducere
hæreſis ſuſpicionẽ, præſertim cùm nõ
ſit error in intellectu, ſed malus affe-
ctus in volũtate,& ex cõſequẽti puni-
tio huius criminis non ſpectabit ad fi-
dei cẽſores,ſed potiùs ad Ordinarios.
7 Secũdò,arctiùs † obligat præceptũ
de integritate confeſsionis,quàm de
reuelando cõfeſſore ad actum libidi-
nis inducẽte in cõfeſsione:hoc enim
tam per ſe eſt notum, quod proba-
tione non egeat: ſed quando pœnitẽ-
ti inſtat neceſsitas confitendi ante
communionem,vel tempore paſchæ,
& non occurrit niſi vnus confeſſarius
cui non poteſt fieri ignotus,& ex con
feſsione aliquorum peccatorum, vel
circunſtantiarum probabiliter timet
ſibi magnum damnum famę aut cor-
poris,excuſatur ab integritate confeſ
ſionis propter ſummũ ius, quòd autor
naturæ ad ſui indemnitatẽ contulit.
Ita in Man.Nauarr. c.7.n.4.Soto d.18.
q.2.& 5.ad 3.Petrus Soto. de confeſſ.
lect.10. Canus part.5.Caiẽtan. verbo,
confeſsio. Adrian.de confeſſ.q.1.§.ſed
oritur ex his.Silueſter confeſſ.1.§.18.
vbi & refert ſe ad §. 3. Tabienſ. §. 18.
cum Anton.c.18. concluſ. 7. Medina
q.12..de integritate ſeruanda. & om-
nes recẽtiores Theologi. ex antiquis
Altisſiodorus.lib.4.tract.6.c.3.q.3. D.
Th.diſt.17.q.3. ad 5. & Maior. 1. q. 5.
quia habet pœnitẽs ius tuẽdi famam,
ergo multò magis,& meliùs etiã ſi co
gatur ſentẽtiâ excõmunicationis po-
terit ſilere peccatũ confeſſoris in tali
ſolicitatione,cùm timeatur imò expe
riatur graue dãnũ proximi ſecuturũ,
cùm vnicuiq; mandauerit Deus,curã
de proximo ſuo,& detrimentũ alienę
famæ non compenſetur vllo fructu.
Tertiò,quãdo † ex cõfeſsione fœmi-
nę abſolutæ fragili ſacerdoti ingruit
periculũ ſcãdali,vel grauis inimicitiæ
cũ eo,nõ ſolùm excuſatur ab integri-
tate confeſsionis, ſed tunc differen-
da eſt tota confeſsio, & omitten-
da, & quando non adeſſet alius ſa-
cerdos,

cerdos,& inſtaret præceptũ cõmmu-
nicandi,poſſet cũ ſola contritione cõ-
municare. Ita Nauarr. capit. 17. nu.
102. Soto libr. 5 de iuſtit. & iur. quæ-
ſtion.6.art.4.& colligitur ex D. Tho.
22 quæſtion.69.artic.4.ad 2.ibi Caie-
tanus art.3.ad 1.Couarr.lib.3. Variar.
reſolutionum cap.2.à num. 10. Alex.
capit.26.quia, vt ait Bernard.libr. de
9 diſpẽſatione & præcepto,quod pro †
charitate inſtitutum eſt, non debet
contra charitatem militare,& Chri-
ſtus præcepto ſuo poſitiuo confeſ-
ſionis, in ſalutem animæ ordinatæ
non eſt ſibi contrarius, dum ex oc-
caſione cedit in periculum animæ;
ſed ex reuelatione ſolicitationis con-
feſſoris, ſubſequitur illi graue de-
trimentum boni nominis, & vt plu-
rimùm emergunt inimicitiæ,& ſcan-
dala. Ergo nõ poteſt nec tenetur re-
uelare.
10 Quartò, Apoſtolus † Paul.1.ad Co-
rint.4.dicit.[Nolite ante tempus iu-
dicare quoadvſq; veniat Dominus,
qui illuminabit abſcõdita tenebrarũ,
& manifeſtabit conſilia cordium, &
tunc laus erit vnicuique à Deo.] &
ad Romanos 14.[Tu quis es, qui aliũ
iudicas ſeruum?]& habetur in capit.
Deus omnipotẽs.2.quæſt. 1. & cap.1.
de confeſſ.Soto de iuſt. & iur.libro 5.
11 quæſtion.5.artic.1. & alij plures cita-
ti in quæſtion.de Inquiſitione. Sed †
Chriſtus Dominus, qui ſupremus eſt
iudex viuorum & mortuorum, per-
mittit in hac vita miniſtros malos
exercere officia Eccleſiaſtica,idq; vt
eorum fama non fœdetur, vt patet
de Iuda proditore, cui corpus ſuum
in cœna tradidit, reſeruando huiuſ-
modi, & aliorum peccata occulta in
iudicium vniuerſale, inſcrutabili, &
ſuo iuſto iudicio:id verò fortaſsis quia
vt inquit Claudianus in Rufin.lib.1.
——*Tolluntur in altum.*
*Vt lapſu grauiore ruant.*——

Ergo iudices inferiores, & Inquiſi-
tores non debent peccata occulta
miniſtrorum Dei ſub pœnarum cen-
ſuris detegere: imò verò lege chari-
tatis, & miſericordiæ occultare, &
orationibus Eccleſiæ illis ſubueni-
re,potius quàm ad extremum iudiciũ
eos reuocare, & publicè punire cum
eorum ignominia, & vniuerſi populi
ſcandalo.

Quintò, Regula tritiſsima eſt D.
Auguſtin.ex doctrina Pauli ad Rom.
12 3.non eſſe † facienda mala vt inde ve
niant bona,capit.ſi non ſunt.31. quæ-
ſtione 5.& per tot.14.quæſt.5.Ioann.
de Turre crem.in c.relegentes.23.q.
1.num.1.Sed ex genere ſuo eſt malũ
proximum infamare, peccatum illius
palàm detegẽdo: Ergo nullo prætex-
tu boni intenti ab Inquiſitoribus eſt
reuelandum crimen.Hanc charitatis
regulam tradit Thobias cap.4. cum
dixit,[quod ab alio oderis fieri tibi,ca
ue ne tu aliquando facias alteri.] &
Matt.7. [quæcumque vultis vt faciãt
vobis homines,facite & vos illis ]tex.
in c.Deus omnipotens 2. q.1.c.quali-
ter & quando.de accuſation.Sed nul-
lus eſt qui non abhorreat vt pecca-
tũ ſuum detegatur.Ergo nõ poterit il-
lud cõtra proximum ſuum procurare.
13 Sextò, Eccleſia † prohibet iudiciũ
Aſtronomicũ ad exploranda occulta
liberi arbitrij, quia etſi aliquãdo for-
tè vera eſſent;ſemper tamen ſunt cõ-
tra bonos mores, & famam proximo-
rũ.Ab anno enim 1582. in edicto ſan-
ctæ Inquiſitionis prohibentur iudicia
Aſtrologorum de rebus pendentibus
à libero arbitrio cõtra Aſtrologos,iux
ta doctrinam D.Thom.22. quæſt.95.
art.5.& 1.2.q.9.art. 4.ad 3. vbi Medi-
na opuſc.26.Alex.2. part.q.184.Caie-
tan.verb.Aſtrologi.Picus 12.lib. con-
tra Aſtrologos. maximè libro 2. Mi-
chael Medina lib.ſecundo de recta in
Deum fide capit. 1. Didacus Perez
l.3.



l.3.tit.1.lib.8.Ord.Simanc.de Catho-
lica inſtitutione cap. 21. & 63. Sixtus
Senenſis lib.5.Bibliothecæ cap.15. &
lib.6.cap.10. Viues libr. contra Aſtro-
logos, Trithemius libr.12. de dæmo-
niacis artibus.Cælius lib.14.antiquit.
cap.19. Gerſon in trilogia Aſtrologiæ
propoſ.11. & ſeqq.tracta. de reſpectu
cæleſtium ſiderum. Caſſaneus Cata-
log.gloriæ mundi part.10.conſiderat.
vltim.Alciat.in l.5.de verbor.ſignific.
Abulenſ. in Exod. 12. quæſtione 15.
Leuit.19.quæſtione 19.Medina in in-
ſtructor.cap.14.§.2.& 36.Cicero 2.de
diuinat. Plutarchus de placitis. Plato
Ariſt.& B.Petrus Apoſtolus apud Cle
ment.lib.8.recognit. in fine, & libr.9.
Euſebius lib.cõtra Hieronem. Chry-
ſoſt.homil. 1. in 1. Timoth. Baſilius in
hexaemer.D. Auguſtinus de ciuitate
Dei libr.2. cap. 12.& libr. 11.cap. 21.
D.Gregorius homil.10.in Euangelia,
& tandem Concilium Toletanum 1.
[Si quis Aſtrologiæ exiſtimat eſſe cre
dendum anathema ſit,] & vlt. motu
proprio Sixti V.Sum. Pontificis, anni
1585.Non.Ianuarij.Ergo pari ratione
quamuis occultum peccatum ſolici-
tationis aliquãdo contingat, quia eſt
contra bonum nomen miniſtrorum
Eccleſiæ, tamen non eſt præcipienda
eius detectio.
14 Septimò,nũquam † licuit ſuperiori
vel prælato peccata aliorum, quæ ſo-
lùm innoteſcunt ex confeſsione, per
exploratores inquirere: hoc enim eſ-
ſet ſuaue cõfeſsionis iugum reddere
moleſtiſsimum, imò nec poteſt præ-
latus vel iudex pœnitentẽ cogere vel
iure compellere per præceptum, cõ-
minationem,vel abſolutionis ſuſpen-
ſionem, vt ſibi manifeſtet alienam
perſonam, vel alienum delictum. Ita
D. Thom. quodlibet.5.artic.11. Soto
in relection. membr. 3. quæſtione
4 dub.1.poſt quintam concluſionem,
Bañes 2.2.quæſtione 72.artic.3. & 8.
dubio vlt.D.Greg.homil.9. in Ezech.
nam Eccleſ.41.dicitur: [curam habe
de bono nomine]& Prouerb.22.]me
lius eſt bonum nomen quàm diuitiæ
multæ ] de quo D.Thom.part.2.quę-
ſtion.22.ad primum.& 2. 2. quæſtion.
103.artit.1.ad.2.Caietanus verb.con-
tumelia : vbi Angel. Silueſter. & Ar-
milla.Soto libr.5. de iuſt. quæſt. 9. ar-
tic.3.Ledeſma.2.part.quæſtion.18.ar-
tic.2.fol.245.Simanc.de Catholic.in-
15 ſtitut.cap.56.numer. 1. & 5. Nauarr.
c.18.n.61.Scientia † enim priuata ſu-
perioris valet ad corripiendum oc-
cultè: non tamen occaſione eius po-
teſt infamare,nec detegere delictum
occultum, quia hæc nunquã ſunt op-
portuna remedia ad rectũ iudicium:
quin potiùs vergunt in proximi de-
trimentum & ſcandalum, & in ruinã
animæ, quæ conſcientiâ ducitur ad
pœnitentiam. Quare ſic interrogati
non tenentur pœnitentes ad iudicis
mentem reſpondere : ſed peccatum
ſolicitationis ad libidinem tantùm
innoteſcit ex confeſsione, vel ex
actu proximo illi: Ergo Inquiſitores
nullâ ratione poſſunt pœnitentes cõ
pellere ſub excommunicationis pœ-
nam vt tale crimen detegant, neque
ipſi tenentur parere, & obedire tali
16 mandato.
Octauò, quoniam † ſi ipſam iudi-
cij probationem coniectemur, minùs
ſuſtineri poteſt huiuſmodi proceſſus
contra confeſſarios : nam in cauſis
criminalibus requiruntur probatio-
nes luce meridianâ clariores, vrgen-
tiores,maiores,& efficaciores.l.fin.C.
de probat. l. abſentem. ff. de pœnis.l.
qui ſententiam.C.eod.l. addictos. C.
de appellat.l.vbi.C.de falſ.cap. ſciant
cuncti. 2. quæſtio. 8. canon. Epipha-
nium. 5. quæſtione fin. & notat Mar-
ſil.conſ.1.numer.24. Ioann. de Anan.
conſilio 60.numer. 1. & conſilio 131.
Dec.conſ.249.num.8.Valle conſil.16.
num.

nu.30. volum. 1. Ergo idipſum neceſ-
ſarium erit in crimine hæreſis à ma-
iori ratione:ex Simanc.de Cathol.in-
ſtitut.tit. 51.n.2. & Roja de hæret.1.
part.num.360.& ſingular.164.num.1.
debet namq; eſſe probatio duorum
ſaltim, vel trium teſtium legitimorũ.
iuxta text. in l. vbi numerus. de te-
ſtib. l. vltima. C. de probationib. Ol-
drad.conſil.210.Ancharan. in cap.ac-
cuſatus. in princip. de hæretic.libro
6.capit.cum in omni. & cap. licet. de
teſtibus.cap.relatum.capit.cum alijs.
Sed in hoc crimine non dantur, nec
inueniri poſſunt conteſtes: ergo In-
17 quiſitores non poſſunt procedere cõ-
tra confeſſarios: Nam † inutilis erit
huiuſmodi ſingularium teſtium de-
poſitio ad hæreſim probandam gloſ.
& interpret. in capit. veniens. de te-
ſtib Ioann.Andreas & Dominic.in c.
vt officium. de hæretic. in 6. Gundi-
ſaluus de Villadieg. de hæretic. quæ-
ſtione 13. Ioan. Lupus allegat.de hæ-
retic.§.12. Ioann. de Lignian.in Cle-
ment.1.

18 Nonò probatur hæc ſententia:†
Mulieres non poſſunt ſimul accuſare
& deponere,nec duorũ officia ſubire
capit.forus.de verb.ſignificat.cap.ac-
cuſatores.3.q.5.gloſ.1.in c.1.in princi-
pio 4.quęſt.4.Aufrer.de probat.num.
5.Iodoc.in pract.cap.50.in rubrica de
probat.Campegius reg.104.Speculat.
in titul.de teſte.§.1.verſic.item quod
ipſe teſtis, & accuſator. Felinus in c.
licet Heli.nu.6. de Simon. Lanfranc.
in tractat. de teſtib.nu. 118.& in pro-
prijs terminis Bartol. Gritt. conſilio
criminal.diuerſ.conſil.160. numero 3.
lib.1.Roland.à Valle conſ.37. numer.
10.& ſequentib.Bertazol.conſ. 8. nu.
42.lib.1.Vulpecul. conſ.17.nume.1.&
conſ.94.num.4. Proſper Farinacius in
lib.1.quæſtione 60.num.62. Iul. Clar.
in practic.criminal.§.fin.quæſtione 7.
verſ. habes igitur. Bertazolus d. conſ.
8.num.43.Natta conſ.407. nu.6.Ergo
per pœnitẽtium depoſitiones Inqui-
ſitores non poterunt procedere, imò
horum ſingularium teſtium depoſi-
tiones, nec indicium faciunt ad tor-
turam,nec ad inquirendũ, aliàs enim
iudicium redderetur nullum.

19 Decimò,in criminalibus† non po-
teſt defectus teſtium, aut inhabilitas
ſuppleri, neque teſtium multitudine
purgari,l.fin.cũ ibi notatis.C. de pro-
bationibus.Sed huiuſmodi mulieres,
cùm ſingulares teſtes ſint, & vicem
accuſatoris ſubeant,nequaquam ſunt
admittẽdæ:Ergo per illarũ depoſitio-
nes nõ poſsũt Inquiſitores procedere.

Vndecimò, nunquã delictũ præſu-
mitur vbicunq; poſsibile eſt id fieri
poſſe ſine crimine. Ita Bald.in cap. S.
20 Mariæ. † de conſtit.num.31.& in cap.
per inquiſitionem.num. 2.de elect.&
in cap.Cumana.nu.3.eod.tit.Sed ſoli-
citatio, & inductio ad libidinem, in
actu confeſsionis,aut proximè illi po-
teſt fieri abſque contemptu formali
ſacramẽti,ex quo oritur ſuſpicio:ergo
ibi non eſt præſumendum tale deli-
ctum.

21 Duodecimò,quotieſcunq; † agitur
ad pœnam imponẽdam, in dubio po-
tiùs pro reo, quàm contra eum pręſu-
mendum, & iudicandum eſt. Abbas
in capit.ad audientiam.Bald.cõſ.105.
22 Sed cùm † confeſſarius accuſatur de
ſolicitationis peccato illud eſt. maxi-
me dubium. l. meritò. ff. pro ſocio. l.
quidam.30.Et ibi gloſ.de legat. 2. l. 1.
§.probatio.& ibi Bald.de magiſt.con-
ueniend.c. fin. in fin. de præſumptio-
nib.gloſ.in fin.in c.paſtoralis.de offic.
deleg.capit. eſtote. de regul. iur. er-
go confeſſarius non eſt puniendus
tanquam reus ab Inquiſitoribus,cùm
23 in dubio † pro ipſo iudicandum ſit ra
tione dignitatis perſonę ipſius,& loci
ſacri cap.non omnes. 15.q.5.Specula.
tit. de præſumpt.§.ſpecies nume.10.
Decimo-



Decimotertiò in dependentibus
24 † ab anima,& alicuius cõſcientia, ſta-
tur eius dicto cum iuramento.gloſ.in
cap.ſignificaſti.1.in verſ.ſi eſt ita. de
homicid.gloſ. in.§. ſed iſte. inſtit. de
action.Bart.in l.Celſus, in fine ff. de
vſucapion. Roman. in. l. in illa. col.
pen. ff.de Verborum obligation.gloſ.
in l.verbo an vno.C.de Sicar. vbi vo-
25 luit gloſſa quod hic † animus, ſcilicet
quod quis vulnerauerit animo non
occidendi,probatur per iuramentum
partis,Alex.conſ.221. num. 5. volum.
2.Iaſ.con.84.numer.17.1.volum.Ripa
in l.ſi conſtante.numer.11.ſol. matri-
monio.ſed ſolicitationis peccatum pẽ
det ab anima,& inhæret conſcientiæ:
& tanquam occultum latet in actu
confeſsionis. Ergo Inquiſitores non
poſſunt procedere contra confeſſa-
rios,ſed ſatis eſt petere ab eis verita-
tem medio iuramento: non enim eſt
præſumendum confeſſarium futu-
rum eſſe immemorem ſuæ ſalutis vt
mendacium audeat dicere.

26 Decimoquartò vbi † non eſt cer-
titudo nec euidentia culpæ, non po-
teſt infligi pœna.Sed ſolicatitionis cul
pa non poteſt in iudicio Inquiſitorũ
eſſe euidens, cùm perpetretur in
actu omnino occulto confeſsionis:
Ergo pro illa non eſt infligenda pœ-
na confeſſario. Maior probatur ex
comm.doctrina DD. & Felini in ca-
pit. eam te. de reſcript. quod ma-
ximè procedit, ſi ſocij ſint criminis
Quoties promiſcuè ſe inducunt ad
27 libidinem, quia tunc † minimè ad-
mitti debent ad teſtificandum con-
tra ſocium ex deciſione text. in l.
quoniam. C. de teſtibus. capit. ve-
niens. 1. de teſtibus. cap. perſonas.
eodem titul.capit.1.de confeſſ. can.
nemini.5.quæſtion. 3.l. ſicuti. C. de
quæſtionibus gloſ.in capit.2.de teſti-
bus.l.final.C.de accuſation.l.1.§.cum
latrones.ff. de quæſtionib.l. ſi filium.
in fine.C. de liber. cauſ. Speculat. ti-
tul.de teſtibus.§.1.verſic. Item quod
eſt ſocius criminis.numer.27.Bald. Sa
licetus, & ferè omnes ſcribentes
in l. quoniam C. de teſtibus. Decius
conſilio 342. Felinus in dict. capit.
veniens. de teſtibus. Albertin. in l.
finali. C. de accuſat. Anchar. con-
ſilio 24.Ioann.de Anania.conſ.59.Pa-
riſius conſ.43.num.15.

28 Decimoquintò, Via † ad effectum,
non eſt effectus, quia id dicitur factũ
ſub tẽpus cõtractus, vel belli vel ma-
trimonij,ſi factũ fuerit in ipſo contra-
ctu.arg.tex.in l.ædiles aiũt.§.ſi vẽden
di.ff. de ædilit. edict. vbi dicit tex.
quod factum ſub tempus venditio-
nis non dicitur factum in ipſa vendi-
tione.Sed actus proximi ad confeſsio
nem, ſunt via ad ipſam confeſsionẽ.
Ergo quod fit in illis, non cenſetur
perpetratum in actu confeſsionis, &
ex conſequenti nulla oritur hæreſis
ſuſpicio, nec ſacramenti contemptus
contra confeſſarios ex eorum ſolici-
tatione in actu proximo confeſsioni,
29 quia † ea quæ fiunt incontinenti an-
tè vel pòſt non dicuntur ineſſe, ita
Bart. Cæpola.in l. ædiles aiunt. in §.
ſi vendendi. numero 4. ff. de ædilit.
edict.

30 Decimoſextò, in pœnalibus †
non punitur via, ſiue proceſſus ad
effectum, ſed ipſe effectus: atqui
actus proximus confeſsioni eſt pro-
ceſſus ad confeſsionem: Ergo in
tali proceſſu inducens ad libidi-
nem non debet puniri ac ſi delin-
queret in ipſo actu confeſsionis:
quibus confert doctrina Felini in
d. capit. eam te. numero 57. Verſic.
alia eſt limitatio,per text. in capit.
perpetuæ. de electione, in 6. iuncto
cap. cum in cunctis.§.clerici.& quod
ibi notat Abb. colum. 1. de electio-
ne.

Verùm enimuerò contraria ſen-
tentia

tentia verior, tenenda eſt. Pro cuius explicatione (vt quæſtio hæc ſuis numeris abſoluatur, & certa ab incertis ſeparentur) ſupponẽdum eſt. Primò,
31 quòd † pœnitens tunc dicitur incipere confiteri, quando per verba, nutus, ſcripturam, vel per alia ſigna detegit ſua peccata, ita vt poſsint innoteſcere confeſſario animo accuſandi ſe, & in ordine ad confeſsionẽ & abſolutionem ſacramentalem, vt docet Henricus Henriquez lib.6.cap.19. n. 8.& alij plures, quos ipſe refert. Dixi: [in ordine ad abſolutionẽ,] nam poſſet quis ipſimet confeſſario etiam in loco confeſsionibus deputato ſua referre peccata, commendando ea non ſub ſigillo confeſsionis (quia tũc, cùm is non intendat confiteri, ſupradicta non habent locũ) ſed ſub ſigillo cuiuſdam ſecreti naturalis tantùm: manifeſtum enim eſt clericum vel monachum confeſſa reuelantem non contraire ſecreto & ſigillo confeſsionis, ſed peccare cõtra fidelitatem, quam
32 iure tenebatur ſeruare: Eſt † enim ſigillum confeſsionis obligatio, vel debitum occultandi aliquid, quod in ſacramentali cõfeſsione reuelatur lege diuinâ poſitiuâ per redemptorem noſtrum inductâ. Ita Nauarrus in cap. 1. § ſacerdos. de pœnitent. diſtinct. 6. n. 35. D.Tho. in 4. diſtinct. 21. q. 1. quæſti. nu 3. Ioan. Viguer. in inſtitutionibus Catholicis de ſacram. pœnitent. cap.16.§.4.verb.20. de ſigillo confeſſionis. Sigillum autẽ naturæ, eſt obligatio & promiſsio celandi aliquid. Sigillum confeſsionis maius eſt, quàm aliud quodlibet, quoniam ad illam celandam tenemur tam lege naturæ, quàm lege diuinâ poſitiuâ: & ſic hoc nullas patitur exceptiones, niſi de
33 conſenſu confitentis. Eſt † autem diſcrimen inter vtrumque ſecretum, quantùm ad confeſſarium attinet: nam is cum Deum repræſentet in eo actu (dicente Domino, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Io. cap.20.) tenetur ſub mortali inchoatiuè ex iure naturæ, & ex virtute iuſtitię, ne proximo noceat contra fidelitatem naturalem ſecreti illud ſeruare, quæ deducuntur ex Matth. cap. 7. [Quæcumque (inquit) vultis vt faciant vobis homines, hæc illis facite,] & Prouerb. 11. [Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana.] c. qui ambulat. 5. q. 5. Nauarrus in Enchirid. ſiue manuali confeſſariorum cap. 8. de ſigillo confeſsionis pag. 50. num. 2. & in cap. 1. §. ſacerdos. de pœnitent. d. diſt. 6. D. Thom. quodlibet. 12. art. 17. Albertinus tract. de ſecreto à nu. 1. vſq; ad 2. Et præterea ex virtute religionis, ne prophanetur hæc res ſacra, ſed ita perpetuò conſeruetur hoc neceſſarium ſacramentum ob ſigillum, vt nemo fidelium ab illo deterreatur, vt patet ex doctrina D. Thom. in addit. q.11.art.1.ad 2. Soto diſtinct. 18. q. 4. art. 5. Ledeſma q.10.art.1. Henriquez in ſum. lib. 6. cap. 19. Medina in Codice de confeſsione. tit. de confeſsione celanda. q. 45. pag. 324. ſecretum verò naturale non obligat, niſi ex fidelitate, vt patet ex locis & auctoribus pręallegatis.

Secundò ſupponendum eſt, quòd cum in titulo quæſtionis dixerimus de ipſo actu confeſsionis, vel de proximo circa confeſsionem, notãda eſt regula pro intelligentia dicẽdorum:
34 nimirum † id pro facto haberi quod proxime faciendum eſt, pariq; lege cẽſeri aliquid eſſe factum, vel in proximo faciẽdum, iuxta doctrinã Bart. & Bald. in l. penul. per illum text. ff. de teſtamento milit. Idem Bart. in l. 1. §. & meo. ff. ad Syllan. facit text. in l. item legato. ff. de legat. 3. l. ſi quis cum ſciret. ff. de tranſact. Socinus conſ. 70.
35 num. 7. vol. 4. hinc dixit Bald. quòd † propinqua potentia actui reputatur

pro



pro actu. alijs verbis concipit Socin. in d. conſ. 70. num. 8. inquiens † paria eſſe quę ſunt in actu, aut in via deductionis ad actum: & Felinus in c. fina.
37 in princ. de Iudæ. dicit † idem priuilegium competere rei quę eſt in fieri, quod competit rei factæ: ad quæ accedunt multa quæ congerit Iaſon in l. quanuis. nu. 6. C. de inofficioſ. teſtam. & in l. admonendi. in lectu. nu. 53. & ibi Ripa. num. 57. ff. de iureiur. & poſt Bart. per Alex. in l. diuortio. §. interdum. num. 15. ff. ſolut. matrim. & in authent. ſi qua mulier. nu. 23. C. de ſacroſanct. Eccleſ. latè Tiraquell. de leg. connub. l. 15. num. 4. cum ſequentib.

Huic non parum ſuffragatur altera
38 regula, quã dicitur † deſtinationẽ pro actu facto, & completo haberi, vt latè tradit Felinus in c. cum adeo. de reſcript. Marſilius in l. is qui cum telo. C. de ſicarijs. Iaſon in l. cætera. §. ſed ſi petiuerit. & in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de legat. 1. quæ quidem regulæ procedunt, & habent locum in fauorabilibus, non autem in odioſis, ita tenent Doctores, & Alexand. in l. ſi quis id quod. num. 4. verſic. nec obſtat. ff. de nou. oper. nunciat. aliàs
39 de iuriſd. omn. iudic. & ibi Angel. † ſed cauſa fidei fauorabilis eſt. Clem. ſæpè. de verb. ſignific. gloſ. in extrauagant. ad reprimendum. quomodo in crim. læſæ maieſt. procedat. Felin. in c. 1. de libell. oblat. Simanc. de Catol. inſtitut. titu. 44. num. 30. vt probatur ex text. in cap. vt officium. de hæret. in 6. & ibidem Archidiacon. ex eo quod extra fidem non eſt ſalus. cap. alienus. c. quia ex ſola. c. quicumque ab vnitate fidei. 24. q. 1. & c. qui cathedram. 93. diſtinct. ergo procedũt in caſu noſtro, ne hoc crimen
40 hæreſis impunitum remaneat, eſt † enim delictum publicum, & pernicioſiſsimum in Rempublicam. l. ita vulneratus. in 1. reſponſo. ff. de leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. l. Stichum. §. tametſi. ff. de ſolu. l. ſi operis. C. de pęn. c. vt famæ. de ſent. excommunic. Petrus à Plaza in Epito. delictorum cap. 20. in princip. quod vtique procedit
41 etiam in pœnalibus; nam † conatus & proceſſus ad maleficium debet haberi pro maleficio, vt probatur ex ratione tex. in l. is qui cũ telo. C. de ſicar. l. 1. §. D. Adrianus. ff. eod. Et eſt communis opinio vt per Ioannem de Lignian. inter conſ. crimina. conſ. 15. volum. 1. Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. quæſt. 92. in princ. Ex quibus
42 DD. inferũt, quod ſi † exſtet ſtatutũ, ne vllus ſub grauibus pœnis extrahat triticum extra territorium, & quis inueniatur in itinere huic ſtatuto contraueniens, licet nondum exierit è prouinciæ finibus, venit puniẽdus, DD. in l. ſi fugitiui. & ibi Cepola. C. de ſeru. fugitiu. Ripa in tract. de peſte, titu. de præſeruat. remed. nu. 45. Iul. Clar. dicens communem in §. final. quæſt. 82. verſ. pone quod ille.

Rurſus regulæ prædictæ procedũt, & habent locum in caſu noſtro, quia
43 † vicinitas actuũ antè, vel pòſt quodammodo reddit diſpoſitionẽ eandem, & facit vnicum eſſe actum ratione contextualitatis, & ſimilitudinis. text. in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. c. officij. de electione Vnde de his actibus iudiciũ fit, prout fieri deberet de vno tantum. l. cum antiquitas. C. de teſtam. l. hæredes palàm. §. vno contextu. ff. eod. & quod vni ex illis actibus ineſt, alteri ineſſe creditur. l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. Romanus conſ. 445. num. 3. Iaſon in l. lecta. num. 14. ff. ſi cert. petat. Paris. conſ. 54. nu. 66. volum. 1. Gabriel comm. opin. lib. 1. titu. de præſumpt. concluſ 13. num. 5.

 cum

cum ſeqq. breuitas enim temporis,
quæ inter vnum, & alium actum in-
tercedit, hunc parit effectum.

Tertiò ſupponendum eſt, quòd
44 cum † diſpoſitio inſtructionis ſancti
Officij ſuper hoc negotio lata de-
claret ſuſpectum de hæreſi confeſſa-
rium ad libidinem inducentem pœ-
nitentem; potuit & ſimiliter ſuſpe-
ctum habere illum confeſſarium, qui
ſolicitaret proximè confeſsioni, antè
45 vel pòſt, cùm re verâ † paria ſint ali-
quid fieri in actu confeſsionis, vel
incontinenti antè, vel incontinen-
ti pòſt ex ſuprà adductis regulis, &
habetur in gloſſ. l. Pomponius. §. ra-
to. ff. de offic. Proconſul. & §. tutor.
inſtit. de auctor. tut. latè per Tiraq.
de retractat. conuentio. part. 2. §. 1.
gloſſ. 4. & 5. num. 25. DD. in l. 1. qui
præſens. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff.
& C. de pact. Gabriel vbi ſuprà. con-
cluſio. 13. de præſumpt. num. 2. Hinc
colligit notabiliter Bald. in l. 1. num.
4. circa finē. C. de oper. libert. quòd
46 † quando aliquid debet fieri certo
tempore, intelligitur illo tempore
factum, quod eſt immediatè factum
antè vel pòſt, quia in iure noſtro
idem tempus accipitur pro toto tem
pore: quod actui eſt neceſſarium, &
cohærens.

Ex his ergo dicendum eſt, quòd
47 tunc † dicitur actus proximus con-
feſsioni antè vel pòſt, quoties ad
alios actus extraneos non recedit
confeſſarius, licet per aliquod tem-
poris ſpatium duret tractatus ſolici-
tationis, ex his quæ tradunt Salice-
tus, Fulgoſius, Alexand. & Decius in
l. in bonę fidei. C. de pactis. & ibi gloſ.
in verb. incontinenti. & ibid. Odo-
fredus, Bald. & Angel. Tiraquell. de
retract. conuention. 2. p. §. 1. gloſſ. 8.
48 num. 25. quia † id incontinenti fa-
ctum eſſe dicitur, quanuis antè vel
pòſt facta ſint, cùm tamen ineſſe vi-
deantur. text. in l. lecta. verb. dice-
bam, & ibi Doctores. ff. ſi cert. petat.
49 quia quoties requiritur actus conti-
nuus, licet interueniat modicum
interuallum, dicuntur tamen fieri
vno contextu, vt notat Abb. in cap.
cum cauſam. num. 2. de electión. co-
pioſè Cagnol. in dict. l. lecta. nu. 54. &
ſequentib. & num. 109. ff. ſi cert. pe-
tat. Anton. Gabriel commun. opi-
nion. libr. 1. titul. de præſumpt. con-
50 cluſ. 13. His etiam confert quia † in
his quæ facta reperiuntur inter eaſ-
dem perſonas eodem die & loco, ra-
tio prioritatis, & poſterioritatis non
habetur, cùm talia in dubio præſu-
muntur facta incontinenti, & vno
contextu, vt notat Bald. in l. 1. circa
fin. C. de oper. libert. per gloſſ. &
text. in l. in operis. ff. locati. Idem in
l. penult. §. mulier. circa fin. ff. ſolut.
matrimon. & in l. legem. & l. petens.
num. 49. circa fin. C. de pactis: & facit
text. in l. ſi duas. & quod notat ibi
Bald. ff. de excuſat. tutor. vbi ſi pro-
51 betur quid † factum eodem die, præ-
ſumitur factum incontinenti, & hoc
etiam dicit Felinus. in c. Paſtoralis.
num. 15. verſic. ſcias etiā. de reſcript.
Ripa in reſponſo. 1. cap. 1. nu. 4. lib. 4.
reſponſ. Curtius conſ. 54. nu. 6. Cor-
netus. conſ. 350. vol. 1. omnes DD. in
l. 1. §. qui præſens. ff. de verb. oblig.
vbi Iaſon nu. 6. & 9. dicit eſſe notan-
dum in pract.

Quartò habito pro cōſtanti, quòd
ad Inquiſitores pertineat huius ſoli-
citationis criminis iudicium, viden-
dum nunc eſt, vnde originem duxe-
rit hæc noua reſeruatio: nam † cùm
ad Inquiſitores ea ſolùm ſpectent,
quæ fidem concernunt, vt probatur
ex text. in c. vt officium inquiſitio-
nis. de hæreticis lib. 6. Clement. 1. §.
1. eod. lib. 6. de hæret. Gemin. in cap.
ne aliqui. de hæretic. Ancharan. &
Ioann. Monachus in d. c. vt officium.
num. 3



num. 3. & Geminia. nu. 2. Philip. Frāc.
nu. 1. Tabienſ. verb. Inquiſitor. §. 28.
Eymeric. 3. p. Director. q. 45. & ibid.
53 Pegna comment. 114. Et † peccatum
ſolicitationis in confeſsione cōmiſ-
ſum non ſit contra fidem, ſed contra
continentiam, iuxta D. Thom. 2. 2. q.
81. artic. 5. imò ſi eſſentia, & natura
huius peccati inſpiciatur, ſacrilegij
videtur delictum nō excedere, neq;
in aliam peccatorum ſpeciem trahi.
Iure hinc optimo dubitari poſſet, an
ad ipſos Inquiſitores tanquam ad le-
gitimos iudices eius cognitio, & ſup-
plicium pertineat.

Pro cuius tamen rei intellectu nō
54 tandū eſt, † quod grauitas huius pec-
cati, & delicti ſolicitationis ex duo-
bus capitib. peti poteſt; nimirum ex
iniuria illata ſacramento, & ex con-
55 temptu; iniuria † verò, & cōtēptus
duobus modis poſſunt conſiderari:
vno modo materialiter, alio modo
formaliter; ſic inobedientia duobus
modis accipitur, formaliter, & mate-
rialiter. Quis dicitur contemptor, &
inobediens quando videlicet facit
opus aliquod vetitum à ſuperiore.
Tunc enim in affectu, quatenus tale
opus exercet, quodammodo con-
temnit illum qui talem ſanciuit le-
gem, & hoc modo intelligenda ſunt
plura ſacræ ſcripturæ loca, illud præ-
56 ſertim † Eſther 1. quādo Regina Va-
ſthi cōtempſit venire ad Regem Aſ-
ſuerum; & plura alia: quotieſcumq;
enim in ſacra Scriptura peccatores
contra Dei pręcepta delinquunt, vti
& nos dicimur quodāmodo Deum
cōtemnere in effectu, videlicet quia
opere, & facto diuino mandato con-
trario ab eo diſcedimus: ſic dicitur
57 † Leuit. 26. ſi nō audieritis me, & prę-
cepta mea, ſi ſpreueritis leges meas,
& iudicia mea contempſeritis, viſi-
tabo vos velociter in egeſtate. Hæc
omnia intelligenda ſunt de cōtem-
ptu materialiter ſumpto. Eâdem etiā
acceptione contemptus materialis
vtitur Paul. ad Hebræos 12. de Chri-
ſto agens, dum dicit: [Propoſito ſibi
gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione
cōtemptâ,] & Rom. 2. [an diuitias bō
nitatis eius contemnis?] & Eſaiæ. 33.
[Væ qui ſpernis, nonne, & ipſe ſper-
neris?] & in hac ſignificatione con-
temptus, & inobedientia omnia ge-
nera peccatorum tranſcendit, & in
omnibus reperitur, ſicut docet D.
Tho. 2. 2. q. 105. artic. 2. & Viguerius
c. 5. §. 12. verſ. 1. tit. de inobedientia.
liter. c. inobedientiā, & cōtemptum
inueniri in omni peccato, in quo
tranſgreditur præceptum aliquod:
non cogitando tamen de ratione
formali intentionis præcepti, ſed aliâ
voluntate, & intentione, putà dele-
ctandi, & complacendi.

58 Contemptus † verò formalis eſt,
quando actus contemnendi primò
fertur in eum, qui leges, & præcepta
ſanciuit: quâ ratione D. Thomas lo-
co citato dicit inobedientiam eſſe
ſpeciale peccatum, vt quando ex
intentione præceptum contemnit
quis, quando videlicet in exequēdo
intendit agere contra præceptum;
vel facere in deſpectum præcepti ſu-
perioris: & hic dicitur contemptus
formalis, & ſpeciale peccatum, vt do-
cet D. Thom. loco citato, & Caiet. in
commentar. artic. 2. de quo contem-
ptu intelligenda cenſeo ſequētia lo-
59 ca † ſcripturæ. 2. Reg. 12. [Quare con-
tempſiſti verbum Domini, vt face-
res malum in conſpectu eius?] &
Num. 19. [Contempſiſtis imperium
Domini, & nō credidiſtis ei, & vocē
eius audire noluiſtis,] vbi notādum
eſt valdè verbum, [Non credidiſtis.]
& Ezech. 5. [Hieruſalem contempſit
iudicia mea, & pręcepta, vt plus eſſet
impia quàm gentes,] & alius cele-
bris locus Eccleſiaſt. 49. [Reges Iudę

defecerunt, cōtempſerunt timorem
Dei,] & alius Sapien. 14. [Malè ſenſe-
runt de Deo ſeruientes idolis, iniu-
ſtè iurauerunt in idolo contemnen-
tes iuſtitiam.] In quibus ſpecialiter
locis de contemptu diuinæ poteſta-
tis, & iuſtitię quaſi formalis fit ſermo.
huic diſtinctioni elegantiſsimè lucē
afferens. Caiet. 2. 2. q. 34. art. 5. in qua-
tuor vltimis verſibus ſui commenta-
rij, & per totum commentum latè.
& D. Thom. in art. citato, in qua quæ-
ſtione videndus eſt Bañezius. 2. 2. q.
citat. & Aragon. ibid. quod valdè ob-
ſeruandum eſt.

60 Probatur etiam † contemptus ex
coniecturis, & indicijs, quando (ſcili-
cet) confeſſarius ſciens, & prudens
abutitur ſacramento pœnitentiæ,
quaſi dicat id ſibi licere, & delinque
re non erubeſcit: tūc enim ſuſpicio-
nem hæreſis incurrit, licet clāculum
talia committat, nam qui malè agit
odit lucem, Ariſtot. libr. 7. Ethic. ait:
[Magis iniuſti ſunt ij, qui magis oc-
culti procedunt,] & Socrates libr. 5.
61 hiſtor. Eccleſ. inquit: [Ea quæ † oc-
cultè geruntur, improbitatis ſuſpi-
cione pleniſsima ſunt.] c. cum ex in-
iuncto. de hæret. l. non exiſtimo. ff.
de adminiſtratione tutorum. l. vlti.
de ritu nuptiar. Tiraquell. in præfat.
de retractu conuentional. num. 13. &
in lib. de pœnis. cauſ. 57.

62 Præterea is etiam † ſuſpectus effi-
citur, quando citatus eſt, vel moni-
tus, & non comparet, quia tunc præ-
ſumitur in contemptum feciſſe, &
cenſendus eſt peccare, & delinque-
re. ita Felinus in cap. ſiquis. num. 7. de
maior. & obedient. Andre. Siculus
Barbat. in c. ſi celebrat. de clerico ex-
communicat. Ioſeph. Maſcardus de
probat. volum. 1. à num. 1. & ſic de-
63 bent † intelligi gloſſ. in cap. Metro-
politanū. 2. q. 7. & in c. cum illorum.
de ſentent. excommunicat. verb. in
contemptum Nauarrus in Enchirid.
cap. ibid. 23. nume. 42. de pœniten-
tentia diſtinctio. 1. in c. tres ſunt au-
tem. diſtinct. 1. ſuper gloſſ. 1. Per has
igitur coniecturas, & indicia iuridica
præſumitur quis peccare ex cōtem-
ptu, qui per coniecturas iuridicas in
foro exteriori quaſi ſe ſuo prodit in-
dicio, eò quòd legem, vel illius auto-
rem parui faciat. Non autem ſi mo-
uetur ad id principaliter per iram,
auaritiam, libidinem aut aliam cau-
ſam, licet iniuſtam ſecundū vtrumq;
Thom. 2. 2. q. 89. artic. 9. & Archidiac.
in cap. quicumque. 81. diſtinct. & Do
minicum in cap. nullus. 55. diſtinct.

Secundò nota, certum eſſe, & re-
ceptiſsimum tam apud Theologos,
64 quàm apud Canoniſtas, nullum † di-
ci formaliter hæreticum, niſi illum,
qui mente ſeu animo pertinaciter
affirmat aliquam ſententiam contra
fidem. Canoniſtæ in c. dubius. & cap.
firmiſsimè, & ibi DD. de hæreticis.
Eymericus in 2. p. Direct. quæſt. 31.
& ibid. Franc. Pegna comm. 56. & 57.
Turre-cremata in ſum. de Eccleſ. in
lib. 4. p. 2. cap. 12. Conrad. Brun. lib. 1.
de hæret. cap. 2. Paul. Guirland. tract.
de hæret. q. 2. Gundiſal. de hæret. q.
1. Zanchin. de hæret. cap. 2. & alij plu
res quos conſultò omitto, quod pa-
65 tet, quia † fides non conſiſtit ſolùm
in oris confeſsione, ſed præcipuè in
aſſenſu mentis, iuxta illud Pauli ad
Roman. 10. [Corde creditur ad iuſti-
tiam, ore autem confeſsio fit ad ſa-
lutem,] ergo hæreſis formaliter non
conſiſtit in verbo, aut opere exterio-
ri, ſed præcipuè in diſſenſu cordis; at-
que ex conſequenti non erit verè
hæreticus, niſi qui animo aſſeruerit
aliquam propoſitionem fidei con-
trariam.

Ex quo valdè augetur difficultas:
nam ſi (vt nuper dictum eſt) ad ratio-
nem hęreſis requiritur diſſenſus, qui
eſt



eſt actus intellectus, cùm is qui ope-
re, & practicè contemnit ſacramen-
tum, nimirum committendo illud
peccatum ſolicitationis, non habeat
diſſenſum aliquem circa ſacramen-
tum (imò poteſt tunc, quando ſolici-
tat, elicere actum fidei, dicens: cre-
do hoc verum eſſe ſacramentum, vt
re verâ eſt) videtur difficilè aſsigna-
re, vnde oriatur confeſſarium ſolici-
tantem dici ſuſpectum de hæreſi, vel
eius delictum ad ſanctum Inquiſitio-
nis officium pertinere, cùm ſolùm
materialiter contemnat ſacramen-
66 tum. Ex quo † materiali contemptu
nullus debet iudicari nec ſuſpectus,
nec hęreticus, quod patet in homine
committēte aliquid mortale, omit-
tendo videlicet cōfeſsionem, quan-
do tenetur confiteri, qui non dicitur
ob id ſuſpectus, nec formaliter con-
temptor, ſed materialiter tantùm.
Hoc etiam cōprobatur ex eo quod
docent Theologi. 1. 2. q. 1. peccato-
67 res † videlicet conſtituere vltimum
finem in creatura, quoties mortali-
ter delinquunt, nec ob id dicuntur
hæretici quanuis alium finem vlti-
mum ſibi conſtituant, nec idololatrę
dici poſſunt. Nam quanuis practicè,
& materialiter alium finem ample-
ctantur, videlicet creaturā, & Deum
quatenus taliter peccant, auferant;
quia tamen ſpeculatiuè non tollunt
Deum negando eum, ſed ſolùm in
affectu, non iudicantur hæretici. ita
docet Medin. 1. 2. q. 1. art. 5. in expli-
cat. artic. §. hinc verò. liter. A. eodem
modo ratiocinandum eſt de confeſ-
ſario ſolicitante, quare explicādum
eſt vnde inferatur eſſe ſuſpectus dę
hæreſi.

Tertiò nota, quod præter diſſen-
ſum, quo diſcedunt aliqui à fide, ſunt
aliqua facta, ex quibus præſumitur
68 aliquando hæreſis: per † extrinſeca
enim facilè intrinſeca cognoſcūtur,
& animi interiora indicantur. tex. in
l. ſi tamē ſine culpa. §. ei qui ſeruum.
ff. de ædil. edict. ibi. multo enim am-
plius eſt id facere quàm pronuncia-
re. & §. pauonum. inſtit. de rerum di-
uiſ. l. quidam in ſuo. ff. de cōditionib.
inſtitution. & cap. ex ſtudijs. de præ-
ſumpt. l. noſtram prouiſionem. C. de
69 teſtam. † ex factis itaque & geſtis ex-
terioribus animus, & voluntas intel-
ligitur. l. nutu. ff. de legat. 3. c. vidua.
de regula. Talis etenim præſumitur
70 † animus qualia ſunt facta. text. in c.
exiſtimāt. 11. q. 3. c. cauete. 22. q. 5. l. ſi
nō conuitij. C. de iniur. ex fructibus
enim, & actionibus hominum illi co-
gnoſcuntur. Matth. cap. 8. & proba-
tur in c. Apoſtolus. 81. diſtinct. opti-
mus text. in Clement. exiui de para-
diſo, §. cū enim. de verb. ſignif. [Cum
enim (inquit) ad veritatem vitæ per-
tineat, vt id quod exterius agitur in-
teriorem mentis diſpoſitionem, &
habitum repræſentet, &c.] Iuxta il-
lud Eccleſiaſt. 19. [Amictus corporis,
& riſus dentium, & ingreſſus homi-
nis enunciant de illo,] nam quanuis
formaliter loquendo hęreſis tantùm
71 ſit in intellectu, tamen † opus exter-
num etiam quodammodo dicitur
hæreſis, hoc eſt effectus, & opus ex
hæreſi procedens, quare explican-
dum eſt quæ ſunt illa facta ex qui-
bus Inquiſitores poſſunt hæreſim
colligere. In hac difficultate Soto in
relect. de hæreſi, dicebat aliqua eſſe
opera mala, quæ aliquando fuerunt
probata, vel laudata ab aliquo hære-
tico, vt circuncidere puerum, ado-
rare Mahumetum, & imagines con-
culcare, qui hæc autem fecerit me-
ritò erit ſuſpectus de hæreſi.

72 Sed quanuis † hæc Soti ſententia
primo aſpectu vera videatur, & no-
ſtro inſtituto ſatis accōmoda; aper-
tè tamen falſa eſt, nam ex ea ſeque-
retur, quod propter quodlibet pecca-

catum mortale, eſſent homines ſu-
ſpecti de hæreſi, cùm nullum ferme
ſit, quod non ſit probatum, & lauda-
tum ab aliquo hæretico, vt patet in-
ductione factâ per omnia peccato-
rum genera: Nam Nicolaus Socius
B. Stephani probauit adulterium
non eſſe peccatũ, & poſt Nicolaum,
Floriani, & Adamitæ, vt habetur 24.
quæſt. 3. c. quidam autem. & fornica-
tionem ſimplicem probauerũt Græ-
ci, vt autor eſt Guido Carmelita
de hæreſibus, hæreſi. 21. Quinimò
pæderaſtiam probauerunt ſcelera-
tiſsimi illi Vualdenſes, vt dicit idem
Guido capit. 18. quorum multa alia
exempla tradit Alphonſus à Caſtro
lib. 1. de iuſta hæreticorum punitio-
ne cap. 1. cuiuſmodi etiam fuerunt
Illuminati noſtris temporibus publi-
cè in oppido Lerena ad publicum
theatrum in actione fidei proditi,
quorum acta quæ in actis publicis
ſunt ſi inſpiciantur, mille ſolicitatio-
nibus, & tactibus impudicis referta
videbuntur, quaſi eſſent ſequaces
Beguardorum, & Biguinorũ, de qui-
bus in Clem. ad noſtrum. de hæret.
Ego verò in hac re tam difficili,
omiſsâ Soti opinione, diſtinguendũ
eſſe cenſeo, bifariam (ſcilicet) ſumi
73
opera. Quædam † enim ſunt, ad quæ
communiter homines proni, & pro-
cliues ſunt, & in quorum voraginem
etiam contradicente conſcientiâ, cũ
ſciant mala eſſe & peccata, præcipi-
tes prolabũtur: huiuſcemodi ſunt car-
nales voluptates, diuitiarum cupidi-
tates, honoris appetitus, &c. & de his
dico, quòd quantumcumque in illis
homo peccet, non poteſt eſſe nota-
biliter de hæreſi ſuſpectus, niſi aliun-
de iuſta ſuſpicio oriatur. Et ratio eſt
quia cùm ad peccata prædicta ſuffi-
ciẽter homo inſtigetur ex parte ap-
petitus, & volũtatis, & quanuis ſciat
illa eſſe mala, non tamen ea commit-
tere reformidat motus ſenſualitate:
74
eſt namque † ſenſualitas vis animæ
appetens deſiderabilia corpori, refu-
tans nociua. gloſſ. in Clem. ad noſtrũ
ver. ſenſualitas. de hær. & in Clem.
vnic. in 2. reſponſo. de ſum. Trinit. &
fid. Catholic. in his certè non poteſt
cõſiderari error intellectus. Dixi niſi
aliunde iuſta ſuſpicio oriatur, quia
poteſt cõtingere etiam in prædictis
peccatis, quòd ex aliqua circunſtan-
75
tia oppoſitũ iudicemus, vt ſi † ſacer-
dos aliquis, vel religioſus matrimo-
nium publicè, ſiue clam cõtraheret,
is quidem licet ex actu carnali non
poſſet iudicari ſuſpectus de hæreſi,
tamen propter matrimoniũ adiun-
ctum, dignè præſumeretur ſuſpectus
de hæreſi, vtpotè qui malè ſentit de
ſacramẽtis, & votis Eccleſiæ, & ideo
poſſunt Inquiſitores animaduertere.
Palatius Rub. in c. per veſtras. de do-
nat. inter virum, & vxorem §. 18. nu.
26. verſ. ex quo meo iudicio. & rectè
docet Simanc. in Enchirid. violatæ
religionis. tit. 12. Ioann. Anan. in c. ad
abolendam. de hæret. nu. 27. Calder.
conſ. 5. titu. de hæreticis Campeg. in
addit. ad Zanchin. cap. 25. verſ. Idem
quoque, qui ſpeciatim loquuntur de
religioſo profeſſo. Verùm idem dicẽ-
76
dum eſt de clericis † qui ſacris ordi-
nibus ſunt initiati: nam ſi matrimo-
nium contrahunt ſuſpecti in fide fiũt
& Inquiſitorum iudicio ſubijciũtur.
Bernard. Diaz in pract. criminal. Ca-
nonic. cap. 80. nu. 3. & ibid. Ignat. Lo-
pez de Salced. verſ. redditur præter-
ea ſuſpectus. Simancas de Catho. in-
ſtit. tit. 40. nu. 12. Palatius Rub. vbi ſu-
prà. Ioann. Rojas in tractatu de hæ-
reticis. 1. part. num. 550. Franciſc. Pe-
gna in 2. part. Direct. comment. 74.
§. atque hæc ſententia. eandem ſen-
tentiam tenuerunt Butrig. & Bald. in
l. 3. C. de ſum. Trinit. & fide Catholi-
ca. Bermondus in tractat. de publicis





concubinarijs. §. de pœnis. verſ. præ-
terea. num. 4.
Ad eũdem ergo modũ dico, quòd
77
licet † ſacerdos ſolicitans mulierem,
motus ardore carnis, ex natura hu-
ius actus, & ſceleris carnalis non poſ-
ſit iudicari ſuſpectus de hæreſi, ta-
men propter ſacramentum adiun-
ctum illi iniquæ ſolicitationi, dignè
præſumitur ſuſpectus, quia malè vi-
detur ſentire de ſacramentis Eccle-
ſiæ: & fortaſsis Soti opinio, ſi ſpecia-
liter limitetur, vt putà dicendo pro-
fanationem ſacramẽtorum eſſe ſpe-
cialiter laudatam ab hæreticis (quic-
quid ſit de alijs peccatis) non eſt
78
contemnenda: ſi quidem, vt † om-
nes norunt, hæretici ſummopere
curarunt hoc ſacramentum auricu-
laris confeſsionis tollere, & impro-
bare profanando, illo impiè abuten-
do, vt conantur perſuadere veteres
illi hæretici impij Nouatiani, & Mõ-
taniſtæ, teſte Epiphanio. hæreſ. 59.
& Auguſtin. hereſ. 18. quibus adhæ-
ſerunt Audianij temporibus Valen-
tiniani Senioris, vt ex Theodoreto
lib. 4. de fabulis hæreticorum intel-
ligi poteſt. Hi namque confeſsio-
nem peccatorum iubebant, & ab-
ſolutionem largiebantur, ſed nul-
lam iniungebant pœnitẽtibus mul-
ctam: & ideo pœnitentes, quia per
iocum ac ludum confeſsionem à ſe
exigi intelligebant, grauia peccata
celabant, & pauca quædam ac leuia
fatebantur, planè ad eum modum
quo nunc Lutherani confiteri pec-
cata coram ſuis miniſtri ſolent.
79
Meſſaliani † quoque ijſdem tem-
poribus exorti, Damaſceno teſte in
libro de centum hæreſibus pecca-
ta dimittebant, nullâ habitâ ratione
pœnitẽtiæ, & canonũ Eccleſiæ. Poſt-
modum Ioann. Vvicleffus (vt te-
ſtatur Thomas Vualdenſ. tom. 2. de
ſacrament. cap. 135.) confeſsionem
ſacramentalem apertè oppugnare
cœpit, aſſerens eam in ſcripturis
non fundari, & ex ſola inſtitutione
Papali introductã eſſe: exſtitit etiam
ante annos circiter centum quidam
Petrus Oxomenſis, qui confeſsionẽ
peccatorum in ſpecie affirmabat nõ
eſſe de iure diuino, ſed ex aliquo
ſtatuto vniuerſalis Eccleſiæ, vt vi-
dere eſt in Sum. Cõciliorum in De-
cretis Sixti Papæ IIII.
In eodem errore, noſtro etiam ſe-
80
culo verſati ſunt † Eraſmus Rotero-
damus, & Beatus Rhenanus, ille in
annotationibus ad Epiſtol. ſancti
Hieronymi ad Oceanum de obitu
Fabiolæ, & in annotatione ad cap.
19. Act. & in methodo Theologiæ:
hic in annotationibus ad librũ Ter-
tulliani de pœnitentia. Vterq; enim
docet confeſsionem ſecretam ſin-
gulorum peccatorum non modò
non eſſe iure diuino inſtitutam, aut
imperatam, ſed neque in vſu anti-
quæ Eccleſiæ fuiſſe. Porrò Luthera-
ni, & quotquot ab illis ſectæ hæreti-
corum exortæ ſunt, licet variè ſen-
tiant de confeſsione, omnes tamen
in eo conueniunt, vt non ſit neceſſa-
rium omnia peccata ſacerdotibus
confiteri, ex quo illud etiam ſequi-
tur, vt cõfeſsio integra peccatorum,
qualis in Eccleſia Catholica exigitur
non ſit diuinitus inſtituta, & in ſpe-
cie Martinus Lutherus in lib. de ca-
ptiuitate Babylon. cap. de pœniten-
tia, ſcribit quidem confeſsionem
ſecretam, quæ modo celebratur, ſi-
bi valdè placere, & eſſe vtilem, vel
potius neceſſariam, tamen addit
tres errores. Primò non poſſe eam
probari ex Scripturis. Secundò non
eſſe neceſſarium confiteri omnia ſa-
cerdotibus: ſi quis enim correptus
eſt à fratre, quem fortè læſit, agno-
ſcat coram illo peccatum ſuum, &
veniam petat. Tertiò damnat omni-

no eos, qui docent circunſtantias
peccatorum in confeſsione eſſe de-
tegendas.[Ego(inquit) quicquid eſt
circunſtantiarum cõſuluerim peni-
tus contemnere,] & in ſermone de
pœnitentia docet nõ eſſe cõfitenda
venialia,neq; omnia mortalia,ſed ea
tantũ, quæ ſunt manifeſtè mortalia.
Ex quo loco deprõpti ſunt articuli,
quos Leo X. damnauit. Nã art.8.ne-
gat omnia peccata mortalia eſſe cõ-
fitenda, & addit in antiqua Eccleſia
ſola peccata manifeſtè mortalia ad
confeſsionẽ adduci conſueuiſſe.Eoſ-
dẽ errores profitentur, & ſequuntur
Philipp. Melanchthon in confeſsio-
ne Auguſtana, & eius Apologia ar-
tic.11. & 12.& in locis communibus
titu. de pœnitentia. Ioannes Oeco-
lampad.libr.de confeſsione Ioannes
Brentius in cõfeſsione Vvitember-
genſi,& in eius apologia,& in homi-
lijs de pœnitentia. Ioannes Calui-
nus lib.3.inſtit. c.4. §. 7.& lib.4.c.19.
Ioann. Vuigandus in lib. qui inſcri-
bitur Methodus doctrinæ Eccleſiæ
Magdeburgenſis c.18. Petrus Palla-
dius in admonitione de pœnitentia,
& iuſtificatione. Dauid Critheus in
ſua Catecheſi loco.8. Martin. Xem-
nitius in 2.part.examinis Tridentini
Concilij ad 14.ſeſsionẽ. Theod.Beza
in ſua cõfeſsione fidei c.2.Vnde cùm
cõfeſſarius hiſce noſtris temporibus
ſolicitans mulierem in confeſsione
aliquatenus videatur opere illis cõ-
ſentire , iure optimo ſuſpectus de
hæreſi dicitur. Tum quia prædi-
ctorum hæreticorum errores negan-
tes neceſsitatem,& diuinitatem hu-
ius ſacramenti pœnitentiæ ad ſen-
ſum patefiunt, tum etiam quia ma-
nifeſta res eſt Deum tam in veteri,
quàm in noua lege homines pœni-
tere præcepiſſe, patet Hierem. c. 3.
vbi Dominus oſtendit ſe magis in-
fenſum obſtinatione populi Iſraeli-
tici,quàm ob alia eorum quæcumq;
ſcelera,ait ibi:[Frons mulieris mere-
tricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſce-
re,] quod ipſe Propheta indigno fe-
rens animo, ſubiungit: [percuſsiſti
eos,& non doluerunt, attriuiſti eos,
& renuerunt accipere diſciplinam.]
Verùm hodie hæc diſputatio aduer-
ſus omnes iam notatos errores abo-
lita eſt in Concilio Tridentino ſeſſ.
14. capit. 5. & can. 6. 7. & 8.vbi non
81 ſolùm declarat † confeſsionem om-
nium peccatorum mortalium iure
diuino neceſſariam eſſe ijs, qui poſt
baptiſmum in peccata labuntur, ſed
etiam anathema dicit, qui contra
auſus fuerit diſputare. Idque proba-
tur ex varijs locis ſacræ Scripturæ.
Primò ex verbis Chriſti: Ioannis c.
20. [Quorum remiſeritis peccata,
remittuntur eis, & quorum retinue-
ritis,retẽta ſunt;]quibus verbis Chri
ſtus poſt reſurrectionem ſuam pœ-
nitentiæ ſacramentum inſtituit. Se-
cundò ex Matth. c. 16. vbi Petro di-
citur: [Tibi dabo claues regni cæ-
lorum, & quodcumque ligaueris ſu-
per terram, erit ligatum & in cæ-
lis, & quodcumque ſolueris ſuper
terram, erit ſolutum & in cælis.]
Tertiò ex eodem Matth. capit. 18.
[Quæcumque alligaueris ſuper ter-
ram, &c.] quæ verba omnibus Apo-
ſtolis dicta ſunt, & in ipſis omnibus
ſacerdotibus. Quartò ex Actis Apo-
ſtolorum cap.19. vbi dicitur. [Multi
credentium veniebant confitentes,
& annunciantes actus ſuos.]Quintò
ex Apoſtol.2. ad Corinth.5.dicente.
[Dedit nobis miniſterium reconci-
liationis, & poſuit in nobis verbum
reconciliationis pro Chriſto,ergo le-
gatione fungimur.]Sextò ex B.Iaco-
bo Apoſt.cap.5. qui monẽs homines
ad confeſsionem,dicit: [Confitemi-
ni alterutrũ peccata veſtra.]Septimò
& vltimò ex Ioann.c.1. [Si confitea-
mur



mur peccata noſtra fidelis eſt, & iu-
ſtus,vt remittat nobis peccata noſtra
& emũdet nos ab omni iniquitate.]
quæ verba non tantùm probãt con-
feſsionem ſacramentalem poſt mor-
tale peccatũ eſſe de iure diuino,ve-
rum etiam cõfeſsionem ſingulorum
peccatorũ in ſpecie,quia non ſolùm
dicit[Si cõfiteamur,]ſed inſuper ad-
dit [peccata noſtra,] quæ in particu-
lari,& in ſpecie à nobis committun-
tur.Probaturq; hæc veritas hac ratio
82 ne efficaci. Quotquot†peccatũ mor
tale cõtraxerũt iure diuino tenẽtur
de illo pœnitẽtiam agere; atqui nul-
lum remedium ad hoc homini ſu-
pereſt, niſi confeſsio ſacerdoti facta;
ergo maior per ſe euidẽs eſt ex ver-
bis D.Matth.c.3.[Pœnitentiam agi-
te,]& Lucæ c.13.[Niſi pœnitentiam
habueritis omnes ſimul peribitis,]
minor verò etiam apertè conſtat ex
locis initio citatis , in quibus Chri-
ſtus Apoſtolos,& in ipſis ſacerdotes,
iudices, & potẽtes in terra cõſtituit
in cauſis pœnitentiũ:ita vt ſine ipſo-
rum ſentẽtia nemo poſſet reconci-
liari. Debent enim eis innoteſcere
peccata,vt ferre poſsint ſententiam
de primo ad vltimum. Confeſsio ſa-
cramẽtalis eſt de iure diuino neceſ-
ſaria.ita tenet D.Tho.in 4.diſt.17.q.3
art.1.& 2.& diſt.21.q.3.art. 1. & diſt.
22.q.2.art.3.Durand.in 4.diſt.17.Sot.
in 4.diſt.18.q.1.ar.3.Medina in tract.
de cõfeſsione.q.5.Nauar. in Manua-
li.c.2.n.5.Victoria in ſum. de ſacram.
q.129. & eſt cõmunis ſententia om-
niũ Theologorũ. Idem tenet Panor.
in c.vtriuſq; ſexus.nu.18.de pœnit.&
remiſſ.gloſ.in c.nemo.9.q.3.Ioannes
Andr.& idẽ Panorm.in c.dilectus.de
exceſsib. prælatorum.Secundò,quia
etſi verũ ſit, quòd in lege naturæ te-
nebãtur homines de peccato dolere
ratio tamen naturalis nõ illis indica-
bat hoc fieri per confeſsionẽ: quarę
quilibet proprium remedium pœni-
tendi eligebat per ſigna aliqua exte-
riora, ſicut ad libitum ſacrificabat.In
83 lege verò Moyſi † iam modus pęni-
tendi fuit aſsignatus,vt dolor potiùs
eſſet in corde,quàm in opere exter-
no iuxta illud Ioel.2.[Scindite corda
veſtra,& non veſtimenta veſtra,] &
talis dolor peccatorum per cõfeſsio-
nem ſaltem in generali factam mini-
ſtris Dei ſignificabatur:nõ tamen ad
huc erat inſtitutum, vt homines do-
lerent per confeſsionẽ peccatorum
ſuorum in ſpecie,ſub ſpe veniæ:quia
nondum erat in Eccleſia clauiũ po-
teſtas,quę ex Chriſti paſsione fluxit.
Ideo ſacerdos ſolùm orabat,& nõ re
mittebat. In lege verò Euangelica,
iam Chriſtus claues, & poteſtatẽ re-
mittendi peccata tribuit Eccleſię,&
ſacerdotibus: pœnitentiæ materiam
alio modo quàm in lege naturali, &
ſcripta inſtituit,aperiẽdo ſcilicet pec
cata confeſſoribus per oris confeſ-
ſionẽ. Quare de iure diuino pecca-
tores tenentur confiteri. Hanc ean-
dem ſententiam multis modis con-
firmat D.Ioan.Chryſoſt.libr.3.de ſa-
cerdotio.D.Hieron.in Epiſt. ad He-
liodorum de vita ſolitaria. D. Ambr.
lib.1.de pęnit.c.2.& ſeqq.D. Auguſt.
lib.20.de ciuit. Dei.c.9. Innocẽt.I.in
Epiſt. 1.ad Decentiũ c. 7.D.Gregor.
Homil.26.in Euangel.exponens illa
verba.[Quorum remiſeritis peccata
remittuntur eis,&c.Principatum(in-
quit) ſuperni iudicis ſortiuntur, vt
vice Dei quibuſdã peccata relaxẽt,]
quod vtiq;etiam probatur ex Conc.
Laodicen. can. 2. ante mille,& cen-
tum annos celebrato, & in Synodo
6.can.102.& Conc. Carthaginiẽſi.3.
can.31.& Conc.Cabilonen.1.& Cõ-
cilio Cabilonen.2.can. 32. Concilio
Turonico.3.c.22.& in Cõc.Rhemẽ-
ſi can.12.&16.& Conc.Pariſien.c.32.
& 46.& Cõcil. Magunt. ſub Rabano

 Archie-

Archiepiſcopo c.26.& Conci. Vuormacenſ. celebrato ann. Domini 868. c.25. Ex his igitur teſtimonijs ſatis apparet iniquitas, & error hæreticorum: ac antiquitatem Eccleſiæ in Germania longè aliter de confeſsione ſenſiſſe ac docuiſſe, quàm nunc ſectarij ac nouatores Lutherani ſentiant, & doceant. His accedāt Concilia Generalia Lateranen. ſub Innocent. III. cap. 21. Conſtantienſe ſeſſ. 8. Florentin. in inſtructio. Armeniorum, & Trident. dicta ſeſſ. 14. ex quibus etiam apertè conuincitur hæreticorum omnium error, & impietas, qui confeſsionem non eſſe neceſſariam, nec iure diuino mandatam impudenter aſſerunt. Vnde etiam oriri poteſt ſuſpicio contra confeſſarios ſolicitantes, & inducentes ad libidinem filias ſpirituales in actu confeſsionis, aut proximè illi: antè vel pòſt, quaſi id faciant in contemptum ſacramenti pœnitentiæ, & videantur adhærere erroribus hæreticorum, eoſque ſequi.

Verùm, vt veritas magis elucidetur, & aperiatur, rurſùs ſupponēdum
84 eſt alia eſſe † opera, ad quæ homo nō inclinatur ex propria, & inſita natura, & appetitu, imò illa voluntas naturaliter refugit, & abhorret, nec illa committit homo, niſi motus vehemēti paſsione, vel errore intellectus, vt ſunt occiſio ſui ipſius, abſciſsio membri principalis: de quibus dico, quòd quando talia opera fiūt, inquirendum eſt an præceſſerit vehemēs animi paſsio, quæ hominem ad tam horrendum ſcelus impulerit: etſi reperiatur præceſsiſſe, tunc talia committens iudicandus erit peccaſſe ex vehementi paſsione, & ex infirmitate, nō autem ex errore intellectus: veluti ſi quis victus tædio tentationis in odium libidinis ſibi virilia amputaret, hic deſperatione ſeductus, non errore intellectus id facit, non autem peccat contra fidem, ſed ex paſsione, & puſillanimitate, vt docet D. Thom. 2.2.q.20.art. 2. ſi autem conſtiterit hoc non fieri ex paſſione, tunc ſuſpicandum erit feciſſe id errore intellectus, quòd crediderint licitum fuiſſe id facere, & tunc ſuſpecti ſunt de hæreſi. argum. Clem. ad noſtrum. in verſ. actus autem carnalis (cùm ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt. de hæretic. Error
85 † enim maximus eſt intellectus, exiſtimantis naturam ex ſe inclinare ad actū libidinoſum turpem: cùm enim Deus autor ſit naturæ, & eius inclinationis, ſequeretur ſi natura ad malum inclinaret Deum eſſe autorem peccati: quemadmodum ſi enſis primo ictu frangeretur talis defectus artifici eſſet tribuendus: & ſi Adam cùm primùm creatus fuit inciperet claudicare, talis claudicatio licet tribueretur homini habenti principiū motus, nihilominus tamen ipſe creator diceretur cauſa talis claudicationis, quatenus dimanabat ſecundum principium datum ab autore naturæ. Hoc exemplum in ſimili de tibia ponit D. Tho. 1.p.q.63.art. 5. in corp. ad probādum angelum in primo inſtanti creationis peccare nō potuiſſe, quia tale peccatum Deo imputaretur, qui cauſa nequit eſſe peccati. Et hæc doctrina verificatur in libero arbitrio, etiam inquantum liberum arbitrium eſt, cuius inclinatio nō poteſt eſſe ad malum, quanuis ſit cū indifferentia naturali ad hoc, vel ad
86 aliud bonum. Vnde † natura hominis ex ſe nunquam inclinare poteſt ad actū carnalem malum, quòd ſi modò inclinat, hoc eſt propter appetitum læſum, & inordinatum naturæ lapſæ, quæ vulnerata remanſit poſt peccatum. Deus enim cùm à principio hominem condidit, illum rectum

creauit



creauit, vt dicitur Eccleſiaſtic. 7. iuſtitiâ originali illum ornauit, cuius munus, & officium erat appetitum ſenſitiuum intra rationis limites cōtinere. Si autem homo poſtea inordinatè appetit, ſibi imputet tanquam ſi oculos ſibi eruiſſet: & non Sapientiæ diuinæ, quæ naturam bonam, & cum bona inclinatione condidit. Itaq; ſecūdum diuinam Theo-
87 logiam hoc certum eſt † omnem inclinationem naturalem appetitus ſenſitiui in hominis bonū eſſe, quod probatur euidenter: nam in tali appetitu eſt inclinatio naturalis ad cōgreſſum cum muliere, quæ de ſe optima eſt, & neceſſaria ad ſpeciei conſeruationem; quòd verò inclinet ad alienam mulierem, hoc eſt, ex defectu noſtro: quemadmodum potentiæ ſenſitiuæ hominis, omnes ex ſua natura ordinantur ad perfectam hominis cognitionem: ex accidenti tamen aliquando ſunt illi occaſio errandi, veluti patet in baculo immerſo in aquam, de quo iudicamus ali-
88 ter, quàm ſit; creaturæ † etiā propter hominis bonum conditæ ſunt, quæ tamen propter malitiam ipſius fiunt illi in laqueum, & in muſcipulam, vt habetur Sapien. 14. non diſsimiliter natura hominis, & eius appetitus ſenſitiuus, naturâ ſuâ ad bona ſenſibilia, & officia corporalia in bonū hominis à Deo ordinata fuêre: & vt obedirent rationi per accidens, tamen & ex defectu hominum ſæpiſsimè ad malum inducūt. Hæc latè proſequitur Medina. 1.2. quæſt. 24. ar. 4. qui ergo ad actus libidinis ſolicitāt, exiſtimantes non eſſe peccata, quia ad illos natura inclinat, ij tanquam errore intellectus (vt demonſtratum eſt) obcæcati, & non impulſu paſsionis inſurgentis ſuſpecti ſunt de hæreſi.

89 Alia opera ſunt † ad quæ voluntas non ex ſe mouetur, nec illa refugit, ſed indifferēter ſe habet ad illa, qualia ſunt ceremoniæ Iudaicæ, & Saracenorum ritus, qui cùm ex natura ſua nihil habeāt, quo poſsint aut voluntatem allicere aut fugare, cùm fiunt ab homine, credendum eſt ea fieri ab intellectu per motum erroris ductū: & de his dico, quòd cùm homo iſta facit, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, quia rationabiliter credere poſſumus huiuſmodi hominem ad illa inclinari ex errore intellectus iudicantis talia opera licita eſſe, & bona, & inter alia opera iam nuper à nobis relata, hæc poſteriora ſunt ex quibus Inquiſitores rationabiliter poſſunt cognoſcere, & hæreſim pronunciare.

Ex quibus in concordiam Sotum reuocare poſſumus, dicendo, quod licet hæretici omnia peccata laudēt, & probauerint, tamen quia ſpecialiter ſacramentorum abuſum curant, ideo qui in confeſsione ſolicitat, vel proximè circa actum cōfeſsionis talia impudenter perpetrat, ſpecialiter videtur cum illis communicare, quia præſumitur velle ſacramentum profanare, veluti hæreticus, & vt talis cenſendus eſt.

His ita ſuppoſitis ad quæſtionem,
90 reſpondeo hac concluſione: † Inquiſitores iuſtè poſſunt procedere, & procedunt contra confeſſarios ſolicitantes turpiter ad libidinem mulieres in actu confeſsionis, vel proximè ante, vel poſt circa illam, vtpotè, contra ſuſpectos de hæreſi, quanuis, illa ſuſpicio leuis, & modica ſit. c. accuſatus. de hæretic. lib. 6. ibi: leuis, & modica ſuſpicio. c. vt officium. eod. titu. & lib. 1. contra infamatos, & ſuſpectos. Frāc. Squillacen. de fide Cathol. c. 26. Simāc. tract. de Cathol. inſtit. tit. 50. num. 24. Albert. de agnoſc. aſſertio. Catholicis quæſt. 34. nu. 46. Dixi in concluſione in actu confeſ-

ſionis,

ſionis, vel proximè, vt intelligatur
91 non eſſe † admittendam Nauarri
opinionem lib. 5. Conſiliorum titu.
de hæretic. conſil. 2. à nume. 1. & 5.
pag. 121. relati etiam (licet malè) ab
Emmanuele Rodriguez c. 204. ſum.
tom. 1. fol. 578. qui dicit eandem eſ-
ſe rationem quando confeſſarius fi-
liam pœnitentiæ ſolicitat poſt lon-
gum tempus, extra confeſsionem:
idque dicit etiam ad Inquiſitores
pertinere ex priuilegio, & ex rece-
pta conſuetudine. Eidem Emma-
nuel Rodriguez manifeſtè aduerſa-
tur, & meritò loco citato, inquit: In-
quiſitores non habere priuilegium
niſi cùm ſolicitatio exercetur in actu
confeſsionis, vel proximè circa con-
feſsionem. Eandem ſententiam de-
fendit Ludouicus Lopez in ſum. to-
mo. 1. capit. 35. fol. 197. §. at hic iam.
92 vbi idem videtur dicere † de con-
feſſario ſolicitante puerum in con-
feſsione ad nefandum peccatum, &
quanuis ipſe prçcitatus autor dubius
maneat, & anceps, an ad Inquiſitores
hic caſus pertineat; ego tamẽ quod
ad irreuerẽtiam ſacramenti attinet,
ſimiliter cenſeo de confeſſario ſoli-
citante in confeſsione puerum ad
nefandum peccatum, atque de con-
feſſario ſolicitante fœminam, cùm
in vtroq; caſu eadem irreuerentiæ
ratio inambulet. Verùm quanuis eo-
dem modo in ſuſpicionem læſæ fidei
vocari poſſet, nullatenus tamen cõ-
tra eum poſſunt Inquiſitores proce-
dere, quia ſi de hoc crimine cogno-
ſcere poſſent, id eſſet, vel ex iure cõ-
muni, vel ex priuilegio, aut conſue-
tudine, non ex iure communi, vt pa-
tet ex his quæ diximus de ſolicitãte
fœminam, ſed nec ex priuilegio cùm
tantùm ſit in eo expreſſus confeſſa-
rius ſolicitans fœminam, de conſue-
tudine autem nulla poteſt eſſe diffi-
cultas, cùm nunquam in fidei edicto
vlla de hoc crimine mẽtio facta fue-
rit. Eſſet tamen Chriſtianæ Reipu-
blicæ vtiliſsimum vt in prouincijs
vbi homines ad hoc deteſtabile pec-
catum ſunt procliuiores, poſtulare-
tur à Summo Pontifice, vt ad cõfeſ-
ſarios etiam ſolicitantes pueros in
confeſsione, extenderetur priuile-
93 gium: quia † vbi eſt eadem ratio, &
omnimoda ſimilitudo, debet eſſe ea
dem iuris diſpoſitio etiam in pœna-
libus: quia tunc non dicitur fieri ex-
tenſio, ſed quędam declaratio. notat
gloſſ. ſingul. in c. 1. in verb. Italiæ. de
temp. ord. lib. 6. quam pro ſingulari
commendat Panorm. in c. nihil. col.
antepenult. de electio. & in cap. fi-
nal. 2. col. de reſcript. & Cynus in l. 1.
C. de interdict. vbi Bald. dicit in 2.
colum. circa med. allegando illam
gloſſ. quod vbi eſt eadem ratio, ibi
idem eſt caſus formalis ex mente iu-
ris, licet non ſit eadem materia, & in
l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. col. 2.
verſic. dubitatur ergo. in fin. dicit
94 quòd conſtitutio pœnalis non dici-
tur extendi, vbi extenditur ex men-
te eiuſdem conſtitutionis, iuxta do-
ctrinam gloſ. in c. ſi poſtquam. de ele-
ction. lib. 6. vbi gloſſ. in verb. mente
modicum vltra medium. Idem fir-
mat expreſsè Bald. in l. illud. col. 2. cir
ca medium verſ. item nota ex gloſſ.
95 C. de ſacroſanct. Eccleſ. quod † licet
lex prohibeat extenſionem, tamen
fiet extenſio de ſimilibus ad ſimilia,
& hoc ſentit ibi gloſ. in verſ. alia cau
ſa, in princip. & ſubdit Bald. quòd
96 † illa dicuntur ſimilia, in quibus eſt
eadem ratio, vel maior. l. non ſo-
lum. §. qui priuilegium. ff. de excuſa.
tutor. & tunc non dicitur fieri ex-
tenſio propriè, ſed hoc dicitur in-
eſſe de iure: allegatur Cynus ibi:
& gloſſ. in d. c. 1. & hæc proculdubio
procedunt in caſu hęreſis, cùm fauo-
rabilis ſit fauore fidei. Nihilominus
tamen



tamen deſiderarem Summi Pontifi-
cis declarationem.

Probatur ergo noſtra firma con-
cluſio. Primò, ad Inquiſitores perti-
net iudicare omnes hæreticos, & de
97 hæreſi ſuſpectos, eò quòd † fidei iu-
dices ac cenſores ſint, & ſedis Apo-
ſtolicæ ſpecialiter delegati, gloſ. com
mun. recepta in Clem. nolentes. de
hæretic. verſ. ipſorum commiſſarijs,
Ioannes Andræas, Geminianus, &
comm. DD. in c. ne aliqui. de hæreti-
cis lib. 6. Abb. in c. cauſam matrimo-
nij. nu. 7. de officio deleg. & in c. fin.
de ſentent. & re iudicata, Gundiſal-
uus in tract. de hæret. q. 23. num. 6.
& dicit communem Alciat. in rub. de
offic. ordin. num. 19. Simanc. de Ca-
thol. inſtitut. tit. 34. num. 13. Locatus
verb. Inquiſitor. num. 5. Ioann. Ro-
jas in ſingul. fid. 27. 28. & 97. & alij
plures quos ipſi referunt. Sed cõfeſ-
ſarius ſolicitans mulieres in actu cõ-
feſsionis, vel proximè illi, eſt ſuſpe-
ctus de hæreſi; ergo iudicium iſtius
ad inquiſitores pertinebit: probatur
98 minor propoſitio: ideo † ſacerdos, vel
religioſus publicè ducens vxorem
dicitur de hæreſi ſuſpectus; quia li-
cet ex actu carnali non ſit ſuſpectus,
tamẽ propter matrimonij ſacramen-
tum adiunctum carnalitati, præſu-
mitur ſuſpectus de hæreſi. Ergo eo-
dem modo licet confeſſarius ex car-
nis ardore, & deprauatâ naturâ non
poſsit iudicari ſuſpectus, tamen pro-
pter adiunctum ſacramentum pœ-
nitentiæ, cui maxima irrogatur iniu-
ria debet reputari ſuſpectus, in quo
caſu, & ſimilibus contemnitur ſacra-
mentum.

Secundò id manifeſtum arguo ex
99 Soti opinione. Opera † ab hæreticis
ſpecialiter laudata ſuſpicionem ma-
nifeſtam hæreſis inducunt; ſed pro-
fanatio confeſsionis, & ſacramento-
rum laudatur ab hæreticis Luthera-
nis, vt ſuprà diximus, imò tollitur
non ſolùm ab eis, ſed etiam à Sarace-
nis dicentibus, impoſsibile eſſe ho-
minẽ ab homine abſolui à peccatis.
Eymeric. in 2. p. Directorij. q. 21. nu.
2. & diximus in tit. de Saracenis, ergo
cùm confeſſarius ſolicitans in actu
confeſsionis faciat opus quod natu-
râ ſuâ profanare videtur ſacramen-
tum pœnitentiæ, erit re verâ ſuſpe-
ctus de hæreſi: conſequentia proba-
tur ex his quæ dixi in 3. annotatione.

Sed dubium eſt, quæ ſuſpicio ſit
hæc, an ſit leuis, vel vehemens, aut
violenta.

Pro cuius dubij reſolutione decla-
100 randum eſt, quid † ſit ſuſpicio. Bald.
in l. ea quidem. num. 3. C. de accuſat.
ſic diffinit, quod ſit aliqualis animi
applicatio ad aliquid, cum vehemẽ-
ti titubatione. Hanc definitionem
refert, & tenet Nouellus in pract. cri
minal. in princip. ſub titulo indicia.
num. 34. Albertin. in tract. de agno-
ſcend. aſſertio. Cathol. q. 34. nu. 4. ad
finem verſ. & aliquando. vbi inquit
101 quòd † ſuſpicio mouet animum iu-
dicis: non tamen in totum remouet
dubitationem. argument. text. in l.
lege Aquilia. ibi: ad ſuſpicionem iu-
dicis. ff. ad legem Aquil. & l. abſen-
tem. ff. de pœnis. Petrus Antonius à
Petra in tract. de fideicommiſſo. q. 9.
num. 103. vbi pariter ex Bald. vbi ſu-
102 prà, dixit, quod † ſuſpicio eſt motus
quidam mentis ad aliquid cum ve-
hementi titubatione. Nec definit
idem Bald. in rubr. C. de probationib.
num. 4. dum dicit: ſuſpicionem eſſe
animi paſsionem aliquid firmiter nõ
eligentis. facit Bart. in l. admonendi.
num. 21. ff. de iureiurand. vbi magi-
ſtraliter concludit, ſuſpicionem eſſe
quæ animum iudicis aliquo leui ar-
gumẽto in aliquam partem inducit,
nõ tamen omnẽ excludit dubitatio-
nem. Cõcordat Gemin. in c. habuiſſe.
in 3.

in 3. notabil. 33. diſtinct. volens ſu-
ſpicionem eſſe ſpeciem quandam
probationis inducentem animum
iudicis ad aliquid credendum, non
tamen eſſe talem vt certè & fixè
eiuſdem iudicis animum ad vnam
partem applicet, ſed bene eum am-
biguũ reddere. Ita Menoch. in tract.
de pręſumpt. lib. 1. q. 7. nu. 41. & ſeqq.
Ex prædictis itaq; deducitur, quòd ſu
ſpicio dicatur leue incidiũ, cùm oria-
tur ex leui argumento. Hāc ſenten-
tiam tenet Iul. Clar. in pract. crimin.
§. fina. q. 20. verſ. & huiuſmodi indi-
103 cia. vbi dixit quòd quando † indicia
non ſunt admodum vrgentia, rectè
poſſunt appellari ſuſpiciones. eundē
ſequitur Albert. vbi ſup. q. 34. nu. 45.
ad finem verſ. ſed inducit. vbi pari-
ter tenet ſuſpicionem procedere ex
aliquo leui indicio ſeu argumento.
quo fit, vt ſuſpicio deſcribi poſſit, ſci-
licet quòd ſit opinio mali ex leuibus
indicijs procedens, ſecundũ D. Tho.
1. 2. q. 60. art. 3. quem ſequutus eſt Si-
manc. de Cathol. inſtit. tit. 50. de prę-
ſumptionibus. nu. 22. & in Enchirid.
tit. 41. num. 1. & Menoch. vbi ſuprà
quæſt. 7. nume. 43. & Anton. à Petra
vbi ſuprà. num. 108. qui magiſtrali-
104 ter dicit, quòd † licet ad ſuſpicionem
probandam leuis ſufficiat probatio,
quia ex leuibus ſignis poteſt oriri, ea
tamen ſigna debent plenè probari,
quia eſt qualitas, quæ dat eſſe rei, ſe-
cundum Oldradum, quem allegat in
conſil. 210. in principio. Eſt igitur ſu-
ſpicio, opinio mali alicuius ex ſignis,
ex qua ad præſumptionem venitur:
Ita Bald. in authen. ſiquis. C. de adult.
Pegna. 2. p. Director. comment. 80.
105 vbi dicit † ſolam vnicam ſuſpicionē
non inducere præſumptionem, ſed
plures ſuſpiciones requiri; vt notat
Frāc. Brunus tract. de indicijs, & tor-
tura q. 8. part. 2. num. 4. & facit quod
notat gloſſ. in l. 2. §. ætas. ff. de excu-
106 ſat. tuto. Præſumptio † verò eſt rei
dubiæ coniectura veriſimilis, quæ ex
natura rei, vel ex circunſtantijs ne-
gotiorum, aut perſonarum proficiſci-
tur. Dicitur veriſimilis vt excluda-
mus ſuſpiciones, & præſumptiones
temerarias, quæ ab ipſo iure reijciē-
dæ ſunt. Suſpicio autem ſiue præ-
ſumptio quanuis nonnunquam dif-
ferant, tamen in hac quæſtione pro
107 eodem vſurpantur. Eaque † triplex
eſt, quædam dicitur leuis ſuſpicio,
quæ prouenit ex ſignis exterioribus
operum aut verborum, ex quibus ca
pitur coniectura, quã cõcludi poteſt,
non quidem frequẽter, ſed rarò, ſeu
in caſu, quod talia dicens, vel faciens
hæreticus ſit, quod deducitur leui
conſequẽtia: (v.g.) ſiquis ita colligat:
Petrus deierat frequenter, ergo non
bene credit in Deum, ex hac ſuſpi-
cione, non debent Inquiſitores mo-
ueri ad aliquid, quod ſit grauis mo-
menti in hac cauſa. Nam vt bene ad-
uertit Simanc. de Cath. inſtit. tit. 50.
108 nu. 28. † Leuia ſigna non debet mo-
uere animum viri conſtantis ad ſu-
ſpicandum tam graue crimen, quale
eſt hæreſis, ſed potius interpretanda
ſunt in benigniorem partem.
109 Secunda † ſuſpicio eſt magna, quæ
in iure vehemēs vocatur, definitur-
que ab Alciat. tract. de præſumption.
in princip. p. 3. ſic: [Præſumptio iuris
eſt probabilis coniectura ex certo
ſigno proueniens, quæ alio nõ addu-
cto, pro veritate habetur.] Dicit, [alio
non adducto,] quia contra hāc præ-
ſumptionem probatio in cõtrarium
admittitur: quod ſi nihil probatur in
cõtrarium, pro plena probatione ha-
beri ſolet. Ita docet Eymer. 2. p. Dire
ctor. loco citat. n. 4. cuius præſumptio
nis exempla affert nu. 5. dicens tales
eſſe eos qui quos ſciunt hæreticos
occultant, fouent, viſitant, &c. & de
hac præſumptione eſt ſermo in c. li-
teras



teras tuas. de præſumptionib. Et no-
tandum eſt cum Pegna loco allega-
to, ob hanc præſumptionem nemi-
nem debere velut conuictum de hę-
reſi condemnari, quanuis vehemẽ-
ter ſuſpectus de ea habeatur. Addi-
tur præterea in definitione, illa par-
ticula [Ex vehementi ſigno proue-
niens,] quoniam hæc vehemens ſu-
ſpicio ſeu præſumptio ſumitur ex ſi-
gnis exterioribus operum, aut ver-
borum, ex quibus capitur argumen-
tum concludens frequenter, & vt in
pluribus, quòd qui talia dicit, vel fa-
cit eſt hæreticus (v.g.) ſiquis diebus
prohibitis abſque neceſsitate, & ſu-
perioris facultate carnibus veſcere-
tur, aut diceret propoſitiones fidei
contrarias: his quæ ſcire tenetur, &
debet, quanuis hæc quandoq; à gula
& ab ignorantia abſque vllo errore
intellectus prodire poſsint. De hac
præſumptione vide Gerſon. tract.
de proteſtatione. conſideratione. 12.
§. vehemens ſuſpicio.
110 Tertia † ſuſpicio quæ maxima eſt,
in iure vocatur violenta, quæ dicitur
iuris, & de iure, diffiniriq; ſic poteſt.
Eſt quædam legis diſpoſitio aliquid
præſumentis: & ſuper præſumpto,
tanquam ſibi comperto, & noto ſta-
111 tuentis: vbi nota quòd † contra hāc
præſumptionem directè, & regulari-
ter admittitur probatio in contra-
riũ, etſi pro manifeſta veritate habea
tur, cũ proficiſcatur ab apertis, & vio
lentis, ac quaſi cogentibus indicijs.
c. is qui. de ſponſal. c. quanto. de præ-
ſumptionib. l. 1. §. 1. C. de rei. vxor.
112 actio. Hanc † præſumptionem Ger-
ſon. loc. citat. conſiderat. vltim. ait
naſci ex ſignis exterioribus operum
aut verborum, ex quibus cõcludi ſo-
let efficaciter, & ferè ſemper, quod
talia dicēs, vel faciens eſt hæreticus
(v.g.) ſiquis tranſit ad Iudæorũ ritus,
præſumitur hac præſumptione hære
ticus, caſus verò in quib. oritur vio-
lenta hæc præſumptio, in iure præ-
ſcriptos refert Albertin. in tract. de
agnoſc. aſſertio. q. 3. nu. 7. & q. 30. n. 2.
& eos enumerat Pegna 3. p. Direct.
tit. de ſignis quibus diuerſi hæretici
agnoſci poſſunt: & alia exẽpla tradit
Eymeric. loco citato. De ſuſpicionũ
materia præter allegatos auctores,
vide text. in c. accuſatus. §. 1. & in c.
cum contumacia, ibiq; gloſſ. & DD.
de hæretic. in 6. & tex. in c. ad abolē-
dam. §. qui verò. & in c. excommuni-
camus. 1. §. qui autē. & gloſſ. in verb.
condemnentur. & his locis DD. de
hæret. & in c. literas. vbi Panorm. &
alij de præſumpt. Vmbertus Loca-
tus in opere iudiciali. Bernard. Co-
menſ. in Lucerna Inquiſit. verb. præ-
ſumptio. & verb. ſuſpicio. & alijs lo-
cis, vbi omnes rem hanc diligentiùs,
& fuſiùs tractant.
113 Suſpicio † præterea tripliciter po-
teſt diuidi ſecundùm Menoch. vbi
ſup. quòd ſit leuis, ſiue temeraria, cũ
idē contineat in ſe, altera vehemēs,
tertia violenta. Leuis ſuſpicio eſt
quædam animi paſsio, cũ præciſa ex-
tremorum ignorantia, ſecundum Sa-
licetũ in rub. C. de probat. & Gulliel.
Mayn. in l. in obſcuris. nu. 3. ff. de reg.
iur. & Menoch. d. q. 7. nu. 50. quod ac-
cidit, quando ex aliquo leui indicio
iudex animum ſuum in alteram par-
tem flectit, ſed cum dubitatione.
114 Vehemens † ſeu veriſimilis ſuſpi-
cio eſt illa, quæ non ex leuibus admo
dum indicijs, ſed ex fortioribus ori-
tur, & ex quibus iudex animũ ſuum
in vnam partem inclinat, cũ aliquali
ſeu modica dubitatione. Et hæc pro-
priè opinio appellatur. Capra in tra-
ctat. de notor. in præfat. n. 17. & Cor-
raſ. in l. admonendi, 1. p. nu. 105. ff. de
iureiur. & ibid. Ripa n. 91. vbi inquit,
quòd eſt animi motus cum hæſita-
tione aliquid eligentis.

Violenta

115 Violenta † autem ſuſpicio dicitur ea, quæ ex vrgẽtibus oritur indicijs, ita vt iudex conſtanter, & ſine dubitatione vni parti potiùs quàm alteri adhæreat. Ex præmiſsis igitur apparet, quòd leuis ſeu temeraria ſuſpicio cõtinet in ſe dubitationem ſimpliciter, vehemens cõtinet dubium ſed modicum. Violenta autem nullum prorſus dubium continet. Secũdùm itaque grauitatem indiciorum per prædictos gradus metiri debemus ſuſpicionem. Albert. verò in d. quæſt. 34. num. 46. ſic declarauit hos terminos dicẽs: leuem eſſe ſuſpicionem eam quæ oritur ex his quæ raro contingunt, grauem ſeu vehemẽtem eam, quæ oritur ex his quæ frequenter contingunt, violentam autem eam quæ oritur ex ſemper contingẽtibus, quæ doctrina magnopere mihi arridet, tùm quia rationi cõſona, tum quia communis & concors ſententia eſt, ſi rectè opiniones perpendantur.

Hoc ſuppoſito dicendum eſt, confeſſarium ſi confitentem ſolicitet, leuem ſuſpicionem incurrere, & contrahere.

Tertiò deinde probatur noſtra cõ-
116 cluſio † ex ſtylo, & communi vſu: ſiquidem Inquiſitores tales confeſſarios quotidie puniũt: ergo ad Inquiſitores pertinet hic caſus ſolicitationis. Atque hic ſanè non ſolùm eſt intelligendus de ſolicitationibus quæ fiunt verbis, ſed de illis etiam, quæ fiunt nutibus, ſignis ac factis, putà oſculis, tactibus impudicis, ex ſuprà adductis.

117 Quartò probatur † ex inſtructione ſupremi Senatus ſacroſanctæ Inquiſitionis edita anno Domini 1580. idque obſeruari debere per omnes orbis prouincias declarauit ſummus Pontifex Clemens VIII. anno 1597.

118 Sed quæret aliquis, quid ſit. † Solicitatio (quoad noſtrum inſtitutum) eſt delictum patratum à confeſſarijs inducentibus, & interpellãtibus mulieres pœnitentes ad actus turpes, & libidinoſos per tactum, verba, aut ſigna, in actu confeſsionis ſacramentalis, vel circa illum, ante vel poſt confeſsionem. Quâ definitione verbum ſolicitatio plus in ſe complectitur, quàm à Iureconſultis illi tributum ſit. Nã qui ſolicitatores dicuntur, ij ſunt tantummodo, qui ſuæ, vel alienæ libidini conãtur animum mulieris ab honeſtate, & temperantia, ad impudicitiam, & turpitudinem auocare. Nos verò ſolicitatores vocamus hîc eos, qui ſibi & ſuæ cupiditati tantùm, vt ſatisfaciant, vel idẽ conantur, vel conatum ad effectum perducunt. Et tamen eâdem pœnâ eos etiam puniẽdos certum eſt pro tactu & ſignis, ac ſi ad effectum libidinis perueniſſent, quâ in ſentẽtia conuenimus cum Iureconſultis. ſcribit enim Paulus l. 1. ff. de extraordin. crimin. ſolicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores, & ſi effectu ſceleris potiri non poſsint, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniri debere. Dicimus in hac definitione per tactũ, verba, aut ſigna. Nam ſi de ſignis conſtet amatorijs, ſiue de nictu oculorum pellaci, ſiue de manus in manum inuolutione, ad ſolicitationis probationem nihil magis facit. Amor enim per oculos in interiora diffunditur, quod expreſsit Theocrit.

*Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην* ——

id eſt, vt vertit Virgil.

*Vt vidi vt perij* ——

& attentiùs Ouidius in Arte

*Illam reſpicias, illam mirare, licebit*
*Multa ſupercilio, multa loquare notis.*

Itaque monet Gregor. in Regiſtr. [Oculi noſtri, etſi iactãtur in aliquã fœminam, in nullam figantur. Nec enim quando proceditis fœminas videre, prohibemini: ſed appetere & ab ipſis appeti velle criminoſum eſt.]



De tactu verò eſt lex Salica in hæc verba tit. 23. [Si homo ingenuus fœminæ ingenuæ digitum, aut manum ſtrinxerit Malberg, Chamni, 600. denarijs, qui faciunt ſolidos quindecim culpabilis iudicetur:] nam in ipſo cõtactu ſolicitationis argumentũ ineſt, vnde apud Euripidem in Electra ipſa Electra ſic reijcit Oreſtem.

*Ἄπελθε, μὴ ψαῦ' ὧν σε μὴ ψαύειν χρεών.*
*Recede, ne tangas quod haud te conuenit.*

119 His ſuppoſitis, dico quòd † tunc dicetur committi in actu proximo confeſsionis, quando taliter fit hæc ſolicitatio, vt magna irreuerentia irrogetur huic ſacramento pœnitentię ante vel poſt confeſsionem. Hanc proximitatem ita explicat Manuel Rodriguez in ſum. loco citato, & citat Ledeſmã in addit. ad tertiam partem quæſtione 56. art. 2. concluſione 1. vbi quia expreſsiùs & clariùs id dicit, eius verba ſunt valdè notanda: ſic enim ille in concluſione prima. [Si acceſſus ad mulierem filiam confeſſionis, vel ſolicitatio ad congreſſum fiat in ipſa confeſsione, vel proximè ad ipſam confeſsionem, taliter quòd redundet in iniuriam ipſius ſacramẽti cõfeſsionis, habet peculiariſsimam deformitatem, & eſt immane ſacrilegium.] Aduertat lector verba illa, [taliter quod redundet in iniuriã ipſius ſacramenti.] Et paulò pòſt addit, [imò ita eſt grauiſsimum & immane ſacrilegium, vt tanquam ſuſpecti de fide ſacramenti habendi ſint, & ita meritiſsimâ ratione iudices fidei integerrimi Inquiſitores puniunt huiuſmodi
120 confeſſarios.] Ex his collige † quàm grauiter peccent confeſſarij ſolicitantes fœminas quę accedunt ad hoc ſacramentum, vt enim refert præallegatus Ledeſma, non ſolùm peccant contra puritatem huius ſacramenti; ſed etiam contra ſecuritatem illius: ſic docet quæſtione citat. art. 2. quæſtione 1. §. ratio huius concluſionis.
121 Secundò colligo quòd quanuis † confeſſarius ſolicitaret mulierem ad alia peccata in confeſsione, non diceretur ſuſpectus, nec talis ſolicitatio pertineret ad Inquiſitores. Patet, nam ſolùm ſolicitatio ad carnalia iure fuit reſeruata Inquiſitoribus, & cùm in delictis non fiat extenſio. cap. in pœnis. & cap. odia. de reg. iur. lib. 6. c. 1. de pœnitentia, & ibidem DD. Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regul. iur. Natta conſ. 339. nume. 9. & conſil. 469. num. 19. & 20. & Burſatus conſil. 76. num. 8. & 9. Bertazol. conſ. 125. nu. 15. & conſil. 166. numer. 1. tom. 1. Ripa in tract. de peſte titul. de præſeruatione remed. capit. deuenio nunc ad modum. numer. 130. & ſequentib. & Riminald. Iunior conſil. 65. numero 15. & Oſſaſc. deciſione Pedem. 61. nume. 21. Petrus Dueñas regul. 287. Franc. Porcellinus in tract. de inuentario c. 5. nu. 34.

Inde fit, vt nõ ſit idem iudicium de ſolicitatione ad carnalia, & de ſolicitatione ad alia, putà, furtũ, murmurationẽ, &c. Ita docet Ledeſma paulò inferiùs. §. & non eſt idem, ibi: [Et non eſt idem de alijs peccatis, atque de peccato immunditiæ: nam in peccato iſto, eſt quædam immũditia, quæ ma-
122 gis contrariatur huic vinculo.] Hoc † namq; delictum perpetrãs infamiam incurrit: connumeratur enim inter enormia, per tex. in c. infames. 3. q. 7. Foller. in pract. criminal. canon. c. 19. verb. vel flagitiũ carnis: omnia quippe delicta carnis dicũtur enormia: vt
123 ibi per Foller nu. 8. imò ſola † captura pro crim. hæreſis vehemẽter infamat,

vt inquit Villadieg. de hæret. q. 11. Simancas in Enchirid. tit. 25. nu. 3. Ioan. Rojas in tract. de hæret. 2. part. nume. 16. & cùm ſit mali exempli tanquam Reipublicæ perniciosius, multò grauius quàm cætera reputari debet. l. 3. §. ſed & ex Senatuſconſulto. ff. de pœnis. cap. præcipuè. 11. quæſt. 3. gloſ. in cap. nemo. 32. q. 4. Tiraquell. de pœnis temper. cauſa 44. nu. 55. Carrerius in pract. criminal. tract. de homicid. §. circa igitur tertium. numer. 27. pag. 250. Menochius de arbitrar. caſu 358. nu.
124 4. libr. 2. At verò cùm hoc † delictum clam committatur, acriùs puniri debet. cap. cum ex iniuncto. de hæret. l. palàm. ff. de ritu nuptiar. l. final. ff. de effract. l. 1. §. final. ff. de ſeru. corrupt.
125 vbi probatur, quod † grauius eſt perſuadere quàm compellere. l. officiales. & ibi gloſ. in verb. clandeſtinis. C.
126 de Epiſcopis & clericis. vbi plùs † punitur clandeſtinum delictum, quàm manifeſtum: ex actu enim clàdeſtino dolus, & malus animus agentis magis præſumitur, quàm ex actu palàm facto. l. non exiſtimo. ff. de ritu nupt.

Ea de cauſa dicebat Theopſaltes Pſal. 18. [ab occultis meis munda me] quod Suydas interpretatur, in κρύφιοι λογισμοὶ, purga me à cogitationibus meis malis. Quicquid enim fit occultè, improbè factum videtur, nec à præſumptione machinamenti ſinit eſſe mentem liberam. Hinc vt alibi diximus, Concilium Illiberitanum cauit nocturnas peruigilationes mulierum in cœmeterijs; quòd multæ eo prætextu committerentur impudicitiæ. Id quoque legitur, Chriſtianos ætate Tertulliani noctu ſolitos fuiſſe ad vigilias in templum conuenire, cùm aliàs interdiu ac palàm per metum idololatrarum facilè non poſſent: & tamen eò quòd illis objiceretur, quòd in principis maieſtatem coniurarent, quòd infanticidia quòd cœnæ Thyeſteæ, & extinctâ lucernâ, inceſta, ſtupra & illicitæ coniunctiones apud eos fierent, & quod aſini caput, & genitalia antiſtitis ac ſacerdotis ſui colerent (vt videre licet apud Tertullian. 9. Apologetic. apud Athenagoram & Iuſtinum in his quas ad Imperatores dederunt apologijs, & apud Minutium Felicem in Octauio) hoc illi ſuſtulerunt, cùm ſcirent & noctem, & latebras illas ſuſpicionem & ſcrupulum facere. Vnde nec ſine prudentia cautum erat lege XII. tab. ne forent mulierum nocturna ſacrificia. Et Eupolis in Baptis ne mortis quidem piaculo adduci potuit, quo minus damnaret Athenienſium nocturna ſacrificia, quæ Collytia dicebantur.

Ex omnibus ergo hactenus dictis
127 ſequitur, filias † pœnitentiæ teneri ex lege generalis edicti, ſub pœna excommunicationis maioris tales cõfeſſarios, à quibus ſolicitatæ ſunt, Inquiſitoribus denunciare ac indicare: magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſeruiunt, diabolum debellare. Ita Leo Magnus in ſermone de collectis. Ambroſ. 2. offic. cap. 24. Simancas de Cathol. inſtit. tit. 19. de denunciatione. Ioannes Rojas ſingul. 3. numer. 14. & 17. cum ſeqq.

Sed iam ſuppoſitâ hac ſolicitatione, de qua ad Inquiſitores attinet cognoſcere, inquirendum reſtat, vt finem
128 huic quæſtioni dicamus, quomodo † huiuſmodi delictum, cùm in tam occulto loco fuerit perpetratũ, iuridicè poſſit innoteſcere ac probari, eiuſq; cognitio ad forum iudiciale deduci.

Nam ſi diſpoſitionem inſtructionis circa probationem huius delicti ſolicitationis perpendimus, quæſtio hæc difficilior redditur. Tũ quia cõtra iuris Canonici conſtitutiones diſponat, tum etiã quia in hoc delicto mulieres ſint



ſint neceſſariò teſtes, imò teſtes in earum depoſitionibus ſingulares, quæ ſanè à teſtificãdo in criminalibus cau-
129 ſis iure repelluntur, cùm ex ſua † natura mendaces, fallaces, periuræ, doloſæ, mutabiles, fragiles, variæ, & corruptibiles ſint, vt cõmuniter clamant omnes DD. & copioſè tradit Tiraquell. de legib. connub. in l. 9. numer. 49. & Ioſeph. Maſcardus de probationibus lib. 2. concluſ. 762. nu. 3. & ante iſtos ſpeciatim docuit Albericus in l. qui teſtamentum. §. mulier. n. 1. tit. de teſtam. Ioſeph. Ægidius de teſtib. nu. 5. Ioan. Faber in §. teſtes autem. nu. 1. inſtit. de teſtam. Aymon de antiquit. tempor. p. 1. §. quæritur autem in hac materia. num. 36. Horat. Lucius inter conſ. criminal. diuerſorum conſ. 161. num. 20. lib. 2. præſumitur namq; mulier malè agere. l. obſeruare. §. 1. ff. de officio proconſulis. l. de quibus. ff. de legibus, allegant enim mulieres turpitudinem ſuam. cap. ex literis. de diuort. ſed mirũ cùm nominentur mulieres non à corporis ſexu, ſed à mollitie mentis, quod ipſa Hero apud Ouidium de ſe teſtatur in Epiſtol. ad Leandr.

*—ſed ſum tibi viribus impar:*
*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.*
*Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis:*
*Deficiam, parui temporis adde moram.*

Et text. in § ſi illud. 32. quæſt. 7. quæ ſemper conatur ad delicta, & prohibita. c. 1. de interd. matrimon. Ideo non poſſunt docere, teſtificari, fidẽ dare, indicare, nec poſtulare. dict. cap. mulierem. 35. quæſt. 5. quæ originem deduxerunt à prima muliere Eua, quæ præuaricata eſt iuxta illud Ambroſ. libr. de Paradiſ. cap. 4. [Mulier inquit prior decepta eſt, & virum ipſa decepit] ideo ſemper præuenit dolis, quia timet luere ſupplicium fraudis, quã decepit primum hominẽ. Hinc Eſaię 3. [Vę populo cui mulieres dominatę ſunt,] & Salomon Eccleſ. 7. ait virum de mille vnum reperiri, mulierem ex omnibus non inueni. Propterea mulier eſt iracunda & litigioſa, in graue hominum periculum, vt legitur Prouerb. capit. 21. [Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & melius habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rigoroſa, & iracunda:] & Eccleſiaſt. 25. [Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, neque ira ſuper iram mulieris: commorari leoni & draconi placebit, quàm cum muliere nequam.] Et ſubdit. [Breuis omnis malitia ſuper malitia mulieris, mors peccatorum cadat ſuper illam,] à muliere itaque initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Eſt † denique 130
mulier ad hominem iter mali, iter mortis, diſciplina ſerpentis, diaboli conſiliaria, furuncula arboris, fons deceptionis, rubigo ſanctorum, muſcipula animæ, latrocinium vitæ, ſuauis mors, blanda percuſsio, pernicies delicata, libens malum, ſapida iugulatio, & omniũ calamitas rerũ, caput peccati, arma diaboli, expulſio paradiſi, delicti mater, corruptio legis antiquæ, hominis confuſio, inſatiabilis beſtia, continua ſolicitudo domus, tempeſtas ſolitudinis, impedimẽtum viri, incontinentię naufragium, vas adulterij, precioſum prælium, animal peſſimum, pondus grauiſſimum, aſpis inſanabilis, humanum mancipium, indeſinens pugna, damnum quotidianum, ianua diaboli, cauda ſcorpionis, ſepulcrum dealbatum, vulnus inſanabile, venenum in dulcedine latens animæ corruptela, forma decipiens, langor ſuauis, humiditas dulcis, continuum bellum, carcer cordis, mors manifeſta, euacuatio burſarũ, inquiſitio munerum,

doctrinæ impedimentum, perturbatio ſcholarium, infamia ſacerdotum, confuſio religioſorum, honeſtatis infamia, culpæ mater, radix vitiorum, cuiuſlibet mali finis & principium, dux malorum, ſcelerum artifex, & ſi quid magis poteſt dici ipſa mulier improbitatis cumulus eſt. Vide Baptiſt. Mantuanum in Bucolicis, cuius inuenta ſuis coloribus mulieres veriùs & elegantiùs pingunt: & accipe illud elegantiſsimũ Senecæ in Hippolyto:

*Quid ſinat inauſum fœminæ præceps furor?*

Et propterea mulieri, cui tot bona per iura prohibentur, cui etiam tot mala, & facinora hiſtoriæ humanæ & diuinæ tribuunt, fides non eſt adhibenda, quando accuſat de ſolicitatio-
131 nis peccato: præſertim, cùm † confeſſarius ſit iudex, medicus, paſtor, & Dei miniſter, quæ munera aliquando neceſſe eſt exercere cum liuore plagarum pœnitentis, & in huius animo fragili & incorrigibili propter ipſius malitiam & impœnitentiam: generare odium, ſcandalum, & inimicitias. & multa ſe offerunt in tali actu occulto confeſsionis, quæ ſolus Deus dignoſcere & iudicare poteſt.

132 Quod autem † mulieres, prout ad præſens attinet inſtitutum, ex prædictis rationibus repellantur à teſtificando, probatur pluribus, tum iuris Cæſarei, tum iuris Pontificij deciſionibus, tum denique grauiſsimorum Doctorum ſententijs.

Primò, ex text. in d. cap. mulierem. ibi: nec teſtis eſſe, & ibi gloſ. in verb. nec teſtis. 33. quæſtione 5. & in c. forus. in fine. ibi: ſi cui non fœmina. & ibi gloſ. in verb. fœmina. de verbor. ſignific. & gloſ. in c. quoniam. in verb. mulieres. verſic. iſtud ſic intelligi debet. de teſtibus, & ibidem Abbas numer. 2. in princ. iuncto verſic. de iure Canonico. communem opinionem dicit Felinus numer. 1. verſ. ſecus in cauſa criminali. Bald. nu. 4. Imola nu. 2. verſ. & hoc de iure Canonico. Antonius Butrius poſt numer. 6. Henricus Boer. numer. 4. & gloſ. in cap. tam literis. in verb. fœminas. verſicul. alia mulier non admittitur in criminalibus. eod. tit. de teſtibus. Speculat. in tit. de teſte. §. 1. numer. 83. verſic. ſecundum canones. Florian. in l. ex eo. numer. 3. & ibidem Iacobinus de ſancto Georgio numer. 4. verſicul. de iure autem Cononico. ff. de teſtibus. Faber vbi ſuprà, poſt numer. 1. verſic. ſed in criminali non de iure Canonico. Aretin. in §. teſtes. numer. 2. inſtit. de teſtamento. Alberic. in l. qui teſtamento. §. mulier. numer. 4. verſicul. de iure autem Canonico. Caſtrenſis ibidem numer. 8. in fin. verſicul. ſed de iure Canonico tenetur cõtrarium Imol. numer. 12. ad finem. verſicul. de iure Canonico: communiter tenetur ff. de teſtament. Decius in l. fœminæ. numer. 34. ff. de regul. iur. vbi hanc concluſionem cõmunem dicit. Idem docet Campeg. regul. 125. in princip. & in 2. Fallen. Blancus in titul. de indicijs num. 351. Anan. conſil. 17. poſt numer. 16. Bonifac. de Vitalin. de teſtibus. numer. 23. Tiraquell. de legibus connubial. in d. l. 9. numer. 61. vbi teſtatur hoc eſſe indubitatum. Gigas de crimin. læſæ maieſtat. lib. 2. rubric. quomodo, & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur. quæſtione 6. nu. 1. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſa ciuili titul. de teſtibus. rubrica perſonas teſt. aggrediendo. verb. mulier. numer. 75. verſicul. ſic prohibetur mulier. Dueñas regula 315. in principio. Nouell. reg. 216. numer. 9. Antonius Gomez Variar. reſolution. tomo tertio. cap. 12. rubric. de probat. numer. 13. Rolandus conſ.





24. num. 13. libr. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. conſ. 762. & lib. 3. concluſ. 1358. nu. 30.

133 Secundò, quòd huiuſmodi † mulieres, cum ſingulares teſtes ſint, non probent, nec eis fides adhibenda ſit, probatur ex textu in c. nihilominus. vbi gloſ. 3. q. 9. & c. tam literis. de teſtibus. vbi etiam gloſ. in verſ. ſoli atq; reſpondit. Ancharan. conſ. 276. & eſt ſancitum in cap. cum dilecti. de electi-
on. & in cap. licet cauſam. vbi Abb. 135
de probat. & Marſilius in pract. crimi. §. diligenter. colu. 3. Alexand. conſ. 3. col. final. volum. 1. Felinus in cap. licet ex quadam. colum. 3. & ſequentib. de teſtibus. Corne. conſil. 286. colum. 2. vol. 3. & conſil. 134. in princip. volum. 1. Pariſ. conſil. 57. colu. 2. volum. 1. Iaſon in l. admonendi. colum. 94. ff. de iureiur. Gratus conſil. 2. colum. final. volum. 2. Ergo mulieres iſtę nequaquam ſunt admittendæ ad huiuſmodi delictum probandum, cùm in cauſa criminali non recipiantur, & tanquam ſingulares nihil omnino probent.

Nihilominus tamen contraria opinio verior, ac receptior eſt: nimirum, quòd mulieres à ferendo teſtimonio
134 nõ repellantur. Probatur primò, quia mulieres in cauſa criminali à teſtificando nõ repellũtur de iure canonico. gloſ. in c. 2. de iudic. lib. 6. verb. iure prohibẽte: quæ ſentit expreſsè quòd de iure Canonico mulier poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali, criminaliter intentatâ. Decian. conſ. 63. numer. 37. lib. 3. Alexand. conſ. 24. n. 11. vol. 2. probatur ſic per text. in l. ex eo. ff. de teſtibus, in quo tex. omnes legum interpretes firmant illam concluſionem, quod de iure Ciuili mulier in omni cauſa poſsit eſſe teſtis, ita copioſè cõcludit Proſper Farinacius in l. 2. quæſtion. criminal. quæſtione 59. nume. 26. & tamen eadem lex, de verbo ad verbum canonizata exſtat in cap. ex eo 15. quæſtione 3. ergo nulla videtur differentia inter ius Canonicum & Ciuile: quantùm ad hoc quòd mulieres ferant teſtimonium, prout in terminis eleganter deducit Felinus in d. cap. quoniam. nume. 1. in fine verſ. & vnum conſidera. de teſtibus Proſper etiam Farinacius vbi ſuprà nume. 2. qui plures huic ſentẽtiæ patrocinantes refert.

Secundò, † in crimine hæreſis, læſę maieſtatis, ſimoniæ, & alijs exceptis criminibus, fœminarum teſtimonium recipitur, vt probatur ex text. in cap. tanta. & in cap. per tuas. & ibi Doctores, & Anania numer. 1. & ſequentib. extra de ſimon. gloſ. in c. cum P. Mancoella. de accuſat. & in can. in ſumma. 2. quæſt. 7. & in cap. forus. in fin. in verb. non fœminæ. verſicul. tamen in criminibus exceptis. de verb. ſignif. Speculat. in titul. de teſte §. 1. numer. 84. Imol. in capit. quoniam. numer. 2. verſicul. niſi in criminibus exceptis, & ibi Henrich. Boyc. numer. 3. verſic. aut igitur de criminibus exceptis. Fredericus Schenx in tractat. de teſtibus numer. 38. in fine. Nellus in tract. de teſtibus numer. 32. Gigas de crimine læſæ maieſtatis, libr. 2. titul. quomodo & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur. quæſtione 6. numer. 5. & 6. & Dueñas regul. 315. in 3. fallen. Alexand. conſil. 11. numer. 6. libr. 1. Martin. Lauden. in tract. de crimine læſæ maieſt. quæſtione 27. Ioann. Maria Monticell. in Repert. teſtium. rubric. de teſtibus, in crimine læſę maieſtatis, fol. 359. col. 1. verſ. 5. Maſcard. de probationibus, libr. 1. concluſ. 462. nu. 6. & lib. 2. concluſ. 762. num. 22. Palat. Rub. in allegat. hęreſ. §. 12. & ſeqq. Arnald. Albert. in repet. cap. 1. de hæret. in 6. quæſtione 16. numero 13. Simanc. de Catholic. inſtitution. cap. 62.

Tertiò probatur hæc ſententia,
136 quoniam † actus iſte ſolicitationis ali-
ter dignoſci non poteſt, cùm in tam
occulto ſacramento exerceatur, qua-
re cùm in hoc actu nullus præter fœ-
minam, & confeſſarium interueniat:
iura canonica fœminam, à dicendo
teſtimonio non repellunt, ſecundum
Ioannem Andream in addit. ad Spe-
cul. tit. de teſte. §. 1. nume. 83. liter. H.
in fine additionis, vbi dixit: quòd cõ-
munis practica admittendi in crimi-
nalibus teſtimonium fœminarum, ha-
bet in ſe & veritatem & æquitatem,
137 quando † aliter veritas detegi & ha-
beri non poteſt. Idem aſſeruerunt
Felinus in cap. quoniam. nume. 1. verſ.
& quod habet veritatem. Imol. num.
2. in fine, ibi: vel fortè in ſubſidium,
de teſtibus. Iaſon. in l. final. numer.
7. verſicul. & licet in criminal. C. de
his quibus vt indignis. vbi ampliùs
138 dicit, † quòd in hoc caſu duæ fœminę
plenè probant delictum. Decius in l.
fœminæ. numer. 36. verſic. ſed dato
quod omnis opinio ſit vera, & ibi in
addition. liter. B. in verb. poteſt. ff. de
regul. iur. Marſilius conſil. 5. numero
9. Gigas in tract. de crimin. læſæ ma-
ieſt. libr. 2. rubric. quomodo, & per
quos crimen læſæ maieſtat. prob. quę-
ſtione 6. numer. 2. Dueñas regul. 315.
in 2. limita. Nouell. regul. 216. numer.
19. verſicul. ſed quando veritas. Con-
rad. in pract. §. 2. de officio prætor. in
cauſa ciuili. titul. de teſtibus. rubric.
perſonas teſtium aggrediendo. ver-
ſicul. mulier. nume. 75. Viuius in com-
mun. opinion. verſic. teſtis idonea po-
teſt eſſe mulier. numer. 3. Rolandus
conſil. 7. numer. 14. libr. 1. & conſil. 24.
num. 14. eodem lib. 1. Decian. conſilio
63. numer. 37. verſic. ſecundo reſpon.
139 vbi dicit quòd † quando agitur de
probatione alicuius facti, quòd à fœ-
minis tractatum eſt admittuntur ipſę
fœminæ ad teſtificandum, etiam in
criminalibus, ita Oſſaſc. conſil. 65. nu-
mer. 10. Ioannes Maria Monticellus
in ſuo Repertorio de teſtib. verſicul.
fœmina. fol. 36. colum. 2. verſicul. & in
rubric. teſtes in crimin. qui eſſe poſ-
ſunt. Maſcard. de probat. libr. 2. con-
cluſ. 762. numer. 16. & alij plures quos
ipſe refert. Ex quibus facilè proba-
tur huiuſmodi mulieres deponentes,
etiam ſi ſingulares ſint admitti debe-
re ad teſtificandum ſuper ſolicitatio-
ne à confeſſario ſibi factâ in actu con-
feſsionis, aut proximè illi. Hinc iuri-
dicè Seneca inducit duas illas mulie-
res in Hippolytum crimen raptus &
inceſtus intentantes hoc modo:

*—— ſcelere velandum eſt ſcelus.*
*Tutiſsimum eſt inferre, cùm timeas, gra-*
*dum.*
*Auſæ priores ſimus an paſſæ nefas,*
*Secreta cùm ſit culpa, quis teſtis ſciet?*

Quaſi dicat cum teſtes Hippolyto
nulli ſint, de ſolicitatione nobis dua-
bus potiùs quàm illi ſoli fidem habe-
bit Theſeus.

His maximè ſuffragetur optima
doctrina Felin. in cap. veniens. 2. num.
21. verſ. & procederet abſq; dubio. de
140 teſtibus. quòd † ſi actus eſt talis, quod
de ſui natura non ſoleat interuenire,
niſi ij, qui commodum aut intereſſe
habeant, tunc tales admittuntur te-
ſtes. Idem deducitur ex text. in l. cõ-
ſenſu. C. de repud. & in l. non omnes.
§. à Barbaris. ff. de re militari. & com-
munem dicit Decius conſ. 34. num. 8.
Emmanuel Suarez in ſuo libello re-
cept. ſenten. litera T. num. 131. Anto-
nius Gomez titul. de probationibus
delictorum. nume. 21. verſ. Item adde
tom. 3. Variarum reſolut. Franc. Her-
culan. tract. de negatiua. numer. 16. &
17. copioſè Farinacius libr. 2. quæſtio.
crimin. quæſtione 62. limit. 3. num. 50.
Abbas in cap. fin. not. 2. de teſtib. co-
gend.



gend. gloſ. in cap. cum dilecti. verſic.
& ſi tres. de elect. & in capit. 2. in gloſ.
penult. & ibi Abbas, de arbitr. Cam-
peg. de teſtib. regul. 107. 2. fall. Ber-
nard. Diaz, reg. 759. in princ. Matheſil.
ſingul. 188. Carretius in pract. & tract.
de indicijs. §. in textu. ergo vbi teſti-
bus ſeparatus, nume. 31. Boſſ. in tit. de
indicijs num. ibi.

Quod vtique procedit, non ſolùm
quando delictum & negotium ex ſui
natura eſt tale (etſi difficilis proba-
tionis) vt aliter innoteſcere non poſ-
ſit, ſed etiam quando ratione tempo-
ris, vel ratione loci tale eſt, vt veriſi-
mili habitu inueniri non potuerit, vt
141 eſt caſus noſtræ quæſtionis. Hoc †
enim caſu admittuntur teſtes ſingu-
lares, & inhabiles, quoniam per alios
veritas ratione loci & temporis, vt
potè in actu confeſsionis, haberi non
poteſt. text. in cap. final. & ibi gloſſ.
Hoſtienſ. Ioann. Andreas. & commu.
Doctores de teſtibus cogen. Anto-
nius Gomez Variarum reſolution.
tom. 3. cap. 12. rub. de probat. delicto-
rum, numer. 21. verſic. quæro tamen.
Plot. de in litem iurand. §. 4. nume. 32.
Carrer. vbi ſuprà numer. 33. Proſper
Farinac. vbi ſuprà, numer. 55. & 62. &
74. cum ſequentib. Sed in actu con-
feſsionis, non ſolùm non interue-
niunt alij, verum nec iure poſſunt.
Ergo licitè admitti poſſunt, & de-
bent mulieres ac teſtes ſingulares,
vicem accuſatoris agentes. Nam in
142 hoc caſu † mulier teſtis, & accuſa-
trix poteſt eſſe. Non enim eſt incon-
ueniens tunc vicem duorum ſubire,
ſcilicet teſtis & accuſatoris: tum quia
non peruerſè, ſed Chriſtianæ Reli-
gionis impulſu id egiſſe videtur, ex
text. in cap. in omni negotio. vbi An-
ton. de Butr. & Abb. num. 4. de teſtib.
in omni (inquit) negotio principalis
perſona dicens veritatem de re ſibi
nota rectiſsimè habẽda eſt pro teſte.
Soto in tract. de ratione tegendi ſe-
cretum. in lib. 2. 2. quæſt. 4. & libr. 5. de
iuſt. & iur. quæſtion: 6. art: 2. concluſ. 4.
Simanc. de Catholic. inſtit. tit. 54. nu.
55. Confirmatur ex illo Matth. capit.
18. [Si te non audierit, adhibe tecum
vnum vel duos.] Copioſè Maſcard. de
probat. lib. 1. concluſione 26. num. 11.
Hector Hemil. in tract. de teſtibus 1.
p. verſ. accuſator. nume. 21. & alij plu-
res quos ipſe refert.

143 Quartò probatur: nam † per teſtes
ſingulares probari poteſt aliquẽ eſſe
hæreticum, vt tenẽt omnes commu-
niter ſcribentes, inter quos id elegã-
tiſsimè defendit Iacob. Butricar. in l.
Ariani. C. de hæreticis. idem ſenſit
Anton. de Butrio in capit. cum opor-
teat. de accuſat. in quam ſententiam
ſæpius Alexand. inclinat. conſil. 141.
ponderatis. col. 2. nume. 2. verſic. præ-
terea teſtes diſcordes. & conſ. 72. in-
ſpecto diligenter. col. 2. num. 2. verſic.
nec prædictis habet obſtare, & poſt
dictum numer. 2. verſicul. tamen. vbi
tractatur de probando aliquo. vol. 1.
& conſil. 92. colum. 4. numer. 20. verſ.
quia reſpondeo. volum. 5. & conſilio
147. poſt nu. 20. verſicul. teſtes præ-
terea ſingulares. volum. 7. eidem ſub-
ſcripſit ſententiæ Decius in cap. licet
cauſam. nume. 69. verſic. tertiò ſingu-
laritas teſtium. in tit. de probationi-
bus: quod etiam apud omnes teſta-
tum reliquit Marſil. conſ. 1. vbi alios
citat num. 27. verſ. iam reſpondeo, &
nume. 41. 45. 46. & 58. quem ſequitur
Pariſ. conſil. 2. & ſi iudicium, num. 89.
verſicul. tamen procedunt iſta. vo-
lum. 4. idem tenuit Bald. in l. actor.
col. 3. poſt n. 4. verſi. vt putà volo pro-
bare aliquem hæreticum. C. de pro-
bat. & in l. vnica. C. qui muner. tutel.
quo in loco refert quòd ſi vnus teſtis
dicat aliquẽ hæreticũ, quia audiuit eũ
dicentẽ: nõ credo in vnũ Deũ. Alium
qui dixit: non credo in Catholicam

Eccleſiam probet: quia ſunt conteſtes in genere. Et idem repetit ibidem col.4.poſt nume.14. verſ.& hoc apparet,quia eiuſdem continuati ſceleris:& verſ.ſequenti col.5.verſ.item quod infamia.Idē tenet in l.rogaſti.§. ſi tibi.colu.7. verſ.ſed bene probant quod perſona ſit talis.ff.ſi cert.pet. ac in repetit.l.2.in fin. verſ. ſimiliter per teſtes ſingulares.ff. de iureiurand. & in l.de quibus.col.13. poſt numer.39. verſ. dictum eſt de ſingularitate teſtium. ff. de legib. Hoc idem confirmauit in Margarita ſuper Innocen.in verb. teſtes ſingulares, probant iuriſdictionem per legem ob carmen , in fin.iunctâ ibi gloſ.vlt.ff.de teſtibus.ſic idem Bald. cōſuluit conſ.394.in cauſa Ludouici.num.9.vol.2.& in conſ.406. nume.1.vol.1.idem cap. cum omnes. poſt nu.28.de conſtit. Sebaſtian. Sap. in apoſtyl. ad Abb. in c. licet ex quadam.num.8.in gloſ.ſuper verſ. reddit ad literam A.in princip. ibi: & ad dictum.& in verſ.circa id quod ſuprà in tit.de teſtibus.vbi Felinus col.5.verſ. ſed quando adhibentur ad probationem faciendam in genere,vt potè ad probandū hæreſim. Laurentius Calcan.conſ.9.quæſtione Iacobellę.Iaſon in repetitio.l.admonendi.poſt nume. 256. verſ. videtur ergo.conſiderat.1. Boer. deci.23.nu.44.verſ.4. Albertin. in tract.de agnoſcendis aſſertion.Cathol.quæſt.34. num.6. verſ.nam licet dicatur.& nume.9.verſ.& propterea. hos ſequitur Caccial.in d. l. admonēdi.num.103.verſ.ſi autem.& nu. 105. & 109. Gabriel Romanus in ſuis Cōmun.opinion.concluſion.2. numer.4. verſ.7.infertur lib.1.titul. de teſtibus. Ioann. Rojas in tract.de hæret.2.p.aſſertione 6.num. 136. verſ.contrariam verò ſententiam.vſque ad num.14.& nouiſsimè Franc. Pegna in 3. p. Director. cōment. 121. Quorum doctrina probatur,quia reſpectu finis non ſunt ſingulares,vt inquit Bart. in l. carmē. §.vltim.ff. de teſtibus. & Caſtrenſ. in conſil.380.numer.7.verſ.item poſito. vol.2.& ſequitur Vincentius de Frāchis in deciſ.105.nu. 21. idem voluit Guido Papa in deciſ.544.cum quibus ſenſit Purpuratus in l.1.nume.102.ff. ſi certum petatur. & ante eos Speculator in titul. de teſte.§. 6. numer. 13. quos ſequitur Gabriel. libr. 1. commun. concluſ. titul. de teſtibus. concluſ.2.num. 23.verſ. hoc tamen.Crauetta conſ.78.nume.6.Socinus iunior conſ.99.num.13.col.2. Corneus conſ. 34. liter. I. & conſ.247.lit.L.volum.3. Ioannes de Amicis conſ.1.numer.62. Riminaldus ſenior in conſ.262. num.
144 32. vol. 2. ſubdens quod vbi † agitur de probanda iuriſdictione in genere, ſufficit diuerſorum teſtimonium in ſpecie.Nellus in tract.de teſtib.num. 183. & 188. Roland. à Valle conſ.82. nu.42.vol.2. quo in loco tradit, quòd quando agitur de probanda iuriſdictione in genere , teſtes ſingulares probant, nam tunc non nocet diuerſitas temporum,vel loci,quia iſta non eſt propriè ſingularitas, & licet dicti teſtes differant in loco, vel tempore, ſeu in cauſa ſcientiæ, & in modo ſciēdi,qui habetur per diuerſa media, nō dicuntur tamen differre in facto principali:Nam per ſingula generum, genus probatur.Bald.in cap. licet. num. 9.de teſtibus.Si ergo ex his omnibus Doctoribus crimen hæreſis probatur per teſtes ſingulares: ergo id quod ſuſpicionem hæreſis inducit rectè poterit eodē modo probari. Cum ergo ſolicitatio in actu confeſsionis ſuſpicionē hæreſis inducat, rectè per mulieres probabitur in foro iudiciali ſancti Officij,etiam per teſtes ſingulares.

Verùmtamen quoniam hactenus de ſingularibus teſtibus ſermonem fecimus,ſupereſt iam modos ſingularitatis





145 ritatis huc attexere , † triplex ergo eſt teſtiū ſingularitas.Prior eſt,obſtatiua.Secunda cumulatiua, ſeu adminiculatiua. Tertia verò diuerſificatiua.Ita Bald.perpulchrè,ac verè in capit.licet cauſam. num.11. de probat. & in l.teſtium.C.de teſtibus.num.9. & 14.ſed copioſius Aimon Crauet.in tract.de antiq. tēpor.p.4.§. ſed enim. n.1.cum ſequentibus . Albert.in cap. quoniam.de hæreticis.in 2.p.aſſert.6.
146 num.122.cum ſeqq.Singularitas † obſtatiua eſt, quando ex dictis teſtium naſcitur repugnantia, aut contrarietas,vt cum vnus teſtium affirmat, alter negat,quo caſu dictum vnius,alterius dictum aut debilitat , aut infringit,aut non probat.Sic Aimon vbi ſuprà.Ancharan. conſ.64.in cauſa quæ vertitur inter Philippum verſ. & con firmatur.Hoc Aretinus.conſ.71.verſ. interrogatur igitur. Bald.in l. de quibus.ff.de legib.

147 Cumulatiua † eſt cùm dictū vnius coadiuuat alterius dictum.Vt cùm alter de facto deponit, alter de fama, ſeu vnus de viſu , alter de auditu , & hæc(vt probat Aimon vbi ſuprà)ſemi plenā faciunt probationem.Ita Socinus in l.Gallus.§.ille caſus.in fin.ff. de liberis & poſthum. Bald. in Rubr. de controuerſ.inueſtitur.Alex.in d. cōſ. 21.

148 Diuerſificatiua † eſt,ex qua naſcitur diuerſitas rei in ſubſtātia, vt cùm alter teſtium aſſerit aliquid factum vno loco & tempore, alius verò alio loco& tempore,quo caſu dictū vnius non infringit dictum alterius , imò coadiuuat,& corroborat. Ita Bald.& Aimon,vbi ſuprà per cap.bonæ.& c. dilecti.de election. & Ancharanus in d. conſ.64.Alex. & Aretinus, vbi ſuprà.Franc.Pegna in.3. part. Director. comment.121.Ioannes Rojas in tractatu de hæret.2.part. numer.122. & ſeqq.

149 Ex his colligitur illum † dici teſtē ſingularem, qui ſolus eſt, nec alium habet ſibi in depoſitione per omnia conteſtem, & concordem, vt optimè Papienſ. in ſua practica in forma oppoſit.contra teſtes, verſ. ſunt etiā ſingulares.num.1. cui cùm ſolus ſit, non creditur in quolibet crimine, ſi agatur de pœna imponenda: nam cùm reus ſit ſuæ vitæ, & bonorum poſſeſſor,& melior ſit conditio poſſidentis,vnius actoris affirmatio,non reputatur ſufficiens ad aliquem ſuā poſſeſsione priuandum , vt docet S. Thom.2.2.quæſt.70.art.2.vbis Bañes Salon & Aragon ibidem,& Soto libr. 5.de iuſtitia & iure quæſ.7.art.2.Ioānes And.in capit.vt officium.in princip.verſ.certum eſt autem. de hæreticis libr.6. & Archid. ibidem. §. verum quia.Bald. in l.ob carmen.§.fin. ff.de teſtibus. Zabarella in Clem. 1. §. verùm. de hæretic. Conr. Brunus.lib.4. de hæreticis capit. 9. Palatius Rubeus in allegat. de hæreſi.§. 12. Albertin. in tract. de agnoſc. aſſertio Cathol.quæſt.24. n. 9. Boerius Deciſ.342.incipiente:ſed quot teſtes Pegna.3.part.Director.comment.12.
150 vnde amplius licet inferre, quod † ſi in quolibet crimine teſtes ſingulares non probant à fortiori, in probandis hæreſibus: clariores enim & vberiores neceſſariæ ſunt probationes cùm de maiori agatur præiudicio, & omnia pœnarum genera in hoc crimine concurrant,quæ plenè cōgeſsit Bald. in l.1. nu. 7. C.de ſum. Trinit.& Fide Cathol.Anan.in capit. excommunicamus.1.§.credentes.n. 3. cum ſeqq. de hæreticis.

151 Verùm quia ex eo etiam, quòd † duo teſtes neceſſarij ſint in huius delicti, videlicet ſolicitationis probatione, idque ex forma inſtructionis ſancti Officij, difficiliſque reddatur hæc quæſtio, neceſſariò videndum eſt

an iuri conſonet, & ſuſtineri poſsit, vt procedatur contra huiuſmodi cōfeſſarios ex particulari indulto & priuilegio Summi Pontificis, videntur enim non ſufficere duorum teſtium ſingularium depoſitiones ad probandum hoc delictum contra cōfeſſarios.

Primò probatur: nam in dubio declinandum eſt in fauorem cōfeſſarij, quoniam id in reuerentiam ſacra-
152 menti cedit, † & tunc violatum non creditur, vt rectè docet Henriquez in ſumm. Theolog. Moral. cap. 19. numer. 10. quanuis ibi ſpecialiter loquatur de fractione ſigilli confeſsionis: ergo, &c.

153 Secundò, quia † quando agitur de probatione alicuius delicti, quod cōtra ſe habet iuris præſumptionē, tunc plenior requiritur probatio, quàm ordinaria. Ita Aymon p. 2. num. 46. & 47. Herculan. in tract. de negati. nume. 4. Oſaſc. conſ. 66. nu. 3. Cephal. conſ. 138. num. 18. & conſil. 241. num. 6. libr. 1. & ideo vel tres requiruntur teſtes, vel ſaltem duo, qui tamen præſtantes viri ſint, ac omni exceptione maiores. Specul. in tit. de probatio. §. i. verſ. fin. Bartol. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Decius conſil. 175. ſub numero 5. Aimon. conſilio 129. in fin. & conſ. 134. numer. 10. Curtius iunior conſil. 57. numer. 7. Cephal. conſil. 393. numer. 93. & conſil. 348. numer. 13. libr. 3. & alibi ſæpè Menoch. de præſumpt. libr. 1. quæſtione 31. numer. 8. & 9. & Maſcard. vbi ſuprà, concluſione 121. numer. 10. pro confeſſario enim eſt
154 præſumptio iuris, quæ † ſanè pro liquidiſsima probatione habetur. gloſ. in l. ſi tutor. C. de pericul. tutor. text. in l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. vindict. l. licet Imperator. ff. de legat. primo, & in l. final. ff. de probationibus. Iaſon in l. omnino. C. de teſtament. militta. numero 9.

155 Tertiò, quia † quoties agitur de diuortio, ſeptem requiruntur teſtes. text. in l. nullum. ff. de diuortijs. Speculator in tit. de teſte. §. reſtat. nume. 6. in fin. verſicul. item in diuortio. Nepos de Montealban. de teſtibus nu. 92. Nellus de teſtibus num. 84. verſicul. in diuortio. Conradus in pract. §. 2. de officio prætor. in cauſa ciuili, titul. de teſtibus. rubric. dicta teſtium aſſumendo, in principio in 22. caſu. Alios etiam plures caſus adducunt in huius exemplum præcitati Doctores, in quibus tres, quatuor, quinque, ſeptem, & duodecim teſtes requiruntur, quos conſulat lector: ergo cum agatur de re grauiſsima, & probationes in hoc caſu debeant eſſe luce meridianâ clariores, dictæ mulieres ſingulares teſtes non admitti, ſed à teſtificando contra confeſſarios excludi debent.

Oppoſitam tamen ſententiam vt veriorem admittendam puto, tum ex iuris diſpoſitione, tum etiam ex forma in inſtruction. ſancti officij præſcripta, ex ſummi Pontificis priuilegio, ex qua illa deducta eſt in praxim. Circa quam notanda eſt regula valdè in hac materia ſeruanda, quòd † in quauis cauſa, tam profana quàm Eccleſiaſtica vel ſpirituali, duo teſtes ſufficiunt ad perfectam probationem inducendam. text. in d. l. vbi numerus. C. de teſtibus. capit. ſi quis teſtes. §. vbi numerus. 4. quæſt. 3. can. 1. & 2. 2. quæſt. 3. can. final. 35. quæſt. 7. cap. in omni negotio, & c. licet vniuerſis. de teſtibus. Speculator in tit. de teſte. §. reſtat. in principio. Nellus de teſtibus numer. 83. Lanfrancus de teſtibus. num. 28. in principio. Anton. de Butri. in d. capit. in omni negotio numer. 2. Conrad. in pract. §. 2. de officio prætor. in cauſa ciuili, titul. de teſtibus. Rubric. de teſtium aſſumend. n. 1. Cephal. conſ. 651. num. 28.
lib.



lib. 5. Bertazol. conſ. 542. numer. 1. libro 2. Ioſeph. Maſcardus de probat. libr. 1. in præfat. quæſt. 5. numer. 117. & copioſè Madaden. in tract. de numero teſtium cap. 1. numer. 1. vſque ad 7. vbi confirmat hanc regulam, vt ram eſſe non ſolùm iure humano, ſed etiam iure diuino & lege veteris teſtamenti: quæ non ſolùm procedunt in cauſa ciuili, ſed etiam in criminali; in qua duo teſtes ſufficiunt ad conuincendum, & damnandum reum. Quam ſententiam vt probabiliorem ſequuti fuêre Ancharanus in capit. quòd verò. 2. quæſt. 5. Decius in l. iuris ignorantia numero 24. C. qui admit. quos refert & ſequitur Monticellus in ſuo repertorio teſtium. verſ. impugnantur quod non ſunt numero ſufficientes. verſ. verò. Berous in capit. at ſi clerici. numer. 5. de iudic. Nouell. in pract. fol. 140. nume. 3. Viuius in commun. opinion. verſ. teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum: vbi ampliat etiam in cauſa hæreſis Iulius Clarus in practic. §. final. quæſt. 66. verſ. debes etiam ſcire. Maſcardus de probationibus lib. 1. concluſ. 461. num. 1. & expreſſè probatur ex text. in capit. nullum. §. ſed hoc. in fine 2. quæſt. 4. in illis verbis: duorum vel trium teſtium, quilibet iure conuinci & damnari poterit, ergo vbi quis eſt teſtibus conuictus, non aliter cōdemnari poteſt quam eo modo ac ſi eſſet confeſſus. text. in l. qui ſententiam. & ibi doctores. C. de pœnis l. final. C. de cuſtodibus reorum. cap. 1. & capit. primates. 2. q. 1. cap. at ſi clerici. vbi Decius Berores. & communiter omnes de iudic. Gandinus in tit. de præſumptionibus & indic. in dubit. poſt numer. 2. verſ. & primò videtur. Grammat. deciſ. 36. num. 61. Rota tit. de heret. deciſ. 1. alias 875. num. 3. in antiquis. Flammin. Cartarius, vbi copioſè & magiſtraliter in tract. de exequend. ſentent. capto bannito capit. 1. num. 79. & ita hodie in praxi ſeruari teſtatur Ioſeph. Ludouicus deciſ. lucenſ. 13. num. 6. p. 1.

Prædicta etiam procedunt non ſo-
157 lùm contra confeſſarium, ſed † etiam contra Epiſcopū, vt eleganter tradit Berous in d. cap. at ſi clerici. num. 5. de iudic, & ibidem Decius num. 3. Imò etiam ad condemnandum ſummum Pontificem ſufficiunt duo teſtes. gloſ. ſingul. in c. præſul. 2. quæſt. 4. Deci. in capit. at ſi clerici. numer. 3. de iudic. & ibidem Bero. num. 5. cum ſequentibus, quod procedit quando Papa accuſaretur de hæreſi, ſecus ſi de alio crimine, vt ibidem per Ber. ſuprà citat.

158 Rurſus etiam poſtremò facit, quia (vt ſuprà diximus) quādo † verſamur in occultis negotijs & difficilis probationis, minor probatio requiritur, ſed cùm crimen ſolicitationis vt plurimum occultè perpetretur, minor ac debilior proculdubio probatio ſufficiet & neceſſaria erit. vt per Alex. in addit. ad Bart. in l. final. ff. de quæſtion. text. in l. conſenſu. C. de repud. & in cap. 3. loco de probat. vbi teſtes quantumuis inhabiles admittuntur propter difficultatem probationum: copioſè Hippol. in repetion. Rubric. C. de probat. ſed in caſu noſtro, non ſolùm difficilis eſt probatio, verùm etiam omnino occulta, tum reſpectu loci, & temporis, tum etiam reſpectu ſacramenti. Ergo duo teſtes ſufficiūt ad plenam probationem, & damnationem huius delicti. Hoc etiam cōfirmatur ex celebri doctrina Saliceti in d. l. teſtium. C. de teſtibus. col. pe-
159 nultim. num. 16. inquit enim quòd † vbi agitur de certa ſpecie hæreſis (vt in caſu noſtro) duo teſtes probant, licet ſingulares loco vel tempore ſint, quæ verba ſummè notāda ſunt. Cùm igitur confeſſarius ſolicitans confitē-
tem

tem in actu confeſsionis, vel proximè illi ſuſpectus ſit de hæreſi. Ex Pauli Papæ IIII. & Pij Papæ IIII. conſtitutionibus, & prędicta inſtructione, ac Doctorum ſententijs, vt tradunt Simanc.de Catholicis inſtitutio. titulo 40.num,5.Selua de benef.3. part.q.3. Bernard.Diaz in pract.crimin. Canonica cap.82.& ibi additionator Ignatius Lopez de Salzedo verb.deponatur.litera A. Henricus Henriquez in tomo 1.ſum.Theologiæ Moralis libr. 6.de ſacrament.pœnitentiæ. cap. 17. num.4 litera L. Dominic.de Soto diſt. 42.quæſt.1.art.2.col.3. & diſt.19.q.2. art.5.col.4.S. Thom. ad.quæſt.56.art. 2.ad 8. opuſcul. 64.c. 22. non ergo eſt dubium, quin damnari poſsit ex duorum ſingularium teſtium teſtimonio, licet ipſi teſtes duo tantum, etiam & mulieres ſingulares ſint: dummodo concordes integrè, & conteſtes ſint in ſpecie hæreſis, licet in loco, & tempore, vel ſerie, & contextu verborum ſingulares ſint, optimè probat text. in l. qui ſententiam. C. de pœnis. & ibi Bald.& in l. ob carmen. §. final. ff. de teſtibus: expreſsiùs Salicetus, vbi ſuprà num. 17. idem Salicetus per text. in l.quicunque.C.de hæret. Albertin. in repet.cap. 1. de hæret.in 6. quæſt. 15.nume. 41.Iaſon. in l.2.C.de bonorum poſſeſsio. ſecund.tabul. & quod huiuſmodi teſtes ſingulares probent in materia fidei, cõcludit Corn. conſ. 81.& 101. vol.1. vbi de commun. teſtatur eandem opinionem per plura fundamenta, tenet Hippolyt. conſil. 1. & Cuiacius in tract. de teſtibus in q.37. Alberic.in tract.de teſtib. in 5.p. col.3.nu.8.& 9.

Supereſt nunc vt argumenta oppoſitæ ſententię diluamus. Et primò
160 † ad primum reſpondemus, hæreſis ſuſpicionem, & contemptum ſacramenti pœnitentię, non oriri ex ſolicitatione ad libidinem ſimpliciter, ſed ex ſolicitatione adiuncta actui confeſsionis, vel proximè illi: quemadmodum ſi ſacerdos aliquis vel religioſus matrimonium publicè contraheret, licet ex actu carnali non poſſet iudicari, vt ſuſpectus de hæreſi: propter matrimonij tamen ſacramentum adiunctum, verè poſſet præſumi hæreticus, quia malè ſentiret de ſacramentis, vt ſuprà notauimus.

Ad ſecundum reſpondemus, argumentum laborare in æquiuoco: fatemur enim libenter arctiùs obligare pręceptum de integritate confeſsionis, quàm de reuelando confeſſore inducente ad actum libidinis: non tamen militat eadem ratio in vtroque quia ab integritate confeſsionis excuſatur quis propter indemnitatem propriam, quam Deus & natura homini conceſſerunt, quãdo periculum vitæ, infamiæ, vel alterius ingentis damni timetur: at verò peccatum alterius propter eius infamiam non tenetur ſilere, quando cedit in ruinam conſcientiæ eius, & redundat in perniciem boni communis & religionis, qualis eſt caſus noſter.

Ad tertium ſimiliter idem quod in præcedenti reſpondemus.

Ad quartum hoc modo ſatisfacimus, non eſſe iudicandum ante tempus iudicio temerario, quod ſæpe redundat in detrimentum animæ, quia homines iudicant oculis carneis, & facillimè labuntur & decipiũtur, non tamen prohibet Apoſtolus iudicium rectum & verum, quod in bonũ Reipublicæ & religionis ordinatur, quale eſt iudicium huius criminis, & aliorum, quod terret & coercet malos, & bonos in pace & timore continet.

Ad quintũ reſpondemus, negando eſſe malum ex genere ſuo in caſu noſtro peccatum cõfeſsionis detegere, quia ordinatur in eius bonum, & propter alias cauſas ſæpe in ſolutionibus





argumentorum connumeratas.

Ad ſextum dicimus Eccleſiam iuſtè prohibere iudicia Aſtronomica, circa occulta liberi arbitrij, propter rationem adductam in argumento, & alias quamplurimas, quæ ab autoribus citatis afferuntur: at verò detectio peccati ſolicitationis, non eſt cõtra, imò iuxta bonos mores, & non eſt occultum omnino, & per ſe, ſed ex accidenti & ſecundariò, vt ſæpè prædiximus.

Ad ſeptimum reſpondemus, ſuperiores non præcipere confeſſarijs, vt detegant pœnitentes, hoc enim eſſet conuellere ac frangere ſigillum, & ſecuritatem confeſsionis: in quo caſu nullatenus eſſet illis obediendum, iuſtè tamen poſſunt præcipere, & præcipiunt pœnitentibus, vt delictum ſolicitationis confeſſorũ manifeſtent & prodant, tum quia hoc crimen eſt contra puritatem ſacramenti, eius reuerentiam, & in materia fidei, tum etiam quia ad illius occultationem pro bono nomine confeſſarij non tenentur, cùm illis non incumbat ſub ſigillo confeſsionis ſacramentalis: ac etiam cùm tale facinus vergat in iniuriam ſacramenti, & ſinceritatem religionis Chriſtianæ, & vtilitatem publicam.

Ad octauum reſpondemus, in cauſis occultis & difficilis probationis cuiuſmodi eſt ſolicitatio in confeſsione, vel in actu proximo illi, minorẽ probationẽ requiri, quàm in cauſis manifeſtis. Quid? quod caſus noſter non ſolum eſt difficilis ad probãdum, verumetiam maximè occultus reſpectu circunſtantiæ loci, temporis, & ſacramenti? eò vel cùm minori probatione, ſuppoſitâ hæreſis ſuſpicione, iuſtè punitur.

Ad nonum reſpondemus, non eſſe inconueniens in caſu noſtro occulto, mulieres ſimul eſſe teſtes & accuſatrices, nam illæ poſſunt & debent Inquiſitoribus indicare hæreticos, quia in illo ipſæ ſolum interueniunt, imò & de iure alij intereſſe nequeunt, & tunc denunciator poteſt teſtificari in cauſa hæreſis, vt tradit Salicet.in l. ea quidem.nu.25.C.de accuſat. per tex. in c.licet Heli.de ſimonia. tum etiam quia id creduntur agere non animo iniquo, nec vllo priuato commodo moueri, ſed impulſæ fidei & religionis zelo, ob publicam vtilitatem, & vt hæreticus corrigatur. Simanc. de Cathol.inſtitu.tit.64. de teſtibus.numer.55.

Ad decimum reſpondemus in materia fidei, qualis eſt caſus noſter ex doctrina Corn. vbi ſuprà, admitti teſtes ſingulares & inhabiles, & ratio eſt quoniam per alios veritas ratione loci, & temporis, & actus confeſsionis aperiri non poteſt: & ſingulariter Salicetus ex ſuperioribus dicit, quòd vbi agitur de certa ſpecie hæreſis (vt in noſtro caſu) duo teſtes probant, licet ſingulares loco, vel tempore ſint, idẽ tradidimus ex doctrina Hoſtienſ. Ioan. Andr.& omnium DD.

Ad vndecimum, iam ſatis conſtat ſolutio ex reſponſione primi argumenti.

Ad duodecimum reſpondemus, in quauis cauſa, tam ſæculari, quàm Eccleſiaſtica ſufficere duos teſtes, ad perfectam probationem inducẽdam, præſertim in cauſa fidei, de qua ſuſpectus eſt confeſſarius, cùm de ſolicitatione accuſatur, ex quibus caſus iam non eſt dubius, ſed manifeſtus, & cõuictus, quia per duos ſaltim teſtes delictum probatum eſt.

Ad decimumtertium reſpõdemus, ſolicitationis delictum in actu confeſsionis, vel proximo illi cùm perpetratur, iam non eſt occultum per ſe & ex ſua natura, ſed per accidens, & ratione loci ſecreti, & confeſsionis:

atque ita iam non tantùm inhæret animę, cùm in opere externo exerceatur, & vt tale delictum externum per teſtes comprobatum, iuſtè punitur ab Inquiſitoribus.

Ad decimumquartum reſpondemus, ex ſupradictis ſatis conſtare de euidentia culpæ, quatenus natura delicti ſolicitationis patitur, quando pro ipſo pœna infligitur ab ipſis Inquiſitoribus: vt enim docuimus, in occultis minor probatio ſufficit, & tale delictum, & ſi ſit occultum, non tamen omnino & per ſe, ſed ſecundariò & ex accidenti, & non eſt periti artificis (vt docuit Philoſophus) ad iudicium ferendum de rebus, æquales demonſtrationes, & certitudines in omni materia quærere, ſed illas poſtulare & inquirere, quas rerum naturæ exigũt & patiuntur.

Ad decimumquintum reſpondemus, in moralibus quod parum diſtat, pro nihilo diſtare videri: quare cum actus proximus confeſsioni ſit via, & vltima diſpoſitio ad ipſam confeſsionem, quod fit in illo actu proximo, factum cenſetur in ipſa confeſsione: & quia eiuſdem ordinis eſt cum eâ pari pœnâ meritò punitur delictum perpetratum in actu proximo cõfeſsioni, ac ſi commiſſum fuiſſet in illa, & ex conſequenti vera efficitur hæreſis ſuſpicio circa ipſum ſacramentum.

Ad decimumſextum & vltimum, patet ſolutio ex his, quæ diximus in ſolutione decimiquinti argumenti.

Tandem vt appendix quęratur, an
161 † confeſſarius poſt conſenſum traditum pœnitenti ipſum ſolicitanti, debeat admitti ad teſtificandum circa tale crimen. Et ratio dubitandi eſt, quia ex quo conſenſit in crimine, fa-
162 ctus eſt ſocius criminis, & talis † non admittitur in teſtẽ contra ſociũ, iux. tex. in l. quoniã. C. de teſtib. c. veniẽs. de teſtib. c. perſonas. eod. tit. c. 1. de confeſſ. c. nemini. 15. q. 3. l. ſicuti. C. de quæſtionib. gloſ. in c. 2. de teſtib. l. final. C. de accuſat. l. 1. §. cum latrones. ff. de quæſtionibus. l. ſi filium. in fin. C. de liber. cauſ. Speculator in tit. de teſtibus. §. 1. verſ. item quod eſt ſocius criminis. nu. 27. Bald. Salicetus, & ferè omnes ſcribentes. in d. l. quoniam. C. de teſtibus. Decius conſ. 342. Felinus in d. cap. veniens. de teſtibus. Albert. in l. final. C. de accuſat. Ancharanus conſ. 24. Ioan. de Anan. conſ. 59. Pariſ. conſ. 53. nume. 15. cuius rei rationem petunt à Paul. Iuriſcõſulto, 1. ſentent. cap. 12. §. vlt. quo loco ait non oportere, vt is alienam ſalutem in dubium deducat, qui de ſua deſperauit.

Nihilominus tamen, his non obſtantibus, cùm caſus noſter ſit in ma-
163 teria hæreſis, † admittitur ad teſtificãdum ſocius criminis: ſic voluit gloſ. in d. l. final. vbi Salicetus col. 2. C. de accuſat. & gloſ. in d. cap. vlt. 15. quæſt. 3. Bald. conſ. 95. reg. iur. colum. 1. lib. 1. Boer. q. 319. nume. 2. Specul. tit. de accuſat. in princip. verſ. item repellitur. Grammat. conſ. 35. num. 25. in fin. Menoch. conſ. 101. nume. 53. & conſ. 100. num. 62. Vmbert. in iudicial. inquiſit. in verb. excommunicare. nu. 4. Cardinal. Alban. in lucubration. ad Bart. in l. 1. nume. 41. ff. de officio conſul. At quis ſit criminis ſocius à DD. eſt edi-
164 ſcẽdum, † eorum enim ea mens eſt ad can. negligere. 2. quæſt. 7. can. 1. 14. q. 6. & ad can. ita planè. 23. q. 4. & ad l. comparentem. C. ad leg. Fab. de plagiar. l. quoniam liberi. C. de teſtib. vt is ſit qui committit aliquod crimen cum illis cum quibus habet ſocietatem: id enim colligunt ex dict. can. ita planè, ibi: [ſi ſociatur quis malis, id eſt, ſi mali aliquid cum eis committit.] Dicitur & ſocius criminis, qui fauet delinquenti. gloſ. in dict. l. quoniam liberi. & ibi Salicetus qui & ſociũ criminis cum eſſe dicit, cuius perſuaſu quis



quis ad delinquentem accederet, vt ſocietas illi ſit in crimine non tãtùm cum perſuaſo, ſed & cum delinquente.

### *Stylus & practica ſeruanda, cõtra Confeſſarios in prolatione ſententiæ.*

165 CÆterùm vt † contra confeſſarios Inquiſitores procedere valeant, debet priùs de delicto conſtare per duos ſaltem teſtes fide dignos (vt ſuperiùs diximus) concludentes delictum, qui deponant confeſſarium in ipſius ſacramenti pœnitentiæ actu, vel proximo illi, antè vel pòſt, filiam ſpiritualem verbis, vel tactu, aut factis inhoneſtis, & impudicis ſolicitaſſe, vt ex ſacri Senatus generalis Inquiſitionis inſtructione, ſuper hoc negotio publicatâ, anno 1580. c. 1. liquidò deducitur. Tum verò qualitas teſtiũ maximopere attendi debet, an ſint mulieres viles, & inhoneſtæ, vel reo inimicæ, iuxta deciſionem tex. in cap. in literis. in fin. de teſtibus, ibi: [Nec contra ipſos aliquos audias, niſi probatæ eſſent vitæ, & opinionis, de quibus veriſimile non eſſet, quod deberent pro aliquo deierare.] Ad hæc doctrina Ruin. conſ. 158. col. fin. num. 27. in fin. verſ. nec eo pretextu. libr. 5. quem ſequitur Gabriel in rubric. de teſtib. concluſ. 10. nu. 43. de quorum vita & moribus accuratè Inquiſitores, apud graues perſonas verbo tenus ſe informent, priuſquam ad capturam & rei cuſtodiam, cum voto ordinarij & conſultorum (qui vxorati non ſint [redacted] ei qualitate & delicti penſatâ, à quo iuramentum etiam de non reuelando prout in cęteris cauſis fidei exigitur, vt cauetur in c. 2. dictæ inſtructionis.

Et quoniam hoc crimen ſine hæreſis ſuſpicione nõ cõmittitur, interrogãdus eſt priùs reus, quid ſentiat de fide & de ſacramento pœnitentiæ: & ſi confiteatur erroneam cum pertinacia opinionem de dicto ſacramẽto habuiſſe, eius bona proſcribuntur, & in cæteris ſubſtantialibus proceſſus, ſeruatur ſtylus & ordo ſeruari ſolitus in cauſis fidei: interim tamen in carceribus ſecretis confeſſarius cuſtodiendus eſt.

Actuato demum & ſubſtantiato proceſſu, adhibito loci Ordinario, & conſultoribus non vxoratis proceditur ad cauſæ deciſionem, & ſententia in aula ſecreti ſancti Officij publicatur reo, præſentibus Epiſcopo, confeſſarijs, Parochis, ac fratribus, & religioſis perſonis, iuxta formam dictæ inſtructionis.

166 Aduertendum autem eſt, quòd † nunquam prædictis reis publicæ pœnitentiæ imponuntur (& meritò quidem) ne inde oriatur, & excitetur ſcandalum contra confeſſarios, ſed iuxta delictorum qualitatem, grauitatem, atque frequẽtiam, & alias circunſtantias, quibus Inquiſitores ad augendam, vel leniendam pœnam moueri poſſunt, ſalutares reis pœnitentias imponunt, iuxta formam prędictæ inſtructionis. Debent tamen confeſſarij ſic delinquentes regulariter de leui abiurare, & priuari confeſsionibus ſaltem mulierum. Exilia verò, recluſiones, carceres, & aliæ pœnæ præfata inſtructio in Inquiſitorum arbitrio & poteſtate reliquit, vt in capit. 5. 6. & 7. eiuſdem eſt videre. Verùm quia reus nõ adſtringitur, niſi ad iuſtum mandatum & pœnitẽtiam (argum. text. in capit. cauſamque. de election. & c. veniens. de iureiurand.) Inquiſitores animaduertant ne tales pœnitentias his imponant quæ pœnitentes perturbent, atque in deſperationem potiùs quàm in humilitatem

tem & pœnitentiam inducant. Debent itaq; iuxta delicti ac delinquẽtium qualitatem pœnitentias indicere, ita vt pauperi pecuniarias eleemoſynas non imponant, aut ſeni ieiunia, & peregrinationes, aut alia conſimilia faciant, ſed id curent, vt medicina morbo ſit contraria, & talis vt delicto aduerſetur, & in eo puniatur in quo deliquit, iuxta text. in cap. ex tenore. de ſentent. excommunicat. Zanchin. in tract. de hæretic. cap. 20. numer. 2. Repertor. Inquiſit. verb. pœnitentia, optimè Franc. pegna in 3. parte Director. commentario 7. Campeg. ad Zanch. loco citato vbi prudẽter & eruditè docet quomodo ſint imponendę in S. Offic. pœnæ ſpirituales, iuxta perſonarũ, & delictorũ qualitatem. Item Franc. Pegna in 3. part. Directorij comment. 40. ſuper titul. de modo terminandi proceſſum fidei per abiurationem de leui, & alij plures quos ipſe recenſet. Verùm vl-
167 timò notandum eſt † quòd etiam ſi huiuſmodi confeſſarij in hoc crimen relabantur, non ſunt puniendi relapſorum pœnâ, ſed grauiori, cum eadem abiuratione de leui, iuxta deciſionem Alexandri IIII. in capit. accuſatus verſ. ſi autem. de hæretic. libr. 6. [Si autem (inquit) leuis & modica ſuſpicio illa fuerit, quanquam ex hoc ſit grauiùs puniendus, non tamen debet pœnâ relapſorum puniri.]

Iam verò illa inter doctores contentio deſijt, nec vllus eſt qui confeſſarios ſolicitatores ab Inquiſitorum foro ſentiat exturbandos, hoc enim deciſionem ſuis numeris abſolutiſſimã habuit ex diplomate Pij IIII. anno 1564. die 16. April. publicato & declaratione facta à S. D. N. Clement. VIII. & viuæ vocis oraculo pronunciata in Senatu vniuerſali & generali Inquiſition. Rom. anno 1597. vtriuſque verò tam Bullę quàm declarationis, ne quid ad lumen huiuſce rei deſideretur, more noſtro copiã facimus.

## BVLLA PAVLI IIII. *quâ tribuitur iuriſdictio Inquiſitoribus in Confeſſarios ſollicitatores.*

168 Venerabili † fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſ. in regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis, Inquiſitori generali, Pius PP. IIII. Vener. frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, diuerſi ſacerdotes in regnis Hiſpaniarum, ac eorum ciuitatibus, & diœceſibus, curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confeſsionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt ſacramento pœnitentiæ in actu audiendi confeſsiones abutantur: nec illi, & qui id inſtituit, Domino noſtro Ieſu Chriſto, iniuriam facere vereantur, mulieres (videlicet) pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſsiones, alliciendo, & prouocãdo, ſeu allicere & prouocare, tentando & procurando, ac loco earum per ſacramentum huiuſmodi creatori noſtro, reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli trahendo, in diuinę maieſtatis offenſam, & animarum perniciẽ, ac Chriſti fidelium non modicum damnum: Nos in animũ inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè ſenſerint, ſacramentis a [redacted] inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia charitate, virtute atque doctrina plurimùm in Domino cõfidimus, per præſentes committimus & mandamus, quatenus per te vel per alium, ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos contra omnes, & ſingulos ſacerdotes dictorum regnorum, ac illarum ciuitatum, & diœceſum de præmiſsis quomodolibet diffamatos, tam ſæculares, quàm quorũuis etiã exemptorum, & ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum ordinum regulares, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper fide Catholica, & quicquid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos â ſede Apoſtolica conceſſarum, continentiam & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, ſi & prout de iure fuerit faciendum, debitâ pręcedente degradatione, ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum & Monaſteriorum, necnon ordinum quorumlibet, quorum ipſi ſacerdotes fuerunt, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâuis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac quibuſuis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſsis etiam iteratis litibus, approbatis & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ apud S. Petrũ ſub annulo Piſcatoris, die 16. April. M.D.LXI. Põtificatus noſtri, an. ſecũdo. Cęſar Glorierius. Concordat cum ſuo originali. Matthæus Vazquez.



## *Decretum ſancti Senatus Inquiſitionis, pronunciatum à S. D. N. D. Clemente VIII. Pontifice Max. quo Bulla Pauli IIII. confirmatur.*

IN nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum decreti inſtrumentum, cũctis pateat euidenter, & ſit notum, quòd in generali Congregatione Officij ſanctæ Romanæ & vniuerſalis Inquiſitionis habita corã ſanctiſsimo D. noſtro D. Clemente Papa VIII. ac illuſtriſsimis & reuerẽdiſsimis DD. Iulio Antonio Sanctorio S. Bartholomæi, in inſula S. Seuerinæ. Petro S. Hieronymi Illyricorũ Deza. Dominico S. Chryſoſtomi, Pinello: fratre Hieronymo Bernerio ſanctæ Mariæ, ſupra Mineruam Aſculano: fratre Conſtantio S. Petri, in Monte aureo Seriano: & Paulo ſanctæ Cæciliæ Sfondrato nuncupatis titulorum Presbyteris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in vniuerſa Republica Chriſtiana, aduerſus hæreticam prauitatem, generalibus Inquiſitoribus. In negotio ſanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum, ſuper literis fe. Re. Pauli PP. IIII. & Pij PP. IIII. facultatis procedẽdi contra presbyteros ſæculares & regulares, in ſacramento pœnitẽtiæ, ſeu in actu cõfeſsionis ſacramẽtalis, ſolicitantes mulieres pœnitẽtes ad impudicitiam, ſeu peccata carnis, Inquiſitori Generali Hiſpaniarum, aliàs conceſſæ, an priuatiuè, vel cumulatiuè, quo ad ſuperiores regularium dicta Inquiſitio, contra huiuſmodi delinquentes procedere poſſint. Sanctiſsimus Dominus noſter re diligenter, ac maturè diſcuſſâ autoritate ſuâ Apoſtolicâ, declarauit & decreuit, declarat & decernit circa huiuſmodi facultatem procedendi

nihil eſſe attentandum aut innouandum, ſed Inquiſitionem prædictam, in omnibus regnis & prouincijs ſibi ſubiectis eâ iudicialiter vti poſſe & debere, ſicut in alijs cauſis ad ſanctiſſ. Inquiſitionis Officium pertinentibus, vti hactenus fecit etiam priuatiuè quoad ſuperiores regulariũ cuiuſuis ordinis & congregationis, etiam ſi mendicantium exſiſtant, ipſoſque regulares non eximi ab onere deferendi, ſeu denunciandi huiuſmodi delinquentes eidem ſancto Officio, quemadmodum in alijs caſibus, & cauſis ſanctæ Inquiſitionis, in quibus alij Chriſti fideles de iure tenentur, ſed ad ipſum ſicut alios teneri, & obligatos eſſe. Et ita ſanctitas ſua declarauit, & decreuit, atque perpetuò ſeruandum eſſe ſtatuit, omni meliori modo, & formâ quibus potuit, poteſtque, & debet, latum, datum, & pronunciatum fuit ſupradictum Decretum, per ſupradictum ſanctiſsimum Dominum noſtrum D. Clemẽtem Papam VIII. pro tribunali ſedentem, in ſolio maieſtatis ſuæ, in Generali congregatione dicti ſancti Officij, habitâ Romæ in palatio Apoſtolico apud ſanctum Petrum, anno à Natiuitate Domini noſtri IESV CHRISTI, 1592. die verò tertio menſis Decemb. feria quinta Pontificatus Prælibati D. N. Clementis diuinâ prouidentiâ Papæ VIII. anno primo, ibidem præſentibus Reuerendiſsimo Patre fratre Vincentio, ordinis fratrum Prædicatorum Epiſcopo Apnetino: & Reueren. P. D. Anſelmo Dandino, Cſęenatenſi Iuris vtriuſque Doctor. vtriuſque ſignaturæ, eiuſdem ſanctiſsimi D. N. Papæ refrendario, dictique ſancti Officij pręlatis, & conſultoribus teſtibus, ad prædicta omnia gula vocatis, habitis, ſpecialiter atque rogatis.

170 Ex † ſupradictis ergo hîc mihi monendi ſacerdotes, qui in domino partem hæreditatis collocarunt, primùm vt paulò attentiùs dignitatem ſui muneris conſiderẽt, qui ſint, deinde quid Deo vouerint, cùm ad ſacerdotium euecti ſunt, tum denique vt meditẽtur quantum, & quàm magnum ſit pœnitentiæ ſacramentum, ne ſi paulò ſegnius ad hæc omnia animam aduertãt vna cum ignorandi affectatione, contẽmptu ſui miniſterij obcæcati, contrahant in ſe maculam ſolicitationis, quam nulla vnquam ætas deletura ſit. Fateri conuenit rem eſſe Deo gratiſsimam, & ſanctiſsimam, ſacerdotium: Et tamen quando quis ad illud vocatur timorem imbecillitatis ſuæ diſsimulare non debet, imò ſe ipſum ſubmittere humilem exhibere, & cedere verecundus propter ingentem ſacerdotij maieſtatem, ita vt non animis deſpondeat, quia ipſe ſit deterior, ſed magis ac magis in perfectionem aſſurgat, quæ præſtantiæ miniſterij reſpondeat adeò vt ſe dignum illo præſtet. Hoc enim eſt in humilitate faſtigium, rerum omnium promereri. Præterea quando ad tantum miniſterium accedunt, cupio maximè vt ipſi ſciãt ſe à Deo caſtitatem vouiſſe, & promiſiſſe ſe legibus Eccleſiæ obtemperaturos, quarum illa eſt accuratè & ſanctè obſeruanda, ne ſacerdotes fœmineis, & inhoneſtis colloquijs immiſceantur, ne libidinoſis contrectationibus coinquinentur, neúe fœdis & ſpurcis amplexibus ſe ipſos contaminent. Poſſunt priuſquam ſacerdotij characterem petant, vel omnino ab eo abſtinere, vel continentiæ ſuæ vires experiri, ne Deo, & ſponſæ illius ſanctiſsimæ fucum faciant, inultum enim tantum ſcelus Deus nunquam ſinit, imò & in eorum ſuperiores, & præpoſitos (qui ipſi ſunt tam Epiſcopi, quàm iudices Inquiſitionis) illud vlciſcitur, qui cum ipſi ſciant, & virgâ correctionis poſsint abigere, & profligare, tamen nec curant nec ſcandalum ab Eccleſia ſummouẽt [Filij Heli (habet ſcriptura ſacra. 1. Reg. c. 2.) neſciẽtes Dominum neq; officium ſacerdotum,] & paulò pòſt [Heli autem erat ſenex valdè, & audiuit omnia quæcunque faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.] Tandem verò hæc ſubnectuntur in ruinam Heli, totiuſque illius familiæ. [Quare (inquit Deus) calce abieciſti victimam meã, & munera mea quæ præcepi, vt offerrẽtur in templo? & magis honoraſti filios tuos quã me? Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſque in æternum, ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. Et videbis æmulũ tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael; & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus,] & cap. 3. verſ. 12. [Suſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam, & cõplebo. Prædixi enim ei, quod iudicaturus eſſem domum eius in æternũ propter iniquitatem, eò quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vſque in æternũ.] Auertat Deus à Sanctuario ſuo rigidam illam pro Epiſcoporum, & iudicũ negligentia pœnam. Sed & facinus ſacerdotum auertat, & in id inſpirante eius numine omnes operam ſuam conferant ſacerdotes. Recordentur pœnitentiæ ſacramentum ad id inſtitutum, vt anima fœda, & ſordibus infecta, ſitu & ſqualore contabeſcẽs, ſuis ornamentis per illius virtutem receptis ſplẽdore priſtino refulgeat. Ait Dominus Ezechiel. 18. [Si impius egerit pœnitẽtiam, omnium iniquitatum eius non recordabor,] Itaque Dionyſius Areopagita dum Tito loquitur cap. 1. de Eccleſiaſt. Hierarch. ſic illud commendat. [Ipſos reuerendiſsimos præſules Põtificio iure monebis mundè vt munda contingãt.] & Epiſto. 8. ad Demophilum. [Nefas eſt (inquit) ea quæ iuſta ſunt non ſecundum dignitatem meritaq; exequi,] & infrà [Audax nimium eſt qui non veretur ea quę ſunt diuina præter meritum exequi.] Et hęc fortaſsis ſumpta ex illa diuina exhortatione per os Iſaiæ prolata capit. 52. [Mundi eſtote qui fertis vaſa Domini] quibus congruit D. Auguſtini ſententia lib. 2. contra Parmenian. cap. 2. 4. 5. & 11. & in elucidatione Pſal. 103. ad hęc verba, [qui tegit aquis ſuperiora eius] vbi ſic ille admodum piè, & ſincerè [Videant (inquit) quã rationem ſint reddituri, qui ſanctis non ſanctè vtuntur,] ſed vt Gelaſius Papa dicebat can. ſacroſancta. 1. q. 1. & apud Iuonem Carnutenſem Decret. 2. p. cap. 90. & 6. par. cap. 110. [Quomodo ad diuinum myſterium ſpiritus inuocatus adueniet, ſi ſacerdos criminoſis actionibus plenus eſſe probetur?] Neq; eſt in eo vt hæreticorum more naturæ fragilitatem cauſentur ſacerdotes: nam ſi verũ illud eſt quod ait Apoſtolus. 2. Corinth. c. 4. vniuſ cuiuſq; noſtrûm hominem eſſe duplicem, vnũ qui extrinſecus cernatur, quiq; naturâ corruptibilis eſt: alterum qui in animi penetrali intelligitur, meritò duplex matrimonium cogitari poteſt: atque inde mihi videtur virginitatem, ipſius corporis cum animo quaſi quodam matrimonio copulari. Quemadmodũ autem manus noſtræ binis opificijs fungi

non poſſunt,vt exempli cauſâ, terram colere, & ſimul nauem agere, aut æs liquefacere, & fabricari, ſed quæ alterum probè tractatura ſit, ei ab altero ſit abſtinendum, ſic & nobis duplici matrimonio propoſito, quorum alterum animo, alterum corpore conficitur, vnius ſtudium alterius expulſionem, & euaſionem facit neceſſariam. Neque enim oculus ſimul duo poteſt intueri, nec lingua diuerſis idiomatis inſeruire, nec auris duabus eodem momẽto factis narrationibus attendere. Eodem modo noſter affectus corporis voluptatibus ſeruire, & ſpiritale matrimonium ſimul perſequi naturâ non poteſt. Quare vt oblatâ duorum dominorum optione, quia (vt inquit Dominus Dominorum Matth. capit. 6.) nemo poteſt duobus dominis ſeruire, qui prudentiâ ductus fuerit, vtiliorem ſibi eliget: ſic gemino nobis oblato matrimonio, quandoquidem in vtroque nemo vitam poteſt agere, temperantis erit à temperantia non aberrare, & ſemper in coniunctione temperantiæ cum animo inhærere. Hæc illa eſt ſocietas coeũda, illę ineundæ ſolicitationes, à quibus nullâ vi nullis illecebris corporis diuelli vnquam confeſſarij potuerint. Quamobrẽ Inquiſitores quod ex officij ſui magiſterio pendet, poſt latam, & pronunciatam confeſſario ſolicitatori ſententiam, non debent permittere, quin ex cœno, & luto nequitiæ ad continentiæ frugem illum reuocent, iacentem illius extollant animam, & priſtinam amplificent dignitatem: hunc monere, & exhortari curent, vt matrimonij illius ſpiritualis iugo ſe reſtituat.

## FORMA MONITIONIS QUA VTI DEBENT INQUIſITORES POST LATAM IN CONFEſſARIUM ſENTENTIAM.

171 PRimum † luxuriæ peccatum ſuis coloribus depingetur, & quibus incommodis eius compedibus illaqueati afficiantur, & exemplis deſumptis ex hiſtoriæ ſacræ libris confeſſario diligentiſsimè aperietur, vti nimirum Dauid Rex per illud impulſus ſit in homicidium Vrię 2. Reg. 12. Salomon in idololatriã præceps ierit per mulieres eôdem adductus. 3. Reg. cap. 11. Ex profanis autoribus, vt Annibalis magnanimitas non niſi per illud frangi ac debilitari potuerit vt Cicero teſtatur contra Rullum.

Idem etiam peccatum in ipſius corporis ruinam conflari manifeſtabitur, vnde appoſitè adducetur locus ille 2 Reg. cap. 13. vbi Hammon poſtquam vulnere ſaucium appetitum ſecutus eſt, ægrotare quoq; cepit propter Thamar, ſic enim ait ſcriptura [Deperijt in eam valdè, ita vt propter amorẽ eius ægrotaret,] nec minus ad rem accedet hiſtoria Samſonis, quem muliercula Dalila viribus priuauit, vt non immeritò cecinerit Poeta ille.

*Vt Venus eneruat vires ſic copia Bacchi:*
*Et tentat greſſus debilitatque pedes.*

Idem, de bonis fortunæ exponetur, cui fidẽ facit prodigus ille filius, qui paternâ liberalitate elatus, emãcipationis ſuæ decus magnis ſumptibus in meretricum auiditatem profudit: ad hæc cuiuſlibet ſcorti artibus grauem perniciem hominibus creari, quâ de cauſa apud Terentium in Heautõtim. ſic loquitur Chremes.

*——Nam vt tu ſcias*
*Quàm ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem ſiet;*
*Primùm, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,*
*Oneratas veſte, atque auro. Satrapes ſi ſiet*
*Amator nunquam ſufferre eius ſumptus queat.*
*Nedum tu poſſis.——*



Laidis quoque impuram auaritiam audire poterit, quam tamen Philoſophus gentilis eluſerit cum illo pulcherrimo elogio. Non emo tãti pœnitere.

Monebunt præterea cùm Dauidem, Salomonem, Hammonem, Sãſonem, Prodigum, tum Annibalem, & Philoſophum nullo modo ęquiparari poſſe cum ſacerdote; itaq; ſacerdotem magis virtutibus quàm illos elucere debere, ita vt hos improbet, & mores eorũ effugiat, qui vitio ſuccubuerint, & eos qui reſtiterint non tantùm imitetur, ſed ſuâ temperãtiâ exſuperet, & ſe quaſi quoddam lumen continentiæ conſpiciẽdum poſteris exhibeat, ſic enim monuiſſe Apoſtolum. 1. Corinth. c. 4. [Spectaculum facti ſumus Deo, mundo, angelis, & hominibus] mundo, vt illi peſsimo exemplo nõ videamur. Deo cui tantopere placet continentia, vt virgo de virgine naſci voluerit, angelis quorum connubia nulla ſunt, denique hominibus, vt prædicationi noſtræ opera reſpõdeant, ne Deus illud nobis exprobret, quod per os Dauidis exprobrauit improbis Prophetis. Pſal. 49. in hæc verba: [Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas? & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu verò odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum, & cum adulteris portionem tuam ponebas, os tuum abundauit malitiâ, & lingua tua concinnabat dolos, ſedens aduerſus filium matris tuæ (Eccleſiæ ſcilicet) ponebas ſcandalum, hæc feciſti & tacui, & exiſtimaſti iniquè quod ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam] impollutas cogitationes, verba inhoneſta, laſciua, & obſcœna inuaſit, & cùm mulier pœnitẽs in peccatorum ſuorum abſolutionem in ſacramentali abſolutione procurrat, ad aliud peccatum nefarium allicit: quâ fronte coram mundo, Deo, angelis, & hominibus ſacerdotis officium geret, qui in actu ſacerdotali tam grande ſacrilegium committere non veretur? Conſideranda & terrore, atque horrore extricanda tanti criminis grauitas. Extollenda quoq; Dei optimi maximi bonitas, & clementia, quæ terram cohibuit ne dehiſceret, & eum voraret: elementa continuit ne contererent: & dæmones coercuit ne viuum illum in actu tam fœdo, & horrendo præcipitarent ad inferos. De Oza verba facienda qui leprâ percuſus eſt, quia arcam Domini tetigit cùm à complexu coniugali non eſſet mundus. 2. Regum. cap. 6. Mulierem ad confeſsionem accedere quaſi ægram ad medicum quaſi ream ad iudicem, & filiã ad patrem vt alimẽtum petat, & recipiat. Tum verò cùm ad hoc funeſtum ſcelus accerſitur, non eã curari ſed vulnerari, nõ abſolui ſed in reatu foueri, nec pro filia à patre in domo pacis excipi, ſed quaſi ſcortũ in media Suburra ſeu lupanari cum titulo inceſtus proſtitui. Hinc nõ videri indignum illum vltimi ſupplicij pœnâ. Veruntamen hoc illi remitti eâ ſpe, & proteſtatione, quam dederit vti in poſterum hęc frequentiſsimè meditetur, quæ Hieronymus proponit omni ſacerdoti perpetuâ mente reuoluenda. [Quid tibi cum fœminis qui cum Chriſto ad altare fabularis? dic clerice: dic ſacerdos: ijſdemmet labijs oſcularis filium hominis, quibus

oſculatus es labia meretricis, ô Iuda! oſculo filium hominis tradis.] Cogitet præterea quemadmodum Moyſes poſt colloquiũ cum Deo in rubo ab vxoris congreſſu abſtinuerit, vt notauit Genebrardus, attẽdat per viſcera Domini noſtri IESV CHRISTI longè maius, & grauius eſſe peccatum filias ſpirituales in confeſsionis ſacramento diabolicâ ſuggeſtione ſolicitare, quàm alio quouis modo delinquere, ibi enim votũ caſtitatis frangitur, Deo promiſſum, cùm ſacri Ordines ab eo ſuſcepti ſunt. Ingens quoque proditio in Deum per eum concinnãtur, nam per cuniculos eius Eccleſiã diruit, muros euertit, in quibus tamen ſe tanquam præſidiarium mereri iactitabat, det igitur operam ne in illum conqueratur iiſdem verbis quibus inducitur à Pſalmographo Pſal. 54. [Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. Tu verò vnanimis dux, meus, & notus meus, &c.] & tãdem in fine quaſi furore accenſus hanc in eius caput ſentẽtiam profert. [Veniat mors ſuper illos, & viui deſcendant in infernum] oſtendat igitur cuiuſcumque ſit ætatis ſe nomine, & re presbyterum, id eſt ſenem: ea enim eſt ſenilis ætatis cõditio & natura, vt aliena ſit à voluptatibus, ſi iuuenis eſt aut ſaltem non admodum annisprouectus, de illo nihilominus efferatur idem, quod apud Virgilium de Aſcanio.

*Ante annos animumque gerens curamque virilem.*

Si verò ætate maturior, curet ſaltem ne ignominiæ labem illam in ſe contrahat, quâ ſenes illi notati ſunt, qui caſtæ Suſannæ pudicitiam ſolicitarunt, propter quod ſcelus iuuenis Inquiſitoris nempè Danielis iudicio, honoris, & vitæ iacturam fecerunt, & de ſe ad poſteros hoc monumentum propagarũt. [Egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus, qui videbantur regere populum.] Eorum enim hæc merces, & pœnæ eſt aliqua pars improbis ſacerdotibus, vt eadem verba de illis proferantur apud eos qui Deum colunt. Præterea poſt vitæ ſpatium emenſum, & confectum (quod breue eſt) inter hircos, & peccatores portionem ſuam habere cenſebuntur, atq; interim dum ipſam agunt vitam inter ſycophantas, & ſcurras, Terentianum illud in eos Eccleſia proferet in Phorm. Act. 5. ſcen. vltim.

*Sed quid ſperem? ætate porrò minus peccaturum putem?*
*Iam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.*

At ne omnino immunes ab hoc delicto mulieres exiſtimentur, id modò ſupereſt diſquirendum, an ſi filia pœnitens aut pœnitentẽ ſe ſimulans confeſſarium ſolicitauerit, ſiue ad effectum pellexerit, ſiue rem tantùm aggreſſa fuerit, eodem modo quo confeſſarius incidat in ſuſpicionem hæreſis, & à iuriſdictione ſancti Officij pendeat huius accuſatio, & cognitio. Huic quæſtioni vt ſatisfiat ſic exiſtimo: ſi pœnitens inducere tentauerit confeſſarium in tantum facinus, ipſe tamen non conſentiat; nihilominus tenebitur cõfeſſarius Inquiſitoribus rem aperire, ob eas quas ſuprà cumulauimus rationes. Nec idcirco ſigillum cõfeſsionis infringet, hæc enim extra confeſsionem ſunt, ſi verò cõfeſſarius nec reluctatus ſit, & ſeſe irretitum fœmineis laqueis tãquam eius prędam dediderit, præter quàm quòd reuelare pœnitẽtem tenetur, ipſe quoq; in hæreſis ſuſpicionem incidit: nam cõſenſus, facto, verbo, aut nutu inducitur. l. Labeo, ff. de ſupellect. legat. l. vbi non voce, ff. de regul. iur. l. Fulcinius. §. quid ſi

latitare.



latitare. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. item Labeo. ff. de pact. dotalib. l. nutu. ff. de leg. 3. & his aſſentitur Angel conſil. 333. n. 2. Surd. conſil. 94. nu. 40. & ratio eſt euidẽs, primùm quia conſenſus vtriuſque reciprocus exiſtimatur, coaleſcens ex copulato extremo, id eſt, ex copula voluntatum, non autem ex voluntatibus tempore diſparatis, vt docet Bald. in l. in venditis. in fin. & dicitur conſenſus quaſi ſimul ſenſus: ita Salicet. ibi nu. 12. & ſecundum aliquis conſenſus eſt voluntati eius quem diligit obedire. c. ſi inimicus. 39. diſt. c. conſentire. 83. diſt. ergo ſi cõfeſſarius pœnitenti mulieri eum ſolicitanti ad actus libidinoſos cõſentit, per ſacrilegum actum ſuſpicionem hæreſis incurret: tum quia non tantùm ſe mulieri dedere videtur: ſed etiam quia cum diabolo de crimine pernicioſo paciſci & ſpondere non dubitauit. Id ſentit Bald. in l. quoties. C. de fideicommiſſ. num. 5. & ſequitur ibi Alex. conſ. 8. verſ. ſed ita eſt. vol. 4. idem Corn. conſ. 5. colum. 2. verſic. & licet. vol. 2. Tiraquell. de legib. connubialib. gloſ. 7 num. 24. & in tit. retract. §. 1. gloſ. 9. num. 243. Sed & ipſa mulier in eandẽ hæreſim incidit. Itaq; vt confeſſarius ſic & illa ab Inquiſitoribus pœnæ ſibijciẽda eſt. Verumtamẽ in eo pręſtaret Sũmi Pontif. oraculũ conſulere vt fit in arduis, & ab eo quod magis iure ſit ediſcere, quàm ſine illius autoritate ex ſimili iure, & criminis vnius cum altero comparatione in tanta perſonarum delinquentium varietate quicquam conſtituere.

*FINIS.*

MATRITI,
Apud Ioannem Flandrum.
M. D. XCVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA